13
8 M
23

13-8. d. 48

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IOSEPHI MASCARDI

IVRISC. SARZANENSIS,

PROTHON. APOSTOLICI,

CONCLVSIONES OMNIVM PROBATIONVM,

Quæ in vtroque Foro quotidie verſantur,

IVDICIBVS, ADVOCATIS, CAVSIDICIS, OMNIBVS,
denique Iuris Pontificij, Cæſareique Profeſſoribus vtiles,
practicabiles, ac neceſſariæ.

QVIBVS CANONICÆ, CIVILES, FEVDALES, CRIMINALES,
cæteræque materiæ continentur. Per Ampliationes (vt dicitur) Limitationes,
Intelligentiasque Alphabetico ordine abundè digeſtæ.

Magis receptis Doctorum opinionibus vbique hoc aſteriſco * notatis.

HIS ACCESSERVNT ADDITIONES IO. ALOYSII RICCII PATRITII, ET CANONICI
Neap. Necnon BARTHOLOMÆI NIGRI, *ex Arce Hannoni Iuriſprudentiæ candidati, hactenus nunquam editæ.*

Summarijs, ac Indice Concluſionum in principio Operis, rerum [illegible]
locupletiſſimo in calce totius Operis [illegible].

Volumen Primum.

Conventus S. Mariæ de scala Urbis



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AVGVSTÆ TAVRINORVM.

Apud Hæredes Io. Dominici Tarini, MDCXXIV.

Digitized by Google

[illegible]

Digitized by Google

SANCTISSIMO, AC BEATISSIMO D. N. D. GREGORIO XIII. PONT. OPT. MAX.

CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA

Ioſephus Maſcardus.

FINEM eſſe cauſam cauſarum, Beatiſſime Pater, finem omnia definire, finem eſſe hominibus rem, & primam, & vltimam, in fine propoſito in vtranque partem, vel ad virtutem, vel ad vitia magnam eſſe vim, finiſque conſtituto, omnia, quæ ad finem referuntur, pariter, æqualiterque reſpondere, mutato fine, omnia mutari omiſſis alijs probandi vijs, ex humanis actionibus facile confirmari poteſt. Eroget pecuniam aliquis ad illum finem actionem ſuam refe ens, vt indigẽti dum ſuccurrit; CHRISTI præcepto obtemperet; actio huiuſmodi, miſericordiæ actio eſt, æterna mercede, ita volente iuſtiſſimo, ac liberaliſſimo bonorum remuneratore, compenſanda. Faciat idem, vt vel gratiam ab homine exigat, vel vt ſe hominum oculis liberalem probet: non amplius miſericors, ſed vel beneficiorum inter homines fœnerator, vel ambitioſus Diuinæ gratiæ factæ iactura, dicatur, velit nolit, neceſſe eſt. Bellum gerat pro iuſtitia aliquis: iuſtũ bellum: hoc ſuſcipiat regnandi gratia, ſpe prædæ, & rapinarum: declinauit a propoſito: finis mutatio facta eſt: ne iſta declinatio, & varietas totam rei naturam variabit, atque mutabit: etenim pro iuſto bello crudele, & exitioſum latrocinium re, & nomine comperietur. Sic ſe habet res, B. P. mentis conſilium, atque animo primum comprehenſus finis omnes noſtras actiones, atque adeo totam noſtram vitam ita regit, & moderatur, vt omnis noſtra muneris, vel animi, vel corporis functio noſtris appetitionibus ſit conſentanea; talis denique, qualem ſibi finem vnuſquiſque præſcripſerit, cupiditatemque prætexuerit. Nec vlla alia re a cæteris nationibus, & antiquis, & recentioribus differre Chriſtianos arbitror, quam quod illæ adumbrata quadam boni imagine deceptę longius a vero fine aberrarunt: hi cum ſe ad imaginem, & ſimilitudinem æterni Opificis factos didicerint, filiumq; verum DEVM, & hominem, ſcelerum vindicem, humanæ ſalutis authorem, mundiq; liberatorem agnoſcant, ad illum aſpirare, illum intueri, ad illum omnes ſuas cogitationes, vt nauta ad Helicen, ſe dirigere debere intelligunt. Itaque B. P. tum totam hominis, & fœlicitatem, & miſeriam a fine, non aliunde, pendere, vnicuique homini, qui non ſolo verbo, ſed re, & factis Chriſtianus ſit, finem præterea nullum, quem etiam naturaliter expetiit, ad quem, vt captus eſt, collineant omnia optandum eſſe non ignorarem, in hoc exiguo vitæ curriculo hoc primum, & ſummum meum munus eſſe cenſui, vt animum meum ad eum, qui omnium principium, & finis eſt, & vt Sancti Patres nos docuerunt, totum eſt id, quod eſt, & verius cogitatur, quam dicitur, & verius eſt, quam cogitatur, defigerem, atque intenderem. Hic erat mihi propoſitus in animo optimus finis: hoc erat mihi fixum, & ſtatutum, dubitabam aliquantulum, quam viam ad id obtinendum, cuius deſiderio flagrabam expeditiorem progrederer: omnibus pijs idem eſſe propoſitum, non omnes eundem curſum tenere, cum alij ad vias virtutis propenſione quadam naturali, ideſt, munere diuino aptiores ſint, videbam, nec illud me fugiebat, in deligendo vitæ genere ex re, ex tempore, ſed longè maximè ex ſuis cuiuſque viribus, atque ex natura conſilium omne eſſe capiendum. Cum aliquandiu in hac, quæ plurimum habuit difficultatis, deliberatione fuiſſem, tandem illo adiuuante, qui benè cogitantibus nunquam non prę ſto eſt, nec meæ naturæ magis idoneam, nec mihi honeſtiorem viam, nec ad conciliãdam mihi diuinam gratiam faciliorem inire me poſſe cognoui, quam ſi omne meum ſtudium, operam, laborem, diligentiam, induſtriam ad ſubleuandos pro virili mea mortales contuliſſem. Quare, ex quo de rebus mihi per ætatem iudicare licuit, hoc ſenſi, & quam potui accuratiſſimè feci, vt pro hominibus tuendis, conſeruandis, ſaluaque bon ſtate inu n lis

omnes labores exciperem; vt verò pergerem, vel potius, vt plurimum, quòd mihi maximè in optatis erat, proficerem, idem bonorum author, qui mihi hanc mentem dedit, facultatem, minimè, vt arbitror contemnendam largitus eſt. Nam à primo tempore adoleſcentiæ meæ in vtroq; iure diu, multumq; verſatus, & in multis, magniſq; cauſis exercitatus cũ inueſtigarem, & perſcrutarer diligenter omnia, quæ hominibus prodeſſent, diuturna, & obſeruatione & animaduerſione patefactus eſt mihi ad eas res aditus, quæ generi humano, niſi fallor, maximo vſui eſſe poterunt. Si quidem inter omnes conſtat, in omnibus cauſis vtrunque, & actorem, & reum vnũ illud agere, & in vnam eã rem incumbere: vt ſua confirmet, contraria redarguat, vt perfectum probandi munus abſoluat. In hoc nimirùm tanquam cardine totam obtinendæ cauſæ ſpem verti, vt quæſtioni dubiæ, & controuerſæ cauſæ fides fiat, qui inficias ire audeat, inueniri arbitror neminem. Hac in re tam vtili, & neceſſaria, quoniam regina illa eloquentia, quæ olim probandi, mouendi, & delectandi partes ſibi vendicabat, iam obticuerat, totaq; in foro agendi ratio mutata erat, multos labi, atque in quam maximas difficultates incurrere animaduerti; tantùm enim aberat, vt ab imparatis, & probandi ratione neutiquam inſtructis controuerſiæ ſedarentur, vt identidem lites de litibus exorirentur. His incommodis ſubueniendum eſſe, hocque vnum remedium fore ſi aliqua probandi, non litigandi ſimplex, aperta, directa, ad veritatem, & æquitatem proxima tradita fuiſſet via, comperiebam: nullus porrò, qui ad hoc faciendum ſuiſſet aggreſſus, mihi in mentem veniebat. Ego igitur ne meam de genere humano benemerendi conſuetudinem intermitterem, neve ab illo fine de quo ſuperius dicebam, vſquam oculos deijcerem, opus de Probationibus, ingens, & arduum ſanè, perdifficile, multis vigilijs, & laboribus elucubratum confeci, quo quidem in opere meum hoc conſilium, mea ratio, & oratio fuit, vt quæcunque de Probationum varia multiplici, & obſcura materia dici poſſent, omnia penitus cognita, & in vnum exitum ſpectantia ad artem, & præcepta redigerem: ordinemque, & certas errare in cauſis, qualeſcunque, & quantæcunque illæ ſint, minimè patientes vias traderem, vt multos in ſuo foro peregrinantes ad veritatis domicilium reducerem: ne incognita pro cognitis haberent; vt contentiones in litigando damnoſæ, calumniæ captioſæ, diſputationes commentitiæ, longi verborum anfractus, & circuitiones moleſtæ, & inutiles omnino reijcerentur, & relictis concertationum tenebris cohærentia, & conſequentia cernentes, diſiuncta, & diſſentanea deuitarent, ad clariſſimum deniq; concordiæ lumen mortales, quo ad eius fieri poſſet, deducerentur. Non me quidem præterit poſſe fieri, vt aliqui bonitate ingenij, & rerum vſu, experientiaque adiuti id, quod ego ſummo labore, aliquo artificio ſecutus, & ſum tradere conatus, aſſequantur; at quis neſcit raros eſſe iſtiuſmodi homines? vnde multitudini conſulendum erat, præterea nullus eſt tam à vero auerſus, qui, ſi experientiæ ars adiungatur, inde multo vberiores, & longè certiores fructus percipi non fateatur. Hoc volui, hoc in meis ſcriptis ſpectaui, vt hoc præſtarem, nulli nec operę, nec ſumptui, nec valetudini peperci, quid effecerim, & perfecerim, non meum, ſed aliorum iudicium eſſe volo. Verùm nemini melius, B. P. & prudentius, vt de omnibus, quam tibi, cuius ſacroſancto nomini hos meos labores dicatos volo, de hac re ſententiam ferre licebit. Nam quemadmodum authoritate, ſanctitate, & omnibus virtutibus omnes mortales ſuperas; ſic legum ciuilium doctrina, iure præcipuè Pontificio, ita omnibus excellis, vt doctiſſimi cuiuſcunque conſenſu palma, vel vt verius loquar, regnum merito tibi deferatur. Nihil enim iure, aut diuino, aut humano tam abſtruſum, nihil tam reconditum, quod diuino mentis acumine nõ perceperis, nihil tam implicitum, nihil tam dubium, nihil tam inexplicabile, & impeditum, cui admiranda ingenij abundãtia explanationem non adhibeas, quod apertiſſimè non explices, ac in omnium conſpectu ponas. Quid pluribus opus eſt? quemadmodum Pontificia dignitate ſummus es, quod nihil ſuperius eſt, Chriſtianæque Reipublicæ caput, columen, dux, moderator, & haberis, & appellaris; ſic iuris Canonici maximè perfecta, & abſoluta cognitio, ita tua ſolius, & propria eſt, vt cum mortalium nullo poſſit eſſe cõmunis. Quid de reliquis tuis virtutibus, quæ innumerabiles ſunt loquar? Tu nomine, exitu, & rebus GREGORIVS ſemper ſic vigilaſti, ita vt nunc vigilas, vt tuis conſilijs, pręſidijs, cuſtodijs, vigilijs Reſpublica Chriſtiana fuerit munita, & firmata. Tu memor in terris te illius perſonam, & vicem gerere, qui in cœlis omnes ſaluos vult: qui pro hominum ſalute mortem, & eam immaniſſimam oppetere non dubitauit, qui tibi Paſtori ſanctiſſimo cuium ſalutem credidit, & commiſit; quantum conſilio, quo plurimum vales; quantum intelligentia, qua omnibus pręſtas, quantum diligentia; qua nulli concedis, quantum iudicio, quo omnibus admirationi es, quantum prudentia quæ maximo in te opere nitet; quantum ſapientia, qua cum antiquis certare potes; quantum denique cura, cogitatione, & maieſtate, qua proxime ad Deum accedis, conſequi potes, tãtum ad animarum omnium conferis conſeruationem. Quis ignorat, quanto ſtudio publicæ paci conſulas? quem fugit, quanta celeritate illis rebus occuras, vnde aliquod periculum pijs conflari putatur, quæ vel Italię, vel aliarum nationum tranquillitatem perturbare poſſint? Cui non eſt compertum, quanta ſolertia Chriſtianorum Principum compoſitioni ſtudeas? Cui non eſt exploratum, quanta pietate omnia tentes, omnia experiaris, omnia periclitiris vt hæreſum ſceleribus coopertos corrigas: vt ſuperſtitionis capitali labe contaminatos, & Luterana, ideſt peſtifera contagione pollutos ad ſanitatem reuoces? teſtimonio ſint tot collegia Anglorum, Germanorum, Græcorum & aliarum gentium magnificentiſſimè conſtituta: tot pręmia viris data doctiſſimis, qui ad verum CHRISTI cultum, ad emendandos noſtrorum temporum mores inuitantur, ampliſſima: tot celeberrimi Oratores ad mendacij caliginem diſcutiendam, ad veritatis lucem afferendam per omnes prouincias diſpoſiti: tot legati ad Principes Catholicæ Eccleſiæ deſiderio accendendos vndique miſſi. Hæc nonne ſunt illius Principum Principis propria, qui Diuina auctoritate omnibus pręſit? qui ſummam virtutem cum ſuprema dignitate copulauerit? qui intentis oculis omnes Reipublicę Chriſtianę partes intueatur? qui rectè viuendi exempla omnibus prodere decreuerit? qui magnum eſſe ſanctè viuere Principes: ſed illud eſſe maius, quod permulti Principum imitatores exiſtunt, nouerit? In ſumma; hoc nonne eſt proprium munus Opt. & Max. Pontificis, qui Dei Opt. Max. legem illam, de qua illud ſanctiſſimum memorię proditum eſt elogium; Lex tua veritas; Lex Domini aperit ianuam cœli, exprimere conatur? Verum quo ſum prouectus? an tot, tantarumque tuarum latiſſimè patentem virtutum campum in tam breui, & anguſtæ epiſtolę tabella concludere mihi eſt propoſitum? minimè vero, Beatiſſime Pater, tantam enim amplitudinem, & ſanctitatem ingenij mei anguſtiæ capere non poſſunt, & vt quod res eſt, ingenuè fatear, mentis meæ acies infirma tanto ſplendore victa perſtringitur. Sed ad hoc tantummodò ſermonis genus deſcendi, vt omnibus me non ſine cauſa has meas, quæ ad ius ciuile, & vtraſque tum Pontificias, tum Imperatorias Leges pertinent, publicis commentarijs conſignatas commentationes tibi inſcripſiſſe, planũ facerem. Nam cum idonea perſona, cui hoc ſcriptionis genus conueniret, mihi quærenda eſſet; quę mihi aptior, ſi a tanto Pontifice diſceſſiſſem, cui nobiliſſimarum omnium diſciplinarum, iuris totius quidem, ſed in primis Pontificij omnes dominatum dant, & principatum, accidere poterat? Quid? cum defenſore contra eos, qui alienos labores magis reprehenſione, quam imitatione dignos exiſtimant, mihi opus eſſet; quẽ patronum potius adoptarem, quam omnium parentem quàm communis ſalutis tutorem, & cuſtodem, quem alium poſt Deum hac in re pro fine ſpectare debueram, quam eum, qui idem, quod ego ſpectat ſed infinitis partibus excellentiori via nititur, quàm eum, cuius tam latè manat potẽtia vt nullus nõ ſine eo tanquam medio fine a primo, & ſummo, beatitatis fine aberret vt qui cũ eo non ſit, contra CHRISTVM ſit, cuius tã inaudita humanitas, tam admirabilis maieſtati adiuncta facilitas, tã incredibilis iuſtitiæ cõnexa benignitas, vt difficilè ad iudicandũ omnibus videatur, ſit ne dignitate, & auctoritate altior, & iudiciorum æquitate iuſtior, an in tanta ſublimitate moderatior, & in accipiendis mortalibus omnibus humanior, facilior, benignior. In hac re non ſunt mihi aliorũ teſtimonia

quæren-

quęrenda, ego enim ipſe tuis maximis beneficijs à te affectus cōmemorandā omnibus tuam benignitatē ſum expertus: tāta profecto liberalitate me proſequutus es, vt me tibi obſtrictū memoria ſingularis tuę in me beneficentię perpetua ſignificem neceſſe ſit. Quare, B.P. ſi nulla alia mihi fuiſſet iuſta cauſa, cur meos libros Tuę Sanctitati conſecrarē: hæc ſola, vel dubitantem impellere poterat, vt meam erga te obſeruantiam, animumq; in communem Chriſtianorum benefactorem gratum aliqua ſignificatione declararem. Te igitur: B. P. oro, atq: obteſtor, vt hoc meum beneuolæ erga tuam Beatitatem volūtatis indicium libenter, vt cætera ſoles, accipias; exiguum ſanè eſt præ eo, quod à Pontificia bonitate in me profectum eſt; leuiſſimum omnino, præ tuę maieſtatis ſplendore; tamen me conſolor: propterea quod tibi obuerſatur ob oculos is, cuius imaginem in te videmus, cui hominū voluntas ſatis eſt, ſi rei facultas non ſuppetat. Tua igitur excellentiſſima humanitate fretus, B. P. ſpero fore, vt hoc quantulum id cunque eſt magnum ſit ex eo, quod perindè futurum eſt, vt ab animi tui magnitudine iudicabitur. Nec vlla mihi dubitatio eſt, quin quod iam feciſti, totum ſuſcipias; diuinoque tuo iudicio, & auctoritate defendendum, & amplectendum exiſtimes. Reliquum eſt, B. P. cum vt obſecrem, qui Chriſtianum Imperium ſuo ſanguine ſancitum fidei tuæ commendauit, quem tuarum actionum finem tibi propoſuiſti, vt te tandiu incolumem ſacro nauigio pręſidere patiatur, donec perfugæ iſti dementes te vnicum Gubernatorem agnoſcant, & vnà cum fidelibus ſocijs æternæ ſalutis portum in Romana Eccleſia ſibi quærendum credant, vt tu poſteà tot mundi laboribus perfunctus, quoniam in terris altius euolare non potes, in cœlis ad ſupremos Beatorum choros ita euoles, vt ad illum, vltra quem nihil quæras, cum boni tui certaminis à iuſto iudice coronam iuſtitiæ habeas, omnibus votis expetitum finem peruenias. Vale.

IOSE

IOSEPHVS MASCARDVS

Candido lectori, S.

SI quis etiam, atq; etiam cum animo ſuo, quot, & quantis miſerijs humana vita ſit expoſita, humaniſſimè Lector, conſideret, quicquid ille dixerit, & fecerit, non tam, vt id ſibi bono, atque honori, & dignitati, quàm vt ne damno, moleſtiæ, dedecori in tanta malorum turba ſit, ſi habebit (vt aiunt) acetum in pectore, omnibus votis exoptabit. Etenim cum aſſiduè ſic viuamus, vt tanquam in ſtatione, vel potius in arena, atque in acie contra hominum, & mali dæmonis inſidias ſtare videamur, nequaquam beatus is, cui multa bona, ſed potius is, cui minimum mali experiri in hac vita contigerit, exiſtimandus eſt. Hoc intellexiſſe mihi videntur Spartani, qui in omnibus ſuis votis hoc addebant iniurias ferre, vt poſſent: nec Solon hoc neſciuit, qui neminem ante mortem beatum eſſe dicendum, ſibi diuitiarum nomine nimium arrogantem Crœſum Regem admonuit. Hoc, quòd homines à veritate noſtra alieni intellexerũt, nos, qui veritatis, & fęlicitatis parentem conſequuti ſumus, non intelligere certè turpe eſt. Sed quid alij ſperent, aut cogitent admonuiſſe ſatis eſt: vt de me loquar, cum hoc opus arduum, & laborioſum de Probationibus in lucem emiſerim, tantum abeſt, vt aliqua honoris ambitione, aut gloriæ cupiditate ducar, vt mecum preclarè actum iri, ſi malorum obtrectationes effugiam, putem.

Nec tamen in tanta maledicorum turba poſtulo id, quòd nulli adhuc Scriptori accidit, vt mea ſcripta nullum obtrectatorum ſermoni locum relinquant, non enim ignoro huic malo remedium, niſi ſi tacuerim, nihilq; ſcripſerim, inueniri poſſe nullum. Mihi potius ſatis, ſuperq; erit, ſi id, quod in mea manu eſt, ne aliquis me iure coarguere poſſit, præſtitero. Hoc tua æquitate fretus humaniſſime Lector, me tuo teſtimonio conſecuturum ſpero, ſi difficultates, quibus in hoc per difficili opere componendo affectus, & afflictus ſum, breuiter explicauero. Non te præterit, Amice Lector, quàm tranquillo, quieto, & ab omni cura vacuo animo eſſe debeat is, qui ſuas cogitationes literis mandare, ac in apertum referre voluerit. Ego autem, ex quo hanc ſcribendi materiam ſum aggreſſus, quàm diſtrictus, quot, quantiſq; occupationibus implicatus fuerim, difficilè dictu eſt. Primum Romæ cum omne meum ſtudium, & ingenium, quantulum id cunq; eſt, ad has lucubrationes contuliſſem, Mediolanum cũ Vicarij apud Illuſtriſs. Card. Borromæum, cuius ſanctitatis ſplendor omnibus orbis terrarum nationibus lucet, dignitate proficiſci mihi contigit. Ibi ſi quid otij, ſpatij, & temporis, quòd per exiguum fuit, in cæpto operi impendi, id grauiſſimis, & moleſtiſſimis, quas ſigillatim omnes referre longum eſſet, occupationibus ægrè fuit ereptum. Patauium deindè, vt eodem munere fungerer, cũ fuiſſem accerſitus, loci magna, curarum nulla mihi facta eſt mutatio, tantis enim in rerum aſperitatibus, & temporis anguſtijs ſum verſatus, vt vix tantulũ ſpatij, quod ſcribendi ſtudio ſuppeditarem, mihi vacauerit: Neapolim non ita multo poſt, vt Illuſtriſs. Card. Paulo Aretio, cuius mortui religio, pietas, integritas, benignitas in perpetuum victura eſt, Vicarius operam nauarem, me contuli. In illa verò tam graui, & illuſtri prouincia, quàm parum ab innumeris ſollicitudinibus mihi ad ſcribendũ fuerit otij, me tacente vnuſquiſque per ſe conijcere poterit. Mortuo Aretio, Placẽtinam Eccleſiam Vicarius Reuerendiſs. Philippi Seghę apud Regem Catolicum internuncij quem, vt tanti Antiſtitis admirabilis ſapiẽtia, probitas, grauitas, dignitaſq; poſtulat, honoris gratia nominatim volo, adminiſtrandam conſenſu Summi Pontificis Gregorij X I I I. cuius ſalus quia ſuæ fidei commiſſi gregis commoda aſſiduè intuetur, noſtra ſalus eſt, etiam ab Illuſtriſs. Card. Philippo titulo Sancti Xyſti, qui omnium patronus Placentinam Eccleſiam in ſua fidem recepit, virtutibuſque omnibus inſtructus ſibi viam ad cęlum munire omni ſtudio conatur, diplomate accepto ſuſcepi. Hic mihi labor, quam moleſtus, quam operoſus fuerit, quantum oneris hic honos attulerit, in præſentia nihil cõmemorare neceſſe eſt illud veriſſimè dicere poſſum, cum ijs oneribus ſuſceptarum rerum ſolus præeſſem, quæ iam antea vix multi collegæ ſuſtinere poterant, me nihil quieti, nihil vacui, nihil omninò liberi temporis huic ſcribendi cogitationi impertiuiſſe. Nunquam tamen ab incępto deſtiti, nunquam animũ deſpondi, ſed omnes difficultates exhorrui, moleſtias deuoraui, vigilias, labores infinitos, & extraordinaria atq; intempeſtiuos exhauſi: contra ingruẽtes aliũ ſuper alios caſus ſemper pugnaui. Sed fortaſſe fuit, vbi poſt tantos Eccleſiaſticarum adminiſtrationum labores exantlatos acquieſcere nihil minus. Nã cum Romam conceſſiſſem hac ſpe, vt ibi inchoato operi ſummam manum imponerem, vix ocio mihi dederant frui, cum honos, atq; adeò onus inuiſendi Faliſcorum Eccleſiam, & Corytum antiquiſſimam Italiæ vrbem mihi tribuitur: quo munere nondum peracto, Romam à Summo Pontifice fui ea de cauſa accerſitus, vt Adiacenſis Epiſcopatus, qui in Corſica eſt adminiſtrationẽ ſuſciperem, aliaq; in ea inſula, quæ ad noſtrę religionis dignitatem pertinent primo quoq; tempore obirem. Tum verò ſi quam ſpem incępti operis perficiendi habebam, eã omnem propemodum amiſiſſe mihi viſus ſum. Rem paucis expediã, nihil celabo, nihil diſſimulabo, quęcunq; in meis libris leges, omnia feſtinanter, raptim, curſim, operiſq; ſubſeciuis arripui, vt noſtras Concluſiones, & Probationes non ea, qua par erat, ſtatera, aut trutina probare, & examinare vſquam per tot incommoda mihi licuerit. Hæ cauſæ, humaniſſimè Lector, fuerunt, cur ſerius, quàm volebam, in manus hominum Probationum opus, cum ego aliud cogitarẽ, aliud accideret, venerit.

Cum verò maximè mihi eſſet in optatis non partem aliquam operis, ſed totum opus perfectum, & abſolutum edere, conſilium mutare, in hac noua inſulari Prouincia, & duas tantum partes, ſuppreſſa interim, quæ tamẽ propediem apparebit, parte tertia, typis committere ſum coactus. Illud autẽ ſi quis mihi vitio dederit, quòd in meis ſcriptis verborum ornamenta, & ſententiarum lumina non adhibuerim, is æquum mihi iudicem ſe præbebit, ſi primum hoc non eſſe exigendum ab eo homine, qui ſemper eos voluat libros, quorum auctores rebus contenti verborum elegantiam aſpernati ſunt, intellexerit: Deindè, quòd materia hæc, qualẽ agimus, Latini ornatus, & lepotis capax neutiquam eſſe poteſt. Nec hoc alicui minorum videri debet. Nam ſi cum literæ florebant lingua Latina inops putabatur, quid noſtra tempeſtate, tot nouis, ſuper aliàs, litibus exorientibus, cenſendum eſt? Itaq; vt ego ſermonis commoditatem minimè, quantum res ipſa patitur, contemnendam duco, ſic alio impellẽte neceſſitate, de verborum inſignibus haud ſollicitum, re ſatis intellecta, ſcriptorem eſſe debere exiſtimo. Hæc non ignarus multo plures eſſe, qui alienas res quantuncunq; perfectas cauillantur, quam qui imitantur, & in aliorũ ſcriptis legendis quid reprehendere poſſint, quàm quid laudare debeant, ſpectare conſueuerunt, mihi ſcribenda duxi. Tu melioris mentis, & ęquioris animi, humaniſſimè Lector; humanę conditionis non immemor alienę famę, & exiſtimationi ſuccurres, maximoq; opere id, quod opto, & ſpero, mihi dabis, vt ſi quid in meis libris tua cognitione dignum cenſueris, id Diuinæ gratiæ tribuas, errata humanæ imbecillitati remittas. Vale.

IN:

INDEX QVÆSTIONVM,

QVÆ IN HOC OPERE

CONTINENTVR.

Probationis neceſſitas, & vtilitas. quæſt. 1
Probatio, quid ſit. 2
Probatio vnde dicatur. 3
Probationum ſpecies, quot ſunt. 4
Probationum ſpecies prima, quæ ſit per teſtes. 5
Probationum ſpecies ſecunda, quæ ſit per inſtrumentum, & ſcripturam. 6
Probationum ſpecies tertia, quæ ſit per confeſſionem. 7
Probationum ſpecies quarta, quæ ſit per euidentiã ſacti. 8
Probationum ſpecies quinta, quæ ſit per iuramentum. 9
Probationum ſpecies ſexta, quæ ſit per præſumptionem. 10
Probatio ſemiplena. 11
Probationis ſemiplenæ tertia ſpecies, quæ ſit per comparationem literarum. 12
Probationis ſemiplenæ quarta ſpecies, quæ ſit per priuatam ſcripturam. 13
Coniectura. 14
Indicia. 15
Factio. 16
Probare quis, & quomodo, quid, & quando debeat. 17

ARGVMENTA CONCLVSIONVM OMNIVM,

quæ in hoc primo Volumine continentur, Vſque ad literam F.

ABBAS, vt Abbas aliquid faciens, an ſe Abbatem etiam probare cogatur. Concluſ. 1
Abbatis, vel Prælati acta, an, & quomodo cõſenſu cõuentus, vel capituli facta, præſumantur. 2
Abbas, quando, & in quo poſſit p̃ ſuo monaſterio eſſe teſtis. 3
Abbreuiatura inſtrumenti, an plenè ſoleat probare. 4
Abſentia, vel præſentia, an, & quando præſumatur, & quãdo, & per quem probetur. 5
Abſentia, an, & quando præſumatur in bonam, vel malam partem. 6
Abſentia in præſcriptione, an, & quando, & per quos probetur. 7
Abſentia in iudicijs, quomodo probetur, & quot modis quis eſſe abſens dicatur, & quis eam probet. 8
Abſentia in ſtipulationibus, quo pacto probetur, & quando illas vitiet. 9
Abſentia aduocati, quomodo probetur. 10
Abſentiam cauſa reipublicæ eſſe probandã, & quis cauſa reipublicæ abeſſe dicatur, vel ex iuſta cauſa. 11
Abſolutio ab excommunicatione, quomodo probanda. 12
Excommunicatum an idcirco ſe confiteatur, qui ſe ab excõmunicatione liberari efflagitat. 13
Acceſſorium an ſtatim confirmatum cenſeatur, ſi probatum fuerit principale, & quid in ſeparatis. 14
Acceſſorium, quo tempore probari poſſit iuramento. 15
Acceptatio an præſumatur facta legitimo tempore, & an illud tempus ſit probandum. 16
Acceſſus non tutus, an, & quando probari debeat. 17
Acceſſus non tutus, an probetur per teſtes ſingulares, & quomodo deponere debeant. 18
Acceſſus non tutus an probetur, inimicitias probando in loco, in quem conferre debet. 19
Acceſſus non tutus, an eo ipſo cenſeatur probatus, quod probatum ſit peſtem eſſe in aliquo loco. 20
Accidens cuius generis ſit probationis. 21
Acclamatio, per quot teſtes, & quomodo ſit probanda. 22
Acclamatio puellæ, an inducat præſumptionem ſtupri, vel adulterij, vel vulneris. 23
Accuſans, & non probans, qua pœna ſit afficiendus, & quo pacto id procedat. 24
Accuſator, quando calumniatur præſumator, & quæ pœna ſit illi infligenda. 25
Accuſator, & teſtis an quis eſſe poſſit contra accuſatum. 26
Accuſatus capitaliter, an poſſit teſtimonium perhibere, pendente accuſatione capitali. 27
Accuſans teſtes falſi, dicēs corruptos, an teneatur p̃bare corruptelam, & falſitatem, & qñ, & quo pacto procedat. 28
Accuſatore non probante quem turbaſſe poſſeſſionem reus abſoluitur. 29
Acquiſita per mulierem conſtante matrimonio, an de bonis mariti acquiſita cenſeantur. 30
Acquiſita per fratrem cum alijs fratribus viuentem poſt obitum patris hæreditate indiuiſa, an cenſeantur acquiſita de paterno matrimonio, & huiuſmodi an debeant inter eos communicari, & quomodo inter fratres intelligatur contracta ſocietas. 31
Acta iudicij, quomodo probentur. 32
Acta iudicij facta in vno iudicio, quomodo probent in alio inter eaſdem perſonas, & quo pacto id procedat. 33
Acta, probationes, & confeſſiones factæ, & coniecturæ, & p̃ſumptiones habitæ in iudicio ciuili, an probent, & fidem faciant in iudicio criminali. 34
Aſſertioni iudicis, & notarij ſuper actis, quomodo credatur, & late de ſententia. 35
Actore nõ probante, reum abſolui. latiſſimè examinatur. 36
Actor an prius debeat probare, quàm reus 37
Actus in iudicio, cuius nomine præſumatur factus. 38
Actus facti a furioſo, an & quomodo valeant. 39
Aditio hæreditatis quomodo probetur, & præſumatur. 40
Aditio hæreditatis, & animus adeuntis, quomodo probetur p̃ verbum volo, & per verba demonſtratiua, conditionalia, & enunciatiua. 41
Aditio hæreditatis, quomodo probetur per ſcripturam. 42
Aditio hæreditatis quomodo probetur per facta. 43
Aditio hæreditatis per plurimos modos probatur, qui etiam ſinguli explicantur. 44. 45. & concl. 50
Aditio hæreditatis, quomodo probetur per poſſeſſionem bonorum hæreditariorum defuncti. 45
Aditio hæreditatis, an probetur ex eo, quod quis poſſederit bona hæreditaria per decennium. 46
Aditionis modus decimus quintus explicatur, & quomodo procedat. 47
Aditam hæreditatem, an confectio inuentarij probet. 48
Adeundam ad hæreditatem ſi quis inſtituat procuratorem, an propterea dicatur eam adiuiſſe. 49
Aditio hæreditatis p̃batur, p̃ quos plurimi modi recenſent. 50
Aditio hæreditatis, an per ceſſationem in non faciendo probetur. 51
Aditionem hæreditatis, per teſtes ſingulares probari: & quo pacto id locum habeat. 52

Admi-

Digitized by Google

Argumenta

Adminiſtrator ſoluens, an de ſuis, vel pecunijs eius, cuius bona adminiſtrat ſoluiſſe prę ſumatur. 53
Adminiſtrationis tutelę probatio, an fieri debeat ſingulatim de rebus adminiſtratis. 54
Adminicula, an per ſe probent. 55
Adulationis mala quam plurima connumerantur: & an adulatoria verba probent. 56
Adulterij ſcelus improbatur, quibus pęnis olim vindicati fuerint adulteri, & cuius ſit probationis. 57
Adulterij ad probationem, an antequam quis deueniat, ſit in primis neceſſe probari matrimonium, aliàs ſuccumbat; nõnullaque ſcitu digna ad probandum adulterium traduntur; 58
Adulterium quomodo teſtes probent. 59
Adulterium nunquid probetur ex pernoctatione mulieris extra domum mariti. 60
Adulterium an probetur ex deprehenſione viri in domo mulieris formoſæ, 61
Adulterium an per auditum probetur. 62
Adulterium an ad excludendum matrimonium per rumorem probetur. 63
Adulterium nonnullis modis probari poteſt. 64
Adulterium, an teſtes, vnus de vna die, & loco, alius de alia deponens probent; vbi etiam intelliges nõnullas alias adulterij probationes. 65
Aduocatus, an in cauſa ſui clientis teſtificando probet. 66
Affectio vbi, & quando prę ſumatur, & quomodo ꝓbetur. 67
Affinis, an probet pro ſuo affine. 68
Affinitas, & conſanguinitas, an poſſit per teſtes probari. 69
Affirmatiua ne facilior, quàm negatiua probatu. 70
Aggreſſio cum ſemper præſumatur facta animo occidendi, aggreſſoris ſunt partes, vt probet ſe non habuiſſe animum occidendi. 71
Et de aggreſſore, & quomodo vter prior in alterum impetũ fecerit, probandum ſit, & præſumendum. 72
Agnatio in ſucceſſione, quomodo probetur. 73
Agnati ſi compellãtur ad teſtificandum contra eius agnatos, an probent. 74
Alienatio rei eccleſiaſticæ cùm vtroq; iure, & Cæſareo, & Pontificio ſit prohibita, multa probanda ſunt, vt ſubſiſtere poſſit, quæ recenſentur. 75
Alimenta à matre filio praſtita, an præſumi poſſit, vel probari donata, an animo repetendi data. 76
Alens vir vxorem ęgrotam, an præſumatur pietatis cauſa, et coniugali amore facere, & quo pacto alimenta probanda ſint. 77
Alleganti, vel dicenti aliquid, illud ei probãdum eſt, cuius rei gratia multa afferuntur exempla. 78
Allodium quid ſit, & quibus modis probetur, & præſumatur. 79
Allocutio ſummiſſa ad aures, an faciat indicium tractatus delicti commiſſi, & an probet illud. 80
Alluuio quomodo probetur per teſtes. 81
Alternatio, quomodo prę ſumatur. 82
Altitudo, quomodo probetur per teſtes. 83
Ambaſciatores, quomodo probentur. 84
Amicitia, quomodo probetur per teſtes; & quomodo, & quãdo præſumatur. 85
Amicus, in quibus caſibus pro amico teſtimonium dicendo probet, & in quibus reyciatur. 86
Amiſſio quomodo probetur, & quando ſtetur iuramento amiſſionem aſſerentis, & quando non. 87
Amiſſio ſcripturarum, quomodo probetur. 88
Amor inter amaſiũ & amantẽ nõnullis modis probatur. 89
Ancilla de ſuſcepta in vxorem à domino quid præſumatur, & de recepta prægnante in domo domini, & an, & quando pro domino poſſit teſtificari. 90
Animal, vt bos, vel equus, an probetur eſſe alicuius per ſtigma impreſſum. 91
Animal venditum, morboſum, vel putridũ apparens, an tale præſumatur fuiſſe tempore venditionis, & traditionis. 92
Animam teſtatoris mærere ob mulieris impudicam vitam præſumitur. 93
Animus quibus probetur. 94. *ea. & quomodo. concl. ſeq.*
Animus compenſandi quibus modis probetur. 96
Animus delinquendi quibus modis probetur, & præſumatur. 97
Animus deliberatus, & præmeditatus in occidendo, an, & quãdo, & quibus modis præſumatur, & probetur. 98. 99. *& concl. ſeq.*
Annulli tranſmiſſione, an probetur matrimonium. 100
Annua præſtatio, quibus modis probetur. 101
Antecedens prohibens, quibus prę ſumptionibus poſſit præſumi, vel probari prohibitum etiam omne id, per quod peruenitur ad illud. 102
Antiquum tempus, quod varijs in rebus intelligatur, & quæ probationes ad id ſatis ſint. 103
Antiquum, an, & quando probetur per teſtes de auditu. 104
Antiquum quibus modis probari poſſit. 105
Antiquum, quomodo probet per verba enunciatiua, ſiue narratiua. 106
Antiquum per coniecturas, indicia, & præſumptiones quomodo probetur. 107
Antiquitas, quo pacto præſumat, & probet ſolemnitatem interceſſiſſe in omnibus actibus. 108
Apocha, an, & quomodo fidem faciat. 109
Apocham ſi debitor neget quomodo fieri poſſit, vt plenè probari valeat. 110
Apocha, quæ nullo teſtium fulta adiumento eſt, an & quo tempore probet. 111
Apoſtatam aliquem eſſe, pluribus modis poſſe probari. 112
Apoſtillę adiectę inſtrumento, an & quando, & quomodo probent. 113
Appellans quę probare compellatur, & quo pacto ſit probanda appellatio. 114
Et nonnulla alia recenſentur, quę appellanti probãda ſunt. concluſ. ſeq.
Appellans, an & quando probare debeat impedimentum proſequendi appellationem, & quomodo probetur. 116
Appellatio, an & quando deſerta præſumatur, & appellationis renunciatio, quomodo probetur. 117
Appellationis in cauſa, an & quomodo probari poſſint non probata in cauſa principali. 118
Appellationis delatio quomodo probetur. 119
Appellatio, an & quomodo intra decem dies interpoſita præſumatur. 120
Approbatio ſententiæ, aut ſcripturæ, quibus modis probetur, 121.
Aquę bonitas, quibus modis probetur. 122
Aqua, an, & quibus modis probetur eſſe ꝓpria alicuius. 123
Arbiter, an poſſit eſſe teſtis, in cauſis, in quibus fuit arbiter, dirimitur concluſio. 124
Arbiter tanquam arbiter, & arbitrator, ſi pronunciet, cui potiſſimum id ſit aſcribendum. 125
Arbitramentum, quomodo probetur. 126
Arbor per quot pedes prę ſumatur emittere radices. 127
Armatus cenſeatur ne benè, an malè animatus eſſe. 128
Arrarum traditio in ſponſalibus, quo pacto ꝓbanda ſit. 129
Articuli admiſſi an cenſeantur, ſi ſuper his ſint teſtes recepti. 130.
Articuli quando admittantur, num pars vocanda ſit. 131
Articuli impertinentes, an ſint admittendi. 132
Articuli in cauſa ciuili, vel criminali ciuiliter intentata, an poſt lapſum terminum, etiam re integra admittãtur. 133
Articuli an admittantur poſt publicatas atteſtationes. 134
Artificem quem non eſſe, quomodo probetur. 135
Aſcendentes an præſumantur velle relinquere hæreditatem deſcendentibus. 136
Aſſaſſinium, quando probetur. 137
Aſſaſſinus, vel prędo an probetur, quòd nummis captus pecuniam acceperit, vt patraret homicidium, & alijs modis, qui enumerantur in concluſione. 138
Aſſertio Summis Pontificis, an prboet, adeo, vt ei nihil obijci poſſit. 139
Aſſertioni Cardinalis legatis aſſerentis ſibi aliquid eſſe commiſſum à Papa, vel a Principe, an plena fides adhibeatur

licet

licet non oſtendat literas ſui mandati. 140
Aſſertioni Principis an ſit credendum. 141
Aſſertio iudicis, an probet actum partium. 142
Aſſertio notarij an probet. 143
Aſſertioni vulnerati contra inculpatum an ſtandũ ſit. 144
Aſſeſſoris teſtimonio, an ſtetur in cauſa, in qua fuit aſſeſſor. 145.
Attentata reuocari petenti, an ſufficiat probare ſe poſſedisse tẽpore litis motæ, & lite pendente fuiſſe ſpoliatum licet de titulo non probet. 146
Attentata, quomodo probentur per remiſſionem ad partes, an attentatum probetur per inſtrumentum. 147
Attentata quo pacto probentur. 148
Atteſtationibus in iudicio receptis legitimè publicatis, an, & quando, quibusve modis ſtandum ſit. 149
Auari cum omnes præſumantur, declaratur in quibus id potiſſimum locum habeat. 150
Auditus quid probet. 151
Augmentum dotis, de bonis cuius præſumatur eſſe. 152
Auctoris alicuius rei atteſtationi, an ſtetur. 153
Auctoritas ſuperioris quomodo interueniſſe præſumat. 154
Auctoritates quando, & quomodo probent. 155
Auus, an in dubio præſumatur dotare nepotem contẽplatione filij, vel ipſius neptis, vel ipſiuſmet. 156
Auis reperta pœnes tertium, an præſumatur aduolaſſe. 157
Auxiliator criminoſi, an poſſit eſſe teſtis. 158
Auxilium delinquenti quomodo quis præſtare præſumatur, & probari poſſit. 159

B

BAlla, an præſumatur illius mercatoris, cuius eſt ſignum in ea. 160
Bancherius communis, ſiue mauis numularius, vel argentarius, an præſumatur quæſiuiſſe bona, quæ habet ex pecunijs publicis, an ex officio ſuo. 161
Bannitum quem eſſe, quomodo probetur, & quando poſſit iure occidi. 162
Bannitum quem eſſe, quomodo probetur. 163
Barrataria magiſtratus, quomodo probetur. 164
Barratariam iudicis ad probãdum, an ſufficiant coniecturæ, & præſumptiones. 165
Barrataria quomodo probetur. 166
Baſilica, cuius præſumatur. 167
Bellum iniuſtum probatur ex eo, quod iuſtum non probetur. 168.
Benedictio facta ab aliquo auctoritatem habente, quomodo præſumenda. 169
Beneficium ſi quis in vita poſſidebat, an illud vſque ad vltimum vitæ ſpiritum poſſedisse præſumatur, & quomodo id probetur. 170
Beneficij vacatio, vt adiudicatio fiat, an ſufficiat probari per publicam vocem, & famam. 171
Beneficium ex primaria inſtitutione ſæculare ne, an regulare præſumatur. 172
Beneficij collatio ad quem ſpectet, & quo pacto probetur. 173
Beneficij collatio ſiue renunciatio, probari an poſſit per teſtes. 174.
Beneficiatus, an teneatur probare de iuſto titulo beneficium renunciantis. 175
Beneficij collatio clandeſtina, an ſimulata præſumatur. 176
Beneficij iuriſpatronatus eſſe laicorum aſſerens, an illud probare debeat. 177
Beneficij permutatio, vel reſignatio, an, & quomodo probetur facta in fraudem. 178
Beneficij vnio, quomodo præſumatur. 179
Beneficium habens, quid probare cogatur. 180
Beneficium, qui velit conſequi, an ab illo dandus, & probãdus ſit certus aliquis modus vacandi. 181
Beneficium impetrans, quod vacãs ſit per contractum matrimonij, quæ probare teneatur. 182
Beneficij vacatio per aſſertionem alterius, quibus modis probetur. 183
Benemerita, an, & quõ probentur per verba enunciatiua. 184 & 185 ſeq.
Benemerita remunerationi eſſe paria, & reſpondere rei donatæ probandum eſſe, & quando id procedat. 186
Benemerita eſſe probanda, vt præſumatur. 187
Beneplacitum ratione dignitatis aut perſonæ conſenſum, quãdo morte concedentis expiret. 188
Berroarij teſtimonium in iudicio, quam fidem faciat. 189
Beſtiarum legato relicto, an cenſeantur legata eſſe animalia domeſtica, & manſueta. 190
Biblia authoritas, atque ſummariè narratur. 191
Bibliothecæ legato, an iudicandum ſit cum libris, venire armarium. 192
Blanditiæ Principum inſtantiſſimè, an metum inducere dicantur. 193
Blaſphemiæ quam graue ſit ſcelus oſtenditur, atque quomodo probetur quis blaſphemus, & an idem teſtis eſſe poſſit. 194
Blaſphemator, quomodo probetur. 195
Bimulus qualiter præſumatur, cui ſint liberi primi matrimonij. 196
Bona conſumpta fuiſſe, quibus modis probetur. 197
Bonis ſibi hipothecatis, quid creditori ſit probandum. 198
Bona hæreditaria in bonis teſtatoris fuiſſe, quomodo probetur 199.
Bona affirmanti ex bonis patris ad filium perueniſſe onus incumbere probandi. 200
Bona in contractibus deducta, quæ intelligantur. 201
Bona prælati defuncti, an quæſita præſumantur de bonis eccleſiæ, vel de bonis paternis. 202
Bona per prælatum poſſeſſa, an in dubio præſumantur eſſe de menſa eccleſiæ, & quibus modis id probetur. 203
Bona quem non habere, quomodo probetur. 204
Bona ad hæreditatis debita ſoluenda ſi quis aſſerat non ſufficere, quomodo illi probandum ſit. 205
Bona futura cõprehendi in obligatione, & diſpoſit[illegible] te ſimpliciter de bonis non probari, nec præſumi. 206
Bona ſuſtecta eſſe, quomodo probetur. 207
Bona defuncti eſſe vacantia, quomodo probetur. 208
Bona omnia, an allodialia, & libera, eſſe præſumãtur, & quomodo id probetur. 209
Bona inuecta, & illata in fundum conductum, quomodo probentur domino fundi obligata pro penſione, & quo pacto id procedat. 210
Bona mulieris an dotalia, vel parapher nalia eſſe præſumantur. 211.
Bona pupilli vidua adminiſtrãs, an ea, quæ penes ipſam fuere inuenta, ex bonis pupilli quæſita præſumantur. 212
Bona reperta in domo viri, an præſumantur eſſe viri, an vxoris, & quo pacto vxor ſua eſſe probare poteſt. 213
Bona reperta penes vxorem, an in dubio acquiſita, præſumãtur ex bonis mariti. 214
Bona vxoris, quomodo præſumantur data viro in dotem. 215
Bona officialis Principis, an acquiſita eſſe præſumantur de bonis ipſius Principis. 216
Bona ſi ſint intra fines Regni, prouinciæ, ciuitatis, vel caſtri ſita an idcirco illius eſſe dicendum ſit, cuius eſt regnum, & cætera loca, & quomodo id probandum. 217
Bona communia fuiſſe quomodo probetur. 218
Bona mobilia ſi quis aſſerat nõ adeſſe, vt immobilia alienentur, id probare debet. 219
Bona fuiſſe alicuius, quomodo probetur. 220
Bona eſſe acquiſita è re patris, quomodo probetur. 221
Bonus quomodo quilibet præſumatur. 222
Bonum eſſe quem, non malũ aſſerentibus teſtibus maior ne fides habenda ſit. 223
Bona fides, an in dubio præſumatur, niſi probetur mala, & quomodo id procedat. 224
Bona fides quomodo præſumatur ex diuturnitate tẽporis 30. vel 40. ann. 225
Bonam fidem ex coniecturis præſumi, & probari. 226
Bona fides, an probetur per iuramentum. 227
Bona fides quo pacto præſumatur ex titulo. 228
Idem ex titulo renunciationis, & diuiſionis ſeq. 229

Bona fides in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus, quomodo probetur. 230
Bona fides quomodo in dubio præſumatur in poſſidente, & ex poſſeſſione. 231
Bona fides, an per depoſitionem vnius teſtis probetur, & cur, 232.
Bonæ conditionis, quomodo quis probetur. 233
Bonitas, & bona qualitas alicuius, quomodo probetur. 234
Bonam famam deponentibus, an magis credatur quã de mala atteſtantibus, etiam ſi illi ſint pauciores. 235
Bona fama, quomodo per teſtes probetur. 236
Bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas præſumi, & probari ob temporis antiquitatem petitam. 237
Bonorum poſſeſſionem coram prætore legitimè agnitã fuiſſe non probari per patientiam longi temporis. 238
Bouem periiſſe, quomodo probetur. 239
Breuitas termini in iudice, quid probet, & quid in alijs breuitas actus. 240
Breuitas temporis quomodo faciat præſumi dolum, & fraudem. 241
Bullæ falſitas, quando arguatur. 242
Bullæ imperfectæ, an fides ſit adhibenda. 243
Bullam ſuam producẽs actor poſt terminum ad articulandũ ſi non conſtet de die abſolutionis, an in dubio præſumatur ante terminum fuiſſe perfectam. 244
Bullæ deperditæ tenor, quid probari debeat. 245
Bullæ tranſumptum ex regiſtro, an plenam vbiq; ſicut bulla originalis, fidem faciat. 246
Bulletinum, quod ſit pro peſte, vel aliqua alia cauſa, an probet. 247
Bulletinum, an probet aliquem non eſſe de peſte ſuſpectum, & quomodo. 248
Bulſum equum eſſe, an magis credatur teſtibus affirmãtibus, quam negantibus. 249

C

Caducitas, an probetur ex non ſolutione canonis. 250
Caducitas, quomodo probari poſſit remiſſa. 251
Calculi error, qua ratione probetur. 252
Calumnia, quomodo præſumatur, atque probetur. 253
Campſor, eiuſque libri, quod probationis genus faciant. 254
Cancellatio inſtrumenti, an & quomodo probet inſtrumentũ cancellatum. 255
Cancellatione inſtrumenti, vel teſtamenti, quid ſit præſumẽdum. 256
Cancellariæ regulæ, quomodo probent. 257
Canonis præſtatio, quid probet. 258
Canonicus, quomodo quis probetur, & præſumatur. 259
Canonicus, an teſtis eſſe poſſit. 260
Canonizatio, quo pacto probetur. 261
Cantus quomodo probetur. 262
Cappellania bonorum, quomodo per teſtes probari poſſit. 263
Caprarius, quid probare debeat. 264
Carceratus aufugiens fractis carceribus, an pro cõfitente reo habeatur. 265
Carceratum mortuum inuentum præſumi culpa cuſtodis è vita migraſſe. 266
Carceratus, an teſtis eſſe poſſit. 267
Cardinalis, quod probationis genus faciat. 268
Cardinalis in quibus, & quomodo credatur. 269
Caſtrum, vt probetur alicuius vrbis eſſe territorij, & cum ſit inter medium duarum ciuitatũ, cuius præſumatur, & an illud poſſidens prædiorum adiacentium poſſeſſionem habere cenſeatur. 270
Caſum fortuitum quis probare cogatur. 271
Caſus naufragij, furti, & ſimilium debent probari, & quo pacto. 272
Cataſtrum licet regulariter nõ probet, bona tamen in illo deſcripta illius dicuntur cuius eſt cataſtrum. 273
Cauſam iniquam quomodo quis fouere dicatur. 274
Cauſa in reſcripto Principis, an præſumatur, & quomodo probetur. 275
Cauſæ cognitio, quomodo probetur, & in decreto iudicis præſumatur. 276
Cauſa legitima in alienatione rei eccleſiæ, an probari debeat, & quomodo. 277
Cæcitas, quomodo poſſit probari, & an quondam cæcus, nunc cæcus præſumatur, & nunquid teſtificari poſſit. 278
Cenſus an per annuam ſolutionem probetur. 279
Cenſus qua ratione probetur. 280
Cenſualis, an in dubio præſumatur contractus, an emphyteoticus, & quomodo probetur. 281.
Certam ſcientiam probandi cui incũbat onus, & quibus modis probetur. 282
Certificatio cum non præſumatur, probanda eſt. 283
Charta maculoſa, ſuſpicioſa eſt, nec admodum probat. 284
Chirographum quomodo omnino probet. 285
Chriſtianum quem eſſe quomodo probetur. 286
Chronicarum, & hiſtoriarum exemplum, an & quomodo fidem faciat. 287
Cifra inuſitata, an & quomodo probet. 288
Cimiterium, quomodo probetur. 289
Citatio, an præſumatur. 290
Citatum quem fuiſſe, quomodo probetur. 291
Citationis notitia, quomodo probari poſſit. 292
Citatus, quomodo impedimentum, vel cauſam probare poſſit. 293.
Citatio, an iudice mandante, facta præſumatur, quãdo in dubio verſatur. 294
Ciuis, an præſumatur eſſe, qui in ciuitate reperitur. 295
Ciuitatis, quæ eſſe probentur. 296
Clam ſi quid factum ſit, probat contra eum, qui id egit, & clã fieri quid dicatur. 297
Clauium receptio, quid probet. 298
Clauſula inſolita, quomodo probetur appoſita in aliquo inſtrumento. 299
Clauſula codicillaris, an præſumatur appoſita ex mente teſtatoris. 300
Clauſulæ in contractibus appoſitæ, quomodo probent. 301
Clericatus, an probetur, eo quod quis incedat in habitu tonſurario. 302
Clericatus per quot teſtes probari poſſit. 303
Clericatus ex diuturna poſſeſſione an probetur. 304
Clericatus, an per literas Epiſcopi, & alijs hic enumeratis modis probetur. 305
Clerico teſti quanta fides habeatur. 306
Clientulus, an poſſit eſſe teſtis pro ſuo patrono. 307
Codicilli probatio, quomodo fiat. 308
Cogitatio, quomodo probetur. 309
Cognatus, an teſtimonium dicere poſſit. 310
Coitus impotentia, quomodo probetur. 311
Coitus quomodo præſumatur, atque probetur. 312
Collatio valida, quomodo, & quibus rationibus probetur. 313.
Collatio, quæ prius facta cenſeatur, an illa ſummi Pontificis, an ordinarij. 314
Collator, an ſit idoneus teſtis pro illo, cui contulit beneficium. 315.
Collectam quem ſoluiſſe, quomodo probetur. 316
Collectoris facultas, ſiue commiſſio quo pacto probari debeat, & an ex eo, quod quis ſit collector, eius beneficia reſeruata dici poſſint. 317
Collegiatus, an teſtis eſſe poſſit in cauſa collegij. 318
Collegium, quomodo probetur. 319
Colonus, an pro domino teſtis eſſe poſſit. 320
Color, quomodo probetur. 321
Colluſio, quomodo probetur. 322
Comes, an præſumatur habere comitatum iure proprio, an tanquam feudalem. 323
Comiti Palatino, an & quomodo credendum ſit aſſerenti ſe habere facultatem legitimandi. 324
Commiſſio vt valeat, quæ probanda ſint. 325
Commiſſio facta Vicario Generali viua voce, de conferendis beneficijs a legato, vel Epiſcopo, an probetur per teſtes. 326.

Commo-

Commodatum, an præſumatur factum rogatu, & ad requiſitionem commodatarij. 327
Communio quomodo ſit probanda, & ex quibus etiam præſumenda. 328
Communis vſus loquendi quomodo probari poſſit. 329
Comparatio literarum, an, & quomodo probet. 330
Comparationis probatio quomodo fiat. 331
Compater, an pro compatre, & filio ſuo ſpirituali teſtis eſſe poſſit. 332
Compenſatio, an præſumatur cum teſtator rem obligatã legat creditori ſuo. 333
Compenſatio debiti non liquidi, per quem probari debeat, & quo temporis ſpatio. 334
Complices delicti, qui præſumantur. 335
Compromiſſum, ex quo præſumatur. 336
Confeſſio in emphyteuſim, vel feudum, quo pacto probetur. 337.
Conceſſio Principis, an in dubio præſumatur realis, an perſonalis. 338
Cõcluſio in cauſa, an præſumatur in dubio facta intra tẽpus debitum. 339
Concubina, an præſumat acquiſiuiſſe ex bonis amaſii, quicqd ſibi comparauit, & an pro ipſo teſtis eſſe poſſit. 340
Concubinatus, an præſumatur exiſtente diſparitate perſonarum, & quomodo probetur. 341
Concubinatus, an probetur per longam cohabitationẽ mulieris, & viri. 342
Conditio, an in dubio præſumatur, & cui incumbat onus illã probandi. 343
Confeſſio facta in iudicio, quantæ ſit efficacitatis. 344
Confeſſio ſine expreſſione cauſæ, an valeat, & probet in præiudicium confitentis. 345
Confeſſio extraiudicialis parte præſente, & quãdo plenè probet. 346
Confeſſio facta abſente parte, an probet. 347
Confeſſio facta in iud. an probet, & præiudicet. 348
Confeſſio de crimine facta parte præſente, an plenè probet. 349
Confeſſio de crimine extra iudicium facta parte abſente, an probet, nec ne eouſque vt ex ea quis puniri poſſit. 350
Confeſſio facta ad inquiſitionem formatã non præcedentibus legitimis indicijs, an probet, & præiudicet confitenti. 351.
Confeſſio facta coram iudice incompetenti, an, & quomodo probet. 352
Confeſſio facta per torturam nullis præcedentibus indicijs, an probet. 353
Cõfeſſio facta in iudicio de occiſione hominis, qui nõ apparet, nec reperitur occiſus, an probet hominem occiſum ab eo, qui confitetur, & an confitenti noceat. 354
Confeſſio in tortura facta, an probet, & præiudicet. 355
Confeſſio facta medio iuramẽto delato officio iudicis, an probet, & valeat. 356
Confeſſio facta in actu nullo ex defectu proceſſus, vel ſententiæ ob ordinem iuris non ſeruatum, an probet, & valeat. 357.
Confeſſio facta in contractu, vel inſtrumẽto nullo, vel inualido, an valeat, & probet. 358
Confeſſio facta in teſtamento an inducat probationẽ, vel tantum habeat vim legati. 359
Confeſſio in inſtrumento, an plenè probet. 360
Confeſſio facta de recepto, an probet verè, & plenè receptionẽ, & numerationem. 361
Confeſſio facta à marito dicente ſe recepiſſe dotem à muliere, an probet dotem datam. 362
Confeſſio mariti dicentis ſe emiſſe rem de pecunia vxoris, an, & quomodo probet. 363
Confeſſio patris dicentis ſe recepiſſe pecuniã ab aliquo, & ipſe dicat ſe debitorem, an probet, & præiudicet legitimæ filiorum. 364
Confeſſio facta a patre confitente ſe habuiſſe pecuniam à filio ſuo tanquam ad eum pertinentem, an probet. 365
Confeſſioni matris, an credatur in præiudiciũ filij, ſi dicat, illum eſſe ex adulterio natum. 366
Confeſſio prælati ſiue in iudicio, vel extra, aut in alio actu facta in præiudicium eccleſiæ, an probet. 367
Confeſſio facta in precibus, an probet contra confitentẽ. 468
Confeſſio procuratoris, an regulariter probet contra dominum, & ei præiudicet. 369
Confeſſio tutoris, curatoris, executoris, adminiſtratoris, &c. an faciat fidem de recepto in præiudicium pupilli. 370
& ſemiplenas, quæ pallidis flaccidis, & immaturis flo
ribus cōparantur, habemus. Hæ autem probationes,
23 † de qbus modo meminimus, in plures formas diſtri-
buunt, de quibus infra ſuis locis dicere aggrediemur.

QVÆSTIO II.

Quid ſit probatio.

SVMMARIVM.

1 *Omnis inſtitutio à definitione proficiſci debet.*
2 *Definitio rei naturam vim, & poteſtatem demonſtrat.*
3 *A generali titulo incipiendum eſt, cum aliquod opus explicandum aggrediemur.*
4 *Probatio generale verbum eſt, & ſub ſe plures probationum formas continet.*
5 *Definitio omnis in iure periculoſa eſt.*
6 *Iuri operam daturus prius noſce habet, unde iuris nomē deſcendat.*
7 *Probationis definitiones variæ à varijs doctoribus traditæ fuere.*
8 *Probatio eſt rei dubiæ per argumenta oſtentio.*
9 *Argumentum ſola inueſtigatione veritatem inuenit, & dicitur quaſi arguté inuentum.*
10 *Argumētū hic accipitur pro quacūq; probationis ſpecie.*
11 *Probatio eſt rei dubiæ per teſtes, vel inſtrumenta, indicia, & præſumptiones oſtenſio.*
12 *Probatio etiam fit per confeſſionem partis, per euidentiā facti, & per iuramentum.*
13 *Probatio eſt fides veri legitimis modis, & temporibus facta cognitori cauſæ.*
14 *Falſa probatio non dicitur probatio. Contrarium ibid.*
15 *Iudex in iudicando propriam conſcientiam ſequi non debet, ſed ſecundum allegata, & probata ad iuſtè iudicā-dum deuinctus eſt.*
16 *Falſum teſtamentum non eſt teſtamentum, modium iniquum non eſt medium, & falſus teſtis non eſt teſtis.*
17 *Probatio eſt oſtenſio rei dubiæ per legitimos modos iudici facienda in cauſis apud ipſum iudicem controuerſis.*
18 *Probatio quare dicatur eſſe oſtenſio.*
19 *Vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt.*
20 *Dubium cum eſt, quod negatur certè debet probari, quod negatum eſt, quia per negationem res dubia fit.*
21 *Quæ iudici aperta ſunt, nulla probatione indigent.*
22 *Probatio multis modis fit, & quibus.*
23 *Probationes iuxta legis normam fieri debent.*
24 *Probatio, ſeu fides facienda eſt iudici, & non aduerſario.*
25 *Aduerſarius ſemper negat.*
26 *Aduerſario etiam aliquando facienda eſt fides.*
27 *Probāda ſolummodo ſunt ea, quæ neceſſario ad cauſam apud iudicem agitatam pertinent.*

VETVS inoluit conſuetudo, vt qui lōgiori
ſermone aliquid ſibi pertractandū ſumpſe
runt, ante oīa Ciceronis illud tritum axio-
1 ma in prin. de officijs, p̄ponere ſoleāt. † om-
nem noſtrā inſtitutionē à definitione debere profici
ſci, vt ſciamus, quid ſit id, de quo diſputatur. Quod
pronunciatum nobis vtiliſſimū in præſentia ample-
ctendum fore ſumus arbitrati. Definitio namque cū
2 rei naturam, † vim, atque poteſtatē demonſtret, vt ex
Philoſopho, 7. Metaph. & p Boet. quē refert Accurſ.
in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. dixit Aret. in l. mo-
ribus. col. 2. verſi. 2. noto argumentū. ff. de vulg. & pu-
pill. ſubſt. pfectò diſpicere nō poterimus quid nūc ſi-
mus pertractaturi, niſi à definitione ꝓbationis in ge-
nere exordium ſumpſerimus. Nec iſta docēdi ratio à
methodo antiquorū legum compilatorū differet: ſic
enim omnes ſeruauere, vt cū aliquod opus explicā-
3 dum aggrederentur, † prius à generali titulo inciperēt
deinde ſpeciales ſubijcerēt. Ab hoc ordine nō receſ-
ſit pręſertim Imper. in lib. Codicis, & I C. in Digeſt. li.
in cod. tit. de prob. Ad hoc etiā eſt doctrina Accurſ.
in rubr. de teſt. & hoc optimè probatur in l. 1. in prin.
ff. ſi cert. pet. dū inquit ibi Iuriſconſ. Ideo rerū credita
rum titulū pręmiſit. ſic Baldus dicere ſolebat in rub.
ff. ſi cert. pet. in princ. ordinē eſſe incipere à genere; &
Accurſius vbi Baldus, & alij in rub. C. qui admitti. &
idē Accurſius in rub. de regulis iuris. in prin. ibi, ſi q̄-
ratur etiā. vbi quā plura ſimilia adducit; latè Dec. in
rubr. extr. de probationibus circa principiū. verſ. retē-
ta communi continuatione. Quod quidem in pręſēti
præcipuè à nobis eſt obſeruandum. Nam cū de ꝓba-
tionū formis ſimus acturi, rem rei cōſentaneam ma-
ximè nos facturos exiſtimauimus, ſi prius ꝓbationis
definitionē in genere p̄mitteremus. leg. 1. ff. ſi cert. pet.
& §. his igitur. Inſtitutio. de iuſtitia, & iure, cum igitur
4 † probatio ſit generale verbum, & ſub ſe probationū
plures formas cōtineat, vt tradidere Doct. in rubr. C.
cod. & Canoniſtæ in rubr. extr. eod. tit. Meritò à co-
gnitione ipſius generis eſt incipiēdū. Verū quia om-
5 nem definitionē † in iure periculoſam eſſe, dicere ſo-
lebat Iuriſcōſ. in l. omnis definitio. ff. de regulis iuris.
Idcirco recētiores noſtri legum interpretes ſatis eſſe
tradiderunt, ita rem ipſam definire, vt genere, & dif-
ferentijs conſtet ipſa rei definitio, eā conſiderātes, vt
nondum eſt perfecta, ſed ad finem tēdit, vt leg. liber-
tas. §. ſeruitus. ff. de ſtat. homi. & Dec. in rub. de ꝓba-
tio. Nos quoque iuxta maiorū noſtrorū conſuetudi-
nem contēti erimus, probationem definire ſecundū
modos, quibus, & noſtri vſi ſunt. His peractis, non erit
alienum à re probationis etymon inquirere: nā vt do-
6 cet Vlpianus in l. 1. ff. de iuſtit. & iure. † iuri operā da-
turū prius noſce oportet, vnde iuris nomen deſcēdat.
Hę duę namq; quęſtiones vtiliſſimę cognoſcūtur, ad
iuuenum mentes illuſtrandas: vt dicit Abb. in rubric.
ext. de probatio. in princip. Vt igitur tandē omnis no-
ſtra diſputatio à ꝓbationis definitione exordium ſu-
7 mat, pręſciendū eſt, † varias à varijs Doctoribus fuiſ-
ſe traditas definitiones: adcò vt & Abb. & Aret. in
rub. ext. eod. circa eam plurimum laborent, dū aliorū
definitiones carpunt, & imprŏbāt, dūq; nouas exco-
gitant illaſq; quoquomodo diſputādo veras aſſerūt,
vt in eodē loco habetur. Quę qdem verè ſint, necne,
alias dabit̃ cōmodior diſſerēdi locus. Prima itaq; ꝓ-
bationis definitio ab Azone. & Accurſ. in rub. C. eo.
8 originē traxit volētes † probationē eſſe rei dubię p ar-
gumēta oſtēſionē. Quā definitionē Goſ. in ſua Sum.
impugnare conatus eſt, dicēs, verbū illud, argū, iuxta
Dialecticos accipi ſtrictè ea rōne: qa argūm ſola in-
ueſtigatione veritatē inuenit; & pp. illud, ꝙ dici ſo-
9 let, † argūm eſſe quaſi argutè inuētū, ꝙ longè diſtat ab
inſtrumētis, & teſt. c. forus. §. argūm de verb. ſig. & hoc
eſt ꝙ dicit Bal. in rub. C. eo. tit. col. 1. Canoniſtas iā al-
latā definitionem improbare quia argūm propriū eſt

Artiſta-

Artiſtarum, & in diſputatione cõſiſtit. l. qui filiũ. ff. ad
Trebel. & argumentis id fit planum, ꝙ dilucidè pro-
bari non põt, l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit.
Accurſij igitur, & Azonis definitio iuxta Goff. ſentẽ-
tiã non eſt probanda, cùm generatim nõ ſit tradita, &
ad oẽs non pertineat, cùm ſpecies probationes, quæ
per teſtes, & inſtrũ fiunt, non complectatur. Verùm
Hoſtienſis hãc definitionẽ ab ipſis veriſſimè fuiſſe al-
latam probare nititur in ſua ſumma in tit. de prob. in
prin. cir. fi ibi. Nec obſtat c. forus. Nam vt inquit ille,
etſi argumentũ propriè, & ſtrictè vim ſupra allatam
10 habeat, in præſentia tamẽ accipitur † pro quacunque
probationis ſpecie: vt probatur in l. 2. C. quo. app. non
recip. ibi, alijs quoq; argumẽtis, & in l. 2. §. eiuſdẽ quo-
que verſ. quę argumẽta. ff. de teſtib. quæ iura Aret. alle
gat. in d. rub. ext. de prob. & ibi in prin. fuſius iſtud ex-
plicat. Hæc Hoſtienſis definitio * communi omnium
conſenſu vr̃ approbata, vt tradidere Abb. & alij in d.
rub. ext. de prob. q̃ ſequitur, & pluribus rationib. & iu-
ribus cõfirmat Dec. ibid. col. mihi 6. verſ. prędicta ſal-
uatio. vbi etiã refellit duas dubitationes per Bal. con-
tra eandem definitionem allatas in rub. C. eod. col. 2.

Goffredus aũt defenſiones per Hoſtien. & Dec. al-
latas non perpendẽs, ipſam definitionẽ, vt vitioſam,
atq; imperfectam penitus improbandam, atq; abro-
gandam cẽſuit, ideò ipſe aliam nouam marte ſuo ex-
11 cogitatã in d. tit. de prob. ſuæ ſummę attulit; † proba-
tionẽ inquiens, eſſe rei dubiæ per teſtes, vel inſtr̃, &
plerunq; indicia, & prępſumptiones oſtenſionem. Ve-
rum hanc Goffredi definitionem Hoſt. in d. loco, vt
mancam, & mutilatam reijcit, propterea quod proba
tionem plurimis alijs modis fieri qui in ipſa Goffredi
definitione nõ continentur, inuenitur, vt per confeſ-
ſionem partis. l. 1. ff. de cõfeſ. & l. 1. C. eo. cum ſimilib.
12 item † per euidentiã facti, vt l. vulneris. ff. de iniur. &
l. ſi irruptione. ff. fin. reg. Item per iurũ, vt l. 1. ff. de iu-
reiur. Hanc impugnationem ſimpliciter poſt alios ſe-
quuntur Abb. & recentiores in d. rub. ext. de probat.

At Dec. ibid. Goffred. ab impugnatione Doct. tri-
plici mõ tuetur, vt legenti patebit, & quo ad cõfeſſio-
nem, euidentiam facti, & iuramẽtum reſpondit ipſe,
hæc nõ eſſe ꝓbandi modos, ſed potius ea eſſe, ad quo-
rum probationem quis non aſtringit̃, de qua re fuſius
infra cõmodius dicetur in capite de confeſſione, prę-
terquam quòd omnes alij modi, quibus probatio fieri
poteſt, poſſunt etiam reduci ad illos, qui in Goffredi
definitione ponuntur.

Nec vr̃ omittẽda Baldi definitio, quam in iam ſæ-
13 pè citata rub. de prob. tradidit inquiens. † Probationẽ
eſſe fidem veri, legitimis modis, & temporibus factã
cognitori cauſæ. Illud ẽt, addens, idcircò in definitio-
14 ne verbum veri fuiſſe poſitum, quia falſa ꝓbatio † nõ
eſt probatio, arguendo, ab etymologia verbi ſecundũ
Placen. & glo. ibid. nam dr̃ probatio ab aduerbio pro-
pè, vt infra dicemus. Verùm, & in hac Bald. definitio-
ne nonnihil dubitationis ineſſe videtur, nec ita facilè
eſt recipienda, quamuis enim falſum probaretur, non
ideò probationẽ eſſe deſineret. Ad hoc enim vt recta
ſit ꝓbatio, ſatis eſt, vt in forma nõ peccet, licet in ma-
teria deficiat, vt videre eſt ex tot. tit. C. ſi ex fal. inſtru.
& præcipuè per tex. in l. falſam. eo. tit. cui rei ſatis etiã
teſtimonium eſſe poteſt, ꝙ plurimis in locis in iure
cautum reperitur, iudicẽ in iudicando non debere ſe-
15 qui propriam cõſcientiam, † ſed ſecundum allegata,
& probata ad inſtè iudicãdum deuinctum eſſe, vt vo-
luit. I. C. in d. l. illicitas. in ℣. veritas. ff. de off. præſ. dum
dicit, eũ ſequi, quæ ex eorum fide probant̃; cum alijs
in proxima q. allatis, quæ quidẽ iudicis ſentẽtia ex his
lata. licet contra factũ veritatem, rata tamen, atq; ſtabi
lis permanet, ac veriſſime prolatam vno ore oẽs ſen-
ſere. Sed rurſus pro Bal. conuenit Paul. in l. Paul. ff. de
16 verb. ſig. in quo loco voluit † falſum teſtamentũ non
eſſe teſtm̃, & modium iniquum ſecundum Accurſij
declarationem ibi, non eſſe modiũ: cũ eodem ẽt Bal-
e ſẽnſit Vlpia. in l. 2. §. 1. ff. quẽad. teſta. aper. per quæ
iura concludit idem Bal. in c. licet cauſa. col. 3. de ꝓb.
falsũ teſtem non eſſe teſtẽ de hoc tamen tu videbis.

Alia ꝓbationis definitio afferri ſolet, q̃ plus alijs
ad veritatẽ proximè accedere videtur, quę ita ſeſe ha
17 bet; † Probatio eſt oſtenſio rei dubię ꝑ legitimos mo-
dos iudici faciẽda, in cauſis apud ipſum iudicẽ cõtro-
uerſis. Huius definitionis verba, ſi ipſorum vim dili-
gẽter inſpiciamus, nõ fuiſſe ocioſè poſita videbimus.
18 Primo namq; dixi, † Probationẽ eſſe oſtenſionẽ, quia
& hoc verbo pro ꝓbatione priſci illi iuriſconſulti, &
legum cõpylatores ſæpiſſimè ſunt vſi, præcipuè verò
Alex. Imper. in l. 3. & 4. cũ multis alijs. C. de ꝓbat. &
cũ oſtenſionis verbo vti ſolemus, ꝓbationem eſſe fa-
cti, nõ iuris innuere volumus, vt ait Spieg. in ſuo Dict.
in verbo ꝓbatio. vnde neceſſe eſt, vt verè fiat oſtẽſio,
19 verba nõ ſatis eſſe, nam vbi opus eſt facto † verba non
ſufficiunt. l. non oẽs. §. ti. ff. de re milit. & l. peculiũ. in
prin. in fi. de pecul. ar. ꝓbatio actus facti dicit̃ ad pro-
bationis iuris diſcrimen, hoc eſt allegationũ, de quib.
poſtea: addidi rei appellatio namq; rei, oĩa cõplectit̃,
q̃cũq; ſub ꝓbatione cadere poſſunt; etenim latiſſimè,
& generaliſſimè patet hoc rei nomẽ, vt conſtat ex l. rei
appellatione, & l. rei, & l. appellatione rei ff. de verb.
ſign. cum ſimilib. ex his liquet definitionẽ iſtã genere,
& differentijs cõſtare. ſubiunxi. Dubiæ, nam cum ſit
20 dubium ꝙ negatur, † certè debet ꝓbari ꝙ negatũ eſt;
per negationẽ n. rem fieri dubiam dixit Imper. in l.
3. C. quib. ad lib. & I. C. in l. ſi debitor. ff. de pet. hæred.
& Sum. Põtiſ. in c. fin. de ꝓbat. & in c. fi. de reſtit. ſpol.
21 nam † q̃ iudici ſunt aperta nulla probatione indiget.
l. ſi vero. §. pro rei. ff qui ſatiſd. cog. & arg. l. 1. in u. ff.
de dot. præleg. cum alijs adductis ꝑ Hoſt. in d. ſum. tit.
de prob. ver. quid debeat probari. Nec in definitione
22 omiſi per legitimos modos hac de cauſa, † quia multi
ſunt modi, ex quibus fit probatio, vt per teſtes, per in-
ſtrumẽta, per euidentiã facti, per iuſtã præſumptionẽ,
per coniecturã, & ꝑ multos alios modos, quos paulò
ante recẽſuimus, & de quibus etiã infrà opportuniori
loco diſputabitur, quos oẽs modos per iã allata verba
cõpræhendere volui, cũ in multitudinis numero, &
indefinitè loquutus fuerim. arg. l. 1. §. quid autẽ. ff. de
aleis, et aleat. et arg. l. in fraudem. ℣. ſi. de milit. teſta.
& l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. ea etiam ratione dixi legi-
23 timos, vt oſtenderem huiuſmodi † probationes iuxta
legis normã debere fieri in huiuſmodi probationib.
obſeruatã, hoc eſt ſecundum formã libelli, ſecundum
quã pronunciandũ eſt. ex allegatis ꝑ Hoſt. in d. ſua ſũ.
de prob. in verſi. & qualiter. Nihil. n. aliud innuit in
pręſẽtia verbũ iſtud, legitimos, vt Spieg. in ſuo Dict.
verb. ꝓbatio. & patet in auth. de hæred. & falc. ℣. ſiqs
autẽ, & l. Gracchus. C. de adult. ſubiecimus, Iudici fa-
24 cienda, † quia fides, ſeu probatio eſt facienda iudici,
nõ aduerſario l. inter ſtipulantẽ. §. 1. ff. de ver. obl. & l.
quinquaginta. et ibi gl. ff. de prob. et l. 1. C. de cõd. ob
turp. cau. nec abre profectò, namq; probationum quã
ſatis aduerſarijs facerer, etiã ſi ſolem, ipſum ad oſtẽ-
dẽdũ veritatẽ in manib. gereres, vt belliſſimè dicere
25 ſolebat Oldend. in ſuo breui tract. ꝓbatio † Aduer-
ſarius enim ſemper negat, vt dixit Accur. in d. l. quin-
quaginta, q̃uis ex poſt facto etiam ipſi aduerſario ſit
facienda probatio, cùm oĩa actitata eidem tradenda
26 ſint, et aliquãdo etiã ab initio ipſi † aduerſario faciẽ-
dam eſſe fidẽ, tradidit Sum. Pontif. in c. G. perpetuus.
de fid. inſtr. c. cum in iure. de offi. deleg. c. 2. de dilat.
et habet̃ ꝑ Hoſti. in d. ſua ſum. tit. de proba. Poſtremò
dixi illud, de cauſis controuerſis. quia nulla alia ſunt
27 probanda, † quàm quæ neceſſario ad cauſam apud
ipſum iudicẽ agitatam pertinent. l. ad probationẽ. C.
de prob. et ꝙ in iudicium allatum eſt, vt c. de teſtib. et
Tancred. in ſuo trac. de ord. iud. lib. 3. in rub. de ꝓba.
nec ſuperuacanea, nec quæcunq; qs velit, ſunt probã-

Digitized by Google

da, ſed ea tantummodo, (vt modo diximus,) quæ ad
cauſam faciunt, vt ex alleg. per Spec. in tit. de teſt.
verb. qualiter autem num. 10.
Hinc vnicuiq; datur intelligi, vt ꝓbationis hæc de-
finitio poſſit probari, quamquã verba ipſius apertè, &
accommodatè ad ipſam explicãdã fuerint collocata.

QVÆSTIO III.

Vnde dicatur probatio.

SVMMARIVM.

1 *Probatio ab aduerbio, probè, originem traxit, & quare.*
2 *Probatio ea de cauſa nominata eſt, vt ſit eius, quod erat du-
bium, quadam quaſi propallatio, atq; manifeſtatio.*
3 *Probatio dici poteſt quaſi proba actio.*
4 *Actio, per quam fit probatio proba eſſe debet, hoc eſt legiti-
mè, & neceſſario concludens.*
5 *Probare aliquando accipitur pro laudare, approbare, &
commendare.*
6 *Probare quandoq; eſt argumentis demonſtrare.*
7 *Probare eſt aliquando efficere, vt probum, rectumq; ſit, &
ita iudicetur id, quod quis facit, vel dicit.*
8 *Probare quandoq; eſt periculum facere, experiri, & tẽtare.*
9 *Implere, oſtẽdere, monſtrare, ſignificare, docere, atq; detegere
ſæpiſſimè a iureconſultis vtuntur pro verbo probare.*

PROBATIONIS neceſſitatem, & vtilita-
tem vidimus, eiuſdem diffinitionem attulimus:
meritò in præſentia tertio illa quæſtio ab inſti-
tuto noſtro non aliena ſubſequitur, hoc eſt. Vn-
de dicatur ipſa probatio, & de multiplici eiuſdem ſi-
gnificatione, de qua nobis nunc eſt videndum. Circa
hanc quæſtionẽ multi legum interpretes varia ſcripſe
re. Namq; Placen. quẽ refert Io. And. in rub. ext. eod.
& Hoſtie. in d. ſua ſum m. titu. de probat. eius fuit opi-
nionis, vt exiſtimaret ab aduerbio, probè, originẽ tra-
1 xiſſe, † ea potiſſimum ratione, quia cũ quis aliquid ꝓ-
bat, quod erat dubium, aperit, aduerſariũ vincit, & nõ
probantiũ pœnas euitat, ſic ipſe probè facere digno-
ſcitur. Aliam ſequutus eſt ſententia idem Io. Andr. in
eod. loco, quẽ modò retulimus, exiſtimans probatio-
2 nem ea potiſſimum de cauſa nominatam, fuiſſe, † ꝙ
ſit eius, quod erat dubiũ, quędã quaſi ꝓpallatio, atq;
manifeſtatio, cui opinioni adſtipulať Abb. in c. licet.
de probat. n. 20. verſ. ego crederem. licèt idẽ Abb. ali-
ter ſenſerit in rub. eiuſdem tituli, vbi inquit, ꝓbationẽ
3 poſſe dici, † quaſi probam actionem, capiendo tamẽ
actionem, vt eſt facti, nõ iuris, vt ſumitur ab Impera-
tore Inſt. de acti. vt dicamus, probationem eſſe, quẽdã
probum actum, vel actionẽ illam, per quam fit ꝓba-
4 tio, debere eſſe probã, hoc eſt legitimè, † & neceſſariò
concludentẽ, vt c. in præſentia. extr. eod. Et hæc dicta
ſint de ſignificatione verbi ꝓbationis. Sumitur autẽ,
vt ad alia pertrãſeam, probationis verbũ multis mo-
5 dis. Aliquando. n. accipitur † ꝓ laudare, vt accipit Ci-
cero in Catone maiore, cũ inquit; Mihi vero, & Flac-
co neutiquam probare potuit tàm flagitioſa, & tam
perdita libido. Vnde ab Accurſ. ad hoc rectè fuit di-
ctum in l. 1. §. pęnæ aũt mariti in verb. contra denun-
ciauerit. ff. de lib. agno. illũ probare, qui non im ꝓbat.
Et in hac ſignificatione fuit acceptum à Spec. in §. 2.
viden. in verb. & pręmiſſę rõnes probant, in tit. de po-
ſit. quod verbum, probãt, ibid. Io. And. expoſuit. ideſt
approbant, & cõmendant. Quandoq; probare eſt ar-
6 gumentis demonſtrare alicui † perſuadere, & facere,
vt probetur, vt per Quint. lib. 1. c. 10. cũ ait. Dialecti-
cè probare, & Pau. in Rud. Non probare pernegando
mihi potes, niſi pars datur. Aliqñ probare eſt efficere,
7 vt probum, rectumq; ſit, rectũq; iudicetur id, † quod
quis facit, vel dicit. Cic. pr. Vert. vt in hac cã noſtrum
officium, ac diligẽtię probauerimus, hęcq; &c. Quã-
8 doq; periculum facere, experiri, † & tentare, vt apud
Columellam, probare boues, & Ouid. in Epiſ. Phylli-
dis. Exitus acta probat. Quãdoque permittere, Horat.
lib. 1. Carm. Vaguſ. & ſiniſtra labitur Ripa Ioue non
probante, Sed in præſentia ſumitur, vt à nobis ſupra
in definitione fuit declaratum.
Nec illud omittam, quod ad rem noſtrã facit, I. C.
9 ſępiſſimè alijs vti verbis, vt Imperat. vſi sũt verbo † im-
plere, in l. 1. C. eod. quod ibi p Accur. exponitur, ideſt
probare; & etiam de verbo oſtendere, dixit Imperat.
Alexãder in l. 3. & 4. C. eo. ti. de prob. cũ multis alijs
l. ſi ſeruus. ff. de accuſ. Alber. in ſuo dictionario in ver
bo oſtendere; vſi ſunt, & Impe. verbo monſtrare, vt in
l. ſi de poſſeſſione. C. eo. & verb. ſignificare, vt in l. ra-
tiones defuncti. C. eod. atq; verbo docere, vt in l. non
Epiſtolis, & in l. ſiue poſſidens. C. eod. atque; verbo
detegere, vt in l. non nudis. C. eod. Et hæc de nomine
dicta ſint.

QVÆSTIO IV.

Quot ſint probationum ſpecies.

SVMMARIVM.

1 *Probatio generale nomẽ eſt, & ſub ſe plures cõtinet ſpecies.*
2 *Probationum ſpecies duodecim in genere, & quæ.*
3 *Euidentia rei notorium nominatur.*
4 *Opinio omnium vehemens inducit notorium actus non
permanentis.*
5 *Probatio euidentiſſima eſt, quæ fit ꝑ priuilegia, & inſtru-
menta indubitata: Clara, quę fit per teſtes, vel facti eui-
dentiam, & minus euidens, quæ fit per coniecturas.*
6 *Probationis non communis ſpecies quæ ſint.*
7 *Probatio, quæ per duellum fieri ſolebat, hodiè ex iure Põ-
tificio abrogata eſt, & per Tridentinum Concilium de-
teſtata, penituſq; exterminata.*
8 *Quod ſemel vni fuit permiſſum, pro lege ſeruandum non
eſt, Hominibus incerta ſunt Dei iudicia. ibid.*
9 *Probatio olim fieri ſolita, quæ purgatio ferri candentis
nuncupabatur, per Summos Pontifices ſublata fuit.*
10 *Probatio non communis, quę fieri ſolebat per purgationẽ
aquæ frigidæ, per Summos Pontefices abrogata fuit.*
11 *Probationum formę in duo pręcipuè capita diuiduntur,
ſcilicet, in plenam, & ſemiplenam.*
12 *Probatio vera, & propria, quæ dicatur.*
13 *Probatio per præſumptiones, & coniecturas dici non po-
teſt vera, & propria probatio.*
14 *Probatio illa, quę ex diuerſis probationum generibus ori-
tur, dicitur præſumpta, & non eſſe propriè probatio.*
15 *Probatio plena illa eſt, quæ tantam fidem facit, quantum
ad finiendam controuerſiam ſufficit.*
16 *Probatio plena in ſeptẽ pcipuas ſpecies diuiditur, & quas.*
17 *Probatio ſemiplena quæ ſit.*
18 *Probationis ſemiplena quatuor ſunt ſpecies, & quæ.*

QVARTA quęſtio diſcutienda ſeſe nobis of-
fert. Quot probationum ſint ſpecies. Nãque
1 † cùm probatio ſit generale nomen, neceſſe
eſt, vt plures ſub ſe contineat ſpecies, vt per
Doct. in rubr. C. eod. & Canon. in rubr. extra eod. &
Spec. in tit. de probat. §. videndum. Verùm quot ſub
ſe comprehendat ſpecies, adhuc ſub Iudice lis eſt: nã-
que Spec. in d. §. videndum. duodecim probationum
ſpecies cõſtituit, huius hæc verba sũt. Videndũ reſtat,
2 quot ſunt probationũ ſpecies, † & quidẽ ſunt duode-
cim in genere, licet quædam aliæ enumerẽtur. Prima
eſt per teſtes. Secũda per confeſſionẽ partium. Tertia
per inſtrumenta. Quarta per euidentiam facti. Quinta
per præſumptionẽ. Sexta per famã. Septima per iuſiu-
randũ. Octaua p libros antiquos, & p ſcripturas anti-
quas in lapidibus ſculptas. Nona p literas ſigillatas ſi-
gillo Epiſcopi. Decima per denunciationẽ publicarũ
perſo

perſonarum. Vndécima per cōmunem opinionem.
Duodecima per indicia indubitata.
Tancredus verò poſuit tantum ſex ſpecies, hoc eſt
Prima per euidentiam facti. Secūda per famam. Ter-
tia per præſumptionem. Quarta per iuſiurandū. Quin-
ta per teſtes. Sexta per inſtrumenta. Totidem Olden-
dorp. attulit in ſuo breui compend. probatio. Hoſt.
aliam ſequutus eſt ſententiam. Nouem eſſe ſpecies
aſſeruit, vt iſtis eiuſdem carminibus patet.

Aſpectus, ſculptum, teſtis, notoria, ſcriptum.
Iurans, confeſſus, præſumptio, fama probauit.

Et has oēs nouem ꝓſequitur hoc ordine, ideſt. Pri-
3 mò per euidentiā rei, † quam notorium nominat. Se-
cundò per famā. Tertiò per præſumptionē. Quartò ꝑ
iuſiurādū. Quintò per teſtes. Sextò per inſtrumēta. Se-
ptimò per confeſſionem. Octauò per inſpectionem
oculorū, & ideo dixit aſpectus. Nonò per libros anti-
quos, & antiquas ſcripturas in lapidib. marmoreis po
ſitas; itē ꝑ literas Epiſcopi ſigillatas, & ideo dixit ſcul-
ptū. Bal. verò decē eſſe voluit in rub. de prob. Primò
per inſtrā. Secundò per teſtes. Tertiò per confeſſionē.
Quartò per iuſiurandū. Quintò per rem iudicatam.
Sextò per rei euidentiā. Septimò per vehementē om-
4 nium opinionē, † quæ inducit notorium actus non ꝑ-
manentis. Octauò per rōnem naturalem, vt mors vul-
neris. l. ſi quidē. C. ad leg. Iul. Maieſt. Nonò per rōnem
cōiecturalē ex cōiectura legis. l. q duos in fi. ff. de reb.
dub. Decimò per coniecturam hominis, qn̄ ſufficit
talis ꝓbatio ex qualitate iudicii. l. in lege Aquil. ſi de-
lerū. ff. ad l. Aquil. l. 3. §. cauſo ff. ad Carbo. At nōnulli
alij eius fuere ſnīæ, vt dicerent ꝓbationum aliā eſſe
5 euidentiſſimā, † quæ fit per priuilegia, & per inſtrā in-
dubitata, vt in ſimili eſt tex. in c. pia. de except. lib. 6.
aliam clarā, quę fit per teſtes, vel facti euidentiā, vt in
c. tua. de cohabit. cleric. & mulier. & in c. 1. & ibi gl. &
in c. ſcelus. 2. q. 1. aliam minus euidentem, quæ fit per
coniecturas. c. affert. de præſumpt. & iſtæ ſpecies ꝓba-
tionū dictæ ſunt ab Afflic. ſuper cōſt. Reg. ſub rub. de
leg. par ſubl. eſſe ſpecies probationum communium.
6 Sunt, & aliquæ ſpecies Probationis non cōis, † vnà
eſt, quę dr̄ probatio patilis, ideſt, apparibilis; alia pere-
grina, ideſt extranea, & reprobata, per quā Deus tētat̄,
de qua meminit Afflic. vbi ſupra & Roffred. de libell.
ſuper iur. Pontific. parte 7. tit. de purgatio. canoni. in
rub. quid ſit purgatio. cum aliis ſequ. rub. in quo loco
deſcripſit, quo nam pacto probationes hæ, quæ ab
ipſo purgationes Canonicæ nuncupantur, fieri ſo-
lerent. Primam quarum purgationem vulgarem ap-
pellat, hæc hunc in modum fieri ſolebat. Detulit ali-
quis alium apud iudicem; Accuſator teſtes ad id cri-
men rei probandum, cum non haberet, offerebat reo
ipſe, vel per ſe campionem duellum, vel pugnam; reus
ipſam acceptare tenebatur, quo ſe à crimine alienum
eſſe purgaret, atq; vitæ ſuæ integritatem apud omnes
7 ꝓbaret, ſed iſtud † ꝓbationis genus hodiè ex iure Pō-
tificio fuit abrogatum, cap. cura. & cap. ſignificantib.
de purg. vulg. & cap. monachiā. 2. q. 4. & nouiſſimè ſa-
croſanctum Concil. Tridentinum in c. 19. 25. ſeſſio,
execratur, & deteſtatur, & penitus exterminandū ſā-
xit, multiplices, atq; grauiſſimas penas iis minitās, qui
non paruerint; & idem ſanxit Pius IV. in Bulla, quę in
cipit, ea quæ. publicata an. 1560. idib. Nouemb. quæ,
& ipſa aliàs diuerſas Summorū Pontific. bullas recē-
ſet. Nec hic mihi quis obiiciat Dauidem, q cum gigā
te Golia ſingulari certamine pugnauit: nullus. n. vn-
8 quā pro exemplo iſtud ſibi ꝓponere poterit, † nec qd̄
ſemel vni fuit permiſſum, pro lege ſeruandū eſt. Cuius
prohibitionis rō illa reddi poteſt, quod hominibus in
certa ſint Dei iudicia, cum, & multos videamus bonā
cauſam ſuam amittere. Alia eſt probatio non cōis,
q̄ purgatio ferri candētis nuncupabat̄, iſta fiebat hoc
pacto. Titiū Caius homicidij crimine reum peregit:
negat id Caius ꝑpetraſſe, & vt vincentē ſe offenderet,
ita ſe purgare ſolebat. Ferrū cadens ſuper lapide im-
ponebat̄, reus extenſa manu ferrum accipiebat, & 12.
pedum ſpatio ferebat illud, id poſteà ꝓiiciebat, huic
ligabant̄ manus, panno, & cera, ſigillo ſuperimpoſito
inuoluebant̄, veſperi pannus cum ſigillo auferebat̄, ſi
læſa ferro manus inueniebatur, condemnabatur, ſi re
9 manſiſſet illæſa abſoluebatur. † Hoc itidē iudicium ꝑ
Summos Pōtifices ſublatū fuit, vt ext. de purg. vulg. c.
cū dilectus, & c. Mennam. 2. q. 4. hęc enim ꝓbatio cō-
tra naturā eſſe dignoſcitur: quia ſcriptum eſt, nō tēta-
bis Dominū Deum tuū, vt ꝑ Math. c. 4. & in Deute-
ronomio capit. 6. quæ tanq̄ inuēta, & fabricata ab hu-
mani generis hoſtę dęmone, merito, & ipſa fallax, &
ſine veritate reiicitur, vt in eodē cap. Mennam. Erat,
& tertia purgatio nō cōmunis aquę frigidę, quā duo-
bus modis fieri ſolitam ſe vidiſſe teſtat̄ idem Roffred.
in loco ſupra allato, in rub. de tertia purgatione; &
quo ad priorē attinet, vas aqua frigida implebat̄, reus
manū imponebat, luebat pęnas, ſi ſignū in manū viſū
fuiſſet ꝙ videri ſolet, cū in feruēti aqua ponit̄; punie-
bat, ſi cōtra, dimittebat̄. fiebat, & hoc pacto, appone-
batur vas ingēs, aqua frigida plenū, reus ligatis manib.
& pedib. immittebatur, ſi contigiſſet, vt in profundū
10 mergeret̄ liberabatur, ſi nō mergeretur, puniebat̄. † Pe-
nitus etiā iudiciū iſtud noſtra tēpeſtate per ſummos
Pontifices fuit abrogatū, vt per tex. in d. c. Mennam,
& c. conſuluiſti. 2. q. 4. & c. ex tuarum. de purg. cano.
Nos verò probationū formas diſtinguentes primū
11 omniū in duo p̄cipua capita ipſas diuidemus. † ideſt
in plenam, & ſemiplenā, iuxta tex. in l. 3. in §. eiuſdem
quoque, & ibi gl. in verb. ſpeciem, ff. de teſtib. Et pri-
mò plenā, vt digniorem, & perfectiorē formā aggre-
diemur, præſertim cū vera, & propria illa probatio di-
12 cat̄, † quę plena dignoſcitur, nec alterius adminiculo,
vel patrocinio indigeat, vt dicit Bal. in c. 1. §. ſacramē
tū colum. 1. de ſucce. recti feud. in vſibus feud. & in ca.
1. in prin. ſi de inueſt. inter dom. & vaſall. Hinc fit vt
appellatione ꝓbationis plena non ſemiplena ꝓbatio
cōtineat̄. l. Lucius. ff. de cond. & demonſt. gl. in ca. ſta-
tutū de reſcrip. in 6 & in clementina cōſtitutionē. de
electio. Vnde Ludouicus Romanus ſcripſit in l. 1. C.
13 de teſtamēto militari. † Probationē ꝑ præſūptiones, &
coniecturas nō poſſe dici verā, & propriā probationē
ad hoc probādū adducit. l. 1. in verbo. propriè, ſi tabu.
teſtam. extab. ſed melius ad hoc facit d. l. Lucius, & ꝙ
ibi notat. Bar. & Imol. qui ex hoc adducit diuerſitatē
titulorū de prob. & præſu. ad idem ipſa rubr. de prob.
& præſ. & Romani ſententiā ſequitur Ruin. in cōſ. 128.
quamuis in facto. nu. 2. lib. 4. Natta. in cōſ. 29. licet. nu.
3. & in cōſ. 581. nu. 9. vbi ſi ſtatutū requirat ꝓbationes
in aliquo actu, non ſufficit præſumptiua probatio, niſi
eſſet præſumptio iuris, vt ait Natta. vbi ſupra nu. 17. &
Bal. etiā dicere ſolebat in c. 1. §. cū autem. de cōtrou.
14 inueſt. Probationē illam, † quæ ex diuerſis probatio-
nū generibus oriatur, ſemper dici præſumptam, & nō
eſſe propriè probationē. Nec illud etiam ſilentio prę-
teribo, quod idem Bal. tradidit in rubr. C. de prob. ea
quę ex diuerſis probationum formis vnum aliquod
efficere ſolent, nullam probationis ſpeciē efficere; &
quamuis ratione generis aliquid inter ſe cōmune ha-
beant, multū tamē ratione formarū inter ſe differre.
15 Hæc itaque probatio plena ita definiri ſolet, † qđ
illa ſit, quæ tantam fidem faciat, quantum ad finien-
dam controuerſiam ſufficiat.
Hanc etiā nos in ſeptē p̄cipuas ſpecies ſubdiuidem⁹.
Prima erit per teſtes. Secūda per inſtrumentū, hoc
eſt ſcripturā. Tertia per cōfeſſionem. Quarta per eui-
dentiam facti. Quinta per iuramētū. Sexta ꝑ præſum-
16 ptionē iuſtam. † Septima per famam. Quę verò tradū
tur ab aliis Doctoribus plures iſtis, cōmodiſſimè ſub
ſeptem noſtris comprehēdi poſſunt. Etenim nonā, &
decimam ſpeciē, quæ fuere à Spec. & Hoſtien. poſitas

by Go

ſecunda noſtra complectitur, hoc eſt per ſcripturam. Decima verò, & vndecima ſub ſeptima cōtinentur, q̃ eſt per famam. Duodecima ſub ſexta comprehendit, ideſt per præſumptionē. Semiplena verò probatio eſt
17 illa, † per q̃ rei geſtæ fides aliqua fit Iudici, non tamē tanta, vt iure eam debeat ſequi in ſniā dicenda. Huius quatuor ſunt ſpecies. Prima, cùm vnus teſtis pro actore, vel reo dicit. Secunda cū de ſcripto dubitetur,
18 fit cōparatio litterarū. Tertia eſt priuata ſcriptura. † Quarta præſumptio non ita vrgēs. De quib. omnibus ſigillatim infra diſputabitur. Nunc in primis de prima probationis ſpecie, quę fit per teſtes, dicere incipiemus.

QVÆSTIO V.

De prima Probationum ſpecie, quæ fit per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium materia per 22. ſcribentium tractatus à Ioanne Baptiſta Ziletto in vnum compilatos examinata eſt.*
2 *Diſpoſitio omnium, quæ tractantur in hac quinta quæſtione circa probationem, quæ fit per teſtes.*
3 *Probationis inter ſpecies, quare illa, quæ fit per teſtes primū ſibi locum vindicet.*
4 *Viua vox firmior eſt, quam mortua.*
5 *Probatio miraculoſa videtur, quod pelli vnius animalis iā mortui credatur, vtpote inſtrumēto publico. Contra ius, & officium tabellionis eſt, quòd credatur carta animalis mortui ſine adminiculo aliquo, ibid.*
6 *Atteſtationibus voce prolatis, quæ cōſtant, facilius conſiderantur, quam quæ in ſcriptis enunciata ſunt.*
7 *Anima organo vocis mentem ſuam explicat, & cor eſt imperator linguæ.*
Et ex abundantia cordis os loquitur.
8 *Viuæ vocis ſonus fortius, ac efficacius permouet auditoris animum.*
9 *Probationis ſpecies per teſtes, omnibus alijs dignior, naturalis eſt, congruitq; cum iure diuino.*
10 *Teſtimonium diuinæ vocis, in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum.*
11 *Teſtis dictum ſuum deponere debet viua voce, & non in ſcriptis Iudici tradere.*
12 *Vocibus certiores efficimur, quam litteris.*
13 *Teſtes quædam probant, quæ per inſtrumenta non probantur.*
14 *Teſtibus probantur crimina, & non inſtrumentis.*
15 *Teſtimonium ferre dignitas eſt generoſa.*
16 *Teſtificandi officium ſolum tendit ad veritatem detegendam, quæ ſuper omnia amanda eſt.*
17 *Veritas omnia vincit, & ei cedūt oīa, materq; eſt iuſtitiæ.*
18 *Infames teſtimonium dicere nullo modo poſſunt.*
19 *Teſtificari eſt actus à lege inuentus, & eſt munus publicum, & neceſſarium.*
20 *Teſtificarè ſi quis qua de cauſa recuſet, eundem cogendū, compellendumq; eſſe ſacroſanctæ leges ſanxere.*
21 *Præmio indignus eſt, qui coactè agit, quidquid agit.*
22 *Timor, odium, cupiditas, & amor ſæpiſſimè veritatem deprimunt, ſed non opprimunt.*
23 *Teſtes idonei, & habiles in iudicij locum, non extra ſunt producendi, & ab eo, qui ipſis ad proprios vſus neceſſarios indiget.*
24 *Teſtes contra ſe ferre nullus cogitur.*
25 *Iudici in criminalibus data eſt facultas producendi teſtes, etiam parte non inſtante, nec eos producente.*
26 *Magiſtratum qui expleuerit, compellitur Iudices, vel domeſticos ſuos in iudicio exhibere, vt de his, quæ in magiſtratu geſta ſunt, teſtimonium proferant.*
27 *Teſtes per partem exhibendi ſunt, nec Iudici ad dicendum teſtimonium ſe offerre debent, quia tunc non ſunt admittendi, nec audiendi, & quare.*
28 *Teſtis citari debet, alioquin eius teſtimonium irritum erit, & nullum.*
29 *Teſtes ſi in iudicio fortè fortuna reperiantur, abſq; citatione, tunc ritè examinari poſſunt.*
30 *Teſtis dictum valet, atq; ratum eſt, quamuis nō ſit citatus, ſi per partem ad Iudicem producitur.*
31 *Teſtibus præcipuè fides adhibetur, ſi coram parte, & Iudice deponant.*
32 *Iudicis admonitio tacita, quę fit teſtibus per ſolā delationem iuramenti maioris, ponderis eſt, quam citatio nuncij.*
33 *Auctoritatis maioris eſt id, quod ſit præſente, quā quod per repreſentationem fieri ſolet.*
34 *Teſtis dictum adducti per partē ad iudiciū, vt de ea re, q̃ in controuerſia verſatur, deponat, abſq; alia citatione firmum, & ratum eſt, & valet.*
35 *Teſtium citatio requiritur, quādo ipſi teſtari recuſant, & vt ad teſtandum cōpellantur, prius citandi, atq; monēdi ſunt, & quo in caſu id præcipuè faciendum ſit.*
36 *Teſtes ſi producantur, antequā recipiantur, quare debeat pars aduerſa vocari.*
37 *Teſtium receptio nulla eſt parte non citata.*
38 *Pars in teſtium receptione vocanda eſt, etiā ſi cauſa eſſet abſoluenda, requiſitis à iure non ſeruatis.*
39 *Partē vocare, cōtra q̃ agit̄ neceſſe eſt eo caſu, quo Iudex ex officio ſuo agit, niſi Iudex hoc agat ad ſuā informationē.*
40 *Pars vocanda non eſt, quando examinātur teſtes ad perpetuam rei memoriam contra illum, à quo timetur potētia tyranni, vel in cauſa fidei, vel in qua agatur de modico, ſiue nullo pręiudicio.*
41 *Teſtes in cauſa hæreſis recipi poſſunt contra inquiſitum potentem, etiam parte non citata.*
42 *Teſtium qualitates, quę faciunt ipſos nō produci debere in iudicio corā Iudice, ſed Iudicis munus eſſe, homines idoneos ad eorum dicta excipienda mittere.*
43 *Teſtes quando producendi ſint, & quare poſt litem conteſtatam.*
44 *Teſtes quibus in caſibus produci poſſint ante litem cōteſtatam, & poſt examen, vide remiſſiuè.*
45 *Teſtes poſt dudicita teſtificata, & publicata, ſuper eiſdem capitulis, vel directò contrarijs, produci nullo modo poſſunt poſt litem conteſtatam.*
46 *Teſtes poſt dudicita teſtificata non admittuntur ſuper eiſdē capitulis, tam de iure Canonico, quam Ciuili, nec in inſtantia prima principalis cauſæ, nec in cauſa appellationis, niſi teſtes ritè examinati non ſint.*
47 *Teſtis etiam inuitus ad teſtimonium perhibendū compelli poteſt, tam in ciuili, quam in capitali cauſa.*
48 *Iuramentum temerè prolatum animę proferenti perpetuā mortem affert, & tali iuramento cūm de veritate celāda agatur, poteſt propria auctoritate repugnare.*
49 *Iuri publico aliquis derogare non poteſt, etiam intercedēte iuramento.*
50 *Teſtis ſi quis producatur, qui iuramēto promiſiſſet alicui non reuelare arcanum ſibi priuatim cōmiſſum, quare teneatur illud detegere.*
51 *Sacerdos productus in teſtem contra reum criminis, quādo in confeſſione ſacramentali fuit aliquid ſibi dictum, quare dicere poſſit, ſe nihil ſcire.*
52 *Iuramentum contra bonos mores non eſt obligatorium.*
53 *Teſtes iurō de non teſtificando alligati, debent abſolui, ne in periurij crimen incidāt, & vt illorū dicta valida ſint.*
54 *Iurans non reuocare teſtamentū, poteſt non repugnante iuramento reuocare.*
55 *Iuramento nullo abſolutio non requiritur.*
56 *Vanū, & nullius ponderis eſt, conſulere, vbi non expedit.*
57 *Teſtes, qui veritatē dicere recuſant, cōpelli debent, dummodo tamen Iudicis poteſtati ſubſint, & qñ non ſubſint, adeundus eſt per literas Iudex, ſub cuius poteſtate ſunt, vt ipſos ad teſtimonium ferendum cohibeat.*
58 *Delegatus à Sum. Pontifice, vel à Principe, facultatē hēt cogendi teſtes ad veritatē teſtimonio ſuo manifeſtandū, ſiue de ciuili cauſa, ſiue de capitali agatur, & ſi vllo pacto haberi non poſſunt, poteſt illorum receptio committi.*

59 *Arbiter nunquam cogere poterit teſtes ad teſtificãdum.*

60 *Teſtes clerici per Iudicem eccleſiaſticum, & per cenſuram eccleſiaſticam, & laici per Iudicem ſecularem mulctã eis imponendo impellendi ſunt.*

61 *Teſtes, vt teſtentur, non poſſunt in carcerem conijci.*

62 *Teſtes ad cogendos plura non poſſunt adhiberi remedia, p̃terquam quod ſi quod adhibitum eſſet, non ſufficeret.*

63 *Teſtis quicunq; ad teſtandum idoneus, & aptus optimè compelli poteſt, etiam ſi viator ſit, qui per ciuitatem alio peracturus iter faciat.*

64 *Conſanguinei omnes vſq; ad duodecimum gradum cogi non poſſunt contra ſuos conſanguineos teſtimoniũ ferre.*

65 *Teſtificandi ab onere, qui immunes ſint.*

66 *Teſtes à coactione teſtificandi exempti, cogi poſſunt, cum veritas aliundè elici non queat.*

67 *Teſtes à teſtimonio peribendo exempti, quibus in caſibus ad teſtificandum compelli poſſint, vide remiſſiuè.*

68 *Teſtes ab onere teſtificandi immunes, ſi ita fert eorum voluntas, ſunt ad teſtimonium dicendum admittendi, & ipſorum dicta valent, atque rata manent.*

69 *Teſtes, qui priuilegio non teſtificandi potiuntur, in ciuili iudicio, & in foro canonico, etiam in capitali cauſa cõpelli poſſunt ad teſtandum.*

70 *Teſtes, qui ad teſtificandũ impelli poſſunt, ſi teſtimonio ſuo veritatẽ aperire renuerint, parti ad intereſſe tenentur.*

71 *Teſtis, qui ad teſtãdum in eius cauſa, de cuius vita agitur, vocatus eſt, ſi in iudicio non ſteterit, p̃ falſario eſt habendus, & pœna leg. Corneliæ in ipſum animaduertenda.*

72 *Teſtis falſus talionis pœna coercendus eſt.*

73 *Mendacium dicere, & veritatem ſupprimere, paria ſunt.*

74 *Teſtes poſt deductionem, & receptionem, debent à Iudice prius iuſiurandi religione arctari ad veritatem ſincero animo declarandam.*

75 *Iuramenti teſtibus deferendi forma.*

76 *Teſtes ſi iniurati deponant, ipſorum dictum irritum eſt.*

77 *Teſtium depoſitio abſque iuramento ſtare non poteſt.*

78 *Teſtimonio viri, qui plurimũ auctoritate polleat, nec religioſi abſque iuramento fides adhibetur, nec etiam verbo Cardinalis ſtatur, niſi iuratus depoſuerit.*

79 *Teſti iniurato, quomodo credendum ſit, vide remiſſiuè.*

80 *Teſtibus, qui non ritè iurauerint, nulla fides p̃ſtanda. Aliquid non facere, vel non ritè agere, paria ſunt. ibid.*

81 *Teſtimonio ferendo, quod non interueniat iuramentum, & quod teſti iniurato credatur, diſpenſare non poteſt Sum. Pontifex.*

82 *Iuramentum, cùm ſit ex illis, quæ foris, & extrinſecas p̃ueniunt, non præſumitur, niſi probetur.*

83 *Iuramentum in antiquis præſumitur prolatum à teſte.*

84 *Teſti iniurato nihil creditur, ſed ipſius verba præſumptionem faciunt.*

85 *Teſtibus cùm iuramento deferendum eſt, debet pars aduerſa vocari.*

86 *Teſtibus non debet Iudex offerre Sacramentũ, vel eorum depoſitiones recipere vtraque parte abſente. Iudex officium ſuũ impartiri non debet, niſi ſit petitus. ibi.*

87 *Teſtiũ dicta firma ſtabunt, ſi pars, quę vocata fuerit ad inſpiciendum eorum iuramentũ per contumaciam abſit.*

88 *Teſtium verba prolata vim ſuam habent.*

89 *Teſtibus iurãm in iudicio deferẽdum eſt, & non alicubi.*

90 *Teſtis dictum non valet, ſi iuramentum delatum ſit die non iuridico.*

91 *Teſtis iuramento ſeſe aſtringere non poteſt die feriato.*

92 *Teſtis deponere poteſt in die feriato, dummodo in die iuridico iurauerit.*

93 *Iuramentum ferre eſt actio, quæ non poteſt exerceri in die feriato.*

94 *Teſtibus etiam die feriato, quibus in caſibus poſſit deferri iuramentum.*

95 *Teſtis dictum, qui ſtatuto tẽpore ad probandũ iurauerit, ſed quæ dixit, extra tempus ſtatutum depoſuit, an probet, & valeat, vide remiſſiuè.*

96 *Teſtificatum poſt terminum aſſignatum non valet.*

97 *Teſtes, qui infra terminum dati iurant, & poſt decurſum terminum deponunt, ſe fuiſſe iuſta cauſa impeditos ad deponendum, probant, & valent.*

98 *Teſtibus, vt ab altero nomine ipſius iuramentũ deferatur, Iudex delegare non poteſt.*

99 *Teſtis dicta, cui Notarius de mandato Iudicis defert iuramentum, nullius futura ſunt momenti.*

100 *Teſtibus, ſi Notarius iuramentum deferat præſente Iudice, ratum erit, ac ſi Iudex ipſe deferret.*

101 *Teſtib. aduerſa valetudine laborantibus, vel viris egregijs non refert, ſi ab alio, q̃ à Iudice iuramentum deferatur.*

102 *Mulieres ad iudicium trahi non debent, inuitæ.*

103 *Teſtis iuramentum non eſt de natura inſita ipſius teſtimonij, & ab aduerſa parte remitti poteſt.*

104 *Vnicuiq; licet alteri renunciare, quæ pro ſe indulta ſunt.*

105 *Iuris ſeueritas pactis priuatorum mitigari poteſt.*

106 *Teſtis iniuratus falſum deponens, pœna tamen falſi, ac ſi iuraſſet, punitur.*

107 *Teſtis iurum à parte remitti non pot̃, in cauſa criminali.*

108 *Teſtis iuramentum quarè in ciuili iudicio à parte remitti poſſit, & in criminali non.*

109 *Delicta puniri Reipublicæ intereſt.*

110 *Quæ fauore publico introducta ſunt, humana diſpoſitione mutari non poſſunt.*

111 *Teſtis iuramentum ſuper matrimonio diſſoluẽdo remitti non poteſt, ſecus in matrimonio confirmando.*

112 *Teſtes, ſi iurare abnuerint, ad dãna partis obligati ſunt.*

113 *Teſtes iurati non præſumuntur, niſi re vera in actis de iuramento conſtet.*

114 *Teſtes, qua ratione examinandi ſint, & quid agendum, quando exteri ſunt, vide remiſſiuè.*

115 *Teſtes, quo pacto interrogandi ſint, vide remiſſiuè.*

116 *Teſtibus diligenter interrogatis, & examinatis, ipſi, & ab illis dicta publicè nominanda ſunt.*

117 *Teſtes duo in qualibet cauſa regulariter ſatis ſunt. In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum. ibid.*

118 *Teſti vnico, quando adhibeatur fides.*

119 *Teſtis vnicus in cauſa poſſeſſorij plenè probat poſſeſſionẽ abſque alio iuramento.*

120 *Teſtibus non facilè fides adhiberi debet, niſi rationem dictorum ſuorum reddant.*

121 *Teſtatio ſola prolata, nec alijs legitimis adminiculis cauſa approbata, nullius eſt momenti.*

122 *Teſtis ratio eſt illa, quæ dat eſſe eius atteſtationi.*

123 *Teſtes in negotijs criminalibus, & non interrogati, ſcientiæ cauſam, & rationẽ reddere debent, alias non probant, nec indicium faciunt.*

124 *Teſtis teſtimonium perhibẽs ad alterius defenſionem, etiã ſi non reddat ſcientiæ cauſam, tamen probat.*

125 *Teſtis, quibus caſibus dicatur reddidiſſe rationẽ ſufficientem, vide remiſſiuè.*

126 *Teſtes ſcientiæ cauſam afferre debent per illum corporis ſenſum, quo percipitur id, de quo rogantur.*

127 *Teſtes deponentes ſuper ſolam, & ſimplicem negatiuam in ſuſpicionem incidunt, & tanquam falſarij puniendi ſunt.*

128 *Teſtis dictum non depoſitum per vnum ex quinq; ſenſibus quibus in caſibus teneat, & valeat, vide remiſſiuè.*

ANTEQVAM ad hanc primam Probatio-
num ſpeciem pertractãdam me accingam,
pręcognoſcẽdum eſt, nos in præſentia nol-
le omnia, quæ de hac teſtium materia poſ-
ſent afferri, in mediũ adducere, iſtud enim argumẽti
1 genus ita fuit per viginti duos ſcribentiũ tractatus † à
Ioanne Baptiſtà Z. leto in vnum cõpilatos, & deinò
per alios, recentiores diligentiſſimè, excuſſũ, & exami
natum, vt mihi ſuperuacuum viſum fuerit, cũcta, quę
ab iſtis ſcribentibus ſuper hoc tradita ſunt, hic trãſcri-
bere, adeat ipſos ſcribentes, & ibi ad ſaturitatẽ omnia
haurire poterit. Noſtrum erit in pręſentia hæc ea tãtũ
attingere, quę ad noſtram probationũ materiã expli-
canda ſatis eſſe videbuntur. Breuiter. n. & cõpendio è
2 modum, & formã, qua teſtes produci poſſunt, † deque
eorum

eorũ examinatione videbimus,atq; vt eorum dictum
valeat. Qui verò teſtes ad dicendum teſtimonium
ſint idonei,qui neutiquam, & dicta quorum non ꝓ-
bent,nempè ſi ſalſa,varia,titubãtia,contraria vnica,
ſingularia ſint, & iſtiuſmodi ſigilatim per ſuas con-
cluſiones infra explicabitur.

Inter igiť ſpecies plenæ probationis nõ immeritò
3 hæc per teſtes†primũ ſibi locum vendicat. Nam ipſa
cæteris omnib.validior,& dignior eſt,vt Abb. in rub.
ext.eo.de teſtib. allegans c.cùm Ioan.de fide inſtr. &
Fely.in rub.de fid.inſtr.nu.1.infra latius à nobis expli
* cabitur. Et hæc magis eſt*cõmunis opinio vt ꝑ Doct.
in c.cum P Tabellio.eo.ti.de fid.inſtr.quam apꝓbat,
& citat.Dec.in rub.de teſtib. & Moderni in repetit.l.
admonẽdi.ff.de iureiu.& Viuius in ſuis cõmunib.opi
nion.in verb.teſtes ver.validior,&c. firmior.n.eſt vi-
4 ua vox,†quã mortua,vt auth.de inſtru. caut. & fid.§.
ſi quis igiť.c.tertio loco ext.de prob. & Azo.in sũma
ſua de teſtib.quinimo Docto.in d.l.admonendi.dicũt
quodãmodo miraculoſam ꝓbationẽ videri, ꝙ pelli
5 vnius animalis iam mortui credatť,†vtpotè inſtrumẽ
to publico.& Innoc in d.c.cũ P.de fid.inſt.voluit eſſe
cõtra ius,& officiũ Tabellionis, ꝙ credatur cartę ani
malis mortui ſine adminiculo aliquo.Ea etiã,q̃ con-
6 ſtant atteſtationib. voce prolatis,†facilius conſidera-
ri ſolent,quã quæ in ſcriptis enunciata ſunt: qa ſecũ-
dum eundẽ Inno.in c.veniẽs de verb.ſig ad fi. anima
7 organo vocis mentẽ ſuã explicat,† & cor eſt impera-
tor linguæ, iux. Bal. in c.mandatũ de reſcrip ſecũdũ
illud, ꝙ dici conſueuit: Ex abundantia cordis os lo-
8 quitur,& ipſe viuæ vocis ſonus†fortius,ac efficatius ꝑ
mouet auditoris animũ.l.ſi in tres. ff. de arb & l.1. C.
de ſen.ex breuic.reci.l.de minore.§.tormẽta.ff.de q̃ſ.
cũ alijs allatis ꝑ Bal.in rub.ext.eo.de teſtib.Quod aũt
9 huiuſmodi ſpecies ꝓbationis ſit omnib.alijs†dignior
ſentit ẽt. Andr. Barb.in rub.ext. de fid.inſtr. multaq;
ad id ꝓbandum adducit Præterea, & Inn.in d.c.cum
P. Tabellio inquit, iſtiuſmodi ꝓbationem per teſtes
eſſe naturalẽ, congruereq́; cum iure diuino, vt refert
Viuius in dictis ſuis communib.opinion.loco p̃cita-
to. Et vltra Inn.idem ait Abb.in c.tertio loco de ꝓb.
nu.5. verſ. vltimum tñ dictum, propter illud diuinæ
10 vocis teſtimonium,†in ore duorum,vel triũ ſtet om-
ne verbũ. Et hinc ſequiť, ꝙ Doct.in c.teſtes.3 q.2.&
Abb.ac cæteri canoniſtæ in c.de teſtib.de teſti.aſſerue
runt, teſtem debere deponere dictũ ſuum viua voce,
11 † & nõ ſatis eſſe illud in ſcriptis Iudici tradere,& hãc
* eſſe veriorẽ, & magis * cõem dixit Viu in ſuis cõmu.
opin.verſ.teſtis non poteſt tradere, quãuis Bart.aliud
ſenſerit in l. Theopompus nu.12.ff.de dot.pręleg.cer-
12 tiores.n. efficimur vocibus,†quã in literis: vt elegan-
ter voluit Sum.Pontif.in c de gradib 33.q.ibi.Donec
ꝑmittẽte Domino ore ad os loquimur. Vnde quędã
13 probantur per teſtes,† quæ non probantur per inſtru-
menta: vt ex allegatis ꝑ Rom.in conſ.349.incip. Dũ
quæriť, & ꝑ Io. And.in reg. ſemel malus. de regu. iur.
in 6.& per Feder. de Sen in conſ.211.D. Alex. & Ol-
drad.conſ.199. in fundamento.& Bald.in l.ſciant. in
14 2. col.C.de proba. dum dicunt†crimina nõ ꝓbari in-
ſtrumentis,& tamẽ probari teſtibus, vnde dici poteſt
hæc eſſe inter ſe, vt excedentia, & exceſſa.

Me etiam impullit illa ratio, vt hanc ꝓbationẽ ꝑ
15 teſtes cæteris præponerem,quia†ferre teſtimoniũ eſt
dignitas generoſa, ita. n. loquitur Sum. Pontif in ca.
præceptum.32.q 5.quẽ allegat Spec.in tit.de teſte. in
§.opponiť. nu.26. Et huius dicti hanc poſſe reddi ra-
tionem arbitror:quia teſtificadi officium ſolum tẽdit
16 ad veritatem detegendã,†quam ſup oĩa amandã eſſe
dixit I.C.in l.cùm ita legatũ.de cond.& demõ. & eã
ſequentem, Deum ſequi,tradidit Sum.Pontif.in c.qſ-
17 quis. 11.q.3.& veritatẽ ipſam† oĩa vincere, dixit Ho-
ſtiẽ.in c.in audiẽtia.de ſen.excõ.& Fed.de Sen.in cõſ.
14.& cui oĩa cedere voluit Sum.Pontif.in c.conſue-
tudo. 12.diſt.& c. fraternitatis. de frigid & mal.ipſam
eſſe matrẽ iuſtitię dixit Bal.in l.libertini. de ſtatu ho-
min.Hinc optimè cautũ in iure reperiť,infames nul-
18 lo modo † poſſe teſtium dicere:nã ea.in quib aliqua
dignitatis verſať, omninò ipſis infamib. ſunt interdi-
cta.l.1.C.de infa.lib.12.& latè diximus in cõcluſione
19 infamis.Item quia†teſtificari,eſt actus à lege inuẽtus.
l.quoniã circa fi. C.de hæret.& eſt munus publicũ.&
neceſſariũ.l.1.ff.eo.de teſtib.& l.fi C.ſi cer.pet.& l.cũ
quẽadmo.teſta. aper.& Ang. de Peru in ſuo trac.de
teſtib. in q. Quæro an frater, nu.25. licèt contrarium
ſenſerit. And Barb.in ſuo tract.de teſtib.ad c. teſtium
ext.eo.de teſti.nu.16.vbi inquit,vsũ teſtis nõ eſſe inuẽ
tũ pp bonũ publicum,ſed pp priuatum commodum;
ſed aliter poſteà sẽſit in c.2.de ꝓb. vbi munus eſſe pu-
blicũ voluit,& ideò digni,& nõ infames admitti dẽt.

Quinimò teſtificãdi munus adeò neceſſariũ,& vti-
le cognoſciť, vt ſi quis cupiditate, timore, odio, vel
amore obcęcatus veritatẽ teſtio ſuo detegere,vel cõ-
20 ꝓbare recuſauerit,hunc eundẽ cogendũ,† atq; com-
pellẽdũ eſſe ſacroſãctæ leges iuſtiſſimè ſanxerint, vt
videre eſt ex toto tit.de teſt.cog. & paulò inferius di-
ceť à nobis; ꝙ ſi coactus veritatẽ ꝓtulerit, ipſe nulla,
nec apud Deũ,nec apud hoĩes remuneratione dignus
eſt iudicãdus. Quo namq; pręmio dignus eſt ille cẽ-
21 ſendus,q quid actum eſt † pręter eius voluntatẽ, atq;
coactè eſt actũ: Certè nullo,vt optimè cauit I.C.in l.
ita tñ.§. qui ſuſpectã.ff.ad Treb. & in l.rem legatã ff.
de adim. leg. & in l.vnũ ex familia.§.1.ff.de leg.2.&
in l. ꝓximè de rit. nup.nõ.n. me fugit, quatuor illa, q̃
22 modò diximus, hoc eſt timorẽ,odiũ,† cupiditatẽ,&
amorẽ ſolere ſæpiſſimè veritatẽ deprimere q dem. ſed
nõ opprimere;verũ ſi quis eſt,quẽ ꝓprię.& æternę ſa-
lutis cura tãgat,hic ꝑfectò melius ſuis rebus cõſulet,
ſi magis amicã veritatem habebit,quam proprias,vel
alienas animi perturbationes ſequatur.

Fingamus igitur aliquos ad ferẽdũ teſtium adeſſe
23 teſtes idoneos,& habiles;†iſtiuſmodi in iudicii, non
extrà iudicij locũ ſunt ꝓducẽdi, vt per Maran.in ſuo
Spec.verb.ſinautẽ ꝓducunť teſtes.nu.6. & ab eo, qui
ipſis ad ꝓprios vſus neceſſarios indiget: nullus.n. co-
24 gitur ad ferendum†contra ſe teſtes, vt in c.1.de ꝓba.
& in l.nimis graue.C.de teſti.Bal.in conſ.22 .quãdo
ꝓ debito.nu.3.lib.5.& paulò poſt à nobis in q.an quis
cogendus ſit ꝓducere cõtra ſe,examinabitur:ſed vt &
aliqd in præſentia de hoc breuiter attingamus, intel-
ligẽdũ eſt illud,neminẽ cogi ad ferẽdũ cõtra ſe teſtes
in ciuilib.non aũt in criminalib. in his.n. Iudici data
25 eſt facultas ꝓducendi teſtes † etiam parte nõ inſtãte,
nec eos ꝓducẽte, vt ꝑ Bal.in l. presby. C. de epiſc. &
cler. Illud etiã accipiendũ eſt in eo Magiſtratu, qui,
138 Inſtrumenta an ante litem conteſtatam produci poſſint, vide remiſſiuè.

139 Inſtr̃a recenter produci poſſunt, etiam in cauſa appellationis, ſi noua ex veteribus emergentia oriuntur capita.

140 Iudex quandocunque admittere poteſt nouas probationes, licet ſit iam concluſum in cauſa.

141 iudex etiam poſt concluſionem in cauſa admittere poteſt ſcripturas, ſi aliqua iuſta, & legitima cauſa ſubſit.

142 Iudex in cauſa illius, cui beneficium reſtitutionis in integrum ſolet indulgeri, vt minori, vel eccleſiæ, admittere poteſt ſcripturas etiam poſt concluſionem in cauſa.

143 Inſtrumenta produci non poſſunt vltra certum terminũ per ſtatutum determinatum.

144 Terminus ſtatutus à lege, vel ſtatuto ſemper intelligitur peremptorius, nec vltra illud aliquid proponere licet.

145 Inſtrumenta producta in principio cauſæ ſimul cum libello, ſi iterum non producantur in termino probatorio non probant.

146 Inſtrumentorum productio ante litem conteſtatam fieri non poteſt.

147 Iudex ſtatim poſt litem conteſtatam, & poſt iuramentum de calumnia præſtitum poteſt terminum peremptoriũ circumſcribere, atque definire ad producenda omnia inſtrumenta, quibus vſuræ ſunt partes in cauſa.

148 Iudicis poteſtati quicquid permittitur, non ſubijcitur iuris neceſſitati.

149 Omne quod licet, boneſtum eſt.

150 Inſtrumenta produci poſſunt vltra præſcriptum à iudice terminum re adhuc integra, & incorrupta.

151 Inſtrumenta, vel ſcripturæ cum in iudicio producuntur in vim probationis, pars vocari debet, vt ipſarũ præſentiam videat alioquin ſcripturæ nullam fidem faceret.

152 Inſtrumenta ſi in iudicio proferuntur, vt iudex inſtruatur, nullà partis citatio exigitur.

153 Inſtrumenti productio ſi fiat in fine termini, rata eſt, etiam parte non accerſita.

154 Teſtium productio conſtãter permanet, ſi ſcripturarum productio facta fuit, infra terminum ad proferendum ſcripturas ſtatutum, & poſt terminum præfixũ ad probandum per omne genus probationis.

155 Inſtrumenti præſentatio poteſt etiam in die feriato fieri, cum ſcripturas in iudicio adducere non ſit actus ad iudicium ſpectans.

156 Termini aſſignatio eſt actus iudiciarius.

157 Inſtrumenti vel ſcripturæ in iudicio productæ põt pars proferens in actis relinquere copiam collationatam, & penes ſe originale retinere, ne in actis perdatur, vel ſurripiatur.

158 Inſtrumentum originale mandati procuratoris in actis dimitti debet, alioquin non facit fidem.

159 Inſtr̃m mandati ſi eſt, ſimplex, dimitti debet in actis, ſed ſi plura complectitur capita, & mandata ad plures cauſas, tunc producenti originale reddi debet, & illa particula, quæ ad mandatum faciat in actis regiſtrari.

160 Inſtrumento in iudicio producto poteſt pars aduerſa ſe ſiſtere coram iudice, & ipſum rogare, vt illũ, qui inſtrumentum protulit, roget, velit, necne eo vti, quod ſi ille aſſerat, non poterit poſtea euitare, quin ſibi irrogetur pœna falſi, ſi de falſo arguatur inſtrumentum.

HActenus de prima probationum ſpecie, quæ
fit per teſtes egimus, aggredior in præſentia
huic proximam ſpeciem, quæ fit per inſtru-
mentum & ſcripturam. In cuius quidem explicatio-
ne, primum non eſt ighorandum illud quod & ſupra
in principio proximæ quæſtionis dicebamus, & ab
1 Accurſ. in rub. C. de fide inſtru. fuit relatũ, † hanc pro-
bationis formam mortuæ vocis probationem nomi
nari; vt diſcrimẽ poneretur inter illam per teſtes, quæ
viuæ vocis nũcupatur. Hinc factum eſt, vt iuris inter-
pretes omnes præſertim Bal. in rub. ext. de teſtib. quos
Fely. refert in rub. de fide inſtru. vno ore aſſeruerint,
probationem per teſtes, ac per inſtrumenta validio-
2 rem, † atque digniorem eſſe, quemadmodum de * cõ
* muni oĩum opinione atteſtatus eſt. Dec. in rubric. de
teſtibus, & Viu. in ſuis cõmu. opinion. in verb. teſtes
ibi, Validior, &c. Nec iniuria id ſenſere Doct. Etenĩ
dixit Abb. in c. tertio loco. de probatio. ſub nu. 5. verſ.
oppono huiuſmodi probationem, quæ fit per inſtr̃a
extra ordinem eſſe, & arte conſtare, atq; quodammo-
3 do prodigioſam eſſe, † vt animalis mortui corio cre-
datur cunctis tacentibus; & ita refert dixiſſe Innoc. in
c. cum P. & c. cum Ioannes. de fide inſtrum. & idem
dixit Dec. in d. rub. de teſtibus, & Fely. in rubr. de fide
inſtrum. & recentiores in repetitione. l. admonendi.
ff. de iureiuran. hoc idem etiam Laufranc. de Oria.

in

in ſua praxi.c.9.de inſtrum.ꝓductio.ſub nu.41 per di-
4 ctum c.cum P.tabellio.† ſed præferẽdam eſſe mortuæ
viuã vocem,nullus eſt,qui non videat.& dixit Imp.in
§.ſi verò aliquid.auth. de fide inſtrum. vt etiã poſteà
5 multis rationib. docebimus. Hinc Cor.inferebat,† ſta
tutum illud valere,& firmum manere, ne ꝓbatio per
inſtr̃m fieri poſſit,ſicut refert Crau.conſ. 122.nu.15.

Contrariam verò ſententiã,hanc per inſtrum pro-
6 bationẽ validiorem, & digniorem eſſe,† ſequutus eſt
Accurſ. ſibi contrarius in rub.ff.de fide iſtrum.quo in
loco clariſſimè dixit,hanc mortuæ vocis ꝓbationem
p ſcripturã, illa quæ fit viua voce firmiore eſſe. Non-
nullos etiam fuiſſe ſcripſit Innoc.in d.c.cũ Ioan.extr.
de fide inſtrum.nu.6.qui idẽ ſenſerint, negauerintq;
maiorẽ eſſe fidem adhibendam viuæ voci, quã mor-
tuæ, ad d.autent. §.ſi verò aliquid tẽdẽt,ibi adfuiſſe
viuam vocẽ inſtrum. ex vna parte,& ex alia literarũ
collationẽ tantùm,vnde mirandũ non eſt,ſi ibi teſtes
præferunt. Id etiam iureconſultis placuiſſe eredẽdũ
eſt,qui in ffoꝛum libris præſuppoſuerũt titulũ de fide
7 inſtrum. tit.de teſtib.† Prius enim aliquid eſſe,vel di-
gnius, ordo titulorum oſtendit: vt Cardi. in rubr. de
ſtat.monacho.Fely.in rub.de maiori. & obedi. Bar.in
lege 1.ff.de cõfir.tutor.& in anth. offeratur. C. de lit.
8 conteſta.& ſeſſionis ordo † dignitatis excellentiã in-
dicat:vt Ang.& Imo.in l.qui ſoluendo.la ſeconda.ff.
de hæred.inſtit. Verùm Dec.in rub. extr. de teſtib.re-
tulit titulum de teſtibus, in decretalibus ex arbitrio
ſummi Pontificis antepoſitum fuiſſe, quod idem vi-
detur dicendum de Imperatore in libro codicis.

Et ad hanc opinionem probandam videt̃ facere,
quod voluit gl.in c.1.de cẽſib. in verb.ſcriptis. in fin.
9 facilius, † & tutius probari ſolere per ſcripturam; &
in eadem glo. multi notantur caſus, in quibus ſcrip-
tura exigitur, & teſtes non ſufficiunt.

Huic etiam ſpectat, quòd tradidit Imperator Iu-
ſtini. in l. hac conſultiſſima. §. at cum humana. C.
10 qui teſt. fac. poſſ. † teſtium memoriam labilem, at-
que ſubinde mutabilem eſſe.

Ex hoc etiam liquet,probationem per inſtrumen-
11 ta maioris eſſe ponderis,quam ea per teſtes † quia ad
inficiendam ſcripturam quinque teſtes requiruntur.
l.teſtium. C. de teſtibus.

Ad manum etiam plures contextus id probantes
habemus: vt contextum in d.l.hac conſultiſſima, &
in l.ſi alterius. C.ſi min.ſe maio.dix. & in l. generali-
ter.C.de non num.pecu.& in d.l.teſtium.C.de teſtib.
& in auth.rogati,& in l.1.C de ſuffrag. & in l.cenſus.
ff.de probatio. Ex quibus omnibus poteſt elici, pro-
bationem per inſtrum. firmiorem, atque digniorem
eſſe ſecundum Innoc. in c.cum Ioannes. de fide in-
ſtrument. ſub nu. ſeptimo,ibidem fallit autem.

Quòd autẽ probatio per teſtes non ſit validior hac
per inſtr̃a contextus eſt apertiſſimus id comprobans,
in l.in exercendis. C.de fid. inſtrum. vbi Impe.ſic lo-
quutur. In exercendis litibus eandem vim obtinent tã
12 fides inſtrumentorum, † quàm depoſitiones teſtium,
& idẽ in c.cum Ioannes. extra eodẽ, de fide inſtrum.

Meritò igitur nõ eſt dicendum validiorẽ hanc eſſe
nam parium eadem eſt natura,l.ſi ſocer.in fi.ff.ſol.mat.
13 & inter pares eadem eſt potentia, † nec maior l.1.§.
veteres. ff.de acquit.poſſel.l.ſi reus.de duob. reis, nec
par. in parẽ habet imperium. l.ille à quo.§.tempeſti-
uum.ad Trebellian.cap.innotuit §. quãuis de electio.

Sed facilè poſſet reſpõderi ad d.l.in exercendis; &
ad Accurſ.doct. ibidem poſitam, vt fecit Bar.in l.itẽ.
Labeo. nu.1.ff. de aqua pluuia arcend. eandẽ eſſe in-
14 ſtrum.& teſtium vim † quo ad probationis effectũ. &
hoc pacto eſt intelligenda d.l.in exercendis, verũ in
probandi modis, atque rationibus multum differre.

Decius verò eius eſſe ſententiæ videtur in d.rub. ex-
tra de teſtib.vt velit, probationem per inſtrumẽta di-
gniorem,atq; validiorem eſſe. Quin etiam Bal.in d.l.
15 ſi alterius. C. ſi min.ſe maio.nu.5. inquit,† magis in-
ſtr̃is quã teſtib. credi. & Alex.tradidit in conſ.107.nu.
2.vol.7. ꝓbationem p teſtes tantùm efficere, quantũ
per ſcripturã: ſed circa hoc vidẽdus erit Cur.Iun.in l.
pactũ,ꝙ bona fid.C.de pact.nu.2.& ibi Dec. & Bald.
conſ.445. Qualiter probetur.vol.5.dixere in p antiq-
16 ſimis factis meliorẽ eſſe ꝓbationem per inſtr.† quam
per teſtes, Inſpiciendus etiã erit Fran. Aret.cõſ.65.nu.
2.qui idẽ affirmat: atq; Alba.in conſ.6.nu.10.& cõſ.
64.nu.22. Poſſẽ hic alias quãplurimas opiniones ac-
cumulare: ſed qm̃ Abb. has collegit in d. c.cũ Ioan-
nes.nu.12.de fid.inſtr.ideo omittam,ne in congerẽdis
Doctorum opinionib.tempus conſumere videamur.

Verùm cũ tanta ſit tantorũ virorum opinionũ va-
rietas,& vtrinq; maximè rationes, & auctoritates pu-
gnẽt,ad diſtinctionẽ confugiendum eſſe duxi,& hoc
munus mihi difficillimũ eſſe, ſum arbitratus,p̄ſertim
17 † cũ in maximo verſet̃ ille periculo,qui inter opinio-
nes Doctorũ inter ſe diſſidẽtes iudiciũ ſuũ velit inter-
ponere,vt meminit Tiraq.in tract.de p̄ſc.fol.mihi 96.
§.1.gl.4.in verb.Dix. Ant. ver. in qua re Bal.vt vides.
18 Vt & rurſus ille nulla dignus laude ſit iudicãdus, † q
Doctorũ illuſtres ſentẽtias ſolũ trãſcribit,nihil de ſuo
addens vt dicere ſolebat Abbas. & Fel.in c.ſcribam
enim 2. de preſum.

Quapropter in iſta iuris interpretũ diſſẽſione, operæ
pretiũ eſſe diximus, vt diximus,vt ad diſtinctionẽ de
19 ueniamus. Nam quẽadmodum agrorũ diuiſio,† atq;
diſtributio vberiores reddit cult⁹,vt & paulo ante aſſe
rebam⁹,& dixit I.C.in l.Caius Seius.§. Titius.ff. de le.
2. ſic quicqd per queſtionũ diſtinctionẽ agit̃ clarius
fit c.ſup literis.de reſcrip. atq; melius intelligit̃ l.1. in
prin.iuncta gl.de dol.excep.§.ſed nõ vſq; Inſt.de leg.

Sic igit̃ diſtinguẽdũ eſſe duximus. Aut.n. ſcriptura
20 ſpeciatim requirit̃ in ea re,† in q̃ qua cõfecta eſt: vt in
caſib.à gl.enumeratis,in c.1 de cẽſib. in 6.& à Specu.
in tit.de inſt.editio.§.reſtant.verſ.ſed ſi alij: tũc verò
validiorẽ eſſe ſcripturã dicẽdũ eſt, q̃a vt ibi gl. ceteri-
que DD.ꝓdidere, teſtes in illis caſib. latis nõ poſſunt
facere: & cùm de his caſib. in ſcriptura ſit p̄cipuum,
cõtra igit̃ in teſtib. arguit̃ arg.l.primę.ff.ad municip.
Itaq; cũ in hoc ſit ſpeciale,in cõſideratione nõ eſt ha-
bẽda quoad q̃ſt.materiã,iuxta,l.4.i pri ff. de fidei.lib.

Aut verò nõ eſt ſpeciatim adinuentũ, vt in aliqua
21 re ſcriptura reqrat̃: † tunc vna nõ ſuperet alterã. ſed ſa
tis eſt p teſtes ꝓbari,ex rõne paulo ante adducta: eãdẽ
vim habere teſtes. & inſtr̃a in iudicio: vt d.l.in exer-
cẽdis. C.de fid.inſt. cũ alijs allegatis p Rot. deci.5.n.
9.ti.de offi.Vicar.in no.& Alex.cõſ.107.n.2.vol.7.& la-
tius p Cur.Iu.in.l.pactũ ꝙ bona fid.n.2.co.1.C.de pa.
Iſtud tñ declares tunc ſibi locum vendicare quando
huiuſmodi teſtes,& ſcripturæ ab eadem producuntur
parte,vel etiam ab aduerſa parte,verùm nihil ipſi op-
22 ponunt ſcripturę, † tunc enim eandem vim non ob-
tinent:ſed ipſi teſtes cæteris ſuperiores,vt inquit Abb.
in d.c.cum Ioannes, de fide inſtr. ſub nu.5. vbi ita li-
mitatam dixit procedere dictam legem in exercẽdis.

Rurſus, aut inſtr̃m non negatur eſſe verum, hoc
23 eſt,dicitur ipſum ratum,& firmum eſſe,† & his à iure
requiſitis fuiſſe compoſitum. Aut contra inſtrumen-
tum à teſtibus fuit oppoſitum,ipſum non eſſe validũ
proinde irritum,& falſum,quæque in ipſo con ſcripta
fuere,veritati nõ eſſe conſentanea. Si prius dictũ reſ-
piciamus, ꝓfecto oĩ dubitatione procul amota dicẽ-
dum eſt firmiorem, atque tutiorẽ veritatiq; proximè
accedere ꝓbationem illam, quæ in ſcriptis cõficitur;
quæ inuerti,nec immutari poteſt, quin dolus frauſve
aliqua dignoſcat̃, quæ qdem in teſtibus non poſſunt
cõphendi quorũ lingua,quã varia, & ſubinde mutа-
bilis,& labilis ſit,atteſtatus eſt Imp. in l.hac cõſultiſ-
ſima.§. at cũ humana. C.qui teſt. facere poſſ.q̃ tñ ſe-
24 curitas, † & inſtr̃i p̄rogatiua eo vſq; ſtat, donec aliqd
ꝓbabile, & rõni cõſentaneũ cõtra ipsũ fuerit ꝓlatũ.

Si verò per teſtes aliquid, vt falſitatis, cõtra inſtru-
25 mentum fuerit aſſertum, †tunc probationi p teſtes ſtã-
dum eſt: vt ex traditis per Innoc. in d.c. cũ Ioannes.
ſub num. 7. de fide inſtrum non obſcurè declaratur.
Hoc tamen ſecundum caput non ita facilè prtercũ-
dum eſt: nam, & illud diſtinguendũ venit, an ipſi te-
ſtes oppugnent ſcripturã priuatam, an vero publicã.
Si de ſcriptura priuata loquimur, primò ſciendum
26 eſt †triplicem eſſe, iuxta Lanſ. de Oria. in ſua praxi de
inſtrum. nu. 53. Prima enim vocatur Apodixa, quæ
datur à parte parti; Altera liber rationum dicitur,
Tertia nuncupatur Epiſtola; de quibus omnibus
ſingula, quæ ſeruanda ſint, docebo.
Sed prius iterũ ſubdiſtinguendũ eſt, an huiuſmodi
ſcriptura teſtes ſubſcriptos habeat, an habeat nullos:
27 ꝙ ſi nullos habuerit, † adſintque teſtes illam firmiſſi-
mis rationib. oppugnãtes: tunc proculdubio ꝓbatio
per teſtes præferri debet: priuatam namq; ſcripturam
teſtibus ſuccumbere retulit Innoc. in dicto c. cũ Ioã-
nes nu. 6. ext. de fide inſtru. & ex ſe nullã fidem facere
28 † niſi quatenus p teſtes cõprobetur, docuit Bartol.
& cæteri iuris interpretes in auth. at ſi cõtractus, C. de
fid. inſtr. & in l. ſcripturas. C. qui potior. in pig. habeãt
cum alijs adductis per Maran. in ſuo Spec. in parte
6. verſ. & ꝓducuntur ſcripturæ inſtrumentorũ. nu. 34.
Etenim quamuis huiuſmodi ſcriptura ſemp loquat.
l. Ariani. C. de hæret. illa tñ, q̃ nulla fulcit auctorita-
29 te, mortua vox eſt: † meritò viua vox p teſtes huic eſt
præferenda; q̃ ſecundum naturã ꝓbatio eſt: quæque
ex iure diuino duxit originem, vt teſtat illud: In ore
duorũ, vel trium ſtet omne verbum; & patet ex alijs
rationibus iam anteà de teſtib. in mediũ allatis. Cæ-
terũ ſi in ipſa ſcriptura teſtes ſint ſubſcripti, & extra-
nei teſtes alij adſint, vel etiam iidem in ſcriptura ſub-
ſcripti qui cõtra eã deponere vellint; tunc de huiuſmo-
di priuata ſcriptura idẽ dicendum eſt ſecundum di-
ſtinctiones, quas infra de inſtrõ publico, & ſcriptura
publica trademus. Idem ẽt iudicium erit, quamuis in
ipſa ſcriptura teſtes nõ ſint ſubſcripti, verũtamẽ quã-
do cõſcripta fuit, interfuerunt, & ꝓ ea deponunt, &
alij cõtra ipsã atteſtant; etenim cũ huiuſmodi teſtes,
q quãdo ſcriptura cõficiebat, interrerant, nõ ſecus ha-
30 beatur, quoad ſcripturæ validitatẽ attinet, †ac ſi ſub-
ſcripti fuiſſent, iuxtà Bart. in auth. ſi quis. C. q potio.
in pig. habeant. quem refert; & ſequit Lanf. de Oria.
in ſua praxi, c. 9. nu. 54. de inſtrum. product. circa fin.
meritò, & de hoc idem iudicabimus ꝓ, & de inſtrõ
publico infra diſtinguemus, ad q̃ me nunc reijcio, ne
in iiſdẽ, q̃ eundem naturã habent, inſiſtere, atq; ipſa
repetere ſuperuacaneum iudicetur. Idem enim eſt de
ſcriptura priuata teſtibus ſubſcripta, ꝙ, & de inſtru-
mento publico, vt meminit Lanf. de Oria. vbi ſupra.
31 Quinimò, quod magis eſt, † priuata ſcriptura non-
nunquã inſtrumento publico plus pollet: vt patet ex
multis adductis per Bartholom. Soci. conſ. 274. inci-
pien. n cauſa Dominæ. verſ. circa tertium in 2. vol. &
Ang. in l. ſcripturas. C. qui potior. in pign. habeant, &
de hoc Lanfran. vbi ſupra, ſub num. 58. vbi ponit pul-
chrum exemplum, & facti ſpeciem.
Hęc huiuſmodi verò ſcriptura priuata triũ munita
32 teſtium ſubſcriptione † diẽ, & locũ an requirat dicẽ-
dum eſt, ſecundum normã à iure traditã non requiri,
quoad naturã, vel maius ſubſtantiã obligationis. &
contractus, ſecundum Cyn. in l. optimã. C. de contra-
hend. & cõmit. ſtipul. vbi ita intelligit. l. cum tabernã,
§. idem quæſijt. ff. de pign. & hypot. Nec etiã exigit
quoad probationẽ debiti: vt in l. Publia. in fi. ff. depo-
ſiti vel cont. Sed cõtra ſentiendum eſt ad ꝓbãdum
33 tẽpus prius, † vel poſterius: tunc. n. dies ſine dubio re-
quirit, cum aliter conſtare non poſſit. Prætereà etiã
exigit de ſubſtãtia dies, & locus in ſcriptura priuata
34 legitimationes † filiorũ naturaliũ, vt inquit, & diſtin-
guit Ang. in §. ſi qs auth. de inſtrum. fid. & cautel. &
ꝓbat id per §. quãtũ verò in auth. quib. mod. natural.
effici. legit. illum refert, & ſequitur Lanfr. de
Oria. in dicta ſua praxi, cap. 9. de inſtru. ꝓduct. in fin.
Si qs verò requirat à nobis, quid ſit priuata ſcriptu-
ra, huic tunc clarũ erit ex eo, quod diccimus, quid ſit
35 ſcriptura publica: † nã cognito vno de cõtrarijs, co-
gnoſcit, & aliud. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iu-
ris, & Inſtitut. eodem tit. & inſtitu. de tutel. in princip.
Cognitis ijs, quæ ad priuatæ ſcripturæ declarationẽ
faciebãt, meritò publica explicãda ſeſe nobis offert.
In cuius explicatione repetẽda erit illa iã de priuata
allata diſtinctio: nã aut ij teſtes, q oppugnãt, & ipsũ
refellunt inſtrumentũ, huic ſunt ſubſcripti, aut cõtra.
Quod ſi ſubſcripti ſint, omneſq; teſtes adhuc ſuper
36 ſunt, & inſtrm oppugnant, tunc inſtru. vires ſuas amit-
tere, & ꝓbationi teſtium ſtandũ eſſe, docuit Innocen.
in dicto c. cùm Ioannes ſub nu. 2. vbi ad hoc adducit
cap. tertio loco extr. de ꝓba. & l. 1. §. vlt. ff. quẽadmo.
teſtam. aperia. & §. ſi vero fideiuſſor auth. de fideiuſ-
37 ſorib. † ex eo namq; ꝙ teſtes inſtrumentũ oppugnãt,
caret ſua validitate, nec ꝓbare tradidit. Barto. & alij
in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemad. teſta. aperiant. præ-
ſertim cum inſtrum. non probet, niſi teſtes habeat
38 † in eo deſcriptos: vt in auth. de fid. inſtru. §. ſed ſi in-
ſtrumẽta & §. ſi verò: & not. gl. in l. in donationib. C.
de donat. & in l. generali. C. de tabular. lib. 10. Bal. cõſ.
55. Anno Dñi. col. 2. poſt mediũ lib. 2. Alex. conſ. 106.
col. penul. lib. 6. Corn. conſ. 214. col. 4. lib. 1. & in cõſ.
220. col. 2. lib. 2. quos omnes allegat Aymo. Crau.
conſ. 56. nu. 1. Eundẽ Bart. refert Felyn. & ſequitur in
dicto cap. cũ Ioãnes. nu. 46. vbi hanc concluſionem
ampliat. tribus caſibus, & limitat quatuor alijs, ad
cuius ego doctrinam te in præſentia remitto: ſed in
concluſione, in verb. inſtrum. reijcitur, quo in loco
illa omnia referam, & alia multa adijciam.
Verũ nunc iſta concluſio intelligenda eſt, tũc ſibi
39 vendicare locum † quando teſtes recta via reijciunt
inſtrum: vt cũ negant, eo pacto geſta fuiſſe ea quæ in
ipſo cõſcripto reperiuntur; tunc enim per duos teſtes
inſtrum reijci atq; proſterni poteſt; niſi per alios teſt.
in illo inſtrõ deſcriptos auxiliũ afferetur, viua voce
deponentes, veriſſimè conſcripta ea fuiſſe, que conti-
nentur in inſtrumẽto: vt dixit Lanfr. de Oria. in ſua
praxi c. 9. de ꝓduct. inſtrum. ſub nu. 37. in fi. & videas
Barth. Soc. conſ. 157. incip. diu profectò. verſ. multũ
40 etiam circa fi. quo in loco reſpondit, † teſtib. inſtru-
mentarijs ſatis eſſe, ſi deponant rem geſtam nõ fuiſſe,
vt cantat inſtrum. quamuis obliti ſint, vt res geſta fu-
erit: ſed ſecus dicendũ eſt, ſi non ita expreſsè ipſum
oppugnant, verum per quaſdam verborũ ambages di-
centes, ſe memoria non tenere, interfuerũt nec ne in-
ſtrumenti conſcriptioni. Aut omnib. alijs omiſſis cõ-
ſtanter aſſerũt, ſe nõ interfuiſſe; tunc eſt ſubdiſtinguẽ-
dum: etenim cũ ſe inſtru. vel contractui interfuerint,
41 nec ne, memoria non tenere dicant, † tunc ꝓbatio p
inſtrum præfertur, & ipſi ſtandum eſt de hoc videas
Alex. de Imol. in conſ. 44. volum. 4. nihil. n. certi cõ-
tra ipſum aſſeritur; cum dubitetur, q̃ dubitatio tãtam
vim non habet: vt inſtrum ſuſpicionis arguere poſſit:
nam cum probatio inſtru. perfecta, atq; plena ſit, nõ
debet corruere per incertã, & dubiam teſtium depo-
42 ſitionem; imo in hac dubitatione † tutior, & huma-
nior interpretatio facienda eſt, hoc eſt, vt teſtes cum
inſtr. conueniant, iuxta c. cum tu. extra de teſtib. & c.
iuuenis. extra de ſponſalib. & c. abbate. de verborum
ſignifica & c. 2. extra de regul. iur. & ita placuit Inno-
* cen. in dicto cap. cum Ioan. num. 6. & hanc * cõmuni
omniũ conſenſu receptam opinionem atteſtatus eſt
Abb. ibi ſub num. 44. & idem etiam voluit Barto. in
l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmo. teſtam. aper. & idem
Ioan. Cald. & Ioan. de Imol. in dicto cap. cum Ioan.
& Lanfr. de Orian. in d. cap. 9. de product. inſtru. in
ſua praxi, ſub num. 38. in fin.

Cùm

Cùm verò conſtanter aſſerunt, ſe non interfuiſſe: tūc etiam eſt ſubdiſtinguendum, nam aut vnus teſtis oppugnauit inſtrumentum, aut plures.

Si vnus, aut vnus eſt ex illis teſtib. neceſſarijs quo-
43 ad numerum requiſitum in illo inſtrō, † tunc verò cū ſit ex numero, & de requiſitis in illo, ex iſtius ꝓbatione, in ſuſpicionis crimen incidit inſtrm, eique teſti fides adhibetur, vt dixit Iuriſconſ. in l. 1. §. fi. ff. quemadmodum teſtamenta aperiā. & ita intelligendā eſſe dictam l. 2. ff. eo. tit. dixit Abb. in d. c. cum Ioānes. ſub nu. 14. Inquit enim ibidē, ſi neceſſarij teſtes ad hoc in inſtrō exigunt; vt illud per eos probari poſſit meritò igitur vno ex illis deficiente, infirmabitur inſtrm.

Quòd ſi teſtis ille vltra neceſſarios in inſtrō requiſitos abundè: tunc ex iſtius atteſtatione cōtra inſtrm
44 ipſum non labefactabitur: † plena namq; probatio, quæ proficiſcitur ex inſtrumento, vnius teſtis probationem diruit, argumēto c. licet ex quadam. extra de teſtibus, & hoc voluit Lanfr. de Oria. in ſua praxi. c. 9. de inſtrum. productio. nu. 38. quo in loco teſtes adducit huius Ioan. Cald. & Ioan. de Imol. qui prius idē dixerunt in d. cap. cum Ioannes. quemadmodum, & eoſdem refert, & ſequitur Abb. in eodem cap. ſub nu. 14. & ibidem Fely. nu. 48.

Si verò contingat plures eſſe teſtes, qui inſtrm op-
45 pugnent, † in quo ſint ſcripti; tunc, aut ſe non adfuiſſe contractui aiunt, & tunc ſi ſint vltra numerum requiſitum, nullum præiudicium inſtrō afferunt; quod ſi ſint ex numero neceſſario inſtrumenti, tunc quamuis ſolùm duo eſſent, inſtrm tamē reijcitur; nam ſi &
46 hoc caſu vnus tm̄ neceſſarius teſtis præiudicat, † vt ſupra dixi inſtrumento, de duobus quid erit dicendum? Et nihil ex eo probari dixit Inn. in d. c. cum Ioannes nu. 3. adducit c. tam literis. extr. de teſtibus, & c. extra de probat: etenim cum hæc probatio per duos teſtes
47 perfecta, atque legitima ſit, cum † in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, nulli mirū eſſe debet. ſi per iſtos duos teſtes inſtrumentū infirmetur: vt ait Lanf. de Oria. vbi ſupra, ſub dicto nu. 37. verſiculo aut ſunt plures. Et quamuis quilibet huiuſmodi teſtium ex ſe atteſtaretur, & negaret contractui non præſtò fuiſſe, non tamen eſſe teſtes ſingulares in dictis ſuis admonuit Bar. in d. l. 1. §. fi. ff. quemadmod. teſtam. aper. cuius traditionem refert, & ſequitur Lanf. de Oria. in d. c. 9. de inſtrum. product. ſub nu. 37. quod multis rationibus ibidem per eundem adductis confirmar. Aliā ſequutus eſt ſententiam Innoc. in d. cap. cum Ioannes. ſub num. 3. quem videas: ſed priorem opinionē ab omnibus ferè eſſe receptam teſtatus eſt Socin. in conſ. 28. col. 2. circa fin. verſ. ſed ad hoc clarè. lib. 3. vt refert. & ſequitur Crauet. in d. conſ. 56. nu. 17.

Illud verò, ꝙ de duobus teſtib. diximus, extēditur
48 etiam habere locum † qn̄ per plurimos, veluti centū teſtes, ea quæ in inſtrō continentur, approbarentur, etenim nihilominus i li duo teſtes inſtrm atteſtatione ſua oppugnantes, illud crimen falſi vitiant. Nec id idcirco dicitur, quod per teſtes cōtractus, in inſtrum. celebratus non probetur: verùm quia falſa dixiſſe in eo deprehenditur, ꝙ teſtem interfuiſſe in ipſo inſtru. qui re vera non adfuit conſcriptum fuerit, ita loquit Innoc. in d. c. cum Ioannes. nu. 3. & 5. allegat nonam diſtinct. c. ſi ad ſacras. tertia quæſtio. nona, c. pura. & c. quanto extra de his, quæ fiūt à prælato.

Verùm iſtud locum ſibi non vendicat, ſi alij teſtes in inſtrum. ſcripti, vel alij etiam extra inſtrum. probarent ipſos interfuiſſe celebrationi contractus, vel tē-
49 pore inſtrumenti conſcripti, † tunc enim maiorem vim habebit inſtrumentum, niſi per probationes meridiana luce clariores probarent, ſe tempore contractus, & inſtrum. abfuiſſe: vt Innocen. vbi ſupra dicto num. 5. adducit l. optimam. C. de contrahen. ſtipulatione. hoc idem aſſerit Lanfranc. de Oria. vbi ſupra d. verſ. aut ſunt plures.

Sed hanc limitationē reſtringas, vt in contingētia facti, in qua cōſuluit Bal. in cōſ. 228. in quodā inſtru. vol. 2. quem ad verbum refert. Crau. conſ. 56. nu. 16

Quid verò dicendū eſt ſi centū illi teſtes, quos iam
50 retulimus, obmuteſcerent, † vel non ſupereſſent? Tūc non ſolùm ſi plures negarent, ſed ēt vnus, ſe contractui, vel inſtrō interfuiſſe, fidem inſtrumenti corruere aſſerendum eſt. per l. 1. §. vlti. ff. quemad. teſta. aper. nam cum nullam fidem huiuſmodi inſtrm habeat niſi ex officio notarij, teſtes enim tacent, vel iā mortui ſunt, vt præſuppoſuimus, meritò per teſtis impu-
51 gnationem inſtrm ↄ t ſuſpectum, † niſi per collationē ſubſcriptorum teſtium, vel contrahentiū adiuuaretur inſtrum. iuxta auth. de fide inſtru. §. ſi verò moriatur, & §. quod ſi tabellio. ſecundum Innoc. d. c. cū Ioannes. dicto nu. 5. vbi illud etiam addit, in his, qui negant ſe interfuiſſe, optimam indagationem faciendam eſſe l. vbi. C. de falſis. l. iubemus. C. de probatio. nec id omittens, iudicem illud vnū ſpectare debere,
52 † vt inſtrumentum vim ſuam obtineat, nec pereat. c. abbate. de verb. ſignifi. & Innoc. ſequitur Abbas in d. c. cum Ioannes. ſub nu. 14.

Cæterū illud, ꝙ ſupra attigimus, ſine declaratione non eſt prætereundum, dum dicebamus, ſi cōtra per alios teſtes iſtiuſmodi, qui ſe abfuiſſe atteſtant, vel vera non eſſe aiunt, quæ continentur in inſtrō imò fuiſſe præſentes, vel vera eſſe in inſtru. conſcripta probatum fuerit, tunc inſtrm ſtare. iſtud (inquam) eſt declarandum habere locum, dummodo iſti teſtes, qui eos fuiſſe præſentes deponunt, vel in inſtrō contenta ve-
53 ra eſſe teſtificantur, † ſint tot teſtes, qui in illo cōtractu, vel in illo actu, vel in illa diſpoſitione requiruntur, vt in codicillis quinq; teſtes requiruntur cū ſi duo ex iſtis quinq; ſubſcriptis oppugnant codicillos, tres verò reliqui pro codicillis deponāt, tunc inſtrm corruet quia non reperiuntur, niſi tres teſtes in codicillis qui nō ſunt ſatis, niſi quinque ſint, ideo neceſſe eſſet vt quinque pro codicillis deponerent, & ita intelligē dū eſt de ſingulis actibus, & diſpoſitionibus: ſic Bart. docuit in d. l. 1. §. 1. ff. quemadm. teſta. aper. & Innoc. in d. c. cum Ioannes, nu. 4. & ibidem Ioannes Calde. & Io. de Imol. & Fely. & Lanf. de Oria. in d. ſua praxi d. c. 9. de inſtru. product. ſub d. nu. 38. ſed hæc opinio * communi omnium eſt reiecta conſenſu: nam
54 vt ſupra dicebamus, quodlibet inſtrm publicū † reprobatur per duos, vel tres ad plus teſtes, niſi iſtiuſmodi inſtrumentum, per alios viua voce deponentes adiuuetur, quod, & Paulo infra notabimus.

Hæc ea ſunt, quæ nobis in mentē venerunt pro primæ concluſionis explicatione hoc eſt de teſtibus inſtrm oppugnantibus in ipſo deſcriptis. Illæ verò diſtinctiones huiuſmodi teſtium in inſtrō deſcriptorū, quæ à nobis ſupra ferè relatæ * communi omniū iuris interpretum opinione fulciuntur, ſicut teſtatus eſt Abb. in d. c. cum Ioannes, ſub d. nu. 14. ibi. Sed communiter, * & de hac cōmuni ſententia idem ſubſcripſit Lanf. vbi ſupra in dicto c. 9. nu. 37.

Si cui verò erit in animo plura noſtris inquirere,
55 huic ſuppeditabo plurimos iuris interpretes, † vt id cōmodè poſſit exequi. Etenim de hac cōcluſione qn̄ teſtes in inſtrō deſcripti oppugnant ipſum inſtrm, videndus erit Bar. Bal. & Ang. in d. l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemad. teſtam. aper. de quo etiam latè per Ioan. de Imol. & per Bal. in l. in exercendis. C. de fid. inſtrum. & in l. 2. C. de bon. poſſeſſ. ſecund. tabul. & Petr. de Anch. conſ. 73. incipiente, viſa limitatione cōmiſſi. & in conſ. 265. incipiēte, in primo dubio & vide Angel. in §. ſi quis igitur in auth. de inſtrum. caute. Bald. in conſil. 55. vol. 3. Alex. conſ. 27. volu. 2. Roman. in rubr. de arbitr. in 15. q. Bald. in l. 1. C. de ſenten. quæ ſine cert. quant. & in terminis de hac quæſtione inſpicias Specul. in titu. de inſtrum. edit. §. inſtrumentum. colum. 5. verſicul. item quod teſtis inſcriptus.

Bar.Socy.in conſ.93.incipiente præſtant.in verſ.præterea, circa fi.vol.2. & Alex.conſ.147.in fi.vol.2. Guliel.de Cun, in d.l.in exercendis,& ibi in add.ad eundem.& ad Bart.nu.6. verſ.reddatur falſum. C.de fide inſtrum.& per Bart.in auth.de inſtru. cautel. & fid.§. ſi verò.nu.1.verſ.quot teſtes, & ibi in addit.ad eun.& idem in l.optimam.cum ibi additis.verſ.quærit.alias. C.de commit.ſtipula. & videas Ang.in conſ.159.Raphael Comeſ.conſ.126.Franciſ. Aret.conſ.98.

Sed in ea re Iaſ.iniquè egit,ſecundum Crauet. Ille etenim voluit in conſ.13. col.pen. poſt mediũ. lib.3.
56 † huiuſmodi teſtes inſtrumentarios debere eſſe omni exceptione maiores ad hoc,vt reijciãt inſtr̃m, in quo fuere ſubſcripti: Crauetta verò reiiciendam eſſe eius doctrinã cenſet in conſ.56.nu.10. conſulens non eſſe neceſſariam, vt ſint omni exceptione maiores, & rectè quidem mea ſnĩa,optima atq; firmiſſima ratione impugnatur:inquit enim Crauetta: Teſtes inſtrumen
57 tarij eſſe poſſunt et inhabiles † tanquam à contrahentibus approbati, doctrina eſt gl.in §.licet.in verb.ſupplicijs. auth.de teſtib.cum multis alijs,huic ſimilibus, quæ idem Iaſ.notat in l.1.col.3.ff.de fer. & in l.1.§.fi. col.4.ff.de verb.oblig.& in l.1.col.6.C. de teſta.Socy. conſ.17.circa.fi.lib.1.Idcirco non eſt abſurdum,ſi teſtes etiam inhabiles inſtrumentum deſtruere poſſint, vt contrariorum eadem ſit diſciplina.l.1.ff.de his qui ſunt ſui,vel alie.iur.& l.& ſi contra.ff.de vulg.& pup.
58 † & vt idem operetur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.l.fi.ff.de leg.3.

Illud tñ Crauet. pronunciatum ita eſt intelligendum, vt tunc procedat, qñ plures teſtes inſtrumentarij contra inſtr̃m deponunt,ſecùs verò ſi tñ vnus: tũc
59 enim exigitur in hoc vno teſte, † vt ſit omni exceptione maior,vt rñdit Bal.in conſ.166.incipiẽte.Proponitur quod ex quodam. col.2. verſ. in contrarium lib.2.quẽ ad hoc adducit.Crau.in d.conſ.56.nu.10.

Offert ſe nobis altera examinanda qõ, non ab hac longè remota; hoc eſt, quid dicendum ſit,qñ teſtes in inſtr̃o non ſunt deſcripti,ſed extra inſtr̃m inſtrumento reſiſtũt. Pro cuius dilucidatione ante omnia illud eſt præmittendum, iuris interpretes alios alia in hac quæſtione ſenſiſſe: horum opiniones refert Innoc.& latius. Abb.in d.c.cum Ioannes de fide inſtrumento. Verumtamen idem Innoc. illam ſequutus eſt ſententiã,quantumcunque publicè ſit inſtr̃m confectum,&
60 quantumcunque teſtes habeat deſcriptos, † illi tamẽ derogari ſemper per duos, vel tres ad plus teſtes ſi deponant contractum, de quo loquitur inſtrumentum; non fuiſſe celebratum illo tp̃e,illo loco,& inter illos, de quibus verba facit: vt quia contrahentes,ſiue alter eorum,tanta locorum longinquitate erant diſiuncti, vt fieri nullo modo potuerit, ipſos contrahentes tũc ibidẽ fuiſſe,vel contraxiſſe,per l.optimam.C.de contrahen.& cõmit.ſtipul. & c. ex tenore. de teſtib.cuius
* Innoc. opinionem, vti * communẽ ſequuntur cæteri ſcribentes,ex quorum numero fuit Ioan. And.q multis illam rationibus fulcit.in d.c.cũ Ioannes. idem et ſenſit Oldr.in conſ.75.& Bal.in conſ.447. ad euiden-
* tiam præmittendum eſt. lib. 5. & hanc eſſe * communẽ opinionem teſtatus eſt et Lanfr. de Oria. in dicta ſua praxi,c.9.de inſtrum.product.nu.39.Cyn.& Saly. in l.in exercendis.C.de fide inſtru.latè Imol.in l.1.§. ſi quis neget.ff.quemadmod. teſta.aperia.Bar.in l.hæ
61 redes palam. ff. de teſtam. Hoc et, † quod duo teſtes ſiue inſtrumentarij,ſiue nõ inſtrumẽtarij ipſi inſtr̃o reſiſtentes, illud labefactare, & irritum reddere poſſint,voluit Crauat.in add.ad Veſt.in ſua praxi,cap.1. lib.6.num.23. ex quibus adductis ibi per eum ſatis li-
* quet hanc eſſe veram, & * communem ſententiã Huius opinionis illa ratio reddi põt, de qua paulò antè meminimus,quia iſtiuſmodi inſtr̃m robur, & vim cõ
62 ſequitur ex tabellionis auctoritate, † cui duorum teſtiũ dicta,iure ac meritò ſunt preferenda,vt ait Inno. in d.c.cum Ioannes.extra de fide inſtrum. num.17.& ibi Fely.ſub nu.35.

Nonnulli tñ in ea opinione fuere, vt exiſtimarent in hac re iudicis arbitrio ſtandũ eſſe, vt teſtiũ natura diligenter examinata, quibus maior fides ſit adhiben
63 da,diiudicet. Etenim ſi notarius bene audiet, † & nullæ in inſtr̃o inſint raſuræ,neque ſuſpicio, & teſtes inſtrumentum oppugnantes viliſſimi ſint: tunc inſtr̃o potius eſſe credendũ,dicendũ eſt. At rurſus, ſi tabellionis fides non admodum eſſet probata, vel inſtrum aliquam ſuſpicionem contineret, teſteſq; eſſent omni exceptione maiores, crederem equidem per hanc
64 probationem per teſtes † inſtr̃o tunc derogari. Huius opinionis fuit Nicolaus de Matarellis in ſuis diſputationibus,ſicut refert Abbas in d. c. cum Ioannes ſub nu.13.verſi. quinta fuit opinio,ibi pro hac opinione inquit facere dictum cap. cum Ioãnes ibidẽ. Non tñ quodlibet inſtr̃m: & ipſe Abbas ſub dicto nu.13. ibi, ego concordando,idem ſentit. hoc idem voluit Bal. in l.in exercendis. C.de fide inſtru. & Bar.in l.2.§.ſed & ſi dubitetur.ff.de iudicijs,& Card. in d. c.cum Ioã. et ſequitur; eiuſdem ſententiæ fuit Lanfr. de Oria.in d.c.9.nu.39. nos quoq; huic opinioni nempè tanquã æquiori libẽter ſubſcribimus,quãuis.Ioã.Cald.in d.c. cum Ioãnes. in ſua diſtinctione dicat, hac opinione non obſtante, priorem ſibi veriorẽ videri, ſicut refert Abb.ibidem ſub d.nu.13.verſ.item nonne ſigillum.

Si quis tñ priorem opinionem retinere vellet illã non ſibi locum vẽdicare deberet intelligere, niſi per teſtes in inſtr̃o inſcriptos, vel alios viua voce probet verum eſſe,quod in inſtrumento continetur, vel alia ratione iſtiuſmodi inſtr̃o per ipſos teſtes ſuccurratur, ſic Innoc. dixit in d.c.cum Ioannes. nu.7. vt auth. de fide inſtrum.§.ſi tamen quiſque,& §.ſi verò moriantur. Huius opinionem ſequutus eſt Ioannes Andr. in eodem cap. cum Ioannes, ſed eſt animaduertẽdum
65 † maiores eſſe debere numero teſtes, qui inſtrumentum oppugnant,quàm qui pro inſtrumento viua voce deponunt,propter auctoritatem inſtrumenti,& teſtium viua voce pro inſtrumento deponentium, vt ait Abb.in d.c.cum Ioannes. ſub dicto num. 13. verſ. iuxta fuit opinio.Idemque ſenſit Lanfr.de Oria.in d. c.9.vbi ſupra d.num. 39.

Hanc tñ limitationem declares tũc veram eſſe, qñ teſtes in inſtr̃o deſcripti interrogantur,ſicque viua voce deponunt pro inſtrumento, aliter verò dicendum
66 eſſet,ſi eſſent defuncti, † nam & ſi mortuus teſtis pro inſtru.ſtare præſumatur; iſta tñ præſumptio legitimæ probationi cedit per illos teſtes, viua voce contra illud inſtrumentum deponentes, vt ſatis liquet ex adductis ad hoc iurib.per Crauet. conſ.56.ſub nu.15.

Amplianda eſt modò hæc cõcluſio, vt & ſi tantũ
67 modo teſtis vnus pro inſtr̃o deponeret, † hic tamen ſolus duobus contra illud deponentib. præferatur: de hoc teſtis eſt Imo. in d. c.cum Ioannes. Verùm iſtud Imolæ pronunciatum declares iuxta Crau.in d.conſ. 56.ſub dicto nu.15. Vbi pulcherrimè.

Superioribus tẽpeſtiuè ſubdit̃ requiſitũ illud, hoc eſt,iſtiuſmodi teſtes debere eſſe oĩ exceptione maio-
68 res,quique apud oẽs optimè ſentiãt,† non enim ſolũ ſatis eſt,vt ſint idonei: vt per Cal. Abb. Imol. & alios in ſæpiſſimè allegato c.cũ Ioannes adducẽtes ad hoc l.optimam.C.de contrah.ſtipul. quos referens ſequit̃ Fely.in eod.c.cum Ioannes.num.44.cum multis alijs ibi per eundẽ adductis.Hoc idẽ placuit Barthol. Soc. in conſ.274. incip. in cauſa Dñæ Conſæ verſ. poſtremò dico,circa princ.idem voluit Bar.in l.1.§.ſi quis neget,ff.quemadmod.teſtam. aper.col.fi. & Bal.in d. l.in exercendis.C.de fide inſtrum.idem Bal.in conſi. 27.circa fin.lib.1. Ioan.Anan. inter conſ.Paul. Caſt. conſi.261.col.5.vol.4. Iaſ.conſ. 124. col.3. poſt med. lib.1.& in conſ.253.col.6. verſ.12.lib.2. hoc idem ſequutus eſt Lanfr. de Oria. in ſua praxi, cap. 9. de inſ. product,

product. ſub nu. 39. & præcipuè hoc requiſitū exigit
in teſtibus in inſtro non deſcriptis eidem inſtrumen-
to repugnantibus, non autem in teſtibus inſtrumen-
tarijs, vt & ſupra diximus, & huius rationē ibi retuli-
mus & ſigillatim de hac differentia declarauit Curt.
Sen. conſ. 56. col. 2. in fi. & duab. col. ſeq. adducit Bar.
in d. §. ſi quis neget. col. fi. idem tenuit Corn. cōſ. 232.
col. 3. verſ. nec etiam obſtat. ꝙ teſtes. lib. 1. & ita etiā
declarat, & pulchrè confirmat Crau. conſ. 56. nu. 9. &
10. & omnino videas illum ibidem nu. 11. verſ. 2. vbi
rationem affert, cur quando teſtes non deſcripti in
inſtrumento idē oppugnant, requiritur, vt ſint omni
exceptione maiores, ſecus verò ſit in inſtrumentarijs
teſtibus, tu illum videas, nimis enim longum eſſet, ſi
omnia Doctorum dicta hic tranſcribere vellem.

Sed id, ꝙ diximus, teſtes iſtiuſmodi debere eſſe ido-
neos, & omni exceptione maiores, abſq; explicatione
non eſt prætereundū; etenim hoc requiſitū nō ſolùm
in ipſis teſtibus exigitur, verùm ēt in ipſorum dictis
vt reſpondit Ioan. Anan. in conſ. 97. col. 2. quem re-
ferens ſequitur Crau. d. conſ. 56. nu. 3. & hoc adeo eſt
69 neceſſarium, † vt ſi aliqua ex parte deficiat ipſos te-
ſtes vitiare ſoleat, ſecundū Bal. & Saly. in d. l. in exer-
cendis. C. de fide inſtrum. quos recenſet, & ſequitur
Felyn. in d. c. cum Ioannes num. 44. non enim dicitur
omni exceptione maior ille, vt dicere conſueuit Bal.
in d. l. optimam, cui etiam minima etiam debilis, atq;
70 penè nullius momenti † exceptio poſſit opponi, vt
dixit etiam Marian. conſ. 86. num. 13. lib. 2. & in cōſ.
* 12. num. 8. eodem vol. & ibi allegat gl. vulga. & com-
muniter approbatā in §. item verborum ſuper verb.
idoneos. Inſtit. de inutil. ſtipul. & ibi eſt teſtatus hanc
* eſſe communem opinionem, reſponditq; contrarijs,
& tandem reſidet in hac ſententia; idem voluit Iaſ.
conſ. 153. Redemptoris crucifixi verſ. 11. facit. lib. 2.
tamen in hoc plurimum iudicis arbitrium verſabi-
tur, ſecundum Abb. in d. c. cum Ioannes, ſicut ibidem
refert Fely. d. num. 44.

Huic requiſito, & illud eſt annectendum, vt iſtiuſ-
modi teſtes non inſtrumentarij contra inſtr̄m depo
71 nentes, eorum, quæ dixerint, etiam non rogati † cau-
ſam, atq; rationem afferant, alioquin inſtrumentum
non reijcient, etiam ſi ſuper ijs deponerent, de quibus
nulla ratio eſſet reddēda, ſic eſt placitum Alex. conſ.
53. col. 1. lib. 2. cui adhæſit Felyn. in d. c. cum Ioannes
nu. 42. adducens Bald. in l. presbyteri. la 1. in vlti. col.
C. de epiſcop. & cler. cum multis alijs ibidem addu-
ctis. Verùm idem Fely. in eodem loco iſtud limitat
procedere, quando reprobaretur ſcriptura authenti-
ca, nō tamen publica, per tex. in c. 3. loco ext. de pro-
bat. per diligentem examinationem dicti cap. & ibi
per eundem relatam.

Huic non intempeſtiuè ſubijciemus, & illud requi-
ſitum neceſſe eſſe ad hoc, vt teſtes inſtrumentum in
72 aliquibus rebus labefactent, † vt ſuper toto eius teno
re ipſi deponant: vt optimè reſpondit Aymon. Crau.
in conſ. 75. nu. 26. Bald. adducit in conſ. 22. punctus
quæſtionis vertentis. col. 7. lib. 4. Alex. conſ. 33. col. fi.
verſ. & etiam tertius teſtis. lib. 3. per tex. cum glo. in l.
Lucius. ff. de infam. etenim ſi de toto tenore non me
moria tenent, ſic vero ſimile eſſe videtur, vt de eo, ꝙ
in controuerſiam vocauerunt, fuerint obliti, vt aliæ
inſtrumenti partes è memoria ipſis ſunt elapſæ: ſicut
ait ibidem Crau. & hæc hactenus.

Nunc reliquum eſt vt ea, quæ diximus melius ex-
plicentur, diligenter, & accurate, quæ ſubijciam exa-
minare hoc eſt.

Primò quid ſit inſtrumentum publicum.

Secundò, quæ priuata dicatur ſcriptura.

Tertiò, quæ requirantur in inſtrumento publico.

Quartò, quæ cōtineantur ſub appellatione inſtru.

Et, vt quod ſum pollicitus, præſtem, inſtr̄m publi-
73 cū, † cum publica ſcriptura, vel authentica, ſecundū
Inno. in c. 1. de fid. inſt. in vniuerſum dr̄ illa, cui credi-
tur ſine adminiculo de iure, vel ſpeciali cōſuetudine:
vt c. cū dilectus, de fid. inſtr. Nec ſine ratione in defi-
nitione fuit illud poſitū ſine adminiculo, nullo nam-
que indiget inſtr̄m adminiculo viuæ vocis alicuius
notarij, qui fortè deceſſit; vel teſtium, qui & ipſi inter
viuos cōmorari deſiere tabellione namque, & teſtib.
74 mortuis, illa ſcriptura optimam † atque plenam fidē
faciat, nec eſt neceſſe, vt qui inſtrumento fuerint de-
ſcripti teſtes ſi non extent, producantur, & deponant,
quod idem de tabellione mortuo dicendū eſt; etenim
vt & modo dicebamus, ſine his plenam fidē facit, &
hæc publica nominatur ſcriptura: vt c. 2. de fid. inſtru.
& iuxta Accurſ. in l. 2. in prin. ff. quemad. teſta. aper.

Originale verò inſtrumentum propriè dicitur pri-
75 ma notarij ſcriptura hoc eſt. vt noſtri loquūtur † ma-
trix, vel protocollum, vel imbreuiatura, ſed ſi impro-
priè loquamur originale inſtrumentū eſt omnis ſcri-
ptura, quam notarius extrahit rogatus de proprijs
protocollis faciens fidem vt notat Bald. in l. publi-
cati. nu. 6. C. de teſtam. quem refert, & ſequitur Lanfr.
de Orian. vbi ſupra nu. 19.

Verùm ad illud quod de notario modo diximus
diligenter inſpicias: etenim ſi qui confecit inſtrumē-
76 tum notariū fuiſſe negetur † id conſtare neceſſe eſt,
vt per Innoc. vbi ſupra d. c. 1. num. 2. quod quo pacto
poſſit probari diximus in reg. notarius. At ſi viuat ad
huc notarius vocandus erit ad teſtādum, ſcripſit, nec
ne illud inſtrumentum, nec, quod dixerit ab eo erit
recedendum. l. ſi quis & ita Lanfr. de Orian. dixit in
ſua praxi. c. 9. de inſt. product. nu. 14.

Vnde non eſt omittendum, inſtrumenta per tabel-
77 lionem confecta, † & in iudicio acta publica ſolere
appellari inſtrumenta, & plenam fidem facere, ſecun-
dum Innoc. in d. c. 1. vbi ſupra, quem refert Lanfr. de
Orian vbi ſup. d. nu. 14.

Huc accedit ſecundum eundem Lanfr. de Oria. ibi
dem quamlibet ſcripturam confectam per quemuis
priuatum hominem ſua manu in actis coram iudice
78 publicam cēſeri ſcripturam, † & plenam fidem face-
re, quamuis etiam nulli adſint teſtes: vt de hoc facti
ſpecies eſt ſingularis in l. ne in arbit. C. de arb. in prin.
de hac re plenius diſſerens videndus erit. Spec. in tit.
de inſtr. editione, §. nunc dicendum reſtat. ſub nu. 1.

Quòd attinet ad ſecundum, hoc eſt, quæ priuata dr̄
ſcriptura iuxta ſententiam Innoc. in d. c. 1. de fide in-
ſtrumen. dicendum eſt illam eſſe, quæ fit à non publi-
79 cis perſonis, † & non habet per ſe auctoritatem: niſi
aduerſarius id confiteatur, vel niſi per collationem,
& comparationem alterius ſcripturę ſubſcriptionis
eiuſdem aduerſarij, & teſtiū, qui ſubſcripſerunt, pro-
betur cōtrarium: ita loquutus eſt in eodem loco idē
Innoc. ad hoc probandum adducit. l. inſtrumenta. C.
de proba. ad id adeas Spec. in d. titu. de inſtru. edit. §.
nunc videndum reſtat. nu. 4.

80 Ad tertium explicandum me confero, † quę requi
rantur ad inſtr̄m publicum, in quo quidem multa re-
quiri aſſerendum eſt. Ante omnia nāq; diuini nomi-
nis inuocatio exigitur, vt in nomine domini, vel in
Chriſti nomine Amen; hæc etenim verba ſunt de in-
ſtrumenti inſita natura: vt per Bald. in l. 1. C. de nouo
codice compo. quē refert Lanfr. de Oria. in ſua pra-
xi, vbi ſupra ſub num. 17. iſtius tamen ſolemnitatis
81 ommiſſio tanquam leuis † non infringeret, nec vitia
* ret inſtrumentum, omnium eſſe * communem opi-
nionem teſtatus eſt Viu. in ſuis communibus opinio
nibus, in verbo inſtrumentum, ex ſententia Dec. in c.
ſi ſcripturam, de fide inſtrum. & Couarr. in ſua pract.
q. cap. 20. num. 1.

82 Prętereà requiritur † Annus Dn̄i Noſtri Ieſu Chri
ſti: vt per gl. in verb. auctore. auth. vt præpon. nomen
Impera. ſicq; tempus requiri videmus. Teſtes verò de
tp̄e rogati, illudq; *ſiè memoria* elapſum fuiſſe dixerint,

83 † an probent, docuit Barto. in l. item Labeo. ff. de aq.
pluu. arc. & ibi Apoſtil. illud etiã non omiſerim, ꝙ ſi
in principio libri notarij Annus Dñi, hoc eſt in pri-
mo inſtr̃o protocolla totũ fuerit inſcriptus in cæte-
ris vero ſit omiſſus in omnibus alijs ſubſequentibus
84 † intelligi repetitum comprobauit Lanfr. de Oria.
in ſua praxi. c. 9. de inſt. ꝓductione, nu. 46. iſtud latius
fuere proſequuti Doct. in l. ſi qs ex argẽtarijs. §. ſi ini-
tiũ. ff. de eden. & Fely. & cæteri in c. 1. de fid. inſtrum.
verum tñ ſi qs illud requiſitũ dici Inſcriptionis omi-
ſerit in inſtr̃o à protocollo extracto, & à notario par-
85 ti tradito, ipſum inſtr̃m non vitiabitur: † quinimo ra-
tum firmumque manet ſi in protocollo contineatur
dies: cenſetur enim illa repetita in inſtr̃o extracto: vt
tradidere Bart. cæterique iuris interpretes in l. fin. C.
* de iur. delib. quam opinionem * communi omnium
conſenſu eſſe receptam ſcripſit Dec. in c. ſi ſcripturã
de fide inſtrum. quem refert, & ſequitur Viu. in ſuis
communibus opinionibus in verb. inſtrumentum.
86 Iſtis eſt annectendũ tertiũ requiſitũ, vt in eo † cur-
rens Indictio apponat̃, vt idẽ tradidit Accur. in d. tit.
vt præpo. nom. Imp. in verbo indictionis, & idem in
l. generali. in ver. ſeruituti. C. de tabularijs, lib. 10. hoc
ẽt hr̃ per Fel. in c. inter dilectos. in verbo. indictionis,
de fid. inſtru. ſi quis vero ſcire deſiderat an indictio
87 appoſita in primo notarij protocollo † in ſequentib.
repetita ſit iudicandũm id à Bar. haurire poterit in d.
l. ſi quis ex argentarijs §. ſi initium. ff. de edendo.
Huic eſt illud proximum, vt nomen Imperatoris
in locis, qui eius imperio ſubditi ſint, & ſummi Pon-
88 tificis † in Eccleſiæ terris collocetur: vt d. auth. vt
præpo nom. Imperato. & Lanf. de Oria. in d. ſua pra-
xi, vbi ſup. nu. 16. Abb. in c. 1. de fide inſtru. quo in lo-
* co * omnes Doctores vno ore id aſſerunt.
89 Hoc ſequitur, vt in ipſo inſtrumẽto teſtes † ſint in-
ſcripti, vt patet ex multis per Aymo. Crauet. allatis
in conſ. 216. num. 2.
Sexto loco locus neceſſario eſt deſcribendus, in quo
iſtiuſmodi inſtrumentum fuerit celebratum: quod
non ſolùm de loco in genere ſumpto intelligas, vt
actum Romæ; ſed etiam de ſingulari loco, vt in do-
90 mo iſtius, † vel illius, alioquin eius omiſſio inſtr̃m la-
befactare poterit, vt præcepit idem Accur. in d. l. ge-
nerali. Bal. & Cyn. in l. optimam. C. de contrah. & cõ
mitt. ſtipul. & Ang. in d. auth. vt præpon. nom. Impe.
Ruy. in conſ. 154. nu. 4. & 10. vol. 3. Boer. deciſ. 12. nu.
* 47. & * communem dicunt recentiores in l. lecta. ff. ſi
cer. pet. non eſt tamẽ neceſſarium, vt locus loci parti-
91 cularis exprimatur, vt ſi dicatur in domo Titij, † non
oportet addere in iſtiuſmodi cubiculo eiuſdem do-
* mus, vt tenet Bart. & alij * communiter in l. de pupil-
lo. §. qui nuncia. ff. de nou. ope. nunciat. & ita conſul-
uit Ruy. d. conſ. 154. nu. 10.
Iſti requiſito ſeptimum ſubijciemus; id erit, nota-
rij ſubſcriptio, vt reſpondit Crau. in d. conſ. 216. nu. 2.
adducit notata in rub. extr. de fid. inſtrum. & Ang. in
conſ. 220. incip. ad hoc, vt ſcriptura, & Alex. in conſ.
553. lib. 2. & in conſ. 14. lib. 6.
92 Addam, & octauum, & vltimum: vt notarij † ſignũ
apponatur, vt notatur in c. 1. & in c. cum P. Tabellio.
de fid. inſtru. ſic etiam Bar. notat. in procem. ff. nom.
idem ſenſit Ang. in auth. de Tabell. quod ẽt placuit
Crauet. in d. conſ. 216. vbi adducit Ang. in d. cõſ. 220.
Bal. conſ. 476. lib. 1. in fi. Guid. Pap. quæſtio. 661. circa
fi. Dec. in conſ. 97. col. 1. Cor. conſ. 226. lib. 3. cũ alijs
adductis per Crau. vbi ſupra n. 3. quo in loco, & illud
addidit inquiẽs, & licet aliquæ ex dictis ſolẽnitatibus
de iure non videant̃ neceſſariè, maximè in abbreuia
tura notarij, mõ alias nõ habeat vitium. Cyn. in l. cõ-
tractus. C. de fid. inſtru. & multis alijs ibi per eũ alla
tis, tñ conſueuerunt tales ſolennitates adhiberi. Nã
93 ait Crauetta † omiſſio ſolemnitatis de cõſuetudine
requiſitæ ita vitiat inſtr̃m, ſicut omiſſio ſolemnita-
tis: idem etiam colligitur ex doctrina eiuſdẽ Accurſ.
in d. auth. vt præpon. nom. Imper. in verb. auctore, &
hãc doctrinã Accur. pro memorabili refert, & ſequit̃
Alex. d. conſ. 166. col. penul. lib. 6. & in conſ. 37. col. 4.
poſt med. lib. 3. cum alijs adductis per Crau. d. conſil.
94 216. nu. 4. & ibidem nu. 5. voluit, † vt & abbreuiatu-
ra notarij debeat habere omnes ſolemnitates requiſi
tas, ad inſtrumentum publicum, alioquin ex ea inſtru
mentum ſumi non poterit, vt ex multis per eum ibi
allatis, dum ad illos qui contra ſentiunt, reſpondet.
Non defuerunt ẽt ſcribentes, qui pronunciarunt,
95 hanc ſigni omiſſionẽ non fore neceſſariam, † neque
inſtrumẽtum vitiare, vt præſertim dixit Alex. in rub.
de noui oper. nuncia. nu. 14. vbi etiam teſtatur hanc
* * communi calculo ſententiam eſſe receptam.
* Verior tñ, & * communior eſt prior opinio: vt per
Doct. in l. contractus. C. de fid. inſtr. & in l. vni. C. qui
admitti. quã citat Boer. deciſ. 36. nu. 8. ſicut refert Vi-
uius in ſuis commu. opinionibus in verb. inſt. ꝙ am-
plia, vt ibi per eum. Quid vero dicendũ ſit, ſi in proto
colli initio ſignũ ſuũ notarius appoſuerit, nec in alijs
eiuſdẽ imbreuiaturis illud poſuerit an iſtiuſmodi va
96 leat imbreuiatura, & † nunqd idẽ tabellionis ſignũ
cenſeat̃ repertum, de hoc videndus erit Bar. id affir-
mans in d. l. ſi quis ex argẽtarijs. §. ſi initiũ. ff. de eden.
Si quis plura his requirat, adeat Specul. pulcherri-
mè de his differentem in tit. de inſtru. edi. §. breuiter
commemorauimus.
Ex illis igitur, quæ ſupra attulimus, illa poteſt elici
97 cõcluſio: Debere ea omnia apponi, † quæ inſtr̃o pro
eius ſolemnitate poni conſueuere, alioquin infirma-
bitur inſtr̃m: vt colligit̃ ex allatis à Lanfr. de Oria. in
d. c. 9. de inſt. productio. in ſua praxi. nu. 16. & iuxta di
ctã gl. in verbo auctore, auth. vt præpon. nom. Imper.
Sed in hoc animaduertas, nã ſi in inſt. aliquid præ-
teritum fuerit idipſum per notarium poterit adiũgi,
98 † etiam poſtquam fuerit confectum, dummodo pro-
betur ita fuiſſe cogitatum tempore contractus, vt per
Alber. conſ. 10. nu. 15.
An verò in priuata ſcriptura dies, & locus cætera-
que requiſita exigantur, id optimè ſupra prolata in-
ſpicienti patebit.
Supereſt nunc ad explicãdum quartũ hoc eſt, quæ
ſub appellatione inſtr̃i comprehendantur. Pro cuius
99 declaratione ſciendum eſt, † id nomen inſtr̃m trib.
modis capi poſſe latiſſimè, latè, & ſtrictè; ſi latiſſimè
inſtrumentum accipiamus, dicitur id omne, vt ſubie-
cta materia poſtulat, cui adijcitur. Ad cuius vim ver-
bi reſpexit Vlpianus I.C. in l. inſtrumenta fundi. ff. de
feud. inſtruct. cum ita reſpondit, inſtrumẽta fundi ea
100 eſſe, quæ fructus quærendi colligendi, † conſeruãdi
gratia parata ſunt. Vnde domitos boues inſtrumenta
fundi eſſe cauit idem I.C. in d. l. inſtrumenta fundi. &
Bal. in l. 2. ff. de verb. ſignif. Aret. conſ. 160. longa eſt.
54 iudicio fuerit facta, † nec reuocata ſit. tunc plenè p̃bare, & præiudicare confitenti voluit Dec. in c. at ſi clerici.de iud.num. 18.

Inſuper exigitur, ad hoc, vt ſua cõfeſſio ſibi p̃iudicet, vt fiat à ſe ipſo, & nõ per interpoſitam perſonam:
55 vt p Procuratorẽ, Aduocatum, & Curatorem, † & per iſtiuſmodi: per iſtos enim facta confeſſio non p̃iudicat principali, niſi in caſibus notatis in concluſione. Confeſſio procuratoris, & in curatores, & aduocatos: verùm ſi p principalẽ facta fuerit, tunc certè ei præiudicat, vt l.vnic.C.de confeſſ.& c. 2.extra eo. tit: & Iodo.Damhoud.in ſua praxi ciuili.c.173.nu. 22.

Hoc tñ declares locum ſibi non vendicare, ſi p̃cu-
56 ratoris cõfeſſio, † vel curatoris facta fuerit abſente domino primario, & ipſe dño contrariũ p̃bare velit, tunc enim ſentiendũ eſt principali præiudicium non afferri, vt d.l.certum.§.ſi quis abſente.ff.de confeſs.c. fi.extra eodem, de confeſs.cap.cum cauſam.extra de appellatio.& c.cum olim, de cenſib. ſecundum Specul.in d.§.ſequitur.tit.de confeſs.verſ.17. Verùm ali-
57 ter eſt dicẽdum, † ſi preſente principali, aut eo abſente, ſciente tamen, aut permittente confeſſus fuerit; ą tunc ita principali præiudicat, ac ſi per ipſum facta fuiſſet, vt per eundem Damhouder. in d.c.173. num. 19. Quæ verò pars dicatur præſens, ſiue nuncius, ſiue procurator, aut negociorum geſtor, ſiue alia quælibet perſona, pro abſente accipiatur, habes à Crauet. conſ.272.col.6.lib.2.quem ſequitur Hercul.in d.trac. de proband. negat.num.198.verſ.15.

Ad hæc requiritur, vt confeſsio cum cauſæ decla-
58 ratione fiat † alioquin ſi ſine cauſa fit, regulariter nõ probare, nec præiudicare confitenti, vbertim, & fusè loquuti ſumus in concluſione. Confeſsio ſine cauſa nominatur autem confeſsio cum cauſa, quãdo confitens declarat, & manifeſtat cauſam litis, vt ex qua cauſa, quod debetur, ſit ortũ, an ex mutuo, an ex mercib.an ex permutatione, ex domus cõductione, ex pa
59 cto, ex aliovè contractu; † iſtiuſmodi verò cõfeſsio, tã in iudicio, quàm extra iudiciũ fieri poteſt, vbi nis autẽ cõfitẽti præiudicat, & omnes alias probationes tollit, dummodo de eadem cõfeſsione conſtet; vt optimè dixit Iodoc.Damhod.in d.ſua praxi, c.173. nu. 6.

Quòd aũt confeſsio ſine cã ſit inutilis, nulliuſque
60 momẽti, † nullãq; fidẽ faciat, teſtis eſt optimus Alex. in conſ.4.col.1.lib.1. & latius in conſ.73.col.1.eo.lib. ſed fuſius id nos ſumus proſequuti in iam d. concluſ.

Quibus ita declaratis, reliquum eſt, vt examinemus, quæ cõfeſsio, & quo tempore reuocari poſsit, & quo nequaquam. Qua in re diſtinguendum eſt: nam, aut
61 fit ante litis conteſtationem, aut poſt: † q ſi fiat ante litis conteſtationem, iuſta de cauſa reuocari poteſt. l. de ætate.§.qui interrogatus.ff.de interrog.act.& Specul in d.tit.de confeſs.§.poſtremo, in prin. & Tãcred. in tract.de ordin.iudic.d.tit. de confeſsio.

Quòd ſi fiat in iure, id eſt, poſt litem conteſtatam, ſi hæc confeſsio ab aduocato facta ſit, ſui ipſius cliente
62 præſente, vel eo abſente, † ſciente tamen, aut permittente, tunc ipſi clienti, cui ipſa confeſsio præiudicat, ac ſi per ſe ipſum facta fuiſſet, vt dixit Imp. Alex.in l. 1.C.de error.aduoc.& c.olim, ext.de cenſib.permiſſa eſt confeſsionis per triduum reuocatio, vt cautũ reliquere Imperatores in l.fi.C.eodem de error.aduocat. Et hoc caſu ſatis eſt reuocatio ſimplex, vt c.cum cauſam, ext.de appellat.& c.cum olim.de offic. deleg. &
63 c.præterea, ext.de teſtib.cogend. ſi verò † per errorem fuerit facta ipſa confeſsio, clienti conceſſum eſt, errore probato, vſque ad ſententiam reuocare.

Qui enim errat in facto, confeſsionẽ reuocare poteſt vſque ad ſententiam, vt c.ex par.extr. de confeſs. c.cum cauſam, ext.de appellatio.& Spec.vbi ſup.d.§.
64 poſtremò. † Quin etiam huiuſmodi reuocatio confeſsionis aduocati per procuratorem poteſt reuocari, vt in d.c.cum cauſa, ext. de appellat.

At ſi dominus primarius ſit, qui poſt litem conteſtatam confiteatur, & huius generis ſit confeſsio, quę ei confitenti fraudem facere poſsit, ipſi non eſt data
65 facultas reuocandi † etiam intra triduum, niſi errorẽ probato; quod ſi ſe erraſſe planũ fecerit, non ſolùm intra triduum, ſed etiam vſque ad ſententiam eã reuocare poteſt, ſed nõ antea, vt l.error.C.de iur.& fact. ign.& d.c. ex par.ext. de confeſ. Hinc igitur vnicuiq; apertè conſtare poteſt, quod nam ſit diſcrimen inter
66 aduocati, † & principalis perſonæ confeſsionẽ, cliẽs etenim purè etiam errore non probato pòſt aduocati cõfeſsionem intra triduum reuocare poteſt. At ipſi perſonæ principali ipſam reuocare non licet, ni prius apertè oſtenderit, ſe errore ductum fuiſſe.

Illud aũt, quod de principali perſona diximus, habet ẽt locum in cõfeſsione facta per procuratorem,

vt

vt poſſit eam reuocare, cum libuerit ante ſentētiam,
67 † errore tamen prius probato, d.c.cum olim.in fi.ext.
de offic.de leg.& d.c.ii.extra de confeſſ. & c. ſcriptū.
in prin.extra de electio.& ibi glo.

Cæterùm illud maxima dignum animaduerſione
nunquā præterierim, quæ diximus, ea procedere, ſiue
loquamur de cliēte, ſiue de principali perſona quoad
confeſſionem, in qua verſetur error facti: non autem
iuris, iuxta ſententiam Spec.in dict.§.poſtremò.circa
68 principium, † hic etenim confeſſus errans in iure, ſta-
tim pro iudicato habetur.l.prima, C.de cōfeſſ.& l.nō
fatetur.ff.eodem, & Spec.in d.§.poſtremò:in fin.quod
tamen declares, niſi eſſet error iuris per aduocatum
69 adductum; quia iſtiuſmodi error † vſq; ad ſententiam
reuocari poteſt: vt per Io.Andr.in addit.ad Spec.d.§.
poſtremò, ſub nu.1.in fi. verſ. reuocari.

Nec minori dignum eſt obſeruatione, quod dictu-
ri ſumus: nam ſi quis ad reuocationē probando erro-
rem non admittatur; vt quia velit poſt ſententiā re-
70 uocare, † poterit tn̄ appellari, ſiue huiuſmodi cōfeſ-
ſio facta fuerit in cauſa ciuili, ſiue capitali.l. cum fi-
deicommiſſum.ff.de confeſſ. & in huiuſmodi appel-
lationis eā error à principali perſona perpetratus cor
71 rigi † poteſt, namq; appellatione ſuſpenditur pronū-
ciatum, nec rectè dici poteſt, negocio fuiſſe finē im-
poſitum.l. 1.in fi.ff.ad Turpillia.& l.1.C. de error.ad-
uocat.nec etiam res iudicata dici poteſt, vbi eſt à ſen-
tētia appellatū: vt tradidit Spe. vbi ſupra, nu.9. Adeò
72 vt † etiam in cauſa appellationis poſſit confeſſionē
reuocare in principali cauſa errore factam: errorem
enim facti negocio nondum abſoluto nemini noce-
re, reſpondere Imperatores in dict.l.error.C.de iur.&
fact.ignor.& d.c.ii.extra de confeſſ.

Si quis verò fortè velit cognoſcere, an & quando
73 pro parte confeſſio poſſit acceptari, † & pro parte re-
probari, ad hoc, vt probet confitentem, vel contra
eum, in quem tendit ipſa confeſſio, adeat Iaſonem, à
quo hæc haurire poterit in §. item ſi quis. il ſecundo.
nu.19.& 20.cum ſequent.Inſt.de actio.

Hæc habui, quæ de cōfeſſione in cā ciuili dicerem;
nūc ſupereſſet explicanda cōfeſſio in criminali, hoc
74 eſt, quæ, † & quo tempore confitenti præiudicet: Ve-
rùm quoniam hæc copioſè, & affluenter in cōcluſio-
ne, confeſſio in criminali, tradidimus, in præſentia id
miſſum faciemus, ne pro ſuperuacaneo bis idem re-
petere iudicemur, & ne in longius noſtra trahatur di-
ſputatio; lectorem igitur illuc reijcio.

QVÆSTIO VIII.

De quarta probationum ſpecie, quæ fit per euidentiam facti.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per euidentiam facti eſt adeo clara, vt nihil ma-
gis, nec iudex aliud, quam illam requirat, ad rem ipſam
agnoſcendam.*
2 *Probationes non ob aliud in iure requiruntur, quàm vt
veritas in apertum referatur.*
3 *Veritas illa nuncupatur, quæ per euidentiam patet.*
4 *Probationū nulla certior, quam quæ fit per euidentiā fa-
cti, quæ cuicunq; alio generi præfertur, & omnes alias
probationes ſuperat.*
5 *Probatio per euidētiam facti fortior de mūdo eſt, & om-
nibus alijs validior.*
6 *Probatio per euidentiā rei admittitur contra iuramen-
tum damnū paſſi, de detrimento illato, etiā quod ſtatuto
caueatur, illi iuramento ſtandū eſſe, & illud habendum
pro pleniſſima probatione, nec contrarium probari poſſe.*
7 *Probatio per euidentiam rei, & per aſpectum adeo om-
nium eſt optima, vt nunquam prohibita, nec ipſi dero-
gatum cenſeatur.*
8 *Probatio per euidentiā rei omnibus eſt potentior, & inter
oēs eius generis maior eſt illa, quæ fit per teſtes de viſu.*
9 *Probatio p rei euidentiā nō reijcitur poſt didicita teſtifi-
cata, etiam ſi quis poſtea non admittatur ad probationē.*
10 *Probare ſi velim, quem non fuiſſe, vel fuiſſe vulneratū, id
facile potero per oſtenſionem loci, in quo aſſeritur illatū
fuiſſe vulnus abſque alia probatione teſtium.*
11 *Sētentia condemnatoria de cicatrice, licet non poſſit ferri,
niſi adhibitis medicis: tamen ſi ex inſpectione oculorum
ipſa cicatrix eſt notoria, poterit iudex ſine medicis fa-
cere condemnationem.*
12 *Probari per ſolum aſpectū poſſunt, et liquido conſtare iu-
dici, ſenectus, iuuētus, imbecillitas, infirmitas, & ſimilia.*
13 *Controuerſiæ limitum dirimuntur, & definiuntur per
ſolam loci inſpectionem.*
14 *Confinia non eſt neceſſe, vt apponantur, vbi locus eſt eui-
denter notorius.*
15 *Probantur per rei euidentiā expenſa in aliquo loco factę.*
16 *Sententia nunquam tranſit in rem iudicatam, & ſemper
reijci poteſt, etiam ſine appellatione, vbicunq; per euidē-
tiam facti conſtat de eius iniquitate.*
17 *Statutum ſi extat, quod contra ſententiam de nullitate
non poſſit opponi, locum non habet in nullitate, quæ cō-
ſtat ex inſpectione actorum.*
18 *Statuto ſi reiectæ ſint omnes exceptiones illæ tamē opponi
poterunt, quæ apparent ex inſpectione inſtrumenti, vel
contractus, ſiue ſententiæ, aut alterius actus.*
19 *Præſumit regulariter p teſtō, nō quando ex ipſius inſpe-
ctione de aliquo eius vitio cōſtat, vt de minore teſtiū nu.*
20 *Oculis magis habenda eſt fides, quàm auribus.*
21 *Euidentia facti ſæpiſſime non plenè probat ad condem-
nandum, ſed tantummodo facit indicium.*
22 *Homines quodāmodo inter ſe cōueniūt in forma pedum.*
23 *Indicia furti p veſtigia, & ſigna pedū, infirmū eſt, & ad
torquendum non idoneū, niſi alijs ſignis fuerit munitū.*
24 *Facinus cuiuſdam ruſtici, quomodo, & quam argutè de-
tectū fuerit, poſt numerum ſequentem vide per totum.*
25 *Ruſticorum genus ferè omne rapaciſſimum eſt, atque
furaciſſimum.*

TRANSEAMVS deinceps ad quartam p-
bationum formam, quę per euidētiā facti
fieri conſueuit. Cuius inter cęteras pbatio-
nū ſpecies, quàm latè pateāt vires; Soli fa-
ces adhiberē, ſi longa oratione planū facere conarer.
Nullus id nō videt: hoc patet ad ſēſū. Etenim ſi id. q
in cōtrouerſia verſabat. iudicis oculis ad manifeſtā-
1 dū ſubijciatur, † pfectò cū hæc probatio ſit adeo cla-
ra, vt nihil magis ad rē ipſā cognoſcendā, nihil aliud
requirere iudicē dicendum eſt: vt c.euidentia.extr.de
accuſat. Nā cū nulla alia de cauſa pbationes in iure
2 requirantur, niſi † vt veritas in apertū referatur, & ipſi
iudici ſit nota: vt dicebat Couar.in c.1. var.reſol.li.1.
verſ.7.n.1.diſpicere nō poſſū, vnde clarius, & manife
ſtius iudex veritatē cognoſcere queat, quā ſi res ipſa
ante ipſiuſmet oculos obſeruer. Quocirca factū eſt,
3 vt Accurſ.rectè tradiderit in auth.de inſt.cautel.† Ve
ritatē illā nuncupari, quæ per euidentiā pateat, & me-
ritò ſanè. Nulla.n.vt oēs noſtri aſſerunt, certior eſt p-
batio, quàm quæ fit per euidentiā facti. Hinc euenit,
4 vt iure optimo cuicūq; pbationū gn̄ri præferatur: † vt
prodidit Azo.in ſum.tit.C.ad leg.Aquil.in rub. ſicut
refert, & aſſentit, atq; cōmendat Bal. in rub. de prob.
col.1.in fi.& in l.1.C.ſi aduer.lib & in l.pen.C.de pe-
ric.tut.& ipſemet Bal.in l.1.C.ſēt.reſc.nō poſ.& Ab.
in c.1.de pur.cano. Hi igit vno ore aſſeruere hāc per
euidentiā facti pbationē longè oēs alias ſuperare: vt
retulit, & ſequutus eſt Iaſ.in l.1.ff.de no.ope.nūc. ſub
n.10. Hoc idē placuit Albe.i cōſ.16.n.8.affert ad hoc,
l.ſi irruptione.in fi.ff.fi.regū.& idē Alb.cōſ.97.nu.3.
eū adductis ibi per eū. Et idē Iaſ.in l.de periurio.ff.de
5 in lit.iur.aſſerebat, hmōi probationem noſtram † for-
tiorē de mūdo eſſe, affert Azo.& Bal.vbi ſup.nullāq;
vali-

validiorem hac,gl.ſcripſit in c.ad noſtrã li. 2. in verſ.
requirit,de iureiur.ꝙ ſequutus eſt Maria.Soc.in conſ.
61.nu.1.vol.3.Bald.in l.contra negantem. C. ad leg.
Aquil.quo in loco,& illud ſubiunxi ;vt ſi ſtatuto ca-
ueatur,vt de illato detrimento ſtetur iuramẽto dam-
nũ paſſi,& non poſſit probari contrariũ,& licet dam-
nũ paſſus ſe in centum detrimentum accepiſſe iura-
6 uent,† poſſe tñ contrarium probari per euidentiã rei;
quod amplies, ẽt ſi per ſtatutum expreſsè ſancitum
eſſet,ne in contrarium probatio admitteretur, vel in
eo diceretur, illud iuramentum habendum eſſe pro
plena,vel plenaria,vel pleniſſima ꝓbatione,aut om-
nimodo, vel omnino iuramento fidem eſſe adhibẽ-
dam,aut ſimpliciter diceret,ſufficere iuramentum ad
probationẽ,ẽt ſi iurãm fuerit præſtitum parte præſen-
te,& aduerſario tacente, cuius intereſt. Nam licet in
dictis caſibus regulatiter contrariũ probari non poſ-
ſit:id tñ locum ſibi non vendicat, ſi per euidentiã rei
contrarium probaretur,vt per aſpectum: nam nõ ob-
ſtante dicto ſtatuto admitteretur dicta probatio per
euidẽtiam rei,vt colligere eſt ex multis a Tiraq. col-
lectis in tract.de retrac.§.4.gl.1.nu. 13. vſq; ad nu.36.
cum ſeqq.Et hanc quoq; ſententiã fulcit Hipp.Marſ.
in l.1.§.ſi ſeruum.ff.de quæſ.vbi multa egregia addu-
cit,vt hanc probationem per euidentiam rei firmet.

Vt iã nihil dubitandum ſit,quin hmõi probatio q̃
7 ſit per euidentiam,& aſpectum rei,† ſit omniũ opti-
ma vt ſupra diximus, & adeò quidem, vt nunquam
prohibita,nec ipſi derogatum cenſeatur:vt dixit Alc.
in trac.præſump.in 2.par.19.& idẽ Alex.conſ.35.col.
3. nu.8.vol 4.& conſ.39.n.23.& 24.vol.6 & cõſ. 196.
in fi.vol.1.& Curt.ſen.conſ.69.nu.6.& Tiraq.qui erit
inſtar omnium,vbi ſupra.ibidem.n. in vnum redegit
omnes idem tenentes. Hinc igitur apertiſſimè cõſtat
* hanc eſſe * communem omnium noſtrorũ ſententiã
8 †huiuſmodi probationem cæteris omnibus eſſe potẽ-
tiorem;ꝙ expreſsè atteſtatus eſt, vltra per Tiraq. ad-
ductos.Fran.Caſon.in ſuo tract.de indi.tract.1.c.1.
in princ.Huc ſpectant notata p Hercul.in ſuo trac. de
proban.negat.nu.246.& 247. & inter omnes ꝓbatio-
nes per euidentiam rei, maior omnibus eſt illa, quæ
fit per teſtes de viſu;vt Franc.Caſon.in d.c. 1.vbi ſup.
9 nu.1.& 2.† Verùm quamuis poſt didiſcita teſtificata
quis non admittatur ad probationem : nõ tñ per hoc
reiicitur probatio per euidentiam rei,vt inquit Bal.in
l.ſi quis teſtib.in fin.C.de teſtib.quem refert,& ſequi-
tur Iaſ.in d.l.de periurio.ff.de in lit.iurãd.nu. 4. & idẽ
Sali.in d.l.ſi quis teſtib.col.vlt.verſ.quæro, an poteſt
quibus aſſẽtitur Rom.in l.ſi vero.§.de viro in 31. fal-
lent.ff.ſolut.matrim.& Steph.Bertrãd.conſ.337. non
puto.col.2.lib.1.& Math. de Afflic.deciſ.Neap. 216.
quondie nu.3.Quos ad idem affert Tiraq.vbi ſup.nu.
10 36.†Vnde ſi probare velim Titiũ non fuiſſe, vel fuiſ-
ſe vulneratum,id facilè fieri poterit p oſtenſionẽ lo-
ci,in quo aſſeritur illatum fuiſſe vulnus, abſq; alia ꝓ-
batione teſt.vt l.vulneris.ff.de iureiu. Bal.in l.fi.C.de
reb. cred. & pertinet.ad hoc l. pediculis. §. Neratius.
ibi,ex aſpectu valorum.ff.de aur.& argen.leg.& Her-
cul.vbi ſupr.dicto num. 246.& Ang.Aret.in lib.Ma-
11 leſ.verb.cicatrix.in 1.col.cuius hęc sũt verba.†Quod
licet non poſſit ferri ſententia condemnatoria de ci-
catrice,niſi adhibitis medicis, quod tamen ſi ipſa ci-
catrix ex inſpectione oculorum eſt notoria: tunc po-
terit iudex facere condemnationem ſine medicis, &
idem dicit Bal.in l.1.col. 1. C. vt quæ deſ. aduo. quos
refert,& ſequitur Hip.de Marſi.in d.§.ſi ſerui.nu.11.

Quod idem dicendũ eſſet in probanda ſenectute,
12 †iuuentute,imbecillitate,ſeu infirmitate, & ſimilib.
quæ iudici per ſolum aſpectum liquidò patent,& cõ-
ſtant. De his.n.tunc amplius probatio nõ eſt requirẽ-
da:vt de ſenectute,& iuuẽtute animaduertimus in cõ-
cluſione. Aetas p aſpectũ,& ĩ cõcluſione.Infirmitas.
13 Idemq; dicitur de limitum controuerſijs,†quę diri-
muntur, & definiuntur per ſolam loci inſpectionẽ.l.
ſi eruptione.ff.fi.reg.Cui rei affine eſt ꝙ docuit Bar.
in l.libellorum.ff.de accuſ. & in l. demõſtratio falſa.
14 ff.de cond.& demon.vbi ſic inquit,† ꝙ vbi locus eſt
euidenter notorius, non eſt neceſſe ꝙ apponãtur cõ-
finia,idẽ refert,& ſequitur Marſi.in d.l.ſi ſerui.nu.12.

Nec aliter de expenſis in aliquo loco factis eſt di-
15 cendum;nam,& hæc probari † per euidentiam facti
tradidimus in concluſ. expenſæ,& de his no.Iodoch.
Damhoud.in ſua praxi ciuili.c.127.nu.4.

Iſtis omnib.eſt cognatum,vt firmius hanc ꝓbatio-
nẽ fulciamus,ꝙ aduertit Bal.in l.1.in fi.C.ſen.reſcin.
non poſſ.Vbicunq; per euidentiã facti conſtat de ini-
quitate ſentẽtię iſtiuſmodi ſententiam nunquã tran-
16 ſire in rem iudicatam:quia ſemper reiici poteſt,†ẽt ſi-
ne appellatione.per l.confeſſionib.ff.de interrog.act.
& eiuſdem ſententiæ fuerunt Inn.& Can.in c. frater-
nitatis.ext.de frigid.& maleſ.& Alex.conſ.248. inci-
pien.ſtantib.col.8.lib.2. adductis per Iaſ. in d. l. de p-
iurio nu.5.ff.de in lit.iur.& idẽ Iaſ.in l.1.nu. 16. ff. de
nou.oper.nunc.& idem refert, & ſequitur Tiraq. vbi
ſupr.dicto nu.36.§ 4.glo.1.de retract.de hoc ẽt videas
Iacob.Ronil.in reg.160.in 2.ampliatione.

Quod pronunciatum etiã amplies, vt ſi ſtatutũ ex-
17 taret,quod prohiberet † ne cõtra ſententiam de nul-
litate poſſet opponi,vt non habeat locũ in nullitate,
quæ conſtat ex inſpectione actorum,ita Anch.conſ.
312.incip.ex iure communi, circa fi.quem refert, &
ſequitur Hippol.de Marſi.d.§.ſi ſerui. ſub num.7.

Accurſius etiam addit iſtis calculũ in l.1.§.hoc in-
terdictũ pertinet,verſ.ſiue ſupremæ tabulæ, verb. im-
perfectũ.ff.de tab.exhib Quod ſi à ſtatuto reiectę ſint
omnes exceptiones,illæ tñ opponi poterunt, q̃ ex in-
ſpectione inſtrumenti,vel contractus, ſiue ſententię,
18 † aut alterius actus,à quo per ſtatutũ reiectę ſunt,ap-
parent,iſtud etiam eſt ex mente ipſius Tiraq.vbi ſup.
nu.38.verũ iſtud eſt Bal.axioma in l. ſi ex prædiis. C.
de euict.& no. d. glo. & eundem Bal.refert,& ſequit
Barba.in c.cũ in iure in penult.carta,col.vlt.de offic.
deleg. & Ludou. Rom.in conſ.42.incip.Viſis,q̃ egre-
giè:ſicut refert Marſ. d.§. ſi ſerui.nu.14.& per Rom.
conſ.51.attentis his.ante fi.Quo vero ad dictũ dictæ
gl.§.hoc interdictũ,videas adductos p Marſi. vbi ſu-
pra.nu.13.Intelligẽdum etiã ſtatutum illud non prò-
cedere, quando incontinenti eas exceptiones ꝓbare
poſſunt,vt ex allatis per Crau.in conſ.207. nu.7.

Huic etiam confine eſt, quod traditur per Bar.in l.
19 ſi poſt diuiſionẽ in fi C.de iu.& fact.igno.†nam licèt
regulàriter ꝓ teſtamẽto præſumatur:hæc tamẽ regu-
la tunc vera non eſt,quando ex ipſius inſpectione de
aliquo eius vitio conſtat, vt de minori teſtium nume
ro tunc enim non præſumitur pro teſtamento, ita di-
xit,& ſequutus eſt Marſi.vbi ſupra.nu.9.

Ex ſupradictis reſpõdetur,ꝙ ex Græco in Latinum
tranſlatum eſt illud Adagium, oculis magis habendã
20 eſſe fidem,†quam auribus,& quod Horatius cecinit;

Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.

Idem in arte Poetica;

Segnius irritant animos demiſſa per aures,
Quam quæ ſunt oculis commiſſa fidelibus.

Quæ omnia recenſet, vna cum alijs Hercul. in ſuo
tract.de proband negat.ſub nu. 247.

Hæc omnia eo à nobis allata fuere, quo euidentiã
facti,& oculorum inſpectionẽ plenè probare, & cæ-
teras probationes excludere planum faceremus.

Ceterũ lector, illud te velim admonitũ, ſępiſſimè
21 in vſu contingere ſolere,† hmõi euidentiam,quæ ta-
men non plenè probat ad condemnandum, ſed tan-
tummodo faciat indicium,vt quis verbi cã, apud ca-
pitaliũ cauſarum iudicẽ,de vuis à vinea furtim abla-
tis fuit delatus; ſiſtit ſe ad iudicium,reus ad locũ du-
citur,in quo pedũ veſtigia luto; vel puluere impreſſa
cõſpiciuntur,hæc cũ ipſius rei pede conuenire,iudex

deprehendit. Hæc profectò euidentia facti earũ non eſt virium, vt à reo pęnas exigere poſſit, licet dilucidè cõſtet de pedis cũ veſtigio cõuenientia, atq; de furto.
22 † Cõueniunt enim quodammodo inter ſe homines in forma pedum, vnde facilè Iudex errare, atq; labi poteſt. Quinimò adeò infirmum eſt iſtiuſmodi indi-
23 cium, vt nec ad torquendum ſit idoneum, † niſi alijs ſignis fuerit munitum: tunc.n. poterit reus torqueri, ſicut tradidit Frã. Caſon. in ſuo tract. de indicijs trac. 10.c.5. affert ad hoc Bald. in l. non hoc. C. vnde legit. Sed aliter ſentit Alb. in l. indicia. col. 2. C. de rei vend. vbi aſſeruit hoc indicium ad condemnandum accõmodatum eſſe; quod tamen Caſon. reijcit, vbi ſup.
24 Huic ſubijciam † ruſtici cuiuſdam facinus propter argutiam facti non prætereundũ, quod & in vrbe noſtra contigiſſe memoria repeto. In viridario patritius quidam pepones cum ſatos haberet, ruſticus ipſo furto, vt omne ferè ruſticorum genus eſt rapaciſſimum,
25 † atq; furaciſſimum, ſubtraxit, furem dominus ignorabat, hinc eueniebat, vt furtum probatu difficillimũ eſſet. Reperit fortè fortuna cortices peponum dominus in eodẽ, vbi comederat loco ruſticus, in ipſis interualla quædam propter duorum dentium, qui deciderant, raritatem introſpicit. Ruſticus ille quem dominus pepones rapuiſſe ſuſpicabatur, duobus carebat dentibus, ex iſtiuſmodi indicio dominus ruſticum ad Iudicem accerſit, quo profecto, Iudex, & ruſtici dentium, & corticis interualla inter ſe congruere videt, ruſticus perpetratum facinus ex cortice detectũ conſpiciens, ſe pepones ſurripuiſſe, atq; comediſſe, illicò fatsus eſt; qui commiſſi ſceleris meritas luit pęnas. In carcerem.n. detruſus eſt, & modica quadã pecuniaria mulcta condẽnatus eſt; & licet ruſticus latrocinium non confeſſus eſſet, conuenientia tamẽ, & cõparatio ſpatij dentiũ, & corticis vrgens, & aptũ indiciũ erat ad torquendum illũ: raro.n. euenire ſolet, vt ijſdem dentibus careant homines, quibus ipſe ruſticus, ſed in forma pedũ ſecus eſt; multum.n. in ipſa inter ſe cõgruunt homines, vt ſupra meminimus. Et hęc in præſentia ſufficiant de probatione per euidentiam facti.

QVÆSTIO IX.

De quinta probationum ſpecie, quæ fit per iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum non eſt propriè probationis ſpecies.*
2 *Iuratum, quod eſt, habetur, ac ſi probatum ſit.*
Intellectus. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſi. ff. de iureiur. ibid.
3 *Iuramentum eſt ſimile probationi, non probatio. Nullum ſimile eſt idem. ibid.*
4 *Iuramentum eſt iuſta, & vera probatio.*
5 *Iuramentum multiplex eſt.*
6 *Iuramentum veritatis, quid ſit.*
7 *Iuramento intercedente ad probationem, & veritatem peruenitur.*
8 *Iuramentum iudiciale, quid ſit.*
9 *Iuramentum neceſſarium nominatum, quid ſit.*
10 *Iuramentum neceſſarium probationis eſt ſpecies, quę plenè probare poteſt.*
11 *Iuramẽtum propriè probatio dicitur in his caſib. in quib. prçſtatur ex iuris diſpoſitione, vel ex forma ſtatutorũ.*
12 *Iuramento damnum paſſi probatur damnũ datum, ſi ſtatuto cautum eſt, vt de illato damno iuramento ſtetur.*
13 *Iuramento ſtandum eſſe etiam ſi lex, vel ſtatutum dicat: aduerſarius tamen probare poteſt contrarium.*
14 *Statutum condere de iuramento ad laicos nõ ſpectat, & ſi condant, ratum non erit.*
15 *Contra iuramentum ſtatutarium quibus caſibus nõ poſſit probari.*
16 *Statutum etiam ſi pleniſſimam probationem facit probatio, tamen in contrarium admittitur.*
17 *Iuramentorum genera.*
18 *Iuramento quæ probentur.*
19 *Iurm̃ non probat, quãdo lex præſumit ſcientiã, aut quãdo eſt alia præſumptio contra illum, qui iurare vult.*
20 *Probatio per iurm̃ recipitur, etiã vbi ageretur de modico.*
21 *Præſumendum non eſt, aliquem velle pro modico deierare aut aliud maleficium committere.*
22 *Iuramenti delatione non opus eſt, ſi actor plenè, quod erat in controuerſia, confirmauerit, & non præſtatur, ſi nihil prorſus probatum eſt.*
23 *Iuramentum eo tantum defertur, quo perfectum fiat, quod ſemiplenè rationibus eſt demonſtratum.*
24 *Iuramentum Iudicis arbitrio actori, vel reo præſtatur: vt probationem ſemiplenam adiuuet, & validam, perfectam, atq; plenam efficiat.*
25 *Iuramentum ad plenam probationem faciendam requirit in omnibus ſemiplenis probationibus.*
26 *Iuramentum, quando in plenæ probationis locum ſubſtituatur, vide remiſſiuè.*
27 *Iuramentum in ſupplementum probationis peti poteſt vſque ad concluſionem in cauſa.*
28 *Iuramentum poſt petitionem, quandocunq; deferri poteſt ante ſententiam.*
29 *Iurm̃ deferendum eſt reo, & non actori, quando actor pro ſe vnam probationem habet, & reus alteram. Iudex propenſior eſſe debet ad liberandum, quam ad cõdemnandum. ibid.*
30 *In hominibus puniendis minus mali eſt, in clementiam, ac leuitatem inclinare, quam in ſæuitiam, & acerbitatem.*
31 *Iuramentum deferri non ſolet in criminalibus cauſis.*
32 *Cauſæ criminales quas requirant probationes.*
33 *Iurm̃ in capitali cauſa aliquando tantarũ eſt virium, vt efficiat interdum reum pœnas ſubtergere poſſe.*
34 *Iuramentum actori defertur, ſi non poteſt ablata probare, quando delictum rei eſt atrox.*
35 *Iuramenti delatio facta per vnam alteri parti rata eſt, ob inopiam probationis factæ:*
36 *Iuramentum quibus in cauſis famoſis, quæ ciuiliter agũtur, non deferatur.*
37 *Iurm̃ non eſt reo deferendum, quando opportunitas ſibi offeratur peierandi, vt per illud infamiã effugere poſſit.*
38 *Iurm̃ deferre non facilè debet Iudex, quando cauſa etiam tota ciuilis eſt ardua, magna, & plurimi ponderis.*
39 *Iudicis arbitrio ſtandum eſt, quæ dicatur magna, vel modica cauſa, inſpectã locorũ, & perſonarũ qualitate.*
40 *Cauſa duorum, trium, vel decem, vel quinquaginta aureorum modica dicitur.*
41 *Cauſa magna vocatur inſpecto petente, ſi quis bona cuius viginti aureorum ſummam non excedunt, ab aliquo mille libras petit; & modica dicit, ſi inter magnos Principes de decem aureis ſit controuerſia.*
42 *Cauſa magna, vel parua nominatur loci vſu inſpecto.*
43 *Iudex Sacramentum deferre non poteſt in cauſa monachatus, vel matrimonij, vel in alia, quæ tota ſpectat ad religionem.*
44 *Iuramento neceſſario non ſtatur, nec in probationis ſupplementum deferri poteſt, quando ſtatutum, ſeu lex requirit manifeſtiſſimas probationes.*
45 *Iuramentum non admittitur, vbi cõditione appoſita vera probatio exigitur, quæ fidem faciat.*
46 *Iuramentum deferri poteſt non obſtante ſtatuto in ijs caſibus, in quibus veræ, & concludentes probationes haberi non poſſunt.*
47 *Iuramentum deferri non poteſt cõtra illum, qui præſumptionem iuris pro ſe habeat in defectum probationis.*
48 *Iuramentum in defectum probationis ei præcipuè deferendum eſt, de cuius re agitur.*
49 *Iurantium dignitas animaduertenda eſt in iuramento deferendo.*
50 *Iuramentum cui prius deferendum ſit, an actori, an reo.*
51 *Iuramentum, nec actori, nec reo deferendum eſt, ſi actor nihil, aut non ſemiplenè probet.*

Actore

52 *Actore non probante plenè, vel non ſemiplenè reus abſol-
uitur.*
53 *Iuramentum deferendum eſt reo, ſi ipſe ſemiplenè proba-
uerit, ſicuti actor.*
*Iudex paratior eſſe debet ad abſoluendum, quam ad con-
demnandum. ibid.*
54 *Neronis prolatum, quoddam laudatiſſimum.*
55 *Poſſeſſoris conditio in dubio melior eſt.*
56 *Iuramentum non defertur reo: cum actor plenè, & ipſe
ſemiplenè probauerit.*
57 *Cautela actoris, vt Iudex non deferat reo iuramentum.*
58 *Iuramentum à Iudice deferendum eſt, & item ab eo, ad
quem negotium proprio nomine ſpectat.*
59 *Iuramentum deferre non poteſt procurator, niſi in tribus
caſibus, & in quibus.*
60 *Iuramentum deferente altero ſi quis iurauerit, licet quo-
ad vtilitatem ipſius iurantis nihil proficiat, proderit ta-
men aduerſæ parti. ſi contra ſe iurauerit.*
61 *Iuramentum etiam nemine deferente ipſi iurãti prodeſt.*
62 *Iuramento, an ſtandum ſit pro ipſo iurante, vel contra
eum Iudici arbitrarium eſt.*
63 *Iuramentum pro vna parte deferre parti aduerſæ, &
pro altera parte probationem offerre, quando actori li-
cebit.*
64 *Iuramentalis probatio, ſi contraria probatione infringa-
tur, & labefactetur, admittenda non eſt.*

DE iuramẽto pertractaturi multi fortaſſe ad-
miratione capientur, quod inter probatio-
num ſpecies illud collocauerimus. Iura-
1 mentum, enim † non eſſe propriè proba-
tionis ſpeciem, quàm plurimorum ſcribentium fuit
opinio, inter quos primus Io. And. fuit in rub. extr. de
probat. vna cum multis alijs poſtea per Dec. ibid. ſub
* nu. 2. connumeratis. Quorum ſententiam * commu-
ni ſcribentium calculo eſſe receptam, atteſtatus eſt
* Auguſt. Bero. in ead rub. num. 76. & de hac * commu-
ni meminere etiam Gomez. in §. item ſi quis poſtulã-
te. nu. 4 Inſtit. de actio. Marſil. in rub. C. de probatio.
col. 26. Alex in l. Imperator. col. 1. ff. de leg. 1. & Ca-
pic. in deciſ. 91. Quin iſtam opinionem tanquam tu-
* tiorem, & magis * communem, & in iudicando, & in
conſulendo debere ſequi, teſtatum reliquere Franciſ.
de Accolt. Aret. in c. 2. in 12. not extr. de probat. ſicut
refert Viuius in ſuis commun. opinion. verb. iuramẽ-
tum, cui aſſentitus eſt etiam Boer. deciſ. 35. nu. 2. Quæ
opinio multis tum auctoritatibus, & legibus confir-
matur per eundem Bero. vbi ſup. Hinc igitur diluci-
dè patere poteſt, iuramentum propriè non eſſe pro-
bationem, ſed fictè, & impropriè, & onere ſolum
probandi leuare.
Ab hac longè diuerſam ſequutus eſt opinionẽ Sa-
lyce. in rub. C. de probatio. vbi pro opinionis ſuæ cõ-
firmatione affert. l. ſed, & ſi poſſeſſori. §. fi. ff. de iure-
2 iur. vbi Vlpianus. I. C. reſpondit. † Perindè haberi,
quod iuratum eſt, atque ſi probatum eſſet. Verùm ſi
diligentius animaduertamus, illa lex non pro Sa-
lyc. ſed contra Salyc. facit. Verbum enim illud, per-
indè, ſimilitudinẽ declarat, vt docuit Bart. in l. ſi ma-
ritus. §. legis Iuliæ. ff. de adult. Si igitur iuramentum
3 eſt, ſimile probationi, ergo non eſt probatio, † cum
nullum ſimile ſit idem. l. ad ſimilitudinem. C. de epi-
ſcop. & cler. & Bart. in l. quod Nerua, 1. col. in fi. verſ.
oppono, nullum ſimile. ff. depoſiti.
Tamen optimè cum Salyc. conuenit, quod tradi-
dit Iuſtinianus Imperator, in l. fi. §. licentia. C. de iur.
deliber. dixit enim Iuſtinian. vel per ſacramẽtum il-
lius, ſi aliæ probationes defecerint, cum quo conue-
nere plurimi alij, vt Bald. in auth. ſed nouo iure. col.
fin. C. ſi cer. petat. Dec. in d. rub. extr. de probar. & plu-
rimi alij relati per Franc. Viuium in ſuis communib.
opinionib. in verſ. iuramentum, & præter eos per eũ-
dem ibi adductos idem placuit Crauet. conſil. 207. &
Ioan. Oldendrop. in ſuo breui compendio probat.
4 † tradit iuramentum eſſe iuſtam, & veram probatio-
nẽ, ſed de veritate quæſtionis vltra Bero. in loco pro-
ximè adducto, adeas etiam Plot. in repet. l. ſi quando
C. vnde vi. num. 55. verſ. nota, cum ſeq. Iaſ. in l. 2. nu.
9. & 10. C. vnde vi. & in l. cum te tranſegiſſe. num. 9.
C. de tranſact.
Cæterùm pro conciliatione iſtorum ſcribentiũ di-
5 ſtinguas † multiplex eſſe iuramentum: vt per Auguſt.
Bero. in d. rub. vbi ſup. ad quẽ te reijcio. Sed hic om-
nia iuramentorum genera in præſentia perſequi no-
ſtri non eſt instituti. Ea verò tantummodo attingam.
quæ ad propoſitã probationis materiã pertinere intel
lexero. Quia in re reperi, quatuor tñ iuramenta ad rẽ
noſtram facere, hoc eſt iurm veritatis, in litem, neceſ-
ſarium, & iudiciale. Diſtinguamus igitur, aut loqui-
6 mur de iuro. veritatis, † quod eſt illud, quod præſtatur te-
ſtibus ad veritatem dicẽdam, item, & illud, quod de-
fertur debenti rñdere poſitionibus, item, & illud, cũ
Iudex, vt de controuerſia inſtruatur, teſtes, vel partes
interrogat. Huiuſmodi verò iurm non propriè proba
tio dicitur, quia ad probationem vltra iuramentum
teſtis diſpoſitio requiritur, & reſponſio, ſeu confeſſio
7 partis interrogatæ. Vnde potius dicendum eſt † eſſe
quoddam, vt appellant, præambulum, ipſo. n. interce
dente ad probationem, & veritatem peruenitur, vt in-
quit idem Bero. vbi ſup. ex iuribus ibidem allatis.
Secundum eſt iuramentum, quod in litem appel-
latur de quo iam dicemus.
Tertium iudiciale nuncupatur, quod eſt illud, qđ
8 à parte parti in iudicio † Iudice probante defertur. De
quo videas, quę ſcripſerit Viuius in ſuis communibus
opinio. verſ. iuramẽtum iudiciale. Et quamuis Bero.
vbi ſupra eius ſit opinionis, iſtud iuramẽtum propriè
• nõ eſſe probationẽ, ſi tamen accuratè finis, cuius gra-
tia deferatur; & eo preſtito, effectus, quem pariat, exa
minetur, inuenti patebit probationem propriè dici
poſſe. Ideò rationes per eum allatas conſideres.
9 Quartum reliquum eſt iuramentum † neceſſarium
nominatum, hoc eſt illud, quod à Iudice actori, vel
reo, vt ſibi videbitur, ſolet deferri, cũ in iudicio actor
ſemiplenè tantũmodo mentẽ ſuam probatione con-
firmauerit, & vt, quod ſemiplenè probatum eſt, perfe
ctum fiat, iudex ipſi actori, vel reo iuramẽtum defert.
Licèt verò illud iuramentũ propriè probatio, nequa-
10 quam vocetur, inficiari tñ nequit, † quin ſit probatio-
nis ſpecies, quæ plenè probare poſſit, vt per eundem
Bero. vbi ſup. Adeas etiam Iaſ. de hoc agentem in §.
item ſi quis. il 2. nu. 33. & 83. Inſt. de actio. & Tancred.
in ſuo tract. de ord. iudicior. lib. 3. nu. 6. de probatio.
Hæc tamen eſt concluſio limitanda, vt ſibi locum
11 nõ vendicet † in his caſib. in quibus ex iuris diſpoſi-
tione, vel ex forma ſtatutorũ iurm præſtatur hoc et-
enim caſu propriè probatio dr, vt eſt context. in l. fi.
quando. C. vnde vi. & in c. ſi quod ſuper. cauſ. & Bero.
ſup. ſub nu. 81. iuramẽtum in litẽ. Hinc fit, vt ſi ſtatu-
12 to cautum eſſet, † vt de illato damno ſtetur iuramẽto
damnũ paſſi, proculdubio iſtiuſmodi ſtatutũ loquẽs
de probatione damni dati, vel de dãno probato, ha-
beret locum, & procederet contra damnum dantem
in probatione damni, quæ fieret per iuramentum, vt
per Dec. in d. rub. de probat. col. 13. & Arety. in d. c. 2.
ext. de prob. quos refert, & ſequitur Viu. vbi ſupra.
13 Declarandum tñ eſt illud ſtatutum, † vel diſpoſi-
tio legis, vt ea nihil obſtãte contrariũ aduerſarius p-
bare poſſit: & etiam ſi lex ipſa, vel ſtatutũ diceret, ei-
dẽ iuro ſtandũ eſſe. Nec hoc ſine ratione pertranſit,
nam, vt inquit Alb. conſ. 4. nu. 21. ad laicos non ſpe-
14 ctat de iuro condere ſtatutum, † nec ſi conderent, erit
ratum. idcirco tunc nihilominus, vt dixi, contrarium
* põt probari per aduerſarium. Et hãc eſſe * cõem queq;
magis veritati accedat opinionẽ, Tiraq. optimus eſt
teſtis in trac. de retrac. §. 4. gl. 1. nu. 3. Niſi ſtatutum di-

ceret, neceſſe ſtandum eſſe huic iuramẽto; vel loque-
retur, hoc iuramẽtum haberi pro plenaria probatio-
ne, vel aſſereret, pleniſſimã fidem adhibendã eſſe, aut
pleniſſimã faciat fidẽ, ſiue dicat omnimodo, vel om-
nino: vt iuramento: credatur aut quod iuramentũ om-
15 nimodam fidem, † ſeu probationẽ faciat, vel ſimpli-
citer diceret, ſatis eſſe iuramẽtũ ad pbationẽ, vel iſtis
ſimilia verba loqueretur: vt apertè ex eo cõſtaret, nõ
admitti pbationem in contrariũ, nunc. n. in his caſi-
bus non poterit contrarium probari, vt vnũ adducẽ-
do, qui erit omniũ inſtar, latè Tiraq. vbi ſup. in dicto
tract. de retract. §. 4. glo. 1. à prin. vſque ad nu. 36.

Sed aliter, & in his à nobis modo cõnumeratis ca-
ſibus ſenſit Rom. in l. qui bona. §. qui dãni. ff. de dam.
infect. quem ſequitur. Rui. conſ. 87. nu. 12. vol. 3. vt &
16 refert Viuius vbi ſupra in fine, † vbi aſſerit, ẽt ſi ſtatu-
tum illud pleniſſimam probationem faceret, proba-
tionem tamen in contrarium admitti.

Nec illud te fugiat, iuramentum iſtud, de quo huc
vſque verba fecimus, ex iuris, vel ſtatuti diſpoſitione
iuramentum dici in litem: cũ, vt, & ſupra admonui-
mus multiplex ſit iuramentum, aliud veritatis, calũ-
niæ alterum, actus confirmatorium, conuentionale,
17 ſiue voluntarium, in litem † neceſſarium, iudiciale, &
purgatorium, vt de his omnibus habetur per Accurſ.
in rub. ff. de iureiur. iuncta l. 1. & per glo. in c. fin. eo.
tit. & in c. 1. de iuramento calum. in 6. & latius p Au-
guſt. Bero. in d. rub. ext. de prob.

Secundò loco prior opinio reſtringẽda eſt, nõ eſſe
verã in illo iuramento per quod ignorantia, impedi-
mentum nuncij renunciatio, expenſæ contra contu
maciem, & animus probatur, omneque id quod ex ipſo
18 animo, & mente oritur † nam cum hæc omnia per iu-
ramentum probentur, vt de quolibet in ſua cõcluſio-
ne dicemus, huiuſmodi probationem verè, & pprię
dici probationem conuincit Auguſt. Bero. vbi ſupra
in dicta rub. extr. de probat. ſub nu. 81. ver. Idem dico,
per c. innotuit. cum glo. de elect. & ibi Abb. Imo. &
alij, iuncto. c. vt circa. ad fi. de elect. in 6. & c. ſtatutũ.
§. cum vero. & ibi glo. de reſcrip. in 6.

Iſtud ſubintelligas tamen, locum ſibi non vẽdica-
19 re † quando lex præſumit ſcientiam, aut quando ſit
alia præſumptio contra illum, qui iurare velit: tunc
enim iuramento non probatur, vt gloſſ. 82. diſtinct. c.
propoſuiſti. in verb. non probatur, & Bart. in l. inter
omnes §. recte ff. de fur. & Dominic. in c. eos qui col.
1. de temp. ord. lib. 6.

Hoc tñ fallit. vbi ageretur de modico, quia tũc nõ
20 obſtante præſumptione, † recipitur huiuſmodi pro-
batio per iuramentum, iuxta Abba. in c. quoldam.
circa fin. de præſumpt. quem ſequitur Dec. in c. co
gnoſcentes. colum. vlt. exr. de conſuet. in 1. lect. quos
refert Tiraq. in tract. de iud. in reb. exig. verſ. hinc eſt.

Neque iſtud ratione caret: nõ enim veriſimile eſt,
nec eſt præſumẽdũ, aliquem velle pro modico deie-
21 rare, † aut aliud maleficium committere: vt notat
Alex. conſ. 74. viſo teſtamento, colu. 2. verſ. nec iura
præſumunt. lib. 1. & conſ. 99. viſis proceſſibus colu. 8.
verſ. non obſtat etiam ſi diceretur. in fin. lib. 5. & Dec.
in conſ. 175. in cauſa falſitatis col. 6. verſ. ſecundo nõ
obſtat & col. ſeq. Bal. Bart. & multi alij plurimis in
locis id aſſerentes, quos idem Tiraq. recenſuit, vbi ſu-
pra, verſ. & id quidem.

Sed ſciſcitabitur à nobis quiſpiam, quo tempore
id iuramentum deferatur. Qua in re dicendũ eſt, aut
22 nihil omninò, aut omne, & plenè probatum eſt; † quod
ſi actor plenè, quod erat in controuerſia confirma-
uerit, nulla certè opus eſt iuramenti delatione, vt c.
2. extr. de probatio. quemadmodum nec præſtatur, ſi
nihil prorſus fuerit probatum: iuramentum enim vt
ſupra dicebamus, & infra trademus, eo tantũ in defer-
23 tur, quò perfectum fiat, † quod ſemiplenè rationibus
eſt demonſtratum.

Exempli gratia. Actor quod erat in controuerſia
dum probare vellet, quæ cauſa parui erat momẽti, in
qua duo ſoli teſtes reuinrebantur, vnum tantũmodo
teſtem idoneum habebat. tũc profecto ſemiplenè p-
bat. l. Teopompus. ff. de dot. præleg. l. iuſiurandũ. C.
de teſti. l. 1. in fi. ff. quẽad. teſt. aperian. & meminimus
infra de ſemiplena probatione: ideò pſtatur iuramẽ-
24 tũ iudicis arbitrio † actori, vel reo, vt ipſi ſemiplenã
probationem adiuuet, & validã, perfectam, atq; ple-
nam efficiat, quod etiã de omnibus ſemiplenis pba-
tionibus eſt dicendum, vt de ſcriptura priuata, de cõ-
paratione literarum per famam, & ſimilia, de quibus
25 infra ſuo loco tradimus: † etenim, & in his ad plenam
probationem faciendam requiritur iuramentũ: ſed
quã iuramentum in plenè probationis locũ ſubſtitua-
26 tur † docebit additionum auctor ad Fel. in c. quoniã
contra. nu. 5. extr. de probatio. At cum non ſubſtitua-
tur. prodidit Petr. Duen. in reg. 300. ampliatione 3. &
Gozad. in conſ. 11. nu. 7. & Hercul. de proban. negat.
27 nu. 199. cũ ſeq. & nu. 235. Nec illud te lateat † iſtiuſ-
modi iuramentum in ſupplementũ probationis poſ-
ſe peti, vſque ad concluſionem in cauſa, quod à cun-
* ctis ſcribentibus * cõmuni conſenſu recipitur quin ẽt
nõnulli proditũ reliquere, poſſe etiã peti poſt cõclu-
28 ſionem; illud certè veriſſimũ eſt, poſt petitionẽ † poſ-
ſe quandocunque iuramentum deferri ante ſenten-
tiam, vt ex allatis per Alex. late in conſ. 35. nu. 8. & 9.

Quod autem ſupra diximus, iudicis arbitrio relin-
quendum eſſe, an actori, ſiue reo iuramentũ deferatũ,
intactum non relinquam. Primò namque declaran-
dum eſt, non procedere, quando actor pro ſe vnam
29 probationem, & reus alteram habeat: † tunc deferẽ-
dum eſt reo, non actori. Propenſiorem enim eſſe de-
bere iudicem ad liberandum, quam ad condemnan-
dum, cauit Paul. in l. Arianus aut. ff. de act. & oblig. &
huc ſpectat c. veniam nunc. & ibi glo. in verb. ſi faciẽ-
dum. 35. q. Nam ſi in alterutram partem inclinãdum
ſit, vt Cice. dicebat, minus periculi eſſe, ſi nauis ad
Scyllam potius paululum inclinaret, quam ſi ad Ca-
30 rabdim: † ita in hominibus puniẽdis minus mali eſſe
in clementia, ac lenitate, quam in ſeuitia, & acerbi-
tate, vt doctiſſimè retulit Marc. Anto. Muret. in ora-
tione 11. circa finem.

Secũdo loco intelligendũ eſt, ſibi locum non ven-
31 dicare in criminali cã: in criminalibus. n. cauſis † non
ſolet deferri iuramentum, vt dixerunt Ant. de Butr.
Abb. & alij in c. ſi pro debilitate, de offic. de leg. has
nãq; cauſas idoneis debere eſſe munitas teſtibus vel
inſtructas apertiſſimis documentis, vel indicijs ad p-
32 bationem indubitatis, † & luce clarioribus expeditas,
Imperatores cautum tradidere in l. fin. C. de prob. &
ex indicijs perſpicuis probare cõuenire, ſcriere Dio-
clet. & Maxim. in l. dolum. C. de dolo malo, & ſum.
Pontif. in c. fi. ext. de iureiur. & in c. ſciant cũcti. 2. q. 8.
veruntamen etiam in capitali cã iurm aliquando
33 tantarum eſt virium, † vt efficiat interdum reum pœ-
nas ſubterfugere poſſe, vt in ſatis venuſto caſu retulit
Lanfranc. de Orta. in ſua praxi. c. 7. de confeſſio. nu.
18. verſ. quæro Petrus, & Berta. &c. & propterea ſi de-
lictum rei ſit atrox, tunc iuramentum actori defer-
34 tur, † ſi non poſſit ablata probare: vt ſanxit Imp. Zẽ-
no in l. ſi quando C. vnde vi. & habetur in c. fin. extr.
quod met. cauſ. & Spec. in tit. de iuram. delatio. §. ſi
vero ſit cauſa. ſub nu. 70. verſic. Item etiã. Iudex igi-
tur, vt dicebamus non debet, neque poteſt deferre iu-
ramentum: quod ſi pars altera deferat alij, huiuſ-
35 modi delatio rata eſt † ob inopiam probationis fa-
ctæ, etiam ſi de illo crimine tranſigi non poſſit, nec
talis iuramẽti delator poteſt appellare, ſi ille iurauit,
& obtinuit. vt Specul. in dict. titu. de iuramen. dela-
tio. & ibi Ioann. Andr. in additio. ad eundem, in §.
primum, an actor. & idem Ioan. Andr. in c. fin. ext. de
iureiur. ſuper 1. gloſſ.

Digitized by Google

Subnectenda eſt huic declaratio tertia, nõ eſſe ve-
ram, etiam ſi cã ſit ciuilis, hoc eſt, quæ ciuiliter aga-
tur: ſed tamen quæ famoſa ſit, vt eſt actio doli, furti,
iniuriarum, cauſa metus, & illa, ob quam quis de iure,
vel ex ſententia lata fiat infamis, vt l. 1. ff. de his, qui
36 notant. infam. † in his enim licet ciuiliter ſit actum:
tamen, non defertur iuramentum, etiam ſi partes id
poſcant. Ratio eſt quia et in his caſibus plena requi-
ritur probatio, ex legibus modo adductis d. l. dolum.
& in d. c. fin. de iureiur. & in primis reo non eſt defe-
37 rendum, † opportunitas. n. ſibi offerretur pcierãdi, vt
p iuramentũ infamiã poſſet effugere, vt dixit Iodoc.
Damhouder. in ſua praxi ciuil. c. 179. ſub num. 9.

Sequitur quarta declaratio: non. n. habet locum,
licet cauſa tota ſit ciuilis, ſed tñ ſit ardua, & magni,
38 & plurimi ponderis: † nam tũc Iudex nõ facile debet
iuramentum deferre: vt l. legitimos. ff. de legitim. tut.
ſi verò cauſa parui ſit momenti; an in ipſa iuramen-
tum ſit præſtandum, Iudex id viderit; vt rebus, & ho-
minibus, atq; regionis vſu diligẽter examinato, quod
æquum ſibi videbitur, ſtatuat: vt per Damhouder. in
39 d. c. 179. nu. 9. † Iudicis etiam arbitrio ſtandum erit, q̃
dicatur magna, vel modica cã, inſpecta locorum, &
perſonarũ qualitate in aliquibus enim perſonis, & lo
cis, quæ eſt minor, maxima dicetur. arg. l. ſed & ſi ſu-
ſceperit. §. 1. ff. de iudic. & l. 1. & l. Mela. §. fi. ff. de ali-
ment. & cibar. leg. quamuis in nonnullis legibus mo-
40 dica dicatur cauſa † quæ ſit duorum, vel triũ, vt l. ſi
oleum, in fin. ff. de dolo, & nonnunquam ſi ſit decem
aureorum, vt l. 2. §. quamuis. ff. ſi cui plus, quam per
leg. falcid. vel quinquaginta. arg. l. defenſores. C. de
defenſ. Ciuit. & l. nonnulli. ff. de accuſ. vel trecentorũ
aureorum, vt §. iudicare, & §. audiẽt. auth. de defenſ.
ciui. De quibus omnibus meminit Spec. in d. tit. de iu-
ram. delat. §. nec enim, & in §. ſicut autem. Exemplũ
de perſonarum qualitate tradidit hunc in modum,
41 † vt ſi quis, bona cuius viginti aureorum ſummã non
excedant, ab aliquo mille libras petat, tunc hæc cau-
ſa magna vocabitur, inſpecto petẽte, vel ſi inter ma-
gnos Principes ſit de decem aureis controuerſia, erit
minima, ſi homines inſpiciamus. Quod idẽ eſt aſſerẽ-
dum de regionis conſuetudine, in quibuſdam. n. locis
42 clarius aliquid conſtabit, † quam in alijs. Vnde loci
vſu inſpecto cauſa magna. vel parua nominabitur.

Huic quinta intelligentia eſt annectenda, ea eſt,
cum cauſa tota ſpectat ad religionẽ, vt in cauſa mo-
nachatus, vel matrimonij, tunc Iudicẽ Sacramẽtum
deferre non poſſe, eſt explorati iuris, ob probationis
43 defectum, aliter † verò ſentiendum eſt, cum tota non
pertineat ad religionem, tunc. n. poſſe tradidit Spec.
vbi ſupra nu. 7. §. ſi verò ſit cauſa, & Dãhouder. in d.
c. 179. in fin. d. nu. 9.

Sextò loco reſtringas, & intelligas non procedere,
quando ſtatutum, ſeu lex requirit manifeſtiſſimas ꝓ-
bationes: tunc enim huic neceſſario iuramento non
44 ſtatur, † nec illud etiam in probationis ſupplemẽtum
deferri poteſt; quoniam iſto caſu munienda probatio
eſt per plures idoneos teſtes, vel per cõfeſſionem ad-
uerſarij, vel per inſtrumenta, vt eſt ſingularis Accurſ.
doctrina in l. fi. in prin. ff. quod met. cauſ. cuius tradi-
tionem * communiter ſequuntur ſcribentes in c. pia.
de excep. lib. 6. vt Viuius atteſtatur in ſuis cõm. opin.
verb iuramento. vbi rationem reddit, & de hac * cõ-
muni meminit etiam Rip. in d. l. fin. nu. 189. quibus
idem aſſenſit Auguſt. Bero. in c. cum ſit Roman. nu.
10. de appellatio Socin. in conſ. 136. colum. 3. vol. 1.
45 † non enim admittitur iuramentum, vbi conditione
appoſita vera, quæq; fidem faciat probatio exigitur,
vt ex iuribus allatis per Viuium vbi ſupra.

Hanc communem ſcribentium ſententiã ſublimi-
tes non habere locum in ijs caſibus, in quibus veræ,
quæque concludant probationes, non poſſint haberi.
46 † hoc etenim caſu poteſt iuramentum deferri, nõ ob-
ſtante illo ſtatuto, & ita hanc cõmunem limitãt Fe-
lyn. in rubr. de prob. nu. 3. ſicut idem refert Viu. in d.
verb. iuramen. vbi ſupra, cum alijs ibidem per eum
adductis.

Iſtis vltima declaratio eſt ſubijcienda. Nam iura-
mentum deferri non poteſt contra illum, qui præſũ-
47 ptionem iuris pro ſe habeat, † in defectum probatio-
nis, namq; ſi pars aduerſa contrarium probare velit
duriore probatione grauaĩ, vt ſingularis eſt Accurſ.
doctr. in l. fin. in verb. præſumptioni. ff. de eo, quod
met. cauſ. & ibidem expreſsè Bal. ſimul cum pluribus
alijs adductis per. Io. Nic. in addit. ad Alciat. in tract.
de præſum. in 3. par. num. 3.

Aliæ hic poſſent afferri limitationes, & reſtrictio-
nes; ne tamẽ omnia, quæ ſparſim à noſtris ſcripto re-
licta ſint, videar hoc in loco tranſcribere remitto
ad Soc. in ſuis fallen reg. 204. vbi 80. limitationes ad-
notauit, & quamplures alias ſimiles recenſuit Plot. in
l. ſi quando. C. vnde vi. vbi à num. 125. vſq; ad num.
153. diuerſimode ampliauit hanc concluſionem, &
ſubſequentibus numeris annectit limitat. hoc idem
nõ omiſit Nicol. Boer. deciſ. 91. per tot. & dec. 86. 95.
& 305. Iacob. Menoch. etiam in ſuo vtiliſſimo tract.
de arb. iud. lib. 2. caſu 208. diligenter hanc noſtram
concluſionem explanatam relinquit.

Docuimus hactenus, quo tempore iuramẽtum ſit
deferendum, vt quod ſemiplenę probationi deerat,
ꝑficeretur; in præſentia vidẽdum erit cui ſit deferen-
dum. Vnde primo ſciendum eſt, ei præcipuè eſſe de-
48 ferendum, † de cuius re agitur, vt c. videtur. ibi quod
enim melius. ext. qui matr. accuſ poſſ. & l. marcellus.
§. fin. ff. rer. amot.

Deinde animus eſt aduertendus ad iurantiũ digni-
tatem: vt qui magis vitæ probitate, qui dignitate, &
49 præſtantia Iudici excellere videatur † huic deferatur:
vt l. legitimos. ff. de legitim. tutor. quod idem in elect.
facienda ſpectatur. 8. quęſt. 1. c. licet, & c. ſi. ext. de of-
fic. cuſtod. & idem etiam in teſtibus ſtr, vt c. in pręſen-
tia. extr. de teſtibus. cum alijs adductis per Specul. in
d. tit. de iurament. delat. §. quartum. ſub nu. 7. & Dam-
houder. vbi ſupra, in d. ſua praxi ciuil. d. c. 179. num.
10. & 11.

50 Cui verò prius ſit deferendũ videamus, † an actori.
an reo. Si igitur actor quod erat in controuerſia poſi-
tum, ſemi plenè, ut cũ uno ſolo teſte probare, & nihil
ex parte ſua reus confirmare poteſt, tunc Iudex actori
iuramentum defert, ut quod probationi ſemiplenæ
deeſt, perficiatur, ne ipſa ſemiplena probatio ſit ipſi
actori inutilis, quod eſſe non debet, ut l. ſi quando. in
princ. ff. de leg. 2. & Spe. ubi ſupra, uerſ. ſed cui, nu 8.
51 † quod ſi actor nihil, aut non ſemiplenè probat, neu-
tri deferendum erit: ſed abſoluitur reus etiam ſi nihil
52 probaſſet. actore † enim non probante plenè, uel non
ſemiplenè, reus abſoluitur, etiam ſi nihil præſtiterit,
& in expenſis actor condemnatur, vt vulgata l. qui
accuſare. C. de eden. & l. 2. ff. de probar. & facit glo. in
c. bonæ. 1. extr. de elect. facit etiam l. fruſtra, & l. actor.
C. eod. tit. de probat. & infra ſuo loco dicemus.

Verùm quando actor probat cum ꝓbatione ſemi
53 plena, & idem reus efficiat, † reo deferendum eſt iu-
ramentum: debet enim Iudex eſſe paratior ad abſol-
uendum, quàm ad condemnãdum, vt c. ex literis. ext.
de probat. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. c. inter dile-
ctos. in fin. extr. de fid. inſtr.

54 Vnde laudatiſſima Neronis illa vox, † ſi ex animo
prolata eſſet, aut ſi ipſe in eadem manſuetudine per-
ſtitiſſet, qui ſubſcripturus ſententiæ capitis in quẽdã.
Vtinam (inquit) nunquam didiciſſem literas: vt dixit
venuſtè idem Marcus Anton. Muretus in orat. 11. cir-
55 ca. fi. & in dubio † melior eſt conditio. poſſeſſoria. l. 1.
ff. de condictione ob turp. cauſ. §. commodum. Inſti
de interd. & licet alij alia ſenſerint, vt per Specul. vbi
ſupra, verſ. quid ſi actor. nu. 7. idem tamen ibidẽ dixit

id eſſe verius. Aliter verò eſt aſſerendum, cum actor
plenè, reus ſemiplenè probat: nō n. defertur reo, imò
56 † condemnabitur. Quod ſi timeat, & videat actor, ne
iudex ex officio ſuo ſibi iuramentum, ſed reo deferat,
per c. fi. ext. de iureiur. poterit hanc interponere cau-
57 telam, vt præcludat ipſi iudici viam † aſſerendo reum
ad iuramentum præſtandum eſſe ſibi ſuſpectum. l. nō
omnes. §. à barbaris. ff. de re milit.

Hac explicata quæſtione; nunc poteſt quæri ſatis
58 commodè, † à quo ſit deferēdum iuramentū. In quo
breuiter eſt dicendum à iudice deferri: vt ex adductis
iam patet. Defertur item ab eo, ad quem negotium
proprio nomine ſpectat. Hinc fit, vt procurator ne
queat deferre iuramentum, præterquam in tribus ca-
ſibus, ſi ſingulare mandatum habeat; vel ſi datum ſit
59 veluti in rem ſuam; † poſtremo ſi liberam, & vniuer-
ſam bonorū adminiſtrationem: vt c. qui ad agēdum
in fi. de procurat. lib. 6. & Spec. vbi ſupr. in fin.

At ſi quis nomine ſuo ei iuramentum deferēte iu-
rauerit, licèt quoad vtilitatem ipſius iurantis nihil ꝓ-
60 ficiat, † proderit tamen aduerſæ parti, ſi contra ſe iu-
rauerit, vt Io. Fab. in §. item ſi quis il 2. Inſtit. de actio.
in gloſſ. verb. poſtulante. vbi ita intelligit dictā gloſſ.
ſicut refert Iaſ. ibid. nu. 18. per l. de ętate. §. qui inter-
rogatus. ff. de interrogat. actio. Quinimo poteſt etiam
61 iſtud iuramentum, † nemine deferente, ipſi iuranti
prodeſſe, vt ſi iurans diceret pro ſe, & contra ſe: nam
hoc caſu ſi aduerſarius ex iſtius iuramenti confeſſio-
ne inniteretur, tunc teneretur etiam contra ſe recipe-
re totum illud iuſiurandum, & ita iuranti prodeſſet:
vt ibidem Ioan. Faber in dicta gloſſ. & ad hoc affert.
l. publia. §. fina. ff. depoſi. ſed Angel. in eadem gloſſ.
62 ſentit, id iudici arbitrarium eſſe, † an ipſi iuramento
ſtandum ſit pro ipſo iurante, vel contra eum, poſito
etiam aduerſariū id acceptaſſe; ſed de hoc latius diſ-
ſerentem adeas Iaſ. in dicto §. item ſi quis. in eadem
gloſſ num. 18. & 19. cum ſequent.

Nec illud obſeruatione dignum prætereūdum eſt;
nam ſi actoris libellus iſtiuſmodi ſit, vt diuerſas par-
63 tes, aliaq; facta contineat, † tunc per iudicem actori
licebit pro vna parte parti ſuæ aduerſę iuramentum
deferre, & pro altera parte probationem offerre: tunc
vero deiuncta parseſt, in oblatam partem iurare: vt
ait Iodoc. Damhouder. d. c. 179. ſub nu. 13.

Illud etiam ſcitu dignum menti teneas, iuramēta-
64 lem (vt appellant) probationem, † ſi contraria pro-
batione infringatur, & labefactetur, admittendū non
eſſe; vt reſpondit Rom. in conſ. 241. nu. 1. Et hæc de iu
ramento hactenus.

QVÆSTIO X.

De ſexta probationum ſpecie, quæ fit per prȩſumptionem.

SVMMARIVM.

1 *Præſumere, eſt quaſi ante ſumere, accipitur pro audere, vel tentare aliquid contra ius.*
2 *Præſumere vſurpatur pro aliquid ſumere.*
3 *Præſumere apud Rhetores, præoccupare ſignificat.*
4 *Præſumitur pro putatur, aliquando ponitur.*
5 *Præſumere pro diuinare aliquid in dubio.*
6 *Præſumere accipitur pro coniectura, & aliquando pro actu, qui fit impudenter, ac temerariè contra voluntatem ſuperioris.*
7 *Præſumptio dicitur exiſtimatio, quæ ex veriſimilibus coniecturis ducitur.*
8 *Præſumptionis definitio.*
9 *Præſumptio cognitio eſt veritatis ex circunſtantijs reſultans.*
10 *Præſumptio debilitatur, munitur, atq; mutatur, vt res ſuadent, quæ ipſam circunſtant.*
11 *Præſumptio eſt argumentum ad credendum vnum factum ſurgens ex probatione alterius.*
12 *Præſumptio eſt alicuius facti dubij ex quodam indicio, aut plena, aut ſemiplena probatio.*
13 *Præſumptio eſt ratiocinatio ſumpta à veriſimili.*
14 *Præſumptio in genere ſumpta minus eſt, quam ſemiplena probatio, & minus quam indicium.*
15 *Præſumptio proximè veritati accedit, & veriſimilitudo appellatur.*
Præſumptionis natura ab irrationali abhorret. ibid.
16 *Præſumptio dicit vera probatio in materia, in qua probationes præſumptiuè tantum fieri poſſunt.*
17 *Præſumptionum natura, ſeu genera.*
18 *Naturalia ijs, quæ arte cōſtant, ſunt nobiliora, & priora.*
Cauſa naturalis præfertur accidentali. ibid.
19 *Præſumptio naturæ quæ ſit.*
Quod naturaliter ineſt homini, ſemper ineſſe prȩſumitur. ibid.
20 *Patres filios ſuos amore proſequi præſumūtur, & ècōtra.*
21 *Pater ſi iudici nocentem filium obtulerit, non præſumitur exhibuiſſe, vt ſummo ſupplicio ipſum afficiat.*
22 *Pater, ſi filium exhæredaret, præſumitur iniuſtè exheredaſſe.*
23 *Prȩſumptio hominis, quę ſit.*
24 *Homo non præſumitur iactare ſuum.*
25 *In dubio quilibet præſumitur bonus, & non malus.*
Naturaliter quilibet eſt bonus. ibid.
26 *Bonus quis præſumi non debet in alterius præiudicium.*
27 *Præſumptio temeraria quæ ſit.*
28 *Præſumptiones temerariæ, leues, inualidę, & nullius momenti iure repelluntur, nec permouere debent animum iudicantis.*
29 *In dubio debemus interpretari in meliorem partem.*
In dubijs dubius animus ſemper piè ſentit, & operatur. ibi.
30 *Præſumptio delicti in dubio nunquam capitur.*
Conſilium, quod in vtranq; partem poteſt accipi, in ęquiorem ſumi debet. ibid.
31 *Prȩſumptio iuris quæ dicatur.*
32 *Probatio contraria præſumptioni iuris an admittatur; vide remiſſiuè.*
33 *Prȩſumptio iuris nonnunquam violenta appellatur.*
34 *Coniectura ex certo ſigno proueniens, quę alio non adducto pro veritate habetur, probabilis eſt.*
35 *Prȩſumptio omnis legis ſuper veriſimili innixa eſt.*
36 *Prȩſumptio illa, quę ſit veriſimilior, efficacior eſt.*
37 *Prȩſumptio nō eſt propriè ꝓbatio, ſed releuatio probādi.*
38 *Prȩſumptio, quando ſtat pro aliquo, pars aduerſa, quę cōtrarium probare vult, duriore probatione grauatur.*
39 *Actus prȩſumptus à iure eo ipſo probatus dicitur, quod non probatur contrarium.*
40 *Paria ſunt, quod quis probet, vel quod habeat prȩſūptionem iuris pro ſe.*
41 *Probationes, quando requirūtur liquidiſſimæ ad victoriam conſequendam, ſatis eſt probare prȩſumptiones à iure inductas.*
42 *Prȩſumptio legis ſufficit, vbi lex requirit probationem per inſtrumentum.*
43 *Prȩſumptio iuris eſt probatio in materia pœnali, & correctoria.*
44 *Iudex ex prȩſumptione iuris poteſt liberare, condemnare, & pronunciare.*
45 *Prȩſumptio iuris non ſolum ſatis eſt ad impugnandum aliquid, ſed etiam delictum probare poteſt.*
46 *Prȩſumptio iuris in illis caſibus propriè probatio eſt, in quibus verę, & ſatis manifeſtę probationes haberi non poſſunt.*
47 *Probatio contraria præſumptioni iuris admittitur.*
48 *Prȩſumptio iuris, & de iure quę dicatur.*
49 *Contra prȩſumptionem iuris, & de iure non admittitur probatio.*
50 *Prȩſumptionem habens iuris, & de iure aliter probare obligatur.*

51 *Pro;*

Digitized by Google

51 *Probatio per confeſſionem admittitur contra præſumptionem iuris,& de iure.*

52 *Confeſſio,& probatio contra præſumptionem iuris,& de iure quando non admittatur.*

53 *Probatio per confeſſionem partis admittitur contra ſententiam,quæ tranſiuit in rem iudicatam.*

54 *Probatio cõtraria præſumptioni iuris,& de iure admittitur in his, quæ à partis conſenſu pendent.*

55 *Probatio ex rei euidentia, & ex notorio contra præſumptionem iuris,& de iure admittitur. Quod declara,vt ſub nu. 57.*

56 *Probatione qualibet in contrarium,ſublata nunquã tamen illi derogatum cenſetur,quæ fit per euidentiam rei.*

57 *Præſumptio,quæ oritur ex ſententia,& re iudicata,recipit probationem in aduerſum per inſpectionem actorum.*

58 *Iudex perficere poteſt, quod notorijs deeſt: ſed notorium allegari debet.*

59 *Notoriũ allegatio fieri poteſt etiã poſt cõcluſionẽ in cauſa.*

60 *Notorium ſi oriatur ex iure, ſiue ex facto iuris non eſt allegandum.*

61 *Iudex ſupplere poteſt ſi notoriũ facti à parte producatur.*

62 *Notorium facti ſi non eſt permanentis,& debeat probari, lex reijcit huiuſmodi probationem à præſumptione.*

63 *Probatio contra præſumptionem iuris, & de iure recipietur parte nihil opponente.*

64 *Pars quæ non opponit,videtur renunciare fauori ſuo,& tacitè conſentire.*

65 *Probatio contra præſumptionem ſi ſit per indirectũ admittitur.*

66 *Probatio contraria præſumptioni admittitur,antequam ſententia feratur.*

67 *Contra præſumptionem iuris,& de iure quamuis probatio non recipiatur,reſtitutio tamen in integrum,ſi iuſta cauſa ſubſit,admittitur.*

68 *Probatio per proteſtationem, quæ actum præceſſerit, vel interceſſerit in ipſo actu,admittitur contra præſumptionem iuris,& de iure.*

69 *Probatio in contrarium non admittitur, vbi per præſũptionem iuris,& de iure tollitur crimen.*

70 *Matrimonia omnia irrita,& nulla habenda ſunt, quæ aliter quam præſente Parocho, vel alio Sacerdote ex ipſius permiſſione,& duobus,vel tribus teſtibus præſentibus contracta reperiuntur.*

71 *Sponſalia de futuro hodie non tranſeunt in matrimoniũ, etiam ſubſequuto concubitu.*

72 *Inſtrumentum publicum ſi deducatur contra præſumptionem iuris, & de iure probat.*

73 *Probatio contra præſumptionem iuris,& de iure admitti poteſt propter honeſtatem perſonæ.*

74 *Contra præſumptionem iuris,& de iure admittitur probatio vbicunq; publica vtilitas agitur.*

75 *Statuto etiam ſi caueatur,vt probationes reijciantur,non propterea tollitur probatio,quæ admittitur contra præſumptionem iuris,& de iure.*

76 *Probatio facienda eſt per plures idoneos teſtes, vel per cõfeſſionem aduerſarij,vel per inſtrumenta,vbicunq; lex, aut ſtatutum probationes apertiſſimas requirit.*

77 *Probatio præſumptiua nullo modo recipitur,cum conditione appoſita vera probatio nominatur, & concludens probatio requiritur.*

78 *Præſumptionibus non eſt ſtandum in illis cauſis, in quibus agitur de capite, & requiruntur probationes meridiana luce clariores.*

79 *Iudex in ciuilibus antequàm ex præſumptionibus motus vllam ferat ſententiam,omnia conſilio prius experiri debet, & cuncta circumſpectione accurata inueſtigare.*

80 *Iudex ad rei,quam actoris cauſam magis reſpicere debet, præcipuè in criminalibus.*

81 *Exemplum Philippi Macedonis,vt potius reo,quã actori ſuffragandum ſit.*

82 *Præſumptio probabilis,quæ dicatur.*

83 *Præſumptioni probabili ſtandum eſt, donec contrarium probetur.*

84 *Præſũptio probabilis animũ impellit Iudicis,vt ei, pro quo præſũptio eſt,deferatur iuramentũ,& ſentẽtia feratur.*

REM ab inſtituto noſtro minimè alienam,ſi de præſumptione in præſentia agemus,facturos arbitramur. Nam cum in probationum plenis,& veris formis explicandis hactenus ſimus immorati : nũc meritò ad præſumptionis,quæ & inter ipſas ſextũ ſibi vendicat locũ declarationem me confero. Verùm antequã iſtud aggrediar, nonnulla prius de vi, & vocis ſignificatione in mediũ afferam. Primũ igitur oĩum non eſt ignorãdũ
1 † hoc verbũ pſumere,eſſe quaſi ante ſumere. Interdũ accipitur pro audere,vel tẽtare aliquid cõtra ius;vt ferè Rom.Pontifices eo verbo vtuntur. Alexander III.ex Cõcil.Lateranẽſi,loquẽs de clericis,et monachis,ſed nec Procurationes(inquit)villarũ,aut iuriſdictiones ẽt ſeculares ſub aliqb.Principib.& ſecularib. viris, vt iuſtitiarius eius fiat,clericorũ quiſq; exercere pſumat hoc eſt,tentet,audeat.c.ſed nec. ne cler.vel monach.
2 ſecula.neg.ſe immiſce.† Nõnunq̃,præſumere,vſurpatur pro nudo facto aliqd ſumẽdi. Vnde Plin.lib.36 tradit de farina cuiuſdã lapidis in certamine bibẽdi aduerſus ebrietatẽ à potatorib. pſumẽda, Theophraſtũ
3 laudãs auctorẽ. Et apud Rhetores† præoccupare ſignificat,q̃ pſumptionẽ vocant cũ id,qd in aduerſarij cã, vel in Iudicis opinione cõtrariũ eſſe,aut fore arbitramur poccupamus dicẽdo,ac bonis rõnib.diſſoluẽdo. Quint.lib.9. Mirè verò in cauſis valet præſũptio,quæ πρόληψις dicit:cũ id,qđ obijci poteſt,occupamus,q̃ pre-
4 cipuè proœmio cõuenit:† aliqñ pro p.it.iſ, vt in l.vulgò.ff.de in lit.iuran. Vulgò pſumitur, Vlpianus inquit aliũ in litem nõ debere iurare,q̃ dñm litis. Nec omittam Val.Max.in lib.1.c.5.ſumpſiſſe pro eo qđ eſt pre-
5 ſagire,conijcere, † ſeu diuinare aliquid in dubio atq; fortuito dicto , quaſi certã ſpem clariſſimi triumphi animo præſumpſit, & c.6. præſumpſit animo ea re ſignificari exitũ ſuum. Hoc eſt,cõiecit, vaticinatus eſt. Nec præteribo, apud noſtros accipi pro coniectura;
6 aliqñ pro actu,qui fit impudenter† ac temerariè contra volũtatẽ ſuperioris,per Abb.in c.decernimus. de iudicijs.& ibi Dec.n.4 .& 43.& Fel.in c.Iudei de teſt. atq; per Alex.conſ.123.nu.17.& ſeq.in 4.vol. Poſtremò loco ſolet ẽt à iuriſcõſultis accipi ex veriſimilib.
7 argumentis,& coniecturis pro exiſtimare. Vnde† præſumptio dr̃ exiſtimatio, quæ ex veriſimilibus coniecturis ducitur,de qua in rub.de probat.& præſumpt.

De qua verbi ſignificatione in pſentia à nobis habendus eſt ſermo,q̃ ſic nonnulli deſcribunt. Præſum-
8 ptio eſt coniectura,ſeu diuinatio in rebus dubijs † collecta ex argumentis,vel indicijs per rerum circunſtãtias frequenter euenientibus , cuius definitionis inſigne exemplum eſt iudiciũ Salomon.3.reg.c.3. Quod refertur in c. 2. de præſump. Quibuſdam ſic definire
9 placuit, † quòd ſit cognitio veritatis ex circunſtantijs reſultans, vt Cald. in c.veſtra. de cohabit.cler.quem ſequitur Gram.deciſ.18. nu.21. illud inſuper addens, præſumptionem ex pluribus coniecturis, & alijs pro-
10 bationibus manare debere;† & ideò debilitari,muniri,atq; mutari,vt res ſuadebunt,quæ ipſam circunſtabunt. Specula.verò viſum eſt in tit.de præſ. §. 1. præſumptionem eſſe argumentum ad credendum vnum
11 factum,† ſurgens ex probatione alterius, & ibidẽ affert exemplũ de concubitu qui præſumitur ex cohabitatione pſonarum ſuſpectarũ.c.nec aliqua. 27.q.1. c.dixit dominus.32.q.1. & c. 3. de præſump. q̃ definitionẽ, ſeu potius declarationẽ tradidit ante eũ Tancred.in ſuo tract.de ordin.iudic.eo. tit. de præſumpt. quæ tamen à Damhoud.non probatur in ſua praxi ciuil.c.178. Vnde Goffr.aliam attulit definitionem ge-
12 neralem,inquiens, † præſumptionem eſſe alicuius facti dubij ex quodam indicio,aut plenam,aut ſemiplenam probationem. Huic aſſentiri videtur Damhoud.

in eodem ſupra allato loco,num.3. Bal. poſtremo in
13 rub.de probat.aſſeruit, præſumptionem † eſſe ratioci-
nationem ſumptum à veriſimili. Quæ nam verò iſta-
rum validior ſit,tuum lector eſto iudicium: nihil.n.à
nobis propemodum de hoc eſt laborandum , ea præ-
cipuè de cauſa moti,quod generatim ſint hæ traditæ
definitiones,& quæ nihil ad inſtitutum noſtrum per-
tineant.interim tamen illud ſcias,præſumptionem in
14 genere ſumptam eſſe minus, † quàm ſemiplenā pro-
bationē,& minus quàm indicium,& plus quàm præ-
ſumptionem,vt per Clar.in §.fi.q 20. cir. prin. in eius
15 pract.crim. Et p̄ſumptio ꝓximè veritati accedit,† ve-
riſimilitudoq; appellatur c.conſtitutis el 1.ibi. Quia
veriſimile nō vr̄.de teſta. Et veriſimilitudo, vt dicūt,
cognata eſt naturæ.c.quia veriſimile de præſ.Crauet.
conſ.61.nu.9.& naturæ p̄ſumptionis ab irrationabili
abhorret:vt tradidit Bal.in c.1.in §. ſi verò vaſſallus,
quid ſit inueſt.Soc cōſ.169.n.12,verſ.præterea , vol.2.
Quinimò præſumptio dicitur eſſe vera probatio in
16 materia , † in qua probationes præſumptiuè tantùm
fieri poſſunt,vt in filiatione,& adulterio , atq; iſtis ſi-
milib.vt per Dec.in rub.de probat.nu.17.& nu.166.
Omiſſa igitur præſumptionis in genere definitio-
ne,ad ſingularū præſumptionum formas me confero
Vnde dicendum eſt , plures à noſtris tradi ſolere ,
17 quarum omnium naturam breuiter † nunc inueſti-
gabimus.
Alia igiť eſt præſumptio naturæ,alia hominis,alia
temeraria,& leuis,alia iuris,quæ eadē eſt cum ea,quā
violentiā nuncupant,rurſus alia iuris,& de iure , quā
ēt neceſſariā appellamus;& alia ꝓbabilis;& diſcreta,
Primùm igitur omnium de præſumptione naturæ,
& quæ naturaliter ineſt homini in præſentia dicere
18 aggrediar,nec iniuria profectò.† Naturalia namque
his,quæ arte conſtāt,eſſe nobiliora,& priora, quæque
ſenſibus noſtris primò ſeſe offerāt, nulli dubium eſt ,
præſertim, cum & cauſa naturalis præferatur accidē-
tali.l.qui habet.in fi.ff.de tut.
Hæc itaq; illa eſt, quam ſecundum naturā facimus
19 † vel ordinem naturæ,vt quia bonus fuit pater,bonus
præſumitur filius,ita colligere Imperatores Arcad.&
Honor.in l quiſquis.C.ad leg.Iul.Maieſt.quodq; na-
turaliter ineſt homini,ſemper ineſſe præſumi,tradidit
gl.in c.ſi fortè.de electio.in 6.& gl.atq; Doct. in c. is,
qui fidem.de ſpōſalib. vbi hanc præſumptionem na-
20 turæ nominant. ex quo fit † patres filios ſuos amore
proſequi præſumi.& econtra : vt reſpondit Paul. in l,
iſti quidē.in fi.ff.quod met.cauſ.& not.Innoc.in cap,
cum locum.de ſponſalib.quem refert Hyppol.Marſ.
in repet.l.vnicæ.C.de rapt.virg.col.3.nu.7.& Fely. in
c.afferre . de præſumpt. Vnde ſequitur etiam vt ſi pa-
21 ter Iudici nocentem filium ſuum obtulerit,† nō præ-
ſumi exhibuiſſe , vt ſummo ſupplicio ipſum afficiat ;
vt cauit Marrianus I.C.in l.milites.la 2.§.pen.ff.de re
milit.cū iſtud maximopere naturæ repugnet ; etſi Iu-
nius ille Brutus,qui primus Reges eiecit,amore Rei-
publicæ Romanę impulſus duos filios in iudiciū ad-
duxerit,qui cōiurationis in Rempublicā Romanam
participes,Tarquinios in Regnū reſtituere volebant,
ſe patre conſule,& ſpectāte virgis cædi, & ſecuri per-
cuti iuſſerit,vt dixit Liuius in 2. ab vrb. cond. lib.
Verùm hæc omittamus tanquam à naturali pro-
penſione remota, nos vero naturam quoad eius fieri
poſſit ſequamur.
22 Hinc etiam euenit:vt ſi filium exhæredaret, † præ-
ſumatť iniuſtè exhęredare,cū naturaliter filij parenti-
bus ſint grati:vt tradidit Accurſ.in l.fi.in prin.ff.quod
met.cau.& propterea onus heredi incumbit,vt ingra
ti animi vitium filiorum probet.l. omnimodo.C. de
inoffic. teſta. Poſſem hoc in loco, quàm plurima alia
iſtius generis exempla in medium afferre : verū quia
Alc in tract.præſump.reg.1.cum omnib.ſequen.præ-
ſumptionib.in vnum redegit, & hoc onere me leua-
uit,ad illum terciicio,vbi omnia ferè,quę ad natura-
lem præſumptionem pertinent,accommodatè,& ſa
tis luculenter congeſta repenes, quocirca hic nō im-
morabor,vt naturalis præſumptionis naturā explicē.
Ad hominis igitur præſumptionem me accingo,
23 quæ à iure multis cōſideratur modis. Et illa eſt,† quæ
in iure non eſt expreſſa,ſed iudici committitur,vt in-
ſpiciat,quid ſibi videatur , & an aliquam fidē faciat,
iuxta l. minor viginti quinque annis adito præſide.ff.
de minorib.& l.verum.ff.de donat. inter vir. & vxor.
& l.ob carmen.§.ſi teſtes.ff.de teſti.& ita ſenſit Bal.in
l.ſiue poſſideris.nu.6.C.de probano.
Illa etiam eſſe ſolet , cum ius de homine quid præ-
24 ſumit:vt eſt † quando homo non præſumitur iactare
ſuum.l.Campanus.ff.de oper.libert.l.cum de indebi-
to.ff.de probationib.in fi.Item in dubio quilibet præ
25 ſumitur bonus,† & nō malus,c.dudum. de præſump.
l.meritò,ff.pro ſocio.l.ſeruos. de mancip. l. iuſiurandi.C.de probationib.& gloſſ.in cap. 1.de ſcrutin. ſed,
& iſta præſumptio etiam ipſa poteſt dici præſumptio
naturæ:quia naturaliter quilibet eſt bonus , ſecundū
Accur.in l.fi.ff.quod met.cauſ.Soc.in conſ.1 : .omni-
potens Deus adſit,viſis.col.5.lib.1.Marſil. in l. 1. nu.
67.C.de ſiccar. vbi alleg.concord.& Ang.in l. ſcien-
dum.in fi. ff. de verb oblig.
Hanc tamen præſumptionem dicas locum ſibi nō
26 vendicare,quando ageretur de præiudicio tertij,† nā
tunc in alterius præiudicium nō debet quis præſumi
bonus,glō.eſt in c. ſtatutum.§.cum verò. verſ. ab ali-
quò de reſcrip. in 6. & dixit Fel. in c. cum in iure, in
col.1.de offi.de leg.& latius infrà in cōcluſio. Bonus.
Præſumptionū tertia ſpecies illa eſt , quæ temera-
ria vocatur,eamq; eſſe arbitramur, quæ deſcendit ex
27 malis,† & maleuolis hominibus , quæq; etiam leui-
bus ex cauſis oritur, atq; puerilibus , vt ſi quis aliquē
cum muliere colloquentem inſpiciat , ſtatim præſu-
mat,malitioſè eam alloqui . Atque etiam ſi quis ali-
quam egregiam,mulierem , & venuſtam videat præ-
ter conſuetudinem precioſioribus, ac ſplēdidioribus
vti indumentis,ac vltra morem monilibus , annulis,
gēmis, & iſtiuſmodi ornatiorem eſſe, & præſumat il-
la ſibi furto,cōcubitu , aut alio turpi quæſtu cōparaſ-
ſe,temerariè præſumat:vt dixit Damhoud.in ſua pra-
23 xi.ciuil.c.178.nu.8. oēs enim iſtæ, † & iſtis ſimiles p̄-
ſumptiones temerariæ,leues,inualidæ,& nullius mo-
menti dicuntur,ac à iure repelluntur, nec permouere
debent animum iudicantis,vt c.1.12.q.1.& c. oues.6.
q.1.c.ſi quis verò 86.diſt. & c.licet Heſi.de Simon. in
29 dubio enim † debemus interpretari meliorem partē:
vt c,eſtote.extr.de reg.iur.& in dubijs dubius animus
ſemper pie ſentit, & opinatur, iuxta illud D. Pauli 1.
Corinth.13.Chriſtiana charitas benigna eſt,nō æmu-
30 latur,non cogitat malum,&c. Hinc eſt , † vt nunquā
in dubio capiatur præſumptio delicti.l.meritò.ff. pro
ſocio,& conſilium , quod in vtranque partem poteſt
accipi,in æquiorem debeat ſumi , ſecundum Iaſ. in l.
1. in 6. col. C. de ſer. fugi. & latè per Alciat. in tract.
præſump.reg.3.præſum.1.& quoniam quilibet Iudex
hanc præſumptionis ſpeciem à ſe repellere,& pro ni-
hilo ipſam ducere debet. Idcirco nos ēt hic eam re-
pellemus, & de ea agere vlterius non proſequemur.
Iuris præſumptio illa vocatur, quando lex aliquid
31 de aliquo præſumit, † & ex hac præſumptione vltra
ſeſe non proferens,eadem lex aliquid ſancit;vt caue-
re Imperatores Maximianus, & Diocletianus in l.ſi-
ue poſsideris.C.de probat.& Alex.Imper.in l. 1.C.ad
exhib.& I.C.Pompon.in l.Quintus Mutius.ff.de do-
nat.inter vir.& vxor.& I.C.in l.pactum. ff. de pactis,
32 & an † contra iſtam præſumptionem iuris admitta-
tur probatio in contrarium. Bart.id docere poterit in
d.l.ſiue poſsideris,& idem Bart.in l.ſciendū.ff.de ver-
bo.oblig.& Abb.in c.is qui.de ſponſalib.Hęc eadem
illa eſt,quę nonnunquam violenta præſumptio ſolet
appel-

33 appellari,† quæ ex veriſimili, & efficaci probatione
dimanat.
Definitionis huius pſumptionis auctor eſt Alc. in
3. part. ſui tract. præſumptio. aſſerens, probabilem eſſe
34 coniecturam ex certo ſigno prouenientem,† quę alio
non adducto pro veritate habetur. Nec à doctiſsimo
Alciato in definitione primo loco temerè fuit dictũ,
eſſe probabilem cõiecturã. Diſpiciebat etenim vir il-
35 le omnem legis præſumptionẽ ſuper veriſimili † eſſe
innixã. c. quia veriſimile de præſumptio. & ꝑpenderat
legũ præſumptiones non aptari niſi ſuper veriſimili-
bus: vt ex notatis per Bal. in l. fin. per illum contex. in
vlt. notab. in 2. oppoſ. C. de hæred. inſt. & illam pręſũ-
36 ptionẽ quæ ſit veriſimilior, † efficaciorẽ eſſe à Gor-
diano Imperatore vna cum Bal. ſanciuũ cognouerat
in l. 2. C. ad leg. Corn. de ſicar. Hinc fit vt apertiſsimè
conſtet, quãtum fictio à præſumptione differt. Fictio
nãque falſo, præſumptio veritati innititur, vt fuit Ac-
curſ. ſentẽtia in l. vnica, § accidit C. de rei vxor. actio.
cũ alijs allatis per Ioan. Nicol. in addit. ad Alc. d. tra-
cta. pręſump. in prima parte circa princ. nu. 2. & à no-
bis infra dicetur in c. de fictione. Neque ociosè ver-
bum, coniectura, ab eodem fuit additũ, vt collocaret
37 diſcrimen inter probationem: † nam præſumptio nõ
eſt propriè probatio. l. Lucius, vbi Dyn. & Bart. ff. de
condit. & demonſtra. Huc pertinet illud, nam quãdo
iſta iuris præſumptio eſt pro aliquo, ipſo ꝓbãdi one-
re leuato illud in aduerſariũ transfert: vt per Bar. in l.
in illa in fi. ff. de verbo. oblig. & ad hoc tẽdit. l. ab ea.
ff. de probat. & ſic non eſt propriè probatio, ſed (vt di-
xi) releuatio probandi. Prætereà, quando iſta pſum-
38 ptio ſtat pro aliquo, † pars aduerſa, quæ contrarium
probare velit, duriore probatione grauatur. adeò vt
probationes efficaciores requirãtur, nec ſit locus de-
lationi iuramenti in ſupplementum ꝓbationis, ſi ſe-
miplenè probatum eſſet per vnum teſte, vel alio mo-
do; vt ex multis collectis per Ioan. Nicol. in additio.
ad Alc. in 3. par. vbi ſup. nu. 3. & diximus ſupra in ſpe-
cie per iuramentum. Vnde ex his dicendum videtur,
iſtam iuris præſumptionem nõ dici probationẽ, imo
eſſe diuerſam: vt ait Alex. in l. 1. C. de teſtam. milit.
Contrariam tamen ſequimur eſt ſententiam Alc.
in d. 3. par. ſui tract. præſump. ſub nu. 4. circa fi. Cum
39 inquit, † actus præceptus à iure eo ipſo probatus di-
catur, quòd non probetur contrarium; affert ad hoc
Accurſ. doctrinam in l. 2. C. de error. calc. & Accurſ.
in l. ſi creditor C. de pignor. act. cum alijs ibi per eum
allatis, ibique reſpondet idem Alc. ad dictã l. Lucius
in oppoſitum adductam.
Sed, vt Alciati opinionem confirmemus, primò ꝓ
ipſa facit: cũ pares caſus illos lex æquet vel quod qs
40 probet, † vel quod habet præſumptionem iuris ꝓ ſe,
quia iſtiuſmodi præſũptio dicitur liquidiſsima ꝓba-
tio. l. licèt Imper. & ibi Alex. & Iaſ. ff. de leg. 1. glo. in
l. ſi tutor petitus. C. de peric. tutor. cum multis allatis
per Hypp. de Marſil. in rub. C. de prob. nu. 133. ver. re-
ſtat videre de alia ſpecie ꝓbationis. Deindè Alc. ſen-
tentiam cõfirmare videtur doctrina, q̃ prodidit Bal.
41 in d. l. ſi tutor, † vbi ad victoriam conſequendã liqui-
diſsimæ probationes requiruntur, ſatis eſſe probare ꝑ
præſumptiones à iure inductas, cui aſſentitur Felyn.
in Rub. de prob. col. 1. quinimo iſta legis præſumptio
42 ſufficit † vbi lex requirit probationem per inſtrum. l.
quæcunque iuncta. l. 1. C. de apoc. publ. lib. 10. quam
notauit ad hoc Bal. in l. 1. C. de fideicommiſ. & l. 1. §.
1. C. de rei vxor. actio. & Moder. in l. pactũ, quod do-
tali. C. de pact. & idem ſequitur Alex. in conſ. 126. nu.
6. refert Alcia. vbi ſupra, vbi ait, idem etiam procede-
re ſi ſtatutum requireret liquidiſſimas probationes,
& ad hoc affert. l. 2. & ibi Fulg. & cæter. C. de teſtam.
43 milit. † ibique tradidit iſtam præſumptionẽ in mate-
ria pœnali, & correctoria, adducit Bar. & Alex. in l. 1.
ff. de leg. Poſtremo ad huius opinionis confirmatio-
nem ſpectat illud, Iudicem ex iſta iuris ſiue violenta
44 præſumptione † poſſe liberare, condemnare. & pro-
nunciare, vbi habetur in c. dixit dominus. 32. q. 1. &
in l. filiũ. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris, & in c. li-
teris, de præſũp. & non ſolũ ſatis eſt hęc præſumptio,
vbi agitur de impugnando aliquid. vt ſcripſit Paul.
45 Caſtr. in conſ. 281. in cauſa iſta col. 1. † verum etiam
delictum probare poteſt, vt cauit Bald. in conſ. 364. 5.
q. lib. 3. licet enim non eſſet verum, vt quis capitali-
ter puniretur vt reſp. Old. conſ. 197. viſo diligenter,
quibus aſſentitur Crau. in conſ. 6. nu. 42.
Cæterùm, vt iſtorum iuris interpretum lites à no-
bis tandem dirimantur, atque iſtæ inter ſe pugnantes
opiniones concilientur, ſic ſtatuendum arbitramur,
hanc de qua loquimur iuris pręſumptionem illis ca-
46 ſibus proprię probationem eſſe in quibus veræ, † &
ſatis manifeſtę probationes haberi non poſſunt: in
his etenim ſufficiunt præſumptiones, & verarũ pro-
bationum locum obtinẽt. vt ex caſu per Viuium no-
tato videre eſt in ſuis communib. opin. verb. iuramẽ-
tum neceſſariò, circa fi. in hoc nanq; caſu talis præ-
ſumptio non tantùm probatio nuncupatur, ſed etiam
liquidiſſima vocatur: vt conſtat ex allatis per Iacob.
Nouell. in 2. Tomo ad reg. Duen. reg. 60.
Huic verò repugnans opinio in illis præſumptio-
nibus vera dignoſcitur, quæ in iudicis arbitrio ſunt
poſitæ, per ea, quę dicit Rol. à Val. de luc. do. q. 76. nu.
21. & ex adductis ibi per eundem.
47 Sed vtcunq; res ſit contra hanc pręſumptionẽ† ꝓ-
bationem in contrarium admitti Spec. prodidit in ti-
tulo de pręſump. § ſpecies. ſub nu. 4. verſ. nam contra.
& c. propoſuiſti. de probatio. Vel illud ſaltem dicas
in parui momenti criminibus, non autem in grauiſſi-
mis probationem inducere, vt per eundem Spec. vbi
ſup. nu. 5. verſ. aliàs autem quantumcunque.
Quarta pręſumptionum ſpecie explicata, ad quin-
tam me accingo: quæ illa eſt, quàm noſtri præſũptio-
nem iuris, & de iure nominare ſolent, quam interdũ
etiam neceſſariam appellãt, nec ſine cauſa profecto
48 id nomen fuit ipſi impoſitum. † Dicitur enim iuris
præſumptio quia à lege introducta fuit, de iure verò,
quia ſuper hac præſumptione lex firmum ſancit ius,
& eam pro veritate habet. vt ex exemplis notatis per
Spec. vbi ſup. d. §. ſpecies. nu. 5. verſ. neceſſario, & eam
probationem affert, vt etiam Iudicem ſecũdum eam
49 pronunciare permouere poſſit† adeò vt etiã vno cõ-
ſenſu à noſtris ſit traditum contra talem pręſumptio-
nẽ non debere admitti probationem in contrarium,
vt l. antiquę C. ad Vele. l. fi. C. ad Maced. l. à diuo Pio.
§. ſi pignora. ff. de re iud. & Spec. & Damhoud. vbi ſu-
pra & Alc. in d. ſuo tract. 2. par. nu. 4. & ibi in addit. ad
eundem, & hanc cõcluſionem pro regula ponit Soc.
in fal. in reg. 384. incip. Probatio in contrarium. Ex
50 quo fit, vt hanc pro ſe præſumptionem habens † ali-
ter probare nõ obligetur, ſed lex ipſa ſatis probatio-
nem faciat ſicut inquit Iac. Nouel. in reg. 160. Quòd
etiam locum ſibi vendicat, ſi is neget id, vnde tota lis
pendet dummodo ſuper eo, quod negat, ſit hæc iuris,
& de iure pręſumptio: hoc etenim caſu etiam ſi pro
negante ſit illa tantũ præſũptio, ꝓ & affirmante poſ-
ſeſſio, cum iſtam præſumptionem habebit onere aliter
probãdi leuabitur, & aduerſario grauius probationis
onus incumbet. vt ex allatis per Herculanum, in ſuo
tract. de proband. negat. num. 4.
Verùm limites illud, quod diximus præſumptionẽ
iuris, & de iure nõ recipere ꝓbationem in contrariũ,
non procedere in ꝓbatione, quæ prouenit ex proba-
51 tione partis aduerſæ † tunc. n. probatio per confeſſio-
nem admittitur contra pręſumptionẽ iuris, & de iure,
vt per Lanfr. de Orian. in ſuo tract. de confeſſ. in prin.
cum ibi adductis per eum, & per Iaſ. in l. cum te num.
7. C. de tranſ. & dixi ſupra in ſpecie per confeſsionẽ,
voluit ẽt Corn. conſ. 39. col. fi. vol. 4. lit. G. & ſequitur
Iaco.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Iacob.Nouell.in d.reg.160.prima fallen.& ante eum
Dec.in rub.de probat.nu.160. & 161.
Hanc tamen declares limitationem tantùm verā
eſſe, ſi huiuſmodi cōfeſſio in iudicio facta fuerit, ſed
ſecus eſt ſi extra iudicium, & poſteà probare vellem
per teſtes te. extra iudicium aliquid confeſſum eſſe
52 † tunc. n. non admittit talis confeſſio, nec probatio
contra iſtiuſmodi præſumptionē,vt ſentit Alc. vbi ſu
pra nu.7.quo in loco ſcripſit & idem ſenſiſſe Iaco. de
Puteo in l.qui Romæ, §.duo fratres, in prin. gl.omagne,ff.de verb.obli.& ſubiunxit ita intelligendū eſſe,
ꝙ tradidit Fely.cū multis concord.in d.c.qm contra.
& Iaſ.in repet.l. admonendi, col.14. ff.de iureiur. vbi
53 iſti iuris interpretes in vniuerſum tradunt † cōtra ſententiā, quæ trāſit in rem iudicatā admitti probationē
per confeſſionē partis, ꝙ iuxta eundem Alcia. debet
intelligi,ſi pars in iudicio hoc fuerit faſſa, & non aliter,ſed ipſum adeas Alcia.in eodē loco,vbi multis rationibus firmiſſimis hanc intelligentiam confirmat.
Secundo loco eadem limitatio eſt intelligenda, vt
54 in his ſibi locum vendicet,† quę à partis conſenſu pēdent,ſecus verò ſi ſimus in ea materia,in qua lex eius
conſenſum nō perpendat,vt in matrimonio,per eūd.
Alc. vbi ſupra num.9.in fi.adducit ad hoc cap. ſuper
eod.extr.de eo, qui cogno. conſang.vxo. per Abb. &
alios in c.is,qui fidem. de ſponſalibus, & Fely.in cap.
4.extr. de præſumpt.
Præterea reſtringas in probatione, quæ conſtat ex
55 rei euidentia, † & ex notorio: hæc etenim probatio
ex notorio contra huiuſmodi præſumptionē iuris, &
de iure admittitur, vt ex his cōſtare poteſt, quæ ſupra
attulimus in ſpecie, per euidētiam facti, & conſuluit
Rom.conſ.370.col.8. cum allatis per Fely. in d.ca.4.
extr. de præſumpt. ſublata namq; qualibet in contra-
56 tium probatione † nunquam tñ illi derogatum cēſetur, quæ fit per euidentiā rei, vt ex adductis per Alci.
in d.tract.de præſump.verſ. videndum eſt nunc.num.
16.cum additio, ibi ad eundem. Huic rei confine eſt,
ꝙ præſumptio,quæ oritur ex ſententia,& re iudicata,
57 rec.pit † probationem in aduerſum per inſpectionē
actorū,vt ex adductis per Iacob. Nouell.in reg. 160.
in ſecūda ampliatione,& inſpicias,quę Soc.animaduertit in reg.484.in 7.fallent.
Sed hæc ſecunda limitatio eſt declaranda, vt procedat, qñ illud notorium, quod appellant aſſereretur
in actis,alioq nullius eſſet momenti,vt ſcripſit Alex.
in l.vnic.C.vt quæ deſ.aduo.in conſ.115.col.pen.vol.
4.& ſecundum Alc.vbi ſupra,facit ad hoc l.ſi adulterii §.idem Polhoni.ff.ad leg.Iul. de adult. ad id etiā
58 pertinet illud † nam licet, quod notorijs deeſt, Iudex
perficere poſſit, hoc tñ notorium debet allegari, vt
Tiraquel.in tract.de præſcrip.§.1.glo.2.fol.9.vnde &
illud addidit,huiuſmodi notorij allegationem poſſe
59 fieri & poſt concluſionem † in cauſa,iuxta Do.Ant.
in c.peruenit.de emp. & vend.& Affli.in conſtitutione Siciliæ,incip.iuſtitiarijs.col.4.verſ.item quærit.
Hæc ipſum ſubintelligas tantùm habere locum in
notorio facti, ſed ſecus ſi huiuſmodi notoriū oriatur
60 ex iure, ſiue ex facto iuris, † tūc enim notorium iſtud
non eſt allegandum, namque Iudex ex officio ſuo ſu
per illo, quid ſentiat abſq; eius allegatione proferet,
vt per tex.ſingularem. in c. Raynut. extra de teſtam.
& ibi Imol.& Abb.idemq; Abb.in c.adferte. de præſumpt.& Bald.in d.l.1.C.vt quæ deſ.aduoc.Fely. etiā
in cap.ad hoc.col.2. de appellat. quos Tiraq.adducit
vna cum alijs vbi ſupra fol.11.
Deindè ſubintelligas, vt ſi notorium facti à parte
61 non producatur † Iudicem tamen poſſe ſupplere, ꝙ
reſpondit Roman. conſ.227.in fi. licèt ab hac remotam Alex.fuerit ſententiam ſequutus.in d.l.vnica.C.
vt quæ deſunt aduoc. part.
Declares poſteà iuxta Alciati ſententiā. in d.verſi.
videndū eſt nunc,nu.17.hoc eſt, vt procedat in notorio illud facti permanētis,vt loquit Rom. d.cōſ.450.
62 aliter verò eſt † ſi notorium illud facti non eſſet permanētis,ſed deberet probari hoc namq; caſu lex reijcit huiuſmodi probationem à tali præſumptione, vt
patet ex allato per Alc.exēplo, eodē quo ſupra loco.
Tertiā limitationem ad eandem concluſionē ſubnectam. Etenim parte nihil opponente contra hanc
63 præſumptionē † probatio recipietur. Vnde ſi ſententia tranſierit in rem iudicatā parteq; nihil opponēte,
victus iniuſtè latam ſnīam probauerit illa ſententia
reijcitur ſecundum Inno.in c. fraternitatis extr.de frigid.& malef.& Doct. in c.cū dilecta ext.de reſcri. cū
alijs per Fel.allatis.in d.c.4. & per Iaſ.in l.patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui.& Alex.conſ.77.Redēptoris,
col.vlt.vol.2.& Lud. Rom.conſ.215. Duo ſunt.nu.5.
64 huius ratio eſt ſecundū Alc.vbi ſupra,† qa pars, quæ
non oppoſuit vr renunciare fauori ſuo & tacitè conſentire,vt c.2.de accuſat.in 6.per Bar. in l,1.in vlt.notab. C. de dilat. quæ tacita confeſſio ſibi præiudicat,
vt & tenet Alex.in d.l.iudex poſtquam.ff.de re iud.
Quartò limite eadem concluſio eſt circunſcriben-
65 da, vt non habeat locum, † quando probatio contra
hanc præſumptionem fieret per iter indirectum: vt
gl.in clem.1.in verb.feciſſe narratmus, cum alijs allegatis per Alc. vbi ſupra num.13. vbi vltra alios huius
limitationis rationem reddit, & in addit.ad eundem
multa tradita ſunt, quæ huc ſpectant, quæ omnia per
teipſum videas.
Hinc quinta limitatio ſequitur, vt non procedat,
antequam ſententia feratur prætextu iſtius præſum-
66 ptionis: † nam tunc temporis in contrarium accipitur probatio,ſecundum Felyn.in d.c.4. allegans glo.
quam not.Dom.in c.ordinarij,in prin. verſ.libere,de
offic.ord.in 6.ſed ſi Alciato credendum eſt, hæc limitatio falſitatem olet,vbi ſupra,nu.18.vbi ait,eſſe contra tex.in l.ſi.C.ad Macedon.& l.ſi.C.de arb.& l.antiquæ. C. ad Velle. & contra omnium mentem, vt ex
adductis ibi per eum videre eſt.
Subijcias iſti ſextam limitationem: nam quamuis
contra talem præſumptionem probatio non recipia-
67 tur † reſtitutio tamen in integrum, ſi iuſta cauſa ſubſit,admittitur: vt animaduertit Alcia.in d.tractat.de
præſ.2. par.nu.19. faciunt ad hoc notata per Socy. in
fallen.385.verb.probato termino.in 1.limita.
Et ſeptimam annectemus; admittitur. n. probatio
68 per proteſtationem, quæ actum præceſſerit, † vel interceſſerit in ipſo actu: vt gl.in c.vidua.ext. de regula.
vt præſumptio eſt, vt nouitia, quæ profeſſarum habitum induerit,vel ſe in actibus ad eas attinentib.ingeſſerit, ſit profeſſa, niſi proteſtatio præceſſerit: vt ea.is
qui fidem,ext.de ſponſ.& ibi But. & Card. Alex. Hic
verò limitationem dilates, vt per Alciat. vbi ſupra,
ſub nu.20.verſ. & iſtud procedit etiam.
Sed hanc candē ſublimites non procedere,vbi per
69 præſumptionem iuris,& de iure † tollitur crimē: vt ſi
duo inter ſe ſponſalia contrahant in futurū,concubitu ſequuto ſponſalia tranſeunt in matrimonium præſumptum præſumptione iuris,& de iure: nō igitur in
contrariū probatio admittetur. d.c.is qui fidem. & c.
veniens.il 2.de ſponſ.& licet ſponſi proteſtentur,& ſi
ſequuto concubitu,eius non eſſe voluntatis,vt in matrimonium ſponſalia tranſeant, nec cōtrahere velle
matrimonium, hæc tñ proteſtatio inanis eſt, nihilq;
prodeſt nec releuat, nec huic præſumptioni derogat
iuris,& de iure,quæ ex ipſo concubitu oritur. & ratio
eſt,cur huiuſmodi proteſtatio reijciatur, quia eſt turpis,& fornicationis crimen inducit, non igitur mirū
eſt,ſi nihil deroget præſumptioni iuris, & de iure fauore matrimonij, & vt ſubterfugiatur crimen introducta; vt Panor.& Præpoſit.in gl.c.per tuas, de condit.appoſ. & latiſſimè in d.c. veniens il 2. de ſponſ.&
ibidem Prępoſit.& Iaſ.poſt alios in l.non ſolū.§.morte.col.8.verſ.3.concl. Bar.de oper.nou.nunc.

Hodie

Hodie tñ ex Sacri Concilij Tridẽtini decretis c.1.
ſeſs. 24. de reform. matrim. omnes iſtæ ceſſant præ-
70 ſumptiones, cum in eo loco cautum ſit † omnia ma-
trimonia irrita, & nulla habenda eſſe, quæ aliter quã
p̃ſente Parocho, vel alio Sacerdote ex ipſius Parochi;
vel ordinarij permiſſione, & duobus, vel tribus præ-
ſentibus cõtracta reperiuntur, & Illuſtriſs. Cardinales
ad declarationem eiuſdem Sac. Concil. Trident pr
71 poſiti ſciuerunt in pluribus deciſionib. † hodie ſpon-
ſalia de futuro non tranſire in matrimonium, etiam
ſubſequuto concubitu, in cæteris verò rata, ac firma
permanere: vt ante Tridẽtina decreta inueniebãtur.
Octauam adijciam, quam nec Alciat. tetigit, ſi cõ-
72 tra talem præſumptionem † deducatur inſtrumen-
tum publicum, vt gloſ. in cap. ordinarij. de offic. ord.
lib. 6. iuxta Soc. in d. ſua reg. 384. probatio in contra-
rium. in 2. fallen.
73 Præterea propter honeſtatem perſonæ limites, † nã
tunc poteſt admitti probatio cõtra iuris præſumptio-
nem, & de iure, vt in ea facti contingentia, in qua
conſuluit Dec. in conſ. 575. col. 2. in princ. nu. 6. quem
refert, & ſequitur Alba. in conſ. 95. num. 9.
74 Vltimo loco reſtringas non procedere † vbicunque
publica vtilitas ageretur: vt eſt ſing. doctr. Iac. Butr.
in l. ſiue poſſideris. C. de proba. ſicut refert, & ſequi-
tur Soc. d. reg. 384. in 6. fall.
Cæterum has oẽs allatas de p̃ſumptione iuris, &
de iure limitationes, extendas, & amplies ſibi locum
non vendicare, etiã ſi ſtatuto caueretur, vt ꝓbationes
75 reiicerentur, † non. n. tolleret probationẽ, quæ admit-
titur contra præſumptionẽ iuris, & de iure, ſicut ſunt
caſus notati ſupra in dictis limitationibus, vt ex con-
geſtis per Tiraq. in tract. de retrac. §. 4. gl. 1. nu. 19 Ve-
lim. tñ, vt diligenter obſerues ad illud ꝙ ſup. de præ-
ſump. dixi: hoc eſt præſumptionem violantam, vel
neceſſariam ſatis eſſe ad liberandũ, & condemnãdũ,
& ꝓnunciandum; vt ex iuribus ſupra allatis, iſtud in-
76 quam non procedere † vbicunq; lex aut ſtatutũ pro-
bationes apertiſſimas requireret: tunc etenim ꝑ plu-
res idoneos teſtes, vel per confeſſionẽ aduerſarij, vel
per inſtrumenta eſt facienda probatio, vt notabiliter
animaduertit Accu, in l. fi. in prin. ff. ꝙ me cau. quem
communiter ſequuntur cæteri in c. pia. de excep. lib. 6.
nec præſumptiones, quas ius ciuile recipit, ſufficerẽt,
77 quæ alias pro legitimis ꝓbationibus haberentur, † hu
iuſrei ratio eſt, quia cum cõditione appoſita vera ꝓ-
batio nominatur, & concludens probatio requiritur,
tunc nullo modo p̃ſumptiua ꝓbatio recipitur. l. Lu-
cius. vbi Dynus, & Bar. per illũ text. ff. de cond. & de-
mõſtra. Dec. in rub. extr. de proba. col. 14. verſ. 3. ſi fiat
mentio. & col. 16. retenta prædicta, vt Viuius refert in
ſuis cõmunibus opinionibus. verb. iuramentũ neceſ-
ſario. Quo in loco hanc opinionem communem re-
ſtringit, non procedere in caſibus, in quibus verę, &
concludentes probationes haberi non poſſunt, vt ex
congeſtis per eundem vbi ſupra.
78 Nec illud ſilentio præteribo † huiuſmodi præſum-
ptionibus non eſſe ſtandum in illis cauſis, in quibus
agitur de capite: in iſtis etenim requirunt̃ probatio-
nes meridiana luce clariores l. ſciant cuncti. C. de ꝓb.
l. inde Neratius ff. ad leg. Aquil. cum not. per Iacob.
Nouel. in reg. 162. in tertia fallent. & in terminis. Spe
cul. titul. de præſump. §. ſpecies. ſub nu. 7.
79 Quinimo etiam in ciuilibus † iudex anteq̃ ex iſtis
præſumptionibus motus vllam ferat ſententiam, oĩa
prius experiri cõſilio debet, cunctaq; circũſpectione
acurata inueſtigare, atq; ad rei, quã actoris cauſã ma-
gis reſpicere debet, ipſique fauere, vt monuit Dom-
80 haud. d. c. 178. ſuæ praxi ciuil. in ti. † & præcipuè in
criminalib. vt Spe. tit. de pręſump. §. ſpecies. nu. 6. verſ.
in ſumma nota, vt in exemplo per eundem allato.
l. rationem cũ ẽt Philipi (vt opinior) Macedonis exẽ-
81 plo ipſi reo † quam actori ſuffragari debeat, qui cum
altera aure occluſa accuſatorem audiret, interroga-
tus, cur id faceret, dixit ſe, eam ſeruare integram reo.
Vnde ad vltimam præſumptionem, quæ à noſtris
ꝓbabilis dicitur, explicandã accedo, illaq; dicit̃, quæ
82 eſt Iudicis, hoc eſt † quam Iudex ex ſignis, & indicijs
colligit: ſurgit enim hæc ex aliquibus ſuſpicionibus,
vt qñ reus poſt peremptorias exceptiones allatas, ꝓ-
ponit dilatorias. Iudex. n. tunc præſumet, atq; conij-
ciet, id ipſum agere, vt aduerſa parti negociũ faceſſat,
vtque calumnietur. Atq; ſi quid aliquãdo fuit patris,
præſumit̃, & in præſentia hæredis eſſe, vel e cõtra, vel
ſi Petrus hanc rem, quæ prius Ioannis erat, non poſſi-
det, ergo præſumitur Petrus hæres, vel filius Ioannis;
83 vt per, Domhauder. d. c. 178. num. 10. † Et huic præ-
ſumptioni ſtandum eſt, donec contrarium probetur,
& contra hanc probatio admittitur. cap. ſup. hoc. de
renunc. & cap. præſentiam. 7. quæſt. 1. tantum ſemi-
plenam probationem facit, quod ſi teſtis vnus; vel
alia ſimilis addatur præſump. tunc plenè probabit,
vt c. item in criminali. verſ. ſæpe 4. q. 3.
Hæc verò præſumptio minimum impellit Iudicẽ,
84 vt ei † pro quo præſumptio eſt deferat iuramentum,
& ſententia feratur: vt l. in bonæ fidei. C. de reb. cred.
l. admonendi ff. de iureiur. c. ex inſinuatione. de pro-
curat. & c. ſicut conſuetudo. de probat.
Et hæc de præſumptione breuiter attigiſſe ſit ſatis.

QVÆSTIO XI.

De ſemiplena probatione.

SVMMARIVM.

1 *Probationis ſemiplenæ deſinitio.*
2 *Teſtis idoneus, & habilis ſemiplenæ tantùm probat.*
3 *Teſtes duo idonei, & omni exceptione maiores plenam probationem faciunt.*
4 *Iudex deferre poteſt iuramentum, per ſuplementum ſemiplenæ probationis.*
5 *Teſtis vnius dictum facit ſuſpectas tabulas teſtamenti, ſed non plenè euertit.*
6 *Fama adijcit fidem teſtimonio vnius, modo non inconſtans ſit, nec improbis auctoribus; vel etiã ignotis exorta.*
7 *Rumor, ſiue fama ſæpe fallax eſt.*
8 *Probatio ſemiplena quomodo reſultet ex vno teſte in tantum, quod poſſit deferri iuramentum ſuplettorium probationis, vide remiſſiuè.*
9 *Teſtis vnius ſemiplena probatio tantùm efficit, vt præſumptionem faciat, per quam in aduerſarium probatio trãsferatur.*
10 *Teſtis vni, quod fides adhibeatur, etiam contra feneratorem, nec per ſtatutum, aut conſuetudinem ſanciri poteſt.*
11 *Teſti vnico etiam Cardinali non eſt fides adhibenda.*
12 *Teſti ſolo ſtandum, ſi ita conuentum fuit inter partes.*
13 *Teſti vni creditur propter teſtatoris auctoritatem, ſi teſtator mandat, vt ipſi credatur.*
14 *Teſtis vnius depoſitio probat, quando nemini nocet, alteri prodeſt.*
15 *Atteſtationi vnius ſtatur, quando ipſe de re ſua teſtatur. Magiſtratui credit̃ in his, q̃ ad munus ſuũ attinẽt. ibid.*
16 *Teſtis etiam infamia notatus, vel ſit alioqui inhabilis, ſi de re ſua deponat, probat.*
17 *Teſtis vnius probatio ſatis eſt in cauſis poſſeſſorij, quæ nullius ſint ponderis.*
18 *Aſſertioni vnius teſtis fides adhibet̃ in reb. arduis, in quibus nullo modo fieri poteſt, vt plures teſtes haberi poſſint.*
19 *Teſtis vnius probat in cauſis, quæ breuiter, & ſummariè abſoluuntur, & dirimuntur.*
20 *Teſtis valdè dignus probat.*
21 *Fama regulariter non facit plenam probationem.*
22 *Probationis ſemiplenę natura, q̃ ꝑ famã ſit, vide remiſſiuè.*

CVM

Digitized by Google

CVM omnia, quæ ad plenam probationem
cognoſcendam, per ſex ipſius formarum ex
plicationem allatā, neceſſaria putauimus,
abundè, (vt arbitror,) vt rei neceſſitas poſtu
labat hucuſque declarata ſint. altera iā inſtat tracta-
tio, nec iniucunda, vt de ſemiplena, vt noſtri dicunt,
probatione apertius, & breuius quoad fieri poſſit diſ-
ſeramus: Hactenus enim in illo ſatis amæno, & ſpa-
tioſo verſiculorum florum, & plenorū viridario ſpa-
tiati ſumus, nunc vero nos non pigeat in hoc ſtacci-
dorum florum hortulo aliquantiſper immorari.

Idcirco non eſt ignorandum, probationē ſemiple-
1 nam eam eſſe † per q̄ rei geſtæ fides aliqua fit iudici:
non tñ tanta: vt iudex debeat in pronuncianda ſentē
tia eam ſequi; vt per Oldend. in ſuo breui compēdio
locorum communium, in verb. probario ſemiplena.

Ex cuius ſemiplenæ probationis hortulo quattuor
minorum, & pallidorū florum genera decerpere po-
2 terimus. Primum quorum erit teſtis † idoneus, & ha-
bilis: hūc etenim ſemiplenè tñ probare ſanxit Imp.
Conſtant. in l. iuſiur. C. de teſtib. & Paul. in l. 1. in fin.
ff. quemad. teſt. aper. & Alex. III. ſum. Pont. in c. ve-
* niens, & in c. licet, de teſt. & iſtud fore * communiter
receptum eſt teſtatus Cur. in l. admo. nu. 187. ff. de iu-
reiur. vbi ponit hanc concluſ. pro reg. marmorea.

3 Huius ratio eſt, nam ſi duo teſtes idonei, † & omni
exceptione maiores plenam probationem faciunt,
vnus igitur tñ ſemiplenè probabit, ſic colligebat Ac
cu. in l. 3. in verb. decidi oportet, circa med. C. de reb.
cred. & dixit Curt. in l. admonēdi. n. 187. ff. de iureiu.

Quamobrem iudex, qui ſingula quæ cauſas circū-
ſtant, diſpicit ſi nihil refragari viderit pōt deferre iu-
4 ramētum ei † pro quo eſt quaſi probatio, id quod vo-
cant ſupplementum ſemiplenæ probationis. Vlp. in
l. ſi duo in prin. ff. de iureiu. Multum tñ (inquit) fidei,
& auctoritatis apud iudicem patronum habiturum,
cui magis ſolùm patronū ſe probaret, q̃ libertus iu-
5 raſſ t alienum patronum non eſſe † ſic vnius teſtis di
ctum facit ſuſpectas tabulas teſtamenti. ſed nō plenè
euertit Paul. in l. 1. in fin. ff. quemad. teſta. aper. ſi quis
(inquit) ſe neget ſigillum ſuum agnoſcere: non ideò
quidem minus aperiuntur, licet alias ſuſpectæ fient.

Sicut autem iuramentum litigatoris confirmat te-
6 ſtimonium vnius † ita fama adiicit fidem, modo nō
inconſtans ſit, nec improbis auctoribus, vel ēt igno-
tis exorta. Calliſtratus in l. 3. §. eiuſdē quoq;. ff. de te-
ſtibus. Alias (ait) numerus teſtium, alias dignitas, &
auctoritas, alias veluti conſentiens fama, confirmat
rei, de qua quæritur, fidem. Alioqui fama quantūuis
7 vulgata non probat ſatis ſed coniecturam facit, † qa
ſæpe fallax eſt rumor. Pau. in l. vlt. ff. de hær. inſt quia
tamen (inquit) falſus rumor non ſolet obeſſe, &c.

Quomodo aūt intelligendū ſit, q̃ ex vno teſte re-
8 ſultat ſemiplena probatio in tantum, † q̃ poſſit de-
ferri ſuppletorium iuſm probationis vide Franciſ.
Cur. in repe. d. l. admonendi. num. 188. cum pluribus,
ſeq. ff. de iureiu. in quo loco latius, & melius, quam vi
deri ab alio poſſit concluſionem hanc pertractat di-
lucidè, ponendo limitationes, & fallentias ferè infini
tas, vtiles, & memoria repetendas quas, vt ipſe atteſta
tur, compoſuit ex vſu, & ſtudio lucubrato.

Hæc verò teſtis vnius ſemiplena probatio tñ effi-
9 cere poteſt, vt iſtiuſmodi præſumptionem faciat † per
quā in aduerſarium probatio transferatur: vt Gozad.
tradidit in conſ. 75. col. penul. nu. 19. ſicut refert, & ſe-
quitur Iac. Philip. Port. in ſuis concl. 5. lib. 1. propè fi.
Idem etiam Port. ibidem de hac re ad ſaturitatē con
geſſit, quamplurima hanc concluſ. pluribus modis
ampliādo, & limitando: ſed hic ea tantummodo ad-
ducemus, quæ magis ad rem noſtram ſpectare nobis
videbuntur.

Primùm igitur amplies, vt nec etiam per ſtatutum,
10 aut cōſuetudinem ſanciri poſſit, † vt nullo diſcrimi-
ne habito vni teſti fides adhibeatur, etiam contra fœ
neratorē, vt per Feder. de Sen. conſ. 16. & allegat. per
Iaſ. in l. admonendi. fol. 20. de iureiur. & Port. in d. cō
cluſ. 5. vbi ſupra, vbi adducit Alex. aliter conſuluiſſe.
in conſ. 188. vol. 7. col. 1. & ſeq. verum de hac amplia-
tione latè per Tiraq. in tract. de iud. in rub. exig. à ver
ſic. 3. ratio vſque ad verſ. His ad ſtipulatur.

11 Amplies deinde † etiam ſi teſtis ille Cardinalis eſ-
ſet, vt ſcripſit Felv. in c. ſuper his. col. 4. de fid. inſtru.
quem refert Iac. Por. vbi ſupra de qua tamē re latius
infrà in concl. aſſertioni Cardinalis diximus, & ad lo
cum illum te remitto.

12 Nunc primo loco limitanda eſt. † vt locum nō ha
beat ſi inter partes ſtandum eſſe illi teſti. ſoli fuit con
uentum. l. 1. in prin. ff. qua rer. actio non dat. l. vlt. C.
de fideicom. & per Caſtr. conſ. 37. col. 1. in fi. cū alijs
allegatis per Iaco. Por. ſupra, & vltra ibi per eū alleg.
faciunt d. l. 1. & vlt. modo à nobis allatæ, & Alex. in l.
1. §. fi. ff. de verb oblig. Crau. conſ. 100. num. 13. ad fin.
vol. 1. & Bertran. in conſ. 116. col. 1. in fi. vol. 2.

13 Deinde reſtringas, † quādo teſtator mandat, vt vni
teſti credatur, vt in l. Teopompus. ff. de dot. præleg. &
ibi Doct. dicentes, quod tūc ipſi teſti creditur propter
teſtatoris auctoritatem.

Intelligas tamen iſtud, vt hic teſtis ſacramēto ſeſe
aſtringat. ita ſibi à tutore imperatum fuiſſe, vt per Fe
lyn. c. veniens de teſtib. col. 7. nu. Hipp de Marſ. in
l. ſi quis, ne quæſt. col. 32. nu. ff. de quæſt.

Tertio loco limites, quando vnius teſtis depoſitio
14 nemini nocet, & alteri prodeſt, † vt ſi quis deponat,
aliquem ſacro fonte luſtratum fuiſſe, ſacratum tem-
plum eſſe, quempiam clericum eſſe, & de huiuſmo-
di, de quibus omnibus ſatis diximus in ſuis cōcluſio-
nibus: in his enim omnibus vnus teſtis probat, vt ex
adductis in dicta concluſione.

Quartam addas, cum teſtis vnus de re ſua teſtatur;
15 nam tunc temporis eius atteſtationi ſtatur, † vt credi
tur magiſtratui in his, quæ ad munus ſuum attinet. vt
per Dec. in cōſ. 56. in cauſa appellationis. nu. 4. & an-
te eum ſcripſit Paul. de Caſt. in l. quicunque. col. fi. de
ſeru. fugit. & ea multis allegatis per Gab. tit. de teſtib.
concl. 1. nu. 18. limita. 3. in quo loco etiam contraria,
& concordantias habes adnotata.

Hanc limitationem dilates procedere, etiam ſi ille
16 teſtis infamia notatus eſſet, † vel alioqui inhabilis:
nam ſi de re ſua deponat, hūc probare dixit idē Port.
vbi ſupra, huius rei teſtem. laudat Paul Caſtr. in l. 2. §.
ſi abſens. ff. ſi ex nox. caut. & Dec. conſ. 363. col. 1.

Subiungam, & quintam quando ſumus in cauſis
poſſeſſorij, quæq; nullius propemodū ſunt ponderis
17 † ſatis eſt enim in illis per vnum teſtem probatio, vt
aſſeruere Doct. in auth. niſi breuiores. de ſen. ex bre
uic. recit. per Mateſil. in ſing. ſuo 1. & 2.

His ſexta adiiciatur, quando eſſet arduum, vel nul-
18 lo modo fieri poſſet, † vt plures poſſint haberi teſtes:
tunc etenim vnius teſtis aſſertioni fides adhibetur, vt
iuris interpretes docuere in l. 1. §. fi. de verb. oblig. &
Hippol. in l. ſi quis ne quæſt. col. 32. verſic. & reſpon-
dendo dictis. ff. de quæſtio. & Iacob. Port. vbi ſupra d.
concluſio. 5.

19 Et ſeptimo loco limitabis in cauſis, † quæ breuiter,
& (vt noſtri loquuntur) ſummariæ abſoluuntur, & di-
rimuntur. Calc. in conſ. 99. col. pen. Marſ. ſing. 433.

20 Vltimo loco reſtringas † in teſte valdè digno; vt
per Gram. conſ. 13. col. 3.

Secunda verò ſemiplena probationis ſpecies illa
21 eſt, quæ fit per famam, quæ regulariter nō facit † ple-
nam probationem. l. 3. §. eiuſdē quoque, & ibi ſcripſit
Accurſ. in verb. cōfirmat, cum Bar. ff. de teſtibus, vbi
* etiam Card. Alb. nu. 2. qui hanc eſſe * cōmunem opi-
nionem atteſtatur: quod etiam Dec. aſſeruit. in ca. 1.
nu. 36. de appellatio.

De cuius ſemiplenę ꝓbationis natura multa à no-
bis

nobis eſſent attingenda in præſentia † niſi de ea ad vnguem omnia eſſemus proſequuti, quæ huc ſpectant in concluſione in verb. fama. ibi enim quamplurimas adduximus concluſiones cum limitationibus, ampliationibus, & aliis neceſſariis ad vniuerſam famæ probationem attinentibus, quæ omnia ſciens, & prudens nunc omitto, ne bis in eadem re immemorer, lectorillue te reijcio.

QVÆSTIO XII.

De tertia ſemiplenæ probationis ſpecie, quæ fit per comparationem literarum.

SVMMARIVM.

1 *Probatio ſemiplena, quæ fit per comparationem literarum, quæ ſit.*
2 *Comparatio literarum, quomodo fiat.*
Literarum comparatio ſemiplenam facit probationem ibidem.
3 *Comparatio literarum plenè fidem facit.*
4 *Scriptura fide digna, ex quibus fieri poſſit collatio literarum, quæ ſint.*
5 *Cautela eorum, qui volunt ſe, & ſucceſſores ſuos eximere à comparandarum literarum moleſtijs.*
6 *Auctoritas magiſtratus nunquam in dubium reuocari poteſt.*

1 Deueniamus nunc ad tertiam imperfectæ probationis formam, quæ illa eſt, quæ producitur ex literarum cõparatione † eſt autem literarum comparatio vltimum ſubſidium indagandæ veritatis, quoties neque teſtes, neq; tabellio poſſunt exhiberi vt veritatem ſcripturæ, cuius cõtrouerſia vertitur, atteſtentur. Cùm enim alter litigantium producit ſcriptum aliquod, alter eũ ſcripſiſſe negat, qui auctor ſcripturæ dicitur, certè res ſuſpecta fit. Quare hoc vnum ſupereſt: vt ex aliquo inſtrumento minimè gentium ſuſpecto comparentur
2 literæ, † hoc eſt character literarum, vtrum omnibus numeris ſit ſimilitudo inter vtrunque, an non ſit: ex eo namque ſequetur veritas, aut falſitas inſtri, quod profertur, quæ literarum comparatio ſemiplenam facit probationem: vt tradidit Accurſ. in l. admonendi, ff. de iureiur. & ibidem recentiores noſtri, & ibidem Accurſ. in l. in bonæ f dei. C. de reb. cred. & idem ſentit Ang. in §. ſi quis igitur & Barthol. Socyn. in conſ. 41. nu. 2. vol. 3. licet Accurſ. in l. 3. §. 1. verſic. ſpeciem.
3 ff. de teſtib. in hanc deſcendat ſententiam † hanc literarum comparationem plenè fidem facere, & idem ait Albe. in l. ad comparationem. C. eod. titu. vbi inquit ita * communi vſu obſeruari.

Verùm ſi quis erit, qui veritatem quæſtionis huius altius indagare velit, adeat, quæ enucleatè tradidimus in concluſione, comparatio literarum, vbi ad ſatietatem neceſſaria prodidimus. Quòd ſi quid te deficiat, inſpicias Iacob. Menoc. in illo ſuo perutili tract. de arbitr. iudic. car. 114. per totum.

4 Sed rogerquis, quæ eſt ſcriptura fide digna, ex qua fieri poſſit collatio literarum? Huic reſpondeo. † Primùm ſcriptura priuata, hoc eſt chirographum illius cuius ſcriptura negatur, ſubſcriptum in, & approbatum tribus teſtibus. Secundò ſcriptum forenſe, ideſt, apud iudicem confirmatum. Tertiò inſtrumentũ publicum eiuſdem primi auctoris: cuius tamen fidem teſtes in eo deſcripti prius teſtetur. Quartò ſcriptura, quam aduerſarius ipſe profert, non poteſt illi eſſe ſuſpecta, quin inde fiat collatio. Quintò ſcriptum denique ex archiuiò, ſeu loco, quo publicè inſtrumenta reponuntur, nequaquam ſuſpectum eſt ad faciendã comparationem literarum, cuius archiuij meminit. Vlpian. in l. mortis. §. ſolent autem, ff. de pœnis. Hæc omnia probantur in l. comparationes cum auth. at ſi contractus. C. de fide inſtrum. & recenſentur à Ioan. Oldendor. in ſuo breui compendio probationum ca. de ſpecieb. ſemiple. probatio. nu. 9.

5 Quare Iuſtinianus in authen. de inſtru. caut. & fid. §. in his verò rectiſſimè conſulit eis, † qui voluerint ſe, & ſucceſſores ſuos eximere huiuſmodi comparandarum literarum moleſtiis, cũ & tabelliones, ſeu notarij, & teſtes breuiſſimo tempore moriantur plerunque. Poſſunt enim imperrare ab idoneo magiſtratu, vt perſpecta ſcripturæ (quatenus æquum fuerit) veri-
6 tate confirmet eam eſſe veram, auctoritate ſua, † quæ nunquam poteſt reuocari in dubium. Idque inſinuationem dicimus nõ exigentem vllos teſtes priuatos, argum. l. in donationib. C. de donatio.

QVÆSTIO XIII.

De quarta ſpecie ſemiplenæ probationis quæ fit per priuatam ſcripturam.

SVMMARIVM.

1 *Probationis imperfectæ quarta ſpecies conſtat ex priuatis ſcripturis, quibus non eſt plena adhibenda fides.*
2 *Scripturæ priuatæ formas, & ſingularum vim, ac poteſtatem vide remiſſiuè.*

1 Qvarta verò imperfectæ probationis ſpecies eſt, quæ conſtat ex priuatis ſcripturis † quibus non eſt adhibenda plena fides; vt tractatur * communi Doctorum ſententia in l. inſtrumenta. C. de probatio. & dixit Ioan. Andr. in ca. p. cauſam quæ. de probatio. & latè Corn. conſ. 58. per totum. lib. 3. & ante omnes interpres. Accurſ. in l. admonendi, ff. de iureiuran. & in l. 2. ff. de fide inſtru. & in l. in bonæ fidei. C. de rebus cred. Hoc autem, vt admuſſim poſſit intelligi adeundus erit Ioan. Coraſ. cumulatiſſimè de hoc diſſerens in repetitione d. l. admonendi. a num. 48. vſque ad nu. 73. vbi priuatæ ſcri-
2 pturæ formas tradens † ſingularum vim, atque poteſtatem declarat.

Videnda etiam erunt illa, quæ & à nobis conſcripta fuere in concluſione ſcriptura, vbi ampliationes, limitationes, & declarationes iſtius concluſionis facilè reperire poteris, quæ omnia hic transcribere, nimis longum eſſet, nec id æquum duximus, ſatis eſt enim nobis digito fontem monſtraſſe.

QVÆSTIO XIIII.

De coniectura.

SVMMARIVM.

1 *Coniectura, indicium, & fictio inter probationum formas ſolent connumerari.*
2 *Coniectura præſumptioni cognata eſt, & pro præſumptione accipi ſolet.*
3 *Coniectura definitio.*
Coniecturæ aliam definitionem, vide infra nu. 15.
Speuſippus Platonis ex ſorore nepos Platonica ſchola octo annos præfuit ibidem.
4 *Coniectura a coniectu nuncupata fuit, hoc eſt directione quadam rationis ad veritatem.*
Coniectores vocãtur ſomniorum, atque monſtrorum interpretes. ibidem.
5 *Coniecturalis ſtatus vocatur, cum per coniecturas quæritur, an aliquid factum ſit.*

Coni-

6 *Coniecturas vulgò appellare ſolent colligaturas ruſtici Ticinenſes.*
7 *Coniectura à præſumptione diſtinguitur.*
8 *Præſumptio aliquando eadem eſt cum cõiectura, quia ex ea, vt plurimum ſolet oriri.*
9 *Coniectura ſignificat præſumptionem, & ambæ dici poſſunt indicia probationum, vel adminicula.*
10 *Quod ex coniectura capitur, non propriè ſumitur.*
11 *Coniecturalis probatio ſub verbi probationis appellatione complectitur, dummodo lex pro veritate coniecturam habeat.*
12 *Coniectura legis, quæ ex argumento venit, probatio liquidiſſima vocatur.*
13 *Coniecturæ, & indicia habentur loco plenæ probationis.*
14 *Coniecturæ accedunt loco euidentium probationum in rebus dubijs.*
15 *Coniectura, quid ſit.*
Coniecturæ aliam definitionem, vide ſupra, nu. 3.
16 *Coniectura iiſdem diuiditur modis, quibus & præſumptio.*
17 *Coniecturæ ſpecies tres, ſcilicet, alia leuis, alia grauis, & alia violenta.*
18 *Coniectura temeraria, quæ dicatur.*
19 *Coniectura probabilis illa eſt, quæ deducitur à veriſimili.*
20 *Coniecturis pertinetibus ad reſcripta, vel priuilegia Principis mentem ambiguis in rebus interpretamur.*
Principis mens regulariter talis eſſe præſumitur, qualis eſſe debet.
Et permiſſum eſt, vt à nobis colligitur, dummodo non ſit admodum obſcura. ibidem.
21 *Coniecturis, & ſignis mentem Principis elicere nobis datum eſt, cum ad Principem difficilis detur acceſſus.*
22 *Coniecturis poterit conijci, & colligi, atque declarari, an priuilegium ſit ex ijs, quæ ad perſonas, an quæ ad res pertinent.*
23 *Coniecturæ, quarum munus eſt circa iudicia verſari, quæ ſint.*
24 *Coniecturæ, quæ ad delictorum interpretationẽ attinent, apertum faciunt, an, & quando delinquendi voluntas adfuerit.*
25 *Coniecturas delictorum propemodum innumerabiles, remiſſiuè.*
26 *Coniecturis circa conuentiones verſantibus elicimus, qualis contrahentium fuerit voluntas in rebus etiam ambiguis.*
27 *Venditor ſcire præſumitur, qualis res vendita fuerit.*
Contractus præſumitur ſecundum conſuetudinem celebratus. ibidem.
28 *Coniecturæ, quæ ſpectant ad vltimas defunctorũ voluntates, ambiguè prolatas interpretandum, quæ ſint.*
29 *Coniecturas omnes vltimarum voluntatum, & quæ ad eas pertinent, vide remiſſiuè.*

NON videtur extra noſtram materiam, quã
præ manibus habemus, vt poſt omnes, tum
plenas, tùm ſemiplenas probationes abſolu
tas de cõiectura, indicio, & fictione nonnul
la diſſeramus, hæ etenim formæ proximè ad proba-
1 tionem accedunt, † & à noſtris legum interpretibus
inter probationum formas ſolent connumerari. Et
primùm omnium à coniectuta exordiendum eſt, tan
quam ab ea, quæ præſumptioni cognata ſit, quæq; nul
2 lo diſcrimine facto à noſtris † pro præſumptione ſo
leat accipi: vt ex iis cõſtat, q̃ tradidit nouiſſimè Frãc.
Mantica in ſuo tract. de conie. vlt. volun. lib. 1. c. 1.
Hæc igitur à Speuſippo Platonis ex ſorore nepote,
qui Platonicæ ſcolæ octo annos præfuit hunc in mo-
3 dũ definitur, vt ſit indicium rei latentis, & id, † ꝙ quis
per rationes, & ſigna, & tempora, huiuſmodi cõijcit,
ideſt, cogitat, & colligit. Vnde Cicer. Cornific. Quan-
tum copiarum haberes, tùm ipſa coniectura conijci
poterã, tùm ex literis tuis cognoui. Fabius verò. Quin
4 tilianus. lib. 3. c. 7. à coniectu † nuncupatã fuiſſe tradi-
dit, hoc eſt directione quadam rationis ad veritatẽ,
vnde etiam inquit idem ſomniorum, atq; monſtrorũ
interpretes coniectores vocamus. A Rhetoribus au-
tem coniecturalis vocatur ſtatus, cum per coniectu-
5 ras quæritur, † an aliquid factũ ſit. Id præcipit auctor
ad Herenn. lib. 1. Rhet. coniecturalis eſt, cum de facto
controuerſia eſt.
Hoc modo. Aiax in Sylua poſtquam reſciuit, quæ
feciſſet per inſaniam, gladio incubuit. Vliſſes interue
nit, occiſum conſpicatur, è corpore telum cruentum
educit. Teucer interuenit, vbi patrem occiſum, & ini-
micum patris cum gladio cruentato vidit capitis ac-
cerſit. Hinc qñ cõiectura verũ quæritur, de facto erit
controuerſia; & ex eo conſtitutio cauſæ cõiecturalis
6 nominatur. Ruſtici verò Ticinenſes † coniecturas,
vulgò appellare ſolent colligaturas: quia ſuæ origini
coniunguntur: nam cõiecturæ, inquiunt, quædã ſunt,
veluti colligaturæ: vt ſcribit Bal. in l. 1. n. 6. circa med.
C. de priuileg. dot. & refert Mantica in ſuo tractat. de
coniect. vlt. vol. lib. 1. tit. 1. nu. 2.
7 Nonnulli verò in ea fuerunt opinione, † vt hæc cõ
iectura à præſumptione diſtinguatur, in quorum nu-
mero fuit Rom. in l. 1. nu. 7. circa med. C. de teſta. mil.
Verumtñ qñ præſumptio ex coniectura, vt plurimũ
8 ſolet oriri, † idcirco eadem eſt aliqñ cum coniectura:
vt accepit Celſus. I. C. in l. vtrum. vnà cum Accurſ. ff.
de dona. inter vir. & vxo. & Paul. in l. vnica ſimul cũ
eodem Accurſ. in verb. coniectu ff. ſi tabul. teſtam. ex
tab. ex quib. Socy. Sen. ita ſcripſit in l. cum auus. num.
9 70. de cond. & demon. † coniecturam ſignificare præ
ſumptionem. Præterea coniecturã, ſicut præſumptio-
nem poſſe dici indicia probationũ, vel adminicula,
tradidit Bal. in l. ſi conſtante. §. ſi maritus in fin. ff. ſol.
matri. & Corn. in conſ. 329. nu. 38. vol. 1. & Fel. in cap.
aũt. nu. 3. de reſcr. Quo circa q̃uis ꝙ ex coniectura ca-
10 pitur, † non propriè ſumatur, vt vĩ contex. ſing. in l. 1.
ff. ſi tab. teſtam. ex tab. & docuit Rom. in l. ſi cum do-
tem. in prin. nu. 47. ff. ſol. matr. & eundẽ contex. ſing.
& aureũ Gur. ſen. nominati. in conſ. 78. nu. 9. & Lãcel.
Dec. in l. oẽs populi. nu. 17. ff. de iuſt. & iur. & de hoc
clarior habet tex. in c. ad Apoſtolicã. in verb. indire-
ctè. de his, quæ fi. à præla. ſin. conſenſ. Capi. non ideò
tñ ex hoc innuere volumus, vt res ex legitimis p̄ſum-
ptionibus, & cõiecturis nõ ſit vera, & propriè proba-
tio: vt explicat Corn. conſ. 185. nu. 6. vol. 3. etenim ſub
huius verbi probationis appellatione, nõ tantummõ
11 complecti probationem, quæ fit per conſpectũ, † ſed
ẽt coniecturalem probationẽ, dummodo lex pro ve-
ritate coniecturã habeat: vt prodidit. Bal. in c. 1. §. cõ-
uenticula. nu. 8. verſ. præterea de pace iuram. firman.
Hinc illud ſequitur, vt coniectura legis, quæ ex argõ
12 venit, † probatio liquidiſſima vocetur: vt dixit Seba-
ſtian. Sap. in rep. l. 1. ff. de offi. eius, cui mand. eſt iuriſd.
nu. 101. per cõtex. in l. ſi quis locuples. ff. de manumiſ.
teſtam. in fi. ibi apertiſſimè, & alibi traditũ eſt ab eo-
13 dẽ † ſupra coniecturas, & indicia haberi loco plenæ
probationis in l. de ætate. nu. 24. ff. de minorib' ex latè
traditis per Iaſ. in l. ſi quis ex argentarijs, §. prętor. col.
3. ff. de edendo, & eaſdẽ cõiecturas accedere loco eui
14 dentiũ probationũ † in rebus dubijs, dixit Vldar. Za-
ſius in repet. l. non dubium. ff. de legib nu. 7.
Coniecturæ aũt definitio variè ſolet à Doctoribus
tradi: vt varias in vnum colligit idẽ Mãtica loco pro
ximè citato, & ibi. nu. 6. aliorũ definitionibus pro ni-
15 hilo habitis, aliã marte ſuo excogitauit, inquiens † cõ
iecturam eſſe rationabile veſtigiũ latentis veritatis,
vnde naſcitur opinio ſapientis; ibiq; ſingulas ſuæ de-
finitionis partes examinat, & probare nititur ipſam
ex genere, & differentijs conſtare, alijſque requiſitis,
quæ ad veram, & legitimam definiendi methodum
pertinent, illum adeas, & tuum lector eſto iudicium,
an ab ipſo rectè fuerit definita coniectura.
Huius autem cõiecturæ tres eſſe formas idem do-
cuit

cuit Mantica, de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 2. ſed
eiuſdem cum præſumptione coniecturam eſſe natu-
ræ accipit, Hinc fit, vt ratiocinetur iiſdem diuidi poſſe
16 modis, † quibus, & præſumptio, vt quemadmodum
præſumptio tres habet ſpecies, hoc eſt, aliam homi-
nis, aliam iuris, & aliam iuris, & de iure, ſic & de con-
iectura, quæ à præſumptione, vt iam dictum eſt, re ip-
ſa non diſtinguitur, debere intelligi. De iſtis præſum-
ptionum formis à nobis non eſt hic immorandum,
cum (vt noſtris) patlô ante in c. de præſumpt. de vna-
quaq; fuerit traditum. Illud tamen in præſentia addã,
17 † aliam leuem, aliam grauem, aliam violentam eſſe
coniecturam, vt de præſumptione prodidit, Anchar.
in conſ. 302. nu. 1. & Soc. ſen. conſ. 160. vol. 2. & conſ.
192. nu. 2. eo. vol. & Dec. in conſ. 21. col. 2 verſ. talis.
Præterea alia dicitur coniectura temeraria, alia pro-
babilis, vt ſcripſit Iaſ. in l. poteſt. n. 9. ff. de vulg. & pu-
pil. & Rip. in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 17. & 64. ff.
18 ad Trebel. Vnde temeraria dicitur illa, † quæ ratione
caret, & longè à veriſimili recedit de qua nos etiã, ſi
meminiſtis, diximus in ſpecie de præſumptione te-
meraria; & ideò cum careat effectu, nec nomen vllũ
habere meref, arg. l. defenſores. la 2. ff. de defenſor. ci-
19 uit. erit autem probabilis illa coniectura, † quæ dedu-
cetur à veriſimili, c. quia veriſimile, de præſump. & l.
non eſt veriſimile. ff. quod met. cauſ. & huc ſpectant
ea, quæ ſupra attulimus de probabili præſumptione.
Rurſus iſtarum coniecturæ aliæ ſunt, quæ pertinẽt
20 ad reſcripta, vel mauis priuilegia, † ex qbus Principis
mentem ambiguis in rebus interpretamur, quæ quidẽ
regulariter talis eſſe preſumitur, qualis eſſe debet. l. ex
facto, & ibi notat Bald. nu. 1. ad fin. & Imo. nu. 4. ff. de
vulg. & pupil. etenim eſt permiſſum; vt mẽs, atq; vo-
luntas Principis colligatur à nobis, dummodo nõ ſit
admodum obſcura, vt voluit Aret. in d. l. ex facto. nu.
21 3. huius rõ eſt. † nam cùm ad Principem difficilis deẽ
acceſſus, nobis eſt datum, vt ex coniecturis, & ſignis
quibuſdam mentem Principis eliciamus, vt præcipit.
Bal. in c. 1. nu. 3. apud quem, vel quos feud. controuer.
deb. termin. & aſſentitur ipſi Manti. d. tract. de cõiect.
vlt. volunt. lib. 1. tit. 2. nu. 10. Quocirca factum eſt, vt
22 cum ambigitur, † an priuilegium ſit ex iis, quæ ad p-
ſonas, an quæ ad res pertinent, poterit cõiici, & colli-
gi, atq; declarari ex coniecturis: vt fusè peragit Alc.
in conſ. 7. nu. 16. lib. 4. & Natt. in cõſ. 163. nu. 3. & ſeq.
& in conſ. 164. nu. 9. & ſeq. Sylu. conſ. 95. nu. 22.
Adhæc nonnullæ ſunt coniecturæ, quarum munus
23 eſt † circa indicia verſari, vt cum dicimus, coniecturã
capi pro iuriſdictione ordinaria. Bald. in l. ex quacũ-
que ff. ſi quis in ius vocat. & l. 1. ad fi. C. qui, & aduerſ.
quos. Præterea victum non præſumi iuſtam habuiſſe
cauſam litigandi: vt nota. Bal. in l. properãdum. §. ſin
autem alterutra. C. de iudiciis, & vt in aliis huius ge-
neris caſibus patet per eundem Manticam collectis
in loco proximè citato ſub num. 2.
24 Inſuper aliæ ſunt coniecturæ, † quæ ad delictorum
interpretationem attinent, ex quibus fit apertum, an
& quando delinquẽdi voluntas adfuerit, iuxta. l. me-
rito. ff. pro ſocio, & l. 1. §. diuus. ff. ad leg. Corn. de ſi-
car. cuius generis coniecturæ ſunt propemodum in-
25 numerabiles, † de quibus quam plures attulimus in
concluſionibus noſtris, in concluſione, animus de-
linquendi, & in concluſione, delictum, dolus, fraus,
& ſimilia, quæ omnia per te ipſe adeas, cum tibi ſeſe
offert occaſio.
Nec ſilentio præteribo alias eſſe coniecturas, quæ
26 circa conuentiones verſantur, † ex quibus etiam am-
biguis in rebus elicimus, qualis contrahentium fuerit
voluntas, vt quando dicere ſolemus cõtractum præ-
ſumi verum, & non ſimulatum. l. quamuis. C. ſi quis
alter. vel ſibi. Dec. conſ. 491. nu. 4. vt etiam cùm dici-
27 mus, venditorem præſumi ſcire, † qualis res vendita
fuerit. l. 1. §. aiunt ædiles. & ibi not. Bald. ff. de ædilit.
edict. Atque contractum præſumi ſecundùm cõſue-
tudinem celebratũ. l. ſi prius. §. 1. & ibi Bar. ff. de aqua
plu. arcend. quæ omnia in cõcluſionibus noſtris atti-
gimus, & latius proſequuti ſumus, proindè ad eaſdẽ
te reiicimus.
Poſtremò loco nõnullæ ſunt coniecturæ, q̃ ad vlti-
28 mas defunctorum voluntates ambiguè prolatas in-
terpretandũ ſpectant. Vt exempli gratia, cum dici-
mꝰ, ſi adhibita ſint teſtiũ ſignacula, & ſubſcriptiones
cõiecturam aſſequi, teſtatorem in ſcriptis ſuam volũ-
tatẽ vltimam declarare voluiſſe, arg. l. nõ codicillũ.
C. de teſtã. et tradit Mantic. de coniect. vlt. volu. lib. 1.
tit. 6. per totum. Eodem modo, quando inſtituit hæ-
redem, vel exhæredauit illum, colligitur eundem te-
ſtamentum condere voluiſſe, et non codicillos. d. l.
non codicillum. C. de teſtam. et dixit Soc. iun. in cõſ.
3. nu. 6. et ſeq. vol. 1. et latè in conſ. 69. nu. 10. vol. 4. et
29 ſic de aliis iſtis ſimilibus dicendum eſt: † quæ omnia
Franc. Mant. in unum redegit in ſuo fructuoſiſſimo,
et ſatis uenuſto tractatu de cõiect. ult. uol. ubi omnia
ferè, quæ ad hanc materiam ſpectare poſſunt, prudẽ-
tiſſimè, ac multo labore explicuit. Vnde nos circa
hæc non immorabimur, ſed ad illum te reiceciſſe ſatis
erit. ad ea ẽt ſe remittimus quæ et ſine Theſeo, (vt di-
citur) collegimus in concluſionibus noſtris, antequã
eiuſdem Manticæ liber ad nos perferretur, in quo dũ
ipſum legendo percurreremus, deprehendimus, quam
plurima cum noſtris eadẽ ferè ab eo fuiſſe tradita; q̃
iam ante à nobis ſcriptis mãdata fuere in iam allatis
cõcluſionib. noſtris; nec ideò poſt noſtrum ferè opus
abſolutum deſiſtimus, quin illis eiſdem locis ennũẽ
adderemus Manticã, ut inter noſtros auctoritate plu-
rimum ualentem, quæ cum ipſo congruere uidimus,
Honos etenim omnium nobis ſemper fuit cordi.

QVESTIO XV.

De indiciis.

SVMMARIVM.

1 *Indicium dicitur ſignum alicuius maleficii commiſſi, vel alterius rei, de qua agitur.*
2 *Indicium eſt notabile ſignum maleficii, vel alterius rei, ad ipſius veritatem habendam.*
3 *Indicium eſt demonſtratorium adminiculum ad veritatem eruandam,*
4 *Indicium minus eſt, quàm ſemiplena probatio.*
5 *Indicium a legumlatoribus variis modis nominari ſolet, & quibus,*
6 *Indicia nonnunquam vocantur ſuſpiciones.*
De ſuſpicionibus aliquis damnari non debet. ibid.
7 *Probationes indicia dici ſolent.*
8 *Indiciorum aliqua ſunt leuia, nõnulla grauia, & quædã grauiſſima, & de ipſarum formarum vi, atque natura, vide remiſſiuè.*
9 *Indicium duplex eſt, ſemiplenum, ſeu dubitatum, & plenum aut indubitatum.*
10 *Indicium ſemiplenum eſt præſumptio fortiter mouens animum ad aliquid credendum, vel non credendum.*
11 *Indicium plenum eſt demonſtratio rei per ſigna ſufficientia, per quæ animus in aliquo tanquam exiſtente vero quieſcit, & plus inueſtigare non curat.*
12 *Indicium probatur per vnum teſtem de conſpectu de maleficio immediatè deponentem.*
13 *Teſtis de crimine etiam ſi faciat indicium, non tamen ſemiplenam probationem facit, verum ſi indicium ex cõfeſſione rei oriatur plus eſt, quam indicium.*
14 *Indicia interdum ad condemnationem iunguntur.*
15 *Indicia an ſatis ſint ad torturam, iudicis arbitrio relinquitur.*
16 *Iudicis arbitriũ regi debet ſecundum iura, & æquitatem.*

CON-

Coniecturæ proxima ſunt indicia, de quorũ natura nunc à nobis ſtrictim videndum eſt, & quod in omni materia præcipuum eſt, definitionem eorundem aggredior. Vnde varias tum definitiones, tum deſcriptiones à noſtris aliâs fuiſſe reperio, & inter omnes vnus fuit Gandinus in ſuo maleficiorũ opere, ſub rubrica de præſumptio. & indic. verſi. videmus, de 1. parte rubr. qui hunc
1 in modum definire indicium ſolebat, † indicium digni ſignum alicuius maleficij commiſſi, vel alterius rei, de qua agiẽ, quæ definitio, aiebat idem colligitur ex legibus de indicijs agentib. Præterea Ioan. And. in addit. ad Spec. §. fin. verſ. item per indicia, inquiebat,
2 indiciũ eſſe notabile ſignũ maleficij, † vel alterius rei ad ipſius veritatem habendam: cuius definitionẽ ꝓbat Abb. in c. 3. loco, de probat. inſuper Paul. de Elea zar. in c. grauis de reſtitut. ſpol. in vlt. car. tradidit, in-
3 diciũ eſſe demonſtratorum adminiculũ † ad veritatem eruendam, per contex. in l. ſi quis adulteriũ. C. de adult. & c. præterea, de teſtib. & c. tua. §. adulteriũ. de homicid. Verumenim verò licèt inter ſe omnes iſtæ definitiones verbis diſcrepent, in eundẽ tñ finem cõſentiunt; cùm oẽs, vt videre eſt, in hoc conueniant, ſignum eſſe, vel demõſtratiuum adminiculũ delicti, vel alterius rei, de qua quæritur, vt etiam ſentire vr. Boſſ. in ſuo tractatu criminal. titulo de indicijs. nu. 2. & ab hoc non recedit Franciſc. Brun. in ſuo tractatu, de indicijs q. 1. Bar. tamen in l. 2. ff. de excuſa. tutorum
4 huius definitionem afferendo, afferit † eſſe minus indicium, quam ſemiplenam probationem, cui Bal. aſſentitur, in l. cùm probatio. ff. de probat. & videatur Dec. d. c. 3. loco. ad finem de probatio. Veruntamen idem Bal. in rubr. C. eod. tit. de probatio. voluit, minorem eſſe præſumptionem hominis boni, ſeu diſtant argumentum à vera ſpecie probationis.
5 Nec vnquam præterierim † indiciũ à legumlatoribus varijs modis ſolere nominari: etenim aliquãdo nuncupant argũ: vt Vlpian. in l. 1. in prin. ff. de quæſtionib. Ad tormenta ſeruorum (inquit Vlpianus) ita demũ veniri oportet, cum ſuſpectus eſt reus, & alijs argumentis ita probationi admouet, vt ſola cõfeſſio ſeruorũ deeſſe videatur, & Imperator Diocletianus. & Maximianus in l. milites. §. oportet. C eodem tit. de quæſtio. interdũ nominant, vt & vulgò vocamus, indicia: vt idẽ vſus eſt Vlpia. in d. l. 1. §. Antoninus, & §. Diuus Adrianus, & l. Diuus. §. ex quib. ff. de quæſtio.
6 † Nonnunquã nuncupant ſuſpiciones. Paulus hoc egit in l. ti. ff. eod. de quæſt Qui ſine accuſatoribus, inquit I.C. in cuſtodiam recepti ſunt, quæſtio de eis habẽda non eſt, niſi aliquibus ſuſpicionibus vrgeantẽ: quo ẽt verbo vſus eſt, & Vlpian. in l. abſentem. in prin. ff. de pœn. cum inquit, ſed nec de ſuſpicionibus debere aliquem damnari, Diuus Traianus Aufridio Seuero re-
7 ſcripſit. Prætereà † probationes indicia ſolent dici; vt reſcripſere Imperatores in l. 1. C. eod. de quæſtio. Tñ, ſi aliis quoque probationibus, dixere Imperatores Seuerus, & Antoninus, fides veritatis inueſtigetur; præſcriptionis inuidia euaneſcit, de quibus omnibus meminit Bru. in d. tract. de indic. q. 1. nu. 5. & idem tradit Boſſ. in d. tract. crimin. de indic. nu. 4.
8 Horum tñ indiciorum aliqua leuia, † nonnulla grauia, & quædam ſunt grauiſſima; de quarum formarũ vi, atque natura prodidit Clar. in ſua practic. criminali. lib. 5. §. fi. q. 20. & latè per Blan. in l. fi. num. 10. ff. de quæſtion. quem videre poteris.

Nonnulli verò alij aliam ſunt ſententiã ſequuti, & dixere duplex eſſe indicium, hoc eſt ſemiplenum.
9 ſeu dubitatum, † & plenum, aut indubitatũ, iuxta Bru. in d. tract. de indic. q. 1. quo in loco tradidit indicium
10 ſemiplenam eſſe præſumptionem † fortiter mouentẽ animum ad aliquid credendum, vel non credendũ, de quo indicio hr̃ per Paulum in l. cùm probatio. ff.
11 de probat. Plenum verò indiciũ inquit † eſſe demonſtrationem rei per ſigna ſufficientia, per quæ animus in aliquo tanquã exiſtente vero quieſcit, & plus inueſtigare non curat, ex doctrina Bald. in rubr. de probat.

At nobis ſic aliquis obijciet, quo pacto probatẽ in-
12 dicium? Rñdeo, per vnum teſtẽ de conſpectu, † hoc eſt de maleficio immediatè deponentem probari, vt per Brun. in d. tractatu de indicijs, q. 2. primæ par. nu. 1. & 7. Ang. in §. fama publica. num. 10. Alex. conſ. 5. num. 4. lib. 1. Marſ. in practica, §. diligenter. nu. 7. & 8. Boſſ. in d. tract. crimin. d. tit. de indic. nu. 5. Iſtud tamẽ
13 ſanè intelligas: nam & ſi teſtis de ipſo crimine † faciat indicium, nõ tamen ſemiplenam probationem, iuxta ſententiam Accurſ. in l. cum probatio. de prob. & Brun. & Boſſ. vbi ſup. Veruntamen ſi indicium ex confeſſione rei oriretur, plus eſſet, quàm indicium, vt per Bald. in l. vnica. col. 4. ff. de confeſ. & Gram. conſ. 5. num. 7.
14 † Quinetiam indicia interdum ad condemnationẽ iunguntur, de quo videas Bolog. in additio. ad Guid. de Suzar. in tract. de q. nu. 48. cum ſeq. & Marſ. in cõſ. 88. nu. 22. Pand. in verb. tortura. de ſindica. in prin.
15 Verùm an indicia ſatis ſint ad torturam, † id in iudicis arbitrio relinquitur, ſecundùm Marſ. in pract. §. diligenter. nu. 2. poſt Bar. in l. fi. nu. 5. ff. de qſt. Alex. conſ. 77. num. 4. lib. 1. quam concluſionem latè Brun. explicat in d. tract. de indic. q. 3. 1. partis.
16 Quod quidem iudicis arbitrium debet regi † ſecundum iura. & æquitatem: vt per eundem Marſ. vbi ſupra, & Alex. conſ. 218. lib. 2. & pro intelligẽtia adeas etiam Boſſ. in d. tit. de indicijs. nu. 12.

Reliqua ſpectantia ad indiciorũ probationem diximus in concluſione, indicium, quam videas.

QVÆSTIO XVI.

De Fictione.

SVMMARIVM.

1 *Fictio eſt in re certa contraria veritati pro veritate aſſumptio.*
2 *Definitio cum ſuo definito conuerti debet.*
3 *Falſitas omnis veritati repugnat.*
4 *Mendacium vnumquodque eſt aſſumptio pro veritate in re certa contraria veritati.*
5 *Definitio qualibet rectam exigit declarationem totius naturæ definitæ rei.*
6 *Fictionis definitio.*
7 *Hominum natura eſt, vt ſua placeant.*
8 *Præſumptio ſemper ſuper re dubitabili verſatur.*
9 *Lex ſuper eo, quod fieri nequit, nunquam fingit.*
10 *Lex non ſolet facere fruſtratorios actus.*
11 *Fictio ad aliquem effectum introducta eſt.*
12 *Fictio eſt falſitas pro veritate accepta ex ſpecialiſſima, & iuſta cauſa à iure expreſſa.*
13 *Fictionis aliæ definitiones.*
14 *Definitio quælibet in iure periculoſa eſt.*
15 *Fictio quotuplex ſit, & fictionis formæ quæ ſint.*
16 *Fictio inductiua, quæ ſit.*
17 *Lex fingit ſuper poſſeſſione, & poſſeſſio eſt iuris.*
18 *Lex multomagis fingit ſuper his, quę ſunt meri iuris, quã quæ ſunt facti.*
19 *Fictio nunquã põt habere locũ, quotieſcunq; poteſt aliquid agi ſecundum veritatem in indiuiduo, de quo quæritur.*
20 *Fruſtrà fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora.*
21 *Nihil tam naturale eſt, quam eo genere diſſolui, quodque quo colligatum eſt.*
22 *Ius tollere iura poteſt, atque inducere abſque fictione.*
23 *Filius legitimatus non diſtat à legitimo, & naturali.*
24 *Verbum ſiunt, eſt eiuſdem natura cum verbo eſt, quod veritatem indicat.*

Fictio-

25 *Fictionis priuatiuæ definitio.*
26 *Lex deceſſiſſe fingit eum, qui monaſterium ingreſſus eſt, etſi reuera ſupereſt.*
27 *Lex fingit deportatum è vita migraſſe, propter perpetratum facinus.*
28 *Lex nullo modo fingit ſuper his, quæ iuris, & facti ſunt.*
29 *Fictio priuatiuæ dum aliquid fingit, negatiuè fingit illud, ſimulans, quid non eſſe, quod reuera ſit.*
30 *Cōtractus reuera nullus eſt, qui celebratus eſt contra legē.*
31 *Fictionis tranſlatiuæ definitio.*
32 *Fictionis tranſlatiuæ forma circa rem, vel actum, circa tempus, circa perſonam, & etiam aliquando circa loca verſari ſolet.*
33 *Fictionis tranſlatiuæ vniuerſam materiā vide remiſſiuè.*

SVpereſt, vt de tertia probationi, proxima ſpecie diſſeramus. Hæc fictio eſt, de cuius definitione varij varia ſensere Doc. multas namq; attulere definitiones de quibus omnibus aliqua in præſentia atringemus, & precipuè iuxta Cyn. in l. ſiue poſſideris. C. de prob. relatum à Bar. in l. ſi is. cui pro em-
1 ptore. ff. de vſuc. in 1. q. num. 21. ita def. nitur. † Fictio eſt in re certa contraria veritati ꝓ veritate aſſumptio, quam definitionem reijcit Bar. in eodem loco, ea po tiſſimum ratione, quòd definitio ipſa cum ſuo defini
2 to nō cōuertatꝰ, † vt deberet, per l. 1. ff. de dolo, nō enī definitio hæc, ſecundùm Bar. fictionem, quæ iuris habet effectum, complectitur: vt patet in fictione legis Cornel. & poſtlimij, in quibus pro vero falſum aſſūmitur, vt ex hac aſſumptione iuris effectus oriatur: vt in poſtliminio, quòd ille cenſeatur nunquā captus; & in leg. Corn. quòd cenſeatur mortuus prima hora ca ptiuitatis, & ſic teſtamentum illius valeat: ac ſecundùm hanc definitionem cōtinentur etiam fictiones, quæ nullum iuris habent effectum: vt omnes aliæ fal
3 ſitates: † quia omnis falſitas veritati repugnat: vt dicit Iacob. Butrigar. in l. ſi pattus. C. ad leg. Corn. de falſ. & contextus eſt in authen. de inſtrum. cautel. & fide in prin. vnde fit, vt iſta definitio cum ſuo definito non conuertatur, ea namque poſita, neceſſariò non ponitur fictio iuris, de qua loquimur.

Deindè hæc Cyn. definitio ex eo pōt impugnari, ꝙ competat etiam alteri, quàm de niꝰ rei, contra. l. 1. ff. de dolo, competit etenim omnibus alijs mendacijs:
4 cum vnumquodque mendacium † ſit aſſumptio pro veritate in re certa contraria veritati: & tamen mendacia nō ſunt fictio, de qua hic agimus: quia nullum iuris effectum ſortiuntur.

Poſtremò ea ēt precipua ratione improbatur, quia
5 totam definitæ rei naturam non declaret, † vt quælibet recta exigit definitio, ex animaduerſis per Accur. in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. nam cùm de fictionis natura ſit, vt quod in rerum natura fieri poſſit, nec rerum naturæ repugnet, arg. §. minorē. Inſti. de adopt. Cyn. in ſua definitione iſtud præterijt; ſequitur igitur illius definitionem mancam, & imperfectam eſſe, pro indè reijciendam, & explodendam.

6 Vndè factū eſt, vt à Bar. alia fictionis definitio † ſit excogitata, in d. l. ſi is, qui pro emptore. d. nu. 21. ff. de vſuc a p. inquiēs; fictionē eſſe in re certa eius, quod fieri poſſit, pro veritate contra veritatem à iure facta aſſumptio, quæ definitio eidē Bar. vt eſt hominū natu-
7 ra, † vt ſua placeant, vr̄ optima, quia conſtat ex genere, & differentijs, quæ cum in quauis definitione adſint rectiſſimè tradita eſt, vt no. Doct. in l. 1. de teſt. & Porc. in §. 1. Inſtit. eod. de teſta. & ꝙ hæc ſit iſtiuſmodi, ex eo conſtare poteſt, eiuſdem verba examinādo; quia in ea ponitur aſſumptio ꝙ eſt loco generis, quæ aſſumptio dr̄ de aſſumptione facta à iure, & facta ab homine abſque effectu iuris; prout eſt generis natura, vt de pluribus ſpecie differentibus dicatur, vt dialectici docent, & præſertim Porphirius in ſuo quinq; vocū libello, in c. de genere, ſed etſi Bart. ibi nullam de genere mentionē fecerit, iſtud tn̄ pro abſoluto habuit. Additum inſuper fuit à Bar. in re certa, ea de cā, vt fi-
8 ctionē † à præſumptione ſeiungeret, q̄ ſemper ſuper re dubitabili verſaꝰ, & hanc ex differētijs vnà inter fictionē, & pſumptionē eſſe, tradidit. Accur. in l. vnicā. §. accedit. C. de rei vxo. actio. & colligiꝰ ex dictis Bal. in l. ea quidē. C. de accuſ. in 2. col. & ex allatis à Saly. in d. l. ſiue poſſidetis. C. de prob. & docuit ēt Nicolaus Euerar. in ſuis locis arg. in loco à vi fictionis. n. 5. atq; ꝓbat Bar. in d. l. ſi is, qui pro emptore de vſuc. ex iurib. per eum allatis. Præterea ſubiunxit Cyn. ꝙ eſt poſſibi-
9 le, quæ verba idcirco addita fuere, vt oſtenderet † legem ſuper eo, ꝙ fieri nequit, nunquā fingere, vt aſſeruit Accurſ. in l. 3. ff. pro ſocio. & in l. Gallus. §. ſi eius. ff. de li. & poſth. & probaꝰ ab eodē Bar. in loco proximè citato, nu. 22. Ad hæc dixit, pro veritate, quī iuris effectum conſequitur, ac ſi in veritate rei ita eſſet. Poſtremò loco nō omiſit A iure facta. vt hominū fictiones, & mendacia excluderet, vt iā ſupra relatum eſt.

Et ſi iſta Bar. definitio proximè ad veritatē accedere videaꝰ, quæq; poſſit accipi: mutilatā tn̄ eſſe īdicat. Ang. Bal. frater, in d. l. ſi is, qui pro emptore ff. de vſuc. dū inquit, hanc definitionem nō declarare oīa, quæcunq; ad definitæ rei naturā indicandū ptinent, etenī de fictionis ſubſtantia eſt, vt ad aliquē inducaꝰ effe-
10 ctū, † nō. n. lex ſolet facere fruſtratorios actus, quod quidē ꝑ hanc Bar. definitionē nō explicaꝰ. Verū dici poſſet, illud, pro veritate, poſitū in definitione Bar. effectū oſtēdere, ad quē ſit inducta fictio; nā cū lex hoc accipiat ꝓ vero, & veri natura ſit vt iuris ſortiaꝰ effectū, & operetur; datur intelligi, fictionē aliquem ſpectare finem, ꝙ hoc in loco vr̄ eſſe ex mente Bar. Hæc tn̄ allata rn̄ſio dubitationi propoſitæ non ſatisfacere vr̄, nam dum dicimus, definitionem debere definitæ rei naturā declarare, intelligendū eſt id ex natura ſua debere ceri: non aūt per relationē ad aliud, vt docuit. Vigli. in §. 1. Inſt. de teſt. Verū hęc Bar. definitio iſtud ex natura ſua planū non facit, fieri namq; poteſt, vt aliquid habeatur pro vero, non tn̄ aliquid operetur.

At enim lex id non facit, fateor: ſed nihil hoc re-
11 fert. Namq; iam cōſtat, & apertum eſt † fictionem ad aliquem effectum fuiſſe introductam, non per definitionem; ſed quia lex non ſolet facere fruſtratorios actus. Alia igitur eſt excogitāda declaratio, vt melius definitio Bar. explicetur.

Quocirca Bal. in l. ea quidem. in 2. col. C. de accuſ. aliam ſolebat definitionem ponere, quæ eſt iſtiuſmodi. Fictio eſt falſitas pro veritate, accepta ex ſpecialiſ-
12 ſima, † & iuſta cauſa à iure expreſſa.

Quæ quidem definitio etiā in multis claudicare vr̄ cum totā definitæ rei naturam non explicet, præſertim cùm non ponat iſtam falſitatem debere eſſe ſup eo, quod naturaliter agi poſſit, atq; ſuperre certa debere conſiſtere, quæ omnia de fictionis inſita natura meritò cenſentur, vt & ſupra fuit dictum.

Vndè ipſemet Bal. in d. l. ſiue poſſidetis. C. de prob. infirmā hanc definitionē ſentiens, alterā attulit, quæ
13 ita eſt. † Fictio eſt, (inquit) cōtra naturalē veritatē ter minorū ſuper eo, ꝙ qnq; fuit poſſibile, & nō verum. Nec hæc definitio à ſuperiorū natura recedit. Et ipſa namq; manca eſt, ꝙ ex eo patet: quia fictionē à pſumptione non ſegregat, cū in ea non fuerit poſitū ſuper re certa cadere debere. Hinc Card. Flor. in c. is, q fidē. 1. q. de ſponſalib. ad aliā cōfugit definitionē: fictionē (inquiens) eſſe in re certa ad vtrumlibet poſſibile in cōtrariū veritatis, legis auctoritate pro veritate accepta, quæ ēt ex eo imperfecta conuincitur cū fictionē ad aliquē finē fieri nuſquā declaret, ꝙ & ſupra in definitione Bar. attigimus. Preterea ēt: qa nō oſtēdit hūc finem, vel effectū naturæ nunquā repugnare debere.

Poſtremò loco Saly. in d. l. ſiue poſſidetis ſuū interponendo iudiciū hac in re, fictionē hoc pacto definiuit. Fictio eſt ꝯ veritatem rei, q̄ fuit, vel eſt poſſibilis à iure

à iure ex bono, & æquo pro veritate aſſumptio. Quæ
ẽt Salyc. definitio, vt cæteræ oẽs ſupra à nobis relatæ,
prorſus, vt mutilata reiicienda eſt, propterea, ꝙ fictio
nẽ à p̄ſumptione nõ ſeiungat, cũ in ea prætermiſſum
fuerit, ſuper re certa cadere debere, vt ipſa p̄ſumptio
excludat̃. Qua pp vnicuique datur intelligi oẽs iſtas
definitiones aliqua in ſe deficere, ſi ad amuſſim oĩa
perpẽdere velimus, q̃ à ſubtiliſſimis tradi ſolent dia-
lecticis: vt omnibus ex partibus abſoluta cõſtituatur
definitio, quæ quidẽ nõ ſolent à noſtris animaduerti:
14 cũ à iur conſ. traditum ſit, † in iure quamlibet eſſe pe
riculoſã definitionẽ. Quo fit, vt noſtri ſola rei deſcri-
ptione, vt plurimũ, contenti ſint. Vnde non ab re di-
xerim, definitionem fictionis à Bar. traditam hic non
eſſe flocci pendendam, imò illam ſequendã eſſe, vt
quæ plus cæteris ad veritatem accedere videatur.

Poſt fictionis allatam definitionem, nunc eſt vidẽ
dũ quotuplex ſit fictio, quotq; ſint eius formæ. Qua
in re Bar. in d. l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſuc. nu. 25.
15 triplicẽ eſſe docuit, hoc eſt inductiuã, † priuatiuã, &
translatiuam, ſiue extenſiuam. Definiamus has oẽs

Inductiua fictio eſt: qñ lex fingit eſſe, id ꝙ non eſt.
Priuatiua verò eſt, cũ fingit id, quod eſt, nõ eſſe. At
Translatiua eſt, quando lex fingit id, quod eſt vno
modo, eſſe alio.

Vnde quælibet iſtarum ab efficienti cauſa nomen
ſortitur.

Verũ paulò plenius de cuiuſq; natura videamus,
Fictio igit̃ inductiua eſt, vt ipſiuſmet Bart. verbis vtar
16 in d. l. ſi is, qui pro emptore, † in re certa nõ exiſtente
poſſibili pro exiſtente à iure facta aſſumptio. Quæ fi-
ctio ita ſup illis fingere ſolet, quæ ſunt meri facti, q̃
q̃ ſunt iuris, & facti ſimul, vt de illo priori ſatis cõſtat
ex eo, ꝙ fuit à Paulo reſpõſum. in l. qui in vtero. ff. de
ſtat. homi. lex etenim fingit natum eſſe id, quod ortũ
nondum eſt ꝙ eſt meri facti. l. Arethuſa in fi. ff. eo. tit.
& per eundẽ Bar. in d. l. ſi is, qui pro emptore. n. 32. &
ex eo ẽt, quia fingit eum, qui deceſſit, degere, vt Im-
per. in §. ſi in bello. Inſti. de excuſ. tut. & l. bello. ff. eo.
de excuſ. tut. quod quidem facti eſt, vt ex ſe liquet.

De poſteriore ẽt ſatis eſt apertũ, propter ea, ꝙ lex
fingit venditionem eſſe, vbi non eſt. vt per contex. in
l. aliena. §. fi. ff. de fideicom. libert. vbi Paulus rñdit, ſi
quis fuerit damnatus, ad alienum ſeruum liberãdum
ſi dñs eum manumittere velit, ob eã cauſam actionẽ
habere aduerſus eum, ac ſi ad pretium vẽdidiſſet eũ,
& tñ vẽditio dr̃ eſſe iuris, vt per cõtex. in l. ex hoc iure
cũ ibi not. per Accurſ. & cæteros Doct. ff. de iuſtitia,
iur. & ẽt facti eſt per. l. cõſi ff. de curat. furioſ. Patet ẽt
17 ex hoc, † q a lex fingit ſuper poſſeſſione: vt eſt text. in
l. quiſquis. C. de donat. quæ poſſeſſio eſt iuris, ex latè
traditis per Doct. in l. 1. ff. de acq. poſſeſ. & §. 1. Inſti. de
bon. poſſ. vbi Aret. atq; facti eſt, per l. deniq; ff. ex qb.
cauſ. Nõnulli verò ex antiquioribus in ea fuere ſentẽ
tia, vt arbitrati ſint, fictionem verſari ẽt circa ea, quæ
meri ſint iuris. Nam (inquiunt) ſi lex fingit ſuper his,
18 quæ ſunt meri facti, † eo magis ſuper his, q̃ meri ſunt
iuris finget, q̃ quæ ſunt facti, l. in bello. §. factę. ff. de ca
pti. & poſtli. reuer. & l. deniq;. ff. ex quibus cauſis ma-
ior. Vnde videmus, legẽ vſumfructũ fingere, vel quaſi
vſumfructum, vbi non poſſit conſtitui. vt in §. conſti-
tuitur. Inſt. de vſufr. vbi in rebus, quæ vſu conſumun-
tur, fingitur vſusfructus, & tñ vſusfructus eſt ius. §. 1.
Inſtit. de vſufr. ſic etiam fingit aliquem eſſe emanci-
patum: vt l. 2. ff. ad Maced. vbi in contractibus filiuſ
famil. pro emancipato habetur, & tamẽ eſſe in pote-
ſtate, vel non eſſe, dicitur eſſe meri iuris.

Huic opinioni longè remotam ſequutus eſt ſñiam
Bart. in d. l. ſi is, qui pro emptore. nu. 25. cui * cõi con-
19 ſenſu aſſentiuntur Doct. ea potiſſimũ ratione, † quo-
niã quotieſcunq; poteſt aliquid agi ſecundùm verita
tem in indiuiduo, de quo quæritur, nunquã poteſt ha-
bere locũ fictio, per contex. in l. filio quem pater. ff. de
lib. & poſthu. & in l. quia ideo ff. de condit. inſtit. & di-
xit Lud. Rom. in d. l. ſi is, qui pro emptore. nu. 13. ff. de
vſucap. & Fortun. Garzia. in repet. l. Gallus. §. & qui d
20 ſi tantùm, nu. 55. ff. de lib. & poſth. † fruſtra enim fit p
plura, quod põt fieri per pauciora l. ampliorem. C. de
appel. At lex poteſt ſecundũ veritatẽ in his, quæ ſunt
iuris diſponere, nihil etenim, vt dixit Vlp. in l. nihil
21 tàm naturale. ff. de reg. iur. † tàm naturale eſt, q̃ eo re
nere, quodq; diſſolui, quo colligatũ eſt. Ex his, q d ſe-
quat̃, iam arbitror, vnuſquiſq; videt, hoc eſt, ius tolle-
22 re iura poſſe, atq; inducere † abſq; fictione cùm hoc
pareat ad ſenſum qñ lex efficit iuxta naturalem ve-
ritatem filiũ eſſe legitimũ, vt probatur in §. ſit igitur
licentia. auth. quib. mod. natural. effic. legit. quo in lo
23 co loquit̃ Impe. † legitimatũ filiũ non diſtare à legi-
timo. & naturali, & in §. 1. in auth. quib. mod. natural.
effic. ſui. vbi idem Impe. vſus eſt verbo, fiũt, ꝙ eſt eun-
24 dem naturæ cum verbo eſt, † ꝙ veritatem indicat: vt
tot. tit. ff. quod quiſq; iur. & Bar. in l. ſi maritus §. legis.
ff. ad l. Iul. de adult. Crot. in repet. dictæ l. ſi is, qui pro
emptore. nu. 181. Veruntamen legitimũ, vel eſſe na-
turalem tantùm, nullus eſt, qui non videat, eſſe iuris,
neq; enim à principio, vt Iuſtiniani verbis vtar, in §.
ſi quis ſanè. in auth. quib. mod. natura. effic. legit. quã-
do ſola natura ſanciebat, hominis (antequam ſcriptę
prouenirent leges) fuit quædam differẽtia naturalis,
atq; legitimi, ſed antiquis parentib. antiqui filij mox,
vt procedebant, fiebant legitimi.

Secundo loco de priuatiua fictione nonnulla tra-
denda ſunt, quæ à Bar. in d. l. ſi is, qui pro emptore. nu.
25 37. ita definitur, † fictio priuatiua eſt in re exiſtente
poſſibili non exiſtere, pro non exiſtente à iure facta
aſſumptio quam definitionem approbat Crot. in ea-
dem. l. nu. 106. quam poteris explicare iuxta Bart. ſen-
tentiam in eod. loco.

An verò hæc fictio fingat ea, quę meri facti ſint; cũ
Bar. dicat in eodem loco. nu. 38. id æquitate ſuadente
26 optimè fingere; cuius rei adducit exemplũ in eo, † q
monaſteriũ ingreſſus eſt, quem deceſſiſſe lex fingit, q
re vera ſupereſt. cap. placuit. 16. q. 1. l. Deo nobis. C. de
epiſcopis, & cler. atque in deportato patet, quem pro-
27 pter perpetratũ facinus, ſic æquitate poſtulante, † lex
ẽ vita migraſſe fingit. l. 1. §. pen. ff. de bon. poſſ. cont.
tabu. l. Gallus. §. & quid ſi tm̃. ff. de lib. & poſthum. vbi
Crot. vberrimè mortis huius fictę materiã examinat.

Quæſtio ẽt eſt, vtrum lex ſuper his, quæ iuris, & fa-
cti ſint, fingat. Qua in re rñdeas, vt etiam in fictione
28 inductiua reſpõſum eſt, † nullo modo fingere. vt idẽ
docuit Bar. in l. ſi is, qui pro emptore. nu 41. & ſeqq &
per Crot. nu. 108. & ſeqq. vbi Crot. q a Bar. verba adeò
obſcura ſunt, vt ex illis, quid ſibi velit Bar. quæque ſit
eius mens, elici non poſſit, ita explicat, & in apertũ re
fert, vt faciliimè mens eadẽ Bar. colligatur, in eundẽ
inſpicito, hæc omnia ſatis apertè declarantẽ. Ratio
autẽ, cur lex in hac priuatiuæ fictionis ſpecie ſup his
non fingat, quę iuris, & facti ſint, illa põt eſſe: nam dũ
priuatiua fictio aliquid fingit, negatiuè fingit illud.
29 † Simulat enim quid nõ eſſe, quod reuera ſit: vt cum
deportatum non ſupereſſe ſimulat, qui in rei veritate
ſupereſt; & itidem monaſterium ingreſſum hac vita
fuiſſe priuatũ, qui certiſſimè vitam degat. Cùm ergo
priuatiua hæc fictio negantem contineat diſpoſitio-
nẽ, vt vera ſit, alterũ abeſſe, ſatis eſt. l. ſi is, qui ducẽta.
§. vtrũ. ff. de reb. dubiis, vt Titius, & Seius non currũt,
vno currente, & altero ſtante, oratio noſtra vera co-
gnoſcet̃. Vnde ſi in priuatiua fictione ius adſit, & fa-
ctũ, remoto iure, ꝙ quidem remoueri põt, & ſic abſq;
aliqua fictione totus cenſetur remotus, nec opus eſt,
vt remoueatur factũ, ꝙ, vt tollatur, fictio intercedat,
neceſſe eſt: quoniam (vt diximus) cũ priuatiua fictio
diſpoſitionem contineat negatiuam, ſatis eſt, vt ve-
ra ſit, alterum tantum abeſſe. d. §. vtrum

Hoc illud eſt, ꝙ innuere volebat. Bar. ĩ poſtremis ver
bis,

Digitized by Google

bis,dũ obijciebat.l.pacta.C.de pactis. in hæcq; verba
loquiť ibi non eſt fictionem aliq̃,ſed veritatem: quia
30 re vera contractus nullus eſt , † ꝙ celebratus ſit cõtra
legem:& licet ius efficere nequeat, vt illa verba inter
contrahentes non interceſſerint:efficit tñ, vt illa ver-
ba,vel illi actus verè contractũ non conſtituãt , iuris
tollendo adminiculũ, quod in eis requiritur , quo re-
moto,nulla fictione circa factum opus eſt: cum ſatis
ſit,alterum abeſſe, hoc eſt,remotionem iuris admini-
culi,vt ſupra declaratum eſt.

Hæc ea ſunt,quæ Bar. innuere volebat in ſupra al-
lato loco,qui,q̃ mentem ſuam ſub verborum ambagi
bus & inuolucris tenebris ipſis obſcurioribus explica
uerit,intuenti patebit.Et vt,ꝙ eſt,ingenuè fatear, plu
rimũ elaboraui,vt quid ſibi vellet Bar.ibidẽ ꝑcipere,
ꝙ vt facilius facere poſſem,ipſe Io. Crot.in reper.eiuſ
dem.l.ſi is,qui pro emptore.nobis auctor fuit.

Nunc tp̃s eſt, vt ad explicationẽ tranſlatiuæ fictio-
31 nis me conferã.† Hæc ab eodem Bar.in iam ſæpe alle
gata l.ſi is,qui pro emptore.ff.de vſucap.nu.43.ver.5.
principaliter q̃ritur hunc in modũ definiť: vt ſit in re
certa,vno mõ exiſtenti,pro exiſtente alio modo poſ-
ſibili à iure facta aſſumptio. Cuius definitionis natu-
ram explicare poteris iuxta eiuſdem Bar.ſniam ibid.
32 Verũ hæc fictionis forma potiſſimũ circa tria† ver
ſari ſolet.Primò circa rẽ,vel mauis actũ,deinde circa
tp̃s, tertio loco circa perſonam . Poſtremò ẽt addam
aliquãdo verſari ſolere circa loca.Quæ omnia à Bar.
plenè.ibid.nu.44.& ſequenti declarantur,& fuſius,&
enucleatius per Crot. nu. 116. & ſequenti explican-
tur,qui ſuper Bart.doctrina inſiſtendo tranſlatiuæ fi
33 ctionis † vniuerſam materiam vbertim proſequitur.
Ad hunc igitur,cum id copioſè, & ſatis apertè docue
rit te reijcio, ne nos eius doctrinam,quod eſſet omni-
no inane, iſtic tranſcribere cogeremur.

Hæc ſummatim,vt leuiter de fictione attigiſſe ſuffi
ciat:neq; enim in iſtis immorari,& oĩa diſputãdo pſe
qui eſt noſtri ꝓpoſiti,ſed vt legentib.cõcluſiones no-
ſtras faciliorẽ,atq; magis planã poſſit ꝑmunire viã.

QVÆSTIO XVII.

Quis,& quomodo probare, quid, & quando debeat probari.

SVMMARIVM.

1 *Actoris,ſiue accuſatoris eſt, quod propoſuerit , probare,ſi reus id neget.*
Actore nihil probante,reus etiam ſi nihil præſtiterit, abſol uitur,ibidem.
2 *Neganti factum per rerum naturã nulla eſt directa pro batio.Reo magis fauemus,quàm actori.ibid.*
3 *In nonnullis probandis transfertur onus in reum , quæ vide remiſſiuè.*
4 *Qui exceptiones opponit,actoris partibus fungitur.*
5 *Exceptio non numeratæ pecuniæ ſi à reo proponatur, actor numerationem probare debet.*
6 *Præſumptio ſolet onus probãdi in reũ transferre & qũo.*
7 *Epiſcopo ſi aliquid relictum eſt ab extranea perſona,præ-ſumitur contemplatione eccleſiæ relictum,niſi ipſe probet ſibi ſoli relictum eſſe.*
8 *Epiſcopus ſi petat eccleſiam in ſua diœceſi ſitam, quã deti-neat alter , qui detinet , & aſſerit ipſius epiſcopi non eſſe, probare debet,quamuis neget.*
9 *Ius commune vbicunque pro aliquo facit,& pro eo præſu mit,transfert in reum onus probandi.*
10 *Actor cum ſit prior in omnibus,etiam primò videtur ad probandum admittendus.*
Qui prior appellat,prior agat,ibid.
11 *Actor primo probare debet actionem ſuam, antequã reus ſuas exceptiones præſtare cogatur.*
12 *Teſtibus,& probationibus rei in dubio magis credi debet, quam actoris.*
13 *Præſumptio ſemper eſt pro reo in capitalibus cauſis,ne de-liquiſſe credatur,& in ciuilibus, ne aliena bona occupa-re viſus ſit,quod eſt in peccatum incidere.*
14 *Iudicis arbitrio ſtandum eſt,an teſtibus actoris,quam rei conuenti,vel e contra,plus ſit tribuendum.*
15 *Probatio, quo pacto fieri debeat,vide remiſſiuè per totum concluſionum opus.*
16 *Quid ſit illud,quod probari debet.*
17 *Teſtes ſi ſuper vno articulo dicere iuſſi ſunt , & ſuper alio proferant.irritum ſit id, omne, quod probatur.*
18 *Teſtis productus ſuper poſſeſſorio, nõ eſt interrogãdus ſu-per proprietate,quod ſi eueniat,nihil proderit eius dictũ.*
19 *Teſtis dictum ratum non eſt , præterquam in eo, quod in articulis continetur .*
20 *Teſtis ad interrogata reſpondere debet, & non ad alia.*
Probatio ſubreptitia improbatur a lege, & valere nõ de-bet ibidem.
21 *Teſtificatum valet ,cùm indefinitè teſtis dicere debeat, quæ pro vtraque parte nouit .*
22 *Teſtis ſuper oĩbus,quæ ad cauſam faciunt, vř productus.*
23 *Cautela,vt valeat teſtimonium teſtis deponentis,ſuper om nibus ad cauſam ſpectantibus .*
24 *Probari tantummodo debet illud,quod probatum probã-ti proſit,& quod ſit veriſimile.*
25 *Probatio efficacior requirit ad probandũ non veriſimile.*
26 *Probatio illa rata non cenſetur, quam iudex admittit ad probandum,quod de iure proponi non deberet.*
27 *Probari tantummodo debet ea, quæ ad cauſam pertinẽt, de non quod extra rem propoſitam ſit, & inutile.*
28 *Probationes;quæ nullo pacto fieri debuerũt, nullius ſunt ponderis .*
29 *Notorium,an,& quomodo probandũ ſit, vide remiſſiuè.*
30 *Probationes quando fieri debeant.*
31 *Actoris intentio probanda prius eſt, quàm rei exceptio .*
32 *Probationes,ſi poſt probatorium terminũ elapſum fiant, irritæ ſunt, ſi præſcriptus terminus peremptorius eſt.*
33 *Probatio ſi facta eſt ante terminum,vt die præfixi termi-ni,poſtquam idem terminus elabi incipit , rata cenſetur.*
34 *Teſtes producendi infra terminum, produci poſſunt ante terminum.*
Probationes peragi poſſunt,nullo ad probandũ præſcri-pto termino.ibid.
35 *Dilatio ad probandum de iure non eſt danda in adulterij crimine.*
36 *Teſtes,an verum ſit , omnino examinari debere in termi-no dato ad probandum.*
37 *Teſtis depoſitio ad iuramenti tempus retrotrahitur.*
38 *Terminus ſi p̃ſcriptus fuerit ad ꝓbandũ,& ꝓbatum ha-bendũ,tunc nõ ſatis eſt, vt infra terminũ teſtes iurẽt,ſed intra illũ rogari debent alioqui poſtea non admittũtur.*
3 † præſupponit habitum. d. l. decem, & c. ad diſſoluẽdũ, de deſp. impub. & idem conſiderauere Calla. in conſ. 1. nu. 16. Mantu. in cõſ. 18. n. 28. vol. 1. Caphal. in cõſ. 93. nu. 9. vol. 1. in conſ. 249. nu. 15. vol. 2. Nat. in conſ. 373. nu. 25. vol. 2. Grat. in conſ. 41. nu. 22. vol. 1. Ioã. de Amicis in conſ. 49. nu. 2. Capra in conſ. 44. nu. 4. Rim. ſen. in conſ. 260. nu. 2. vol. 2. ea etiam ratione, quia venia præſupponit culpam, ar. l. ſi ideo. C. de his quibus, vt indign. c. verũ. 8. aliàs 9. diſtin. c. nerui. 13. diſtin. ideò dicebat Rim. ſen. in conſ. 289. nu. 41. & ſeq. vol. 2. Quod ſi quis patiatur ſe abſolui ab excommunicatione: quia videatur conſtitutus in poſſeſſione excõmunicationis, vti excõmunicatum aduerſandũ eſſe, p relatum. c. venerabilẽ, cui optimè quadrat, quod aliquando Nat. conſultus reſpondit in conſ. 299. nu. 5. vol. 2. abſolutionem petẽtem à crimine ſimoniæ (ſic
4 eam nominat) † videri eum fateri ſe illi culpæ affinem eſſe: quia priuatio habitum præſupponit. idem pollet, quod reſpondit Alb. in conſ. 34. nu. 5. vbi dicit in ſimili eum, qui petit immunitatem, fateri ſe ſubiectum, & qui remiſſionem talearum preteritarum poſtulat, eum ſe ſe obligatum conſiteri. Quæ tamen vera ſunt, ipſe dicit, modo ſimus in his, in quibus poteſt aliquis confitendo ſibi præiudicare.

Hanc etiam concluſionem ſequutus eſt Spe. tit. de probat. §. videndũ. verſ. ſed nunquid probatum, nec ab illa receſſit Mil. in repertor. in verb. excom. probatur aſſerens excommunicationem probari per petitionẽ abſolutionis inſiſtẽdo veſtigiis gl. in d. c. venerabilẽ, & Bart. in d. l. decem. Huic tñ ſententiæ alacriter reclamat, ac refragatur Inn. in d. c. venerabilem. nu. 4. & c. 2. de ord. cognit. Arch. in c. pia. de excep. lib. 6. & Collect. in d. c. venerabilẽ. Io. Andr. in c. exhibita, de homicid. Spe. in tit. de probat. §. videndũ. verſ. ſed nũquid probatur, nu. 28. Abb. in d. c. venerabilẽ col. pen. quo in loco reprehẽdit glo. in d. c. venerabilem. in d. l. decem. ff. de verb. obl. renuit Rot. in deciſ. 196. de ſẽten. excom. & deciſ. 330. de exceptio. & obiectio. in antiq. Quorũ ſententiæ illud fauere videtur, quod voluit Put. in deciſ. 98. lib. 2. aliquando abſolutionem
5 † ſolere peti ad cautelã, nam Summus Pontif. cautũ reliquid bonarum mentium eſſe timere culpam vbi culpa non eſt, in c. ad eius verò. diſtin. 5. & in c. 2. de obſeruat. ieiu. Cui ſentẽtiæ tàm ſimile eſt, quàm lac lacti, quod ſcripſit Soc. iun. in conſ. 29. nu. 31. vol. 2. vbi di-
6 cit, q culpa, vbi non eſt † fauore tamen animæ timẽda eſt. Et tunc per iſtiuſmodi petionẽ non probabit quis ſe eſſe excommunicatum, nec eſſe in quaſi poſſeſſione excommunicationis, ſecundũ Rim. ſen. in d. conſ. 289. num. 41. His adſtipulatur, quia ſñia excommuni-
7 cationis non fertur propter crimen, † ſed propter cõtumaciam. Et ideò per huiuſmodi ſententiam non debet cenſeri probatum crimen, etiam ſi excommunicator dicat, quia furtum feciſti, & monitus, vt comparceres, vel ſatisfaceres, non comparuiſti, nec ſatisfeciſti, ideò excommunicamus te, vt prodidit Fely. in c. teſtimonium, nu. 25. de teſti. & per eum ibi alleg. & Alex. in l. 1. ff. de op. no. nunc. col. 2. verſ. 2. not quod autem propter contumaciam feratur ſententia excõmunicationis, ſenſit Alex. de Neuo. in conſ. 68. num. 1. per tex. in c. ex parte, de uerb. ſign.

Eidem ẽt opinioni repugnant Pari. in conſ. 1. nu. 88. uol. 4. & alij multi, qui in hanc ſñiam deſcendere, abſolu-

abſolutionem petentem videri tantùm fateri conſcientiam ſuam læſam eſſe † non autem ſe eſſe excõ-
8 municatum.

Iſtis ſigilatim ita reſpondendũ, vt tandẽ noſtram interponamus ſententiã, eſſe cenſeo, vt prior opinio procedat, quãdo aliquis petit abſolutionẽ in iudicio
9 cum ſolemnitate † quia tunc videtur tacitè fateri ſe excõmunicatum eſſe. & ſic intelligitur c. venerabilẽ. & per ibi not. Abba. colum. penul. in fi. vt dicit Mil. in repertorio in verb. excõmunicatio. & probatur ex notatis p Io. Andr. in c. cum dilectus. de ordi. cogn. ſuper glo. pen. & c. exhibita de homicid. ſi verò extra iudicium, & nõ ſolemniter petatur abſolutio, ſiue ad cautellam, vel ſi petatur venia cũ ꝓteſtatione, vel ad partis dolorem leniendum, vel propter quandam humilitatem, tunc per talem petitionem non probatꝰ crimen, vt perpendit Abb. poſt Hoſt. & glo. in verb. veniam in fi. in d. c. exhibita. de homicid. nu. 6. & Fely. in c. teſtimonium. num. 25. cum ſequen. vbi latè, de teſtib. & Nat. qui ita expreſſe, vt ſupra loquitur in d. conſ. 199. num. 15. vol. 2. quo in loco ex Romani ſententia rationem affert. in l. 1. in princ. de ope. nou. nunc. quia probationes debent eſſe claræ,
10 † vbi agitur de probando crimine, ſed venia peti poteſt gratia humilitatis: tum quia, vt diximus, bonarũ mentium eſt, timere culpam vbi non eſt. & vltra Roma. eadẽ fuit mens glo. in d. c. exhibita. in verb. poſtulauit. Bald. in l. 2. C. de inge. & manu. Imol. in l. cum tale. §. fi. ff. de condi. & demonſt. Et potiſſimũ
11 quia excipiens, vel replicans † non videtur aſſentiri menti aduerſarii, arg. c. exceptionem obiiciens. de regu. iur. in 6. Hæc latius explicabunt in concluſione crimen, in concluſione delictũ, & in concluſione excõmunicatio p abſolutionẽ, lectorilluc te reiicio.

CONCLVSIO XIIII.

ARGVMENTVM.

Au ſi probatum fuerit principale ſtatim acceſſorium confirmatum cenſeatur, & quid in ſeparatis.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſorium probatur, probato principali, & e contra. & nu. 3. & quando num. 4. etiam quod eſſent diuerſa naturæ num. 5.*
2 *Acceſſorium non ve ſtit principale, vel probat illud verũ.*
Poſito ſubſequenti ponitur, & antecedens, num. 2.
3 *Principale trahit ad ſe acceſſorium.*
Acceſſorium non poteſt ſtare ſine principali, num. 3.
4 *Principali ſine antecedenti non neceſſario approbato, & ſi conſequens commodius poſſit locum habere, non probatur conſequens.*
5 *Caſtro in feudum conceſſo probato, probatum eſt etiam hortum conceſſum ibi contiguum, licet hortus poſſit eſſe allodialis, & caſtrum feudale.*
Et quando hoc procedat, num. 6. & in legato, & venditione. num. 16.
6 *De principali ad acceſſorium propter diuerſitatem rationis non infertur.*
7 *Mobilia in caſtro, vel domo feudali cenſentur allodialia propter diuerſitatem naturæ, quia veniunt acceſſoriè, etiam ea in feudum data intelliguntur.*
8 *Mobilia accedũt naturę immobiliu, & pars fundi cẽſentũ.*
Et quando ibi. & num. 9.
9 *Rotæ, putei. fiſtula, & canales cenſentur pars ædium.*
Et quid de bombardæ, & armis, ibi.
10 *Hortus contiguus eſt de pertinentiis domus, qui tanquã paratus ad domum dicitur de domo, & eius pars, & quando.*
11 *Pes, manus, & alia membra dicuntur de corpore.*
12 *Contractum principalem probato non valere, & acceſſoria in eo non valere probata remanent.*
13 *Principali ſublato, & acceſſorium eſt ſublatum, & quando obligatione principali extincta, non extinguitur acceſſorium, nu. 13.*
14 *Natura correlatiuorum contra ſuum eſt, vt vna parte ſublata, altera tollatur, & quando, num. 17.*
15 *Probata promiſſione vſurarum dotis, neceſſariò dicitur ipſius dotis promiſſio probata, & probata ſolutione gabellæ pro aliquo contractu probatur ipſe contractus contra partes. ibid. num. 15. & ibi contrarium.*
16 *Res inter alios acta aliis non præiudicat.*
17 *Contractus celebratus plurium rerum, vna prohibita vendi reperta, nõ annullatur omnium rerum venditio.*
18 *Venditio aliarum non dicitur acceſſoria rei, quæ vendi non poterat, ſed vnaquæq; per ſe ſubſiſtere, & nu. 17.*
19 *Probato principali, non probatur acceſſorium, quando eſt diuerſa ratio.*
20 *Principali ſublato non tollitur acceſſorium.*
21 *Ratio eadem vbi non eſt, idem ius non eſt iudicandum de princ. ſicut de acceſſorio, nec econtra.*
22 *Probata præſcrip. circa acceſſoria, nõ cenſetur probata circa principalia.*
Præſcripta viſitatione non cenſentur præſcripta procuratio. ibid.
23 *Tantùm dicitur præſcriptum, quantum eſt poſſeſſum.*
24 *Præſcriptio iuriſdictionis extenditur etiam vltra quã poſſeſſum, dummodo poſſeſſio fuerit vacans.*

1 Acceſſorium probari probato ſuo principali, † & econtrà, multi dixere iuris interpretes, inter cæteros Bal. p illũ tex. in l. 2. C. de do. ꝓmiſ. Dec. in conſ. 682. nu. 10. & in c. præterea. nu. 26. & in c. prudentiã. §. fi. nu. 7. de offi. dele. & in c. cũ M Ferrarien. nu. 109. de conſti. & in rub. C. de eden. verſ. ſed reſponderi põt. & in rub. de feud. nu. 2. verſ. & quãdoq; ex acceſſorio, nec alio reſpicit cõtex. in l. ſi quis, & ꝙ ibi not. Bar. C. de agri. & cẽſit. lib. 11. hoc idẽ Aym. Crau. de ãtiq. tẽp. par. 2. lectio 4 limita. nu. 74. Alba. in conſ. 116. nu. 4. Silu. in cõſ. 102. nu. 12. vol. 7. Soc. iun. in conſ. 11. nu. 13. & 15. vol. 3. p tex. in l. ſi inter legatũ. ff. de ſer. l. nec is. §. 1. ff. de acqui. hæred. & in l. veteres ff. de iti. actuq; priu. & in cõſ. 91. nu. 10. & in cõſ. 115. nu. 9. & in cõſ. 134. nu. 9. eo. vol. Anch. in cõſ. 387. nu. 2. & Arer. in cõſ. 143. nu. 3. huius ratio eſt: quia licet acceſſoriũ nõ veſtiat,
2 vt inquiunt principale † tũ probat illud eſſe verũ. Et certũ eſt poſito ſubſequenti poni, & antecedẽs, iuxta Dec. in eod. conſ. 682. nu. 10. & in c. paſtoralis. §. verũ.
3 nu. 5. de appella. tũ etiã, quia principale † trahit ad ſe acceſſoriũ, arg. l. cũ principalis, de reg. iur. c. acceſſorium, eo tit. & notat Mantu. in conſ. 89. nu. 17. vol. 1. nec acceſſorium ſine eo ſtare poſſe, dicit Nat. qui multos adducit in conſ. 407. nu. 15. vol. 2. & Soc. iu. in conſ. 106. nu. 2. vol. 3 Ideò probato principali, ſimul etiam erit probatum acceſſorium.

Quod tamen aduertas, non eſſe tunc verum, quãdo principale, ſiue antecedens non eſſet neceſſarium
4 † etiam ſi conſequens commodius potuiſſet locum habere, vt placuit Rui. in conſ. 115. nu. 5. vol. 1.

Amplias cõcluſionẽ ꝓcedere, etiam ſi acceſſoriũ, & principale non eſſent eiuſdẽ naturæ: vt vnũ allodiale, & alterũ feudale: tunc. n. ex ꝓbatione vnius infertur etiã ad aliud, vt ſi probetur fuiſſe conceſſũ ca-
5 ſtrum in feudũ † vtriq; videbitur etiam ꝓbatum conceſſũ fuiſſe in feudũ hortum ibi cõtiguũ ex ſupra deductis. & ex c. acceſſoriũ. de reg. iur. in 6. & notaĩ in terminis p Aquen. in ſpec. feud. in tit. ſeu rub. quæ res in ſeu. dat. poſ. col. 7. in princ. & per Calca. qui loquiĩ in ſimili in conſ. 58. nu. 9. licet hortus ibi contiguus

poſſit

poſſit eſſe allodialis, & Caſtrũ feudale, vt poſt Bal.
ſcribit Præpoſit. in p̃lu. fen. col. 1. ver. 15. & Iſer. in
tit. q̃ ſint Reg. in ver. & in plauſtrorũ, col. fin. vt refert,
& ſequitẽ Cagn. in l. cũ principalis cauſa. ff. de reg. iu.
nu. 13. q̃uis hoc ita nõ ſit in confeſſo, cũ regulariter
6 propter diſcrimen rationis † non inferatur de princi-
pali ad acceſſorium, vt dicemus infrà in limitation.
Pro cuius ampliationis confirmatione ſuccurrit,
qđ in hanc ſnĩam prodit Cagn. in d. l. cũ principalis.
ff. de reg. iu. nu. 13. nam ſi mobilia, q̃ in caſtro, vel do-
mo ſeudali ſũt, cenſeantur allodialia, pp alienã na-
7 turam, & rationem rerum † tñ quia acceſſoriè veniũt
ad rem principaliter in feudo conceſſã, ipſa quoq; in
feudum cõceſſa intelligantẽ, nec id mirum videri de-
bet; nam in illis caſibus mobilia accedũt naturæ im-
8 mobiliũ, † eorumq; naturã aſſumunt, & cenſentẽ pars
fundi, & feudi, per not. auctoritate Pau. I.C. in l. qui
fundum in fin. & Vlpiani l. ſi aquæ ductus. cum le-
gib. ſequentib. ff. de contrahen. emptio. vbi rotæ,
9 putei, & canales cenſentur pars ædium, † & ideò ni-
mirum ſi pro ſeudalibus habentur, vt dicit Cagn. eo
in loco per adducta ibi. per eum.

Hæc ita ſunt accipienda; vt habeant locum quãdo
mobilia deſtinata, & conſtituta ibi fuerunt, vt perpe-
tuò deſeruiant vſui immobilium Caſtri, & domus, vt
ſũt bõbardæ, munitiones Caſtri, & cętera arma: ſecus
conſtet eadem bona non fuiſſe ibi ad miniſteriũ do-
mus poſita: quia tunc non veniunt in conceſſione
feudalium, per ea quæ dixit Præpoſ. Mediol. poſt
Bald. in tit. de connou. inueſti. in §. ſi quis de manſo.
& Iſer. in præallegato verſ. plauſtrorum. col. fi. in tit.
quæ ſint Reg. & per ea quæ in fortioribus terminis
tradit Alex. in conſ. penul. vol. 2. circa princ.

Ex hac concl. primò infertur, vt cum p̃batũ ſit do-
mum fuiſſe conceſſam ſeu venditã, vel legatam dici
etiã probatũ fuiſſe venditũ, conceſſum, vel legatum
10 hortũ contiguum † tanquã acceſſorium domus, ſiue
tanq̃ ex additamentis domus, per maximã excellẽtiſ-
ſimi ingenij Papiniani auctoritatẽ in l. p̃dijs. §. q do-
mum. ff. de leg. 3. & not. Alex. in conſ. pe. vol. 2. viſis
verbis. p totũ, & in conſ. 54. lib. 3. & in conſ. 26. lib. 4.
& in cõſ. 32. & 204. lib. 6. Barb. in c. 1. col. 10. de p̃ba-
tio. Cepoll. in tract. de ſeruit. vrb. p̃dio. in tit. de hort.
Dec. in cõſ. 109. pro tenui. col. 1. & 2. ver. 3. facit quia
ſtante. Fel. in c. Rodulphus. de reſcri. col. 5. Paul. de
Caſtr. in conſ. 92. incip. notandum eſt. in antiq. & in
conſ. 211. lib. 1. Iaſ. in fi. col. 3. de conſtitut. princip. &
adeas Alex. in l. plerique ff. de in ius vocan. Corn. in
conſ. 206. nu. 11. lib. 3. & Craue. in conſ. 234. ratione
etiam corroboratur: nam tùm ille hortus tamquam
comparatus ad domum dicitur de domo: & eſt eius
11 pars † ſicut pes, manus, & alia mẽbra dicuntur cor-
poris, vt dicit Io. de Amicis in conſ. 1. nu. 6. cum ſeq.

Iſtud tñ reſtringas non procedere, quando hortus
ille non eſt comparatus ad ipſius domus cõmodio-
rẽ vſum, vt per Alex. in d. conſ. penul. nu. 1. vol. 2. ad-
ductus per contextr. in l. Olimpico. alias fin. in prin. de
ſeru. vrb. præd. cum glo. ſua in verb. legatum. & per
Soc. iun. in conſ. 76. nu. 7. vol. 2. & plenè in conſ. 61.
vol. 3. vel quãdo aliter in conceſſione expreſſum fue-
rit, vt placuit Calca. in d. conſ. 38.

Secundo loco infertur ex concluſione, ſi fuerit ra-
tionib. confirmatum non valere contractum p̃ncipuũ
12 † probatũ ẽt manere non valere acceſſoria in eo cõ-
tenta, ita reſpõdit Rom. in conſ. 42. viſis egregiè. nu.
3. in conſ. 57. in fi. & in conſ. 115. ſub nu. 3. verſ. his er-
go p̃miſſis. & in cõſ. 171. poſt nu. 4. & in conſ. 246. n. 2.
Rip. docuit in l. 1. §. ſi quis ita col. pen. ff. de verb. ob-
lig. Cur. iun. cõſuluit in cõſ. 131. circa ingenioſã. n. 12.
Hippol. tradidit in rub. de fideiuſſ. nu. 252. Marãt. inter
cõſilia ciuil. Grãmat. in cõſ. 65. in cauſa p̃ſentationis,
ante nu. 30. verſ. nec obſtare habet, Tiraq. meminit
de iu. cõſt. 3. par. limit. 7. n. 27. Bal. voluit in l. ex teſta-
mento. C. de fideicom. & idẽ in c. 1. §. ſi quis col. fi. de
feud. dat. inuicẽ. l. commiſ. in rubr. extr. de præſcrip.
col. 3. & in d. l. nõ dubiũ. col. 9. verſ. ſimiliter dico. C.
de leg. nec abhoruit à mẽte Bar. in l. q̃ meo. in prin.
de acq. poſſeſ. & Rom. retulit in l. ſi verò. §. de viro.
ff. ſolu. matrim. fall. 33. & Alex. nos hoc monuit in
cõſ. 82. p̃ſpectis his. col. 5. vol. 2. atq; p̃tulit Bar. Ce-
pol. in conſ. 4. viſa q̃rela, col. 2. nec omiſit Soc. iun. in
cõſ. 129. nu. 39. vol. 1. neq; huius fuit immemor Feli.
in conſ. 25. nu. 24. idem p̃dictũ reliquit Barb. in conſ.
22. viſo puncto. in 5. col. vol. 4. idque poſtremò vidit
Ceph. in cõſ. 118. nu. 32. vol. 1. neque hoc rõne caret:
13 nam principali ſublato † ergo & acceſſoriũ, vt dicit
Neuiz in cõſ. 69. nu. 16. vbi aſſerit id nõ habere locũ
in ſummo iure: q̃a extincta primaria obligatione, nõ
tñ extinguitur acceſſoria, arg. l. Stichũ. in fi. prin. ff. de
ſolut. cum alijs per eum adductis. Ratio etiam eſt in
promptu modo allatæ illationis, quia ea eſt natura
14 eorum cõtractuum, qui mutuò ſe reſpiciunt, † vt vna
parte ſublata altera tollatur, argu. l. ſi ff. de acceptil.
& l. cum venditio. ff. de rei vendi. & declarat Car. cui
cæteri aſſentiuntur in l. petens. in fi. C. de pac. Bal. in
l. ex teſtamento. C. de fideicom. & in c. 1. de feud. dat.
in vic. l. commiſſ. & Riminal. ſen. refert in conſ. 175.
num. 6. & ſeq. volum. 1.

Tertio loco infertur: vt probata promiſſione fœ-
15 norum dotis † neceſſariò probata dicatur promiſſio
ipſius dotis: vt in l. 2. vbi Bal. C. de dot. promiſſ. Dec.
in rub. C. de eden. col. 1. Cur. iun. in conſ. 168. col. 2.
poſt num. 6. Et ex multis allegat. per Cra. in 1. par. in
ſectio. 4. limitatur, num. 24.

Quartò infertur, vt probata ſolutione gabellæ p̃
aliquo contractu celebrato, neceſſariò probatus ipſe
contractus ſit contrà partes præſentes, quia data præ-
ſentia contrahentiũ in ſolutione vectigalis ex cauſa
contractus, videtur probari contractus, non p̃ officiũ
exactoris gabellæ p̃ferat ſe ad probationem contra-
ctuum, ſed quia ſolutio gabellæ pro contractu neceſ-
ſariò probat ipſum contractum, contra partes præ-
ſentes, per regu. noſtram vt dicit Aym. Crau. in d.
trac. de antiq. temp. 1. par. ſect. quarto limitatẽ, nu. 74.
& ſentit Alex. in conſ. 76. verſ. ſed ita eſt, vol. 5.

Huic tamen apertè refragatur Soc. in conſ. 208.
col. 2. num. 2. verſ. 3. ex liberis, vol. 2.

Limitanda eſt prior opinio, vt non procedat con-
16 tra tertium abſentem, † tanquàm ſit res inter alios
acta, vt reſpondit Alex. in conſ. 36. vbi ſupra, per
Imol. in conſ. 96. in quæſt. quæ vertitur, circa fin.
quem ſequitur Cranet. loco ſuper citato. Et fortè hoc
in caſu de abſente habet locum pronunciatum. Soci.
in alleg. conſil. 208. volum. 2.

Aliter verò ſentire videtur Caſſan. in conſ. 62. nu.
14. cum inquit, ſi celebratus fuerit contractus vendi-
tionis plurium rerum, & poſtremò repertum fuerit
17 aliquam ex illis rebus vendi non potuiſſe † nõ ideò
irritam fieri vẽditionem omnium rerũ, ſed rõne eius
tantùm, quæ vendi non potuit licet oẽs vnico con-
tractu venditæ fuiſſent, teſtem laudando Iaſ. in l. 1. §.
ſed & ſi mihi col. 6. ff. de verb. oblig. & alios. Verùm
reſponderi etiam poteſt, non obſtare illam repugnã-
18 tiam, cum † venditiones cæterarum rerũ, quæ vendi
poterant, non dicerentẽ acceſſoriæ ad venditionem
rei, quæ vendi non poterat: ſed vnaquæq; primò, &
per ſe ſubſiſtere poterat, vt inquit idẽ Caſſan. vbi ſup.

Primò limita concluſionẽ procedere, vbi eſt eadẽ
19 ratio, ſecus ſi diuerſa, † quia tunc ex p̃batione princi-
palis non probatur acceſſorium, arg. l. & ſi is quẽ C.
de præd. mi. l. ex placito. C. de rer. permut. & not. Bar.
in l. ita ſtipulatus. in 12. oppoſit. de verb. oblig. & Bal.
in l. non dubiũ. 14. oppoſ. C. de leg. & Alex. in cõſ. 4.
circa prin. col. pen. lib. 1. & in conſ. 229. nu. 29. vol. 2.
Dec. in d. l. cum principalis. nu. 3. de reg. iur. vbi etiam
Cagno. & idem Dec. in l. certi condictio. §. ſi nũmos

num.

nu.20.ff.ſi cert.petat.Soc.in reg.5.& Tiraq.in d. trac.
20 de vtroq; retract.verſ.glo.18.num.59.† nec ſi auferas
principale continuò tollitur acceſſoriū, vt dicit Mā-
tu.in conſ.197.nu.20.vol.1.
21 Huius axiomatis ratio eſt,†nam vbi non eſt eadem
ratio,idē ius non eſt iudicandū de principali,ſicut de
acceſſorio, nec cōtra,vt tradidit Caſ.in cōſ.66.nu.42.
Secundò limita concluſionem non procedere in
22 præſcriptione,quia †probata pſcriptione circa acceſ-
ſoria,non cēſetur probata circa principalia. Ideo prę
ſcripta viſitatione,non cenſeť pręſcripta procuratio,
iuxta ſententiam Hoſt.in c.ex officij de præſcrip. col.
2.glo.in c.odia.de reg.iur.in 6.Rom.in conſ.368.col.
pen. Marian.in c.cum contingat.col.14.in fin & ſeq.
de for.comp.Soc.in conſ.275.nu.7.vol.2. Fel. in c. at
ſi clerici.§.de adult.col.8.vide Balb.in tract.pręſcrip.
23 in 2.par. col.4. & cur ita ſit,ratio ſuppetit, nam †tan-
tùm dicitur præſcriptum, quantum eſt poſſeſſum . vt
per gl.in c.auditis. in verb.interruptionem de præſcr.
& ibi Innoc.col.fi.in fi.Alex.in conſ.120.col.fi. in fi.
vol.4.& in conſ.16.col.7.vol.5.Soc.in conſ.74 col.3.
Pariſ.in conſ.114.col.pen.vol.1.Māt. in conſ. 29.nu.
46.volum.1.& Natt.in conſ.98.num.26.volum.1.qui
24 tamen dicit ſupradicta non habere locum in † præ-
ſcriptione iuriſdictionis, quæ etiam dilatatur vltra,
quàm poſſeſſum ſit,dummodo poſſeſſio iuriſdictio-
nis fuerit vacans,iuxta etiam pronunciatum celebre.
Innoc.in c.cum dilecto,de offic. Archid.
Tertiò limita concluſionē non procedere in odio-
ſis, & in actibus penitus ſeparatis,quia tunc probatio
principalis ad acceſſorium non extenditur,nec è con
tra,vt eſt tex.in l.fi.§.fi.ff.de cond. & demonſt. & no-
tat Caſſ.in conſ.21.num. 20.

CONCLVSIO XV.

ARGVMENTVM.

De acceſſorio quo tempore poſſit proba-
ri iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſorium probatur iuramento,ſi principale iuramen-
tum probari poteſt.*
2 *Quando cautum eſt ſtari iuramento dammum paſſi,ſta-
bitur etiam de dominio rei eius iuramento ,ſi dominij
quæſtio moueatur.*

1 Acceſſorium probatur iuramento , † dummodo principa-
le eodem poſſit confirmari , quod placuit præſertim
Hippol.in rub.C.de prob.num.148.& Bal.in l. ſi quis
teſtib. C.de teſtibus.
Vnde ſi caueatur , vt fides adhibeatur iuramento
2 damnum paſſi in cauſis damnorum datorum † tunc
nempè credetur quoq; iuramēto eiuſdem damnum
paſſi de dominio rei,ſi quęſtio dominij moueatur,ita
Bal.hāc litem dirēmit.in l.1.in prin.C.de reb.cred. &
ibi Doct.& Car.in l.3.ff.de alim.& cib.leg. hoc idem
arriſit.Paul.Caſt.in l.cum hoc, in prin. ff. de tranſact.

CONCLVSIO XVI.

ARGVMENTVM.

An acceptatio pręſumatur facta legitimo
tempore , & an illud tempus ſit pro-
bandum .

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio in dubio præſumitur facta intra tempus debi
tum, nu.3.& quando procedat, nu.4.& 11.& 18.*
2 *Præſumptio eſt, quòd quilibet voluerit ſibi acquirere.*
3 *Appellatio in dubio præſumitur intra decem dies à tēpore
ſcientiæ.Contrarium vide.num.8.*
4 *Patronus,vbi pręſentauit,& eſt admiſſa pręſentatio per
Epiſcopum,non tenetur probare,quod intra tempus de-
bitum præſentauerit.*
5 *Doctorum dicta ſecūdum legem allegatam intelligenda.*
6 *Probata confirmatione electionis præſumitur electionem
fuiſſe legitimam,& probata confirmatione inſtitutionis
non curatur de præſentatione,quaſi legitima præſumai,
& nu.8. Diligens quis præſumitur in his,quæ ad emolu
mentum ſpectant.Et quando ,nu.16.*
8 *Appellanti non ſufficit probare ſe appellaſſe , niſi probet,
quod intra decem appellauerit , & nu. 11.*
9 *Tempus,vbi eſt de ſubſtantia alicuius actus,opus eſt pro-
bare de tpe regulariter,& quando procedat, num. 17.
Solemnitas extrinſeca non præſumitur,ibid.num.9.*
10 *Acceptanti non ſufficit probare beneficium vacaſſe, niſi
et probet,quod intra menſem, & ibi vide contrarium.*
11 *Præſentatus à patrono tenetur probare tempus ſuæ præ-
ſentationis, quod intra legitimum tempus fuerit facta.*
12 *Tempus in acceptatione,& ſi requiratur , non eſt de ſub-
ſtantia.
Acceptatio,quādoque poteſt eſſe ſine tempore limitato, ibi.*
13 *Vacatio beneficij,quando non eſt publicè nota,non incipit
currere tempus menſis.*
14 *Appellatione pendente præſumitur pro ſententia,non pro
proceſſu.*
15 *Appellatio eſt contra ſententiam.*
16 *Diligens quilibet præſumitur , niſi probetur negligens.*
17 *Præſentatio redditur dubia propter factum epiſcopi.*
18 *Collatio præſumitur facta intra tempus.*

Acceptatio in dubio præſumitur
1 facta iuſto tempore , niſi aliud probetur † adeò vt ſi qs
accepter beneficium vacās ſatis erit , ſi per teſtes pro-
babitur beneficium vacaſſe ante illius acceptatio-
nem,quamuis teſtes nihil de vacationis tempore,ſeu
mortis comprobent. nam ſicuti diximus, præſumitur,
ipſum acceptaſſe intra legitimum tempus, ideſt, intra
2 menſem , cum credibile ſit † quemlibet velle ſibi ac-
quirere,argum.l.ſi defunctus.C.arb.tutel.iuncta.l.cū
debitore.ff.de probatio. Et ita decidit Rota. in deciſ.
94.incip.nota,ꝙ vbi aliquis,in antiquis,& in dec.125.
ſufficit acceptanti in nouiſ.& deciſ.525.nota.ꝙ ſuffi-
cit,in antiquis.Nec hinc longè abeſt, quod DD. Ro-
tæ tradidere in deciſ.316. ſi poſſeſſor.in nou. hoc eſt ,
3 † in dubio præſumi appellationem intra decem dies
à tempore ſcientiæ.ex eodem fonte manat , ꝙ iidem
DD.de Rot.ſcripſere in antiq.deciſ.629.ſi aliquis eſt
primus,vbi voluere, vt ſi ſecundus expectans det ob-
iectus contra primum dicens,ꝙ non acceptauit intra
tempus à legibus conſtitutū,hoc eſt intra mēſem,iux
ta clem.1. de conceſſ.præb.non audiatur dando obie
4 ctum,niſi hoc plenè probet, † quia præſumitur acce-
ptatio facta intra mēſem , eandem ſententiam com-
probat Rot.in antiq.784.ſi duo ſunt expectantes , cui
adhęret.Roc.de Cur.in tract.iuriſpatronatus,in verb.
honorificum.q.49. inquiens, ꝙ vbi patronus præſen-
tauit,& illam præſentationem (ſic enim loquuntur)
epiſcopus probarit, patronum non teneri ad proban
dum intra legitimū tempus præſentaſſe,cōſimile eſt,
ꝙ cenſuit Bella.deciſ.131.præſumitur acceptatio , &
deciſ.349.ſicut præſumitur,& dec.573.concl. ſi expe-
ctans,& dec.574.concluſio, quod dicta præſumptio ,
dicens illam pſumptionem militare, ſi de tali impe-
tratione detur contra impetrantem per modum obie
ctus,tenet Rot.in ſuperius allata deciſ. 629. in antiq.
etſi idē Bella.dec.528.concl.quod inſtrumentum.di-
cat aliter fuiſſe concluſum,tamen ipſe ſequiť iſtā opi
nionē,ſicuti idem facit in dec.684. quāquā de appel.
in fin.quamuis non citrà mendum,ſic.n.opinor affe-

ſta,

rat,impetranti onus probandi tempus incumbere,ex
mente Innoc.in c.quia in cunctis.de conceſ.pben.ibi
enim negationis aduerbiũ non deſideratur,volens in
nuere ipſum nõ debere probare tempus , quod facilè
5 colligit ex allatis ibidem per eũ auctoritatibus,† ſecũ
dum quas dicta Doctorum ſunt intelligẽda . Et cum
hoc tranſit Mil.in reper. in verb. beneficiũ acceptãti
& huius rei teſtem laudat Roma. in conſ.125.ſequit
Philip Franc.in cap.ſuſpectum.col.penul. de reſcrip.
in 6.& in cap.quia in cunctis.col.2. de conceſ. præbẽ.
in 6. vbi poſt Innoc. colligit, probata confirmatione
6 electionis † pſumi electionẽ fuiſſe legitimam,& pro-
bata cõ rmatione inſtitutionis nõ debere eſſe anxiũ
de præſentatione,quaſi præſumatur legitima, vt ſcri-
pſit Rot.in deciſ.189. ſufficit præſentato in nou. hoc
etiam approbat Rom. conſ.481. præſentis dubitatio-
7 nis articulus, propè fi. dicens † præſumi vnumquenq;
ſatagere earum rerum , quæ ad ſuam vtilitatem ſpe-
ctant.l.cum de indebito.ff.de probat.

Iſtis refragari vr̃ pronunciatum Compoſtel. in ca.
cũ dilecti.de elect. vbi vult , non ſufficere appellanti
8 probare ſe appellaſſe † niſi probet ſe intra dies decem
appellaſſe,cuius dictum nõ in poſtremis habuit Rot.
d.deciſ.125.ſufficit acceptanti,in nou.& deciſ.94 vbi
aliquis , in antiq.in quo loco ẽt affert dictum Innoc.
in c.qualiter ſup verb.fama.de accuſ. vbi voluit, ne-
9 ceſſariò † ipſ eſſe probandum cum ad aliquid opus
perficiendum omnino requirit , cum hoc ſit requiſi-
tũ,quod pendet extrinſecus: ꝙ non præſumit, & hoc
expreſsè, ac apertiſſimè comprobat Rot. deciſ. 190.
quoad reuocationẽ, in nou.ſequẽdo dictũ Cõpoſtel.
in d.c.cum dilecti,quod quidem nullã in ſe continet
dubitationẽ,ſic enim in viu ſolet obſeruari,vt cũ tem
pus ẽſt de ſubſtantia actus , probandũ ſit, vt præcipit
Bart.in l.non ſolùm.§. ſed vt probari. ff.de oper.noui
nunciat.& Rota in deci.255. licet in materia,in fi. in
antiqui.& propterea.Fel.in c.ꝑ conſultationem.col.
14.verſ.2.concluſio,nu.25.de re iud.adducendo Rot.
in ſuperiori allata deciſ.94.dicit illã velle, nõ ſuffice-
10 re acceptantem probare bene cium vacaſſe,† niſi ẽt
probet,id intrà menſem.Sed (pace tanti viri dixerim)
nõ rectè agit Fely. in errorem enim manifeſtũ ſe pro-
lapſum eſſe nõ vidit, ibi eñ Rota expreſſim aliter, ac
Fely. arbitratus eſt, dicit , quãuis illud quod Compo-
ſtel. protulit, obiecerit ; nec illi reſponderit. Et ideo
Roc.de Cur. in modo allato tract. iuriſpatronatus,in
verb.honorificum.quæſt.49. Felini imprudentiã me-
ritò reprehendit. Huic euã opinioni apertè reclamat
Bellam. in deciſ. 528. incip. concluſio. ꝙ inſtrumen-
tum,Filip.Franc. in ca.1.col.pen. de appel.& Tiraqu.
de retract.§.1.gl. 16.nu.28. & ibi affert dictum Com-
poſtel.qui ita dicit obuinuiſſe,in d.c.cum dilecti.in fi.
de elect.& hanc ſententiam confirmat Rot.in antiq.
11 deciſ.556.vtrum præſentatus,† quæ in ea fuit opinio
ne , vt præſentatus à patrono teneatur probare tem-
pus ſuæ præſentationis,hoc eſt,intra legitimũ tempus
fuiſſe factam præſentationem,& illam deci.ſequitur.
Fely.in c. ex literis col. pen. de probat. Huius inter ſe
iuris interpretum repugnantię meminit Roc.de Cur.
in loco nuper allato, maximum etiam robur addet
huic opinioni deciſ.225.adhærentes.in noui. vbi ha-
betur probandum eſſe, quòd quis adhæſerit intra de-
cem dies appellationi.

Conciliandi ſunt hi inter ſe auctores hoc pacto,vt
huiuſmodi præſumptio habeat locum , ſi de tali ac-
ceptatione primi detur contra ſecundum imperran-
tem per modum obiectus ad probandum conſum-
ptionem gratiæ ſuæ , vt dixit idem Bellam. in deciſ.
574.& ſentit in d. deciſ.349.

Secũdo loco dicere poterit , ꝙ licet in acceptatio-
12 ne requiratur tẽpus † tñ negatur eſſe verum , ꝙ ſit de
eius ſubſtantia , cũ & ſine ipſo tempore ſtatuto acce-
ptatio, quandoq; ſtare poſſit, vt cũ vocatio beneficij
13 non eſt publicè nota,† quo in caſu nõ incipit currere
tempus menſis, & tamen impetrans poteſt acceptare,
vt per Bellam.d.deciſ.349. & in antiq d.deciſ.94.

Tertiò loco poſſumus dicere aliã rõnem in appel-
14 latione, & aliam in acceptatiòne conſiderari, † quia
pendente appellatione præſumitur pro ſententia, licet
non præſumatur pro proceſſu,iuxta ſen entiã. Abb.in
c.qñ contra,& ibi Dec.col.17.verſ.2. Abbas conclu-
dit. de probat. Ideo nimirum ſi cum ſtet præſumptio
pro ſententia , requiratur partem probare tempus ap-
15 pellationis, † quia appellatio eſt contra ſententiam,
ꝙ in caſu noſtro aliter ſeſe habet, quia adeſt præſum-
ptio pro acceptante , cũ quilibet præſumatur diligẽs
16 † niſi probetur negligens,præſertim vbi agitur de cõ-
modo,& lucro cõparando, vt dicit Rot. d.deciſ.125.
in nou. Nec vim facit, quod notat Rota in antiq. de-
ciſ.556.vtrum præſentatus,quia ibi illud euenit, quia
17 præſentatio patroni fuit reiecta per Epiſcopũ , † ideo
propter factum epiſcopi præſentatio redditur dubia,
& præſumitur contra eam , & propterea mirum non
eſt ſi ibi requiratur probari tẽpus præſentationis , alio
qui eſſet ſecus , vbi non militaret illa præſumptio, vt
tradidit ibi Rota,& declarat Roc.de Cur.in præalle.
tract.iuriſpatronatus, in d.verb. honorificum. quæſt.
49.quod caue ne obliuiſcaris.

Amplia , vt concluſio procedat etiam in ſemeſtri
dato ad conferenda beneficia.c.quia diuerſitatem de
18 conceſ.præb.nam præſumitur † intra tempus eſſe fa-
ctam collationem , ius enim commune tuetur inten-
tionem conferentis,ſicut ẽſt in acceptante, qui habet
pro ſe iuris præſumptionem,idcirco partes ſunt aduer
ſarij, vt probet contrarium , ita concludit Bellam. in
præalleg.deciſ.684 quanquam de appel. in fi. vbi ſic
in terminis ampliat.

Tertio amplia procedere ẽr ſi tertius det obiectus
contra gratiam primi , quia adhuc præſumitur intra
tempus acceptatio,vt idem dixit Bel.in ſuperiori.de-
ciſ.359.vt & nos de hoc mentionem fecimus.

CONCLVSIO XVII.

ARGVMENTVM.

De non tuto acceſſu an probari debeat , & quando.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſum non tutum dicens, illum liquidè debet probare
nec ſufficit magiſtratus atteſtatio de non tuto acceſſu,
nu.1.& 2.*
2 *Iudici non creditur in alterius præiudicium.*
3 *Probatio non tuti acceſſus quoad vnum,non ſufficit quo-
ad alium etiamſi in commiſſione eſſet clauſula , omneſq;
alios & quando procedat, nu.4.*
4 *Punire vnum pro alio non debet iudex.*
5 *Probatio ſemel facta de non tuto acceſſu in prima cõmiſ-
ſione deſeruit in cõmiſſione executor alium. Et præſumi-
tur timor,& metus durare, niſi contrarium probetur.*
6 *Acceſſus,quando notoriè eſt non tutus,non eſt opus proba
tione,nec proponi debet.nu.8.*
7 *Citatio facta ad locum notoriè non tutum , ipſo iure eſt
nulla,ſi notoriè non eſt tutus,debet comparere per procu
ratorem,& allegare nõ tutum, & probare, quo probato,
non tenetur comparere .*
8 *Notoriè conſtare de non tuto acceſſu,quando dicatur,vi
de ibi remiſſiuè.*
9 *Probatio de non tuto acceſſu non fit, ſi commiſſio ſignata
ſimpliciter ſit fiat,vt petitur,ſi petatur in ea per edictum
citari,ſecus ſi ſit ſignata , fiat, vt petitur in forma , quia
erit neceſſaria informatio.*

Acceſſum

Digitized by Google

1 Acceſſum non tutum ſi quis dixerit † id manifeſtè declarare, atque probare dẽt, ſic nos admonuit Dec. in conſ.460.nu.26.vbi aſſerit,non ſufficere atteſtatio-
2 nẽ magiſtratus de non tuto acceſſu,† quia illi non hñ fides in detrimentũ alterius, vt voluit Bal. poſt Guli. de Cun.in l.ſi qua per calumniam verſ.quærit hic.C. de epiſcop.& cleric.cũ ſi.& tradit Alex. in conſ.206. viſo themate.lib.2.nu.5.in fi. ꝙ autem non tutus acceſſus debeat probari per allegantẽ illum ſenſit Herc. in tract.de proban.negat.nu.26. fo.23.verſ.24. inferr.

Primò amplia concluſionem,huiuſmodi probatio-
3 nem non tuti acceſſus quoad vnum ,† non ſufficere quoad alium,etiam ſi in commiſſione adeſſet clauſula,omneſq; alios, vt per Caſſad. de dol. & contum.in
* deciſ. 2. vbi atteſtatur * coram ipſo ita fuiſſe obtentũ,
4 quod quidem illud corroborat , † quia id eſſet punire vnum pro alio,quod non eſt agendum,arg.l.ſi quis in ſuo.§.legi.C.de inoffi.teſta.c.non debet.⁋de reg.iur.in 6.cui rei omnia reſpondent,quæ ibidem adducta fuere per eundem Caſſad.

Limita iſtam ampliationẽ eſſe verã,niſi in vniuerſum eſſet probatum de nõ tuto acceſſu ad aliq̃ Ciuitatem,& refert,Anto.Mar. Papaz.in addi. ad deciſ.5. alias 70.de reſcrip.in nou.nu.20.teſtẽ adducit Caſſad. in d.deciſ.2.vbi inſuper,& illud addidit probationem ſemel factam de non tuto acceſſu in prima cõmiſſio-
5 ne † inſeruire etiam in commiſſione executorialiũ, præſumitur enim adhuc timorem,& metum perſiſtere,ſicq; non eſſe tutum acceſſum,niſi cõtrarium probetur,vt idem Caſſad.dec.3.de dolo,& contu.dicit.

Primò limita concluſionẽ primariã non habere lo-
6 cum,qñ acceſſus apertè non eſt tutus,† quia tunc non eſt opus probatione , vt rñdit Ruyn.⁋in conſ.30.nu.9. & 19.vol.5.& per clem. paſtoralis.de re iud. animaduertunt,& idem Bar.Imol.& Alex.in l.de ætate.ff.ad Treb.Iſtis conſimilia ſunt,quę non minus doctè,quã & eleganter prodidit Menoch. in conſ. 100. nu. 206. vol.1. Et ideo citatio facta ad locũ manifeſtè non tu-
7 tum † eſt ipſo iure nulla,quemadmodũ placuit Affli. in deciſ.289.nu.24. Pariſ.in conſ.27.num.4. lib.4.latè Alex.in d.l.recuſare.§.ſi quis in alio.col. 4. & ſeqq.ff. ad Senat. conſul. Trebel. Iaſ.in conſ.86. nu.13.vol.3. & Rolan.à Val.in conſ.58.nu.8.vol.2.ſi autem locus in quo ſe ſiſtere debet,non eſt publicè tutus,tunc ipſe in ius vocatus per ſuum procuratorem cõparere debet,& aſſeuerare comparationis locum, non eſſe ſibi tutum,quod quidem probabit,quo probato ad comparendum non poteſt cogi,vt tradidere Innoc. & Io. And.in cap.ex parte.de appel.& aſſerit Bart.in l.pen. §.ad crimen,ff.de pub.iud.atq; ſequitur Affict. d.deciſ.289.nu.24.& ſeq.ita videtur innuere Rota,in dec. 5.aliàs 15. de dolo, & contum. in antiq. & Pariſ.in d. conſ.28.nu.5.vbi etiam habetur,quando dicatur con-
8 ſtare notoriè † de non tuto acceſſu,& vide Boer.in deciſ.40.nu.7.cum ſeq.

Amplia limitationem hanc , vt nec etiam debeat proponi non tutus acceſſus, modo liquidò appareat locum non eſſe tutum, ſicut reſpondit Iaſ.in eod.cõſ. 86.ſub nu.13.circa fi.per Abb. & alios ab eo.ibi relatos in c.ex parte,il 1.ad fin.de appel.& in hoc limitatur id quod ſolùm dicitur de notorio, nam etſi aliqñ leuet onere probandi,tamen non leuat onere proponendi l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni, de adul.gl.in clem.appel.de appell.fallit,quãdo apertè conſtet de loco non tuto.

Secundò limita concluſionem non procedere, qñ
9 cõmiſſio eſſet ſimpliciter ſignata, fiat vt petitur, † nã tunc ſi petitum fuerit,vt quis citetur per edictum non erit opus ſuper non tuto acceſſu aliqua probatio ſiue inſtructio,ſic voluit Rot. in dec.23. aliàs 782. de dolo,& contum.in antiq. quare hodie in commiſſionibus additur clauſula, conſtito de non tuto acceſſu, vt refert idem Anto.Ma.Papaz.vbi ſupra,nu.6. & idem Staphil. cod.in loco fol. 168. vel niſi ſit ſignata, fiat, vt petitur in forma , quia tunc erit neceſſaria inſtructio:vt in deciſ.23. aliàs 782.

CONCLVSIO XVIII.

ARGVMENTVM.

An probetur non tutus acceſſus per teſtes ſingulares, & quõ deponere debeant.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſus non tutus probatur per teſtes ſingulares.*
2 *Teſtes quomodo debent deponere ſuper non tuto acceſſu.*

Acceſſum non tutum probari per teſtes ſingulares
1 † pluribus non eſt à nobis confirmandum , vt ſi vnus teſtis dicat citationes non poſſe exequi niſi iuſſu proregis, & alius aſſerat , nullum audere exequi, vt refert idẽ Ant.Mar. Papaz.vbi ſupra,nu.4. per deci. quæ eſt 377.licet ipſe non dicat nondum typis eſſe traditas.

Quomodo vero teſtes deponere debeãt, confugiẽ-
2 dũ eſt ad Caſſad.in d.dec.2. de dolo, & contum.† vbi inquit, ſatis eſſe, ſi affirment ipſos in ea eſſe opinione fieri non poſſe,vel non eſſe tutũ,præſentes illos in ius vocare, vel domi. ſic etiã placuit Steph. de lit.grat.& iuſt.fol.miſſi.168.refert idẽ Ant.Mar.Papaz.vbi ſup.
* nu.5. obtentum fuiſſe * per Dominos coram eodem R. P. D. Achil.in vna Corduben. & Vant. de nullit. proceſ. ex defectu citationum.128. Rot. in deciſ. 22. aliàs 693.not. quòd aliquoties, de reſcrip.in antiq.& Bart.ad reprim.in ver. per edictum. colum.1.Fely.in c.quoniam frequenter. col. 11.verſ.pro prac. d.clem. extra, vt lit.non conteſtat.

CONCLVSIO XIX.

ARGVMENTVM.

Acceſſus non tutus,an probetur, inimicitias probando in loco, in quem ſe conferre debet.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſus non tutus probatur,probando inimicitias,quas quis gerit cum aliquo in loco citationis perficiendæ, nec ideo tenetur accedere,nu.15.*
Et quando dicatur non tutus acceſſus,nu.8.& nu.9.
2 *Inimicitia regulariter non præſumitur,niſi probẽtur tanquam contra ius naturale,& quando excuſent,nu.5.*
3 *Creditor tenetur recipere ſolutionem,quando debitor non audet ire ad locum ſolutionis deſtinatum,& nu.4.*
4 *Creditor regulariter non cogitur aliud pro alio recipere, nec ſolutionem alibi,quàm in loco deſtinato.*
5 *Inimicitiæ ſingulares non excuſant citatum ad locũ ſibi propter hoc ſuſpectum,& poteſt mulctari,ſi ſit cõtumax.*
6 *Damnum quod quis ſua culpa patitur,ſibi aſcribitur.*
7 *Citatus probato timore nõ ſolùm inferri ſuæ perſonæ, ſed etiam cauſæ , non tenetur comparere per procuratorem.*
8 *Citatus probatis inimicitijs publicis , vel propriæ Ciuitatis,non tenetur ibi comparere,etiam publica fide ſibi data.num.9.*
9 *Publicæ fidei non debet credi, quando agitur de periculo vitæ,num.10.*
Nullus in vitæ diſcrimen debet venire. nu.10.& 11.

Publica

10 *Publica fides, quam ſaluum conductum noſtri appellant eſt fragilis cautio.*

11 *Citatum ad locum notoriè non tutum, non teneri compa rere eſt in ſecuritate ſalui conductus ſibi oblata.*

12 *Litteris ſalui conductus, quando ſit credẽdũ ibi remiſſiuè.*

13 *Citatus ſi ſit potens, qui veriſimiliter non debuiſſet timere comparere in locum inimicitiarum, non ei ſuffragatur illius probatio, nec excuſat non comparens.*

14 *Citatus debet comparere in loco ſibi inimico ex eius delicto pro quo conuenitur.*

15 *Acceſſus non tutus non probatur de inimicitijs per verba ſub indignatione noſtra à ſummo Põtific. vel alio Principe probata.*

Hæc verba ſub indignatione, nihil aliud innuunt, niſi qđ Princeps non præſtabit ſe gratioſum. nu. 15.

Acceſſus p̃terea non tutus poteſt per rationes cõ-
1 probari, † ſc cum aliquo graues inimicitias gerere, & in loco in quem ſe conferre debet, ſic teſtatur contex. in c. cum R. Canonicus. de offi. deleg. & tenent Menoch. in d. conſ. 100. nu. 184. aſſerẽdo contextum hoc expreſsè probantem in clem. paſtoralis. §. nos circa de re iud. & hinc fit, vt ad eũ accedere nequaquã queat compelli, vt dicit Afflict. in deciſ. 289. num. 22. per adducta ibidem per eundem. Addidimus illud, ſi inimicitias cõprobet, idcirco quia regulariter inimi-
2 citiæ non præſumuntur, † niſi probentur, iuxta ſententiam. Crau. in conſ. 8. nu. 8. & Manti. in conſ. 24. num. 13. & conſ. 52. num. 17. & in conſ. 266. num. 45. vol. 1. vbi ſub nu. 46. idque ratione probat, quia ſint contra ius naturale, ideo manifeſtæ eſſe debeant: argum. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. cum alijs per Mãt. adductis. Huc etiam pertinent ad confirmandam prædictã conclu. glo. inſignis admodum, quam commendat. Bald. in l. vſuras. C. de ſolut. vbi creditor compellitur recipere
3 ſolutionem, † qñ debitor non audet ſui copiam facere in loco cõſtitutę ſolutionis, propter inimicitias ſecundum Hypp. de Marſil. in l. 1. §. præterea. nu. 4. ff. de quæſt. quamuis cõi conſenſu aliter obſeruetur, vt creditor, ſicut non cogitur inuitus recipere aliud pro
4 alio, † ita nec recipere ſolutionem alibi cogi poſſit, quã in ſolutionis certo, & definito loco, iuxta ſententiam. Rol. à Valle in conſ. 48. nu. 17. vol. 1.

Hoc in loco plurimum cõcluſioni noſtræ proderit declarat o Roma. in l. 1. §. liberos nu. 10. de in ius vocan. vt intelligatur, qñ locus eſt ſuſpectus citato propter illius quas gerit inimicitias, & non propter bellũ
5 commune cum alijs: † tunc enim citatus in ius non ſe ſiſtens purgare ſe neutiquam poterit, quid ſi etiã mulctari? Et refert Dominos Rotæ ita ſentire in deciſ. 704. in antiq. & huc vergit contextus. in l. ſi merces. §.
6 culpæ. ff. loc. vbi Caius conſultus rñdit, damnum † ꝙ quis patitur ab inimicis ſuis ſuæ culpæ annumerari.

Primò amplia concluſionem, vt procedat, qñ eſſet probatum, ꝙ timeretur vim inferri non ſolùm ſibi,
7 † ſed etiam cauſæ primariæ, vt propter factiones, & fomenta partis aduerſæ, quia nec tũc citatus põt adigi, vt ibi compareat per procuratorem, vt cẽſuit. Ang. in diſpu. ſua, quæ incipit Bono. in 4. dubio, & in l. 2. §. ꝙ diximus. ff. ſi qs caut. ſeqt. Iaſ. in conſ. 86. nu. 13. vol. 3.

Secundò amplia concluſionẽ procedere, ẽt ſi fuerit probatum de inimicitijs publicis, vel ſuę Ciuitatis:
8 † quia eo caſu ibi ẽt dicitur non tutus acceſſus, & ob id vocatus ad eum locum comparere nõ impellitur, vt per Abb in d. c. cum R. Canonic. nu. 1. de offic. deleg. & ibi Fely. nu. 1. & eſt tex. in d. clem. Paſtoralis, in verſ. Piſani. de re iud. & in c. accedens il 2. vt lit. non conteſt. & ibi Fely. num. 2. verſ. tenementi, vbi plenè pertractat materiã. & Hypp. de Marſil. in d. l. 1. §. præterea. nu. 37. ff. de quæſt. Affli. in deciſ. 289. n. 20. Barb. in cõſ. 62. col. 10. li. 1. Iaſ. in conſ. 86. nu. 13. lib. 3. Frãc. Mar. in dec. 68. par. 2. & Menoc. in d. conſ. 100. n. 186.

Quod ẽt habet locum, ſi huic citato eſſet cõceſſus ſaluus conductus, ſiue mauis publica fides data ab
9 his, quibus à Ciuitate tutus reddi poſſet: † quia nõ per hoc dr̃ locus tutus; nec in fide publica ſpem aliquam debet habere repoſitam per d. c. accedens, vbi Docto. Afflict. in d. deciſ. 289. nu. 21. Iaſ. in conſ. 86. num. 53. lib. 3. & Imol. in l. nam quid. §. non oĩs. ff. ad Trebell. per tex. in d. c. accedens. el 2. vt lit. non conteſta. & ibi Fely. col. 12. verſ. tenementi, vbi dicit nullũ teneri ad-
10 hibere fidem litteris ſalui conductus, † qñ in ſummo eſſet vitæ diſcrimine. cum publica fides caduca, & fragilis cautio ſit, argu. l. quæ ita. §. 1. ff. ad Trebell. idq; perpendit Barba. in d. c. cum R. Canonicus, vbi etiam inquit, neminem ad eum locum in quo ſecurè verſari nequit, etiam accepta fide publica debere accedere. ſicq; illuc ſe non conferat, excuſatione dignum eſſe ſi nõ compareat, nullus enim in vitæ diſcrimen venire debet, argum. c. 1. de cler. non reſid. Vnde omnes vno conſenſu in eã ſentẽtiam deſcendũt, iſtiuſmodi
11 in ius citatũ ad locũ manifeſtè nõ tutum † non cogi poſſe, vt cõpareat, etiam prædicta ſecuritate oblata, vt teſtatur Fely. in d. c. cum R. Canonicus. in verſi. amplia ſecundo, vbi inquit nullum poſſe adduci, vt credat literis ſalui conductus, qñ timet gentes inimicas, populum, vel prouinciam, vt etiã voluit Boſ. in ſuo tract. crim. in tit. de citat. nu. 37. quo in loco aſſeuerauit, ꝙ ſi quis non tenetur comparere, non tenetur etiã ſub ſpe fidei publicæ copiam ſui facere, quãdo locus non eſt tutus propter inimicitias, non enim fides illa publica tunc plenè tollit cauſam timoris.

Veruntamen iſtud de publica fide non procedit, vbi bellũ cum vniuerſo populo gereretur in eo loco, quia tunc citati poſſunt litteris acceptis publicæ fidei à belli gerentibus accedere ad locum, ꝙ ſi probarẽt ipſos publicam fidem potuiſſe accipere, nec accepe-rint, excuſationi nullus erit locus, ſi iudici ſe non ſiſtant, ꝙ tradidere Dñi Rotæ in deciſ. 12. aliàs 315. de dol. & contuma. in nou. & aſſentitur Fely. in eod. ca. cum R Canonicus. nu. 1. de offic. deleg. & Hyppol. in d. l. 1. §. præterea. nu. 40. de quæſt. & meminit Afflict. in prædicta deciſ. 289. nu. 21.

Si verò quis à nobis ſciſcitetur, quo tempore. & in qbus caſibus ſit adhibenda fides literis publicæ fidei, vt locus nõ tutus tutò poſſit adiri, huic ſatis eſſe pote-
12 rit, ſi digito fontẽ monſtrabo, hæc enim latè † tradidit Fely. in prædict. ca. cũ R. Canonicus, vbi ampliat. & limitat concluſionem, & fuſius in eod. c. accedens. vt lit. non conteſt. oĩum verò copioſiſſimè in eam rẽ, congeſſit Menoc. in allato conſ. 100. à nu. 184. vſque ad 229. Afflict. in d. deciſ. 289. à nu. 18. vſque ad 24. & omnino Saly. in l. reos. in 5. col. verſ. ex dictis contrarijs. C. de accuſ. quẽ refert, & ſequitur Iaſ. in l. non exigimus. §. quod diximus. nu. 11. ff. ſi quis caut. & Ioan. de Imol. in l. pen. §. ad crimen. col. 38. verſ. 3. caſu. ff. de publi. iudi. de hac re etiam differentem vberrimè adeas Rol. à Vall in d. conſ. 59. per tot. vol. 2.

Primò limita concluſionem non habere locũ, qñ citatus eſſet adeo, corporis viribus, & diuitijs optimè inſtructus, vt verò non ſit ſimile cum ad illum locũ
13 ſibi non tutum timuiſſe accedere: † nã tunc non ſuffragatur ei probatio inimicitiarum, nec poterit ſe purgare, ſi non compareat, vt dixit Hyppol. in d. l. 1. §. pręterea, nu. 42. teſtimonio Bald. id comprobans. in c. 1. §. niſi iuſta. quo temp. miles.

Secundo limita, qñ locus non eſt ſecurus ipſi citato ob crimen eiuſdem in ius vocati, pro quo conueni-
14 tur, † quia tũc nõ erit excuſatione dignus, ſed ſibi delinquens aſcribat, ſi non acceſſerit ad iudicem, qñ in eum iure ageretur de delicto, & diceret locum non eſſe ſibi tutũ ob inimicitias. ita docuit. Bal. in l. oẽs. §. ſi verò apparitor. col. 2. verſic. circa ſecundum. C. de epiſcop. & cleri. vbi declarat, & reſpondit dict. cle. Paſtoralis. §. nos circa, cuius Bal. ſñiæ acceſſere. Alexan. in

in l. recuſare. §. ſi quis alio. nu.5. ff. ad Treb. Ruy. in
conſ.43.nu.15.lib.4. & Hypp. in d.§. præterea. nu.39.
& nouiſſimè Menoch. in d.conſ.100.nu.203.
15 Adde pro iſta concl. de inimicitijs† non rectè pro-
bari non tutum acceſſum per hæc verba (ſub indigna-
tione noſtra) prolata à Pontif. Max. vel alio Prin-
cipe, quia illud verbum, ſub indignatione, nil aliud
innuit, niſi quod Princeps non ſe præſtabit gratioſũ
citato, vt expreſſè placuit. Ruyn. in conſ.30. num.9.
volum.5. ex notat. per Barto. in extrauag. qui ſint re-
belles. in verb. indignatorum.

CONCLVSIO XX.

ARGVMENTVM.

Acceſſus non tutus, an eo ipſo cenſeatur probatus, quod probatum ſit peſtem eſſe in aliquo loco.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſus non tutus probatur, probato, quod in loco, in quo citatus debet comparere, eſt peſtis.*
2 *Timor peſtis eſt valde conſiderabilis, & fugiendus propter contagionem, & mortem.*
3 *Medici dicunt, fuge, fuge, & citò, & longè, vt nu.8.*
Vadens ad locum peſtiferum dicitur tentare Deum.
4 *Peſtis ſua magnitudine ſuperat omnes morbos, & nu.8.*
5 *Morientibus peſte raro, vel nunquam poſſunt miniſtrari ſacramenta eccleſiaſtica.*
6 *Peſtis liberat a contumacia, à pęna, à curſu fatalium, & alijs pluribus, & quando procedat, num.7.*
7 *Citatus non excuſatur propter peſtem, vel mortalitatem ſi in loco, in quo debet comparere, redditur ius, & nu.8.*
8 *Citatus excuſatur propter aeris intemperiem, etiam quod ibi redditur ius, & quando hoc procedat.*
9 *Peſtis mala plurima recenſentur.*
10 *In iudicio ſolet adeſſe frequentia perſonarum.*

1 Acceſſus non tutus† non ſolũ p ini-
inicitias, ſed etiã pro-
bari poteſt, pbato in loco in quo citatus debet cõpa-
rere peſtem eſſe, vt ſenſere Barto. Imo. & alij Doct. in
l. de ætate, ff. ad Trebel. Alex. in l. inquilino. de damn.
infect. Felyn. in c. ex parte. de appel. Corn. in conſ.53.
in hac cõſultatione, col.2. & in conſ.131.nu.5. codẽ
vol.4. & in conſ.109. vol.2. Ryp. in tract. peſtis. cat.
26. in F. Neuiz. in conſ.51. nu.10. Boer. in quæſt.229.
nu.11. Rol. à Val. in conſ.81. num.31. & ſequ. vol.1.
Parſ. in cõſ. 33.nu.13. vol.2. in gl. in cle. ne in agro. in
fi. in ver. rationabili, de ſta. Mona. tex. in c. ad ſuppli-
cationẽ, & ibi glo. de renũcia. glo. in c. cõmunis fi-
lius 23. diſt. timor. n. peſtis maximè cõſiderandus eſt,
2 † & ab oĩbus fugiendus pp contagionis periculũ, &
ſubinde mortis, arg. c. negotiatorẽ. 88. diſt. & Neuiz.
in d. cõſ.51. vbi peſtẽ eſſe fugiendã, & à longè cauen-
dam, quid .n. tibi prodeſſet, ſi cũ Ciuitas eſſet cõtami-
nata in villã tantũmodo ſeccederes? vt nobis optimè
conſulens dicebat Bertach. in tract. de gabellis. par.2.
q.24. & aſſerit dicere Roſariũ.1. par. ſermone vlt. col.
3 fi. Medicos, & in hæc verba prumpere, fuge, fuge, † &
citò, ac longè vade, & accedentem ad locũ peſtiferũ
dicit tentare Deũ cõtra c. ſi nulla 23. q.8. ſic etiam p-
tulit Ryp. in eo. tract. peſtis char.1. in 4. q. vbi dicit,
4 † peſtẽ ſui magnitudine ſuperare oẽs morbos: & p-
pterea imminere periculum nedũ corporis, ſed etiã
5 aĩæ, quia rarò, vel nunquã† morientibus peſte poſsũt
miniſtrari eccle. ſacram. vt tradidit ſum. Ang. in ver.
Euchariſtia m 4. & in ver. vnctio extrema 6. Non eſt
6 igitur mirũ, ſi peſtis liberet nos à cõtumacia† à mora,
pęna, à curſu fataliũ, & ab alijs plurib. cõgeſtis p Rip.
in d. tract. peſtis, p Bal. & Pau. Caſ. in l.2. C. de ſũ. Tri-
nit. & habet̃ in auth. iuſiurãdũ, ꝙ p̃eſt ab his, in fi. &
per Ale. in l. caſus. C. de teſt. & Panſ. in d. cõſ.33.n.12.
Iſtud, ꝙ diximus limites non procedere, quando
ius redderetur in illo loco ẽt tẽpore peſtis, & mortali-
7 tatis, † nam pp hoc citatũ non liberet à comparitio-
ne, vt aſſerit ex p̃dictis Ant. de Butr. Io. Andr. in c. di-
lecti dẽ dol. & contu. quem refert ibi Abb. col.6. &
aſſentitur Alex. d. l. de ætate. Iaſ. in l.2. §. ꝙ diximus,
ante fi. ff. ſi quis cau. cui accedit Igneus in l. cõtract.
col.32. ff. de reg. iur. cũ alijs adductis per Neuiz. in
conſ.51.nu.1. Et licet ẽt peſtis eſſet in curia Rom. ni-
hilominus appellationẽ pſequi deberet, iuxta ſentẽ-
tiam. Alex. in l. non exigimus. §. ſi quis in iudicio in
1. not. ff. ſi quis cau. & in d. l. de ætate refert, & ſequit̃
etiã Iaſ. in d. l. non exigimus. §. quod diximus, nu.13.
Ampliatur primo concluſio, vt etiam procedat in concubina, & amaſia, quæ præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis amaſij, vt per Frāc. Crem. in d. ſing. 6. vbi refert Bal. ita ſentientem in l. 1. C. de nat. lib. & Barba. ſupra adducto loco nu. 21. idem Bald. firmauit in d. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. Gul. de Bened. tenuit in repetitio. c. Rayn. §. cuidam Petro tradidere. num. 100. part. 2. & Hip. Rimi. tradit in §. 1. nu. 136. Inſti. p quas perſo. nob. acqui. Ratio eſt ne, & ipſa videatur corporis ſui copiam alijs feciſſe, & ſic ob euitādam malam ſuſpitionem.

Aliam ſequutus eſt ſententiam Alc. in tract. de preſump. reg. 3. præſum. 26. nu. 2. reſpondit, & declarat dictam opinionem aliter opinantium.

4 Secundò ampliatur concluſio † vt etiā procedat in vidua, ſecundum Bald. in d. l. cum oportet. in prin. C. de bo. quæ lib. & receptiſſima eſt noſtrorum ſentētia: vnanimes enim id ſentiunt, Sal. in d. auth. licentiam. poſt prin. C. de epiſ. & cler. Crem. in d. ſing. 6. Boer. in deciſ. 81. nu. 7. Pariſ. in conſ. 80. li. 1. num. 12. vbi dicit * hanc eſſe magis communem * opinionem, Io. Lup. Hiſpan. in repet. rub. de don. int. vir. & vxo. fol. mihi 5. col. 4. & fol. 29. ver. operatur quartū effectū, vbi ponit tres ampliationes, & tres limitationes ad regu. l. quintus, latè Neuiz. in ſua ſilua Nuptia. ver eſt nubēdū, mihi fol. 115. Albe. de Roſa in l. ēt. C. de dona. int. vir. & vxo. nouiſſ. Gabr. in ſuis concl. lib. 1. tit. de præſ. concl. 5. nu. 4. Bello. in d. conſ. 17. n. 12. Capra in cōſ. 13. col. 2. & Guli. de Benedi. in d. repe. c. Ray. §. qui cū alia matr. contrah. nu. 144. par. 3.

Huic opinioni apertè reclamat Alc. in d. præſum. 26. nu. 4. ſcilicet, vt non procedat in vidua emente poſt annum luctus, teſtem adducit Ang. in cōſ. 141. & idē intellexerunt Dec. in conſ. 227. Crem. in d. ſing. 6. Pariſ. in d. conſ. 80. Fran. Rip. in l. fœminæ. q. 20. nu. 40. C. de ſec. nup. vbi de hoc abundè pertractat alioquin ſequeretur ſecundum Ang. in d. conſ. 141. nullam mulierem poſſe acquirere tutè, niſi oſtenderit vnde pecuniam ſibi comparauerit, & hoc etiam fuit de mente Alb. in d. l. etiā, vbi diſtinguit, an mulier ſtatim poſt mortem viri, emat, an ex interuallo.

Intellige igitur modò allatā ampliationem procedere, qn̄ vidua continuò poſt mortem mariti, & intra tempus luctus acquiſiuerit, quia ſic præſumitur ſemper acquiſiuiſſe de bonis viri, nam ex quo tam breui tēpore acquiſitio fuit facta, præſumitur ex vicinitate, & propinquitate tēporis facta ex bonis mariti, arg. l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuil. credi. & dicit Boer. in d. deciſ. 81. num. 7. ne illius caſtitas polluatur. Gulicl. de Bened. in ca. repe. ca. Rayn. §. qui cum alia matr. contrah. num. 245. vbi dicit, ſecus eſſe, ſi ex interuallo. & Rol. à Valle in conſ. 86. nu. 46. vol. 1. vbi itidem dicit ſecus eſſe, ſi poteſt annum luctus mulier acquiſiuerit; niſi remanſerit in adminiſtratione bonorū mariti, vt dicit Ang. in cōſ. 141. col. 1. & 2. vbi aſſignat rationē. Quia qn̄ mulier emit primo anno luctus dr̄ eſſe in matrimonio viri, cū nō poſſit nubere. §. ſoluta. authē. de nupt. & ideò de bonis viri præſumitur acquiſiuiſſe:

5 † quia per legem eadem caſtitas intra tēpora luctus à muliere deſiderat; quæ deſideratur conſtante matrimonio, vt in corpore de reſti. & ea quæ parit. in rubro, & nigro, ſecus lapſo illo tpe, quo non iſtā caſtitatem lex ſeruare voluit: cum viduæ nubendi poteſtatē permiſerit, nec vr̄ eſſe in primo matrimonio, alias niſi ita eſſet, ſequeretur, nullam mulierem poſſe quicquā ſibi quærere, niſi oſtenderet, vnde originem pecunia habuerit, quod eſt falſum ſecundum Io. Lup. in repet. rubr. de don. int. vir. & vxo. car. 50. col. 4. Neuiz. in Silua nupt. fol. 14. à tergo ver. 1. amplia. Crem. in ſingu. 60. & Rip. in l. fœminæ. nu. 55. C. de ſecun. nupt.

Reſtringe iſtam intelligentiam procedere, quādo non adeſſet alia coniectura, per quā veriſimiliter iudicaretur, talia bona acquiſita vltra annum luctus fuiſſe ex bonis mariti, aliàs adhuc iſta præſumptio militaret, dato etiam, quòd ad ſecunda vota tranſiuit, ita declarat, & intellexit Ang. in d. conſ. 141. vbi docet indicia, ſecundum quæ iudicari poſſit, ex quibus bonis potius potuerit mulier acquirere. Et illum ſequuti ſunt Boer. in d. deciſ. 81, nu. 10. Alcia. d. præſ. 26. nu. 5. & Caſſa. in conſuet. fol. mihi 189. col. 2. nu. 8.

Secundo reſtringe intelligentiam ſupra allatam non procedere qn̄ vxor mortuo viro remanſit in adminiſtratione bonorum eiuſdem viri, forte cum filijs ſuis pupillis, quia tunc ſi non poteſt aliundè lucrari præſumitur ex bonis viri, & filiorum acquiſiuiſſe, per q̄ præſumptionem lucri tollitur alia præſumptio delicti, vt per eundem Angel. in d. conſ. 141. & Boer. in d. dec. 81. nu. 8. Fran. Are. in conſ. 31. conſiderata diligēter, quaſi per tot. Præpoſ. in c. ſignificauit. in fi. de don. int. vir. & vxo. Fran. Cur. in conſ. 23. ego quoque, col. 2. verſ. nam præſumitur. Barb. in c. 1. de pecu. cler. Bal. & Saly. in d. l. cū oportet. C. de bon. quæ lib. Pariſ. in d. conſ. 80. nu. 12. vol. 1. vbi duplici in loco confirmat * hanc eſſe communem * opinionem, de qua etiā vide Bal. in conſ. 53. vol. 4. & Siluan. in conſ. 86. nu. 10. vol. 2. vbi dicit, quòd mater vidua commorans cū pupillis, penes quam ſunt tantum bona pupillorum, ſi aliquid acquirit præſumitur acquiſiuiſſe de bonis pupillaribus, vt etiam ſcribit alio loco Bal. in conſ. ſcilicet 137. incip. quædam vidua lib. 5. niſi aliundè bona habeat ex quibus poſſet aliter conſtare.

Tertiò ampliatur concluſio, vt ēt procedat, ſi maritus confiteretur lucrū eſſe mulieris, & negaret proueniſſe ex ipſius propria pecunia: qa nihilominus adhuc vigebit præſumptio, ex bonis viri mulierē eſſe lu-
6 cratam † ex quo talis cōfeſſio inter perſonas prohibitas nullius ſit momenti. l. qui teſtā. ff. de probat. nam præſumitr̄ ſimulatā, & fictā, & à lege hr̄ pro ſuſpecta, etiam ſi nulla alia contra mulierem concurreret præſumptio iuris, vt per Bart. in l. ſi diuortio. ff. de verbo. obli. & propterea cenſeretur maritū voluiſſe donare
7 vxori, † quod eſt prohibitum, quare non ſtaretur huiuſmodi confeſſioni, niſi eſſet confirmata per mortē, ſecundū Bal. in conſ. 66. punctus talis eſt vol. 5. tenet Fran. Are. in conſ. 31. col. pen. & idē voluit Alci. in d. præſum. 26. reg. 3. nu. 16. Pariſ. in conſ. 62. nu. 5. vol. 1. vbi nu. 8. arbitratur idē procedere, etiam ſi confeſſio huiuſmodi eſſet corroborata iuro mariti, auctoritate Bar. in l. Aurelio. §. fi. de lib. leg. Petr. & Cyn. in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. Io. And. in addi. ad Spe. in rub. de don. int. vir. & vxo. Alex. in l. ſi diuor. col. 5. ff. de verb. obl. & Soci. in l. 1. nu. 18. ff. ſol. matr. & ita ēt dicit Crau. in conſ. 81. & Rom. in cōſ. 44. ex ſupra narrato themate.

Contrarium ſenſere, qn̄ conſtat ex cōfeſſione mariti pecuniam fuiſſe ipſius mariti. Alexan. in conſ. 22. vol. 4. Socy. in conſ. 65. in 20. arg. Signo. in conſ. 122. col. 2. Ruin. in conſ. 44. col. 2. vol. 5. & Cra. in conſ. 61. col. 3. Concilies tamen, vt infra in limit. 2.

Limita ſupradictam ampliationem nō procedere, quādo mulier haberet bona propria, nā inquit Grat. in cōſ. 54. nu. 36. vol. 1. quod marito cō teneri ſe emiſ-
8 ſe de pecunijs vxoris † licet regulariter nō ſtetur propter prohibitam donationem inter ipſos, ſtatur tamē, quando eſt veriſimile, vt quia illa mulier habeat bona propria, iuxta etiam ſententiam Sal. in l. ſi mater. C. de contrah. empt.

Intellige ampliationem habere locū, etiā ſi hæredes, vel creditores mariti vellent repetere pecunias, vel res acquiſitas nomine vxoris, quia, & tūc poſſent, non obſtante confeſſione prædicta, quę nihil facit cō
9 tra præſumptionem iuris, † quæ tolli non poteſt: niſi per ipſam mulierem contrarium probetur: vt dicetur infra in limitationibus: ita ēt tradit Pariſ. in d. conſil. 62. nu. 18. ex allegat. abundè ibi per eum.

Et idem procedit, ſi per ſingularem ſucceſſorem vel donatarium opponitur mulieri ſecundum Dec. in conſ.237. Neuiz. vbi ſupra in 4. ampliatione.

Refragatur huic Alex. in l. qui iure familiatitatis ff. de acq. poſ. & in conſ. 101. col. 1. vol. 7. Alciat. de præſump. d. reg. 3. præſump. 26. num. 7.

Idem dicendum eſt, quando mulier negaret illa
10 bona acquiſiuiſſe à bonis proprijs, vel alterius: nam cum hoc ipſa probare debeat non erit ſtandum eius aſſertioni. l. neque natales. C. de prob. c. in præſentia, eo. tit. tradit Io. Lup. in d. rub. de donat. int. vir. & vxo. §. 60. fol. mihi 65. ſequitur Neuiz. in Silua nupt. in d. verb. eſt nubendum. nu. 21. & ſeq. ariſ. in d. conſ. 62. num. 3. & ſeq. & Crauet. in conſi. 81.

Contra ampliationem ſtant Sal. in l. cum propria per illum tex. C. ſi quis alteri, vel ſibi, in fi. & in l. ſi mater. C. de contrah. emp. Alex. in conſ. 24. viſis dubijs, col. 1. nu. 5. vol. 1. qđ eſt repetitū in vol. 4. in conſi. 23. Soc. in conſi. 61. circa primam. col. 1 nu. 3. vol. 4.

Cōcilies vt per Alcia. in d. præſump. 25. nu. 16. vbi
11 conſiderat tres caſus pro reſolutione quæſt. † quos videre vtile erit: quia ibi egregiè declarat materiam, & vide Pariſ. in d. conſ. 62. nu. 28. lib. 1. vbi ſenſit contra primum caſum eiuſdem Alcia. & Rip. qui conſuluit ſecundum opinionem Alcia. in reſponſ. . . lib. 3. c. 4.

Quartò ampliatur: quia ſi ab vtraque ſint præſumptiones, ex quibus bonis mulier acquiſiuerit bona, & an tempore contracti matrimonij, an poſt, in dubio præſumitur contra mulierem, vt per Aretin. in conſilio 31. & per Alber de Rol. in d. l. etiam. C. de donat. inter vir. & vxorem.

Diuerſum ab hac re videtur voluiſſe Alcia. in d. præſump. 26. nu. 6. vbi in eam deſcendit ſententiam, onus probandi mulierem acquiſiuiſſe conſtante ma-
12 trimonio † vel intra annum luctus incumbere agēti, auctoritate Saly. in d. l. quintus, & l. etiam. & ſequit Alex. in conſ. 42. vol. 5. voluit Bal. in l. ſi vxor. C. de condi. inſer. Et ratio eſt: quia iſto caſu agēs corroboratam habet intentionē in tempore, vnde ipſe debet probare, iuxta not. in l. non ſolū. §. ſed vt ꝓbari. ff. de
13 nou. oper. nuncia. Et quia † ſigna, vnde oriuntur præſumptiones, ſunt probanda, vt per eundem Alciat. vbi ſupra, quem vide: quia ibi conciliat opiniones.

Quintò ampliatur concluſio, vt etiam procedat in
14 matrimonio putatiuo † id eſt, vt ea, quæ vxor conſtāte matrimonio putatiuo acquiſiuerit, præſumantur quæſita ex bonis mariti, ſecundum Tiraq. in trac. l. connub. in rub. de ſon Mary, in gl. 8. nu. 271.

Primò limita concluſionē non ꝓcedere, ſi mulier probet illa bona habuiſſe ante matrimoniū; & in dotem ei non fuiſſe aſſignata, auctor eſt Bald. in l. fin. C. de pign. & in l. ſi vxor. colum. 2. ver. denuo. quæro. C. de cōdi. inſer. nec ab illo diſſēſit Alex. in cōſ. 42. vol. 5. cōſulte cauit Crau. in cōſ. 206. nu. 18. & in conſ. 61. nu. 7. in fin. & Hipp. Rimi. cōmemorauit in d. §. 1. nu. 142. Inſt. per quas perſo. nob. acq. in quæſitis n. ante contractū matrimoniū ceſſat præſumptio vxorē acquiſiuiſſe de bonis mariti: vt decidit Boer. in q. 81. nu. 2. vbi, & nu. 3. & dixit idē eſſe, ſi mulier cōprobet illa bona ēt conſtante Matrimonio ex aliquo titulo ſibi emiſſe, aut acquiſiuiſſe aliūdè honeſtè: vt qa pecunia
15 à cōſanguineis ſibi oblata fuerit † vel fuit lucrata ex aliqua honeſta negociatione, veluti, qa erat obſtetrix, vel manu medēdo, vel texendo, vel reſarciendo veſtes, aut inaurādo, vel acu Phrygū more pingēdo, veſteſuè auro intexēdo, ſiue lactādo infantes alienos, vel vnà cum viro cauponariā exercēdo, & iſtiuſmodi ꝙ plurima alia, vt videre eſt per Abba. conſi. 36. circa primum, vol. 2. & clarius per Bald. Saly. Ang. & alios in d. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. Socin. conſ. 249. in materia in fi. Barb. in d. ſuo tract. de præſtan. Card. 3. q. 1. par. nu. 21. Alex. conſ. 133. incip. verè Pet. Gerar. ſing. 99. Crot. in l. frater à fratre. colum. 34. ff. de cōd. indeb. Rip. in 4. reſp. lib. 3. Neu. in Silua nup. ver. eſt nub. fol. mihi 115. col. 3. ver. 6. limita. Ruin. in conſ. 96. nu. 2. vol. 5. Alcia. d. præſump. 26. reg. 3. nu. 10. Caſ. in conſ. 29. Fulg. in conſ. 198. in quæſtione propoſita, Alex. in conſ. 42. volum. 5. & in conſil. 133. circa primum. volum. 4.

16 Nec id ratione caret nam in iſto caſu † ceſſat ſuſpicio turpis lucri: vt dicit Bello. in conſ. 17. nu. 11. Ideò ceſſare debēt præſumptio prædicta. arg. eorū, quæ no. in l. ſi qui adulterij. C. de adult. vbi ſi qui accuſati fuerint adulterij, & obtētu proximitatis intētata depulerint, per cōmemorationem neceſſitudinis crimini fidem derogando, dū exiſtimatur nō debere credi qđ cōtra adducitur, vel non potuiſſe cōmitti, hi ſi poſtmodū in nuptias, cōſortiumq; conuenerint, facinus illud, de quo fuerint accuſati manifeſta fide, atq; indicijs euidentib. publicabunt, in quos Imp. ſeueriſſimè vindicari iuſſerūt. Huc quoque ſpectant l. diuus. ff. de reſti. in integ. & l. oēs. §. Lucius, ff. quæ in frau. cred. & l. non ſolū. §. de viro. ff. de rit. nup. & dicit Bal. in l. ſi certis annis. col. 3. ver. cōcludo igitur. C. de pact. & Cor. in cōſ. 308. licet dicta allegata. col. pen. vol. 1. & eo magis ceſſabit illa præſumptio; cum (vt diximus)
17 probatum fuerit contrarium, † nam probatio vincit præſumptionem, Neui. & Alcia. vbi ſupra, & tenuit Bar. Capol. caut. 149. incip. nota autem, & Fran. Aret. in d. conſil. 31. in 4. circa fi.

Prætereà ad hanc limitationem adhibeas Alex. in conſi. 209. ponderatis his col. 2. vol. 6. & in conſ. 24. viſis dubijs. vol. 1. Barb. in conſ. 22. ſcripſit Propheta. vol. 1. Prac. Pap. in for. libe. quo vxor agit ad dot. ver. tanquam bona paraphernalia, in quib. locis illi, quos modo nominauimus videntur dubitare de iſta limi-
18 tatione: † nam illa, cuius matrimonio conſenſit, in officio mariti eſſe debet, vt verbis vtar Hermogenian in l. ſicut. n. de ope. lib. quod, & Paulus reſpōdit l. ſed ſi vir. in prin. ff de don. int. vir. & vxo. Quapropter decidendum videtur omne illud lucrum, tanquam ex operis debitis marito eſſe mariti; vel ſaltem dimidiā ratione ſocietatis contractæ, nam vir. & vxor dicuntur ſocij diuinæ, & humanæ domus, vt optimè traditum fuit à Neuiza. vbi ſupra.

Alciato iñ in d. pſum. 26. nu. 11. magis placet opi. Bal. in d. l. fin. C. de pign. tanꝙ verior: quia licet vxor cogatur viri negotium procurare, non iñ tenetur pro eodem negotiari, vt etiā dicit Cap. in conſ. 2. nu. 15. vbi aſſerit, vxorem operari debere viro operib. obſequialib. vt inſternere lectū, coquinari (vt Plauti verbo vtar) & ſimilia, non fabrilib. vel artificialib. cum ſtare nō debeat in domo ſicut cadauer, vt dicit quoque Bald. in l. 1. C. de leg. & in l. ſi vxorem. C. de cōdi. inſer. Rip in li. 3. reſp. c. 4. nu. 4. vbi diſtinguit, quædā eſſe ſeruitia obſequialia, & quaſdam operas paruæ æſtimationis, & iſtas compelli vxorem præſtare in domo mariti iuxta conditionem perſonarum. Cæterum ſi vxor exerceret aliquam artem, vel mercaturam, vel manu mederetur, vel eſſet obſtetrix, quæ nō ſunt operæ domeſticæ, nec familiares, tunc quicquid acquirit ex iſtis operis, ſibi acquirit, non enim, vt dictum eſt, ad præceptum mariti cogit vxor negotiari, Alcia. tamen vbi ſupra putat in hoc ſtandum fore conſuetudini, ſi aliqua eſſet, ſecundum Hoſt. & cæteros in c. ſignificauit. de don. int. vir. & vxo.

Secundò limitatur quādo maritus interat acquiſitioni, inſtro, in quo dicebatur, pecuniam prouenìſſe ab vxóre, & maritus hoc cōfitebatur expreſsè, vel tacitè, non repugnādo, ſic profitēdo dixit Saly. in l. ſi nō verū. C. de don. int. vir. & vxo. in l. ſi mater. C. de contrah. emp. & in d. l. quintus. & Bello. in cōſ. 17. nu. 11. quia tunc pſumunt, acquiſita ex bonis coniugis, & ſtādū erit aſſertioni mariti: vt dicit Soc. in cōſ. 71. circa primū. vol. 4. cōſuluit Alex. in cōſ. 24 vol. 1. qđ eſt repetitū in vol. 4. in cōſ. 23. viſis dub. tradit. Bal. in cōſ. 77. pun-

77.pũctus taliseſt,còl.5.Alc,docuit in d.pſum.26,reg.
3.nu,16.Ruy,cauit in conſ.44.col.2,vol.5.Neuiz tra-
didit,vbi ſup.fol.115, verſ.3.lim. & Nat. meminit in
cõſ.30.n.2.vol.1.vbi dicit,tunc vxorẽ nõ præſumi ac-
quirere ex bonis mariti, quando in iuſtrõ dictum eſt
de pecunia propria vxoris præſente viro,& conſentiẽ
te,nam tunc ſtatur inſtrumento, & creditur marito,
vt etiam reſponſitauit Rip.in lib.3.reſp.d.c.4 nu. 2.

Quinetiam amplius dixit Sal.idem ſentiendũ eſſe,
quando maritus non ignorabat vxorem acquirere,&
poſteà diù tacuerit cum muliere,nec aliquid obiecit,
Sal.in auth.ſed iam neceſſe. C. de don.ante nup per
Fulg.in conſ.198.in quæſtione propoſita,atq; Rui.in
d.conſ.44.nu.5.& per Neuiz.in 4 limit.

Aliam ſequutus eſt ſententiam Pariſ.in d.conſ.62.
nu.28. Ideò concilies,vt prior opinio procedat, quã-
do pecunia emanauit ab vxore præſente viro, & non
contràdicente, poſterior verò, quando maritus emit
19 feudum pro vxore abſente,† & cõfeſſus eſt pretium,
quòd ſoluit fuiſſe ex pecunia vxoris: quia tunc nõ ſta
tur aſſertioni mariti,& ita diſtinguit. Ruin.in d. conſ.
47 nu.5.vol.5.& Alc.in d.præſump.26.Alex in d.cõ-
ſil.24.vol.1.Soc.ſen.in conſ 65.nu.8.vol.1.

Diſſentire videtur ab iſtis.Cacher.in deci Pedem.
140.nu.3. vbi dicit, maritum ementem fundum pro
vxore,& proteſtãtem emere de pecunia donata vxo-
ri, acquirere vxori, Pauli reſponſo motus. in l.vxor
marito.ff.de don.int.vir.& vxo.vbi Bart. & commu-
niter Doct. vbi dicit id verum eſſe, niſi appareret ex
aliquib. cõiecturis, & præſumptionibus vxorẽ aliun-
dè bona ſibi comparaſſe,vel comparare potuiſſe, ſe-
cundum Doct.in l.ſi filij,C.de don.int.vir.& vxor.&
Sal.in l.cum propriè in fi.C.ſi quis alteri, vel ſibi.

Tertiò limitatur non procedere in muliere diuite,
quæ nubit viro pauperi;quia tunc præſumitur àcqui-
ſiuiſſe de bonis ſuis peculiarib. & non mariti: vt per
Neuiz.vbi ſup.verſ.1.limita.per Alc.in d.præſum.26.
nu.5.idem ſenſit Barb.in c.1.còl. 1.de pecu.cler.& Io.
Lup.in repe.rub de donat.int.vir.& vxo. vbi ſup.in 2.
amplia.& cautum reliquere. Bald. in conſ. 70. appa-
rent.col.2.cir.med.lib.1.Corn.in conſ.327.vol.2. cir-
ca fi.lib.1.& Crauet.in conſ.61. nu. 7.

Nec aliter dicendum eſt,quando maritus non erat
eiuſdem loci,cuius erat vxor, & commigrauit in do-
mũ vxoris,quia & tunc ceſſat iſta præſumptio:vt au-
ctor eſt Crau.in d.cõſ.61.nu.7.qui teſtimonio cõpro-
bat.Sal.in l.ob maritorũ.C.ne vxo.pro mar.quem ſe-
quiť Soc.in cõſ.128.col.2.ver.pro hac accedat.vol.1.

Quartò limitatur non procedere, quando aliæ con-
currerent præſumptiones,ex quib.iſtæ excluderentur,
& conſtare poſſet de contrario,ideſt mulierẽ aliundè
habuiſſe bona,vt per gl.in c.manifeſtè.12.q.1.idq; ab
omnib. ferè præclariſſimis conſulentibus approbať,
vt à Bal.in conſ.67.lib.1.à Ruin.in conſ.99.col.4.vol.
1.per Aret.in d.conſ.31.col.2.& ſupra dictum fuit.

Quintò limitatur nõ habere locum, quoad poſſeſ-
ſeſſorium;quia in poſſeſſorio iudicio mulier obtine-
bit,nec in eo inquirendum erit de hac præſumptione:
20 † nam in poſſeſſorio illud,quod poſſidet vxor,præſu-
mitur ipſius vxoris,vt per Bal.in d.l. ſi vxorem. C. de
cond.inſer.Neuiz.vbi ſup.verſ.limitat.Lup.& Alc.d.
præſump.26.nu.8. vbi declarat, iſtud ſibi locum ven-
dicare,quãdo vxor ſola poſſideret, alioqui ſi poſſide-
ret cum marito, tũc præſumereť potius poſſeſſio ma
riti,& ipſam poſſidere iure familiaritatis, teſte Alex.
poſt alios in l.qui iure.ff. de acq. poſſeſ.

Sextò limitatur procedere,quoad ipſum maritũ, ſeu
eius hæredes,qui poſſunt vxori obijcere,illa bona fuiſſe
acquiſita de bonis ipſius mariti, ſecus quoad extra-
neum,quod proditum eſt à Bal.in d.l.ſi vxorem. col.
fi.C.de cond.inſer.per no. in d.l.ob maritorum. C.ne
vxo.pro mari.nec ab illius opinione receſſit, tùm di-
cẽdo,tùm etiam conſulendo.Alex.in d.l.qui iure.ff.
de acq.poſ.& in cõſ.101.inci.ſuper 1.dub.vol.7. Alc.
retulit in allata præſ.26.nu.7.Bello.mentionẽ facit in
d.conſ.17.nu.12.nec Hipp.Rim. intactum reliquit in
§.1.nu.137.Inſt.per quas perſonas nob. acquir.

Reijcit hanc limitationem.Alc. in ſupracitato lo-
co,quia nimis per ipſam reſtringitur tex.in d.l. quin-
tus.ff.de don.int.vir.& vxo. Ideo verius putat quem-
libet,cuius intereſt,poſſe opponere,cùm iſta præſum
21 ptio non ſit inducta†ita demum ſi maritus velit, ſed
in vniuerſum loquatur, vt euitetur mala ſuſpicio, &
hanc ſententiam amplectuntur.Dec. in conſ.237.col.
pen.& ante cum Bar.in l.2.ff.de excep. Verùm Hipp.
Rim.in d. §. 1. nu.137.dicit ſupradictã limitationem
eſſe veriſſimam,quoniam præſumptio, vt quis in du-
bio non videatur delinquere, non ſufficit ad eũ con-
demnandũ:vt tradidere gl.Bar.& alij in l. qui iuraſſe.
§.ſi pater.ff.de iureiur.& in l.meritò. ff. pro ſoc. Non
ſatis igitur erit,ſi dixeris,vxorem præſumi, quæſiuiſſe
de bonis viri,vt euitetur delictum, eaq; extraneo cõ-
dẽnetur,cum iſtiuſmodi præſumptio adeo non ſit ef-
22 ficax; vt per illam poſſit ipſi pœna irrogari. † Præte-
reà obijcienti id condonemus hanc præſumptionem
militare,nõ tamẽ extraneo prodeſſe dẽt, nam ita de-
mum quid præſumitur,ſi allegetur,& nõ aliter, ſi igi-
tur nobis eſſet in optatis, vt contra mulierem vrgeret
hæc præſumptio,opus eſſet,vt extraneus cum ea con-
tendẽs,eã in mediũ afferret,& mulierem inijceret,qđ
quidem facere non poſſet,ſic enim opponeret de iure
mariti,& ita de iure tertij,quod fieri nequit, arg.l.2.ff.
ſi ag.vect.& animaduertit.Bart.in l.2.ff. de excep. rei
iud. meritò igitur vxor contra extraneum obtinebit.

Septimò limitatur, quando mulier adminiſtrauit
bona alterius,vt etiam ſupra à nobis dictum fuit;quia
licet acquiſita ab vxore conſtãte matrimonio in du-
bio præſumantur acquiſita de bonis viri, tamẽ id fal-
lit,ſi adminiſtrauit bona alterius,quia tũc ſecus eſt. ſi ijs
eſt adhibenda fides,quæ annotauit.Rol.à Val.in cõſ.
90.nu.17.vol.2.qui adducit teſtes. Alex.conſ. 40. col.
pen.vol.3.& Sal.in d.l.quintus.

CONCLVSIO XXXI.

ARGVMENTVM.

An acquiſita per fratrem cum alijs fratribus viuentem poſt obitum patris hæreditate indiuiſa, cenſeantur acquiſita de paterno patrimonio, & iſtiuſmodi, an debeãt inter eos communicari, & quomodo inter fratres intelligatur contracta ſocietas.

SVMMARIVM.

1 *Quod acquirit frater vitam degẽs cum fratribus defuncto patre, & hæreditate indiuiſa, dicitur acquirere a cõmuni patrimonio.*

2 *Statutum Laudenſe præſumit inter fratres indiuiſos tacitam ſocietatem, & ſolùm excipit acquiſitum ex donatione, vel ſalario.*

3 *Idem cauetur ex ſtatuto Mediolanenſi, & in illo excipitur vltra præfata, etiam ſucceſſio inteſtati, ex cauſa teſtamenti, ſiue codicillorum, vel dotis.*

4 *Inter fratres pſumiť cõtracta ſocietas, ſi poſt obitũ patris ad eandem menſam, & in eadem domo cõiter vixerint.*

5 *Societas dicitur leonina, ſi inter fratres oĩa communicãt.*

6 *Acquiſita per fratrem, vt alijs communicentur, non ſufficit omnes ſimul habitaſſe hæreditate indiuiſa, ſed etiam tria copulatiuè requiruntur, &c.*

7 *Societas dicitur inita, quoad fructus hæreditatis communes inter fratres, non quoad alia.*

Societas

8 *Societas non videtur inducta per hæreditatem patris in communi retentam, & eius poſſeſſionem pro indiuiſo, ac ſimul cohabitationem, cum hæc omnia citra eius, & ſocietatis nomen fieri poſſint.*

9 *Actus noſtri voluntarij non vltrò ſe extendunt, quam ex eis colligitur.*

10 *Concluſio non habet locum, niſi fratres negotia ſua promiſcuè egerint, & ſine computatione cõmunibus expẽſis viuẽdo bona ſimul habuerint, et diu ſimul habitauerint*

11 *Acquiſita non præſumuntur de cõmuni, ſi inter fratres alius pupillus, alius maior, & alter furioſus exiſtat.*

12 *Societas non intelligitur tacitè contracta cum minoribus.*

13 *Acquiſita per fratrem maiorẽ omnia bona adminiſtrãtẽ præſumitur de cõi, niſi ſit artifex, vel aliter acquirens.*

14 *Societas licet non contrahatur inter fratrem maiorem, & minorem ſimul habitantes, tamen quia acquiſita præſumuntur acquiſita de communi, debent communicari.*

15 *Acquiſita per fratres, vt in nu. 11. non præſumuntur acquiſita de cõmuni, etiamſi tractetur de vtilitate pupilli.*

16 *Societas tunc intelligitur contracta, & acquiſitio facta de communi, quando pupillus habet tutorem alijs fratribus communicantem.*

17 *Societas, & acquiſitio proximè dicta non procedit in pupillo ſine tutoris authoritate.*

18 *Acquiſitio de communi quomodo procedat, quando pupillus efficitur adultus, & ratificat geſta.*

19 *Quo nõie iubet teſtator aliquid fieri, eo factum præſumit.*

20 *Societas non pſumitur cõtracta inter fratres maiores natu, cũ nullus negotiatur propter nobilitatẽ, & diuitias, licet p indiuiſo poſſideãt hrditatẽ, niſi aliter expreſſè dicat*

21 *Societas tacitè non intelligitur, vbi non eſt commercium.*

22 *Si vnus ex fratribus proprijs negotijs incumbit, & alij hereditaria bona eorũ induſtria augẽt, non dẽt eorũ labores amittere, ſed diuiſionis tpe eos habere præcipuos.*

23 *Societas non poteſt videri tacitè cõtracta inter plures fratres, quando poſt obitum patris aliqui negotiantur aliqui non, & ſupra nu. 21. ſecus ſi & ipſi lucrarentur, & lucra etiam diſparia, communicarent.*

24 *Societas itidem vr̃ contracta, quando alter negotiatur, & alij communicant omnia ſibi vndecunq; prouenientia.*

25 *Societas tacita non impeditur ob diuerſitatẽ negotiorum.*

26 *Socialis affectus, & voluntas apparet ex actibus quantũuis diſſimilibus, ſicut inter nobiles non mercatores, quia & ſalaria, & dotes, & quæcunq; alia bona acquirãt, in communi conferunt.*

27 *Quæ concurrere debent, vt abſque negotiatione cenſeatur contracta ſocietas.*

28 *Societas inter fratres non præſumitur, quando defuncto patre alter negotiatur, & alter non.*

29 *Societas, ſi contrahitur inter aliquos, & vnus eorum nihil in ſocietate ponat, nec in ea ſe intromittãt, cenſetur ſocietati renunciaſſe.*

30 *Societas non contrahitur donationis.*

31 *Societas lucri, & quæſtus non intelligitur cõtracta inter fratres, quorũ alter tm̃ negotiatur, & alter ſtudio vacat.*

32 *Societas inducta tacitè ex actib. vltra illos porrigi nõ dẽt.*

33 *Societas tunc non inducitur, quando quis negotiatur nihil impertit, niſi poſſeſſionum redditus, nec pro communi commodo operam præſtat.*

34 *Societas, vt poſſit dici contracta, tribus caſibus diſtinguit.*

35 *Societas nec expreſſè, nec tacitè poteſt dici contracta, quando alter fratrum eſt pupillus, vt etiam ſupra nu. 11.*

36 *Societas cenſetur contracta, quando fratres ſunt maiores, & ſupradicta requiſita concurrunt.*

37 *Socij non videntur, quando qui negotiatur facit nomine proprio, ſed ſi communi, ſocij iudicantur.*

38 *Societas non habetur pro contracta in voluntate, quãdo vnus ex fratribus ſe cõſtituit debitorem de aliqua ſumma in libris ſuis, & ſtatuit domum creditricem.*

39 *Arbitrio iudicis eſt ex coniectura ſimplici non recedere à regula.*

40 *Acquirere non dicitur de communi vnius ex fratribus, ſi aliquem fundum emit ipſis præſentibus, & ſcientibus, & cartam pro ſe tantùm recipit.*

41 *Acquiſitum tunc præſumitur communiter, quando talis emerit alijs ignorantibus.*

42 *Emiſſe præſumitur de bonis communibus, & communi pecunia, cum emit nomine ſuo, & fratrum.*

43 *Acquiſitio facta per fratrem nomine ſuo, & aliorum, ſi dicatur acquiſita de pecunia propria, debet hoc oſtendi.*

44 *Diuitiæ non veniunt aliundè, niſi à caſu, & induſtria.*

45 *Facta non præſumuntur, niſi probentur.*

46 *Natura humana potius prona eſt ad deſidiam, & voluptatem, quam ad laborem, & induſtriam, & ad malum potius, quam ad bonum.*

47 *Dominium cenſetur acquiſitum etiam fratribus, ſi vnus ex eis prædium emit, & eius fundum ipſo inſtante deſcribatur in cataſtro ſibi, & fratribus.*

48 *Acquiſita per fratrem induſtriam habentem aliqua bona propria, licet in communione viuat cum alijs præſumuntur acquiſita ex bonis proprijs.*

49 *Societatis materia fuſius tractatur infra in concluſione ſocietas, nam ibi propria ſedes eſt.*

Acquiſita ab vno ex fratribus

probant ac-
1 quiſita fuiſſe de cõi patrimonio, † ſi ipſe cum omnib:
alijs fratrib. ſimul cũ hæreditate indiuiſa poſt mortẽ
patris vixerit, arg. tex. in l. ſi fratres. ff. pro ſoc. l. ſi ma-
ior. C. famil ercisc. & in l. non ideò, vbi gl. & Docto. C.
com. diuid. Bar. docuit in l. cum duob. §. idem Papin.
alias in §. ſi fratres. C. co. & in l. ſi patruus. C. cõ. vtr.
iud. & melius, & plenius, quam alibi in l. Titiũ, & Me-
uium. §. altero. nu. 5. verſ. ex præfatis. ff. de admin. tut.
& in tract. de duobus fratribus. nu. 14. nec ab hoc fuit
alienus Bal. in d. l. ſi patruus. Cor. reſpõſitauit. in conſ.
24. viſis nonnullis. col. 2. lib. 1. & conſ. 27. col. 2. lib. 2.
Paul. de Caſt. cauit in conſ. 349. vol. 1. nouiſſimorum.
conſuluit pluribus in locis Dec. in conſ. 66. vbi latè,
& conſ. 68. pro reſolutione, & conſ. 304. in caſu ppo-
ſito. Socin. animaduertit in conſ. 4. vol. 4. Cæpol. de-
cidit in conſ. ciuil. 40. quidam. Bertr. ſequutus eſt in
conſ. 39. colum. 2. & 3. conſ. 27. col. pen. 2. vol. nouiſſi-
morum Rub. Alex. veriſſimum arbitratus eſt in cõſ.
87. Alc. neque diſſenſit, de præſump regu. 1. præſump.
* 25. in princ. vbi dicit hanc eſſe communem * opinio-
* nem, & de communi * atteſtatur Petr. Duen. reg. 3.
Idem protulit Dec. in conſ. 21. viſo. puncto. in prin. &
in rub. C. qui teſta. fac. poſſ. Iaſ. ad id latiſſimè ſe fun-
dit. in l. 1. C. eo. tit. Crauet. neque reticuit in conſ. 26.
nu. 5. & conſ. 123. in fin. conſ. 159. nu. 1. Spec. non ſup-
preſſit in tit. de iud. §. ſequitur videre de communib.
iudicijs. Io. Bapt. Ferret. conſulendo ſenſit in conſil.
120. num. 6. Alc. conſiderauit conſ. 359. num. 1. vbi di
2 cit † ita etiam caueri ſtatuto Laudenſi præſumente
tacitam ſocietatem inter fratres, qui nunquam à ſo-
cietate receſſerunt, & illud ſolùm excipiente, quod
acquiſitũ ſit ex cauſa donationis, vel ſalarij. Ita quo-
3 que diſponit ſtatutum Mediolanenſe, † excipiens ta-
men non ſolùm, quod acquiſitum ſit ex cauſa dona-
tionis, vel ſalarij: ſed etiam ex ſucceſſione inteſtati ex
cauſa teſtamenti, vel codicillorum, uel dotis.

Reſponſionem huius cõcluſionis affert Mãtua in
cõſ. 303. nu. 1. uol. 1. quam nullis uerbis immutatis re-
feram, quia inquit ille, ex quo oẽs fratres remãſerunt,
4 poſt mortem patris † ad unum panem, & unum uinũ
in eadem domo, cõmuniter viuentes cõtracta ſocie-
tas pſumitur. arg. l. . in fi. & l. ſeq. ff. de his, q deie. uel
effud. d. l. Procula. ff. de proba. l. ſeruus cõmunis. ff. de
don. int. uir. & uxo. & c. 1. §. ſi duo de duob. fra. de no.
bene. inueſ. in vſib. feud. Quo fit, vt omnia cõmunica
5 ri debeant † quoniam alioqui ſocietas non eſſet, niſi
leonina, arg. l. ſi non fuerit. §. Ariſt. ff. pro ſoc. Verùm,
vt hęc cõcluſio vera ſit nec ne magis eluceſcat, repe-
tendum eſt, quod Dec. ſcriptum reliquit in eo cõſ. 21.
præſertim in col. 2. Non enim inquit, vt acquiſita ab

vno

vno ex fratribus debeāt alijs cōmunicari,ſatis eſt fra-
6 tres cum hæreditate indiuiſa cohabitaſſe;† ſed tria ſi-
mul requirūt:vt vnà cū hæreditate indiuiſa poſt mor
tem patris vixerint,vt omnia lucra inuicem cōmuni-
cauerint,& de eo, ꝙ ſuperlucrati fuerint ad inuicem
rationem nō reddiderint, Decium ita dicentē refert
Neuiz.in conſ.76.nu.8.vbi aſſerit ea ratione, nō ſuf-
ficere,vt hæreditatem paternā indiuiſam tenuerint,
quia licèt inter ſe hęreditatis fructus communicaue-
7 rint:†non dicuntur iniſſe ſocietatem,niſi strictè, quo
ad illos fructus, non quoad alia. Idem dicit ſentire.
Alex.in conſ.16.incip.viſo teſtamento.col.fi. vol. 6.
& Corn.in conſ.9.incip.permittendum eſt,quod fra
tres.vol.1.Idē multis authoritatibus cōprobat. Nat.
qui tamen poſtremò cōſtituit regulam negantē tan-
quam meliorem,& magis communem* in conſ.264.
nu.1.vol.2.cuius etiam rationem dicit eſſe: quia reti-
nere patris hęreditatem communem cum fratribus,
8 et eā indiuiſam poſſidere, ac ſimul cohabitare,† hęc
omnia fieri poſſunt citrà ius,et nomen ſocietatis,vn-
dè ex eis nō debet videri inita ſocietas,arg.l. ꝓ hære-
de.§.inde Papinianus. ff. de acq. hære. Et quia actus
noſtri,qui à voluntate pendent,non vlterius ſe profe-
9 runt † quam ex eis colligi poſſit,arg.l.1. §. ſi quis hoc
interdicto.vbi Bar.ff.de iti.actuque priu.et l.fin.C.ne
vxo.pro mar.Idē Nat.in cōſ.91.nu. 1. vol. 1.vbi quo-
ad illa requiſita dicit expreſsè ſupra dictam conclu-
10 ſionem affirmantem non habere locum,†niſi fratres
vnà habitauerint, in commune bona retulerint, cō-
munib.impenſis nulla ratione ſubducta vixerint, et
negotia ſua promiſcuè egerint.Ita etiam Iaſ.in conſ.
5.lib.1.incip.quia ſemper.Ferret.in conſ. 166.num.6.
Grat.latiſſimè.in conſ.118.uol.1.Mart. Laud. in cōſ.
34.nu.1.et Rube.latè in conſ.87.et 95.in prin.

Primò loco cōcluſio noſtra affirmatiua eſt reſtrin-
11 genda, vt locum ſibi non vendicet, † quando fratres
nō ſunt omnes maiores,ſed alter eorum eſt pupillus,
& alter maior,vel furioſus:quia tūc acquiſita non ꝑ-
ſumuntur de re cōmuni,argum.l. vt in conductioni-
bus,ff.pro ſoc.& concludit Bart. in loco ſuperiori re-
lato,& Iaſ.in d.l.1.nu.6.& in authen.quod locum.C.
de collat.huc reſpexit. Alc.d.prǽſump.25.nu.2.adſti-
pulatur Dec in d.conſ.21.viſo puncto.colum.1.& in
conſ.66.ex eodem fonte manauit, quod ſcripſit Ber-
trand.in conſ.26. ex cauſa in fin. vol. 2. conſimilem
vim habuit illud.Bolog.in conſ.7.colum. 2. eiuſdem
notæ eſt traditum à Roman.conſ.413.num. 14. & in
conſ.291.incip.cum iſti fratres, cuius opinioni fauet.
Dec.in l.in eo,quod plus,§.pupillus nu.2.ff. de regul.
iur.nec id ignorauit And.Sicul.in conſ.31.col. 2. lib.
1.cui neutiquā eſt diſſimilis Cæpol.in d.conſ.40. His
finitimū eſt,quod ſcriptis prodidit Corn.in conſ.213.
Philip.lib.3.quib.haud dubiè reſpondit doctrina So-
cyn.iun.in conſ.24.volum.2.vbi dicit,eam eſſe ratio-
12 nem,†quia cū minoribus non intelligitur tacitè cō-
tracta ſocietas,ſic voluit Socyn.ſen.in conſ. 160.col.
5.vol.2.cui optimè quadrat Alex.in conſ.48.colum.
2.& 3.& in conſ.ſeq.volum.1.Idem pollet quod con-
ſuluit Anch.in conſ.31.incip.quia quæſtio, & in cōſ.
103.Iſtis ſubſcripſit Ioan.Bapt.Ferret.in d.conſ. 166.
nu.5.hanc eandem ſententiam adiuuat Marti.Laud.
in d.conſ.34.num.2.

Quorū omnium conſenſus Riminaldū non deter-
ruit,quin idipſum intrepidè reprobarit. in conſ.463.
13 nu.1. vol.2. vbi dicit, † vt ſi frater maior adminiſtret
bona omnia,neque vlla arte,aut induſtria cōparaue-
rit,quod acquiſiuit,præſumi de cōmuni acquiſiuiſſe,
teſtem aſſerendo.Spec.in eod.tit.de indi.§.vt aūt,lo-
quētem in fratre maiore,qui cum minore habitet, &
14 concludentē,† quod licèt inter eos ſocietas non cō-
trahatur,tamen debere acquiſita communicari:quia
præſumuntur acquiſita de communi patrimonio.
15 Amplia iſtam limitationem,vt procedat† etiam ſi
ageretur de vtilitate pupilli; vt per Bal. in l. cū opor-
tet.in prin.4.col.C.de bon. quæ lib. quē ſequitur. Iaſ.
in d.l.1.C.qui teſt.fac.poſſ. nu. 6.

Primò ſublimita non procedere hāc limitationē,
quando ille pupillus haberet tutorem,qui alijs fratri-
16 bus communicaret,& alij ſibi † nam tūc intelligere-
tur inita ſocietas:& acquiſitio facta de communi, vt
reſpondit Vlp. in l. vt in conductionib. ff. pro ſocio.
Bald.expreſsè in d.l.ſi patruus.col.vlt. quem ſequitur
Iaſ.in d.l.1.nu.6.verſ.limita nūc,Alc.d.præſump. 25.
regu.3.nu.2.Rom.d.cōſ.413.nu.14.Bart.in eod.tract.
de duobus fratribus.nu.17.circa fin. & Mart. Lau. in
17 conſ.34.nu.3.† alioquin ſine tutoris authoritate ne-
quaquam,decidunt.Iac.de Arc.Ray.Oldr.Bar.& alij
in relato.§.altero.

18 Secundò ſublimita non procedere,† ſi cū pupillus
adoleuiſſet, rata habuiſſet geſta,& id quod ad ſe per-
tinebat quod facere poteſt:cum tunc temporis habeat
cōſenſum:vt placuit Alc.ſupracitato loco cui cōſen-
ſit.Alex. in conſ. 49. col. 2.incip. mature. vol. 1. Iaſ.
comprobauit in d.l.1.nu.6.verſ.3.limita.Bologn. cō-
firmauit.d.conſ. 7. col. 2. Dec. protulit conſ.21.viſo
puncto.col.1.iſtis addas.Corn.conſ.187.lib.3. & cōſ.
34.lib.4.quia de plurib.ibi declaratè, quorum nume-
ro etiam fuit Alex.conſ.23.col 2.lib.2.

In aliam ſententiā videtur deſcendiſſe Alc.d. reg.
3.præſump.25.nu.3.

Tertiò ſublimita non habere locum,ſi pater man-
19 daſſet,vt communi nomine exerceretur, † quia quo
nomine iuſſit teſtator,eo nomine factum præſumi,ēt
ſi aliquis eſſet pupillus, cauit Scæuola in l.qui nego-
tiationem, in prin.ff.de admin.tut. huic adhæret ex-
preſsè Soc.per illum tex.conſ.4. nu. 5.quantū ad pri-
mum. vol 4.& Bal. id ſenſit in relata. l. cum oportet.
col.3.C.de bon. quæ lib. ſequitur Iaſ. vbi ſupra Alex.
reſponſitauit.in conſ.49.nu.1.vol.1.

Secundò loco in primis limita non procedere, qū
omnes fratres eſſent maiores natu; ſed nullus eorum
20 negotiaretur,ꝙ eſſent nobiles & diuites: † tunc.n.li-
cet hæreditatem paternam indiuiſam poſſideant; tū
nō ꝑſumitur inter eos coita ſocietas,niſi expreſsè ſit
dictum:vt concludit Bar.in d.l.Titius,& Mæuium.§.
altero.ff.de adminiſt.tut.& in l.ſi patruus.C.com.vtr.
iud.& ibi Bal.idem Bart.in d. tract. de duobus fratri-
21 bus nu.21.vbi dicit eam eſſe rationē,† quia tacitè ſo-
cietas non pōt intelligi,vbi non eſt commerciū. arg.
l.coire.ff.pro ſo.Iaſ.in l.1.C.qui teſtam. fac. poſſ. nu.
7.Ioan.de Amicis in conſ.16.nu.11.vbi etiam ad hāc
22 rem dicit. † vt ſi vnus ex fratribus habentib. hæredi-
tatem,& bona communia, incumbit peculiarib. ne-
gotijs,& ſibi ipſi quærat, alij vero bonis hæreditariis,
quæ ex eorū induſtria,& laborib. diligēti cultura au-
geant faciantq; precioſiora:eos non debere amitte-
re ſuos labores, ſed tēpore diuiſionis illo debere ha-
bere præcipuos; iuribus, & authoritatibus per eū ad-
ductis ſupradictam ēt limitationem annotat Alc. d.
præſum.25.nu.2.vbi idem voluit,quando alter tamē
eſſet mercator,& alij nihil agerent, vt ēt dicit Iaſ. in
d.conſ.5.lib.1.incip.quia ſemper,vbi arg.l.ex parte.§.
filius.ff.de famil.erciſ.aſſerit, ꝙ qn̄ poſt mortē patris
ſunt plures fratres; quorum alij negotiantur,alij non
23 itē † inter eos nullam videri contractam ſocietatem
tacitè,cū non ſit aliquid,ex quo poſſit præſumi coita
ſocietas:nam per hoc, quòd hæreditatem paternā ſi-
mul indiuiſam habeant,& potiantur illa; non videt
inter eos idcirco inita ſocietas,niſi vt, & modo cōme
morauimus expreſſim ſit dictum,ſecus ſi ēt ipſi lucra-
rentur,& lucra quāuis leuiora,& imparia cōmunica-
rent,vt etiam tradidit Mantu.in cōſ. 303. nu.4.vol.1.
24 vbi aſſerit., itidem videri coitam ſocietatē tunc † qn̄
alter tantum negotiatur; ſi alij tamen in commune
cōferant,omnia ſibi ipſis vndecunq; prouenientia;vt
notarius, clericus, aduocatus; & ſimiles, idem latiſ-
ſimè

ſime dicitur per Bar. in d. § altero d. l. Titium. & Mæ-
uium. ff. de adminiſtr. tut. & per alios ſupra relatos. Et
ad hanc rem conſulas etiam Alex. d. conſ. 49 lib. 1. &
conſ. 23. viſis dubiis. lib. 4. atq; adhibeas Corn. conſil.
299. præmittendum. col. 1. lib. 4. & adeas Bolog. cõſil.
65. viſo puncto, neq; Crau. videre omittas in cõſ. 149.
nu. 3. Baldumq; inſpicias in cõſ. 178. lucra lib. 4. Nec
velim arbitrens multiplicia, & varia negotiorum ge-
nera impedimẽto eſſe, quominus tacita ſocietas coi-
25 ta dicatur, locupletiſſimus mihi teſtis ad hoc † Anch.
conſ. 302. nu. 7. incip. materia de qua quæritur relatus
etiam per Natt. conſ. 91. nu. 1. vol. 1. vbi ipſe idem di-
cit, referendo Bald. in d. l. ſi patruus. in col. pen. id eſt,
26 quod etiam ſi nullus frater negotietur, † poteſt tamẽ
ex actibus liquidò conſtare ſocialis affectus. ſicuti eſt
inter nobiles, qui nullam exercent mercaturam, ta-
men quæcunque bona, quæcunque ſalaria, quaſcun-
que dotes acquirant in commune conferunt, ex his
enim actibus ſatis apparet ſocialis voluntas, quantũ-
nis, vt dictum eſt, diſparibus, vt etiam dicit Roma. in
conſ. 291. incip. Cùm iſti fratres lucra. & And. Sicu. in
conſ. 22. incip. ſcripſit clariſſimus.

27 Sublimita hanc limitationem procedere † niſi cõ-
curreret diuturnitas, & patientia longi temporis, &
communis vſus viuendi, ac coniunctio ſanguinis, q̃a
ſunt fratres; nam iſtis tribus concurrẽtibus abſq; alia
negotiatione, etiam inter eos cenſebitur cõnacta ſo-
cietas, vt voluit Iaſ. in d. l. 1 nu. 7. in fi. ex adductis ibi
per eum, & Craue. d. conſ. 149. nu. 4. Dec. conſ. 68. pro
reſolution. Alex. conſ. 67. col. . verſ. non obſtat. lib. 7.
Anch. conſ. 149. plura dubia. nu. 3. & d. conſ. 302. nu.
4. & Grat. in conſ. 118. nu. 22. vol. 1.

Tertiò præcipuo loco reſtringenda eſt noſtra con-
28 cluſio affirmatiua, † quando mortuo patre alter ex fra-
tribus tantùm negotiaretur, alter non, item quia iſto
caſu non præſumitur inter eos ſocietas, cùm alter ni-
hil in cõe conferat vt Paul. reſpõdit in l. 1. in fi. ff. pro
ſoc. ſenſit Bart. in ſup. citato loco, quem ſequitur Iaſ.
in d. l. 1. nu. 8. Pariſ. conſ. 86. nu. 13. vol. 1. Menoch. cõ-
ſil. 12. nu. 13. Craue. conſ. 6 nu. 4. Ceph. conſ. 247. nu.
14. vol. 2. Dec. conſ. 21. nu. 4. Alba in conſ. 53. nu. 1. &
4. vbi etiam ait, quod ſi contracta fuerit ſocietas inter
29 aliquos, † & vnus eorum nihil vnquam communica
uerit ex ſuis bonis, neq; aliquo modo ſe ſocietati imi
ſcuerit, cenſeri iſtiuſmodi ſocietati renunciaſſe, & ita
non poterit quicquam ab aliis exigere, quamuis alij
poſſint eum conuenire ad intereſſe. Sic vnanimes re-
ſpondere Rim. in conſil. 130. nu. 14. vol. 1. Mant. in d.
conſ. 303. nu. 2. & Natt. in conſ. 264. nu. 2. vol. 2. vbi ra
tionẽ ſupradictæ limitationis eſſe dicit, quia ille fra-
ter, qui negotiaretur, magis videretur donare, quàm
ſocietatem cõtrahere, cũ alij fratres nihil communi-
30 cent † donationis cauſa ſocietas non contrahitur. vt
dixit Vlp. in arg. in l. 5. in fi. ff. pro ſoc. & not. Caſtr. in
d. l. ſi patruus, & Bal. in conſ. 482. incip. Videtur dicẽ-
dum. vol. 5. vbi licet in illo caſu in quo conſuluit in-
ter duos fratres interceſſiſſet cohabitatio, commẽſa-
litas, litiũ, & cauſarum cõis defenſio, & bonorũ ſuo-
31 rum indiuidua poſſeſſio, † tamen ex quo alter eorum
tantùm negotiabatur, alter ſtudio vacabat, concludit
poſt Bart. non intelligi contractum inter eos ſocieta-
tem lucri, & quæſtus, quia alter tñ donare videretur,
ex quo nihil ei conferetur, & ſolus negotiatur. Idem
Bal. in l. ſi vnus ex ſocijs. §. ſi vnus. ff pro ſoc. vbi refert
quæſtionẽ fuiſſe de facto in duob. fratrib. qui quoſdã
actus fecerant coniunctim, & quoſdam ſeparatim, &
quidã illorum fecerat mercaturam proprio nomine,
dicit ſe dixiſſe non debuiſſe illam communicare cũ
alio fratre per illum textum, & quia ſocietas, quæ in-
32 ducitur tacitè ex actibus † vltra illos porrigi non dẽne.
arg. d. l. 1. §. ſi qs hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priu.
cum relata limitatione tranſit etiã Grat. in conſ. 118.
nu 4. vol. 1. quam dicit fuiſſe originalem theoricam,

Bar. in d. §. altero d. l. Titium. & Mæuium. ff. de admi.
tut. contra quam tamen ſenſere. Bart. Alex. Socyn. &
alij Doct. per eum adducti, qui nihilominus cõcilia-
ri poſſunt ſecundum Pet. de Peruſ. in tract. de duobus
fratrib. col. 8. vbi dicit opinionẽ. Bart. tunc procede-
33 re, † quando ille, qui negotiatur, nihil in cõmune cõ-
ſert niſi redditus poſſeſſionum, nec præſtat operã pro
communi cõmodo quia tũc non inducitur ſocietas,
& hãc eſſe veriorem opinionem ex eo probat, quod
ipſimet Doctores, qui tenẽt contra Bar. hoc expreſsè
volunt, vt etiam dicit Iaſ. d. l. 1. col. 4. C. qui teſta. fac.
poſſ. & tandẽ prędictam limitationem approbat Bar.
in d. tract. de duob. fratrib. nu. 17. qui ex omnib. ſupra
deductis colligit ſingularem diſtinctionem, inquit
34 enim, † quando plures fratres vnà vitam degunt, aut
nullus negotiatur, aut alter tantũ, alter non, aut om-
nes. Primo caſu aſſerit non poſſe dici contractam ſo-
cietatem, licet hæreditate paterna, & materna fruan-
tur ſimul, & indiuiſa, arg. l. cum duob. §. ſi fratres. ff.
pro ſoc. d. l. ex parte. §. filius, quod vnum etiam ſupra
dictum fuit in 2. principali limitatione. Secundò ca-
ſu, idem dicit ratione de qua ſupra. Tertiò caſu dicit,
35 † q̃ ſi alter eorum eſt pupillus, non poſſe exiſtimari
contractã ſocietatem, quĩ hoc non poſſet expreſsè,
minus tacitè, vt ẽi ſupradictum fuit in prima limita-
36 tione, † ſi verò vterq; ſit maior, & concurrant ſupra-
dicta requiſita, tunc cenſet̃ contracta ſocietas. Alterã
ẽt diſtinctionem tradit idem Bart. in eo. tract. nu. 22.
37 dicit. n. † aut q̃ negotiatur, facit nomine proprio, aut
communi ſi proprio, non videntur ſocij. d. §. altero; ſi
communi, ſocij iudicantur, iuribus per eum adductis.

Quartò limita, quando vnus ex fratribus in libris
38 debiti, & crediti conſtituit domum creditricem † ſe-
que debitorem in parte ſummæ ſtatuit, tunc enim ex
hoc declaratur, hunc nolle contraxiſſe ſocietatem
inter fratres ſuos, & illum, ita Dec. conſ. 21. col. 4.

Sed Alc. de præſumpt. ad reg. 3. præſump. 25. dicit
39 hoc eſſe in arbitrio iudicis † ne ex tali coniectura
ſimplici recedatur à regula.

Quintò limita, quando vnus ex fratribus ipſis præ-
40 ſentibus, & ſcientibus aliquẽ fundum emeret, † & car
tam (vt noſtri loquuntur) pro ſe tantum reciperet, vt
l. itaq; ff. pro ſoc. l. 1. §. magiſtratu. ff. de exerci. act. ita
Bal. in l. ſi ſocius. ff. ſi cer. pet. & in l. 1. C. ſi quis alteri,
vel ſibi, & in l. ſi vt proponis ad fi. C. de rei vẽdic. Iaſ.
in d. l. ſi ſocius. nu. 2. Rim. in conſ. 432. nu. 1. vol. 3.

41 Quòd aliter procedit, † quãdo ille emerit alijs igno
rantibus, quia tunc præſumitur communiter acquiſi-
tum. Ita tradidit Iaſ. in d. l. ſi ſocius, nu. 2. vel quando
42 cum emiſſet nomine ſuo, & fratrum. † quia etiam tũc
præſumitur emptus de bonis communibus, & de cõ-
muni pecunia, vt docuit Sal. in d. §. cum duob. §. ſi fra
tres. 2. q. Bald. monuit in l. cum oportet. col. 3. verſic.
quęro quare fratres. C. de bon. quę lib. & in conſ. 260.
col. 1. vol. 5. & hanc opinionem eſſe de iure veriorem
dicit Natt. in conſ. 350. nu. 6. vol. 2. quia poſtquam fra
tres poſt mortem patris permãſerunt in communio-
43 ne bonorum, † & vnus ſuo nomine, & aliorũ acqui-
rit, ſi poſteà frater aſſerere velit, illa ſibi cõparaſſe ex
44 peculiari pecunia, neceſſe erit, vt id ipſe oſtendat: † q̃a
cum diuitiæ non veniant aliundè niſi à caſu, & indu-
45 ſtria, hoc probandum eſt: † quia facta non præſumũ-
tur, arg. l. in bello, §. factæ, ff. de cap. & poſtli. reuer. præ
ſertim quia, vt dicit idem Natt. vbi ſup. num. 8. natura
46 humana tanq̃ in primo homine corrupta † procliuior
eſt ad deſidiam, & voluptatem, quàm ad laborem, &
induſtriã, & ad malũ potius, quàm ad bonum, arg. c.
omnis ætas. 12. q. 1. alteram hypotheſim in medium
adducit Rim. in conſ. 130. num. 5. volum. 1. vbi dicit,
47 † quòd ſi vnus ex fratribus vnà vitam agentibus prę-
dium emerit, & cartam pro ſe tantùm receperit, ſi ta-
mẽ ille fundus in cataſtro tunc deſcribatur ſibi, & fra-
bus, cenſetur vtroque caſu dominium acquiſitum

omni-

omnibus fratribus, ideſt tã in carta, quàm in cataſtro: hincq; colligit paria eſſe, quoad acquiſitionem, omnes fratres fuiſſe nominatos in inſtrumẽto, vel rẽ acquiſitam per alterũ ex eis nomine proprio, quæ poſtmodum fuerit poſita, & conſcripta in cataſtro ſibi, & fratribus, vt etiam notat. Rom. in d. conſ. 291. cũ alijs congeſtis per Dec. in relato conſ. 21. nu. 10.

Sextò limita, quando vnus ex fratribus, qui aliquid
48 acquiſierit, † haberet aliqua bona peculiaria vltra paternam hæreditatem; quia tunc licet vnà cum alijs fratribus in communione bonorum paternorum viuat, præſumitur tamen acquiſiuiſſe ex bonis peculiaribus, plures authoritates congerit Sylua. in conſ. 56. nu. 12. & ſequ. vol. 2. vbi tamẽ requirit, ideſt, quod haberet bona præcipua, & quod eſſet induſtrius, & diligens. Rom. in conſ. 274. Dec. in conſ. 255. col. fin. & Grat. in conſ. 135. nu. 51.

49 † Poſſem hic infinita propè congerere; ſed adhibẽdus eſt modus, atque ne inter ſe concluſiones cõfundantur, plurima alia in concl. ſocietas, vbi materiæ p̃cipua eſt ſedes, dicenda reſeruo. interea ſi tibi libuerit ad id alia noſcere, libẽs voto tuo ſatisfaciã, adeas in primis. Corn. conſ. 103. col. 2. vol. 1. & conſ. 89. per tot. vol. 4. Bart. Caſſan. in rub. 7. tit. de ſucceſſ. §. 5. nu. 17. fo. 143. col. 4. Aymo. Publiciũ in glo. in conſuet. Alue. nt. 15. art. 1. per totum. Sed ad alia pergamus.

CONCLVSIO XXXII.

ARGVMENTVM.

Acta iudicij, quomodo probentur.

SVMMARIVM.

1 *Acta iudicij non probantur, niſi per ſcripturam.*
2 *Acta iudicij, quæ dicantur.*
3 *Acta vocantur publica triplici ratione, &c.*
4 *Acta probari poſſunt per teſtes deponentes ſpecificè, ſic actum, & ſic ſcriptum fuiſſe.*
5 *Acta, quæ neceſſario requirunt ſcripturam.*
6 *Acta poſſunt etiam probari per ſcripturam priuatam.*
7 *Acta probari poſſunt per teſtes, quando non requiritur ſcriptura, & econtra.*
8 *Libellus omnino requirit ſcripturam.*
9 *In cauſis ſummarijs ſufficit qualiſcunque petitio in ſcriptis.*
10 *Iudex in ſententia debet cum petitione conuenire.*
11 *Acta, & proceſſus ſi ſunt recentia per ſcripturã probari debent, alioqui per alias probationes probari poſſunt.*
12 *Pro ſententia antiqua, & lata partibus præſentibus, & non repugnantibus, præſumitur etiam quoad acta, & ſi de eis non conſtet.*
13 *Sententia dicitur antiqua poſt lapſum biennij.*
14 *Sententia, libellus, & ſcriptura amiſſa rectè probatur per teſtes, & ſupra, nu. 4. ſi tamen probetur prius, ſcriptam, & amiſſam fuiſſe.*
15 *Amiſſio ſcripturæ, quomodo probetur.*
16 *Scriptura amiſſa dicitur probata, quando probatur amiſſio, & tenor ſcripturæ.*
17 *Scriptura formalis, magis requiritur in ſententia proferenda, quam in libello.*
18 *Libellus amiſſus poteſt probari per teſtes, vt ſententia, & appellatio.*
19 *Libellus fundamentum iudicij.*
20 *Teſtes deponentes ſuper tenore, & amiſſione ſcripturæ, nõ probant factum, ſed inſtrumentum continens, & probãs ipſum factum.*
21 *Scriptura amiſſa, in qua ſint dicta teſtium, ſi extant alij deponentes primos ſolemniter examinatos, & talia dixiſſe, eandem probant.*
22 *Scriptura notarij vitio amiſſa probatur per teſtes.*
23 *Notarius rogatus de ſcriptura, ſi per errorem, vel negligentiam omittit, poteſt eius rogitus probari per teſtes.*
24 *Acta iudiciaria, quando omnia ſunt perdita, iudex debet incipere cauſam recenter.*
25 *Sententia debet proferri ſecundum allegata, & probata.*
26 *Acta antiqua ſi extant, vel reperiuntur, facta noua non conſiderantur, & ſuper primis debet iudex iudicare.*
27 *Caſus amiſſionis inſtrumenti non debet obeſſe creditori.*
28 *Inſtrumenti amiſſi non eſt opus petere refectionem, quãdo creditor vult agere, & eius creditum probare per teſtes.*
29 *Teſtes deponentes ſuper tenore, & amiſſione ſcripturæ debent eſſe peritiſſimi.*
30 *Libellus, & ſententia tantum neceſſario requirũt ſcripturam.*
31 *Acta non requirentia ſcripturam benè probantur per teſtes.*
32 *Sentẽtia non ſolùm ex actibus, ſed etiam ex teſtibus poteſt purgari.*
33 *Scriptura omiſſa per errorem probatur per teſtes, vt ſupra num. 23.*
34 *Acta facta coram arbitro non valent ſine teſtibus, & per eos probantur, etiamſi per notarium ſcripta.*
35 *Arbitri dicto non ſtatur, neque creditur ſuper actis coram ſe factis.*
36 *Acta etiam in compromiſſis debent redigi in ſcriptis, vel ſaltim per teſtes idoneos probari.*
37 *Verba omni iuris ſolemnitate omiſſa, non tollunt ea, quæ inducuntur de iure naturali.*
38 *Iure naturali, & diuino non creditur vni teſti iuxta authoritatem euangelicam.*
39 *Princeps, niſi ex cauſa, ſtatuere non poteſt, vt de actis iudici credatur.*
40 *Per verba ſummariè, & de plano, non videtur receſſum à confectione actorum.*
41 *Aſſertioni iudicis non creditur, etiam ſi procedatur ſine figura iudicij.*
42 *Arbitrio, quomodo credatur de proceſſu.*
43 *Multi proceſſus arbitrorum in nihilum redigi poſſunt, cum non adhibeant teſtes in eorum actis.*
44 *Scriptura non requiritur in cauſis breuibus, & exiguis.*
45 *Copia Tabellionis, quãdo haberi non poteſt, probatur per teſtes.*
46 *Scriptura requiſita ad probationem, quando non poteſt adhiberi prouatur per teſtes.*
47 *Arbitrator habet poteſtatem procedendi ſine actis.*
48 *Teſtibus receptis, & interrogatis eſt adhibenda fides.*
49 *Acta per confeſſionem partis probari poſſunt.*
50 *Aſſertioni notarij actorum creditur ſine teſtibus, niſi cõtrarium probetur.*
51 *Actis iudicij per notarium ſcriptis creditur etiam ſine teſtium ſubſcriptione, dummodo in eis dies contineatur.*
52 *Acta iudicij ſatis conſtare dicũtur, quãdo notarius actorum de eorum tenore atteſtatur.*
53 *Iuſſus ſuperioris examinadi teſtes in actis apparere debet, alias notario actorum aſſerenti de iuſſu non creditur.*
54 *Acta probari poſſunt etiam per iudicem, vel arbitrum.*
55 *Quomodo in ſentẽtia probetur per iudicẽ acta præceſſiſſe.*
56 *Iudici non eſt credendum, niſi quatenus conſtat ex actis.*
57 *Iudici aſſerenti ſe vidiſſe libellum non eſt credendum.*
58 *Prædicta non procedunt, quando agitur de laude, vel vituperatione iudicis, vel arbitri.*
59 *Arbitratori atteſtanti de actis coram ſe factis non eſt credendum.*
60 *Aſſertioni iudicis, vel arbitri creditur, quando à partibus data eſt facultas procedendi ſine ſcriptis.*
61 *Iudici creditur de actis ordinarijs in caſibus, in quibus poteſt procedere ſine ſcriptis.*
62 *Acta probatoria ſunt maioris præiudicij.*
63 *Scriptura poteſt reijci per teſtes.*

1 Acta iudicij † nõ poſſe probari, niſi p ſcripturã, habemus à Bar. in l. ne in arbitris, nu. 3. C. de recep. arbi. in l. emãcipatione. C. de fid. inſtru. in l. donatione. C. de donation. ab

Digitized by Google

ab Accurſ.in l.in generali.C.de tabul.& in l. iuriſgē-
tium.§.ꝙ ferè.ff.de pact.& notat Bal.in l.geſta, verſ.
quæro nunquid. C.de re iud.idem ſequutus eſt Bar.in
l.ſi quis §.ſi initium.verſ.2.videdū.ff. de eden. & in l.
fi.in vlt.ver.C.de edic.diui Adr.toll. nouiſſimè cauit
Menoc.in cōſ.100.nu.54. atq; hoc ſentire declarauit
Fel.in c.quoniam contra nu.55.de prob.memorię ꝓ-
didit Alc.in conſ.37.col.fi.lib.3.& in cōſ.75.nu. 9.li.
1.hoc idem nō latuit Rom.ſing.6.incip. ꝙ miſſio,ſic
cenſuit.Guid.Pap.q 528.ita ſcripſit.Alc.in l.pactū,ꝙ
bona C.de pactis, illud etiam cōmendauit Gram. in
cōſ.86.nu.5.in ciuil.nec diſplicuit Soc.in conſ.40.nu.
4.vol.4. Corn.neq; ab hoc receſſit in conſ.200.col.2.
vol.2. & veriſſimum pronunciatū iudicauit Pariſ. in
2 conſ. 162. col. 1. vol. 4. etenim † acta iudicii dici oēs
ſcripturas notarii actorum iuſſu iudicis conſcriptas.
dixit.Bald.in auth.quæ ſupplicatio. C. vt lit. pend. &
Roland.à Valle.qui alios refert in cōſ.37.nu.12. vol.
3 1.vbi etiam † dicit prædicta acta vocari publica tripli-
ci ratione: quia confecta à notario, & ſic à perſona
publica: item coram iudice, qui itidem eſt perſona
publica;& in iudicio, & ſic in loco publico.

Ab iſtorū ſententia diſceſſerunt Innoc.Hoſt. Ant.
de Butr.& Abb.in c.quoniam contra.de prob. col.fi.
verſ.vlt.hic quæritur,nu.8.& Dec.nu.134.Bellam.de-
ciſ.67.de verb.ſign.nu.3.Ruin.in conſ.16.nu 5.lib. 5.
Marāt.in ſuo Spe.pat. 2.act.10.nu.24.Rot.deciſ.409.
fuit dubitatum in nouis,ſed intellige, vt ibi Anchar.
in conſ.226.nu.3.& videas Bellam.deciſ. 339. conſue-
4 tudo,qui crediderunt, † etiam per teſtes poſſe proba-
ri, qui eo in caſu compellentur deponere ſpeciatim
ſic fuiſſe actum,& ſic fuiſſe ſcriptum:dicit Bar.in d.l.
ne in arbitris.in vlt.oppo C.de recep.arbit.

Intelligendum tñ eſt priorem opinionem ꝓcede-
5 re in actis,† quæ neceſſario requirunt ſcripturam,quæ
ad iudicij requiſita deſiderantur,vt libellus, litis cō-
teſtatio,& id genus alia,vt per Rum.conſ.16. num.5.
Fely.in d.c.quoniam contra,nu.55.& Dec.num.236.
de probat.glo.& Bar.in l.fin.C.de re iudic.idem Bart.
in d.l.fin.in fi.C.de edict.diu. Adr.toll.Bellam. d. de-
ciſ.67.in fin.& Grat.in conſ.55.nu.16.volum.1.ſecus
ſi non requirūt neceſſario ſcripturam, vt examinatio
teſtium,& iſtiuſmodi:quia & alijs modis,vt per teſtes
poterunt probari:iuxta ſententiam Bart.& Alex.in l.
curent.ff.de teſtibus.Soc.ſen.conſ.46. num. 45. & ſe-
6 quen.lib.4.nec non etiam † per ſcripturam priuatam,
prout dicit Bal.in d.l.ne arbitris, & Ioan. de Amicis
in conſ. 93.num. 10.vbi & ipſe diſtinguit,quando re-
7 quiritur ſcriptura,nec interponitur, † non poſſe actū
illum probari per teſtes. quādo vero non deſideratur
ſcriptura, ipſa interijciatur: nec ne nihil refert; ſem-
per enim res geſta probari poteſt per teſtes,vel aliter,
per textum in l. cum quidam inſtrumentum. in leg.
cū inſtrumentis, & d.l. emancipatione. Cod. de fide
inſtrumen.

Nec hinc diſcedam donec te admonuero, dùm
8 ſupra dicebamus, libellum de neceſſitate † ſcripturā
requirere, id nōn ſibi locum vendicare in cauſis ſū-
9 mariis,† quia in eis qualiſcunque petitio ſatis eſt,cle-
men.ſæpè de verb.ſign.licèt Ioan.de Amicis, in cōſ.
1.nu.3.dicat, & iſtam qualem petitionem in ſcriptis
10 redigendā eſſe ad hoc,vt iudex in ſua ſententia † poſ-
ſit cum petitione conuenire.

Secundò intelligēdum eſt, prædictam opinionem
11 habere locum,† qñ proceſſus, & acta huiuſmodi re-
centia ſunt:quia tunc per ſcripturam debent probari,
vt concludit Cyn.conciliādo opiniones in ea.l. emā-
cipatione.C.de fid.inſtr.ſecus ſi nō ſint nouitia, quia
etiam per alias probationes, quam per oſtenſionem
proceſſus,& actuum huiuſmodi poſſent probari,vt ꝑ
eundem Cyn.ibidem,& per Grammat. in conſil. 15.
num.5.in ciuil. vbi ad id colligit pro ſententia præ-
12 ſumi,† quando eſt antiqua,& lata partibus præſenti-
bus,& non repugnantibus,quia tunc pro ea præſumi-
tur,etiam quoad acta,licet de eis non conſtet ſecun-
dum.Bart. in l. admonendi, verſ. quid ſi reperiuntur
dicta teſtium.ff.de iureiur.Innoc.in d.c.quoniam cō-
tra.& in c.cum in iure.de offic.deleg. & in cap. bonæ
de elect.Abb.in c.cum inter.col.3. verſic. not. vlt.de
re iud.& in c.ſicut,col.2.verſ.1.& ex his,eodem tit.&
iuxta eundem Grammat.in conſil.115. nu. 7. in quo
13 loco habemus etiam † ſententiam dici antiquā poſt
lapſum biennij iuxta Hoſtien.in eodem cap. cum in-
ter.& Bald.in c.1.de mil.vaſa.qui contum.in caſibus
feud.Guid.Pap.in tract.de præſump.fol.4.nu.90.ver-
ſic.aliqua ſententia producitur.Calcan.in conſil. 15.
vbi pleniſſimè.Aret.in cōſ.36. & eundem Grammat.
in conſ.123.num.6.

Limitatur primo concluſio,ſi libellus, vel ſenten-
14 tia, vel alia ſcriptura amiſſa fuerit, † quia tunc rectè
probari poterit per teſtes id omne, quod in eis conti-
nebatur, vt ſi deponant hoc fuiſſe actum, vel illud
fuiſſe ſcriptum.Bart.animaduertit in d. l. ne arbitris.
C.de recep. arb. in verſ. contra hoc oppono, & Fely.
in d.c.quoniam contra. de prob. num. 55. & ibi Dec.
num.236.Mar.Mant.conſ.86.num.4.vol. 2.

Sed prius probari debebit huiuſmodi acta ſcripta,
& amiſſa fuiſſe,quod ſubſcripti Doct.tradunt, & Fe-
rar.caut.12.ad fi.Menoch.conſ.100.nu.55.Cyn. in d.
l.emancipatione.C.de fid.inſtrum.Soc. conſ. 42. nu.
46.lib.4.Rot.deciſ.409.in nouis,& Abb. in d. c. quo-
15 niam contra,† prout inter cæteros modos probabun-
tur amiſſa fuiſſe, vel vt per depopulationem oppidi,
vel ciuitatis, licet id ſimpliciter probaretur: vt tradit
Alba.in conſ.34.num.12. & Afflict. in deciſ. 13. col.
3.prout etiam probabitur amiſſio libelli, vel alterius
ſcripturæ legendo,& voluendo proceſſum, ſi non re-
periatur,arg.l.Titię textores,vbi Bar.in prin.in 2.not.
ff.de leg. 1.& in l.fi.C.de reb. credit. & notat Ioan. de
Amicis in relato conſ.93.nu.45.& ſeq. vbi dicit hanc
regulam tradere, & ſentire communiter Docto. acta
iudiciorum requirētia neceſſario ſcripturam ad eorū
16 eſſe,† probata amiſſione, & tenore ſcripturæ, dici ꝓ-
batam ipſam ſcripturam, quod etiam dicit procede-
re,quando ſumus in actu ſcripturā non requirente,
quod ſi interpoſita fuit ſcriptura,& amiſſa ſit, poteſt
probari per teſtes res ipſa geſta,vt non pereat rei veri-
tas,argu.d.l.cum quidam inſtrumentum, & d. l. cum
inſtrumentis,& l.cū re.C.de tranſact.vbi glo.& Saly.
nam quoad probationem, & modum probandi rela-
ti duo caſus non differunt: corroborat ita ſupradicta:
17 nam dicit,in ſententia proferenda † magis ſtrictè re-
quiri ſcripturam formalem, quàm in libello: quia ſi
diceretur ſine ſcriptis,& ſolemniter,eſſet nullius mo-
menti,arg.l.1.ſ.ſtatutis,& per totum.C. de ſenten. ex
breuicul.reci.& c.fi.de re iud.in 6.& tñ ſi fuerit lata in
ſcriptis,nec reperiatur, quòd eius iactura facta ſit, ꝓ-
bata amiſſione,& eius tenore perindè erit, ac ſi tunc
præ manibus haberemus illā, & mādabitur executio-
ni,ſi non ſit mandata; vel ſi ita factum ſit defenden-
da erit eius executio,nec erit neceſſe,vt iterū ſcribat,
per tex.in c. ſicut nobis,vbi Innoc. Abb. & alii, de re
iud. Alber.in l.vnica,C.de man. prin. & in l.quoniā,
C.de hęret.eadem igitur erit rōne idem dicendum in
18 libello † cuius ſi iactura facta fuerit,vt poſſit probari
ꝑ teſtes,ſententia,& appellatio ſic in ſpecie declarat.
Bald. in l.geſta, C.de re iud.col.2.verſ.ſimiliter libel-
lus. Ideò hinc colligebat conſ. 95.num.8.& Ioan. de
19 Amic. † quòd ſicut libellus, ſi extaret, fundamen-
tum iudicij probaret;Ideò ſi euanuerit probata amiſ-
ſione, & eius tenore, æqualiter diceretur res, de qua
agitur, probata, vt poſſit ſuper eo,de quo agitur, iu-
dex ſententiam ferre, adducendo textum meliorem;
vt eius vtar verbis; de iure in capit. cum olim el pri-
mo,extra de priuileg.vbi ſummus Pontifex ſententiā
tulit pro monaſterio ſuper immunitate cōtra epiſco-
pum,

pũ, ex quo priuilegij amiſſi tenor, & amiſſio fuit pro-
bata per teſtes, ac ſi ibidẽ extitiſſet ipſum priuilegiũ.
20 Ratio eſt ſecundum eum: † quoniam teſtes deponẽ-
tes ſuper tenore, & amiſſione ſcripturæ non probant
ipſum factum, ſed probant inſtrumentum continẽs,
& probans ipſum factum, & idem concludit Abb. in
c. Alber. de teſti. vbi etiam Fely.
Quibus ſatis appoſitè ſubijciemus, quod in hanc
ſententiam ſcripſit Bart. in tract. de teſt. in 5. col. verſ.
21 teſtis dixit, vbi ait † quòd ſi amiſſa ſit ſcriptura, in qua
extabant dicta teſtium, ſi ſuperſint alij teſtes deponẽ-
tes, priores illos ſolenniter examinatos fuiſſe, & alia
dixiſſe, tunc eandem probare. In hoc videas Paul. de
Caſtr. in l. ambiguitates. C. de teſtam. nu. 3. vbi diſtin
22 guit, aut ſemel redacta in ſcriptis ſunt † & culpa nota-
rij fuit amiſſa ſcriptura, & tunc probatur per teſtes,
aut nunquam fuit conſcripta ſcriptura, ſed conſtat
notarium rogatum fuiſſe, vt conſiceret, & ipſe errore,
23 † vel negligentia adductus omiſit, & tunc idem po-
teſt probari per teſtes. vt infra dicetur: aut non appa-
ret, rogatum fuiſſe, quia tunc ſecus ſentiendum eſt, vt
tradit idem Paul. Caſtr. in l. 1. §. ſed conſulto. ff. de his
quæ in teſtamen. deleg. & ſentit clarè. Maran. in ſuo
Spec. 10. memb. actu. 10. num. 24.
Animaduertendum tamen eſt. Io. de Iſern. in con-
ſtitutione Reg. incip. cordi nobis eſt. videri aliter ſen-
24 tire, quia dicit, ſi acta iudiciaria ſint amiſſa, † iudicẽ
debere incipere cauſam recenter à capite ad inſtar
inſtrumenti amiſſi; ſed reſpondet Ioan. de Amicis in
d. conſ. 93. nu. 13. illud eſſe veriſſimum, quando om-
nium actorum facta ſit iactura: & tunc ratio eſt, quo-
niam iudex non haberet, vbi tutò pedem poſſet ſiſte-
25 re in proferendo ſententiam, † quæ debet ferri ſecun-
dum allegata, & probata, vulga. l. illicita. §. veritas. ff.
de offic. præſid. & l. de vno quoque. ff. de re iudic. & ita
etiã dicit ſe ipſum limitare, & intelligere Ioã. de Iſer.
dum quærit, quid ſi acta amiſſa ſunt, & poſt conſtru-
ctum recens proceſſum iterum ſint amiſſa, an debeat
iudicari ſuper primis actis, an ſecundis, & concludit,
26 ſuper primis iudicandum eſſe, † quia ſi extant acta
antiqua non requiritur, vt quæ recẽter facta ſunt, tũc
attendantur. Nec dicit obſtare, quòd aſſerit de inſtru-
mento amiſſo, illud debere refici, per tex. glo. & Do-
ctor. in l. 2. C. de diſcuſ. lib. 10. & in auth. de man. prin.
allegat. per ipſum Andr. de Iſern. nam illud fauore
27 creditoris, † cui caſus amiſſionis inſtrumenti non de-
bet officere, ne veritas pereat. arg. d. l. quidam inſtru-
mentum, & d. l. cum imò concludit. Io. de Amicis, ꝙ
ſi creditor amiſſo inſtrumento vellet agere, & proba
28 re per teſtes eius creditum, † opus non eſſet inſtaura-
tionem petere inſtrũ. arg. d. l. cum te. C. de tranſactio.
Et dum ſupradictum fuit, poſſe probari tenorem,
29 & amiſſionem ſcripturæ per teſtes, † aduertendum,
eſt, iſtiuſmodi teſtes debere eſſe admodum peritos,
vt notarios, vel aduocatos, ꝗ vim atq; robur ſcriptu-
ræ amiſſæ percipiant, vt docuit Bart. in auth. ſi quis.
col. 2. C. de eden. cum ibi allega. quem ſequitur Dec.
in c. quoniam contra. de probatio.
Secundò limitatur in actibus, quæ neceſſariò, & ex
eorum natura, ac eſſentia non requirunt ſcripturam,
30 † ſicuti ſunt omnia præter libellum, & ſententiã, quæ
tantùm neceſſario requirunt ſcripturam. vt per Bart.
Soc. in d. conſ. 46. nu. 45. volum. 4. quia talia non re-
31 quirẽtia ſcripturam † rectè per teſtes probari poſſunt,
vt tradidit Bald. in d. l. emancipatione. C. de fid. inſtr.
& Lanfranc. in d. cap. quoniam contra. colum. 4. &
per eano in d. c. Alber. de teſt. & Bal. in d. l. fi. in 2. col.
C. de re iud. num. 12. cum ſeq. & Paul. Caſt. in cõſ. 60.
vol. 1. num. 2.
Quantùm tamen ſpectat ad ſententiam, licet ne-
32 ceſſario ſcripturam requirat, † poterit tamen non ſo-
lùm ex actis, ſed etiam ex teſtib. purgari, vt per Alex.
in l. ſæpè. ff. de re iudic. per Alber. in l. ingenium. ff. de
ſtat. hom. cum alijs per Grat. in conſ. 40. nu. 42. vol. 2.
Tertiò limitatur, ſi per errorem, vt diximus ſcriptu-
33 ra omiſſa fuiſſet, † quia tunc per teſtes probari pote-
rit, vt ſciuere Imp. Diocletianus, & Maximianus. l. er-
rore. C. de teſtam. vbi Cyn. & Caſt. in d. conſ. 60. Abb.
in d. c. quoniam contra. de prob. col. vlt. & ibi Innoc.
Hoſtien. Anto. de But. & Fely. num. 55. & idem Caſtr.
in d. l. ambiguitates. C. de teſtam. num. 3. vbi declarat,
id procedere, ſi conſtet, notarium rogatum fuiſſe, vt
ſcriberet, & ipſe aut imprudenter, aut negligẽter præ-
termiſerit, vt ſupra attulimus.
Quarto limitatur, ſi acta confecta fuerint coram
34 arbitrio, † quia nullum ſortiuntur robur ſine teſtibus,
& per eos probari debent, etiam ſi per notarium ſcri-
35 pta eſſent, nam in hoc nec ipſi aſſinet arbitri dicto † fi-
dem facientis ſtari debet. Arbitri enim dicto non cre-
ditur ſuper actis coram ſe factis, niſi aliter, veluti per
teſtes, vt dictum eſt. de eis doceatur, arg. d. l. ne in ar-
bitris. § ſin autem. & ibi Bart. & not. Alex. in conſ. 68.
num. 5. vbi etiam ad hoc propoſitum memorabiliter
tradidit, quod licẽt ſoleat in compromiſſis dari pote-
ſtas arbitris procedendi omni ſolemnitate omiſſa, &
36 ſummariè, & de plano † per hæc verba nõ videri ſub-
latum, ne debeant acta redigi in ſcriptis, vel ſaltim ſi
non ſunt redacta, quin debeãt probari per teſtes ido-
neos, vt dicit tex. in d. c. quoniam contra in fin. adeò,
vt non ſtetur aſſertioni ſolitis arbitri, vel iudicis, nam
37 illa verba, † omni iuris ſolemnitate omiſſa, non tol-
lunt ea quæ inducuntur de iure naturali, vt animad-
uertit. Bald. in l. ſi filius, in prin. ff. de dona. & in l. & mi-
litibus. C. de teſta. mil. ſed de iure naturali, & diuino
38 eſt cautum † ne credatur vni teſti iuxta authoritatem
Euangelicam, de qua in c. nouit de iud. & c. in omni.
de teſt. & in l. 1. C. de ſac. ſ. eccl. ergo regulariter nõ
39 videtur per hoc conceſſum † vt iudici de actis crea-
tur: quoniam etiam Princeps ſtatuère non poſſet, niſi
ex cauſa, vt ſingulariter probat tex. in c. quicunq; 1.
q. 1. & Doctor. in c. nuper. de teſti. Item nec per verba
40 † ſummariè, & de plano, quia per illa nõ videtur re-
ceſſum à monumentis, & confectione actorum, etiã
ſi adijceretur ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vt proba-
tur in d. clem. ſæpè, ibi actis, de verbor. ſignif. & ſentit
Bartol. in extrauag. ad reprimendum ſuper verbo. fi-
41 gura, † vbi ait, quod etiam ſi cauſa peragatur ſine fi-
gura iudicij, aſſertioni iudicis non creditur, niſi ſit
42 Summus Pontif. vel Imperator, † vel niſi partes de-
diſſent poteſtatem arbitrio proſequendi ſine ſcriptis,
ex quo viderentur inductum, vt ſibi de proceſſu fides
adhiberetur, vt docuit Bart. in auth. niſi breuiores. C.
de ſent. ex breui. reci. in fi. ſupradictam limitationem
ſequitur etiam Alex. in cõſ. 13. nu. 8. vol. 1. & Marãt.
in ſuo tract. de ord. iudic. par. 6. catu 10. nu. 24. vbi di-
43 cit hoc eſſe perpetuò notandum: † quia multi proceſ-
ſus arbitrorum in nihilum reduci poterũt, cum nun-
quam, vel raro adhibeat teſtes in eorum actis: cum
videatur ſufficere, ſi in ſcriptis reducantur. arg. l. d. l.
ne in arbitris. vbi Bar. in 3. not. & Bal. in 10. not. Quod
44 tamen fallit in cauſis breuibus, & exiguis † in ipſis
enim non requiritur ſcriptura, nec ſententiæ, neque
proceſſus gratia relata, auth. niſi breuiores, & Bart. in
§. neceſſitatem. auth. vt iud. ſi quo. ſuffra. & ſcrib. ſi qs
cum clerico. 11. q. 3. fallit etiam, prout ſupra dictum
eſt, quando à partibus tribueretur ipſi iudici, vel arbi-
tro facultas progrediẽdi ſine ſcripturis: ſicuti monuit.
Bar. in d. auth. niſi breuiores. gl. in c. ſi. de reg. iur. in 6.
& Doct. in d. c. quoniam contra.
45 Quintò limitatur, † qñ tabellionis copia haberi
non poteſt, quia tunc poſſunt probari per teſtes, ita
Luc. de Pen. in l. rura. C. de omni agro deſert. lib. 11.
colum. 2. verſ. 7. quæritur, vbi etiam dicit, ſententiam
poſſe argumẽtis comprobari per teſtes, motus aucto-
ritate Sum. Pont. in c. ſicut. de re iud. conſuluit Crau.
in cõſ. 203. nu. 18. vbi dicit, quod quãdo ad probatio-
nem

46 nem requiritur ſcriptura,† illud intelligitur, quando
potuit ſcriptura adhiberi, alioqui poterit fieri proba-
tio per teſtes,vt etiam tradidit.Old.in conſ.254.

Sextò limitatur. quando eſt in illius manu poſitũ,
47 qui iudicat,procedendi ſine actis,† vt arbitror, quia
poterunt tunc per teſtes probari. Ita Mil.in ſuo reper-
to.in litera P. verſ. probari poſſunt acta, ex allatis ibi
per eum.

Septimò limitatur nõ procedere, poſtquam teſtes
48 fuerint recepti,& interrogati,†quia tunc eis eſt adhi-
benda fides,vt per Cyn.in l.ſi quis teſtis.vlt.C.de teſt.
Iaſ.in l patre furioſo.nu.24. ff. de his, qui ſunt ſui,vel
alien.iur.Menoch. conſ. 100.num.54.

49 Octauò limitatur, † etenim poſſunt etiam probari
per confeſſionem partis.c.fi.de proba.& ibi ſcrib. vbi
Dec. ſub nu. 3. explicat quo nam pacto iſtud locum
ſibi vendicat,videas illum, & Bart.in d.l. ne in arbit.
C. de recep.arb.

Nonò limitatur poſſe etiam probari per aſſertio-
50 nem notarij actorum † cui creditur etiam ſine teſti-
bus,niſi ſecus confirmetur,vt dicit Innoc. in c. ad au-
dientiam. in verb. credentes.de præſcr.Spec.de Inſtr.
edit.§.oſtenſo.verſ.& ſcias.& in §.reſtat videre. verſ.
51 ſed cũ locis,vbi dicit, † credi actis iudicij ſcriptis per
notarium, etiã ſine teſtium ſubſcriptione, dummodo
in eis dies contineatur, & hoc dicit verum inter eaſ-
dem perſonas,& in eodem iudicio,non autẽ in alio.
Idẽ voluit Maran.vbi ſup. in relato ſuo tract. de ord.
iud.par.6.caſ.10.nu.23. id etiam conſulendo ſenſere.
Calc.in cõſ.8.n.39.Mant.in cõſ.3.nu.9. vol.1.Anch.
in conſ.178.nu.6.& Rim.in conſ.260.num.12.vol.2.
52 vbi dicit † acta iudicij ſatis conſtare,quando de eorũ
tenore notarius actorum atteſtatur, iux. etiã not. per
Bart.in l.chirographis.ff.de admi.tut.ſecus vbi nota-
rius tãtũ diceret, illum produxiſſe illum actum in-
cipiens de mandato,& finiens ſcripſit talis, vt etiam
dicit Io.de Amic. in conſ.77.nu. 18. vbi inquit nota
rio actorum non credi aſſerenti in examinatione te-
53 ſtium † hoc eſt,frater Matheus teſtis examinatus iuſ-
ſu ſuperioris, niſi de iuſſu in actis appareat, per ea,
quæ tradit Innoc.in c.cum in iure de offic.deleg.& in
d.c. quoniam contra.

54 Decimò limitatur, † nam etiã poſſunt probari per
ipſum iudicem,vel arbitrum,vt per Bart. & Doct. in
d.auth.niſi breuiores.in fi.C.de ſen.ex breui.reci.Bal.
& Gui.de Suza.in l.prolatam.col.vlt.C. de ſenten. &
interl.omn. iud. Spec. tit. de remiſ.§.vtile cenſemus.
circa fi.& tit.de teſtam.§.1.verſ. quid ſi ad duo.

Verùm contrarium verius videri diximus in quar-
ta limitatione,præſertim ex authoritate Aret. in cõſ.
68.vbi vltra ſupradicta,nu.5.dicit etiam ꝙ licet arbi-
ter, vel iudex in sẽtẽtia ſua meminerit alicuius actus
confecti coram ſe:adhuc tamen illud inſtrumentum
55 ſententiæ non probare acta præceſſiſſe, † quando ar-
biter,vel iudex ita narrat in ſententia,niſi partes fue-
rint præſentes tempore prolationis ſententiæ, arg. d.
c.quoniam contra,vt & not.Bart.in l.acta. in prin.ff.
de re iud.& in l.1. C.de relat.& in auth. ſi quis in ali-
quo.C.de eden.Bald. in d.l.emancipatione.C.de fid.
inſtrum.Innoc.in d.c.cum in iure.Abb. in conſil. 92.
56 vol.1.Gram.in conſ.130.nu.1.in ciuil. † vbi expreſsè
dicit iudici non eſſe credendum, niſi quatenus cõſtat
ex actis Guid.Pap.ſing.807.Ceph.conſ.265.num. 16.
57 vol. 2. quo in loco apertè tradit † iudici aſſerenti ſe
vidiſſe libellum,non eſſe credendum. Rim.in conſil.
422.nu.15. vol. 3. vbi ipſe addit,ſupradictam limita-
58 tionem non procedere, † quando ageretur de laude,
vel vituperatione ipſius arbitri, vel iudicis.

Ampliatur iſtud contrarium vt etiam ſibi vendi-
cet locum in arbitratore, quoniam arbitratori quoq;
59 † atteſtãti de actis coram ſe factis non eſt credendũ,
prout notat Bartol. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum.
ff. pro ſoc. quem ſequitur Imol. in cap. cum à nobis,
de teſtibus,& Arety.in relato conſ. 68. num. 5.

Ideò intelligẽda eſt ſupradicta limitatio, vt proce-
dat in his in quibus non eſt neceſſaria ſcriptura,velu-
60 ti,quando (vt dictum eſt) † à partibus iudici,vel arbi-
tro data eſſe facultas procedendi ſine ſcriptis quia
tunc ſimplici iudicis,vel arbitri aſſertioni creditur,vt
voluit Bartol.in d.authen.niſi breuiores. glo. & Do-
ctor.in d.cap.fi.de regul.iur.in 6.in c.de cauſis. de of-
fic.delegat. in c. Quintauallis, de iureiur.in d.c.quo-
niam contra, & Crauet. in conſ. 258. num.3. vbi ſub
61 num 4.concludit,in caſibus,† in quibus iudex poteſt
procedere ſine ſcriptis, credi iudici de actis ordina-
62 rijs (ſic enim loquitur) non de probatorijs, † quæ
ſunt maioris præiudicij.

Illud poſtremò te velim admonitum dum ſupra
in concluſione dicebamus, Acta iudicij non poſſe
63 probari niſi per ſcripturam, † nihilominus & ipſam
ſcripturam poſſe reijci per teſtes, vt nos docuit. Ac-
cur.gl.in l.ſi pretor.§.Marcellus.ff.de iud.& in l.quo-
ties.§.fi.ff.de probat.& Imol. reſpondit in conſ. 109.
nu.4. vbi expreſsè dicit, per teſtes probari poſſe con-
tra ſcriptum actorum.

CONCLVSIO XXXIII.

ARGVMENTVM.

Acta iudicij facta in vno iudicio quomodo probent in alio inter eaſdem perſonas, & quo pacto id procedat.

SVMMARIVM.

1 *Acta quomodo probent in ſecundo iudicio.*
2 *Acta vnius inſtantiæ non probant in alia inter eaſdem perſonas.*
3 *Acta facta coram arbitro probant etiam in alio iudicio.*
4 *Arbiter nõ habet iuriſdictionem,ſed quandam notionẽ.*
5 *Partes vti perſonæ priuatæ non poſſunt dare iuriſdictionem.*
6 *Arbiter non dicitur propriè iudex.*
7 *Iuriſdictio arbitrorum oritur a compromiſſo.*
8 *Acta, quæ inſtituunt cauſam.*
9 *Acta non reſpicientia ad inſtructionem,& merita cauſę.*
10 *Iudiciorum ordo qui ſit.*
11 *Teſtes ſi viuunt,erit in optione eius contra quem producuntur, ipſos denuo interrogare.*
12 *Teſtes ſi mortui ſunt,ſtatur eorum dictis.*
13 *Acta mortuorum faciunt fidem.*
14 *Teſtes iam examinati, ſi producuntur coram iudice, debent iterum ſolemniter examinari,& iurare.*
15 *Litis conteſtatio non pendet à voluntate partium,& eſt de ſubſtantialibus iudicij.*
16 *Proceſſus ſine litis conteſtatione eſt ipſo iure nullus.*
17 *Litis conteſtatio eſt lapis angularis iudicij, ſecundum Bald.*
18 *Acta facta ante litis conteſtationem non dicũtur de proceſſu.*
19 *Litis conteſtatio in poſſeſſorio recuperandæ non requirit. Sed contrarium tenet text.&c.*
20 *Litis conteſtatio interrumpit præſcriptionem.*
21 *Acta fidem faciunt, quando Pontif. Max. diſponit de plenitudine poteſtatis.*
22 *Acta ſiue ordinaria, ſiue probatoria quomodo probent inter eaſdem perſonas.*
23 *Arbitri ſtatutarij dicuntur iudices,& habent iuriſdictionem ordinariam,vel ſaltem delegatam.*
24 *Acta facta coram iudice laico,& etiam coram eccleſiaſtico probant inter eaſdem perſonas.*
25 *Iudex eccleſiaſticus non arctatur ſtare actis factis corã iudice remittente ſibi cauſam.*
26 *Actis factis corã iudice ſeculari cõtra laicum adhibenda*

eſt fides coram iudice eccleſiaſtico, ſi de eodem agatur.

27 *Confeſſio delicti facta in iudicio ſeculari a clerico, nihil operatur, nec probat in iudicio eccleſiaſtico, ſi demum eã reuocat coram iudice eccleſiaſtico.*

28 *Acta facta inter alias perſonas probationẽ qualemqualem faciunt inter eaſdem.*

29 *Qualis qualis probatio quanta ſit, & cuius effectus.*

30 *Acta probant inter plures perſonas, ſi tertius habet ius commune cum iure illius, qui fuit in lite.*

31 *Proceſſus factus in materia poſſeſſorij probat in alia inſtantia reſpectu petitorij.*

32 *Iudicium poſſeſſorium nullum infert præiudicium in petitorio, & acta poſſeſſorij non probant ratione petitorij.*

33 *Acta huiuſmodi non ſolum fidẽ faciunt inter eaſdẽ perſonas, ſed etiam inter quoſcunq; homines de mundo.*

34 *Quæ acta apud omnes faciant fidem.*

35 *Acta facta in vno iudicio probant etiam in alio inter quoſcunque.*

36 *Iudicium, proceſſus, & ſententia, quæ in vna cauſa fiunt, non procedunt, & non præiudicant in alia aliam perſonam reſpiciente, nec ei patrocinantur.*

37 *Acta huiuſmodi fidem faciunt, quoad præſumptionem tantum, & quando ratio connexitatis interueniat, & nõ quoad plenam probationem.*

38 *Acta facta in alio iudicio proſunt, & nocent inter alias perſonas, ſi ſunt hæredes, & ſucceſſores.*

39 *Acta ſi facta ſunt ad diuerſum finem, non faciunt fidẽ inter eaſdem perſonas.*

40 *Confeſſio in vna inſtãtia facit fidem in alia inter eaſdem perſonas, non habita diſtinctione quorſum tendat.*

41 *Confeſſio in vno iudicio ad vnam finem tẽdens poteſt reuocari in alio tendente ad diuerſum.*

42 *Acta non faciunt fidẽ in his, quæ curſu tẽporis mutãtur.*

43 *Acta non probant, niſi denuo producantur.*

44 *Acta deducta principaliter in aliquo actu efficacius probant, quam ea, quæ deducuntur incidenter.*

45 *Quid caueatur in ſtatuto Mediolanenſi de actis iterum producendis.*

46 *Acta furti probati contra depoſitarium non probant cõtra ipſum furem.*

47 *Acta facta in iudicio ſummario non probant in plenario.*

48 *Quod examinatur ſummariè, non prohibetur in iudiciũ deduci plenariè.*

49 *Probationes in ſummario ſi ſunt plenariæ, probant ac ſi recepta eſſent in plenario.*

50 *Acta ſummarij, quando probent in plenario.*

51 *Cauſæ cognitio quomodo adhibeatur.*

52 *Cognitio plenaria quomodo attendatur.*

53 *Acta facta in ſummario ad hoc, vt tollatur peccatũ, probant in plenario.*

54 *Acta facta in iudicio nulla habita ratione ineptitudinis libelli, non probant in alio.*

Acta iudicij probant inter eaſdẽ perſonas, etiam in ſecundo
1 iudicio † dũmodo in eo producta fuerint ſpeciatim, & non (ne ab vſitata noſtrorum loquẽdi formula recedam) in filza, arg. tex. in c. cauſam quæ el 1. de teſti. vbi Fel. & l. acta. ff. de re iud. l. cum lite mortua. ff. iud. ſol. l. 1. C. de aduo. diuer. iudi. l. cum antea. in fi. C. de arbitr. l. iubemus. C. de lib. cauſ. ſic communi conſenſu cùm profitendo, tum etiam conſulẽdo iuris interpretes tradidere. Bart. in l. natura liter. §. 1. vbi etiã latè Iaſ. nu. 106. ff. de acq. poſſ. & in d. l. cum lite mortua. ff. iud. ſol. relatus per Rim. in conſ. 416. nu. 3. vol. 3. idem Iaſ. in l. is apud quem, nu. 19. C. de eden. Idem refert, & ſequitur Alex. in l. 2. C. de eden. in fi. & in conſ. 82. col. pen. vol. 1. & in conſ. 55. nu. 3. & in conſ. 61. nu. 9. vol. 2. Natt. in conſ. 136. nu. 5. vol. 1. Marheſil. in ſing. 141. Franc. Burſ. conſ. 75. num. 8. & ſeq. Cephal. conſ. 215. num. 56. Ruyn. conſ. 9. num. 5. volum. 4. vbi dicit hãc eſſe veriorem opinionem, & conſil. 49. num. 4. lib. 1. Bellamer. deciſ. 538. de fide inſtrum. Cur. ſen. in conſ. 72. vol. 1. A ff. dec. 396. nu. 7 Guid. Pap. q. 136. vbi latè examinat. Spec. de conf. ſ. §. nunc videndum. verſ. quid de cõfeſſ. & tit. de probat. §. ſi verſ. hoc quoque, & ſeq. & de inſtr. ed. §. oſtenſo. ver. & ſcias, & ver. in quib. Pariſ. conſ. 87. nu. 4. lib. 3. Mantu. in conſ. 66. nu. 4. vol. 1. Calc. in conſ. 8. nu. 38. Vãt. de nullit. in tit. quor & quib. mod. null. in iud. prob. poſſ. nu. 127. & in tit. à quo, & quib. null. prob. poſſ. nu. 21. Bar. in c. cum dilectus. col. antep. de cau. poſſ. & prop. Anchar. in c. vt commiſſ. nu. 2. de hæret. Abb. in c. ex parte nu. 5. de arbitr. & in c. at ſi clerici. nu. 1. de iud. in c. præſentata. nu. 7. & 9. de teſtib. in c. ſuper eo. il. 1. nu. 2. eo. tit. in c. qualiter, & quando. il. 2. nu. 34 de accuſ. in c. ſi clericus. nu. 15. de foro compet. in d. c. cauſam quæ il. 1. nu. 4. & 6. & in c. teſtimonium, de teſtib.

Idq; nullam in ſe continet dubitationem, quando agitur de modico præiudicio; vt probatur in relato c. teſtimonium, & per Innoc. in c. per inquiſitionem de elec. quem ſequitur Soc. reg. 8. atq; etiam cum acta iudicij fuerunt facta ſolemniter, & ordine iudiciario ſeruato, prout dicit Rim. in conſ. 99. nu. 29. vol. 1.

Diuerſum ab aliis vſ ſentire Io. de Amic. in conſil.
2 137. n. 10. vbi expreſsè dicit, † etiam inter eaſdem perſonas acta vnius inſtantiæ non probare in alia, teſtes huius rei laudando. glo. Bart. in auth. item poſſeſſor. C. qui pot. in pig. hab. Bald. & Doctor. in d. l. is apud quem. C. de eden.

Primò ampliatur concluſio, etiam in actis factis
3 coràm arbitro, † vt probent inter eaſdem perſonas etiam in alio iudicio coram ordinario: prout dicit Bald. in l. 3. C. de eden. col. pen. Abb. in c. fin. n. 6. & ſeq. de arbit. Lanfranc. de Ori. in tract. de arb. tr. 7. diuiſ. q. 33. num. 77. vbi dicit communem, & idem Lanfranc. ibid. num. 24.

Contrariam in hoc ſequuti ſunt ſententiam Inno. Io. Andr. & omnes in c. præſentata de teſtib. not. Bar.
4 in l. 1. C. de teſtib. † & ratio eſt quia arbiter non habet iuriſdictionem ſed quandam notionem. l. 1. C. de arbitr. l. ait prætor. in prin. ff. de re iud. quia partes cum
5 ſint perſonæ priuatæ † nullam poſſunt concedere iuriſdictionem, vt in c. ſignificaſti, de for. compet. & in l. priuatorum. C. de iuriſdict. omn. iudic. Abb. in c. præſentata. col. 2. videtur circa primum. de teſtib. hinc
6 fit, vt † arbiter non poſſit propriè dici iudex, arg. l. à diuo Pio. in princ. et l. ait prætor. ff. de re iudic. l. nu. 3. de iud. d. c. cum dilectus. de arb. c. vni delegatorum. de offic. deleg. et notat Rimin. in conſ. 48. nu. 9. vol. 1. et Mantu. in conſ. 362. nu. 8. vol. 1. in contrariam tamen ſententiam videtur deſcendere Bologn. in conſil. 6. num. 2 vbi dicit, arbitros, et arbitratores habere
7 iuriſdictionem, † quæ à compromiſſo oritur, et in eo ſe tuetur, arg. l. non diſtinguemus. §. de offic. in verſic. tractatum ex ipſo compromiſſo ſumendum. ff. de arbit. c. fin. ext. de re iud. d. c. cum dilectus, et c. examinata. ext. de arbitr.

Concilies hoc pacto, vt prior opinio procedat in
8 actibus, † quæ inſtituere cauſam debent, cuiuſmodi ſunt atteſtationes, teſtimonia, et partium cõfeſſiones. l. pen. C. de arbitr. et ibi Bal. et Cyn. in l. cum apud. nu. 2. C. de teſti. et in l. 2. C. de eden.

Poſterior verò opinio poteſt habere locum circa
9 acta, † quę ad nullam reſpiciũt inſtructionem, et merita cauſę, id eſt, ordinationem iudiciorũ, vt litis conteſtatio, ſatiſdatio, et id genus alia: vt notant Doct. in in d. c. cauſam. de teſtib. et Abb. in d. c. fi. in 2. col. verſ. ſed circa hoc quæro, de arbit. et in cap. præſentata. in 4. notab. in verb. noto ibi iuxta, cum ſeq. de quib. etiã
10 vide per Dec. in conſ. 483. num. 3. vbi dicit † iudiciorum ordinem eſſe, vt libellus offeratur, lis cõteſtetur, ſatiſdetur, et de calumnia iuretur.

Quod autem pertinet ad dicta, et atteſtationes te-
11 ſtium, dicendũ eſt, aut teſtes adhuc ſupereſſe, † et tũc erit optio eius, contra quem producuntur, an velit

ſtare corũ dictis,vel recẽs interrogari,vt l.cũ apud C.
de teſt.& in l.pen.§.fi.ff.de arb.& Abb.per illũ tex. in
12 c.pſẽtata.nu.4. de teſtib.aut ſint mortui,†& eo caſu
ſtaĩ dictis corũ.l.iubemus.C.de lib.cauſ.& per Cy. in
l.2.nu.2.propè fin.C.de eden.Lex etenim cum ad id
reſpiceret,ſibi partes elegiſſe arbitrum, vt bonum iu-
dicem graueque eſſe,iſta acta ad factum tendentia
perire,cum nõ poſſent ita facilè haberi,& coram ar-
bitro,licet non ſit ſtrictè iudicium, eſſe tñ quaſi iudi-
13 cium ſanxit,vt† acta mortuorum facerent fidem, in
atteſtationibus autem eorum,qui adhuc viuũt, ceſſat
ratio nuper tradita, cum facilè, & ſine vllo negocio
poſſit haberi: ideo voluit lex recedere à ſtricto iure,
dando facultatem parti, contra quam producuntur,
examinãdi:vt in text.d.cap. præſentata. de teſtib. &l.
fin.C.eodem tit.de teſtib.& dixit Marc. Ant. Blãc. in
tractat.de compromiſ.quæſt.8.ſub nu.24.& Lanfr.de
Orian.in tract.de arbitr.q.33.nu.74. quod autem ſpe-
ctat ad teſtes viuos, eſt aduertendum, quòd ſi produ-
cantur coram iudice, nõ poterint dicere, dico vt dixi
14 In cauſa coram tali arbitro, † ſed nouiter debent ſo-
lemniter examinari,& recenter iurare,ſecundũ Lan-
franc.de Orian.& adducta ab eo in ſupra.d.q. 33. nu.
75.alioqui l.fin.C.de teſtib.& d.c.præſentata, eodem
tit.eſſet de nihilo,& ſeruiret nobis de vento.(vt aiũt
noſtri) cum electio,quæ tribuit illi,non ſuffragare-
tur in aliquo. Bal.tamen in d. l. fin.dixit contrarium,
ſed malè ſecundum Lanfr. vbi ſupra.

Poſteriorẽ prædictam opinionẽ Innoc. & aſſecla-
rum die primo non procedere, qñ vtraq; pars cõſen-
tit,vt acta huiuſmodi valeant coram iudice ordina-
rio, ſi tñ non ſint de neceſſario requiſitis in iudicio,
15 †quæ non pendent à voluntate partium, vt litis con-
teſtatio,iuxta,not.in d.c. cum cauſam. de teſtib. & p
Ioan.Andr.in c.pręſentata poſt Abb.ibi num.9.eod.
tit.de teſt. Proceſſus. n. factus ſine litis conteſtatione
16 † eſt ipſo iure nullus, cum ſit de ijs, quæ omnimodè
deſiderantur in iudicio, arg. glo. in l. conſentaneum.
in princip.& auth. quod ſemel. C. quomo. & quand.
iud.in l.fin.§.illud.C.de temp. appel.& notat Caſt. in
conſ.99.incip viſo quodã proceſſu,& Ioan. de Ami-
17 cis in conſ.137.nu.9.& in conſ.72.nu. 6.vbi dicit † li-
tis conteſtationem eſſe lapidem angularem iudicij
iuxta dictum Bal.in d.§.illud. Dec.in conſ.302.nu. 2.
Iaſ.in cõſ.31.nu.2.vol. 1.quo in loco tradit, adeo ve-
rum eſſe litis conteſtationem eſſe de ſubſtantialibus
18 iudicij, † vt acta facta ante litis conteſtationem non
dicantur de proceſſu, huius rei meminit Soc. ſen.in
conſ.47.nu.1.vol.4. quod tamen non videtur habere
19 locum in iudicio poſſeſſorij recuperandę,nam † litis
conteſtatio in poſſeſſorio recuperandæ nõ requiritur.
Ioan.de Amic.in conſ.6 nu.45.Bal.in addit.ad Spec.
de libe. concep. §.1.verſ.an per ſimplicem,& Bar. in
diſp.incip.Lapus.In aliam ſententiam,hoc eſt, requi-
ri conteſtationem litis, videtur compilatus context.
in c.2.vt lit.non conteſt.vbi Abb.& alij per l. fin. vbi
Docto.C.ſi per vim, vel al.

Secũdò fallit in omnibus actis factum reſpiciẽti-
bus, vt ſi ſit interrupta pręſcriptio ex aliquo facto co-
20 ram arbitro, † vt ex litis conteſtatione; vt reſpondit
Iaſ.in cõſ.34.nu.4 vol.1.per text.in l.fin.C.de pręſcr.
30. annor.quia quoad effectum iſtum fidem faciunt
coram iudice:vt l.pen.C.de arbitr. ſecũdum Abb. in
d.c.præſentata. nu. 3.

Tertiò fallit ẽt,quando Summus Pontif. diſpone-
21 ret de plenitudine poteſtatis; † vt acta huiuſmodi fi-
dem facerent:vt dicunt Inn.Io.Andr. & Butr.in d. c.
præſentata,cui rei reſpõdent,quæ fuerũt animaduer-
ſa in c.1.de iud.& in c.cum veniſſent de conceſ.pręb.
& pro iſtis fallentijs videas Fely. in relato.c. præſen-
tata,in 1.col.poſt med.in verſ.acta, cũ plurib. ſeq. de
teſt.& Purpur.in d.l.2 apud quem.nu. 73. C.de eden.

Quartò fallit, quando acta prædicta ſiue ordinaria
ſiue probatoria facta fuerint corã arbitris ſtatutarijs,
22 †tunc enim reguntur in omnibus modo,& forma,vt
etiam gubernantur acta facta coram iudicibus ordi-
nariis,quæ probant inter caſdem perſonas,ac ſi eſſent
facta coram ordinario,vt latè per Marc. Ant. Blanc.
in tract.de compromiſ.q.8.nu.24.verſ.ſed aduerte. Et
ratio eſt,quia huiuſmodi arbitri ſtatutarij dicũtur iu-
23 dices,†& habere iuriſdictionem ordinariam,vel ſal-
tem delegatam,vt reſpondit Ruin.in conſ.169. nu.
17.vol.1.Soc.ſen.in cõſ.27.nu. 15. vol.3.arg.l.cũ ſpe-
ciali.l.cũ apertiſſimi.C.de iud. c. ab arbitris. de offic.
deleg.c.cum ſpeciali.de appel.l. fin. ff. à quib. appel.
non.lic.l.arbitro,& l. ab arbitro. ff. qui ſatiſd. cogan.
& latè proſequitur examinando hãc quæſtionem de
iuriſdictione idem Blanc. in nuperrimè allato tract.
de compromiſ.q.6.nu.1.cum plurib.ſeq. & propterea
cũ non deficiat iuriſdictio, acta huiuſmodi poſſunt
probare in omni iudicio,vt idem Blanc.d.q.8.cit.fin.

Secundò ampliatur etiam ſi acta fuiſſent facta co-
24 ram iudice laico,† quia probant inter eaſdem perſo-
nas etiam coram Eccleſiaſtico,& èċontra, vt docuit
Bal.in l.1.vlt.col.ff.de fer. & pluribus oſtẽdit Fely. in
d.c.cauſam quæ verſ.2. reg. & in c. at ſi clerici de iud.
nu.4.& ibi etiam Dec.num.90. quod intellige, vt ibi
per eum,& Ang.in auth.de ſan.Epi.§. ſi vero examẽ.
col.9.vbi atteſtatur Accur. in l. nemo. ff. de re indic.
Auguſt.Bero.in d.c.at ſi clerici.nu.121. Capel. Tho-
loſ.in quæſt. 199.

Iſtis intrepide reſtagaĩ Philip.Dec.in d.c. at ſi cle-
rici.col.3.de iud.vbi in ea eſt ſententia, iſtam eſſe cõ-
* munem * concluſionem omnium Doctorum, quam
confirmat etiam Affli.in conſtit.Regni, ſi dãna clã-
deſtina. in 9. notab. in verſ. quarto.vero in 4.colum.
* ipſius 9. notab. & tanquam communem * ſequitur
Grãmat.conſ.crimin.42.nu.1.Viuius lib.1.opin. 162.
incip.iudex laicus.Iul. Clar.in pract. crimin. lib. 5.§.
fin.q.36.verſ.vltimo quæro.Ruin.conſ.7.vol.5.idem
etiam videtur ſequi Dom. Ant.in d.c.at ſi clerici.nu.
25 11.vbi dicit† iudicem Eccleſiaſticum,cui fit remiſſio
per alium iudicem, non compelli, vt ſequatur acta
facta coram iudice remittente, etiã ſi remittens fue-
rit iudex idoneus,nihilominus in princ.d.c. verſ.op-
26 pono quod cõuictus, † ſentit actis factis coram iudi-
ce ſeculari contra laicum adhibendam eſſe fidẽ co-
ram iudice Eccleſiaſtico,ſi de eodem agatur,& con-
tra eundem coram eo.

Extendas iſtam poſteriorem opinionem procede-
re,etiam ſi clericus confeſſus fuiſſet delictum,de quo
inquiritur coram iudice laico, ſi demum reuocet illã
27 confeſſionem corã eccleſiaſtico, † illa cõfeſſio facta
in iudicio ſeculari nullũ ſortief robur, nec probabit
in iudicio eccleſiaſtico,ita cõſuluit Gram.d.cõſ.cri.
42.nu.2.auctor.Ang.motus in l.vn.col.vlt.C. de cõſ.

Limita, & diſtinguè modo traditam ſecundã opi-
nionem,vt per Iul.Clar.in pract.crim.lib.5.d.§. fi.q.
96.quæro etiam, ſi iudex eccleſiaſticus.

28 Tertiò ampliatur,vt etiã illa acta,†& probationes
factæ inter alias perſonas faciant, qualem qualẽ pro-
bationem inter eaſdem,vt dicit glo.in l.2. C.de edẽ.
vbi Alex.num. 2.

29 Et quanta ſit hęc qualis qualis probatio,†& quam
vim habeat,declarant Ant. de Butr.in c. quamuis de
re iud.Bart.in l.admonendi.col.14.verſ.quæro, quid
ſi dictus teſtis.ff.de iureiur.& latè Alex.in l.ſępe.ff.de
re iud. vbi huius materiæ ſedes eſt.

Limitatur tamen hæc tertia ampliatio, vt tantùm
30 procedat † dummodo ille tertius habeat ius cõmu-
ne cum iure illius,qui fuit in lite,vt notat Bald.in d.l.
2.C.de eden.nu.17.vbi adducit exemplum. d.l. ſed ſi
poſſeſſori.§.fi.verſ.nihil,& l.ſeq.ff.de iureiur.& idem
ſequitur Cy.Ray.& Ang.in d.l.2.& ibi Alex. nu. 13.

31 Quartò ampliatur etiam, † vt proceſſus factus in
materia poſſeſſorij probet in alia inſtãtia ratione pe-

tito;

Digitized by Google

titorij, vt ex multis ſentit Guid. Pap. deciſ. 136.

In aliam opinionem videtur deſcendere Soc. iun. in conſ. 1. nu. 80. vol. 1. vbi dicit, poſſeſſorium iudiciũ
32 † nullum præiudicium inferre petitorio, actaq; poſſeſſorij non probare ratione petitorij comprobando auctoritate contex. in l. ordinarij. C. de rei vend. in l. incerti. C. de interdic. in l. 1. C. ſi de moment. poſſeſ. fue. appel. l. 1. §. inter litigatores. ff. vti poſſ. & Doct. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. in plurib. locis, & Canoniſtæ, in c. cum olim de cau. poſ. & propr. Idem Soc. in conſ. 126. & in conſ. 182. nu. 8. vol. 2.

Quintò ampliatur, vt non ſolùm hmõi acta fidem
33 faciant inter eaſdem perſonas, † ſed ẽt inter quoſcũque homines, qui ſuperſint. probãt enim illa acta facta; ſic libellum datum, ſic litem conteſtatam, & ſic ſententiam latam, &c. & ſunt iſta publica inſtrumen-
34 ta, † quæ apud omnes faciunt fidem. l. geſta. C. de re iudic. c. quoniam contra. de prob. ita inquit Bart. in d. l. 2. C. de eden. quem ſequitur ibi Bal. & alij, & idem Bart. in d. l. cum lite mortua. ff. iud. ſol. Natt. conſil. 98. nu. 5. in 1. par. vbi ait, ꝙ cum acta habeant publicam formam proculdubio vbicunq; & inter quoſcũque probant ſe ipſa, id eſt, factum. Grat. in conſ. 95. nu. 18. vol. 2. & ad id adeas Tindar. in tract. de teſtib. in c. 1. 3. par. nu. 5. vbi latè, & Iaſ. in l. is apud quẽ. nu. 23. C. de eden. verſ. limita ſiñ Bar. Fulg. ibid. nu. 5. vſq; ad fi. & Ceph. in conſ. 215. nu. 56. vol. 2. vbi dicit, cum quæ-
35 rit, an quid ſit factũ, † acta facta in vno iudicio probare etiam in alio inter quoſcũq;, & quid factũ fuiſſe ex actis conſtare ſolere, quæ ideò factũ probant,
* quoad oẽs, vt de communi * aſſerit atteſtari. Dec. in d. l. 2. C. de eden. nu. 51. & in c. 1. nu. 24. de fid. inſt. eidem aſſentit. Nat. in cõſ. 309. n. 5. vol. 2. ubi quæ ſupradicta ſunt, ad uerbũ ferè receſet ex iuribus ſupra adductis.

Ab iſtorum opinione receſſit Soc. Iun. in cõſ. 37. nu. 1. vol. 4. vbi dicit veriſſimã, & enucleatam eſſe cõclu-
36 ſionem † iudicium, proceſſum, & ſñiam, quæ in vna cauſa fiunt non ꝓcedere, ſeu non prçiudicare in alia, aliam perſonam reſpiciẽte, iuxta tit. C. res inter alios acta, vt etiam tradunt Docto. maximè Alex. in l. ſæpè. ff. de re iud. facit ẽt l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. & ſicuti non nocẽt, ita ẽt nec patrocinãtur alteri. vt l. 2. C. quib. res iud. nõ no. & ibi plenè Doc. Ideò.

Intellige hanc ampliationẽ non procedere, quo ad
37 plenam probationem, † ſed tãtũ quoad pręſumptionẽ: & qñ rõ connexitatis intercedit: vt voluit Cyn. in d. l. is apud quem nu. 2. C. de eden. per l. ſi duo patroni. ff. de iureiur. & Bart. in repe. eiuſdem legis. nu. 20.

Sextò ampliatur primario loco, concluſionẽ procedere, & inter aliàs perſonas, dummodo ſint hære-
38 des, & ſucceſſores † quia, & ipſis acta facta in alio iudicio proſunt, & nocẽt, [illegible]t, & ſuis maioribus, vt tradidit Soci. in reg. 10. ad quod probandũ adducit contex. in l. ſimpliciter. §. fi. ff. de exce. rei iudi. qui quidẽ nuſquam reperitur, ſed (vt arbitror) voluit afferre. l. ſi à te. §. Iulianus. ff. eod. exceptio. rei iudica. qui iudicio meo ſatis id probat.

Limitatur primò ſupradicta cõcluſio, qñ acta prę-
39 dicta alio tenderent: † quia tunc neque inter eaſdẽ perſonas fidem faciunt, tex. eſt in l. cũ quæritur. ff. de excep. rei iudic. & in c. veniẽs il 2. de teſt. notat Ioan. Bap. Ferre. conſ. 160. nu. 2. & 3. vol. 2 Soc. in regul. 11. Bar. & Doctor. in l. 2. §. hoc edicto. ff. vi bon. rapto. & in d. l. 2. C. de edend. vbi præſertim Bal. Caſtr. Alex. & Dec. Canoniſtæ, præſertim Fely. in d. c. cãm quæ de teſtibus, & in d. c. veniens el. 2. nu. 20. Rim. in cõſ. 416. nu. 3. vol. 3. & Cache. in deci. Pedemõt. 107. nu. 1. vbi tñ in confeſſione facta in vna inſtantia videtur aliter
40 ſentire: † nam inquit, confeſſionem in vna inſtantia facere fidem inter eaſdem perſonas in alia inſtantia, nulla habita diſtinctione, an tendat ad eundem, vel alium finem, ſupradictam limitationẽ ſequitur etiã Cur. Iun. in conſ. 41. nu. 15. vbi infert, ẽt ſi confeſſio
41 facta ſit in vno iudicio ad vnum finẽ tendẽte, † poſſe reuocari in alio iudicio ad alium finem tendente, re-
* ſtatur id per Accur. doctrinam communiter * approbatam in auth. item poſſeſſor. C. qui pot. in pig. hab.

42 Secundò limitatur, nõ procedere in his, † quę curſu temporis mutãtur, tex. eſt in l. certa. §. deficientiũ. ff. de excu. mu. & notat Bart. in l. cura. §. 1. ff. de mun. & hon. in l. 1. §. 1. ff. de vaca. mun. in l. ſpadonem. §. qui abſolutus. ff. de excuſ. tut. & in l. 2. col. 2. verſ. ſed contra prædicta. ff. iud. ſolu. & Fely. in d c. cauſam, quæ nu. 12. Io Crot. in tract. de teſtib. nu. 281. & Calc. in conſ. 8. num. 38.

Tertiò limitatur, ꝙ licet probẽt inter eaſdẽ perſo-
43 nas, † tñ opus eſt illa recenter iterum producere apud acta vtriuſque cauſæ, alioqui non probant, tex. eſt in l. cum antea. C. de arbitr. & notat Bart. in d. l. naturaliter, §. nihil cõe, col. 16. per iura ibi per eum allata. ff. de acquir. poſſ. vbi ẽt Rip. nu. 175. & notat Ant. de But. in c. cum dilectus. col. 13. de cauſ. poſ. & propriet. & eos ſequitur Alex. conſ. 82. nu. 5. lib. 1. & in l. 2. in fi. C. de eden. Feder. de Sen. cõſ. 160. incip. caſus talis eſt, Dominus Minus, & ſequitur Hypp. de Marſ. ſingul. 170. animaduertant, Alex. in conſ. 37. nu. 22. vol. 2. cũ alijs multis adddũctis per Cacher. in deciſ. Pedem. 5.
44 num. 40. † nam acta in aliquo actu præcipuè deducta efficacius probant, quam ea, quæ deducuntur incidẽter. l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper. ff. de re iud. Bart. in l. qui Romæ in § duo fratres. ff. de verb. obl.

Ex diſpoſitione verò iuris municipalis Ciuitatis
45 Mediolani † non eſt opus in cauſa appellationis acta principalis cauſæ de integro producere, ſed pro productis ipſo iure habentur: idque habet etiam locum in actis factis in cauſa cuiuſlibet compromiſſi: nam ipſo iure habentur itidem pro productis in cã reuiſionis, prout cautum eſt in Mediolanenſi ſtatuto, vol. 1. c. 37. per totum, incip. Acta verò cuiuſlibet cauſæ.

46 Quartò limitatur: † quia acta furti probati contra depoſitarium non probant cõtra ipſum furem: vt dicit Bal in l. 2. col. 7. verſ. iuxta iſtam regulam. C. de eden. & not. in l. manifeſtiſſimi. §. ſin autẽ. C. de furt.

Quintò limitatẽ ſi acta fuerint facta in iudicio ſũ-
47 mario † quia non probãt in plenario etiam inter eaſdem perſonas, notat tex. in l. penult. & ibi gl. Bar. Bal. & Ang. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. in l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de lib. agno. glo. in l. 2. C. de ord. cog. Bar. in l. 1. C. eodem tit. & in d. l. 2. ff. vi bon. rap. verſ. ſed videtur, & in l. à Diuo. Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic. Bal. in l. nam, & poſteà in prin. ff. de iureiur. idem ſentiunt Abb. Ant. de Butr. & Imo. in d. c. cauſam. quæ per textum in d. c. veniens el 3. Nat. in cõſ. 373. nu. 3. vol. 2. Abb. in cõſ. 50. nu. 1. vol. 1. Innoc.
48 in c. 2. de ord. cogni. propè fi. vbi dicit id, † quod examinatur ſummariè, nõ prohiberi poſteà in iudicium deduci plenariè, arg. l. pen. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur. & Rimin. in conſ. 99. num. 26. vol. 1.

Sublimita hanc limitationem non procedere, qñ
49 probationes in ſummario eſſent plenariæ: † quia tũc probãt, ac ſi receptæ eſſet in plenario, vt tradidit Fel. in d. c. cauſam, quę nu. 2. & Dom. Ant. vbi atteſtatur
* de communi, * & in d. c. veniens, & in c. fraternitati. de teſtibus. Imol. in c. cũ literis de reſtit. in integ. Bart. in extrauag. ad reprimendũ, in verſ. ſummariè ad fin. Rimin. in conſ. 258. nu. 34. vol. 2. & Natt. in d. conſ.
50 473. nu. 35. vbi expreſsè dicit, † quando in iudicio ſũmario fuit adhibita plena cauſæ cognitio, acta dicti iudicij probare in plenario inter eaſdẽ perſonas, idq; voluiſſe Iac. Butr. in d. l. ab hoſtib. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cauſ. maior. et tũc dici adhibitã fuiſſe plenã cauſę cognitionẽ, nõ ſolũ, qñ ſeruatẽ fuit ordo
51 in procedendo, † ſed vbi etiã probationes ſunt plenę, & ſic teſtes plenè ꝓbãt, vt ẽt voluit Ant. de But. ĩ d. c. cãm, quæ col. 2, quẽ refert, et ſequit Alex. in d. l. 2. circa fi. C. de eden. in d. l. à diuo Pio, §. ſi ſuper reb. col. 2.

& in l.ſæpè.ff. de re iud. Voluit etiã hoc.Alber.in l.3.
§.cauſæ cognitio.ff.de carb.edic.vbi in hæc verba lo-
quitur,plenam cauſæ cognitionem eſſe,per quam re-
ligio iudicantis inſtruitur de veritate ſummaria, per
quam ad rei de qua agitur, in aliquam præſumptio-
nẽ adducitur,& dicit Bal.in d.l.pen.in 1.lect.ff.de his,
52 qui ſunt ſui,vel alie.iur.† plenariam cognitionẽ non
attendi penès ordinem, ſed penès qualitatem proba-
tionis,vt ẽt reſpondit Abb. in d.conſ.50 col.fi.vol.1.
Secundò ſublimita, quando eſſemus in materia,
quæ ſpectet ad peccatum:quia ad hoc,vt tollatur pec
53 catum † acta facta in ſummario probãt in plenario:
vt Anr.de Butr.conſ.41.incip.quidam petijt Fely.in
d.c.cauſam quæ,nu.10.Dec.in d.c.at ſi clerici. de iud.
num. 101. cum adductis ibi per eum.
Sextò limitatur, ſupradictam concluſionem non
54 procedere,† ſi acta facta fuerint in iudicio, nulla ra-
tione habita ineptitudinis libelli, quia non probant
in alio iudicio etiã inter eaſdem perſonas,vt ex preſsè
ſentit Bart.in l.ſi patronus libertũ.ff. de iureiu. & in l.
2.C.de fruct.& lit.expẽ.& Rim. in cõſ.99.n.26.vol.1.

CONCLVSIO XXXIV.

ARGVMENTVM.

**An acta, probationes, & confeſſiones fa-
ctæ,& coniecturæ,& pręſumptiones ha-
bitæ in iudicio ciuili probent, & fidem
faciant in iudicio criminali.**

SVMMARIVM.

1 *Acta facta in cã ciuili non probãnt in iudicio criminali.*
2 *Probationes idoneę in ciuilib.non probant in criminalib.*
3 *Probationes in criminalib. debent neceſſario concludere,
& requirũtur luce meridiana clariores,vrgẽtiores, &c.*
4 *Probationes factæ in cauſa ciuili ſuper delicto non pro-
bant in criminali.*
5 *Probationes vrgentiores requiruntur, quãdo agitur de
pœna corporali.*
6 *Coniecturæ ſufficiunt, vbi agitur de pœna pecuniaria,
& in his, quæ ſunt difficilis probationis.*
7 *Cauſa ciuilis magna,grauis,& ardua æquiparatur cau-
ſæ criminali.*
8 *Cauſa dicitur grauis ratione perſonarum,& rerum, &
quando coram Pontifice tractatur.*
9 *Acta facta in cauſa ciuili probant in criminali, ſecun-
dum Bartol.&c.*
10 *Sententia in cauſa ciuili licet faciat notorium, tamẽ eius
vigore non poteſt quis puniri criminaliter.*
11 *Sententia,quando faciat rem notoriam, & quando non.*
12 *Condemnatus in iudicio ciuili ex præſumptionibus, non
poteſt ex iiſdem condemnari in iudicio criminali.*
13 *Præſumptiones habitæ in ciuili,& fama præcedẽs operã-
tur,vt iudex poſſit in crimine ad inquiſitionẽ procedere.*
14 *Acta ciuilia faciunt ſaltem indicium ad torturam in no-
uo proceſſu criminali.*
15 *Probatio ſemiplena in ciuilibus facit indicium ad tortu-
ram in criminalibus.*
16 *Confeſſio facta in iudicio ciuili ſemper præiudicat in cau
ſa criminali.*
17 *Cõfeſſio facta coram iudice,& corã parte in iudicio ciuili
ſummariè,non probat in criminali etiam inter eaſdem
perſonas,ſecundum Soc.&c.*
18 *Idem dicitur in iudicio ciuili plenario, quod non facit
plenam fidem.*
19 *Cõfeſſio facta in vno iudicio nõ facit fidẽ in alio, vbicũq;
mutatur modus agẽdi, & etiamſi facta fuerit incidẽter
quod intelligitur in cõfeſſione vera,& non ficta, p totũ.*
20 *Sententia lata in cauſa criminali præiudicat in ciuili, vt
per Soc.ſen.*

1 Acta facta in iudicio ciuili † nõ pro-
bare in iudicio, in quo
de capite,vel de pecunia,ſed capitaliter agitur, vna-
nimes cuncti ferè Doctor.ſenſere. Bart. in l. 2. §. hoc
edicto in fin.col.4.verſ.quæro vtrum.ff.vi bon.rapto.
per Paul.Caſtr.in l.fi.C.de probat.per Abb. in c. at ſi
* clerici.de iudic.& ibi Fel.num.12.vbi dicit * commu-
nem,& per Dec.nu.29.cum ibi alleg. per Bern. Diaz.
* vbi de * communi atteſtatur,reg.10.Innocen. in cap.
per inquiſitionem,de elect.per Ceph.in conſ.204.nu.
2 22.vol.2. vbi dicit † probationes idoneas in ciuilibus
non probare in criminalibus,ſecundum Caſt. in cõſ.
328.circa princip. vol.2. Ruyn.conſ.19.vol.5.Blanc.
tract.de indicijs,nu.210.propè fi.Bald.in l. 2.& Ryp.
in l.is apud nu.40.C.de edẽ.Imo.in l.interdum. ff. de
pub.iud.& Dom.Clar.in ſua pract.§.vlt.q.54.verſic.
item ſi,& ſeq.ea ratione, tũ quia multa fortè potuiſ-
ſent obijci contra priora acta, ſi fuiſſet actum cri-
minaliter,quæ fuerunt prætermiſſa propter leue præ-
iudicium, tũ quia ad alium finem agebatur, de quo
vide p Abb.in c.qualiter,il 2.col.fi.ver.faciũt ad quę
ſtionem, de accuſatio. & in d. c. cauſam quæ verſ &
aduertè de teſtib. & per Egid.Boſſ. in tract. criminal.
3 tit.de plur.viol.nu.117.& tum, quia † probationes in
criminalibus non ſolùm debent neceſſariò conclu-
dere,ſed requiruntur luce meridiana clariores, vrgẽ-
tiores,maiores,& efficaciores,quàm in ciuilibus,arg.
l.fi.ff.de probat.l.abſentem.ff.de pęn.l. qui ſententiã.
C.eod.l.addictos.C.de appel.l.vbi,C.de falſ.c. ſciant
cuncti.2.quæſt.8.c.Epiphanium.5.quæſtio. vltim. &
notat Marſil.in cõſ.1.num.24.volum. 1. Io. de Ami-
cis in conſ.60.num.1.& in conſ.131. num.1. Imol.in
conſ.137.num.2.Dec. in conſ.249. nu. 8. & in conſil.
615.nu.8.Rol.à Valle in conſ.16.nu.30.vol.1. Ceph.
in conſ.113.num.11.vol.1.& in conſ.204.nu. 21. vol.
2.Natt.in conſ.411.nu.26.vol.2.Rim.in conſ.11. nu.
18.vol.1.& Mantua.in conſ.56.nu. 24. vol.1.
Intellige ſupradictam concluſionẽ procedere tan-
4 tùm in delictis,idest,† probationes factas in cauſa ci-
uili ſuper delicto non probare in criminali,iuxta ſen-
tentiam Ruyn.in conſ.19.nu.9.vol.5.per gloſſ.in l. ſi
quis ad ſe. C.ad leg.Iul.de vi.
Illud intactum nõ relinquã,ꝙ ſupra dicebamus de
probationibus, quæ in cauſa criminali requirũtur vr-
5 gentiores † id tantùm ſibi locum vendicare, quando
agitẽ de pœna, quę ad corpus pertineat,ſecus vbi agi-
6 tur de pœna pecuniaria,† quia etiam coniecturæ ſuf-
ficiunt,ita diſtinguunt Fel.in c.afferte.col.3.nu.11.2.
limit.extr.de præſump. Alc.in tract.de præſump.reg.
2.pręſumpt.9.nu.4.Ceph.in conſ.141.num.18.& ſeq.
vol.1.vt etiam ſufficiũt in his, quæ ſunt difficilis pro-
bationis ſecundum Bart. alios in l.ſi quis ex argẽta-
rijs.§.pen.ff.de edẽ.& iuxta eundem Bart. in l. ſi quã-
do.C.vnde vi,& in l.de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori.
ff.de oper.nou.nunc.8.q.Fed.de Sen.in conſ. 119. in-
cip.Nulli dubiũ.Hoſt.in c.fi.ext.de his quæ met. cau.
d.Anto.in c.veniens el 1.ext. de teſt. col. vlt.Alex.in
cõſ.24.col.1.vol.2. & Arch.in c.inter memor.16.q.3.
Secundò id ẽt ſibi locum vendicat in cã ciuili ma-
7 gna,graui, & ardua: † quia hmõi cã cauſæ criminali
æquiparatur,vt tradidit Bal.in l.parẽtes.C.de teſt.quẽ
refert,& ſequitur Barb.in c.teſtimoniũ. de teſti. & in
c.querelam.de procur.Anch.in conſ.27. & in conſil.
73.Marſ.in conſ.101.nu.20.vol.2. Ioã. de Amicis in
conſ.53.nu.4.Soc.ſen.in conſ.164.nu. 17 vol. 2. & in
8 conſ.17.nu.7.vol. 1. & † dicẽ cauſa grauis habita ra-
tiõne tũ ad perſonas, tum ad res.Item ſi coram Põti-
fice peragi debeat:vt tradit Mant. in conſ.113. vol.1.
Contrariam ſententiam, ideſt acta facta in cauſa
9 ciuili † probare in criminali,ſequutus eſt Bart.in l.fin.
ff.de offic.pręſid.Fely.in d.c.at ſi clerici.col.7.& in c.
inquiſitionis,col.11.de accuſ.Bald. in l. quod cuiran-
di.verſ.ex hac ergo.C.de cond.ob turp. cau. & Alex.
in l.2.§.ſi publico.ff.de adult.

Primò loco ampliatur, concluſionẽ procedere in
10 ſententia,† quę licet faciat notorium.arg.l.emptorẽ.
ff.de act.emp.l.ſi vero.§.qui pro rei qualitate,vbi Iaſ.
no.1.ff.qui ſatiſd.cog.cũ ſi.Cæph: in conſ.227.nu.10.
vbi infinitas auctoritates congerit, & in cõſ. 265.n.5.
vol.2.tñ propter vim illius ſententiæ nõ poterit quis
puniri criminaliter.ita Abb.in d.c.atſi clerici.in prin.
de iud. & Inno.in c. qualiter, & quando verſ.reſpondeo ad obiectum quos refert Boſſ.vbi ſup.nu.117.

Quod verò modo dicebamus, ſententiã facere rẽ
notoriam, ſic indiſcriminatim non eſt prætereundũ,
11 † id enim ſemper non procedit, ſed tunc ſolũ, quãdo
ita tranſiuit in rem iudicatam, vt retractari non poſſit,ſecus quando in dubiũ reuocatur, ipſa valeat necne,vt quia reuiſio commiſſa ſit, quoniã tunc nõ facit
rem notoriã,ſecundũ Cyn.in l.1.2.oppoſ.C.de cond.
indeb.ſicut nec notorium facit, qñ ab ea appellatum
eſt.argu.l.1.in fin.ff.ad Turpil.& notat Alex.in l.4.in
prin.& in l.de vnoquoq;.nu.5.de re iud. & in l. ſi cauſa cognita.nu.2.C.de tranſ.Affli.deciſ.188.num.5. &
Cæph.in conſ.180.nu.17.& ſeq.vol.2.

Secundò ampliatur concluſionem procedere etiã
in præſumptione:quia ſi quis in ciuili iudicio ex præ-
12 ſumptionib. fuerit condemnatus, † non poterit iiſdẽ
præſumptionibus in criminali iudicio condemnari:
cenſuit Anto.de Butr.in c. quanto de præſump. Abb.
in cap.2.eo.tit.Alex.in conſ.15.col.3.vol.1.& Dec.in
conſ.615.nu.3.

Primò limitaẽ,non enim diffiteri poteſt,quin in iudicio capitali ſaltẽ faciãt præſumptionem, & aliquã
13 fidem:& idẽ efficiant,quod fama præcedens, † vt ex
his iudex poſſit in illo crimine ad inquiſitionẽ procedere,ſicut poſſet fama præcedente, vt dicit Bald. in l.
quod euitandi.C.de cond.ob turp.cau.& facit gl.in l.
ſi quis ad ſe,verb.deſtinatus.C.de vi pub.& Bar.in d.l.
2.§.hoc edicto.C.de vi bon.rap. Abb.& Fel. in d.c.at
ſi clerici.nu.12.& Dec.ibid.nu.29. cum ibi adductis.
14 Secũdo limitaẽ,quoad hoc † vt prędicta acta ciuilia faciant ſaltim indicium ad torturã in nouo ꝓceſſu criminali,vt dicunt Aret.Fel.Dec. & cæteri in d.c.
at ſi clerici,per l.tertiã.§.ſi quis dolo,vbi Ang.Bar.&
Alber.ff.de tabulis exhiben.idẽ Bar.in d.§.hoc edict.
Bald.in d.l.quod euitandi. Rol.à Val.in conſ.24.nu.
15 3.vbi dicit,† illud, ꝙ facit ſemiplenam probationem
in ciuilibus, facere etiã indicium ad torturam in criminalibus,auctoritate Bar.in l.fi.de in lit.iur. & Paris
de Put.in tract.ſynd.cart.10.

Tertiò limitaẽ in confeſſione facta in iudicio ciui-
16 li: † quia illa ſemper præiudicat in cauſa criminali:
vt dicunt Inno.in c.per inquiſitionem de elect. Aret.
in d.c.at ſi clerici in fin.vbi Abb.Fely.& Dec.& Boſſ.
vbi ſup.atteſtando de communi.* & ad hoc faciunt
etiam infra notata in concluſione, confeſſio facta in
iudicio ſummario.

Diuerſum ab alijs ſenſit Socy. Sen. in conſ.8.nu.6.
17 vol.1.quo in loco reſpondit, † confeſſionem factã in
iudicio ciuili ſummariè corã iudice,& corã parte plenè non probare in iudicio criminali ẽt inter eaſdem
perſonas,permotus auctoritate Cyn. in l. 2. ff. ſi quis
in ius voca.non ier.Bar.in l.qui Romæ §. duo fratres.
ff.de verb.obl.& in l.nã & poſtea.§.ſi minor. ff.de iureiur.Innoc.in c.inquiſitionis.de accuſat.Doct.in ca.
2.de reſtit.in integr.& Ant.de Butr.in c.cum dilectus.
de ord.cog.fortiſſima ratione id etiã corroborat, aſſe-
18 rens † confeſſionem factã in iudicio ciuili plenario
coram iudice, & parte non facere plenam fidem etiã
inter eaſdem perſonas in iudicio criminali,iuxta ſententiã Ioan.And.in c.cum contingat. de offic. deleg.
quo in loco tradidit, vbicunq; mutetur modus agen-
19 di,† confeſſionem factam in vno iudicio fidem nõ
facere in alio & ad hoc comprobandum dicit, poſſe
infinita iura, & auctoritates congerit.

Amplia hanc limitationem etiam procedere, qñ
fortuitu illa confeſſio facta fuerit,ita Bal.in d.l.quod
cuitãdi.C.de cond.ob turp.cauſ.& Fel. in d.c.at ſi clerici,nu.12. & Bal.in l.mercedem. C.eo.tit. de condit.
ob turpem cauſam. Abb.in c.2. ſub nu. 12. de confeſ.
Fely.in c.1.in 4.col.de excep.& Anto.Corſe.in ſing.
ſuo incip. confeſſio incidenter.

Iſtud intelligas velim eſſe verũ in cõfeſſione vera
& non ficta,vt per Rom.ſing.301. ſi cõfeſſus per Bal.
in d.l.2.col.vlt.verſ.2.quæritur,an cõfeſſio. C.de edẽ.
vbi etiam Alex.& in l.2.§.1.ff.vi bon.rap.poſt Bar.

Quartò limitatur,concluſionẽ, non procedere ecõ-
20 uerſo, † ꝙ enim ſententia lata in cauſa criminali prę-
iudicet in ciuili, notat Socyn. ſen.in conſ.60. num.3.
volum.4.per ea,quæ ponit Bar.in d.l. 2.§.1.ff. vi bon.
rapt.& Bald.in repe.in l.geſta,C.de re iud. cum ſimil.
animaduertit.Grat.in conſ.95. nu.24.vol.2. & Ruin.
in conſ.4.nu.5.vol.4.

CONCLVSIO XXXV.

ARGVMENTVM.

Aſſertioni iudicis, & notarij ſuper actis quo modo credatur,& latè de ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Acta iudicij non præſumuntur, niſi probentur, & quod in actis ſcriptum non reperitur, præſumitur non actũ.*
2 *Aſſertio iudicis nõ probat acta exiſtere,niſi aliunde cõſtet.*
3 *Iudici non credendum, niſi quatenus conſtet ex actis.*
4 *Iudex habet officium iudicandi,non atteſtãdi, nec ei creditur ad præiudiciũ partis, & eius aſſeueratio accedit potius ad naturam ſimplicis teſtis,quam publicæ perſonę.*
5 *Sententia eſt ipſo iure nulla, ſi quod dicit iudex factum, & probatum in proceſſu non apparet.*
6 *Quibus in caſibus non credatur aſſertioni iudicis.*
7 *Duo iudices atteſtantes de geſtis coram eis plenè probant.*
8 *Commemoratio iudicis habetur loco actorũ, & exequatur ſcripturæ actorum ſecundum ius Longobardorum.*
9 *Acta iudicij probantur per iudicis aſſertionem ſecundum Ruin.*
10 *Ex actorũ geminata productione de non actis, & de non iuſtitia probari poteſt.*
11 *Præſumptio eſt pro tela iudiciaria ſententiæ tranſactæ in iudicatum, & adeo potens, vt contra eam non admittatur probatio.*
12 *Acta, & ſolemnitates probantur interueniſſe, ſi ſententia in rem iudicatam tranſierit.*
13 *Pro ſententia præſumendum eſt, poſtquam tranſiuit in iudicatum.*
14 *Acta omnia præſumuntur præceſſiſſe, ſi interuenit trãſitus rei iudicatæ, vel iudicis aſſertio.*
15 *Notario atteſtanti creditur de his, quæ pertinent ad officium ſuum.*
16 *Acta ſatis dicuntur conſtare, quando de eorum tenore notarius atteſtatur.*
17 *Notarius non facit fidem niſi de his, de quibus fuerit rogatus.*
18 *Aſſertioni notarij non creditur, quia magis videtur eſſe teſtimonialis, quam habens formam officij tabellionatus.*
19 *Notario non ſemper credendum eſt de his, de quibus fuit rogatus, ſecundum Riminal. &c.*
20 *Tabellioni ſine ſcriptura, & teſtibus non creditur.*
21 *In ſententia antiqua actus pręceſſiſſe præſumitur, licet in proceſſu non inueniatur.*
22 *Pro ſententia præſumit etiam, quod acta, de quibus non conſtat, quãdo eſt antiqua, & lata partibus præſentibus, & non contradicentibus.*
23 *Sententia lata poteſt exequi poſt biennium etiam non productis actis.*

24 *Sententia dicitur antiqua poſt lapſum biennij.*
25 *Sententia ſi lata fuit inter præſentes;& non fuit contradi-*
ctum ſtatim, vel paulo poſt continuò etiam quoad acta
pro ea præſumitur,
26 *Præſumptio, vt ſententia antiqua præſumatur lata præ-*
cedentibus actis, tollitur quando per productionem pro-
ceſſus talia acta non reperiuntur,
27 *Acta præceſſiſſe præſumuntur, quando ſententia tranſiuit*
in rem iudicatam.
28 *Sententia legati de latere præſumit acta præceſſiſſe, licet nō*
reperirentur in proceſſu.
29 *Dictio legati de latere non magis creditur, quam alterius*
iudicis,
30 *Legatus de latere, ita obſeruationi alligatur iuris commu-*
nis ſicut, & alius Iudex.
31 *Honeſtas, & dignitas perſonæ non ſufficit, vt ſibi ſoli cre-*
datur in alterius præiudicium.

Acta iudicij non præſumuntur, niſi probētur:

1 † & ex hoc exijt, vt quod in actis ſcriptum non reperi-
tur præſumitur non actum. l. fin. C. de iu. & fact. igno.
Butr. poſt glo. in l. 2. C. de error. Aduoc. Bal. in c. cū ad
noſtram, de reſt ſpol. & in l. ſi contra. C. de appel. ſcri-
bentes omnes in c. quoniam contra. de probat. Alex.
in conſ 123. col. 3. lib. 1. in conſ. 95, in princ. lib. 6. & in
conſ. 55. col. 2. lib. 5. Innoc. in c. ex inſinuatione. eod.
tit. & in c. per tuas. de teſtib Dec. in conſ. 483. num. 4.
& in conſ. 302. num. 5. & iſtis optimè quadrant, quæ
annotauere Abb. & Fely. in c. 1. in c. inter cæteris. de
fid. inſtrum. & in c. dudum, de conuerſ. coniug. & per
Cæpb. in conſ. 259. nu. 32. vol. 2.
Ampliaē primo cōcluſio, vt procedat, etiamſi per
iudicē aſſereretur in ſnīa de dictis actis, vt ſi diceret,
viſo libello, viſa litis conteſtatione, & c. nam nec per
2 † huiuſmodi aſſertionē diceretur probatū, talia acta
exiſtere, niſi aliundè de eis conſtaret, cuius actor fuit
Fel. in d. c. qm̄ contra. nu. 57. & hanc eſſe magis cōem
opinionē affirmat Alex. conſ. 42. col. 2. lib. 4. Barb. in
c. cum iure. col. 23. de off. deleg. quem refert, & ſequiē
Marſi in l. 1. §. ſi quis dicatur. nu. 10. verſ. facit ēt, nam
ſi iudex. ff. de quæſt. Cæph. in conſ. 265. nu. 16. vol. 2. iu-
3 dici enim minimè credendum eſt, † niſi quatenus cō-
ſtat ex actis, ſecundum Abb. in conſ. 65. col. 7. Guid.
Pap. in ſing. 807. incip. ſi credatur. Grammat. in ciuil.
in conſ. 130 nu. 1. idē Abb. in conſ. 53. nu. 3. vol. 2. vbi
4 dicit, eam eſſe rationem, † quia iudex non habet offi-
cium atteſtandi, ſed iudicandi. Anch. in conſ. 451. n.
2. quo in loco monuit non eſſe credendum iudici ali-
quid aſſereuti ad præiudicium partis: eius namq; aſſe-
ueratio accedit potius ad naturam ſimplicis teſtis, q̃
publicæ perſonæ, poſtquam de eius aſſeueratione ſcri-
ptura authentica non apparet. iuxta Doct. in l. Domi-
nus. de teſtam. Io. de Amicis in conſ. 26. nu. 13. vbi di-
cit regulam iuris eſſe notiſſimam, eſſe ſentētiam ipſo
5 iure nullam, † ſi in ea iudex dicat aliquid factum, &
probatum, & conſtare in proceſſu, ſi id in proceſſu, fa-
ctum, & probatū non apparet, teſtes adducendo Bar.
Bald. Cuma. & alios in l. 1. C. de erro. cal. Butr. in d. ca.
inter cæteras. Imol. in l. ex diuerſo. §. ſi iudicis. ff. ſolu.
* matrim. & Alex. atteſtantem de * communi in conſ.
329. vol. 2. idem dicit Mantu. in conſ. 147. nu. 14. vol.
1, & in conſ. 60. nu. 16. & in conſ. 38. nu. 3. eo. vol.
6 Amplia iſtam ampliationē, † vt aſſertioni vnius iu-
dicis quantumuis authoritatis credendū non ſit pro-
cedere, ſiue in cauſis, ſiue ſuper teſtamentis, ſiue ſuper
quibuslibet alijs cōtractibus quæſtio agitetur per tex.
in c. cum à nobis de teſtib. in c. poſt ceſſionem de pro
bat. & not. per Card. in conſ. 128. col. 1. per Henr. Boi-
ch. in d. cap. quoniam contra. & per Gram. in d. conſ.
130. num. 4.
Limita primariam ampliationē non procedere, ſi
7 duo iudices atteſtētur de actis geſtis coram eis † quia
plenè probabūt: vt dicit Spec. in tit. de ſenten. §. iuxta
verſ. ſed pone. Luc. de Pen. in l. 1. C. de quæſtio. lib. 12.
col. 2 & Gram. in d. conſ. 130. nu. vlt.
Diſſimilis ſibi ipſi diſſimilem ſequutus eſt ſnīam
idem Gram. in d. conſ. 130. num. 6. vbi, quod credatur
iudici de geſtis coram ipſo, dicit ſentire gl. in conſtit.
regni Caroli, ſub rubr. de exhib. malef. vbi Andr. de
Iſer. & gl. tradunt de iure Longobardo credi iudici cō-
8 memoranti, quæ geſta ſunt apud ipſum † qm̄ comme-
moratio iudicis habetur loco actorum, & ipſis exe-
quatur iuxta illud ius Longobardum ſcripturæ,
actorum, quas iudex corā ſe ſcribendā curauit, ſecun-
dum ius commune Romanorum. In alia omnia di-
9 ſceſſit Rui. in conſ. 16. nu. 5. vol. 5. vbi rn̄dit, † acta iu-
dicij probari per iudicis aſſertionē iuncta confeſſione
partis. arg. d. c. ſi. & d. c. quoniam contra de probat.
Secundo ampliatur: vt procedat etiam ſi ſententia
tranſiuiſſet in rem iudicatam, & ex curſu fataliū, vel
10 decennij ad appellandum impartiri † namq; ex acto-
rum redintegrata productione de nō actis, & de iniu-
ſtitia ex eis probari poteſt. c. in noſtra. de probat. Fely.
in d. c. quoniam contra. num. 55. eo. tit. & Alex. conſ.
33. per totum lib. 1.
In aliam deſcendit ſententiam à ſeipſo diſpar idē
Alex. conſ. 136. col. 4. lib. 2. & in cōſ. 25. lib. 6. Grat. in
conſ. 122. nu. 3. vol. 1. vbi retulit præſumptionem quæ
11 † veluti tela eſt iudiciaria ſententiæ, quæ tranſiuit in
rem iudicatam, tantum habere efficacitatis, vt contra
eam non admittatur probatio, & in conſ. 139. nu. 28.
vbi voluit ex eo acta, & ſolemnitates probari interceſ-
12 ſiſſe; † ſi ſententia in rem iudicatam tranſiuerit, ſecū-
dum Fel. & omnes in c. paſtoralis. §. quia vero, & Ioā.
* Andr. in d. c. cum in iure. de off. deleg. vbi de * cōi at-
teſtatur, facit etiam text. in c. bonæ el 1. de elect. & in
d. c. cum inter. de re iud. idem ſequitur Abb. in conſil.
73. nu. 2. vol. 1. vbi adducit Imol. in d. c. cum in iure, in
d. c. quoniam contra, expreſſe dicentem præſumendū
13 eſſe pro ſententia, † poſtquam tranſiuit in rem iudi-
catam: quia durū eſt ſemper acta recenſer, & in conſ.
18. nu. 6. vol. 2.
Limitatur primò concluſio, vt procedat tantum in
ſubſtantialibus iudicij, non autem in ijs, quæ nō attin-
gunt iudicij ſubſtantiam, quia interueniente tranſitu
14 in rem iudicatā, vel iudicis aſſertione, † omnia acta
præſumuntur præceſſiſſe, vt per Fel. in d. ca. quoniam
contra nu. 55. & ante eum dixit Ant. de Butr. in ca. cū
ad ſedem ad fi. de reſtit. ſpol. & notat Cæpha. in conſ.
185. nu. 15. vol. 2.
Secundò limitaē, vt non procedat, vbi notarius in
actis inſertis in ſnīa diceret ſe interfuiſſe, vel in eadē
15 ſententia verbis id teſtaretur: † tūc enim crederetur
notario, ita teſtanti, quaſi de his quæ pertineant ad of-
ficium ſuum, verſi per Fely. in d. ca. quoniā contra. nu.
58. Hippol. Marſ. in d. l. 1. §. quis dicatur. num. 17. ff. de
quæſt. Gram. in conſ. 65. num. 18. in ciuil. Bar in l. ſi li-
brarius. ff. de reg. iu. in l. ſi quis decurio. C. de fal. Imol.
in conſ. 105. vol. 2. Calc. in cōſ 8. nu. 39. Anch. in cōſ.
178. nu. 6. & Rim. ſen. in conſ. 260. nu. 12. vol. 2. vbi di-
16 cit † acta ſatis dici conſtare, quādo de eorum tenore
notarius atteſtaē, teſtādo Bar. in l. chirographis. ff. de
admin. tut. Abb. & Moder. in d. c. quoniam contra.
Hoc tamen videtur nōnullam in dubitationē nos
17 adducere, † quia notarius non facit fidem niſi de his,
de quibus fuerit rogatus: vt cōſuluere Alex. in conſi.
41. col. 2. lib. 4. Silua. in conſ. 45. num. 5. vol. 1. Ceph. in
conſ. 294. nu. 36. vol. 2. & in conſ. 176. nu. 40. Caſtr. in
conſ. 99. nu. 2. vol 2. Soc. iun. in conſ. 47. num. 7. vol. 1.
Mant. in conſ. 72. nu. 7. vol. 1. & in conſ. 136. num. 4. &
Rim. ſen. in conſ. 430. num. 37. vol. 3. cuius hæc verba
ſunt, quòd etiam ſi notarius in inſtrō ſententiæ atte-
ſtatur de productione libelli, litis cōteſtatione, & alijs
actis iudicij apponendo etiā diem, & tempus, de qui-
18 bus ipſe ſit rogatus, quod plus eſt, † quia illa aſſertio
notarij

Digitized by Google

notarij magis videretur eſſe teſtimonialis, quam ha-
bens fomentū officij tabellionatus, ei non creditur.
Idē dicit Cur. Iun. in cōſ.176.n.2. Rui. in cōſ.159. nu.
16.vol.3.& infr. latè examinabimus in cōcl. notarius.
Veruntamen eſt diligenter obſeruandum, non vi-
19 deri verū † ſemper notario credendum eſſe de his,
de quibus fuit rogatus ſecundum Rim. in d. cōſ.430.
nu.36. vbi expreſsè dicit notario atteſtanti de aliquo
inſtrumento per ſe rogato non eſſe ſidem adhiben-
20 dam, quia tabellioni,† ſine ſcriptura, & teſtibus non
creditur, & alijs, de quib. in l. generali, Cod. de tabel.
lib.10.& per Doct. in c.1. de fid. inſtrum. & in §. nos
autem auth. de tabel. eiuſdem meminit. Anch. in cō-
ſil.431.nu.2.& Io. Bapt. cerret. in conſ.101.nu.9.
Tertiò limitatur, vt non procedat in ſententia an-
21 tiqua, qua ſtante † licet actus in proceſſu non inue-
niatur, tamen præceſſiſſe præſumitur, ſecundum om-
nium ferè conſulentium ſententiam, vt Dec. in con-
ſil.42. ſub num.2.& in conſ.409. col. 2. & conſil. 558.
num.6.& 7. Boer. in deciſ.281. num.15. Crau. in conſ.
317.num.2. Aret. in conſ.36. col. fi. Alex. in conſ. 79.
col.2.lib.1. Soc. in conſ.56. num.4. lib.2. Ioā. de Ami-
cis in conſ.101. num.31. per tex. in d. c. bonæ. Bart. in
l. admonendi. col.12. ff. de iureiur. Bald. in auth. quas
actiones. col. vlt. C. de ſacroſ. eccl. in l. cum ſuper. C.
de rei vend. Rol. à Valle in conſ.99. num.22. volum.
2. Grammat. in conſ.15. numer. 5. in ciuil. vbi cauit,
22 † pro ſententia præſumi, quando eſt antiqua, & lata
partibus præſentibus, & non repugnātibus: quoniam
tunc pro ea præſumitur, etiam quoad acta licet de ijs
non conſtet, motus auctoritate Cyn. & omnium Do-
ctor. in l. emancipatione, vbi de ratione. C. de fid. in-
23 ſtru. & ita conclud. adeò pro ſententia præſumi † vt
ſi lata ſit poſſe executioni mandari poſt biennium,
etiam non productis actis, de quibus in ea ſecundum
Alex. in l. illud. ff. quando appell. ſit. Butr. in d. c. quo-
niam contra verſ. venio ad illam opinionem. Fel. qui
* atteſtatur de communi * in c. Alberic. de teſtib. idem
24 dicit Grammat. in conſ.115. nu.7.& 8. vbi aſſerit † ſen-
tentiam dici antiquam poſt lapſum biennij iuribus,
& authoritatibus per eum adductis. Et Calc. in conſ.
16. num. 1. & 2. vbi poſt multas authoritates inſuper
25 addit, quod ſi ſententia ſit lata inter preſentes, † & nō
fuerit contradictum ſtatim, vel paulo poſt, continuò
etiam quo ad acta pro ea præſumi.
Huic ſententię aduerſari videtur Rol. à Val. in cōſ.
90. nu.45. vol.1. vbi inquit, licet dicatur, ſi reperitur
latam fuiſſe ſententiam longo ante tempore præſumi
26 latam præcedentibus actis, † tamen iſtā præſumptio-
nē tolli, & probari diuerſum per productionem pro-
ceſſus, in quo talia acta non reperiuntur, teſtatur Soc.
ſen. in conſ.46. num.57. vol.4. Abb. & alios in d. cap.
qm̄ cōtra de prob. & Ale. in cōſ.1. col. pen. in fi. vol.4.
Ideò ſupradictam limitationē amplia, & ſublimi-
ta, vt per Hercul. de prob. negat. nu.188. cum plur. ſeq.
Quartò limitatur, vt procedat conclusio, quo ad ea,
quæ reſpiciunt proceſſum, non quo ad ea, quæ perti-
nent ad iuſtitiā, vt ſi iudex aſſerat dediſſe dilationes,
27 † aut eo non aſſerente ſententia tranſiuerit in rē iudi-
catam, tunc enim hæc præceſſiſſe præſumuntur: vt la-
tè ſcribit, & declarat Crauet. in conſ. 266. num. 6. &
ante eum tradidit Bart. in l. prolatam. C. de ſentent.
quem ſeq. Fel. in d. c. quoniam contra nu.56. de prob.
& Rim. ſen. in conſ.66. num.11. vol.1.
Secundò limitatur, vt non procedat in ſentētia le-
28 gati de latere † in qua acta præceſſiſſe aſſererētur, tunc
enim licet acta non reperirentur in proceſſu, tamen
præſumerentur, iuxta ſententiam Imol. in c. dilectus.
in verb. reſponſionem de accuſ. Rom. in l. ſciendum.
de verb. oblig. Fel. in d. c. qm̄ contra nu.60.& Bal. in l.
q per calumniā col. fi. verſ. deinde. q. C. de epiſ. & cler.
29 Vt aliter ſentiamus illud ſuadere videtur, † quia di-
cto legati de latere nō magis creditur, quam alterius
judicis, c. cū nobis de teſt. gl. in verb. ſeruaſſe. in clem.
1. de prob. Item quia Legatus de latere ita obſerua-
30 tioni iuris communis alligatur, † ſicut, & alius iudex,
vt not. in c. fi. de hær. in 6.& in cle. ſæpè de verb. ſign.
Alex. in conſ.17. num.14. lib.4.& cōſ.34 col. 1. lib. 6.
Pariſ. in conſ.136. num.31. vol.4. & Abb. in conſ.44.
nu.3. vbi arg. glo. in c. ſicut de ſenten. excom. & c. no-
31 biliſſimus. 98. diſt. inquit † non ſatis eſſe honeſtatem,
& dignitatem perſonæ, vt ſibi ſoli fides habeatur in
alterius præiudicium.

CONCLVSIO XXXVI.

ARGVMENTVM.

Actore non probante reum abſolui, latiſſimè examinatur.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante reus abſoluitur, & quomodo, & quando procedat hæc concluſio.*
2 *Huic concluſioni nemo eſt, qui contradicat.*
3 *Reo magis fauemus, quam actori.*
4 *Actori magis eſt fauendū, quam reo, vt iudicium ſuſtineatur ſecundum Cephal. & maximè in principio iudicij ſecundum Neuiz. & Nat.*
5 *Actori incumbit onus probandi, & non reo, cum ſi reus neget, actor ſemper probare debet, quod proponit.*
6 *Negantis factum per rerum naturam nulla eſt directa probatio.*
7 *Nocentem abſoluere tutius eſt, quam innocentem condemnare.*
8 *Reus in dubio magis eſt abſoluēdus, quam condēnandus.*
9 *Abſolutio eſt fauorabilis, condemnatio vero odioſa.*
10 *Fauores ampliandi ſunt, & odia reſtringenda.*
11 *Iudex maiorem honorem conſequitur in abſoluendo, quā in condemnando.*
12 *Iudices maleficiorum damnantur, quando anhelant ad condemnationem.*
13 *Pro reo eſt pronunciandum ſtantibus paribus probationibus, etiam ſi ſit malæ conditionis, & famæ, & actor ſit perſona valde honeſta, & legalis.*
14 *Honeſtas perſonæ nō facit, vt ſibi credatur in præiudiciū alterius, & præſumptio bonitatis non attenditur, quando agitur de præiudicio tertij.*
15 *Nemo eſt tam ſanctæ, & inculpatæ vitæ, vt ſolius eius aſſertioni ſtandum ſit.*
16 *Lex etiam Euangelica duos, vel tres teſtes requirit.*
17 *Ad ſubiectam materiam narratur pulchrum exemplum de Aulo Gellio.*
18 *Conſcientia depoſita ædificat ad Gehennam.*
19 *Actor non pbans in caſu Gellij non debuiſſet condēnari in expenſis ſecundum Hoſt. Sed contrarium voluit Soc.*
20 *Iudex, qui liberum habet arbitrium, poteſt quemadmodū Princeps ferre ſententiam pro actore probo viro contra reum improbum.*
21 *Iudex, cuius arbitrio aliquid commiſſum eſt, poteſt ſecūdum qualitatem negotij, & perſonarum determinare.*
22 *Reus abſoluitur etiam ſi de iure ſuo nihil probet, quando non ius actoris conſideratur.*
23 *Actore non probante, quod eſt fundamentum ſuæ intētionis reus abſolui debet etiam ſi nihil probauerit, & etiam ſi intentio actoris ſit fundata ſuper negatiua. Quod tamen non procedit in actore intentāte actionem negatoriam, vt ſub nu.2: Quod intellige, & limita, vt ibidem.*
24 *Abſoluitur reus, etiam ſi conſtaret de non iure ſuo per cōfeſſionem ipſius.*
25 *Reus etiam ſi fatetur ſibi ius non competere, non tamen prius eſt priuandus, quam conſtet de iure aduerſarij.*
26 *In dubio in fauorem rei eſt pronunciandum, etiā ſi probationes eſſent pares, & in dubio debet abſolui, &c.*
24 *Quæ præſumptio iuris ſit ex latere rei, ſiue in criminali, ſiue in ciuili iudicio, cū pro eo regulariter præſumatur.*
28 *Probatio magis arcta, & perfecta requiritur aduerſus eum cui fauet iuris præſumptio.*

29 *Reus abſoluitur, etiam ſi probationes actoris aliquo reſpectu excederent probationes rei.*
30 *Reus ſēper in paritate etiā præſumptionū debet obtinere.*
31 *Reus, ſi confiteatur defectum ſui iuris in beneficio, in eadem inſtantia priuari non poteſt, quando actor non probauit de iure ſuo.*
32 *Princeps poteſt priuare reum, qui confeſſus fuit defectū ſui iuris, ſed non inferior a Principe.*
33 *Concluſio locum habet in cauſa criminali.*
34 *Probationes rei ſemper præferuntur probationibus actoris, quando ſunt pares, vel aliquo reſpectu inferiores.*
35 *Probationes in criminalibus requiruntur clariores.*
36 *In cauſa criminali etiam ciuiliter mota, quamuis actor habeat pro ſe præſumptionem, non defertur iuramentum in defectum probationis.*
37 *Reus non cōdemnatur etiam ſi ſe aſtrinxiſſet, ad aliquid probandum, & deficeret, ex quo actor non probauit.*
38 *Regula Bartoli, quod quando aliquis aſtrinxit ſe ad aliquid probandum, ſi non probat, perdat cauſam, procedit ſolùm in actore, & non in reo.*
39 *Ponitur caſus, quando reus ſit abſoluendus, etiam ſi non probauerit, & quando non.*
40 *Iudex non poteſt cogere reum iurare, quando non probat intentionem ſuam, etiam ſi offerat ſe velle ſtare iuramento rei. Sed contr. Alex. &c.*
41 *Reus, quando teneatur iurare, vel referre.*
42 *In cauſa criminali etiam ciuiliter mota, non defertur reo iuramentum, vt ſupra, num. 36.*
43 *Reus etiam ſi efficiatur actor, habet tamen prærogatiuā, quod in dubio abſoluitur.*
44 *Actor, ſi non probat præſumitur temerè, & per calumniam litigaſſe, & in expenſis venit condemnandus.*
45 *Probatio ſemiplena excuſat a calumnia, quando iuramentum in ſupplementum probationum deferri poteſt.*
46 *Calumnia præſumpta contra actorem litigantem, quando ceſſet, & excuſetur ab expenſis.*
47 *Actor etſi probauerit per teſtes infames excuſat à calumnia.*
48 *Cauſa iuſta litigandi nunquam videtur poſſe conſiderari in actore ſecundum Ceph. & Caſt.*
49 *Actor ſi ab initio cauſæ expenſas ſoluere promiſerit, licet iuſtā cām litigandi habuerit, a litis expenſis non excuſat.*
50 *Iudex non tenetur in ſindicatu, quando contra reum inquiſitum non probauit delictum.*
51 *Reus abſolutus poteſt agere actione iniuriarum ad damna, & intereſſe, vel de falſo contra accuſatorem.*
52 *Accuſator non debet deferre, niſi delictum, quod per ipſum poteſt probari.*
53 *Iudex eo ipſo, quod habet ſufficientia inditia, debet procedere aduerſus reum.*
54 *Iudex inquirens, & nō probans, tenet pœna Turpilliani.*
55 *Iudex nō debet procedere ad inquiſitionē ſpecialē niſi prius conſtito de delicto, et ſi ei conſtaret per confeſſionem rei.*
56 *Actor non cōdemnatur in expenſis, ſi non probauit propter abſentiam teſtium dicentium, ſe ſcire veritatem.*
57 *Actor, ſi eſt perſona idonea, licet ſuccumbat ſine iuſta cauſa, non condemnatur in expenſis.*
58 *Reus, quando abſoluatur ab obſeruatione iudicij etiam diffinitiuè.*
59 *Reus, quando non abſoluatur diffinitiuè, & in ſecunda intelligentia.*
60 *Probare ſemiplenè, facere imperfectè, & non facere, paria ſunt.*
61 *Reo nō ſufficit ſemiplena probatio, ſi actor perfectè probauit.*
62 *Actor in actione male intentata, etiam ſi plenè probat, non tamen obtinet.*
63 *Iniquum eſt ſuper cauſa non propoſita iudicare.*
64 *Probatio incerta, dubia, & confuſa non releuat, & nihil operatur.*
65 *Reus etiam ſi non petiiſſet abſolui, tamen eſt abſoluendus, tam in criminalibus, quàm in ciuilib. actore nō probante.*
66 *Reus venit abſoluēdus, ſi actor vnum in iudicio deducit, & aliud probat.*
67 *Reus abſoluitur, etiam ſi iniuſtam cauſam foueret.*
68 *Cauſa matrimonij eſt cauſa grauis.*
69 *Fauor cauſæ præualet fauori rei.*
70 *Actori magis fauetur, quā reo in præparatorijs iudiciorum.*
71 *Reus non eſt abſoluēdus in foro aīæ, nec in foro canonico.*
72 *Cōcluſio procedit, tā de iure canonico, quā de iure Cæſareo.*

1 Actore non probāte reū abſolui adeò
verū eſt, atq; per vulgare,
vt quotidie verſet in ore vulgi, & vbiq; à reis circūferatur. Rem igitur inſtituto nr̄o minimè alienā facturos arbitramur, ſi qūo. & quando locū habeat diligēter inueſtigabimus. Quòd ſi primo loco, quis à nobis requirat, vnde probetur hæc concl. equidē ſexcenta huc cōgerere poſſē, ſed pauca de multis. In primis ab Imp. Antonio in l. qui accuſare. C. de eden. ſancirū. Actore non probante, inquit Imp. qui conuenitur, & ſi nihil ipſe præſtat, obtinebit. hoc decreuere Imper. Diocl. & Maxim. in l. actor, quod aſſeuerat. C. de probat. Paulus reſpōdit in l. 2. & in l. ab ea parte, Vlp. in l. in except. ff. de prob. vbi Soc. Sum. Pont. plurib. in locis ſciuit, in c. accuſator. 6. q. vlt. in c. 1. §. cum enim vt eccleſ. benef. in c. inter dilectos. de fid. inſtr. in c. fi. de iureiu. & vt cunctos vno verbo complectar, illā omnes ſequuntur, vt dicit Abb. in c. ex literis. nu. 10. de prob. in c. mulieri. nu. 3. de iureiur. in c. per tuas. nu. 7. de ap-
2 pel. & nemo eſt † qui diſſentiat. Et huius concluſionis
3 ratio poteſt eſſe tātū, quia magis fauemus reo † quàm actori, arg. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. & not. Boer. in cōſ. 30. nu. 8. & Io. de Amic. in conſ. 79. nu. 7. vndè ab Ageſilao Lacedæmoniorum Principe fuit conſtitutum: vt equalib. votis ſuper vindicādo facinore in diuerſa trahentibus, pro reo iudicium ſtaret, quod videbatur æquiſſimum: id quod ſæpè ab Atheniēſibus factitatum eſt. Nam cū de extinguendis Mitylenis ſuffragatores paribus votis diſſentirent, Diodoti ſnīa peruicit, quia lenior, vt memoriæ tradidit Tucidides in tertio, quem poſteà ſequutus eſt Alex. ab Alex. lib. 3. c. 5. propè fi. Vnde Alex. ille qui rerū geſtarū magnitudine Magni titulū emeruit, cū in cauſis capitalibus ſederet iudex, accuſatori alterā aūt occludebat rogatus cur id faceret, alteram, inquit integram ſeruo reo.

Cæphal. tamē aliter in hoc ſentiens, magis actori, quam reo ſtuduit, in conſ. 112. num. 27. vol. 1. vbi expreſsè dicit, actori magis eſſe fauendum, quam reo,
4 † vt iudicium ſuſtineatur, per tex. in l. ſi quis intentione. ff. de iud. l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. per glo. in c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpol. per Bart. in l. dedit, ff. qui ſatiſd. cog. cui videtur aſſentiri. Neuiz. in conſ. 5. num. 36. vbi tamen inquit, id verum eſſe in principio iudicij, vt etiam inquit Natt. in conſil. 120. num. 18. vol. 1. & Rim. ſen. in conſ. 158. num. 12. vol.
5 1. tum quia † actori incumbit onus probandi, & non reo arg. d. l. qui accuſare. l. fi. C. de rei vendic. d. c. ex literis. d. c. inter dilectos. & notat Ale. de Neuo. in cōſ. 46. num. 1. per tex. in l. negantes. C. de act. & oblig. & Neuiz. in d. conſ. 5. num. 3. Actor enim ſemper probare debet, quod proponit, ſi reus id neget, & nō reus
6 negans, † cum negantis factum per rerū naturam nulla ſit directa probatio, vt Imper. Diocleт. & Maxim. verbis vtar in d. l. actor quod aſſeuerat. C. de probat. arg. c. bonæ de elect. c. quoniam contra. de probat. & notat Specul. in d. titu. de probat. §. probare in princ. Altera ratio (vt eò vndè digreſſi ſumus reuertamur) cur actore non probante reus abſoluatur eſſe poteſt,
7 quia tutius eſt nocentem abſoluere, † quàm innocentem condemnare, arg. l. abſentem. ff. de pœn. quod etiam conſiderauit etiam Ariſt. in problematis, ſect. 29. quæſt. 13. & notat Cephal. in d. conſil. 118. num. 4. vbi dicit, in dubio reum magis eſſe abſoluendum,
8 † quam condemnandum, per tex. in l. Arianus. ff. de act. & oblig. & in d. c. ex literis, & quod abſolutio eſt
9 fauorabilis, † cōdēnatio verò odioſa, d. l. fauorabilio-
10 res, & fauores ampliādi ſunt, † odia verò reſtringenda. l.

da.l.cum quidam ff.de lib. & poſthu. c.odia.de regul.
iur.in 6.idẽ notat Rol.à Val. in conſ.45.nu.79.vol.1.
vbi dicit iudicẽ maiorem ſibi comparaturum gloriã
11 in abſoluendo, † quàm in condemnando ſecundum
Cahr.in conſ. 299. vol.2. in fi. quem ſequitur Dec.in
conſi.175.col.penult.in fin. & in conſ.189. col.2. idẽ
confirmat Anchar in conſ.23.vbi inuehit contra ca-
12 pitalium cauſarum iudices, † qui cõdemnationi præ-
ter eà nihil inhiant,cum per inquiſitionẽ cauſas perſe
quuntur.cui adhæret Rol.à Val.in conſ.38.nu.47.co.
vol.& Marſ.in ſua pract §. occurrunt.nu.7.

Ampliatur primo concluſio,vt procedat, etiam ſi
actor eſſet vir bonus & innocẽs,& reus malè audiret
13 pp viuendi genus flagitioſum: † quia paribus proba
tionibus ab vtraq; parte in iudiciũ allatis pro reo eſt
pronunciandũ: vt per Dec.in d.l. qui accuſare. nu.6.
vbi Iaſ.nu.5. Alc.n.7 & Purp.n.13.C.de eden.quia vitę
14 alicuius integritas non facit,† vt ſibi credatur in præ-
iudicium alterius, vbi enim agitur de præiudicio ter-
tij præſumptio bonitatis non attendit̃,vt notat Abb.
in c.cum in iure.ff.de offic.deleg.quem ſequitur Dec.
vbi ſupra nu.12.quia nemo eſt tam ſanctæ inculpatę-
15 que vitæ † vt ſolius eius aſſertioni ſtandũ ſit, vt dicit
gl.in c.ſicut in fi.de ſenten.excom. Bald.in c.1. vt lit.
16 pend.ita vt lex etiã Euangelica † duos, vel tres teſtes
requirat Matth.18. D.Pau.1.ad Corinth.c.13.c licet,
de teſtib. & hãc ampliationẽ approbat Card. Alban.
in d.l.1.ff.ne quis eum,& in d.l.actor,quod aſſicuetat.
C.de prob.& Mant.in conſ. 220.nu.5.vol.1.

Hæc Cephalum permouere non potuerũt, quin in
aliam deſcenderet opinionẽ, idest imo præſumendũ
eſſe pro viris, qui ſunt maximæ authoritatis, & notæ
integritatis,ac † dei,in conſ.76.nu.31. vol.1.per tex.in
l. non omnes.§.à barbaris. ff. de re milit. Mar. in ſua
pract.in prin.nu.7.& 8. & in l.1.§. ad quæſtionem,nu.
7.de quæſt.& Alb.in conſ.11.nu.11.ex bonis.n.alicu-
ius viri actionibus bonus animus præſumit̃, & cõtra,
& arg.l.famoſi.ff.ad leg.Iul.maieſt. & notat Bar.in l.
metũ.ff.de eo ꝙ met.cau.Alex. in l. ſi qs mihi bona.
§.ſed quid ſi mandauit nu.16.ff. de acqu.hære. vt etiã
ex malis moribus hominis dicit idem Cæph.in conſ.
164.nu.14 vol.2.Fel.in c.auditis de præſcrip. & Calc.
in conſ.19.nu.18.

17 Pro † cuius ampliationis cõfirmatione memorabi
le extat exemplum apud Aulum Gell.lib.14.ca.2.nã
cum aliquando à prætoribus electus in iudicẽ fuiſſet
idẽ Gellius, apud illum petita pecunia fuit,quę nume
rata dicebatur. Qui petebat neq; tabulis, neque teſti-
bus id factũ docebat,& argumentis ad modum exili-
bus nitebatur, ſed eum cõſtat verum eſſe bonũ, notæ-
que,& expertæ fidei,& vitæ inculpatiſſimæ,multaq;,
& illuſtria exẽpla probitatis, ſincertatiſq; eius expro-
mebantur,illum autem à quo petebatur hominẽ eſſe
non bonæ rei, vitaq; turpi, & ſordida vulgò menda-
cijs conuictum, plerumq; eſſe perfidiarum, & fraudũ
oſtendebatur.Qua in re Gellius non auſus reum con-
demnare diem diffindi iuſſit. Quòd enim de vtriuſq;
vita,atque factis diceretur, fruſtra id fieri, atque dici.
Rem enim de petẽda pecunia apud iudicem priuatũ
agi,non apud cenſorem de morib. Iaſ. verò in d.l.ac-
cuſare. ſentit illũ reũ debuiſſe abſolui illius legis au-
ctoritate motus.Idem voluit ibi Lancel. damnando
Aulum Gellium. Sed fortè prudẽter ſe geſſit Gellius
dicendo ſe non eſſe inſtructum,cũ ſibi religioni futu
rũ arbitraretur ſi abſoluiſſet,qua cõſcientia (vt ita di-
18 cam) † de poſita ædificaſſet ad Gehennã,iuxta ca.per
tuas.de ſimon.qua in re laudãdus eſt iudex,ſi cauſam
deleget alteri, cum conſcientiã deponere non poſſit,
vt dicunt Theologi,quos refert Summ. Ang.in verb.
iudicare.§.7.& notat Franc.Purpur.in d.l.qui accuſa-
re.nu.13.cum ſeq. C.de eden.

19 † Et vt in illa rei ambiguitate Gelij meam interpo
nam ſententiam,exiſtimo illi agenti nõ debuiſſe im-
penſarum mulctam irrogari, per id, ꝙ voluit Hoſt in
c.finem litib. de dol. & contum. & latè cõprobat Iaſ.
in l.iubemus col.fi de iud. & ſequitur Purp.vbi ſupra.

In hac verò impenſarum mulcta aliter ſenſit Soc.
in tract.fallen.reg. nihi 181. expenſarũ tertia fallen.

Limita hanc ampliationem fortè locũ nõ habere
quando iudex haberet arbitriũ in cauſis definiendis,
20 vt quia tanquã Princeps poſſet ſententiã ferre: † nam
vt Princeps tunc poſſet pro actore probo viro ferre
ſn̄iam contra reum improbum, vt ſentiunt Purpur. &
Alc.in d.l.qui accuſare.& clarius oẽs in l.1. C.vt quæ
deſunt aduoca.Fel.in c.paſtoralis.§.qa verò de offic.
deleg.Didac.Couarru.varia.reſolut. c.1.nu.17.in fin.
& Alber.in l illicitas. §.veritas.ff. de offic. præſid. ſic
poterit hic iudex, qui liberam habeat adminiſtrandi
voluntatẽ vt per Menoc.de arb.iud. lib.2.cent.1.caſ.
21 38.nu.10.& Alban in conſ.69 nu.5.vbi dicit, † iudi-
cem cuius arbitrio aliquid commiſſum eſt poſſe ſecũ
dum negotij naturam,& perſonarum decernere.

Secundo ampliatur cõcluſio,vt procedat,etiam ſi
22 reus † de iure ſuo nihil probet iuxta ſententiã Ioan.
de Amic.conſ 65.nu.1. & in cõſ 86.nu.1. Maria.Soc.
in conſ.73.nu.2.vol.1.quia in illo caſu ſolum non ius
actoris cõſideratur,vt tradidit Dec. in d.l.qui accuſa-
re.nu.14 vbi etiam Iaſ.nu.5.& Purpu.nu.17.Mantu.in
d.l.de minore.§.tormenta.nu.4.Spec.d.tit. de proba.
§.2.n.1.latè Rot.decis.160.in nouiſ.incip.reus,& poſ
ſeſſor.in fi.& decis.419.incip.nota, an reus,in antiqs
Caſſ.decis.2.de re iudic. Ioan. Bapt. Ferre.in cõſ.36.
num.6.volum 2.& eſt tex.in l.ſi.C.de rei vendic.& in
d.cap.1. vt eccleſiaſt. bene . M.Mantua.conſ 33.nu.
8.volum 2.Rolan.à Val.in conſ.33.num.16.in conſ.
58.num 7 in conſ.67.num.1.& in conſ.72.nu.12.vol.
23 2. vbi dicit actore non probante plenè, † & legitimè
id,in quo totius criminis obiectio reſidet, etiã ſi reus
nihil probauerit,abſolui debere.argu.d.l. qui accuſa-
re d l ei,qui dicit,& d.l.actor. Alex.in conſ.142.num.
2.volum.5. in conſ.117.col.1.vol.7.& in conſ.72.co.
vol.5.vbi dicit id etiam procedere, ſi intentio actoris
ſit innixa negatiuæ ex notatis per Innoc.in cap.ſuper
* nu.10.per tot.de accuſ. per ſcribentes cõmuniter * in
l.in illa.ff.de verb. oblig. Idẽ dicit Crau. in conſ.112.
nu.6.Rolan.à Valle in conſ.51.nu.30. & in conſ 60.
nu.13. volum.1. & Calc. in conſ.21. nu.1. Quòd am-
24 pliatur, etiam ſi conſtaret de non iure rei, † per con-
feſſionem ipſius rei, ſecundum Abb. in c.cum nuper.
n.9.de confeſ. intelligendo, vt ibi per eũ, & per Purp.
vbi ſupra,& ante eũ per Iacob.de S Georgio in tract.
de feud.ſuper verb.Princeps.nu.4. in §.ſpeciali. & idẽ
attigimus infra ampliat.4.per Cæphal.in conſ.26.nu.
25 11. volum.1. vbi dicit, Reum † etiam ſi fateatur ſibi
ius non competere,non tamen prius eſſe priuandum,
quàm conſtet de iure aduerſarij,ſecundum Dec. in d.
l.qui accuſare.nu.14.

Limita iſtud vltimum dictũ de negatiua,non pro-
cedere,quando actor, qui innititur negatiuæ, intẽtat
actionem negatoriã,vt quando dominus prædij, ſiue
domus, vult ſeruitutem à prædio depellere, & negat
ſeruitutem huiuſmodi deberi,eo enim caſu reo incũ
bit onus probãdi ſibi tale ius ſeruitutis cõpetere, quo
non docto ſuccumbit, & actor abſoluit̃.quia eo ipſo,
quod non probetur per reum prædiũ ſeruituti obno-
xium eſſe præſumitur liberũ, tex.eſt in l.ſi prius, & ibi
glo.in verbo. egiſſet. ff. de nou. oper.nun. dixit Guid.
Pap.q.28.in fi.Rofred.de lib.par.5.rub.de actio.ciuil.
in rẽ,quæ vocat.nega.nu.1.& 2. Bertran. conſ.93.nu.
* 1.& 2.lib.1.& conſ.71.nu.3.lib.3 vbi de * cõmuni,&
vide Ang. Aret.in §.æquè ſi agat.Inſt.de act.num.12.
cum ſeq.Guido Papæ q.631.ſub nu.13.

Intelligetũ, vt actor in iudicio huiuſmodi cogat̃
inter alia probare prædium,in quo dicitur vti ſeruitu
te,eſſe ſuum proprium, licet non oporteat probare eſ
ſe liberum,quia in dubio tale præſumitur. l.altius. l.ſi
in æd.

in ædibus, in fi. C. de ſeruit. & aqua, & gl. in d. l. ſi prius.
de nou. oper. nunc. nam cũ ſeruitutes ex pacto, vel ex
teſtamento conſtituantur, conſtat aliquando fuiſſe li
berum, ergo & nunc, argu. l. ſiue poſſideris. C. de pro-
ba. allata per gl. in d. l. ſi prius, de nou. oper. nunc. ſen-
tit Rofred. vbi ſupra. Bertrand. d. conſ. 93. num. 1. & 2.
Guid. Pap. q. 407. ſub nu. 2.

Sufficit tamẽ ad victoriam conſequendam, vt ipſe
actor probet confeſſionẽ rei huiuſmodi de præſenti,
quia cũ in dicta actione negatoria, ſicuti & in cõfeſ-
ſoria dominium deducatur incidenter, & non princi-
paliter ex probatione poſſeſſionis præſumitur actor
dominus, ſecundum glo. quam ita intelligit Bart. in l.
quidam in ſuo. ff. de cond. inſt. not. gl. Bart. & Doct. in
l. ſicut. §. ſed ſequeretur. ff. ſi ſeru. vend. & dicit Bertr.
d. conſ. 93. nu. 1. cum alijs per ipſum ibi alleg. Et hæc
eſt ratio propter quam onus probandi ſeruitutẽ debe-
ri transfertur in reum, cum enim actor habeat inten-
tionem fundatam ex præſumptione prædicta, tranſ-
fert onus probandi in aduerſarium. ita dicit gl. in d. l.
ſi prius ff. de nou. oper. nunc. & Bertran. d. cõſ. 93. nu. 2.
& ante eum voluit gl. in l. circa. ff. de probat. & Alex.
in d. l. ſi prius. col. 6. verſi. & ſimiliter in 2. caſu, aucto,
quod agens negatoriã.

Tertio ampliatur, etiã ſi probationes eſſent pares,
26 † quia in dubio in fauorem rei eſt pronunciandũ, &
ita in dubio debet abſolui, de eoque benignior ſumi
interpretatio, c. ex literis. de prob. & ibi Dec. l. abſen-
tẽ, l. ſi præſes. l. interpretatione. ff. de pen. d. l. Arrianus.
c. hæc autem de pœn. diſt. 1. Dec. in l. ſemper in obſcu
ris. nu. 5. ff. de reg. iur. in l. factũ. §. in pęna lib. eo tit. in
d. c. ex literis. nu. 4. & 5. & in c. de cauſis. nu. 6. de offic.
deleg. Bal. in d. l. qui accuſare. col. fi. in fin verſ. vlt. no-
ta, vbi & Dec. nu. 16. Rom. in conſ. 156. num. 2. Bal. in
conſ. 29. incip. ante vos. col. fi. verſ. ſciendum eſt autẽ.
lib. 5. Marſ. in conſ. 51. incip. licet nu. 41. & in cõſi. 65.
incip. in cauſa nu. 44. Alex. conſ. 159. incip. ſtantib. in
fi. vol. 2. idẽ Marſil. in l. vnius. § in ea cauſa. nu. 6. ff. de
q. Ceph. in conſ. 234. nu. 21. in cõſ. 218. nu. 4. & in cõſ.
298. nu. 18. vol. 2. & in conſ. 76. nu. 57. & in conſi. 134.
nu. 56. vol. 1. Alc. de præſumpt. regu. 3. præſumpt. 5. &
45. & Sylua Nupt. lib. 5. nu. 122. & huius ſententiæ ra-
tio eſt, quia vbi pares ſunt probationes, ſemper ex la-
27 tere rei vna adeſt præſumptio iuris, † ſiue in crimina-
li, ſiue in ciuili iudicio verſemur. Proreo enim regu-
lariter pręſumi ſolet, pro vt dicit Cęphal. in conſ. 172.
nu. 1. vol. 2. per textum in d. c. ex literis. in d. l. qui accu
ſare. & in d. l. Arrianus Calcan. in conſ. 100. nu. 18. gl.
valde not. vbi Doct. præſertim Bal. & Ang. in l. ſi duo
patroni. ff. de iureiur. In capitali enim iudicio adeſt
præſumptio, ne deliquiſſe credatur. l. merito. ff. pro ſo
cio, in ciuili, ne aliena bona occupare videatur quod
eſt peccare. cap. peccatum. de reg. iur. in 6. & perpen-
dit Alc. in d. tract. de præſumpt. regu. 3. præſumptio.
44. num. 5. & aduerſus eũ, cui fauet iuris præſumptio
28 † probatio magis arcta, & perfecta requiritur, vt con-
ſuluit Ceph. in conſ. 1, 8. nu. 18. vol. 1. Dec. in conſil.
175. colu. 5. num. 5. & in conſi. 177. col. 2. in prin. & in
conſ. 458. in prin. latè Alexan. & Iaſ. in l. ſi extraneus.
per illum text. ff. de cond. cau. dat. c. non ſe. Ideò quod
ſupra dictum eſt, procedit, etiã ſi probationes actoris
29 † aliqua ratione excederent probationes rei: vt per
Dec. in cap. ex literis. de probat. nu. 7. alleg. it. Abb. ibi
dem, & mouetur per glo. not. in c. clerici. 81. diſtin. ita
etiã tenet Abbas in c. ad noſtram. de proba. & in c. in
noſtra de teſt. & in c. cũ P. de accuſ. Idem Dec. in reg.
fauorabiliores. nu. 1. ff. de reg. iur. & conſ. 564. colum.
1. & vide latè Alc. relato tractat. de præſump. regul. 3.
præſump. 44. nu. 8. & Menoc. de arb. iud. lib. 2. cent. 1.
caſ. 98. nu. 4. & ſeq.

Ampliа ſupradictam ampliationem procedere ẽt
30 in paribus præſumptionib. † qa ſemper reus in ęqua-
litate etiã præſumptionum debet obtinere: vt reſulit
Ceph. in cõſ. 152. nu. 30. col. 2. & Dec. in cõſ. 390. nu. 9.

Quintò ampliatur concluſio. habere etiã locum in
beneficialib. adeò vt ſi ius illum deſeciſſe confiteatur
31 in beneficio † contrario priuari non poſſit, quia cum
actor de iure ſuo non probauerit, non obſtante con-
feſſione rei habet locum iſta concluſio, vt actore nõ
probante reus abſoluatur, vt memorabiliter tradidit
Compoſtel. in c. mãdatum. de reſcrip. quem refert, &
ſequitur Dec. in d. l. qui accuſare. C. de eden. num. 14.
Lud. Rom. in conſ. 347. incipiente, quoad articulum
primũ. nu. 4. in fi. Rot. dec. 11. alias 261. incip. Actor,
& poſſeſſor, in no. de re iudic. & deci. 419. incip. nota
an reus, & poſſeſſor, in no. Bilign. dec. 2. incip. an reus,
& poſſeſſor, ſub tit. de excep. Steph. Bertran. in conſil.
133. viſo proceſſu. vol. 2. in antiq. & in conſ. 2. viſo p-
ceſſu poſt nu. 3. vol. 3. ẽt in antiq. Dec. in l. poſtquam.
nu. 28. C. de pact. Staphil. de ſignatura gra. & iuſtitiæ,
part. 2. verſi. vltimo, quoad iſtam materiam, fol. mihi
174. ſentit Oldr. conſ. 1. col. 2. verſ. vnde ſi, & in conſi.
218. colum. 2. verſi. cum ergò. D. Aym. Crauet. in cõſ.
704. in ſi. num. 18. & in conſ. 177. nu. 1. latè per Hipp.
de Marſil. in l. vnius facinoris. §. in ea cauſa. num. 3. ff.
de quæſt. Franc. Purpu. d. l. qui accuſare. num. 16. C. de
eden. notabiliter Fely. in c. olim de reſcr. colum. pen.
& Rebuff. in prax. benefic. in reg. cancel. de non tol-
len. iur. quæſi. gl. 3. nu. 9. cum ſeq.

Intellige illud procedere, ſi cauſa peragatur coram
inferiore à Principe, ſecus ſi coram ipſo Principe ex
32 eadem inſtantia ſine noua petitione diſcutiatur. † qa
tũc poterit priuare reum, qui ius illud deſeciſſe faſſus
ſit. ita Abb. in c. cum ſuper. num. 9. de confeſſis, qui al-
leg. Spec. in tit. de act. & peti. §. ſuper actionib. verſic.
ſed quid ſi reus ſequitur Iacob. de S. Georgio de feud.
ſuper verbo Princeps. nu. 4. in 5. ſpeciali, & eſt de men
te Purp. d. l. qui accuſ. nu. 16.

Quintò ampliatur, vt concluſio maximè locũ ha-
33 bet † in cauſa, vbi de vitæ, atq; etiam pecuniæ diſcri-
mine agitur: vt per gl. d. l. qui accuſ. & ibi Dec. nu. 13.
Card. Alba. d. l. 1. ff. ne quis eũ, nu. 2. Alex. in conſ. 30.
col. fi. in 2. ſub. lib. 7. Crau. in conſ. 6. nu. 40. cum ſeq.
Io. de Amicis in conſ. 65. nu. 1. per tex. in l. ſciant cun
cti. C. de proba. & in l. qui ſententiam. C. de pœn. Nã
34 probationes rei † ſemper præferuntur probationibus
actoris, quãdo ſunt pares, prout dicit Rim. ſen. in cõſ.
32. nu. 31. vol. 1. & Bald. in d. l. qui accuſare, vel aliqua
ratione inferiores, vt per Crau. ibid. nu. 40. & diximus
ſupra 3. ampl. in cauſis capitalibus, vel (vt noſtri vo-
35 cant) criminalibus, † requiruntur probationes cla-
riores. l. fi. C. de probatio. no. per gl. in c. tam literis in
ver. probata de teſtib. vbi dicit in cauſa criminali etiã
ciuiliter mota, etiam ſi actor habeat pro ſe præſum-
ptionem, non deferri iuramentum, ſi deficiat proba-
36 tio, † ſed habere locum iſtam concluſionẽ, actore nõ
probante reũ abſolui, & idem confirmat alia gl. fi. in
c. cũ ſunt partium de reg. iur. in 6. quam alleg. Dec. d.
l. qui accuſare, nu. 13. Idem etiam voluit Iaſ. ibid. nu.
in ciuil. & Io. de Ami. in cōſ. 96. nu. 1. Bal. in cōſ. 207.
n. 2. vol. 1. Bar. & Ro. in l. gerit. vnus nu. 21. alter n. 31.
Intellige, quòd hic dicitur de habitatione domus
non ſortiri effectum, quādo alius eſſet hæres: quia tūc
rationabiliter poteſt dici, eum habitaſſe ratione do-
tis vel legitimę, vt poſt Rom. in d. l. gerit. nu. 22. ff. de
acq. hæred. reſpondit Grat. conſ. 146. num. 13. lib. 2.
Imò tantum ex ſola interula hæreditatis charitate
8 erga Deum elargita † præſumitur aditio hæreditatis:
vt dicit Bal. in l. cum te. col. vlt. C. de dona. ante nup.
quem ſequitur Iaſ. in conſ. 112. num. 2. vol. 4.
9 Aditio. n. partis † arguit aditionē totius. l. ſi cui res.
ff. de leg. 2. & dicit Maran. in repet. d. l. is poteſt. nu. 18.
* ff. de acq. hær. & nu. 58. atteſtatur de * cōi: & hanc eſſe
præſumptionem iuris, & de iure, ita quod nō recipiat
præſumptionem in contrarium, tradit gl. in l. ſi duo.
ff. de acq. hęred. quam adducit Rom. in l. 1. eod. tit.
Quę opinio non placuit Alex. & Salic. in l. nō hoc.
C. vnd. legit. Diſplicuit ēt Natt. in d. conſ. 448. nu. 17.
10 vbi dicit, † quòd licet poſſidens rēm hæreditariā præ-
ſumatur in dubio hæreditatē adiuiſſe, per textū in d.
l. 1. C. de repud. hære. tn̄ iſtud non procedit, quando
vnā vel duas res mobiles viles attigiſſet, & reliquiſſet
meliora intacta. quia ex poſſeſſione illarū duarū re-
11 rū vilium † non eſſet pręſumenda aditio, iuxta ſuām
Salic. in d. l. nō hoc. nu. 1. verſ. ex hoc dico. quē ſequit̄
ibi Alex. nu. 4. & Iaſ. nu. 15. verſ. 2. limita, idemq; Iaſ.
tradit in l. 1. §. veteres, nu. 13. ff. de acq. poſſeſ. & ita ēt
reſpondit Aym. Crau. in conſ. 33. nu. 12. quod idē fuit
animaduerſum à Bar. in d. l. gerit col. 7. verſ. ad tertiū.
Limita ergo hanc ſecundā ampliationem: vt tan-
12 tum procedat in filio defuncti † quia ex perceptione
vnius rei tantummodo probatur ipſum hæreditatem
adiuiſſe, & hoc caſu perdit beneficiū abſtinēdi, & te-
netur omnibus hæreditariis creditoribus, ſecus vero
13 in extraneo: † quia ex poſſeſſione, & perceptione vnius
rei hęreditarię nō pſumitur adiuiſſe, nec tenetur cre-
ditoribus hæreditariis, imo ei remanet beneficiū ab-
ſtinēdi. vt tradidit Ang. in d. l. 1. C. de repud. hæred. in
gl. in verb. pbat. & ſequit̄ ibi Iaſ. nu. 2. vbi reddit rōnē
huiuſmodi differentiæ, ſed ad hoc adhibeas eundem
Iaſ. in l. 1. §. veteres. n. 12. ff. de acquirēda poſſeſſione.
Secundò limita hanc ampliationē locū ſibi non
vēdicare ſi poſſeſſio fuiſſet vnius diei: quia tūc aditio
nō pſumitur, vt reſpōdit Bal. in conſ. 273. nu. 8. vol. 1.

Tertiò ampliat̄ cōcluſio primaria, vt ēt procedat,
14 † quando quis poſſidet aliquid annexum hæreditati,
vt feudum, ita Bal. de feud. in tit. an agnat. vel fil. col.
3. verſ. quæro an filiis. nu. 14. Nam qui acceptat vnū
15 † videtur acceptaſſe aliud annexum, argu. l. quidam
eulogio. C. de iur. deliber. & notat Aret. in conſ. 14.
nu. 13. & Ceph. in conſ. 224. nu. 17. vol. 2. Frāc. Mant.
de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 10. nu. 7. in quo loco de-
clarat, quonam pacto hoc intelligēdum ſit, cum ar-
ticulus non tranſeat ſine dubitatione.
Rationem verò, cur filius volens feudum aſſequi
patris hæreditatē adire teneatur, ponit Silua. in conſ.
16 30. nu. 23. vol. 1. vbi dicit † feudi delationem, & requi-
ſitionem fieri per ſuccedentes per ſucceſſionem, arg.
17 c. 1. de conſue. rect. feud. Vnde neceſſe eſt, † vt conti-
nuatio fiat de primo parente acquirente feudum in
agnatos volentes ſuccedere, & p agnatū volentē ſuc-
cedere, repręſentetur perſona prima acquirentis feu-
dū, aut mediatè, aut immediatè, ideſt, aut vt ipſe pxi-
mè ſuccedat ipſi primo parēti: quia erat in primo gra-
du ſuccedēdi, aut ſi erat in gradu remotiori, & inter-
mediatus, p aliū ſuccedat ipſi intermedianti. nā & p
ſucceſſionē intermediatè factā repræſentatur pſona
primi acquirentis, ſiue parentis, arg. l. fi. C. de inſt. &
18 ſubſt. repræſentatio aūt primi parentis † nō fit ppriè,
niſi p eius hæredē, vt auth. de iureiur. à mor. pręſt. in
prin. Nō mirū igitur ſi opus ſit, filiū ſe paternæ hęre-
ditati immiſcere, ſi vult antiquū, & paternū feudum
19 cōſequi, † illudq; nō aſſequat̄, ſi ab eo ſe abſtineat. Nā
abſtinēdo, & ſic ipſo nō repręſentāte pſonā patris ſui,
q repræſentabat perſonā ſui prioris parētis interrūpit
cōtinuationē, q̄ fieri debet de primo parēte, qui feudū
acquiſiuit in ipſū filiū, qui modo vult feudū cōſequi.
Aliter conſuluit Socin. Iun. in conſ. 72. nu. 48. vol.
20 1. vbi dicit, † ſi filius renūtiet bonis hæreditatis pater-
næ, non propterea dici ei renunciaſſe feudis. Ratio eſt:
quia ſub nomine hæreditatis, vel bonorū teſtatoris,
21 † nō veniunt bona feudalia, vt declarat Dyn. in cōſ.
2. in princ. Bart. in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de ope.
liber. Doctor. in l. item videndum. §. fin. ff. de petitio.
hæredita. in l. ſi patroni. in principio. ff. ad Trebellia.
cum aliis adductis per Socin. in d. nu. 48. Idem vide-
tur ſentire Calcan. in conſ. 74. nu. 12.
Ideò limita prædictam ampliationē: vt procedat,
niſi filius poſſideret feudum ex iure ſibi competenti,
22 † vt ex inueſtitura: quia tunc nō præſumitur adiuiſſe:
vt Crauet. in conſ. 197. nu. 4. cum ibi allegat. ad quod
etiam faciunt, quæ dicta ſunt in ſequenti prima limi-
tatione ad concluſionem primariam.
Secundò limita dictam ampliationem, vt nō pro-
cedat in filio repudiante fraternam hæreditatem, &
23 feudum retinente, quia † quòd id poſſit, & nihilomi-
nus adire hæreditatem fraternam nō dicatur, auctor
fuit Aretin. in conſ. 14. nu. 13. vbi rationem reddit.
Quartò amplia concluſionē primo loco allatā p-
24 cedere in eo, qui abſtinuerit ab huiuſmodi bonis † &
ea repudiauerit, ſed poſteà eadē cœperit poſſidere, q a
fortè illa met mala fide emerit, quia tūc habetur, ac ſi
non abſtinuiſſet, ſed potius adiuiſſet, vt docuere Ac-
cur. & cęteri Doct. in d. l. 1. C. de repud. hær. in verb.
25 bona fide. Et hmōi fides mala † probatur ex cōiectu-
ris: vt ſi emerit omnia bona patris defūcti, vel emerit
alicuius interpoſitu, vel interiectu, vt p procuratorē,
itidē ſi mercatus fuiſſet, cū primum abſtinuerit, vel re
pudiauerit. Idē ſi clam emiſſet, vt dixit Iaſ. in d. l. 1. &
eadē gl. & ibi Alex. vel ex aliis cōiecturis, de qbus p
Bar. in l. poſt cōtractū. ff. de donat. Et licèt ab hac mē-
te declinare videat̄ Dec. in cōſ. 491. nu. 3. vbi ait, vt ſi
qs poſſideat p emptore, vel pro dote, vel pro donato,
26 aut alio ſimili titul. † illū tūc nō teneri legatariis, nec
creditorib. hr̄ditariis, nec haberi, ac ſi adiuiſſet hr̄dita-
tē ex teſtō, tn̄ hoc procedit, qn̄ bona fide ex eiſdē ti-
tulis poſſideret, ſecus ſi mala fide, vt ex ſup. deductis.

Limita

Limita hanc ampliationem non procedere, ſi di-
27 ſparibus temporum interuallis, & titulis emiſſet † nã
ex hoc non inducitur mala fides, vt ex ea quã aureã,
& menti tenendam dicunt ibi ſcribentes, præſumatur
adiuiſſe. vt l. ſi peculium. ſa 2. ff. de pecul. leg. quã no-
tat ibi Bar. ad legẽ municipalem cauentẽ, vt qui eme-
28 rit omnia bona alicuius, teneatur ad eius debita † id
non habere locũ, emendo nõ ſimul, ſed varijs tẽpori-
bus, ſed Bal. in l. 1. C. qui bona poſ. & in l. 1. C. ſi quis
in fraud. cred. & Alex. in d. l. 1. C. de repd. hęr. dicũt idẽ
eſſe ſiue ſimul, ſiue diuerſis temporib. emerit. Et licèt
Iaſ. in ead. l. 1. C. de repud. hær. n. 3. videretur ſequi opi
nionem Baldi, tamẽ demum relinquit cogitandum.
Primo limita concluſionem principalem nõ pro-
cedere, quando alia de cã, quàm titulo hæreditatis rẽ
29 ipſam poſſideret, † vt ſi filius remãſit in domo patris,
vel in poſſeſſione alicuius rei, quæ ex cauſa, vt dotis
maternæ erat ei ſpeciatim, vel generatim obligata,
tunc ex hmõi poſſeſſione non inducitur aditio hę-
reditatis, vt tradit Bal. quem ſequuntur Doct. in d. l. 1.
C. de repud. hæred. & Dec. in conſil. 491. nu. 2. Grat. in
conſ. 146. nu. 10. cum ſeq. lib. 2. & in conſ. 63. num. 12.
lib. 2. & in conſ. 140. nu. 8. & 9. eo. vol. & communem
* dicit Marãt in rep. d. l. is poteſt. nu. 58. verſ. prædicta
30 tamen. Afflic. in deciſ. 372. nu. 1. nam hoc caſu † imò
præſumitur tenere ipſa bona hęreditaria ex eo titulo,
qui ſibi vtilior eſt, vt concludit Paul. Caſt. in conſil.
351. profundam. lib. 1. vbi comprobat id per l. an vi-
tium. §. ex facto. ff. de diuerſ. & tẽp. pręſcrip. l. debitor.
in prin. ad Trebell. l. ex ſextante. §. latinus. ff. de exce-
pt. rei iud. & ita reſpondit Crau. in conſ. 33. num. 11.
Capr. cauit in conſ. 93. nu. 12. Natt. meminit in conſi.
140. nu. 4. vol. 1. & Gozad. voluit in conſ. 32. nu. 6.
31 Nec id mirum alicui videri dẽt, † nam quis præſu-
mitur actum facere velle eo modo, qui ſibi vtilior
eſt. l. 1. ff. ſol. matr. l. 3. & ibi Bar. ff. de milit. teſtam. cu-
ius ſententiæ acceſſere Alex. in conſ. 172. col. 3. lib. 6.
& idem Alex. in conſ. 81. vol. 3. & in conſ. 33. eo. vol.
& in conſ. 89. vol. 4. & Cardin. in cõſ. 37. in 1. & 2. vol.
Bald. in conſ. 306. ſententia, lib. 3. & in conſ. 405. pro-
teſtatio. lib. 5. & hoc caſu nõ eſt neceſſaria aliqua alia
probatio, id eſt, an ex tali cauſa, vel titulo rem poſſi-
deat: quia ex iã ſupra adductis rationibus, & iuribus
præſumitur poſſidere dicto titulo ſibi vtiliori; quod
ſibi obligata ſunt, & nõ titulo inſtitutionis, vt Durãt.
in tract. de art. teſtan. de acq. hæred. caut. 15. num. 3.
32 † vel ſaltem ſtatur declarationi vel iuramento eius,
dicentis ſe poſſidere ex alia cauſa, quàm hæreditaria,
vt monet Bart. in d. l. gerit. colum. 6. nu. 9. verſ. Iacob.
de Arct. addit. & nu. 17. & 21. in fin. & Bald. in conſ.
366. nu. 2. vol. 3. vbi etiam nu. 3. adiungit, etiã ſi detur
vt non iuret, illum non præſumitur tanquam hæres
adiuiſſe, & idem reſpondit Bal. in conſ. 17. nu. 2. verſ.
quapropter. volum. 3. & Corn. in conſ. 77. num. 2. vol.
3. quem ſequitur Crau. in conſ. 197. nu. 4. quod verò
ſufficiat iurare, vel declarare, voluit idem Bal. in cõſi
303. & in conſ. 337. lib. 1. & in cõſ. 312. lib. 4. & in cõſ.
405. nu. 1. vol. 5. & idem Crauet. in conſ. 33. nu. 11. &
in d. conſ. 197. nu. 4. vbi allegat Alex. in conſ. 32, lib.
3. & in conſ. 118. nu. 7. in fin. vol. 2. cauit Corn. in cõſ.
147. vol. 1. & in conſ. 310. nu. 5. vol. 3. & Natt. in conſ.
448. num. 21. ſed ſecus eſt, ſi nulla alia cauſa ſit, quam
hæreditaria, & poſſideat, quia ex hac poſſeſſione pre-
ſumptio eſt contra eũ, id eſt quod poſſideat, quia adi-
uerit, iuxta ſententiã Alex. in l. non hoc. nu. 4. C. vnd.
legit. cum alijs adductis per Cephal. in conſ. 294. nu.
19. vol. 2. & in conſ. 56. num. 48. & in conſ. 148. nu. 10.
vol. 1. per Ioan. de Amicis in conſ. 96. nu. 1. per Gram.
in conſ. 39. num. 14. in ciuil. per Boer. in deciſ. 101. nu.
24. vbi tamen diſtinguit, nam aut aderant alij proxi-
miores ad quos pertinebat hæreditas, & tunc nõ ſuf-
ficit probare, ꝙ poſſedent, ſed quòd legitimè adiue-
33 rit, per tex. in d. l. nõ hoc, vbi Bart. & Iaſ. † aut erat ſibi
delata hæreditas ab inteſtato tanquam proximiori,
& tunc ex poſſeſſione præſumitur aditio, ſecundum
etiam Alciat. in conſ. 192. num. 2. & de præſump. reg.
34 2. pręſump. 23. nu. 2. † vbi ait, cum alicui eſt delata hę-
reditas, & aliquam rem hæreditariam ipſe poſſidere
deprehẽdatur, præſumi iſtud facere iure hęreditario,
35 arg. l. 3. verſ. & quid de ſubeunda. C. de nat. lib. † & in-
cumbit ei onus probandi negatiuam, cuius probatio
fit ſolum per proteſtationem ab eo factam, hoc eſt,
animo non immiſcẽdi illam rem tenuiſſe, vt placuit
Bald. in d. l. 1. C. de repud. hæred. & idem in conſ. 405.
36 vol. 5. † nã vt liberetur filius ex hac pręſumptione, ea
eſt adhibenda cautio, vt patre mortuo illico prote-
ſtetur, ſe non animo immiſcendi hæreditati paternæ,
ſed vt ex bonis paternis creditorib. ſatisfaceret, bona
paterna, vel hæreditaria obtinere, ſic reſpondit Vlp.
in l. at quis. §. plerinq; ff. de relig. et ſumpt. fun.
Secundò limitatur ẽt in vxore hærede inſtituta à
37 viro, † quia incolendo domum viri, & vtendo alijs
rebus viri, vt vtebatur, cum inter viuos numerabatur
adhuc, non cenſetur adire, ſed potius ea retinere iure
pignoris pro iuribus, & dotibus ſuis, ita ſcitè docuit
Corn. conſ. 147. col. 1. vol. 1. et conſ. 321. col. 2. vol. 1.
& ſequitur Marant. in d. l. is poteſt, nu. 58. in fi. Afflict.
dec. 372. nu. 1. et Rol. à Val. in conſ. 77. nu. 34. vol. 1.
Sublimita illas duas limitationes non procedere,
quando poſſidens rem poſſidet maioris pretij quàm
id quod prętendit ſibi deberi, ex alio titulo quam hę-
38 reditaris, † quia tunc ratione illius, quod ſupereſt pręſumitur aditio hæreditaris, vt Bald. conſ. 272. num. 2.
incip. in cauſa egregię. volum. 5. et ſequitur Craue. in
cõſ. 33. nu. 14. & ad hæc reſpondet contextus in l. duo
fratres. ff. de acq. hæred. & ſentit Bar. in d. l. gerit. ff. eo.
tit. nu. 21. circa fi. verſ. quid enim.
Tertiò limitatur concluſio, vt non procedat, quã-
39 do poſſidens tenet rẽ parui, et vilis pretij, † nam tunc
per huiuſmodi poſſeſſionem, hæreditatis aditio non
probatur, ita limitat Saly. in l. non hoc. C. vnde legit.
quem ſequitur Hippol. de Marſil. in l. furem. num. 22.
C. de ſicar. vbi multa ſimilia adducit. ſequitur etiam
Crauet. cõſ. 33. nu. 12 cum ibi allegat. et reddit ratio-
40 nem † quia non eſt probabile, ſe pro modica re vo-
luiſſe obligari ad onera hẽditatis. Et idẽ placuit Bart.
in d. l. gerit. nu. 21. in fin. voluit Iaſ. in l. 1. §. veteres. ff.
de acq. poſ. Alex. in conſ. 32. vol. 3. Corn. in cõſ. 147.
vol. 1. Crau. in conſ. 197. nu. 14. vol. 1. Sal. in d. l. non
hoc, in fi. C. vnde leg. et Natt. in conſ. 448. n. 17. vol. 2.
Sublimita, vt non ꝓcedat, ſi illæ res hæreditariæ, &
ſi minimæ, fuerunt traditæ, & tranſlatæ in alterum
41 † quia ex tali traditione probatur animus adeundi, vt
per Bal. et Dec. in l. pen. C. vnde legit. et Cagn. in rub.
C. quia admit. num. 102.
Quartò limitatur concluſio, vt non procedat, quã-
42 do alius adeſt hæres, qui adiuerit hæreditatem † quia
tunc præſumitur potius poſſidere illam rem ratione
ſuæ legitimæ, vel alio titulo, quàm iure hæreditario,
vt à Grat. reſponſum fuit in conſ. 140. nu. 13. vol. 2.
Quintò limitatur etiam non procedere, quãdo in
iudicio fit poſitio poſſidenti, vel idem interrogetur,
an res hæreditarias poſſideat, et ipſe ſimpliciter poſi-
43 tioni reſpondeat, poſſideo, † nam tunc ex hac confeſ-
ſione aditio non probatur, vt ait Bal. in tit. an agnat.
vel fil. defunct. col. 3. nu. 14. nam (vt ipſe quoque ait)
huiuſmodi poſitio eſt inepta, nec concludens neceſ-
44 ſario, † qa oportet articulos, et poſitiones ſpeciatim,
& iuxta iuris præſcriptionem concludere, nã dicere
etiam debebat, an tanquam hæres poſſideret. Verum
iſtud Baldi effatũ à Iaſ. culpatur in d. l. 1. C. de repud.
45 hæredit. vbi ait, contra illud vrgere tex. in d. l. 1. † vbi
in dubio præſumitur poſſidens adiuiſſe, niſi probetur
ex alia cauſa poſſidere, vt etiam conſultus reſpondit
Bart. in conſil. 58. num. 1.
Sextò limitatur, vt non procedat, ſi filius poſſidens
bona

46 bona paterna ignorabat patrem teſtũ cõdidiſſe.† nã
hoc caſu non præſumitur adiuiſſe, quia poteſt ſe tue-
ri à creditoribus paternis,dicendo ſe ab inteſtato im-
miſcuiſſe in illius bonis,quæ immixtio irrita eſt,quã-
do pater deceſſit facto teſtõ , & hoc ipſe ignorabat,
47 † nã non valet immixtio,nec aditio hẽditatis,ſi igno
retur ex qua cauſa quis hẽditatem cernere poſſit. l.ſi
is qui, & l.in repudianda.ff.de acq.hær.& ibi per Do-
ctor.& Mant.de coniect.vlt.vol.lib.12.tit.12.num.1.
ſcribit, quòd quãdo quis ignorat factum fuiſſe teſta-
mentum, fruſtra quæritur,an videatur adiuiſſe hære-
ditatem, quia iſto caſu ẽt ſi haberet animum adeun-
di,non poterat adire,cũ præcipuè in aditione hẽdita-
tis requiratur ſcientia delationis, & ex qua cauſa ſibi
fuerit delata hẽditas.l.is ad quẽ, & l.heres inſtitutus.
cum leg.6.ſeq.ff.de acq.her.& propterea cum nõ va-
leat immixtio nũc,nec vult ex teſtõ, neq; ab inteſta-
to heres eſſe, & ſic licet poſſidebat, ex hmõi poſſeſ-
48 ſione non probatur adiuiſſe,† & ꝙ ignorauerit teſtũ
patris,ſtatur eius iuro,ſecundùm Bart.in l.ſi cui.§.iiſ-
dem.tit.de accuſ.Fel.in c.2.ext.de conſt. Bal.in conſ.
434.lib.5.Rom.in conſ.481.nu.10.& Ceph.in conſil.
142.nu.17. vol.2. ignorantia.n. cum in animo conſi-
ſtat iureiurando probatur,arg.c. vt circ.c.nulli,in fin.
de elect.in 6.pulchra gl.in c.ſignificaſti . el 1.in verb.
ſi ita eſt,de homic. gl. communiter * approbata in §.
aliẹ.Inſt.de act.quam refert Cacher. in deciſ. 71. nu.
24.vbi etiam dicit, id maximè verum eſſe in homine
probo,qui bene audiat,pro quo præſumitur arg.gl.in
l.Titio fundus.ff.de condit.& demonſ.& notat Curt.
ſen.in conſ.70.col.fi.verſ.confirmantur, & in cõſ.72.
col.8.cum aliis adductis per eundem Cache.in d. de-
ciſ.71.& in deciſ.101.nu.24.& inf. in concl. ignoran-
tia,& concl.animus, vbi latè, quòd ſi filius religioſè
iureiurando aſſeuerare nequeat teſtamentum igno-
raſſe,ſatis erit,ſi adiuret ſe ignoraſſe qualitates, cõdi-
49 tiones,& modos teſtamenti, † nam non dr̃ factũ ſci-
re,qui facti qualitates ignorat,vt dicit glo. in c.quãto
verſ.noto.de tranſlat. prælat. nec nocet qualis qualis
notitia,vt teſtatur glo.in cle.cauſam,verſ.plenam de
elect.& glo.in c.cõcertationis.verſ.ſciuerit.de appel.
lib.6.Iaſ.in conſ.159.col.4.vol.1. idem Io. Duran. in
tract.de art.teſtand.tit.de acq.her.caut.15.nu.2.& vi-
de Bal.in conſ.200.per tot.lib.1.ſciendum tamen eſt,
50 † ignorantiam paterni teſtamenti præſumi , vt dicit
Capra in conſ.40.nu.11.& ſcripſit Corn.in conſ.310.
nu.5.verſ.eſt etiam circa præfatam.lib.3. & in conſil.
153.num.4.vol.4.& in conſ.175.nu.3.ad fi.& num.5.
lib.4.& Rolã. à Val.in conſ.36.nu.3.vol.2. vbi illam
51 eſſe rationem aſſerit,† quia cum ignorantia ſit priua-
52 tionis actus negationem complectens, † per rerum
naturam factum negantis probatio nulla eſt, vt viar
verbis Impp. Dioclet.& Maxim.in l.actor. C. de pro-
53 bat.quod non eſt in ſcientia,† quæ ponit, & affirmat.
Ideò meritò probari debet, vt l. ei qui . ff. de probat.
quam tamen concluſionem limitat Rol. à Valle nu.
5.procedere tantùm in hærede ſuo,ſecus in extraneis
quia quando ſunt hæredes ſui,& neceſſarij, tunc præ-
ſumitur ignorantia eorum,quæ continentur in teſta-
54 mento,niſi probetur ſcientia,ſecùs in extraneis, † qa
extranei non poſſunt adire hereditatem,niſi ſint cer-
ti de viribus teſtamenti,vt l.ſed & ſi. ff. de acquirend.
hered.ideò preſumuntur ſcire,quẹ continentur in te-
ſtamẽto,eo ipſo,quòd preſupponimus ipſos heredes,
ſed in heredibus ſuis,& neceſſarijs hoc nõ eſt neceſſe
ponere, quia ſunt heredes ſtatim etiam teſtamento
non cognito , nec inſpecto. Ideò non præſumitur
ſcientia. Secundò limita dictam concluſionem non
55 procedere poſt immiſtionem , quia † quilibet hæres
etiam ſuus poſt immiſtionem præſumitur ſcire teſta-
mentum, & ipſum vidiſſe.

Amplia ſupra dictam limitationẽ non ſolùm pro-
56 cedere in filio,† ſed etiam in omnib.qui ab inteſtato
ſuccedunt,vt dicit idem Durant.de art.teſt.de acqui-
rend.hæred.d. caut.15.num.12.

Septimò limitatur concluſio principalis,nõ proce-
dere,quãdo communis eſt opinio hominum, poſſeſ-
57 ſam hæreditatem eſſe damnoſam,† quia tunc nõ prẹ
ſumitur adiuiſſe,vt dicit Bart.in d.l.gerit.num.2.ff.de
acquir.hær.vbi pro hoc adducit in arg.l.1.ff.ſol.mat.
ſecus verò ſi hæreditas ab omnibus opulenta exiſti-
metur,vt ibid.Bart.& Natt.in conſ.448.nu.20. vol. 2.

CONCLVSIO XLVI.

ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis probatur ex eo, quòd quis poſſederit bona hæreditaria per decennium.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis probatur ex poſſeſſione decennali, & ſolemniter adiuiſſe, ibidem. Niſi fuerit pupillus.*

2 *Conſenſus, & iuſſus patris probatur interueniſſe in aditione filij per poſſeſſionem decennalem.*

3 *Aditio licet ex temporis curſu præſumatur, non tamen inducitur.*

Aditio hæreditatis Decimoquartò p-
1 batur † ex eo, quòd quis poſſederit bona hæreditaria
per decem annos.arg.tex.in l.ſi filius.C.de petit. hær.
& ibi Doct.& Bal.in l.potuit.C.de iur.deliber. & Iaſ.
in conſil.3.vol.1.num.3.vbi latè,& copioſè defendit
hanc partem, cùm alioqui articulus ſit maximè am-
biguus,vt ibi per eum. Et in hoc temporis interuallo
præſumitur adiuiſſe ſolemniter, ſecundum Ceph. in
in conſil.98.num.27.vol.1. quod probat etiam Ang.
in conſ.318.nu.3.& Tiraq.in tract.de præſcrip.verſic.
per decem annos,verſ.39.ibi,rurſus ipſe, vbi hoc limi
tat,ſi ille nõ potuerit adire,vt quia pupillus erat,iuxt.
l.pupillus.ff.de acquir.hæred.l.obligari.§.pupillus.ff.
de auth.tut.l.ſi curatorem habens.C.de in integ. reſt.
& §.neque.Inſti.de auth.tutor.cum alijs adductis per
Natt.in conſ.434. nu. 10. vol. 2. Cepoll.in conſil.14.
num.3.in ciuil.& Cephal.in conſ.203. num. 15. vol.
2.nam in eo,qui adire non poteſt, ceſſat præſumptio
conditionis, quia vbi veritas locum habere non po-
teſt, nec præſumptio vires ſuas extendit.l.qui ad cer-
tum.ff.locat.& latè declarat Deci.in conſi.442.num.
21.22.& 23.

Intellige ſecundò, vt vera ſit concluſio, ſi conſtet
aliquem adiuiſſe, quia ſi conſtat de aditione,in du-
bio etiam præſumitur ſolemniter facta, nam vbi ap-
paret de ſubſtantia actus, facilè præſumitur ſolemni-
tas ipſius actus, ſecus verò eſt, vbi doceri non poterit
de ipſa aditione, quia tunc ex temporis diuturnitate
non præſumitur,ita declarando reſpondit Alexãd.in
conſ.50.num.4.& 5.vol.5.

Ampliatur, vt nõ ſolùm per illud ſpatium decem
2 annorũ probetur aditio,† ſed etiam interceſſiſſe con-
ſenſum, & iuſſum patris in aditione filij, vt tradunt
Doct.in d.l.ſi filius.C.de pet.hæred.& Tiraq.vbi ſup.
§.1.per decem annos.gl.4.ver.2.hic, vbi pro hac am-
pliatione teſtatur Ang.in l.ſciendum.ff.de verb. obl.
& Bald.in l.ſi certis ann.C.de pact.col. 3. verſ. 2. hoc
probatur,& ibidem Iaſ.col.3.verſ.pro iſta concluſio-
ne.& Natt.in conſ.74.nu.11.vol.1.

Limitatur hæc ampliatio quinque modis , vt per
Iaſ.in l.1.C. qui admitti. col. 5.

3 Limita concluſionẽ,quia † licèt ex curſu tẽporis ꝑ-
ſumatur aditio,non tñ inducitur,arg.l. qui in aliena.
§.1.& ibi Bart.in princip. ff. de acq. hæred. Bald. in l.

2. C.

2.C.de legit.hæred.& in l.1.oppo.26. C.qui admi. limita ſecundò concluſionem,vt non procedat,quando agitur de præiudicio tertij, eo enim caſu requirit ſpatium 30.annorum,nec ſatis eſt tempus decem annorum,vt eſt cautum in c.peruenit. de emp. & vend. cui non obſtat tex.in d.l.ſi filius. C. de per. hær. quia locum habet,quando agitur de modico præiudicio, vt animaduertit Bart.in q.7. incip. mulier habēs magnum patrimonium, in fi. & ſcriptum reliquit Alex. in d.l.qui in aliena,in princ.nu.11.de acq.her.& conſultus reſpondit Dec.in d.conſ.42.num.23.

CONCLVSIO XLVII.

ARGVMENTVM.

Decimus quintus aditionis modus explicatur, quomodo procedat.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis probatur, quotieſcunque quis aliquid agit in bonis defuncti,quod vltra nomen,& ius hæredis fieri non poteſt. Et quomodo ꝓcedat,nu.4.& 5.& nu.8.*
2 *Aditio probatur etiam per actus factos inter alias perſonas,& parte abſente.*
3 *Quæ dependent ex vnius ſola voluntate, non requirunt partis præſentiam.*
4 *Actus factus,quod citra nomen hæreditatis fieri nō poteſt, non probat aditionem in muliere,& ruſtico.*
5 *Mulier,& ruſticus præſumuntur ignorare iura.*
6 *Actus pius eſt ſepelire mortuum,paſcere familiam defuncti,& curare cuſtodiam domus.*
7 *Actus factus ab hærede actū pium concernens, & modicū ſumptū,non præſumitur adire,nec aditio per eū probatͬ.*
8 *Aditio hæreditatis inducitur per expenſas funerum.*
9 *Actus faciens inducentes aditionem hæreditatis cū proteſtatione nolle adire,nec eſſe hæredem,etiam quòd ſit proteſtationi contrarius,non probatur, nec inducitur aditio,& quando procedat.nu. 11.*
10 *Proteſtatio adiuuat proteſtantem,etiam ſi talis eſſet,quòd alias inferret aditionem hæreditatis,puta ſolutionis, & vide ibi contrarium, & nu. 12.*
11 *Actus contrarius proteſtationi iuuat, ſi à voluntate proteſtantis dependet,niſi cum alio celebretur.*
12 *Faciens actus contra proteſtationem, intelligitur à proteſtatione recedere, niſi non poſſet eſſe hæres, num. 13. & quando procedat, num. 15.*
13 *Aditio hæreditatis non inducitur per actum proteſtationi contrarium, quando faciens actum contrarium nō poteſt eſſe hæres, alias ſecus.*
14 *Hæres proteſtans non facere actum animo hæreditatem adeundi,non inducit repudiationem,ſed tantum declarat,ex illo actu nolle adire.*
15 *Medium datur inter aditionem,& repudiationem.*
16 *Actus,qui fiunt,quando ſunt indifferētes,quo animo ſint facti, ſtatur iuramento gerentis.*

Aditio hæreditatis decimoquintò, ſi in vniuerſum loquamur,probatur, quotieſcunque
1 quis aliquid agit in bonis defuncti,† ꝙ vltra nomen,
& ius hæredis fieri non poteſt,nam tunc ex tali facto
probatur adiuiſſe, arg.l. pro hærede.de acq.hæred.&
not.Grat.in conſ.146.nu.14.lib.2. Ruin.in conſ.168.
nu.1.lib.4.& in conſ.157.num.1. lib.3.Nicol. Bell.in
in conſ.24.nu.17.Rot.in deciſ.432.num.3.in nou. &
Soci.Iun.in conſ.69.num.7.lib.1.
2 Ampliatur cōcluſio,vt procedat † ēt ſi huiuſmodi
actus facti ſint inter alias pſonas,& parte abſente, vt
dicit Bar.in l is poteſt.col.4.verſ.nunc videmus.ff.de
acq.hær.& in l.gerit.verſ.circa ſecundum,col.3.eod.
tit.quem ſequitur Crau.in conſ.148. nobilis autē.nu.
3 10.cum alijs per eū ibi allegatis†nam in his,quæ reſi-
dent in ſola vnius volūtate,nō requiritur aliqua partis præſentia,iuxta ſententiam Bart.in l.certum. §. ſi quis abſente.ff.de cōfeſſ.& in l.Neſennius. ff. de neg. geſt.Abb.in c.fin.col.5.de confeſſ.Alex.in conſ. 146. col.3.vol.5.Dec.in conſ.35.col.2.& in conſ.181.col. 2.& in conſ.297.quem ſequitur Crau.in d. conſ. 148. nu.11.Rimin.Sen.in conſ.346.nu.17.vol.2. & Mātu. in conſ.34.nu 20.vol.1.
4 Primò limitatur cōcluſio, †qn̄ actus iſtiuſmodi eſ-
ſet factus à muliere,vel ruſtico, nam id genus facta,
licèt citra nomen heredis fieri non poſſint,in his per-
5 ſonis non inducunt,nec probāt aditionē, † quia tales
perſonæ præſumuntur iura ignorare, ſm̄ glo. not. in
aut.de inceſt.nup.§. 1. verſ. ſciens. cum allegatis per
Alex.in l.is qui putat.ff de acq.her.nu.7.vbi in fi.hāc
fallentiam ponit,& eādem not.P.Paul. P. in additio.
ad Bar.in l.pro hærede. de acq. hær.& Cach. in deciſ.
Ped.54.nu.11.per tex.in l.cum de indebito.ff. de probat.& Caſtr.in l.Clodius.in fin.ff.de acq.hæred.
Secūdò limitatͬ in his factis, quę ſpectāt ad pietatē,
aut ea sūt quæ ēt à quolibet vicino defuncti vel ami-
6 co facta fuiſſent.† vt corpus ſepultura afficere, fami-
liam defuncti alere,& in primis ſi eſſent paruuli pue-
ri,& ſumptus ſit exiguus,vel curare, vt domus cuſto-
7 diatur, † nam cum hæc omnia ex pietate faceret qui-
libet vicinus vicino,ideo ex his actibus nō præſumitͬ,
nec ꝓbatur aditio niſi aliud probetur.arg.l.at ſi quis.
§.plerique.ff.de religio.l.pro hærede. vbi Bar.de acq.
hær.& idē Bar.in d.l.gerit.nu.24.ff.de acq.hær.Ioā.de
Amic.in cōſ.137.nu.7.& Nat.in cōſ.448.n. 13. vol.2.
Ad illud tamen eſt aduertendum, quòd Rom. in
8 conſ.154. nu. 3. ſenſit † per expenſas funerum induci
aditionem hæreditatis.
Tertiò limitatur,vt non procedat, qn̄ in prædictis
actibus fuerit facta proteſtatio, per q̄ agens declara-
9 uit,ſe per tales actus† nō habere in animo adeūdi,ne-
que hæredem eſſe teſtatori, quia tunc ex illo actu ēt
contrario proteſtationi non probatur, nec inducitur
aditio,arg.l.qui in aliena.§.Celſus.cū ibi not.& l.pro
hærede.in princ.ff.de acq.hær.& notat Ruin.in conſ.
157.nu.2.& 3.lib.3.Bal.in conſ.499.per tot. lib. 3. vbi
diſtinguit actus,qui poſſunt inducere aditionem, nō
obſtante proteſtatione,& in conſ. 500. per tot. lib. 3.
& in conſ.17.eod.vol.idem voluit Soc.in cōſ.45. col.
2.vol.4.Cor.in conſ.310.col.1.vol.3.& Bart.in l.ſcri-
ptum.ff.de relig.latè,& pulchrè Corn.in cōſ.161.col.
10 1.& 2.lib.4.† ꝓteſtatio.n.eo caſu ꝓteſtātem adiuuat,
arg.l.at ſi quis.§ plerūque.& l.ſcriptum.vbi Bar.ff. de
relig.& ſumpt.fu.quem textū intelligūt Doctores ꝓ-
cedere,ēt ſi actus eſſet iſtiuſmodi, ex quo alioqui hę-
reditatis aditio colligi poſſet, vt ſolutio æris alieni,
ſm̄ Sal.Iaſ.& cęteros in l.2.C.de iur.delib. per Bar. &
alios in d.l.qui in aliena.§.fi.& p Alc.in cōſ.344. n.1.
Non vera tamē hæc ſententia viſa eſt Rim. Sen. in
conſ.168.nu.5.vol.1. ideo.
Intellige ſupradictam limitationem eſſe veram,
11 † quando ille actus proteſtationi contrarius pendet
à ſolo facto proteſtātis,vt in exemplis dicti §. Celſus.
l.pro hærede,dicta.l.non ſolùm.§. morte. vbi verſic.
breuiter dic.& tradit Alc.in d.cōſ.344.nu.2. & Corn.
in d.conſ.161.lib.4. ſecus ſi ille actus celebretur cum
12 alio, †quia tunc per illum actum proteſtationi con-
trarium intelligitur à proteſtatione receſſum, & hæ-
reditatem adiuiſſe,ſecundum Bart.in l.non ſolùm.§.
morte.ff.de nou.oper.nunc.nu.17.cum ſeq.per c.ſoli-
citudinem.de appella.& c.1.quod met.cauſa. Refert
Ruin.in d.conſ.157.nu.2.tenet Bal.in d. cōſ. 499. nu.
2.lib.3.& in conſ.500.eod. lib. 3. & Soc. iun. in conſ.
107.nu.3.& 4.lib.2.quod procedit non tantum illius
perſonæ gratia,cum qua actus geritur,arg.l. fi. cū ibi
not. ff. de interrog. actio. ſed etiā quoad omnes alias
perſonas,ſecundū Bar.relatum à Ruin.d.conſ. 157.
Secūdò intellige dictam limitationem, vt habeat
locum,

locũ,quando ille,qui facit actum contrariũ proteſta-
tioni,non poteſt eſſe hæres,vt quia prius expreſsè re-
13 pudiauit hæreditatem , † quia ex illo actu contrario
proteſtationi poſteà facto non inducitur aditio,præ-
cipuè ratione aliorum creditorũ , cum quibus actus
non geritur,ſecus ſi ille , qui fecit actum contrarium
proteſtationi poſſit eſſe hæres , vt quia non præcurrit
repudiatio expreſſa,ſed ſimpliciter proteſtatur,ſe actũ,
14 quem facturus eſt,ea mente non eſſe facturum , † vt
adeat , quia ex huiuſmodi proteſtatione non induci-
tur repudiatio , ſed ſolùm declaratur , ſe nolle ex illo
actu adire,quòd contingere poteſt , etiam ſi nõ repu-
15 diet,quia hoc pacto datur cautio inter aditionẽ,† &
repudiationem. Ideò ille qui poteſt eſſe hæres gerẽ-
do prædictum actum contrarium proteſtationi,non
obſtãte illa proteſtatione intelligitur adiuiſſe,ita vo-
luit Bart.in d.l.non ſolùm. §. morte. ff. de nou. oper.
nun.& eum ſequitur Rui.in d.conſ.157.nu.2.lib.3.

Limita tamen,quando actus, qui fiunt, ſunt anci-
16 pites,†quia tunc quo animo ſint facti,ſtatur iuramẽ-
to gerentis illos actus , ꝙ deciſum reliquere Domini
Rota,in deciſ.432.num.3. in nou.Bal.in conſ.224.ſu
per eo.lib.2.& cõſ.499.nu.3.lib.3.& in conſ.306. ſen-
tentia.vol.3.& in cõſ.405.proteſtatio.vol.5.Corn. in
conſ.308.& in conſ.337.vol.1.& in conſ. 312. vol. 4.
& Crauet.in conſ.33.

Intellige, vt per Corn.in conſ. 161. col.3.verſ.nec
obſtat ſi dicatur, lib.4.

CONCLVSIO XLVIII.

ARGVMENTVM.

Confectio inuentarij , an aditam hæredi-tatem probet.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis probatur ex confectione inuẽtarij,quis hæres ſcriptus,vel ab inteſtato fuerit.*
2 *Inuentarij confectio ſoli hæredi, non alij conuenit , an verum,num. 3.*
Conficiens inuentarium cenſetur hæreditatem adire,nu.2. an verum,nu. 3.& quando,nu. 4.
3 *Hæres requiritur,vt poſt inuentariũ repudiet, vel adeat.*
Inuentarium conficiens põt eo conſilio feciſſe,vt certior fiat de iuribus hæreditatis,quam animo adeundi.nu.3.
4 *Hæres ſimpliciter inuentarium conficiens non dicitur adire,ſecus ſi vt hæres conficiat,etiam ſi ſe hæredem nõ nominet ,ſed à notario fuerit ſcriptus.*

Aditio hæreditatis decimoſexto loco ꝓ-
1 batur ex confectione inuentarij,† quod cõfecerit he-
res ſcriptus,vel ab inteſtato,ſi Bart. credimus in l. ge-
rit.col.vlt.verſ.ad 3.ff.de acqu. hæred.quem refert, &
ſequitur Rui.in cõſ.168.nu.1.lib. 4. & ante eos ſenſit
Cyn.in l.fin. §.ſi verò poſtquam, per illum tex.C de
iur.delib.animaduertit etiam Capra.in conſ.9. nu.1.
2 vbi rationem affert: † quia cum confectio inuentarij
ſoli hæredi conueniat,non alij,vt l.ſcimus.C. de iure
deliberã. Ideò quis conficiens inuentarium cenſetur
hæreditatem adire,quaſi faciat actum,qui niſi ab he-
rede fieri poſſit:vt etiam decidit Cacher. in deciſ. Pe-
demon.147.nu. 22.

Id diſplicuit Sal.Alex. & Iaſ.in d.l. fi. §. ſi autem.
per illum text. in verſ.non recuſauerit. vbi requiritur
3 † vt poſt inuentarium hæres repudiet,vel adeat,& eſt
ratio,quia poterit eſſe,vt inuentarium eo conſilio fe-
cerit heres,vt fieret certior de iuribus hereditatis,quã
animo adeundi, & ideò cùm actus iſte nõ inferat ne-
ceſſariò aditionem. non probatur ex hoc animus ad-
eundi,& ab iſtis fuit etiam Ruin.in conſ.113.num.4.
vol.3.Neuiz.in conſ.9.nu.14 & Franc.Marc.in deciſ.
* 29. vbi aſſerit hoc * eſſe omnium conſenſu compro-
batum. quos omnes ſequitur Rol.à Val.in ſuo tract.
de confect.inuentar.par.3.§.ſed an per confectionẽ,
& nouiſſimè tranſit Mantica in tract.de coniect. vlt.
volunt.lib.12.tit.9.num.15.

Intellige hanc opinionem,vt procedat,quando in-
uentarium fuit ſimpliciter factum , vt ſola bona de-
ſcriberentur , quia tunc ex eo non probatur animus
adeundi,ſecus ſi confecerit inuẽtarium,vt hæres,vt
quia in eo ſit nominatus hæres, iuxta ſententiã. Rol.
à Val.in conſ.73.in princ.vol.2. tunc enim probatur
ex illa confectione aditio hæreditatis,vt expreſsè vi-
detur præſupponere.Sali.in d.l.fi.§.ſin autem dubius.
4 vbi dicit † quòd quamuis hæres ſimpliciter conficiẽ-
do inuentarium non dicatur adire,ſecus tamen eſt, ſi
illud conficiat,vt hæres,& ita etiam concludit Ruy.
in d.conſ.113.nu.7. & ſecundùm iſtam intelligẽtiam
poteſt defendi opinio Cyn. & aſſectatorum .

Quòd etiam procedit,ſi hæres non nominauerit ſe
ipſum heredem , ſed à notario fuerit hæres nomina-
natus : quia idem eſt, l. optimam.C.de contra.ſtipul. 1
Bart.in auth.ſi quis in aliquo.propè fi.C. de edend.&
in l.ex hac ſcriptura.circa fi.verſ.quæro quid ſi in cõ-
tractib.ff.de donat.ſequitur Ruin.in d. conſ. 113. nu.
7.in fi.& huic confine eſt,quod ſcripſit Rober.Marã.
in l.is poteſt.num.52. de acquir. hæred.

Amplia , vt concluſio procedat, etiam ſi inuenta-
rium confectum fuerit per tutores , nam ex ipſius in-
uentarij confectione inducitur aditio hæreditatis, qa
tutor ſolus habet hanc facultatem, dum tamen agat
pro infante, ſecus ſi pro pupillo,vt dicit expreſsè Bar.
in l.potuit nu. 2. ff. de iur. deliber. in quo loco aſſerit
ita illo anno reſpondiſſe pro hæreditate cuiuſdam
filiæ infantis.

CONCLVSIO XLIX.

ARGVMENTVM.

Si quis inſtituat procuratorem ad adeundam hæreditatem , an propterea dicatur adiuiſſe hæreditatem.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis probatur per conſtitutionẽ procuratoris ad confitendũ ſe eſſe hæredem,vel reſpondendum poſitioni,quo pacto ſit hæres,ſiue ad exigendũ aliqua debita,vel alia negotia expedienda.Vide contrarium,ibi , & quãdo præſumatur,nu.3.& 4.& quãdo procedat.nu.5.*
2 *Procurator Cæſaris non poteſt adire hæreditatem pro Ceſare,nec ſeruum iubere,quod adeat,niſi faciat meliorem Cæſaris conditionem.*
3 *Defunctus pater in dubio inteſtatus deceſſiſſe præſumitur, & filium per actũ conſtitutionis procuratoris adiuiſſe.*
4 *Notarius præſumitur in inſtr͞o procurrationis enũtiãs talem hæredem Titij,de voluntate conſtituẽtis enunciaſſe.*
Notarius falſarius non eſt præſumendus,nu. 4.
5 *Aditio hæreditatis nõ præſumitur ex conſtitutione procuratoris,quando ex duplici capite hæreditas defertur,ius non dicitur hæredi quæſitum propter ambiguitatem, & obſcuritatem actus.*

Aditio hæreditatis decimoſeptimò pro
batur per conſtitutionem procuratoris ad confiten-
dum ſe eſſe hrdem,vt cautum eſt per tex.cum glo. in
l.per procuratorẽ. ff. de acq.hær.quam opinionẽ eſſe
* verã dicit Bart.ibi,& eſſe * communẽ affirmauit Paul.
de Caſt.eo. in loco , vt ſequendo eoſdem retulit Do.
2 Vinc.de Franch. Doct.illuſtris,in deciſ.60.nu.5.† re-
ſpondit Mantua.in d.conſ.34.nu.29.vol.1. vel ad re-
ſpondendum poſitioni,vt ſit heres, ſiue ad exigendũ
aliquod æs alienũ , vel ad alia negotia expediẽda.do

hoc

hoc modo verba fecit Bal. in l. 1. 30. oppoſ. C. qui ad-
mitt. & in conſ. 263. 1. vol. Marant. in repet. d. l. is po-
teſt. nu. 52. & 68. Cor. in conſ. 69. in fi. vol. 4. idem vo-
luit glo. & Bart. in l. Paul. in fi. de acq. hæred. & idem
Bart. in l. filio C. de iur. delib. glo. in l. ſerui electione.
ff. de leg. 1. ſed rata non eſt aditio per procuratorem,
vt ibi, & per Franc. Aret. in d. l. Paul. Mantu. in conſ.
34. num. 30. vol. 1.

Reclamat huic rei Cepol. in conſ. 14. nu. 2. in ein il.
2 vbi dicit, † quòd licèt procurator Cæſaris non poſſit
adire hæreditatem pro Cæſare, nec iubere ſeruũ Cæ-
ſaris vt adeat, vt l. 2. tit. de offic. procur. Cæſaris, ſi ta-
men facit meliorem conditionem Cæſaris, quoniam
hæreditas eſt opulenta ſine vexatione. tunc rectè po-
teſt ſeruus fiſci iuſſu procuratoris Cæſaris adire, & ra-
ta manebit aditio, quod ita voluiſſe glo. aſſerit ſingu-
latem in l. ſi quis mihi bona §. ſi ſeruus. de acq. hær.

Amplia concluſionem, vt procedat, etiam ſi am-
bigeretur, an defunctus deceſſerit teſtatus, an inteſta-
3 tus, † quia in dubio præſumitur inteſtatus, & propte-
reà filium adiuiſſe per iſtum actum conſtituendi pro-
curatorẽ. Ita Bal. in d. cõſ. 200. ver. aut eſt dubiũ, ſi. 1.

Secundò amplia, vt ꝓcedat, ẽtſi notarius in inſtrõ
ꝓcurationis enuntiet in tertiâ perſonâ illũ eſſe hrẽdẽ,
vt Tini, quia nihilominus ex tali inſtrõ ꝓbatur adi-
4 tio hrẽditatis, † cũ p̃ſumatur notariũ illa verba enun-
tiaſſe ex voluntate cõſtituentis, aliàs eſſet falſarius, ꝙ
non eſt p̃ſumẽdum ſi fides eſt adhibẽda. gl. in c. acce-
dens de crim. falſi. Marſ. in conſ. 1. nu. 43. Roſ. à Val.
in conſ. 38. n. 31. vol. 1. Ceph. in cõſ. 179. nu. 24. vol. 2.
Bal. in d. cõſ. 263. n. 2. vol. 1. & ſequitur Marã. vbi ſup.

Intellige, vt procedat cõcluſio, ſi pater deceſſerit,
nullo cõdito teſtõ, & filius certus fuerit de morte p̃di
cta ab inteſtato, ſecus ſi pater perierit teſtatus, quia li-
cèt id non ignorauerit filius, tamẽ quia non aperuit,
5 ex quo capite adeat, vel ſe immiſceat, † cũ ex duplici
capite eſſet ſibi delata hrẽditas, non pr̃ſumitur ex illa
creatione ꝓcuratoris aditio pp ambiguitatem, & ob-
ſcuritatẽ actus, per quem ius non dicitur ei quæſitum,
vt per Bal. in conſ. 200. per tot lib. 1. & faciunt quæ
dicta ſunt ſupra in cõcluſione, aditio per poſſeſſionẽ.

Intellige ſecũdò, vt ꝓcedat cõcluſio, qñ procura-
tor conſtitutus ad adeundũ hrẽditatem adierit ipſam,
vel geſſerit actũ ſibi impoſitũ, & nõ ſtatim, cũ conſti-
tuerim ipſum ad adeundũ hrẽditatem, nam per cõſti-
tutionẽ procuratoris ẽt ſpecialis ad adeundũ non ſe-
quitur me velle ſtatim eſſe hrẽdem, quia qñ mãdo pro-
curatori, vt adeat hrẽditatem, videor tunc animo pen-
dere, vt ante hrẽditas non q̃ratur, quàm per eũ ſit adi-
ta, vt voluit Cy. poſt Iac. de Rauen. in l. 1. ſub nu. 1. C.
qui admitti, & Aret. in l. Paul. col. fi. ff. de acq. hær. li-
cet ibi dicat cõem opinionem eſſe contra Cinum, &
cũ Cino tenet Paul. de Caſt. in d. l. Paul. nu. 4. & Lud.
Rom. ibi nu. . idem voluit Alber. in d. l. 1. C. qui ad-
mitti, in quo loco pauló inferius ſubiungit, id maxi-
mè procedere, ſi hrẽditas eſſet delata mihi. ſ. abſẽti, cu-
jus vires ignoro. Vnde nolo ſtatim adire, ſed mãdare
ꝓcuratori, vt ſi inueniat eã vtile, vt adeat. Vnde non
põt dici, me ſtatim velle eſſe hrẽdem, & hoc idẽ tradit
Cy. in loc. ſup. alleg. & prodidit Dec. in l. 1. in 2. lect. in
3. notab. C. qñ nõ petentiũ partes, vbi iurib. & ratio-
nib. fundat, ex mãdato dato ad adeũdũ nõ induci adi
tionẽ hrẽditatis, ſed req. ẽt actus executionẽ, vt ẽt ani
maduertit excellens D. Francan d. ſua dec. 60. nu. 15.

C O N C L V S I O L.

A R G V M E N T V M.

Plurimi modi recenſentur, per quos hære-
ditatis aditio probatur.

S V M M A R I V M.

1 *Aditio hæreditatis probatur per ſubtractionem rei hære-
ditariæ, & alijs modis, vt ibi remiſſiuè, num. 2.*
2 *Hæredi, quando denegetur officium abſtinendi.*

1 **Aditio** hæreditatis decimoquinto mõ pro-
batur per ſubtractionem † ſiue amo-
tionem alicuius rei hæreditariæ vt ſi ſuus hæres mor-
tuo teſtatore amouerit aliquid de hæreditate, proba-
2 tur ex hoc ipſum adiuiſſe, † & ideo ei erit denegan-
dum beneficium abſtinendi, vt eſt contex. apertus in
l. ſi ſeruũ. §. prætor ait. ff. de acq. hær. ſi quis ſuus, inquit
Vlp. ſe dicit retinere hrẽditatem nolle. aliquid aũt ex
hrẽditate amouerit, abſtinendi beneficiũ nõ habebit.

Amplia, & limita hanc concluſionem, vt colligi-
tur ex dicto textu, & eius glo.

Probatur ẽt multis alijs modis obſeruatis à Iaſ. in
conſ. 112. nu. 2. vol. 4. vt ſi locauit fundos hrẽditarios,
ꝙ placuit Bart. in d. l. gerit. nu. 21. verſ. ſi verò nõ pote
rit, & reſpondit Corn. in conſ. 103. nu 4. vol. 2. & Alc.
in conſ. 52. nu. 1. vol. 3. & in conſ. 126. num. 1 vol. 7. de
de qua locatione, vide per Bal. in cõſ. 13. nu. .. vol. 1.
vel fecit quitationes debitoribus hæreditarijs, aut cõ-
ſtituit aliquẽ, qui negotia hæreditaria adminiſtret, vel
rõnes negotiorũ ſubducat, aut ſoluat legata in teſtõ
relicta, vel quos in teſtõ teſtator ſciuerit, ad peragẽda
ſacra ſacerdotes decernat, vel litigauit, & compromi
ſit tanq̃ hæres, vt reſpondit Alc. in conſ. 574. num 17.
vel alia huiuſmodi quæ citra nomẽ, & ius hæredis fie-
ri non poſſunt, vt l. pro hærede. ff. de acq. hær. nam ex
iſtis actibus probatur aditio hæreditatis, ſecundum
Iaſ. in d. conſ. 112. Pariſ. in conſ. 16. nu. 42 cu. n. ſeque.
lib. 2. Bal. in conſ. 314 nu. 3. lib. 3. in conſ. 400. nu. 2. eo.
lib. & in conſ. 21 nu. 1. lib. 5. & in conſ. 272. nu. 2. eod.
vol. Soc. iun. in conſ. 69. nu. . lib. 1. & Maran. in repe.
d. l. is poteſt nu 48. cum plurib ſeq vbi adnotat viginti
ta octo modos, ex quibus probatur hæreditatis adi-
tio, & plenè per Lau. Silu. in conſ. 49. nu. 86. ſed vbe-
rius, & melius, quã alibi iſta materia tractatur à Gali.
Bened. in repetit. c. Raynut. de teſtam. in verb. mor-
tuo itaque teſtatore. il 1. num. 3 7. cum plurib. ſequẽ.
ab Anch. in conſ. 252. nu. 3. & in conſ. 324. nu. 1. & à
Nat. in conſ. 140. num. 12. vol. 1.

C O N C L V S I O LI.

A R G V M E N T V M.

Aditio hæreditatis, an per ceſſationem in
non faciendo probetur.

S V M M A R I V M.

1 *Aditio hæreditatis probatur, & præſumitur per non facere.*
2 *Debitor in diem, & ſub pœna ſuccedens creditori ſuo, &
infra talem diem debitum non ſoluit alijs ſucceſſuris il-
lo repudiante, ex hoc non facto aditio probatur, & ibi
vide contrarium. Vel dic.*
*Aditio probatur, ſi debitor in diem, & ſub pœna ſuccedẽs,
& reliqua vt ſupra.*

Aditio etiam hæreditatis probatur per non
facta, vt ſi præfinitus ſit terminus hæ
redi ad adeundum, vel repudiandum, & ipſe hæres in-
1 tra terminum nihil agat: † nã ex hoc non facere præ-
ſumitur, & probatur hæreditatis aditio. l. fi. §. ſin autẽ
hoc. & §. ſi quis aũt temerario. C. de acq. hær. & not.
Bart. in l. quãdiu. in gl. fi. ff. eo. & idẽ Bart. in d. l. gerit.
n. 28. ff. eo. vbi circa hoc adducit rõnes, & alia exẽpla
quæ p te ipſe videre poteris, è quorũ numero illud eſt
2 de debitore, † qui in diẽ, & ſub pœna ſucceſſit creditori
ſuo, & intra illum diẽ ipſe non ſoluit debitũ aliis, qui
ſuccederent illo repudiante: nam ait Bar. in d. l. gerit.
ex hoc non facto ꝓbari aditionẽ: idq; vnũ cõprobat
trib. rationib. & in d. l. non hoc. C. vnd. legit. vlt. co-
lũna, cui refragatur Bal. in l. ſi certis annis. C. de pact.
latè Alc. in conſ. 20. p tot. li. 6. vbi latiſſimè tuet hanc

partem.

Digitized by Google

partem Nat.in conſ.24.nu.10.& ſeq.lib.1. & dictum eſt ſupra in concluſione,per ſolutionem debiti.

Verùm quoniã hæc latius proſequutus eſt Franc. Mant.de coniect.vlt.vol.lib.12.tit.13.per totum, hic vlterius progrediendi onere me leuauit.ad illũ igitur lector confugito,vbi nõ minus doctè,quam inſigniter concluſionem noſtram explicat.

CONCLVSIO. LII.

ARGVMENTVM.

Per teſtes ſingulares probari aditionẽ hæreditatis, & quo pacto id locum habeat.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis probatur per teſtes ſingulares, dũmodo ſuper eodem deponant, licet de diuerſis actibus.*
2 *Teſtes ſingulares quando probent.*
Singularitas quando non noceat, ibi. & num. 3.
3 *Intellectus D. Innoc. in c. qualiter. de accuſ. & gl. in l. ob crimen. §. fi. de teſtib. & num. 2.*
4 *Opinio Caſtrenſ. in conſ. 113. nu. 2. vol. 1. an ſit tuta, vbi vendens tanquam hæres,pro hoc ſolo actu non probatur hæreditatis aditio.*
5 *Vendens rem hæreditariam, licèt non dicat tanquam hæres ex tali actu ſolo adiuiſſe præſumitur.*
6 *Vendere rem hæreditariam ſimpliciter,vel tanquam hæres, ideſt ad inducendã probationem aditionis hæreditatis.*
Aditio hr̃ditatis eſt actus ſucceſſiuus circa diuerſa negotia.

1 Aditio hæreditatis probatur preterea p teſtes ſingulares, † dummodo deponant ſuper eodẽ,licèt de diuerſis actibus, & aſſertionibus,& ſi vnus teſtis deponat illum,qñ vinum vẽdidit,dixiſſe,ſe tanquam hæredem,vel quia hæres erat, vẽdere,& alius deponat,cũ vendidit,vel emit domũ,
2 dixiſſe tanquam hæredẽ vendere:†hoc caſu licèt ſint ſingulares circa eundem actum, & diuerſi ſint in vẽditionibus,tñ probant: ſecus verò ſi vnus depoſuerit illum tanquam hęredem vendidiſſe,& alius nihil de h ęrede dixerit,licèt eſſet diuerſus actus:quia tunc nõ probant:vt notat Paul.Caſtr.in conſ.113.nu.2.vol.1. vbi ait,ita intelligi dictũ Inn.in c. qualiter. de accuſ. & gl.in l.ob crimẽ.§.fi. ff. de teſt.& Cor.in cõſ.286.p pręſenti,vol.4. Barr. Soc.in cõſ.295.nu.4.vol.2.Gabr. in ſuis concl. tit.de teſt.concl.2 nu.22.lib.1.& ibi adducta,Robert.Maraut. in d. l. is põt. nu.90 ff de acq. hær.ſed qñ agitur de aliquo actu qui ex pluribus, & diuerſis actibus oritur, licèt teſtes ſint ſingulares in actibus quia vnus deponit de vno, & alter de altero, hæc ſingularitas nõ nocet,qum id,de quo q̃ritur pbe
3 tur:†nam hoc dictum Inn.intelligitur,qñ quilibet illorum actuũ,de quo vnus teſtis tm̃ deponit,ſatis eſſet per ſe ad illud,vt aditionem,probandũ , ſi eſſet pbatũ per duos teſtes:quia tunc ex caſu non nocet ſingu-
4 laritas,& ita reſpõdet Paul.Caſt.in d.conſ.113.† q̃ tñ opinio Caſtr.nõ videtur tuta:nam ipſe præſupponit, ꝙ ſi quis vendiderit tanquam heres,ex hoc actu ſolo non probari aditionem hr̃ditatis , quod vr̃ falſum ex
5 ſuprà alleg.†imo ſi quis tñ rem hr̃ditariam vendiderit,licèt nõ dixerit tanquã hæres,ex illo ſolo actu præſumitur adiuiſſe : vt ſuprà notatum eſt in cõcluſione per facta , & Bart.clarè tradidit in d. l.gerit.ff.de acq. hær.quaſi per totam.Ergo multo magis id procedere debet,cùm ſit adiectum nomen hęredis,hoc eſt,quia faciat tanquã hæres. Vnde licet vnus teſtis deponat ſuper tali venditione,illũ tanquam hr̃dem vendidiſſe,& alter nihil dixerit,an tanquam hæres,nec nè,vi-
6 deri probatã aditionẽ,† nã quilibet iſtorũ actuũ ex ſe ſatis eſt ad inducẽdam probationem, ipſum adiuiſſe: vt ex ſupra allegatis in concluſione, per facta,videre eſt.Huius rei rõnem te docebit Soc.in allegato conſ. 29.nu.4.vol.2.vbi eam eſſe aſſerit, quòd aditio hæreditatis eſt actus ſucceſſiuus circa diuerſa negotia:vt l.pro hærede.ff.de acq.hær.quo caſu teſtes ſingulares probant.Et pro iſta ratione multa cumulat Gabriel. in d.concluſ.ſupra allata num.19. lib.1.

CONCLVSIO LIII.

ARGVMENTVM.

Adminiſtrator ſoluẽs an de ſuis, vel pecunis eius,cuius bona adminiſtrat, ſoluiſſe præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator præſumitur ſoluiſſe de pecunijs eius, cuius bona adminiſtrat,non de proprijs. & nu. 3. & quando procedat,nu.4.& quando non procedat. nu. 7.*
2 *Adminiſtrator promittens,vel ſoluens dotem pro ea,cuius bona adminiſtrat poteſt repetere.*
3 *Adminiſtrator ſemper præſumitur facere animo adminiſtrandi,& generaliter in quolibet,præterquam in patre, & in coniuncto, num. 8.*
4 *Adminiſtrator habẽs penes ſe bona debitoris, de quibus poteſt ſibi ſolui,præſumitur de illis ſibi ſatisfeciſſe.*
5 *Res empta non efficitur illius,cuius eſt pecunia, ſed ementis niſi ematur ex pecunia eccleſiæ: quia tunc cenſetur eccleſiæ,& quando procedat,num.6.*
6 *Adminiſtrator piæ cauſæ emens cenſetur ex pecunijs eccleſię, ſecus ſi ab alio, etiam ſi pecunia ſit eccleſiæ. & ibi. contrarium.*
7 *Solutio quando de re aliena facta induceret delictum, non cenſetur adminiſtrator ſoluiſſe de bonis cuius adminiſtrat,ſed de proprijs.*
8 *Adminiſtrator cõiunctus præſumitur ſoluiſſe de proprijs, veluti mater,& frater ſi dotet ſimpliciter, qui cenſetur donare, ſecus ſi ſit extraneus.*

1 Adminiſtratorem pſumi ſoluiſſe de pecunijs eius, † cuius bona adminiſtrat, & non de proprijs,cauit reſpondendo Crau.in conſ.129. nu. 3. lib. 1.qui teſtatur Corn.in conſ 103. col. 2. verſ.ſi autem non apparet, lib. 1. & in conſ.98.col.4.verſ.aut neutro,lib.4.ſentit Alex.in conſ.100. incipiẽt. in Chriſti Saluatoris.in 3.dubio.lib. 2. & ad hãc rem multa adhibere poteris,quæ à nobis tradita ſunt in concluſione,officialis,& in concl.ſolutio , & in concluſ tutor.
Ex hoc illud exijt,vt adminiſtrator promittẽs, vel
2 ſoluens dotem pro ea,†cuius bona adminiſtrat poſſit repetere:vt docuit Bart.ſingul.in l.cum poſt.§. 1.nu. 2.ff.de adminiſtratio.tutor.& Bald.in l.fin. in 3. vol. C.de dot.promiſſ.Adminiſtrator enim ſemper præ-
3 ſumitur facere animo adminiſtrandi , † & non donãdi,arg.dictæ l.cum poſt.§.1.& ibi Bart.& Bald. in d.l. fin.col. 3. verſ. quæro quid in matre , & notat Alex. in conſ.1.vol. 2.& id vt plurimum contingit in quolibet adminiſtratore , præterquam in patre:vt videatur de bonis,quæ adminiſtrat , non de proprijs dotem dediſſe,arg l.fin.C.de dot.promiſſ.l.cum pater. §. genero.ff.de adminiſtr.tut.& notat Anch.in conſ. 300. nu.3.& in conſ.436.nu.3. vbi expreſsè dicit, quemlibet adminiſtratorem diſponendo de rebus ſuæ adminiſtrationi ſubiectis, videri in dubio voluiſſe de illis diſponere,vt ſpectant ad adminiſtrationem , nõ de iure ſuo proprio,quod haberet in illis,arg.dictæ l. cum poſt. §. fin.

4 Amplia concluſionem,†vt etiam præſumatur adminiſtratorem habẽtem penes ſe bona ſui debitoris, de quibus põt ſoluere,de illis,ſibi ſatisfeciſſe,vt decidit Afflic.in deciſ.13. num. 18. & Crauet. in d. conſ. 129. num. 5.

Primò

Primò limita cõcluſionẽ,vt nõ procedat,ſi admini
ſtrator ſit diues,ſolers, & ingenioſus, vel adſint iſtiuſ-
modi coniecturæ,ex qbus poſſit colligi, ſe de proprijs
pecunijs ſoluiſſe:quia tunc pſumptio eſt,illum nõ iu-
re adminiſtrationis id feciſſe, ſecus ſi nõ eſt admodũ
diues,& induſtrius,vt per Com.in d. cõſ.103. & in d.
conſ.98.& Crau.in d.conſ.129.nu.3. & ſeq. & eſt tex.
in l.ſi defunctus.C.arbit.tut.glo.in l. cum oportet. in
verb.ex eius abſentia.C.de bon.quæ lib.Rom.in cõſ.
346.col.fi.in 8.dub.Abb.in conſ.46. tertio dub. lib.1.
Cardin.in conſ.140.col.fin. verſic.ad aliud dicimus,
Alex.in conſ.78.in fin.lib.2.& in conſ.82.col.fi.verſ.
& regulariter.co.vol.Curt.iun.in l.1.col.2.C. de furt.
cum alijs multis adductis per Silua.in conſil.86.nu.2.
vol.2.& Natt. qui multa ad hoc propoſitum adducit
in conſ.358.nu.1. & ſeq. vol.2. Ad coniecturas enim
confugiendum eſt,quando non ſatis liquet, an pecu-
nia fuerit propria,ſecundum Silu.in d.conſ.86.nu.14.
5 Secundò limita, † vt etſi in dubio præſumatur ad-
miniſtratorem emiſſe de pecunia eius cuius bona ad-
miniſtrat,tamen res ſic empta non efficitur illius, cu-
ius erit pecunia,ſed ipſius ementis,vt eſt tex.in l.ſi ea.
C.de rei vendic.& in l. ſi patruus.C. commu. vtriuſq;
iudi.in l.1.C.ſi quis alteri,vel ſibi, & in l. ſi de tua. C.
de donat.inter vir.& vxor.

Sublimita huiuſmodi limitationem, niſi res fuerit
empta ex pecunia eccleſiæ,& ſic piæ cauſæ: quia tũc
fauore ipſius cenſetur eccleſię,& non ementis:vt vo-
luit Gloſſ.in l.ſi vt proponis.& ibi Doct.C.de rei ven-
dicatio.l.3.C. arbitr.tut.in c. inquirendum, vbi Inn.
Hoſt.Io.And.Panor.& * omnes de pecul.clericorum.
Rom.in auth.ſimiliter.C.ad l.Falc.in 10. ſpeciali. &
Tiraq.ac alij allati ab eo in trac.pię cauſæ,priuil.120.
6 Intellige hanc ſublimitationem, † qñ emens huiuſ-
modi rẽ erat adminiſtrator piæ cauſę,ſecus ſi ab alio,
quia tunc non eſſet ipſius eccleſiæ,vel piæ cauſæ, ſed
emẽtis,licèt de pecunia eccleſiæ mercatus ſit, ita tra-
didere Iac.Aret.Bart. Bald. Paul. de Caſtr. & omnes
* in d.l.ſi vt proponis.C. de rei vendic. quos ſequitur
Tiraq.in dicto priuil.120. in fin. & hoc ex rationibus
adductis per alleg. Docto.in d.l.ſi vt proponis.

Aduertẽdum tamen eſt,dum dictum fuit, in dubio
præſumi adminiſtratorẽ emiſſe de pecunia eius, cu-
ius bona adminiſtrat,ab hoc diſſentire Capr.in conſ.
13.nu.6.vbi dicit, ſi dubitetur de cuius pecunijs cen-
ſeantur empta bona per adminiſtratorem, præſumi
in dubio empta ſua ipſius pecunia, arg. d. l. ſi defun-
ctus.ſecundum Bart.in l.Titium.& Meuium. §.alte-
ro.ff de adminiſt. tut. vbi inſuper addit illud, nõ eſſe
concurrendũ ad coniecturas,quas enumerat Accurſ.
in l.cum oportet, in princip. C. de bon.quæ lib.idem
videtur voluiſſe Grat.in conſ.188.nu.16.vol.1.

Tertiò limita concluſionem nõ procedere in illis
7 caſibus, † in quibus propter ſolutionem de re aliena
criminis aliqua ſuſpicio poſſet incidere, vt in tutore,
ſi exponeret pecuniã pupilli pro re ſuo nomine em-
pta:quia tũc,vt delicti ſcrupulus euitetur, præſumitur
potius ſoluiſſe de pecunijs proprijs,quàm alienis,vt p
Corn.in d conſ.103.& in d.conſ.98.vbi ſuprà per do-
ctri.Bart.Bald.Ang.Salic.Fulgoſ.& Paul.de Caſtr.in
l.cum oportet. in princ. ff. de bonis quæ lib. & per
Capt.in d.conſ.13.num.5.

Quartò limita,vt non procedat,qñ perſona, cuius
bona adminiſtrabat, erat coniuncta adminiſtratori.
8 † qa tunc præſumitur ſolniſſe de ꝓprijs pecunijs, arg.
l.2.vbi Bart.& Bald. C. pro ſocio.l.magis.ff.de ſolut.
alleg.per Crau.in d.cõſ.129.nu.a.Bald.in d.l. penult.
C.ſi quis alteri,vel ſibi,& Bart.in d.l.ſi patruus.C. cõ-
munia vtriuſq; iud. Veluti ſi adminiſtratores bono-
rum puellæ ſint mater,vel frater,quia ſi dent ſimpli-
citer in dotem rem propriam, vel cõem, cenſentur
donare. Et quòd hæc ſit verior,& magis communis *
opinio,auctor eſt Alba.in conſ.12.nu. 1. & ſeq. ſecus
autem ſi extraneus impẽdat, & ſoluat pro extraneo,
qui præſumitur ſoluere de pecunijs ipſius extranei,
niſi aliud probetur, ſic cõſuluit Rom.in conſ. 3. col.
2.per text.in l.fin.C.de pign.& conſ.274.Silu.cauit in
conſ.86.nu.2.vol.2.& Crau.meminit in d. conſ. 129.
nu.4. licet ibi diſſentiat à Rom. quoad inductionem
illius l. fin.

Sublimita hanc limitationem, vt non habeat lo-
cum,ſi aliæ præſumptiones contra vrgeant, vt tradi-
dit Bart.& doct.in d.l.cum oportet.in princ. Alex.in
conſ.82.col.fi.verſ.& regulariter, lib. 2. quem ſequi-
tur Crauet. vbi ſupra num. 2.in fin.

CONCLVSIO LIV.

ARGVMENTVM.

An probatio adminiſtrationis tutelæ debeat fieri ſingulatim de rebus adminiſtratis.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrationis tutelæ probatio debet ſpeciatim fieri de rebus adminiſtratis.*
2 *Sententia ferenda eſt ſuper probationibus productis, non ſuper alijs.*
Generalis probatio non ſufficiat.nu.3.
3 *Actor in executione ſententiæ poteſt liquidare res adminiſtratas.*
4 *Verbum poſſum,non denotat neceſſitatem.*
5 *Adminiſtrator creditor illius, cuius bona adminiſtrat, præſumitur ſuum exigi feciſſe.*
6 *Mulier adminiſtrans bona pupilli præſumitur de eius dote ſatiſfacta.*
Secus ſi contrarium probaſſet per librum rationum.
7 *Negotia probantur per ratiocinium. & nu.8.*
8 *Præſumptio cedit veritati,nec pluſquam veritas operatur.*
9 *Adminiſtrator deponens vt teſtis ſuper Calendario nõ audietur, ſecus ſuper contracta eccleſiæ, cuius erat adminiſtrator,à ſe celebrato.*
10 *Adminiſtrator ſimpliciter an poſſit eſſe teſtis.*

1 Adminiſtrationis tutelæ ꝓbationem † de-
bere fieri ſpeciatim de rebus adminiſtratis, & ſuper
illis,ſuper quibus producentur probationes,eſſe ferẽ-
dam ſententiam,non vero ſuper alijs,nec ſatis eſſe,ſi
2 in vniuerſum probauerit,ſe † adminiſtraſſe bona,do-
ctrina eſt Bart.& Alexand.in l.1.numer. 22. Cod. de
eden.

Primò limitatur, quando adminiſtrator non pote-
rat in illo iudicio ſingulas adminiſtrationes rerum
probare,quia tunc ſi generatim fuerit facta condem-
natio ad reddendam rationem adminiſtrationis in
3 vniuerſum † poterit Actor in executione ſententiæ
demonſtrare particulatim de adminiſtratione rerũ.
ſic vno ore protulere Bal. Ang.Fulg.& Sal.in l.edita.
C.de eden.& Alex.in l.1.ff.eod.vbi ait,ita ſentire.gl.
4 magiſt.in d.l.1.ibi poterit,† ſic non arguit neceſſitatẽ,
& idẽ voluit etiã Bart.in l.2.C. de ſent. quæ ſine cert.

Nec id quod ſum dicturus longe abeſt à concl.no-
ſtra,adminiſtrator, n. creditor illius, cuius bona ad-
5 miniſtrat,† præſumitur, ſuum exigendum curaſſe, vt
ſapienter docuit Ang.in l.ſed ſi damnum.§.peculiũ.
per illum tex.ff.de pecul.cui adhæret Affl.ct.in deciſ.
13.nu.16.& aſſentitur Crau.in conſ.129.nu.5.atq; illi
accedit Neuiz.in conſ. 57.nu. 2. vnà etiam conuenit
Soc.Sen.in conſ.92.nu.1.& 8.cum pluribus ſeq.vol 4.

Amplia concluſionẽ,vt etiam procedat in mulie-
6 re adminiſtrante bona pupilli,† quæ itidẽ præſumitur
ſuam recepiſſe dotem,& propterea nõ poteſt ex hoc

petere

petere dotem, ſecundùm D. Borgn. Canal. in ſuo tra-
ctat. de tutorib. nu. 181. qui ad hoc allegat Ang. in d.
§. peculium. & Alex. in l. vẽditores. ff. de verb. oblig.
in quibus tamen locis fateor pauca reperiſſe.

Limita: vt concluſio procedat in re ancipiti non
autem in clara, id eſt, quando iſte adminiſtrator pro-
baret diuerſum ex rationibus adminiſtratis, & calcu-
lis ſubductis, & reuocandis, ſibi quo ad debitum non
fuiſſe ſatisfactum, nihilq; illius pecuniæ accepiſſe, vt
ſibi ipſi ſolueret iuxta ſententiam eiuſdem Caluac.
7 d. tract. de tut. nu. 181. verſ. ſed prędicta. ea ratione † q̃a
negatiua probatur tali pacto, per ea, quæ in ſimili
tradit Franc. Hercul. in tract. de proban. neg. nu. 177.
verſ. ſeptimus modus. & per ea, quę tradit Bar. in l. Ti-
tiæ textores. nu. 2. vbi Alex. & Iaſ. ff. de leg. 1. & idem
Alex. conſ. 55. nu. 24. lib. 4. Gramm. deciſ. 59. nu. 16.
Pariſ. conſ. 139. col. fin. lib. 4. Dec. conſ. 561. nu. 8. Bal.
8 l. 1. col. fin. de eden. vbi Alex. & poſter. quia † tũc præ-
ſumptio cedit veritati, nec magis eſt efficax quã ve-
ritas, vt per Dec. in conſ. 400. nu. 8. & conſ. 444. num.
22. Rol. de Valle. conſ. 99. nu. 10. & ſeq. lib. 1. Afflict.
deciſ. 64. nu. 9. & ſeq. Tiraq. de legib. connubialib. gl.
5. nu. 60. Corn. conſ. 35. num. 6.

Nec illud animaduerſione dignũ in præsẽtia omit-
tam nam, & ſi credatur adminiſtratori editis rationi-
9 bus ſibi non ſatisfactum, † non audiretur deponẽs, vt
teſtis in actu, in quo ageretur de reprehenſione vitã-
da, teſtis eſt Dec. in conſ. 256. nu. 7. Eius tamen teſti-
moniũ audiretur ſuper contractu eccleſiæ, cuius ipſe
erat adminiſtrator, à ſe celebrato Nell. trac. de teſtib.
ſub nu. 22. & Steph. Aufrer. n. 7. & adeas Io. Monach.
& Arch. in c. fin. de teſtib. lib. 6. & ibi Ioan. Andr. in
10 nouell. † ſi verò quæratur à me, an adminiſtrator,
ſimpliciter teſtis eſſe poſſit, conſulat hic Dec. c. in-
ſuper. num. 14. de teſtibus, à quo id intelligere rectè
poterit.

CONCLVSIO LV.

ARGVMENTVM.

Adminicula, an per ſe probent.

SVMMARIVM.

1 *Adminicula non probant per ſe, tamen adiuuant.*
2 *Adminiculum vehemens explet ſemiplenam probationem.*
3 *Adminicula vehementia decidunt cauſam.*
4 *Adminicula pro ſe habenti iudex poteſt iuramentum in ſupplementum præſtare.*
5 *Adminicula duo habens præfertur vnum habenti.*
6 *Teſtis vnus cum fama in cauſa matrimoniali non iungitur ad plenam probationem.*
7 *Adminicula alia vltra famam concurrentia etiam in cauſa matrimoniali faciunt plenam probationem.*

1 Adminicula licet non probent per
ſe, † tamen iuuãt, vt do-
cuit Ant. de Butr. in c. cum cauſam, nu. 12. de probat.
vide Bald. ibidem. nu. 11. cum additio. & Abb. in cap.
præterea. nu. 7. de teſtib.

2 Et vehemens adminiculum † explere ſemiplenam
probationem monuit Bald. in l. ea quidem. C. de ac-
cuſat. Ioan Anna. in cõſ. 59. Hippol. Marſil. in ſingul.
205. & Bald. in conſ. 3. nu. 4. lib. 3.

3 Primò amplia vſque eo procedere, † vt ex vehe-
mentib. adminiculis cauſa decidatur: ſicuti reſpõdit
Bal. in conſ. 400. nu. 9. lib. 5. per text. in c. dilectus. de
ſucceſ.

4 Secundò amplia † vt habenti pro ſe adminicula
poſſit iudex præſtare iuramentum (quod vocant) ſup-
pletorium; iuxta ſententiam Bald. in conſ. 401. num. 3.
vol. 3. & ibi per eum alleg.

5 Tertiò amplia, † vt præferatur ille, qui duo admi-
nicula habet ad idem tendentia, habenti niſi vnum,
ſecundùm Signorol. in conſ. 96. nu. 9. per text. in l. re
coniuncti. ff. de leg. 3. & per alia ibi adducta.

6 Quartò amplia, † vt etſi in cã matrimoniali vnus
teſtis cum fama non iungatur ad faciendam plenam
probationem, vt per Alex. in conſ. 143. lib. 2. & per
Dec. in conſ. 133. col. 2. verſ. vnde etiam dicit. tamen
7 ſi præter famam concurrant alia adminicula, † etiam
in cauſa matrimoniali faciũt plenam probationem,
ita voluit Dominic. in c. 1. §. & quia col. 2. de vſu. in
6. cum quo conuenit Gabr. in ſuis concl. lib. 1. tit. de
probatio. concluſ. 1. nu. 17.

CONCLVSIO LVI.

ARGVMENTVM.

Adulationis mala quã plurima connumerantur, & an adulatoria verba probent.

SVMMARIVM.

1 *Adulatio quælibet præſumitur mala.*
2 *Malitia ſequitur ex adulatione.*
Et in clericis eſt crimen capitale.
3 *Adulatores non ſunt ſumendi pro conſiliarijs Principũ.*
4 *Qui nequiores ſunt hoſtes, quàm qui foris ſunt.*
Qui per leges puniantur.
5 *Verba adulatoria probant, ſi fauore libertatis proferantũ.*
6 *Adulator accuſator eſſe poteſt.*

Adulatio. quælibet adeò teterrimum, &
deteſtandum vitium eſt, vt sẽ-
1 per † præſumatur mala, arg. c. ſunt nonnulli. & ea ſe-
quent. 45. diſt. & notat Luc. de Penna. in l. quemad-
modum. C. de agric. & cenſit. lib. 11. verſ. 127. & 128.
Cuius perniciem Diogenes, vel vt alij volunt Anti-
ſthenes ſentiens, dicere ſolebat, melius eſſe incidere
in coruos, quàm in adulatores. Nam corui nõ come-
dunt niſi mortuos, adulator ẽt viuos deuorat. Quo-
circa idem Luc. de Pen. in eodẽ loco allato dicebat,
2 ex adulatione præſumi ſequi malitiam, ſecundum l.
1. ff. de ſer. cor.

Sed ſciendum eſt, adulationẽ tripartitò fieri ſolere,
primò attribuendo alicui bonũ, ꝙ non habet, è quo-
rum numero fuerunt illi, qui Alexandrum Magnum
modo Iouis filium, modo illum egregijs geſtis Her-
culem ſuperaſſe dictitabant; atq; Ariſtobulus hiſtori-
cus, qui librum conſcripſerat de rebus ab Alex. Ma-
cedone geſtis, in quo multa ſupra veri fidem adulan-
tiſſimè affinxerat.

Secundò nimiũ extollendo bonum, ꝙ habet, qualis
videri potuit Demoſthenes, qui, cum Aeſchines, &
Philocrates, quos præcipuè fuerat in legatione com-
plexus Philippus Rex, à legatione reuerſi, multis alijs
nominibus prædicarent Regem, tum his præcipuè, ꝙ
eſſet formoſus, facundus, & ad bibendum ſtrenuus,
Demoſthenes ita cauillatus eſt, vt diceret, in his lau-
dibus nihil eſſe dignum Reg. Nam primã eſſe fœmi-
narum, alteram ſophiſtarum, tertiam ſpongiarum.

Tertiò approbãdo, & laudando vitium, quod ha-
bet. 11. q. 3. c. nemo. 22. q. 2. c. 1. 46. diſt. c. cleric. & 25.
diſt. §. alias, vt fuit Strathias quidam colax, qui Bianti
ſtupido ſic adulatus eſt, plus bibiſti, quam Rex Alex.
Quod in Alexandro turpiſſimum erat, illi laudi tri-
buit. Neque enim ſtatim laude dignum eſt, quod fit
à principibus. Quinimò adeò hoc vitium eſt execrã-
dum, vt in clericis ſit crimẽ capitale, Caceialup. trac.
de lud. num. 2. Præterea illud cognitu neceſſarium,
3 nonnunquam † à conſilijs adhibendos eſſe principi-
bus adulatores, qui nequiores ſunt hoſtes illis,
qui aperto Marte nobiſcum congrediuntur, arg. cap.
ſi inimi-

ſi inimicus.93. diſtinct. de quibus Vates ille diuinus Pſalmus.27.cecinit,qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autẽ in cordibus eorum. & Diuus Hieronymus in quadã Epiſtola ad Teclam ſolebat dicere, meliora ſunt vulnera diligentis quã fraudulenta oſcula blandientis,vt etiam per Arch.& Ioã.de Tur. Crema.in d.c.ſunt nonnulli,& c.ſequent. Vnde Bias Prienęus interrogatus,quod eſſet animal omniũ maximè noxiũ,ſi de feris,inquit,percunctaris,tyrannus, ſi de mitibus adulator.& Crates Thebanus, eos, qui cum adulatoribus viuerent,aiebat eſſe deſertos, non aliter quã vituli sũt inter lupos, neq; enim illos adeſſe quos oportet,neque cũ ijs qui adſunt, haberent ſocietatem, cum ſint inſidiatores. Poſtremo quàm ſint infelices ij,qui auſcultẽt adulatoribus,Bias erit teſtis, q̃ eos eſſe ſimiles amphoris dicebat, quæ auribus circũ agũtur. Poſſem præterea plurima alia peſtifera hic annectere,q̃ à noſtris ſcribentibus in adulatores memorię traduntur,ſed hoc labore poſſum ſuperſedere, vnicuique.n.ſunt obuia, præſertim apud Alb. in ſuo repertorio in verſ.adulatio. qui per ll. puniuntur. Pauin.tract.de viſit.quæſt.10.2.par.num.10.tomo 3.fol. 179. & quamuis ſit adeò pernicioſa peſtis adulatio,
5 tamen ſciendum eſt,†verba adulatoria probare.ſi fauore libertatis prolata fuerint,arg.l.Paul. & ibi Bart. ff.de fideicom.libe.vt etiam probant,ſi referuntur ad honoratum,vt ab eodem Bart.traditũ eſt in d.l.Paul. in fi.Quinetiam adulatorem accuſatorem eſſe poſſe, eſt caſus ſingularis,tertia.quæſt.2.c.in canonẽ, quem refert Roman.in ſingul.731.

Communia Adulterij.

CONCLVSIO LVII.

ARGVMENTVM.

Adulterij ſcelus improbatur: quibus pœnis olim vindicati fuerint adulteri, & cuius ſit probationis.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium omni iure prohibitum eſt.*
Cuius prohibitione ſequitur prohibitio fornicationis.
Quod mala producat,ibi remiſſiuè, grauiſſimis pœnis puniebatur.
2 *Adulterium graue ſcelus,& grauius ſtupro,& cæteris criminibus,nec ex aliqua cauſa poteſt purgari non debere impunitum relinqui,ibi.*
Et grauiter puniri debet per iudices eccleſiaſticos.
3 *Adulterium eſt de criminibus,quæ fiunt in occulto, & clã committitur.*
Illud eſſe difficillimæ probationis, ibi.
Directè,vel ſpecificè probari non poſſe, ibi.
4 *Adulterium non plenè patet conſpectui,& nu.10.*
5 *Teſtes dicentes vidiſſe aliquos complexu venereo iungi nõ probant ad vltimum neceſſario, & nu.10.*
6 *Adulteriũ probatur præſumptione violenta cum fama, & nu.10.*
7 *Præſũptio in caſu adulterij habetur loco probationis,n.10.*
8 *Sui natura eſſe difficilis probationis, & in adulterio lex eſt contenta ea probatione quæ fieri poteſt.*
9 *Teſtes in cauſa adulterij ſe præciſè vidiſſe coniunctionem veneream deponentes, in ſuſpicionis crimen incidunt, nihil tamen probant.*
10 *Adulterium non poteſt directè probari per conſpectum, ſed per aſpectum quoad coniecturas violentas.*
Et quomodo conuincantur adulteri.ibi remiſſiuè.

1 Adulterij crimẽ,quàm graue, † & exitioſũ ſit,nullus vnquã verbis aſſequi poſſet,ſcelus hoc impiũ nullus vnquam ſatis explicare queat,id facinus indignum nullus pro merito deteſtari poterit,hoc execrandum vitium quã ſit, teſtantur veterum hiſtoriæ,teſtantur monumẽta, dũ pro ſe quiſque in huius ſceleris indignitatem inuehitur,hoc ſenſere decreta Pontificia in c.1. 81.d.& in c.quid in omnibus.32. q. 7. vbi ad verbum ita ſcribitur. Quid in omnibus peccatis adulterio grauius? Quę fuit ſententia D.Petri,vt retulit D. Clemens in Epiſt. ad Iacobum fratrem Domini, in quam etiam paulo poſt idẽ D.Petrus grauiter pronunciat, venenũ adulterij eſſe cunctis malis pernicioſius. Iſtius flagitij atrocitatem execrati ſunt omnes Doct. in c. at ſi cleri. §. de adulterijs.de iud.& præ cæteris Bal.col.pen. in hęc verba loquutus eſt,adulterium reuera eſt crimen infeſtum laicis,& bonis viris,& turbat honorem matrimonij,& etiam famam liberorũ, qua conſiſtit decus gentiũ,vt not.in auth. de nup.in prin. Ang.id admodum exagitauit in §.2.in auth.de mona. vbi tradidit peſſimũ vitium eſſe vxorem alterius adulterare. Idẽ Bal.inte ctatus eſt in conſ.246.viſis actis.lib.4. & Bar. in rubr. ff. de adult. vbi dixere, id crimen præter læſæ maieſtatis eſſe maximũ. Thales verò Mileſius cenſebat adulteriũ eſſe peius periurio. At Sibylla Erythrea apud Lactantium li.de ira Dei.c.22. inter facinora, qbus maximè Deus iraſcitur,atq; irritatur, adulteriũ reponit. Quinetiã Euphron apud Stobæũ.c.6 protulit.Nõ eſſe adulterio maius malũ. Spartani tãto odio adulterium sũt proſequuti, vt eſſet incredibile adulterij crimen apud ipſos inueniri. Quãtopere ab adulterio abhorruerit.Alex.ille Magnus, illud ſatis teſtimonio eſſe poteſt. Nã cũ puella multa nocte ad ipſũ eſſet deducta,cũ eo dormitura,rogauit Rex,vbi fuiſſet tandiu,illa reſpõdente,ſe expectaſſe, donec maritus eſſet cubitũ,miniſtros accitos,acriter obiurgauit. Reducite,inquit,hãc parũ.n.abfuit,quin veſtra culpa fuerim factus adulter. At Dionyſius cũ intellexiſſet filiũ,cui principatum relicturus erat,ingenui viri cõiugem adulteraſſe,iratus interrogauit, an vnquã tale quicquã in patre cõperiſſet.Hic adoleſcens, tu enim, inquit,non habebas patrẽ regem.Nec tu inquit Dionyſius, filium regem habiturus es, ni talia perpetrare deſinas.Tyrannus enim in filio dignũ exhæredatione crimen iudicabat adulterium.Sed quid aliena cõmemoro?ſacrę litterę quantoperè diris adulteros sũt inſectatæ? Hinc in Deut.c.27.dicitur,maledictus, qui dormit cũ vxore populi,p̃ximi ſui,& dicet omnis populus,amen.& Exod.c.20. & Deut. 5. nõ mœchaberis.& Deut.c.22.ſi mœchatus quis fuerit cũ vxore alterius,& adulterium perpetrauerit cũ coniuge proximi ſui,morte moriat̃ & mœchus,& adultera. Sed q̃d hoĩes commemoro? Vel bruta deteſtãdum adulterij crimen quam maximè refugiũt,nulla nouerũt adulteria elephantes,vt retulit Plin.lib.8. c. 5.& ipſi deteſtãtur hominũ adulteria,& morte mulctãt, vt ſcripſit Aelian.li.1.hiſtor.animal.Ciconiã adulterũ,& adulteram interemiſſe aliquando,tradidit idẽ eodẽ in loco lib.15.Columbæ cõiugij fidẽ nõ violant; vt Plin. refert lib. 10. c. 34. Leones acerrimè adulteria leęnæ vindicant,ſi eidem Plin.credimus lib.10.c.3.Quòd ſi tam effrenatam hominum libidinẽ priſcorum deteſtationes,ſanctorum patrum diræ, belluarum exẽpla compeſcere nequeũt,at ſaltem tot ſuppliciorum genera, quæ adulteris ſolent irrogari ab hac præcipiti cupiditate ipſos auertere queant. modò. n. adulteros morti adiudicatos,modò viuos fuiſſe cõbuſtos, modò corpus ſecuri cõciſum,virũ virgis cæſum, mulierẽ naſo mutilatam,virilia amputata, erutum vtrumque oculum,ab equis diſcerptos,crines,& veſtes antè, & retrò in ignominiam inciſas,capitali pœna affectos, varijs in locis apud fide dignos auctores legimus. Quid? Hippomenes Athenarũ Princeps,cũ filiam ex Atalanta Limenẽ in adulterio deprehendiſſet,eã ob ſcelus cũ equo iunxit,qui cũ clauſus alimẽtis careret,

dentes in puellam iniecit. Perhorreſco referens Opiliū Macrinum duos boues miræ magnitudinis viuos ſubitò aperiri, atq; his ſingulos milites adulterij reos inſeri iuſſiſſe, capitibus, vt ſecū colloqui poſſent, exertis. In mentē veniat adulteris, Aurelianum Imperatorē, militem, qui adulterium cū hoſpitis vxore commiſerat, ita vindicaſſe, vt duarū arborū capita inflecteret, quas ad pedes militis deligarat, eaſdemq; ſubitò dimitteret, vt ſciſſus ille vtrinq; penderet. Hęc multaq; alia ſi ſæpius memoria repeterent adulteri, iſtud vitæ genus, vel feris, vt diximus, deteſtabile abominarent. Poſſem hoc in loco, q̄ plurima alia de prohibitione, & deteſtatione adulterij congerere, ſed multi me hoc onere leuarunt, præſertim Egyd. Boſſ. tract. criminal. tit. de coitu dānato & punib. nu. 47. Bart. de Spina in tract. de poteſtate Papæ ſuper coniug. nu. 121. Tiraq. oīum copioſiſſimè de leg. connub. l. 13. à nu. 1. vſq; ad nu. 27. & ſeq. & ferè ad nauſeam accumulat multa Petr. Foll. ſua prax. cenſual. in verbo Nic. Epiſ. nu. 169, cum plurib. & ſeq. et Hieron. Zannet. in tract.

2 de for. conſ. & cont. nu. 137. vbi tradidit† eſſe grauius ſtupro, & cæteris alijs criminib. Io. Randei in trac. de diſpenſ. §. in his, nu. 1. Et adeò ex ſe malum eſt, vt nulla cā purgari poſſit, Roſel. in tract. de conſ. §. poſtquā, nu. 2. & Foller. d. verbo Nicol. Epiſcop. nu. 30. & Neuiz. in verbo non eſt nubendum fol. 121. col. 2. verſ. 2. reſp. quod verò adulterio ſe contaminans matrimonium violet, ſacrilegiū cōmittere videatur. Paul. Sil. q. 6 nu. 2. fol. 181. Ex adulterio .n. plura incōmoda, & ferè infinita mala oriuntur, vt optimè animaduertit. Neuiz. in ſua Silua nupt. in princ. per. & Foller. in d. verb. Nicol. Epiſcop. nu. 172. Quis igitur hoc crimen ferat? quis impunitū relinquat? veſtra intereſt iudices eccleſiaſtici; qui in Chriſti verba iuraſtis, id ſceleris genus exquiſitis pœnis compeſcere, & vindicare, q̄ vos etiàm monuit. Marc. Mant. in tract. de Spec. iud. nu. 61. præſertim cum neq; diuino, neque humano iure permitti poſſit, vt rectè meminit Foller. d. pract. d. verb. Nicolaus Epiſcopus, nu. 30. & d. nu. 169.

3 Verùm, quia crimen iſtud eſt de illis,† quæ fiūt abditè, & occultè l. cōſenſu. C. de repud. euenit et, vt ſit difficillimæ probationis, vt cūcti ferè in hanc deſcēdere ſnīam, vt Soc. iun. in conſ. 99. nu. 28. vol. 2. Bart. in l. 2. C. de adult. in fi. Iaſ. in l. placuit. C. de iud. Pariſ. in conſ. 32. nu. 4. vol. 2. & in conſ. 6. in fi. vol. 3. Grat. in conſ. 115. nu. 11. vol. 1. & Rimin. ſen. in conſ. 50. nu. 5. vol. 1. neq; poteſt probari directè, vel ſpecificè, vt per Purp. in l. tranſigere. nu. 69. C. de tranſact. ibi, quòd rarò, aut nūquam pōt probari verè adulterium. DD. in c. præterea, & præcipuè. Fel. col. 1. de teſtib. tradit Did. Couar. in epit. in 4. li. decret. 2. par. c. 7. §. 6. in 1. tomo, Ang. conſuluit inter conſ. matrim. conſ. 44. nu. 15. & 16. in lib. 1. & reſpondit Corn. in conſ. 171. lib. 2. & hāc eſſe cōem * opinionem obſeruauit Laurēt. Chirchōnius in ſn. recep. concl. cent. 1. concl. 5. in ver. adulterium, & clām ſolere committi tradidit Alber. de Roſat. in tract. de teſtib. par. 1. § ſupereſt. nu. 24. & c. ſignificaſti. de adult. & c. cū cauſam. de prob. & meminere gl. & Doct. in l. q̄ ait lex. ff. ad leg. Iul. de adult. Pariſ. in conſ. 4 nu. 63. cum ſeq. lib. 4. Dec. conſ. 577. nu. 12. Menoch. conſ. 31. nu. 18. Alex. in l. 2. §. fi. in l. c. 5. ff. de adult. Hyppol. Marſ. in rub. C. de probat. nu. 10. & in conſ. 1. nu. 47. & conſ. 28. nu. 5. vol. 1. conſ. 116. num. 8. vol. 2. Pariſ. in conſ. 137. nu 29. vol. 4. Gozad. conſ. 12. nu. 36. Marc. Mant. ſing. 4. nu. 9. Rol. à Val. in cōſ. 50. nu. 2. vol. 1. Ruſ. in conſ. 149. n. 1. vol. 5. Marſ. in cōſ. 1. nu. 28. & 47. Ioſeph. Regi. ē. in conſ. 97. nu. 31. int. cōſ. cri. vol. 2. cōe * dicit Nic. Bell. ī rep. rub. C. de ede. n. 63.

4 Nam illud opus† non plenè patet viſu, vt vtar verbis. glo. in c. literis. de præſcrip. & docuit Bart. in l. 2. §. fi. ff. de adul. Ang. Aret. in tract. maleſ. in ver. *che bai adulterato la mia donna*, nu. 41. Hinc fit, vt ſi teſtes deponerent vidiſſe complexu venereo iunctos, vel etiā inueniſſe iuuenē in camera diſpectoratum, & caligis

5 diſſolutis, ianua verò clauſa † non tamen neceſſariò probaretur adulterium, contingere enim poſſet, vt mulier eſſet arcta, & vir impotens, vel quod tentauerit ſic agere, vt adulteraret, & tamen non adulterauerit, & ſic potius videtur probari conatus quidā, quàm conſumatio delicti, vt latè per Fel. & * omnes ſcribētes in c. præterea de teſtib. & Grat. in conſ. 50. nu. 2. & ſeq. lib. 2. Lap. alleg. 53. nu. 2. & ſeq. & hanc eſſe ſcribentium * communem ſententiam docuit Gandin. in trac. maleſ. in tit de præſump. & indicijs indubitat. & copioſe per Hyppol. de Marſil. in repet. d. rub. C. de probat. nu. 257. Aym. Crauet. in conſ. 205. nū. 21. Quæ tamen ſententia intelligenda eſt, vt vera non ſit, quādo agitur ad matrimonij ſeparationem, ſecus ſi ageretur ad penam pecuniariam, quia ad condemnationem in criminali non ſufficeret iſta deprehenſio in complexu venereo, ſed tantùm, vt eſt dictum valeret ad ſeparationem matrimonij, vt pulchrè cōſultus reſpondit Philip. Corn. in conſ. 142. nu. 11. & 12. vol. 4. adulterium enim probatur, quando pudenda in pudendis, vel obſcœna in obſcœnis ſunt poſita, ita expreſsè tradit Mar. Blanc. in tract. de indic. homicid. ex propoſ. commiſ. nu. 69. ad leg. fin. ff. de quæſt. C. ita reſpondit Ioſeph. Fontanel. in conſ. 97. num. 33. in 2. vol. cōſiliorum criminalium, & latè docuit Laurentius Chirchonius in ſuis commun concl. concl. 5. cēturia 1. in verb. adulterium. vbi concordantes citat, & in fine atteſtatur ita ipſo conſulente aliàs fuiſſe iudicatum.

Ideò in huiuſmodi probatione ſufficit ferre teſtimonium ſuper eo, quod inducit violentam præſumptionem, & conjecturam adulterij commiſſi: vt in d. c. literis, & ibi glo. & Doct. Et hinc eſt, vt Innoc. in c.

6 præterea, de teſtib. ſentiat † per præſumptionem violentam cum fama probari adulterium. Idem voluit Luc. de Pen. in l. quemadmodum. C. de agric. & cen-

7 ſit. lib. 11. verſ. 60. & Gozad. conſ. 13. nu. 36. † Præſumptiones enim in hoc caſu habētur loco probationis, glo. in d. c. præterea. de teſtib. Dec. conſ. 577. num. 12. Graſ. cum allegat. per eum d. conſ. 50. nu. 3. & 4. Lap.

8 d. alleg. 53. nu. 2. & quia hæc materia † cum ex ſui natura difficilè poſſit probari, vt ſuprà oſtendimus, lex eſt contenta ea probatione, quæ fieri poteſt, vt ex multis allegatis per Iaſ. in l. ſi quis ex argentarijs, num. 20. cum ſeq. ff. de edend. Bart. in l. in illa. ff. de verb. oblig. Bal. in auth. quas actiones. in vlt. col. C. de ſacroſanc. eccleſ. latè per Fely. in c. veniens, il 2. in princ. 10. col. de teſtib. & Grat. in conſ. 50. num. 2. volum. 3. & Bermondus Cherur. in titul. de pub. concub. rub. de adulterio, in verb. ſupereſt. poſt numerum 26. verſ. ego autem Hyppol. Marſil. conſ. 1. num. 47. & cōſ. 116. num. 8. quia concludens probatio non poteſt haberi, & fieri poſſunt probationes præſumptiuæ, vt in probando filiationem, & adulterium, dici Dec. in repet. rub. de probatio. num. 166. verſ. primus eſt, quando talis eſt materia.

9 Vndè teſtes deponentes, † ſe præciſè veneream illorum coniunctionem vidiſſe, in ſuſpicionis crimen incidūt, & nihil probant, ut conſuluit Marſil. conſil.

10 28. num. 5. quia adulterium, ut iam eſt dictum † non poteſt probari directè, & præciſè per conſpectum, ſed rectè per aſpectum quoad coniecturas uiolētas in illo actu conſideratas, ut ſi uir, & mulier uiſi fuerint complexu uenereo iungi, nam hæc depoſitio non eſt directa, & præciſa probatio, ut Fel. d. c. præterea. num. 1. cum allegat. ſed eſt uiolenta præſumptio, quæ facit ueram probationem, ut ſupra. Et quomodo conuincantur adulteri, tradidit Petr. Lenaud. tract. de priuil. doct. q. 49. 4. par. & poſtremò qua ratione poſſit probari, adeundus erit Alb. de Roſa in tractat. de teſtib. par. 5. num. 10. fol. 79.

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO LVIII.

ARGVMENTVM.

An antequam quis ad probationẽ adulterij deueniat, ſit in primis neceſſe probare matrimonium, aliàs ſuccumbat: nonnullaque ſcitu digna ad probādum adulterium traduntur.

SVMMARIVM.

1 *Ad probationem adulterij antequam deueniatur, matrimonium neceſſe eſt probare.*
2 *Adulterium propriè committitur cum nupta.*
3 *Accuſatus de adulterio commiſſo cum Seia vxore Titij, reſpondens cum Seia coiiſſe, non exprimens qualitatem vxorietatis, eſt ab adulterio abſoluendus.*
4 *Accuſator debet probare, mulierẽ cognitam habitã, & acceptam fuiſſe, vt cæteræ ſolent vxores accipi, & haberi.*
5 *Maritus agens contra vxorem iure mariti debet probare veram eſſe vxorem, itemè contra, quando vxor agit contra virum de adulterio.*
6 *Tempus certum, id eſt, annus, & menſis commiſſi adulterij debet poni in libello accuſatorio.*
7 *Probatio temporis certi in libello commiſſi adulterij eſt de ſubſtantia, quo nõ probato, etiam probato delicto accuſatus abſoluitur.*
8 *Capitula ad probandum adulteria quomodo debeant concipi, remiſſiuè.*
9 *Teſtes quomodo, & qui debẽt deponere circa adulterij probationem. ibi remiſſiuè.*
10 *In crimine adulterij nulla datur dilatio ad probandum, tamen fiunt probationes, & ſunt ratæ.*

1 Adulterij ad probationem antequã quis deueniat, † neceſſe eſt huic in primis vt ꝓbet matrimoniũ, & adulterã eſſe vxorẽ, vt Titij, alioqui ſuccũbit, arg. l. ſi vxor. §. ſi ea. ff. de adul. & notat Bal. in l. ita demum. in fi. C. de procur. Bar. in l. ſi cui. §. à filio. ff. de leg. 1. & ibi clarè Iaſ. nu. 7. Rom.
2 in conſ. 167. per totum. † ea ratione, quia adulterium propriè committitur cum muliere nupta. l. inter. & l. ſtuprũ. ff. ad l. Iul. de adulter. & not. Clar. in ſua pract. crim. §. adulterium. verſ. tribus autem modis, vbi tradit alios modos, quibus ꝓbatur adulteriũ. & Placent. in tract. de accuſat. tit. 4. nu. 1. & Paul. Gril. in tract. de pœna omniſat. coit. q. 6. nu. 1. Dec. c. at ſi clerici. §. de adulterijs. in princip. de iud. & glo. ſuper rubr. C. de
3 adulter. & propterea † ſi accuſatus de adulterio ꝑpetrato cũ Seia vxore Titij, reſpondendo accuſationi, dixerit, confiteor me coiiſſe cum Seia, & nihil aliud dixerit circa qualitatem (vt hoc verbo vtar) vxorietatis, nõ poterit puniri de adulterio, ſed abſoluẽdus erit, vt per Bart. & Iaſ. in d. §. ſi à filio ff. de leg. 1. Bart. in conſ. 33. nu. 16. vol. 2. Corn. in conſ. 9. nu. 41. vol. 1.
4 Iſtud tamẽ intellige limitando ſupradicta, † vt quũ accuſator agit, nõ ſit illi neceſſe ꝓbare verã eſſe vxorẽ, vt Titij, ſed ſatis erit ſi ꝓbetur illã habitã fuiſſe, & acceptã, vt ſolent cæteræ vxores accipi, & haberi ſecùs eſt, quando maritus agit contra vxorem iure ma-
5 riti, † quia tunc debet probare veram vxorem, ita intelligit tex. Bat. in l. ſi vxor. §. ſed ſi ea. & §. ſi quis vxorem. ff. de adulter. quod ẽt procedit, quãdo vxor agit contra maritum de adulterio, quia probare debet illum tempore adulterij ſibi extitiſſe maritum, alioqui cauſa cadet, vt dicit Rom. in d. conſ. 167. in princip.
Animaduertat ẽt accuſans adulterium, vt ponat in libello accuſatorio, & in inquiſitione, quæ loco ac-
6 cuſationis ſuccedit, † tempus certũ, atque præfinitum,
* ideſt annum, & menſem, iuxt. tex. vbi Bar. & * omnes in l. libellorum. ff. de accuſat. canonizatũ in c. libellorum. 9. q. 8. & in c. tuæ, & ibi not. de procurat. aliàs ſi non apponeretur certum, & præſcriptum tempus, 1
tunc libellus, vel inquiſitio non procederet etiã parte non opponente, vt in d. l. libellorũ. verſ. quòd ſi libelli, vbi notat Bart. & idem Bart. in l. edita. 2. col. C. de eden. & conſuluit Ioan. de Amic. in conſ. 127. col. 9. verſ. vltima concluſio ſit.
Ex hoc infertur, vt ſi in accuſatione, vel inquiſitio-
7 ne adulterij † apponatur tempus ſtatũ anni, vel menſis, vel diei, tunc probatio temporis ſit de ſubſtantia probationis, vſque eo, vt quamuis delictum probaretur, tamen ſi qualitas temporis nõ fuerit probata, accuſatus ſit abſoluendus. l. denunciaſſe. §. qui tamẽ. & ibi apertiſſimè voluit Bart. ff. de adulter. conſuluit Alex. in cõſ. 175. 2. vol. Bal. in l. & ſi ſeuerior, pen. col. C. ex quib. cauſ. infam. Ioan. de Amicis in d. cõſ. 127. verſ. vlt. concluſ.
8 Capita verò ad probandum adulteria, † quomodo concipi debeãt, docet Ang. Aret. in tract. malefic. in verbor. *che hai adulterato la mia donna*. nu. quadrageſimo, & 41.
Verùm quomodo, & qui teſtes debeant deponere
9 † circa probationem adulterii, dicemus infrà in concluſ. adulterium per teſtes, & videas etiam ad id Clar. latiſſimè in ſua pract. crim. in §. adulterium, per totũ.
10 Illud etiam diligenter animaduertas, † in crimine adulterij nullam dari dilationem ad probandum, tñ fiunt probationes, & ratæ ſunt, vt per Iaſ. in l. in pecuniarijs. nu. 51. ff. de ferijs.

CONCLVSIO LIX.

ARGVMENTVM.

Quomodo teſtes probent adulterium.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes dicentes vidiſſe vnum ſuper alium, probant adulterium, in actibus venereis.*
2 *Carnalis copula per teſtes de viſu teſtimonio probatur, i. lẽ in teſtimonio auditus.*
3 *Fama i crimine adulterij cũ adminiculis ꝑ ibi coadiuuat.*
4 *Teſtis non probaret adulteriũ, ſi diceret, vidiſſe hominem ſuper mulierem, niſi diceret in actibus venereis.*
5 *Vir poteſt eſſe ſuper mulierẽ, & nõ habere rẽ cum illa, & ibi nu. 8. quia vir poſſet eſſe impotens, vel mulier arcta.*
6 *Teſtes dicentes vidiſſe mulierẽ iacentẽ cũ viro. probãt adulterium. uide contrarium nu. 10. ubi & concordantias.*
7 *Idem eſt dicere, Titius iacuit cum Seia, uel adulterauit illã, & probato, quod iacuerit cum illa, dicitur etiam probatum illam corruptam, & nu. 14.*
8 *Idem ſi teſtes dicant, uidiſſe nudũ cum nuda in eodẽ lecto.*
9 *Præſumptio uehemens, & uiolenta in crimine adulterij eſt, uidere nudum cum nuda, & quando. nu. 2.*
10 *Adulterium non cenſeri probatum ex eo, quod quis ſolus cum ſola in thalamo clauſo repertus eſt, & uir habeat ſoluta fœmoralia, & mulier recuſet oſtium recludere.*
11 *Adulterium nõ præſumitur in illis, qui poſſunt tale factũ defenſare, uel propter paucitates ueſtium, uel affinitate, uel dilectionem, conſuetudinem regionis, & temporum.*
12 *Præſumptio uiolenta tollitur in adulterio ex conſanguinitate, quia etiã credebatur, niſi ficta uel ſimulata eſſet.*
13 *Sententia abſolutoria lata in fauorem adulteri ratione cõſanguinitatis, ſi uero poſtea adulteriũ probetur, uel præſumptio eſt, ceſſaſſe non impedit, ne poſſit iterum contra adulterum procedi.*
Adultero abſoluto, adultera abſoluitur, ibid.
14 *Teſtes dicentes uidiſſe ſolum uirum, & mulierẽ in latebris ſe oſculantes, uel amplexantes, probant adulterium.*
15 *Adulterium probatur propter oſculum luxurioſum, uel impoſitionem manus ad mammas.*
16 *Clericus amplectens mulierem, non præſumitur eã adulterij, maximè ſi uetula, uel deformis eſſet, uel alias de qua natura non permitteret hoc ſuſpicari, ut in coniuncta ſanguine, niſi eſſet ſcholaris.*

17 *Teſtes vnus poſt alium per rimulam videntes adulterãtes probant adulterium, & non dicuntur ſingulares.*
18 *Simul fieri dicitur, vbicunque ordo, vel viciſſitudo facti non permittit aliquid fieri ſimul ſed ſucceſſiuè.*
19 *Teſtes dicentes, vnus adulterium commiſſum vna die, & loco, alter alia die, & loco, tamen probant adulterium, vide ibi contrarium.*
20 *Adulterium probatur per teſtes domeſticos, cum ſoleat occultè committi, & ibi quando procedat.*
21 *Adulter, vel adultera in tormẽtis perſeuerãs negãdo ſtãte ꝓbatione prædicta, qñ criminaliter agitur, abſoluitur.*

1 Adulterium primò probatur, ſi teſtes deponant † ſe cõſpexiſ-
* ſe illos complexu venereo iunctos, ſic tradidere* oẽs ſcribentes in d. c. præterea de teſtib. & in c. litteris. de præſum. & Doct. in c. 1. & c. ſignificaſti. de adulterijs, Abb. in c. præterea. nu. 1. de teſtib. & Io. Andr. d. c. pre-
2 terea. col. 4. circa mediũ, verſ. conueniens, vbi ait † per teſtes coniunctionem veneream ſe vidiſſe aſſerentes adulterium probari, quod idem procedere aſſerit in
3 teſtimonijs auditus, ꝗ adminicula, † & fama coadiuuant, dicta col. 4. verſ. præterea D. Io. Mar. Monti. in ſuo reperto. de teſtib. in verb. adulterium.

Hinc diligenter eſſe obſeruandum, vt ſi teſtes tñ deponerẽt, vidiſſe hominem ſupra mulierem, (vt no-
4 ſtri loquuntur) † nec dicerẽt in actibus venereis, adulterium non probarent, cum fieri etiam poſſet, vt cũ illa rem non haberet: vt per Doct. in d. c. præterea de teſtib. in c. 3. loco. de præſumpt. per Marſil. in conſ. 1. nu. 47. & in conſ. 28. col. 2. & per Rol. à Valle in cõſ. 7. nu. 19. vol. 1. quin illud præterea adiunxit Grat. in
5 conſ. 50. nu. 2. † vt etiam ſi teſtes deponant, vidiſſe virum ſuprà mulierẽ in re ipſa, adhuc neceſſariò adulterium non probent, cum euenire queat, vt vir ſit impotens, ſeu mulier arcta: vt vberrimè dicit tradere
* Felin. & * omnes in d. c. præterea & Campeg. tract. de teſtib. reg. 385. quomodo & qualiter.

6 Amplia primò etiã ſi deponant, † ipſos vidiſſe mulierem iacentem cum viro: vt dicit Felin. in d. c. præterea. gl. in l. Cà. Se. ff. de fideicommiſſ. liber. tex. in l. quod ait lex. ff. de adult. & Silu in conſ. 3. nu. 2. vol. 1.
7 † nam idẽ eſt ſi dicas, Titius iacuit cũ Seia vel adulterauit illam: quia probato, Titiũ iacuiſſe cum Seia, dicitur etiam probatum illam eſſe corruptam, ita reſpondit Alex. in conſ. 77. nu. 2. vol. 7. per doctr. Bal. in c. 1. col. 7. verſ. quæro nunquid ſit, idem dicere, quibus mod. feud. amitt. Marian. Soc. in conſ. 34. nu. 15. vol. 2. & Egid. Boſſ. in tract. crim. tit. de coitu dam. nu. 58. Boer. deciſ. 297. nu. 9. vbi alios allegat.

Secundò amplia, vt procedat, etiam ſi deponant
8 † conſpexiſſe nudum cum nuda in eodem thoro cubare, vt text. in d. c. litteris. de præſumpt. & ibi ſcribẽtes in d. c. præterea. Campeg. d. regul. 385. verſ. 7. probatur, vbi dicit, iſtas eſſe ſtrictas preſumptiones, vt nõ ſolum ciuiliter, ſed etiam criminaliter de adulterio,
9 vel ſtupro, ſeu inceſtu quis poſſit condemnari, † hæc enim præſumptio eſt vehemens, & violenta, vt ait Domhaud. in ſua prax. ciuil. c. 178. nu. 14. Lap. alleg. 53. nu. 1. & ſeq. nec ſecundum eum ibi requiritur alia probatio, cum fieri non poſſit, vt per rerum naturam venerea coniunctio poſſit iure probari.

Aliter ſenſit Matheſil. ſing. 119. nota quòd præſũptio, Corn. conſ. 192. in fi. lib. 4. Crauet. conſ. 205. nu.
10 20. vbi nu. 21. poſt Antoniũ Roſellũ reſpõdit † adulterium non cenſeri probatũ ex eo, ꝙ quis ſolus cum ſola in thalamo clauſo repertus ſit, & vir ſoluta hẽat femoralia, & mulier recuſet clauſum reſerare oſtiũ.

Cõciliare poteris hos inter ſe hoc pacto, vt doctrina Matheſil. & aſſectatorum procedat, quãdo agitur in cauſa criminaliter, ſecus ſi ciuiliter, vt ſi agitur ad amiſſionẽ dotis, vt clare ſentit Bal. in conſ. 6. factum tale eſt, quidã, in fin. lib. 5. & declarat Menoc. cõſ. 31. nu. 25. & diximus ſupra in cõmunibus adulterij. nu. 5.

11 Limita hanc ampliationem † nõ procedere in illis perſonis, quæ factum illud defendere poſſunt aliqua ratione, vel propter veſtium inopiã, vel propter affinitatem, vel propter ardorem quendam amoris, vel conſuetudinẽ regionis, & temporũ, quia tunc ex illo
12 ſolo actu non præſumitur adulterium † imo iſta violenta præſumptio tollitur ex illa cõſanguinitate, quæ ibi vera eſſe credebatur, vt notabiliter voluit Iac. de Belui. in ſua pract. crimi. tit. de lenonib. nu. 45. & ſeq. cum iur. ibi per eum alleg. & Ioan. de Amicis conſ. 127. col. fin. verſ. item probatum eſt, vel ſi nõ probauerit affinitatem, vt Iac. de Bel. in auth. vt lic. matr. & aui. ad fi. & Luc. de Pen. in l. queadmodũ. C. de agric. & cenſit. lib. 10. verſ. 80. & idem erit, ſi affinitas, vel illa ſanguinis cõiunctio eſſet ficta, & ſimulata, vel iidẽ reperti nudi ſimul, nullatenus purgarent factũ ſuum, vt per eundem Belu. eo. loco nu. 48. & Aug. in additio. ad Ang. in tract. de male. in verb. *che hai adulterato la mia donna*, in prin. & idem Ang. in eod. verb. nu. 41. & 42. & in l. 2. §. fin. ff. de adult.

Iſtud tamen intellige ſm̃ Ang. in d. l. 2. §. ſi ſic, nam
13 licet ratione ſanguinis coniunctionis † ſnĩa abſolutoria fuerit lata pro adultero, tamen ſi verè poſtea ꝓbari poſſit adulterium, vel quod ceſſauerit illa prẽſũptio orta ex ſanguinis cõiunctionis vinculo, nempè quia poſtea illam duxerit in matrimoniũ, non repugnante prædicta ſnĩa poſſet iterũ procedi cõtra adulterum, & de adulterio cõdemnari, ad quod alleg. tex. in l. ſi quis adulterij. C. de adult. quem notat Tiraq. in tract. ceſſ. cã, in verb. præſũptio, ꝑ alia ibi adduct. Huc reſpexit vates ille feſtiuiſſimus Martialis cũ cecinit.

Quod nubis Proculina, concubino,
Et mœchum modo, nunc facis maritum,
Ne lex Iulia te notare poſſit.
Non nubis Proculina, ſed fateris.

Quod idẽ probatur per l. miles. §. licet. ff. ad l. Iul. de adult. quod ſi abſoluatur adulter, itidem adultera erit abſoluẽda, vt voluit Bapt. à S. Blaſ. in tract. de correl. nu. 29. Hippol. Marſil. in l. ſi quis viduam. poſt nu. 23. in fin. de q. & eius condemnatio non nocet mulieri, ſed ꝓficit abſolutio, vt placuit Iac. de Belui. in pract. crim. tit. de lenoni. verſ. 57. num. 26.

14 Tertiò amplia, vt procedat cõcluſio † ẽt ſi teſtetur, ſe cõſpexiſſe ſolũ virũ, & mulierẽ occultè ſe deoſculantes, vel amplexãtes, Dec. conſ. 577. nu. 12. Hippol. cõſ. 1. nu. 45. vol. 1. & Campeg. d. reg. 385. verſ. 2. quia, ibi, & probatur fornicatio, fol. 139. mihi in paruis impreſſionibus, Abb. in d. c. præterea. gl. 3. in l. 1. de var. & extraord. crim. & ibi Ang. Salic. in l. Gracchus. C. de adult. Aret. in tract. de malef. verſ. *che hai adulterato la mia dõna*, nu... Rol à Val. cõſ. 24. n. 6. vol. 2. Bar. in l. c. 5. nu. 2. ff. de adul. Rui in cõſ. 146. n. 4. vol. 5. Soc. iun. cõſ. 32. nu. 16. lib. 2. & Grat. in cõſ 50. nu. 4. vol. 2.

Huic ſententiæ optimè congruit, quod notat Bal.
15 in c. tuæ de procurat. vbi † propter oſculum luxurioſum, vel ſi manus in papillas immiſerit, probatᷣ adulteriũ, alleg. c. 1. & ibi gl. quib. mod. feud. amitt. quod
* axioma * omnes ſcribentes recentiores, & maximè Dec. ſequuntur in rubr. C. de edend. Sed id quomodo ſit verum, dicemus infrà in probatione per oſculum.

16 Illud tñ limita † non habere locũ in clerico amplexante mulierẽ: qa prẽſumitᷣ, id cã adulterij facere, ſed potius cã benedicẽdi, vel ad pœnitẽtiã cohortãdi, vt gl. in c. adſit 11. q. 3. & Spec. in tit. de præſump. in prin.

Sed reprehẽditur, & reijcitᷣ ab Abb. in c. 1. de cler. nõ reſid. & per Fel. in c. præterea. de teſt. & per Nic. Bell. in repet. rubr. C. de eden. nu. 97. cum alleg. vbi refert Ang. dicentẽ, à tali benedictione libera nos domine.

Non omnino tñ eſt reijciendũ illud, quod dicitᷣ de clerico, præſertim ſi illa mulier eſſet vetula, nimium ſexagenaria vel deformis, & turpiſſima, aut iſtiuſmodi à qua criminis adulterij ſuſpicio abeſſe poſſet, vt in

cap. 1.

c.1.& c.2.de cohab.cler.& mulier.& in l.eũ quẽ probabilẽ.C.de epiſc & cler.& intellexit.Gul.de Bened. in repet. c. Rayn.de teſta. in verſ.duas habens filias. nu.208.alioqui falſam omninò gl.illã arbitror, præſertim ſi clericus ſit ſcholaris: quia tunc deprehenſus in iſtiuſmodi actu non eſt ꝓbabile illũ ibi adfuiſſe,cã dicẽdi pater noſter:vt vtar verbis.Bal.in l. neq; natales. C. de probat.etiam ſi ille clericus eſſet religionis Montis Carmeli,aut Mõtis Oliueti,& quatenus maximus eſſe poſſet religioſus,quia ab hmõi actib. omninò clerici cauere debent,& frequẽter inuiſere mulieres prohibentur, & ſi religioſe, & conſanguineæ ſint.capitulo peruenit.18.quęſtio.2.& per Guliel.Benedicti in d.verb.duas habens filias. num. 209.

Quartò amplia:vt oĩa ſupraſcripta procedant,ẽt ſi
17 hmõi teſtes † viciſſim vnus poſt aliũ viderint adulterantes per rimulã. Abb. in c. præterea.nu.1.de teſtib. Crau.in tract.de teſtib.nu.187.fol.102. nã licet ſimul non viderint, nõ ex hoc dñr ſingulares, ſed ſimul vidiſſe,vt gl.in c. nihilominus.3. q. 8. & de hac re vide Alber.de Roſ.C.de teſtib.l.teſtiũ.n.9.Bal.in l. teſtiũ. C.de teſtib.Ang.in l.quærebatur.n.3. ff. de teſt.milit.
18 Fulg.l.in A retuſa.nu 1.ff.de ſtat.hom.† quia vbicũq; ordo, vel viciſſitudo facti non permittit aliquid fieri ſimul,ſed ſucceſſiuè,illud dr̃ fieri ſimul.l.antiqui.ff.ſi pars her.pet.& l. Aretuſa.ff.de ſtatu hominum.vt per Nell.à S.Gem.in ſuo tract.de teſt.nu.187.& Sicul. in d.c.præterea.de teſt.Cin.Bal.& Sal.in l.teſt.C.de teſt. Io.de Imol.in l.ſi pater captus.ff. de vulg. & pupil.
19 Amplia huiuſmodi ampliationem † etiam ſi teſtis vnus afferat admiſſum vna die, vel in vno loco , & alius altera die,& loco,ita videtur ſentire Spec.tit.de teſt.§.iam de interrogatorijs.verſ. quid ſi vnus teſtis. Iaſ.conſ.11.vol.2.Crauet.conſ.75.nu.3.Soc.iun. cõſ. 99.nu.5.& 7.vol.2.Steph.q.193. in aditio.

In aliam tamen ſententiam deſcendit Io. And. in aditio.ad eundem Spec.vbi ſup.nu.17. & Grat. conſ. 50.n.11.vol.2. & nos infrà dicemus in prob. per teſtes.

Secundò amplia ſupraſcriptam quartam ampliatio-
20 nem procedere,† etiam ſi huiuſmodi teſtes eſſent domeſtici,nã ſi accuſatur maritus, vel vxor de adulterio, adulteriũm probari poteſt per ipſos teſtes domeſticos,quia huiuſmodi delicta ſolẽt fieri clam, & occultè,& non corã multis:vt l.cõſenſu. ff. de repud. & Alber.de Malet.in tract.de teſtib.nu.67.c.2.ita etiã tenet Soc.cõſ.17.n.5.vol.1.& Grat.cõſ.50.n.5. vol.2.

Limita ſupraſcriptam concluſionẽ,& eius ampliationes nõ ꝓcedere, quando agitur criminaliter,quia tunc ex ſimilibus nõ probatur adulterium, ſed ſolùm quoad ſeparationem thori,vt per Mattheſ.ſing. 119. Corn.in cõſ.192.lib 4 Crauet.conſ.205.nu. 20. & 21.
21 † quia in criminali ſtante dicta probatione opus eſt, vt eruatur veritas ex ore vxoris,vel viri adulterantis, qui ſi perſtiterint,& negauerint in tormẽtis, abſoluẽdi ſunt.Bal.in conſ.427.vol.5.& Rom. conſ.451.

CONCLVSIO. LX.

ARGVMENTVM.

Adulterium nunquid probetur, ex pernoctatione mulieris extra domum mariti.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium probatur ex pernoctatione mulieris extra domum mariti, & debet dotem amittere.*

2 *Adulteriũ nõ probaĩ ex pernoctatione mulieris extra domũ viri per ipſũ eiecta, nec ex hoc ipſa repudiare poteſt.*

3 *Adulterium non probatur, ſi mulier palam viro ſciente extra domum pernoctauerit.*

Suſpicio ſiniſtra ceſſat in his,quæ palàm fiunt,ſecus ſi clã: quia ſuſpicio arguitur, ibi.

1 Adulterium probatur ex eo, † ꝙ mulier pnoctauit extra domum mariti.l.cõſenſu.§.vir quoq; pari fine. C. de repud. Aut ipſo inuito,inquiunt Imp.Theod.& Valẽt. ſine iuſta,aut probabili cauſa foris,ſcilicet pernoctãtem.Fely.in c.præterea , de teſtib. & ante eum Ang. in §.minores. de nupt. in auth. Dec. in conſ.577. nu. 10.Boer.in q.297.nu.9.ſequitur Menoch. in conſ.31. nu.21.& vide Alc.reſponſ.25.in fi.Bald. in conſ.221. nam quandoq;.lib.2.vbi conſuluit, ex ſolo diſceſſu à marito vſq; eo mulierẽ in adulterij ſuſpicionẽ incidere,vt illi ſit dos amittẽda,& Grat.in cõſ.50.n.1.vol.2.

2 Primo limita concluſionem non procedere, † qſi vir illam extra domum eiecerit,& illa pernoctauerit apud propinquos , imò etiã apud extraneos, quia cũ ſibi ipſi cãm dederit, mulier excuſatione digna eſt, nec poterit ex hac pernoctatione dare libellum repudij.glo in d.§.vir quoq;,& eſt tex.in §.quia verò plurimas.in authen. vt lic.matr.& aui.coll.8.& ſequitur Crauet.conſ.205,nu.50. verſ. rurſus illa lex.

Secundò limita,quando mulier ſic pernoctaſſet, vt inde ex eo poſſet tolli huiuſmodi ſuſpicio,vt ſi nõ exi-
3 uiſſet clàm,† ſed palam,& ſciente viro, nam tunc ceſſat ſiniſtra ſuſpicio,ex his enim arguitur ſuſpicio,quę fiunt clam l.1.C.de maled.mat.iuxta illud, qui malẽ agit, odit lucem. Et itidem quæ palam fiunt, tollunt omnem ſuſpicionem,vt in hac hypotheſi ſapiẽter conſuluit Crauet.d.conſ.205.nu.4. verſ. ad hæc ſi exiuiſſet.vbi adde.l.non exiſtimo.ff.de adminiſtr.tutor.& l.fi.ff.de rit.nupt.Cin.& Bald.l.nemo. C.de ſacroſ.eccleſ.& alia, per totum, vbi pulchrè examinat iſtam cõcluſionẽ,& declarat context.in d.l. cõſenſu.

CONCLVSIO LXI.

ARGVMENTVM.

Adulterium, an probetur ex deprehenſione viri in domo mulieris formoſæ.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium probatur ex eo,quòd quis inuenitur in domo alicuius,vbi eſt pulchra mulier. & quando procedit,nu. 3.& contra quem.nu.7.& 8.*

2 *Pulchritudo habet multum in præſumendo libidinem hinc inde.*

Mulier formoſa vix poteſt caſtè viuere.

3 *Pulchritudo cum pudicitia litem quaſi perpetuam habẽt ad inuicem.*

4 *Filius non tenetur regulariter dotare matrem,tamen ſi mater ſit pulchra,& pauper,poſſet dici teneri,ne labatur in impudicitiam,& num.5.*

5 *Tria ſunt ſuſpecta ad libidinem in muliere, iuuẽtus, pulchritudo , & paupertas.*

6 *De guſtibus non eſt diſputandum,quia vni formoſa,alteri de formis eſt mulier.*

7 *Sententiæ tot,quot homines,& quot capita,tot ſenſus.*

8 *Homo ſæpe ingreditur domum ſine voluntate mulieris.*

9 *Sanguinis coniunctio tollit præſumptionem ſiniſtram inuenti in domo mulieris.*

10 *Inuentus in domo mulieris de die ingreſſus ex cauſa, quæ poſſit ſuſpicionem tollere,eam tollit.*

1 Adulterium porrò probari ex eo,† ꝙ qs inueniatur in domo alicuius,vbi eſt pulchra mulier,docuit Bart. in l. 2.ff. de fur.in prin.& Abb.in c.præterea,de teſt.et c.literis. de præſump.Luc.de Pen.in l.quemadmodum C. de agr.et cẽſ.li.11.verſ.62.Bal.in l.falſus.in 4.oppo.ff. de fur.Abb.in c.cũ nõ ab hoĩe.col.5.verſ.imò plus dicit

de iud. Ang. Aret. in tract. maleſ. in verb. fama publi-
ca præcedente, col. 5. verſ. quæro, an vnum indicium.
Paris de Put. in trac. de ſindic. in verb. officialis offen-
ſa, per tot Gullel. Bened. in repet. c. Raynut. in verb.
duas habens filias, nu. 209 de teſtam. Doct. in c. 3. lo-
co. nu. 13. de probat. & Cnpeg. d. reg. 385. verſ. 6. pro-
batur. Soc. ìun. conſ. 32. nu. 16. Huic opinioni non ſe
ſubſcripſit Abb. in d. c. 3. loco. de prob. & in c. 3. loco,
de præſump. col. 2. num. 4 cui ſententiæ Abb. aſſentit
Aret. in c. præterea, el 2. de reſtib. & eũdem eſt ſequu-
tus. Dec. in d. c. 3. loco, n. 59. de prob. ea ratione, quod
vir potuerit ingredi domum mulieris, ipſa ignoran-
te & probata ignorantia mulieris, nõ eſt dubitandũ
de veritate iſtius opinionis Abbatis. Verùm ſi dubi-
tetur, an inſcia, vel ſcienter ipſa ingreſſus fuerit iuue-
nis, tunc attẽdenda erit qualitas mulieris, & iuuenis,
& ſecundum eam iudicãdum, vt docuit Dec. in loco
iam allato, nu. 59. & ſtatum dicemus in 1. limit.

Sed inſpiciendum eſt ad Barr. non tantùm loquẽ-
2 tẽ de muliere, ſed de pulchra muliere, † quia illa qua-
litas pulchritudinis multũ momenti habeat ad præ-
ſumẽdã vtrinq; libidinem. Tùm quia mulier formo-
3 ſa vix põt caſtè, & incorruptè vitam degere † pulchri-
tudo enim cũ pudicitia bellũ inter ſe exitiale, inex-
piabile, & interneciũ gerunt, adeo vt lis inter vtran-
que propè perpetua ſit, vt canit Ouidianus ille Paris.

Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.

Et id genus alia multa annotauit Tiraq. de legib.
connub. lib. 2. nu. 6. quo circa concluſio fortaſſis locũ
ſibi vendicare nõ poſſet, qñ vir eſſet deprehenſus in
domo mulieris deformatæ, vt ſentit idem Tiraq. ad
d. l. 2. nu. 9. à quo non vr̃ diſſentire, quod ante eũ ele-
ganter ſcripſerat Bal. Nouel. in trac. de dote, in 6. par.
4 16. ſpecia. col. 2. in fi. vbi in eam deuenit mentem, † &
ſi regulariter filius non teneatur dotare matrem, per
iura ibi allegata, tamẽ ſi mater ſit iuuenis pulchra, &
pauper dicendũ eſt filium poſſe compelli, ne labatur
mater in impudicitiã, vñ ibi Bal. nouel. ad ſuſpicionẽ
5 libidinis ponderat hæc tria † iuuentutẽ, pulchritudi-
nẽ, & paupertatem, & idem ſentit Gulıel. de Cun. in l.
1. de inof. dot. ibi alle tẽs, non cogi filiũ dotare matrẽ,
etiã pauperem, niſi & pulchritudinis qualitas adſit.

Verumtamen vſus rerum optimus magiſter in aliã
ſententiam deſcendere nos docet. Etenim vſq; eo in-
explebilis hominum libido prorumpit, vt & in fœdiſſi-
mas mulieres cupiditatis ignes enouant, nec vllũ fe-
rè diſcrimen conſtituant formoſæ ne an deformes
ſint mulieres. Huc alluſit auctor ille Græcus Stobæus.
c. 5. cum cecinit in hanc ſententiam.

Neque enim quod deforme eſt, caret ſuſpitione.
Neque intemperans eſſe, quæcunq; formoſa eſt, ſolet,
Quædam enim eos, qui ob formam multa largiuntur.
Non ſequitur, multas vero, & mulieres videre.
Non pulchras aſpecta, coeuntes inſatiabiliter
Et his, qui eis vtuntur, multa gratis offerentes.

Ex quibus facilè colligere poſſumus deformatas
mulieres adulterii ſuſpicione non carere, & eo vſque
progredi, vt cũ hæ gratis ob deformitatem minimè
ſolicitentur, pretium libidinis vltro viris offerre, ſua
& maritorũ bona in eam rem profundentes. De qui-
bus ẽt conqueritur Ezequiel. c. 16. omnib. meretrici-
bus dãtur mercedes, tu aũt dediſti cunctis amatorib.
tuis, & dona dabas eis, vt intrarẽt ad te vndiq; ad for-
nicandũ tecum, & Oſeas. c. 4 Ephraim munera dede-
runt amatorib. ſuis idq; potiſſimũ faciunt deformes,
& anus, vel teſtimonio Ariſtophanis Teſmophor.

Ἡδ ὤπαντις διὰ ὄιπ μοιχῶ γραῦς γαμεῖ

Quid igitur mirũ, ſi cũ ea ſit mulierũ effrenata li-
bido, vt nec liberis, nec parẽtibus, nec patriæ, nec reb.
ſacratiſſimis, vt ſuæ cupiditati indulgeãt parcere ſo-
leant, deformi etiam adulterio ſe cõtaminẽt? nec ab
illis viri ſe abſtineant? Præſertim cũ ea ſit vis amoris,
vt quæ vni formoſa, alteri deformis videatur. Facit. n.
amor ob oculos puluerem amantibus, vt non facile
videant, quæ amori reluctãtur. Illæ enim ſunt amoris
ſummi vires, quæ verrucas, & nęuos etiam in iis, quos
amamus commendant. Ii præterea ſunt amoris ingẽ-
tes impetus, vt animi iis rebus pelliceãtur, quibus ab-
ſterreri plurimũ deberent. Hæc cauſa Platoni perſua-
ſit, vt amorem magnum ac veneficũ appellaret. Vi-
de hic optimè cõgruit, quod de Gryllo Vlyſſis ſocio
legimus, quem Circe in ſuem commutarat. Is enim
beneficio Vlyſſis in priſtinam formam reſtitutus nõ
deſiit inclamare, ſecum actũ eſſe infeliciter, quod in
hominem rediiſſet, qui tam ſuauiter antea in ſue vi-
ueret. Turpis enim illius amoris vis ita in animũ ty-
rannidẽ exercebat, vt neque homini redditus huma-
nè ſapere cœperit. Huiuſmodi ſũt illi, q amoris œſtro
perciti mulieres Therſitę faciem habentes deperiũt,
facilius. n. clauũ (vt aiũt) Herculi extorſeris, quã illos
ab illa inſania auerteris. Qua in re clarè liquet, nihil
eſſe verius quàm Virgilianum illud in Buc. Ec. 2.

Trahit ſua quemque voluptas.

Non enim omnibus idẽ eſt ſtomachus, & vt Ho-
merus ille cecinit Odyſſ. 14.

Denique non omnes eadem mirantur, amantque.

Atque Litanus ſeruus apud Plautum in Aſinaria.

Non omnia eadem æquè omnibus, here, ſuauia eſſe ſcito.

Et Plinii lib. 22 c. 24. cum dicit, non eadẽ omnibus
amara eſſe, aut dulcia. Variæ enim ſunt hominũ vo-
luntates, vt reſpõdit Vlp. in l. qa poterat. §. non enim
ff. ad Trebel. c. quia diuerſitatem. in princ. de cõceſſ.
preben. & ibi gl. 1. & glo. in c. ſuper literis, & ibi, & di-
6 uerſitatem corporum, de reſcrip. Et propterea † de gu-
7 ſtibus non eſt diſputandum, eo quod † tot ſint ſentẽ-
tiæ quot capita, vt eſt in prouerbio. cap. ſicut in ſacra-
mentis. §. item ſi poſſet de conſecra. diſtin. 4. ibi, tot
diuerſitates opinionum forſitan inuenirentur, quot
homines numerentur, & glo ſuper verb. opinionum,
& gl. & DD. in c. ſuper literis. de reſcript. & de cõceſ-
ſio. præb. Et illud Ouidii.

Pectoribus mores tot ſunt, quot in orbe figuræ.

Sed tamẽ ſinamus, vt D. Paulus monet ad Roma-
nos 14 in ſuo quenque ſenſu abundare, nos inſtitutũ,
& inceptum perſequamur iter.

Limita igitur, vt procedat concluſio, quoad deli-
ctum attentatum ex parte iuuenti, non antẽ ex parte
mulieris, eſſet enim abſurdum, & abſonum, ſi tantũ-
modo ex illo ſolo actu venerea coniunctio probare-
tur ex parte mulieris, vel delictum perfectum ex par-
8 te iuuenti, † renitẽte namq; & inuita muliere ſępenu-
mero ſolet quis ingredi, vt experientia docet, ita per
Aret. in c. præterea. col. 1. nu. 5. de teſt. Abb. in c. 3. lo-
co, nu. 10. de prob. & in c. cum non ab homine, nu. 19.
verſ. imò plus dicit, de iudi. Diligenter tñ eſt inquirẽ-
dã qualitas iuuẽti, vt ſuſpicari poſſimus, qua ex cã la-
teret in domo, vt per text. in d. c. præterea. in fi. in ver-
bo etenim, quem ad hoc ponderat ibi Aret. d. nu. 5.
pro iſta limitatione faciunt pulchrè dicta per Ioſep.
Fontanel. in conſ. crim. lib. 2. conſ. 97. cum ſeq.

9 Secundò limita concluſionem † quãdo iuuenti in
domo alicuius mulieris, eſſent coniuncti aliqua con-
ſanguinitate, vel affinitate cum illa, nam tũc abſque
dubio tollitur omnis ſiniſtra pręſumptio cõtra illos
repertos, vt conſuluit Ioã. de Amic. in conſ. 127. col.
fi. verſ. itẽ fuit probatum, per tex. in l. non ſolum. §.
1. & notat ibi gloſ. ff. de ritu nupt. & in l. pen. §. ſi verò
pater. vbi & glo. C. de adopt.

10 Item idem procedit, † quando repertus in domo
introiuit interdum ex cauſa, quæ poſſit tollere huiuſ-
modi ſiniſtram opinionem, vt ſi inueniſſet puerũ fi-
lium illius mulieris in via plorantem, illumq; capiẽ-
do deportaſſet intra domum illius mulieris, quia tũc
ceſſat præſumptio concluſionis noſtræ, glo. in l. 1. C.
de ſiccariis, & Ioan. de Amicis in d. conſ. 127. verſ. itẽ
fuit probatum.

Digitized by Google

CONCLVSIO LXII.

ARGVMENTVM.

An adulterium per auditum probetur.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium probatur per auditum copulæ, vel commiſſionis ex tenui pariete, cortina, vel pallio in nocte.*
2 *Probatio viſus quando non poteſt haberi in occultis, auditus concurrente fama habetur pro plena probatione, vide contra, num. 3.*
3 *Adulterium, ſodomia, & ſimilia, nedum non poſſunt per auditum probari, ſed nec etiam per aſpectum, quia directò probari non poſſunt.*
4 *Teſtis de auditu auditus nihil probat, etiam de auditu confeſſionis adulteræ.*
5 *Probatio de auditu per ſe ſola non ſufficit etiam concurrẽte fama ad probandum adulterium, vt ſeparetur matrimonium, niſi alia adminicula, vt amor, vel amplexus, & ſimilia concurrant.*
6 *Singula ſi non proſunt, multa iuuant.*
7 *Copula non probatur deficiente aliquo ex prædictis, niſi tractaretur de præiudicio magno diſſoluendi matrimonium, ſed de impediendo ſufficerent.*

1 Adulterium inſuper probatur p auditum, † vt ſi teſtes de-
ponant, ſe turpis illorum concubitus ſonum auribus
hauſiſſe, vt ſi tenuis paries erat intermedius, vel no-
cturno tempore poſt cortinam, vel aulçam, qua lecti
obducũtur, ſtetiſſent, & nefando cõplexu venereoq;
coitu iungi audiuiſſent, verbaque huiuſmodi ſcelus
2 detegentia percepiſſent: † nam tunc ſi probatio aſpe-
ctus haberi non poterit, iſta probatio auditus concur-
rẽte fama habebitur pro plena probatione, ita Lap.
in alleg. 53. nu. 3. & Feder. Schenc. in tract. de teſt. nu.
44. tom. 13. fol. 38. & Campeg. tract. de teſt. reg. 385.
verſ. 4. probatur, fol. mihi 159. in paruis impreſſioni-
bus, & ver. ſeq. tex. eſt. & ibi Abb. in c. preterea. de teſt.
vbi plenè de hoc ſcribentes, & per Bart. l. 2. ff. de furt.
& in l. c. 5 ff. de adult. & Abb. in c. literis. de præſump.
& alia alleg. per Corſ. in repert. Ab. in verſ. teſtis, &
plura per Alex. conſ. 24. col. 3. verſ. nec obſtat, quòd
iſte teſtis, vol. 2. Anch. cap. præterea, num. 4. de teſtib.
Ruin. conſ. 71. nu. 2. vol. 3.
Cum iſtis tñ non congruit Rol. à Valle in cõſ. 50.
3 nu. 3. vol. 1. vbi dicit † ſodomiam, adulterium, & ſimi-
lia nedum non poſſe probari per auditum, ſed nec ẽt
per conſpectum, cùm directò probari non poſſint, &
Hippol. Marſil. conſ. 28. num. 5.
Et animaduertas, nos dixiſſe de auditu venerei cõ-
4 plexus, & coniunctionis, nam ſecus eſt, † qñ deponũt
de auditu auditus, nempe quòd ab alijs audiuerint,
quia tunc nihil probãt, vt doct. & gl. in c. præterea. de
teſt. vide But. in c. præterea. nu. 9. de teſtib. lib. 2. par. 2.
Etiam ſi deponerent de auditu confeſſionis adul-
teræ, vt Iaſ. in conſ. 22. nu. 3. vol. 1.
Adeo vt nec huiuſmodi probatio de auditu per ſe
ſola ſatis ſit etiam concurrente fama ad probationẽ
adulterij, vt dirimi poſſit matrimonium, vt d. glo. &
5 doct. in d. c. præterea † ſed neceſſe eſt, vt cum teſtimo-
nio, & fama concurrant alia adminicula, vt amor, ri-
ſus, iocus, miſſio nũcij, tactus, cohabitatio, amplexus,
oſculum, & ſimilia, quibus omnibus concurrentibus
fortè ſufficerent, vt inter coniuges fieret diuortium,
6 vt ſentit Felin. in d. c. præterea, nu. 3. † nam quando nõ
proſunt ſingula, multa iuuant, vt in c. literis. de præ-
ſump. & c. cum cauſam. de probat. l. rationes. & l. exẽ-
plo. C. de probat. Ouid. de remed. amoris.
Forſitan hæc aliquis, nam ſunt quoque, parua vocabit:
Sed quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.
Afflict. deciſ. 13. num. 24. & eſt * communis opinio,
vt atteſtatur Felyn. in d. cap. præterea, num. 5.
Sed altero iſtorũ deficiente non eſſet probata cõ-
7 iunctio, † niſi vbi non tractaretur de tanto præiudicio
diſtrahendi matrimonium, ſed quando ageretur de
impediendo, ſufficerent, vt ſi quis cõtrahere volebat
matrimoniũ cum aliqua, & obijciebatur, id fieri non
poſſe, quia ille cognouerat conſanguineam illius, cũ
qua matrimonio iungi volebat, nam tunc ſufficit le-
uis probatio vnius teſtis, vel ſola fama ad impedien-
dum matrimonium, glo. in d. c. præterea de teſt. per c.
præterea. de ſponſ. & c. ſuper eo. de conſanguinitate.
Quòd ſi intelligere exoptes quomodo probeẽ adul-
terium tam ad matrimonium ſeparãdum, quàm im-
pediendũ, quàm etiam ad omnẽ pœnã imponendã,
conſulas Lap. vbi ſuprà, alleg. 53. & alios referentem
Egid. Boſſ. tract. crim. tit. de rap. mulieris, n. 11. & ſeq.

CONCLVSIO LXIII.

ARGVMENTVM.

An ad excludẽdum matrimonium per rumorem probetur adulterium.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium probatur per ſolam famam ad impediendum matrimonium.*
2 *Adulterium per famam probatur quoad thori ſeparationem, concurrentibus teſtibus de auditu coitus ex tenui pariete.*
3 *Adulteriũ probatur per præſumptionẽ violentã cũ fama.*

1 Adulterium itidem probatur ẽt per
ſolam famam, † quò tñ
ad impediendum matrimonium, nempe ſi quis con-
trahere volebat cũ aliqua, & illi obijciebatur, ſe adul
terio contaminaſſe cum illius conſanguinea, nã tunc
ſi de eo rumor eſt, impeditur illud matrimonium, ita
Bal. in c. preterea de teſtib. nu. 8. & gl. ibi p c. præterea.
de ſponſ. & c. ſuper eo. de cõſang. Cãpeg. tract. de teſt.
reg. 385. quomodo, & qualiter. verſ. tertiò probatur.
2 Amplia, vt ẽt probetur, † quoad ſeparationem tho-
ri, vt ſentit ipſamet gl. in d. c. præterea. vbi illud præ-
terea ſubiũgit, probari ẽt quoad ſeparationem matri-
monij, dummodo concurrãt teſtes de auditu coitus,
nempè ex tenui pariete, & c. vbi ſupra diximus, & iſtã
* gl. ſequuntur omnes * communiter ſcribẽtes, vt atte-
3 ſtatur Aret. in d. c. præterea, & Inn. ibidem inquit, † p
præſumptionem violentã cũ fama probari adulte-
rium, arg. 32. q. 1. quem refert, & ſequitur Luc. de Pen.
in l. quemadmodũ. C. de agri. & cẽſit. lib. 11. verſ. 60.
præſumitur, Alex. cõſ. 189. nu. 10. vol. 6. Io. de Amic.
cõſ. [illegible] verſ. facio tertiã concluſionẽ, & Petr. de Bar-
bo. de Padua. conſ. 96. nu. 1. inter conſilia criminalia,
& 8. per totum, ac Ioan. Crot. in tract. de teſtibus, part.
4. verſ. 4. concluſ. num. 55. & ſequen.

CONCLVSIO LXIV.

ARGVMENTVM.

Nonnulli alij modi connumerãtur quibus adulterium poteſt probari.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium probatur per teſtes dicentes vidiſſe mulierem à viro oſculari, vel manus ad mammas apponi.*
Quod ex ꝑparatorijs probatur, & ibi præparatoria q. ſint.
2 *Mulier an ꝑ oſculũ luxurioſũ amittat dotẽ, ibi remiſſiuè.*
3 *Adulterium probatur per oſculum luxurioſum.*
4 *Intelligentia verborum in rebus venereis, ibi remiſſiuè.*
5 *Adulterium probari non ſolum concubitu, oſculo, immiſ-*

ſione manuum in mamillas, ſed per quemlibet actum inhoneſtum.

6 *Clericus oſculans mulierem præſumitur facere bono zelo.*

7 *Adulterium probatur, ſi mulier, vel vir in eo deprehendatur.*

8 *Deprehenſio in adulterio non ſufficit ad illud probandum. Deprehenſa exponitur, ideſt, conuicta, ibi.*

9 *Deprehenſio in adulterio inducit ex eo infamiam.*

16 *Adulterium manifeſtum quibus modis dicatur probatũ.*

11 *Adulterium probari per collocutionem viri, & mulieris, & quomodo, vide per tutum.*

12 *Adulterium probatur per confeſſionem adulteræ, vide ibi contra.*

13 *Adulterium non probatur confeſſione adulteræ, vel adulteri, maximè impuberis, vel carente genitalibus.*

14 *Impubes, vel carens genitalibus naturaliter nõ poteſt adulterium committere.*

15 *Confeſſio de eo, quod eſt contra naturam, non valet.*

1 Adulterium quinimo probatur, ſi teſtes deponant,† ſe vidiſſe mulierem à viro deoſculari, vt per Rol. à Valle in conſ.50.nu.2. vol. 1. vel in teneris manus immiſcere papillulis, vt ille vates Pontanus cecinit. lib. 1. Amor. in Ant. cinœd. vt per Bal. in c tuę de procura. per c. 1. & ibi gl. tit. quib. mod. feu. dum amittitur, & Bart. in l. c. 5. ff. de adult. & videtur ſentire Dec. in rubr. C. de edē. nam ex præparatorijs adulteriũ probatur. Marc. Blanc. de indicijs, nu.69. tom. 15. fol. 157. & quæ ſint præparatoria, ſiue præludia adulterij, docuit Accurſ. in l. ꝙ ait lex. de adult. ſuper verb. in ipſis alleg. Ouid. *Viſus, & alloquium, tactus, poſt oſcula factum.*

2 Et dixit Blanc. d. tract. nu.69. fol. 157. † vbi cadit illa quæſtio, an per oſculum luxurioſum mulier amittat dotem, de qua vide ibi per ſcribentes, & plenius

3 per Bello per totum, & ꝙ per oſculum †probeť adulterium, ſentire videtur Marc. Ant. Blanc. in rep. l. ſi. ff. de q. nu.69. verſ. præparationes. vbi adducit gl. in l. ꝙ ait lex, & ibi etiam Bart. ff. de adult. licet referat opinionem Budæi in ſuis annotationibus ſecund. annotat.35. aliter ſentientis, vbi declarat, quomodo intel-

4 ligenda ſint †illa verba in rebus venereis, quę etiã ſequitur Ioſeph. Fontanel. inter conſ. crim. lib. 2. conſil. 97. nu.22. & ſeq. & pro concluſione ſentit Bart. in l. 1. C. de extraor. crim. Grat. in conſ. 115. nu.9. vol. 1. vbi

5 plus dicit, †adulteriũ probari non ſolũ per concubitũ, oſculum, manus ad mamillas poſitas, ſed per quemlibet aliũ actum inhoneſtum, vt ẽt dicit voluiſſe Dec. in rub. ext. de iudic. col. 2. & latiſſimè ita ſentit Didacus pito. 2. par. c. 7. §. 6. nu. 3. vbi videtur tenere cum Bello. quòd oſculum, & amplexum non videatur conuictã de adulterio, dicẽs, ex his vitam agere impudicã.

6 Limita concluſionẽ †non ꝓcedere in clerico oſculante mulierẽ, quia ꝓ̃ſumitur diuino adductus amore facere, & cauſa benedicendi eam. c. abſit. 11. q. 3. & Alex. in l. 1. ff. de var. & extraord. crim. & Ang. Aret. de malef. verſ. adult. 2. col. & Bald. in l. quid ergo. §. ſi hæres. ff. de leg. 1. idem dicit Abb. in c. 1. de cleric. non reſid. cum declaratione tamen ibi per eum poſita.

7 Hinc etiam dicitur, adulterium probari † ſi mulier, ſiue vir fuerit deprehenſus in adulterio, nam eo caſu nõ eſt opus. vt teſtis probet adulterium, ſufficit enim probare ipſam fuiſſe deprehenſam in adulterio, ita Hoſt. & Abb. in c. tua fraternitas. de adul. n. 2. & Ant. de But. ibidem num. 2.

Ab hoc diſſidere gl. & Ant. de But. ſibi contrarium in c. ex literar. de eo qui dux. in matr. quã poll. dicen-

8 tes †non ſufficere deprehenſionem, quia illa facit tũ indicium, ideoq; ibid. gl. exponit deprehenſam. i. cõuictã, & bene. iux. tex. in l. 1. & ſibi Bart. C. de pet. bon.

9 ſublat. lib. 10. verũtamen, †quæ in adulterio deprehẽſa eſt, quaſi publico iudicio dãnata eſt, vt rñdit Vlp. in l. palã. §. ſi. ff. de rit. nupt. de quo vide eundem Butr. vbi ſup. & videtur ſentire idem Abb. in c. cum nõ homine. nu.19. de iud. ſecundum diſtinctionẽ ibi poſitã.

10 Adulterium itidem manifeſtum dr̃ probatũ, † vbi conſtat mulierem à marito proprio diſceſſiſſe, & alicui publico concubino adhæſiſſe, vel habere virum aliũ in domo, mẽſa, & lecto, vt in c. tua. c. fi. de cohab. cler. Abb. in c. intellexímus. nu.6. de adult. Vel etiam ſi frequenter viros in ędes ſuas accedere, vt cum illis adulterij cauſa ſe cõmiſceret permittebat, facil. l. palam. ff. de rit. nupt. & quod not. in c. diœceſi. de vſur. & multa per Petr. Barbo. int. conſ. crim. conſ.96. lib. 1. & ſi inuentæ fuerint penès illam mulierẽ literę amatoriæ, ita Pariſ. conſ. 54. nu.64. vol. 4. per l. non epiſtolis. C. de prob. cum alijs per eundem allegatis. Quini-

11 mò ẽt † per collocutionem viri, & mulieris probať crimẽ illud, dumtamen ſit ꝓ̃miſſa trina monitio, nẽpè à marito mulieris, ne cum illo colloqueretur, vel ipſi viro, ne cũ vxore ſua itidem colloqueretur, nam ſi poſt hmõi trinam monitionem inuentus fuerit ipſum cũ illa colloqui, poterit in ipſum animaduerti. Et tali. n. actu oritur maxima, & violenta preſumptio adulterij. Iaſ. in l. tranſigere. nu.5. & 6. C. de tranſac. & Panorm. in c. 3. loco col. pen. de prob. & Ang. Aret. in tract. malef. in verſ. *che hai adulterato la mia donna*. col. 5. verſ. an patre. Et eò magis iſta procedunt, quando hmõi collocutio facta fuerit in loco ſeiuncto atq; ſecluſo, vt Alex. reſpondit conſ. 159. nu. 10. vol. 6. & in auth. ſi quis. C. de adul. Luc. de Pen. in l. quẽadmodũ. C. de agric. & cenſ. lib. 11. verſ. 6 t. & §. is quoq; auth. vt licet mat. & aui. colla. 8. facit. c. ſi quiſquam. de cohabit. cler. & Spec. in tit. de præſump. § ſpecies. nu. 4.

Quòd in dubio crederem eſſe verum, ſi probaretur conſuetudo adulterandi cõtra inuentũ, vt per Rom. conſ. 167. nu. 7. & 8. ſemel enim adultera, ſemper ꝓ̃ſumiť adultera. Ang in auth. de reſt. & ea q̃ p. §. ſi. col. 4.

12 Hic etiam addas, †ꝙ ſi adulter, vel adultera fateretur adulterium, diceretur adulterium probatũ per huiuſmodi confeſſionem, iuxta ſententiã Auguſt. Bero. q. 84. nu. 7. & Maria. Soc. cõſ. 32. nu. 17. cum ſeq. lib. 2.

13 Diſſenſit †tamen ab iſtis Rom. conſ. 167. Iaſ. conſ. 22. vol. 1. Pariſ. conſ. 137. num. 28. & 29. vol. 4. Franc. Herc. in trac. de probãd. neg. nu. 198. verſ. 14. fallit. & Lauren. Siluan. conſ. 50. nu. 41. vol. 1. per ibi adduct.

Et hæc poſterior opinio eò magis procedit, quando confeſſio fuiſſet facta ab impubere, vel carẽte ge-

14 nitalibus, quia tunc non valet, † ex quo naturaliter hoc cõmittere nequit. c. fẽdẽ. de frig. & malefi. c. quãto pro aliquo pen. de diuor. c. 1. de delict. puer. & l. ſi minor 25. annis. ff. de adult. nã hmõi confeſſio eſt fa-

15 cta de eo, †ꝙ eſt contra naturã, nil mirũ igitur ſi irrita eſt, l. confeſſionib. & l. ſeq §. ſi. de interrog. actio.

CONCLVSIO LXV.

ARGVMENTVM.

An teſtes, vnus de vna die, & loco, alius de alia deponẽs, adulterium probent, vbi etiã intelliges nonnullas alias adulterij probationes.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes dicentes adulterium commiſſum vna die, & loco, alter alia die, & loco tamen probant adulterium.*

2 *Teſtes videntes viciſſim vnus poſt alium per rimulam, & foramen virum, & mulierẽ commiſcentes, dicuntur cõteſtes, & probant. & quare, & ibi vide contrarium.*

3 *Teſtes non reducuntur ad concordiam, quando per diuerſitatem actuum non remanet integra probatio, vt probent, ſed vt euitent periurium, & id ſi probatio ſit æquiuoca, ſecus ſi ſuper quolibet actu integra remanet probatio, tunc ſit, vt probent, & euitent periurium.*

4 Cau-

4 *Cautela, vt teſtes in probatione adulterij nunquam poſſint conuenire.*
5 *Adulterium poteſt probari per comitantem ad illud committendum, & ibi per quæ indicia probetur remiſſiuè, vide contrarium nu. 7.*
6 *Teſtes vidiſſe dicentes tales ſe adulterantes per ſpeculum, & tunc cognouiſſe non probant.*
7 *Adulter non poteſt teſtificari pro ſua amaſia, neq; pro alio extraneo, ſi manifeſtus, vel de eo crimine condemnatus eſt, quia eſt infamis infamia can.*
8 *Teſtes deponentes verum eſſe, talem commiſiſſe adulterium, tenentur etiam non interrogati reddere rationem, quia probant, & ſi non fuerint interrogati de cauſa ſcientiæ. ibi, quomodo procedat.*
9 *Teſtes ſuper adulterio deponentes, ſi ciuiliter agatur, & nõ interrogati de cauſa ſcientiæ, ſuper ea non repetuntur.*
10 *Teſtes de credulitate in materia adulterij probant. & ibi vide rationem.*
11 *Adulter quõ conuincatur, & qui ſunt, & quomodo puniatur, & qui magis puniendi ſint adulteri, vel adulteræ.*
12 *Adulteri publici, & procuratores debent à curatis, & prælatis euitari.*
13 *Adulter manifeſtus quis dicitur.*
14 *Adulterium probari per iuramẽtum adulteri, ſed mulier poteſt contrarium probare, vt ibi contrarium.*

1 Adulterium illo † die, & loco fuiſſe perpetratũ ſi quis teſtis deponat, alius aliter aſſerat, ſicq; ſint ſingulares, non idcircò adulterij ꝓbatio euaneſcit, vt ꝑ Capel. Tholoſ. dec. 11. & ibi addit. & dec. 309. ibi. quis Spec. propterea, ꝙ adulterium ſoleat iterari, & repetit. huius rei teſtem laudat Innoc. in c. qualiter, & quando de accuſ. & Collect. in c. ex tenore. de teſt. & tenet Iaſ. cõſ. 11. vol. 2. & dixi ſup. cõcl. 59. in 1. ampl. 4. ampliationis. Et hinc eſt, vt teſtes, q eodẽ tpe nõ viderũt virũ, & mulierẽ complexu venereo iungi, ſed viciſſim,
2 & vnus poſt aliũ, † vt quia viderint per rimã, & foramen mutuo eos coire turpiter, dicunť conteſtes, & ꝓbant, quia cũ iſte actus ſit ſucceſſorius, non videntur deponere ſup diuerſis probationib. ſed ſuper vna tantũ: vt gl. in d. c. nihilominus. 3. q. 9. Cin. & Bal. in l. teſtiũ. C. de teſt. Doct. in l. hac cõſultiſſima. C. eo. Bar. in l. quærebatur. ff. de re mil. & ſup. concl. 59. in ampliat.

Aliter ſenſit eadem Capel. Tholo. deciſ. 309. mota auctoritate Io. Andr. in addit. Spec. tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs, verſ. quid ſi vnus teſtis, licèt in hoc ſe reijciat ad no. per Collect. in d. c. præterea. de teſt. & huic opinioni fauet glo. not. in d. c. nihilominus. 3. q. 9. & cõſuluit Io. de Amic. in conſ. 127. 2. & 3. col.

Diſtinguè, vt per Steph. Aufr. in addit. ad d. deciſ. 309. & 11. & vide Abb. in c. cum tu, de teſt. & ibi Fely. col. 3. verſ. modò iſtis diuerſis, qui omnes videntur in hanc deſcendere ſententiam, vt ſi per reductionem teſtium ad concordiam per diuerſitatem actuum nõ
3 remanet integra probatio ſuper quolibet actu, † tunc non fit reductio: vt probent adulterium, ſed vt euitẽt periurium, & idem eſt, ſi probatio eſt æquiuoca, neceſſariò non concludens intentionem producentis, quia & tunc non probant: ſi autem remanet integra probatio ſuper quolibet actu, tũc fit reductio, vt probent, & euitent periurium, ſecundum ſupra allatos auctores, & intelligit. Bero. q. 84. nu. 4. & 5.

4 Sed animaduertas cautionem, † vt teſtes nunquam poſſint conuenire in probatione adulterij, quę ita eſt, vt reus rogãdum curet actorem, an adulteriũ, de quo agitur, ſemel tantum, an vno loco tantum commiſſũ fuerit, nam ſi confiteatur, nunquam (vt dictum eſt) teſtes poterunt conuenire, ita dicit Spec. in tit. de teſt. §. iam de interrogatorijs. & Io. And. in c. cum Ioã. de
5 fid. inſtr. & Aufr. in add. ad Capel. Tholoſ. q. 309. † & poterit probari per aſſociantem ad id cõmittendum. Nell. in tract. de teſt. nu. 18. tom. 13. fol. 97. & per quæ indicia probetur, adeas Patiſ. de Put. in trac. de Sind. §. quia, n. 3. tom. 12. fol. 135. & Ale. cõſ. 189. n. 1. vol. 6.

6 Limita, ſi teſtes dicant, † tales inter ſe commiſcentes vidiſſe per ſpec. & optimè cognouiſſe, nõ probãt: vt Camp. vt ſup. d. reg. 385. in fi. fol. mihi 140.

Nec illud omittam ſcitu dignum, adulterum non
7 poſſe teſtificari pro amaſia ſua, † neq; pro alio extraneo, ex eo quia eſt infamis infamia canonica, & apertiſſimè ita cõſuluit Iulian. in l. ſcio. ff. de teſti. cui accedit Spec. in tit. de teſti. §. 1. nu. 25. verſ. item excipiť, ꝙ eſt fur. Nell. à S. Gemin. in tract. de teſti. nu. 18. quos refert, & ſequitur Iac. Nouel. in ſuis reg. 216. num. 24. Idem Domhaud. in ſuo tract. de teſt. in prin. nu. 19. & Bal. eo. tract. verſ. 31. ex eo, quia talis dicitur infamis, & Aufr. in ſuo eo. tract. de teſt. nu. 10. & Arch. in cap. præcepimus. 22. q. 5. Io. Camp. tract. de teſt. reg. 39. fol. 18. intellige tamen hanc concluſionem procedere in manifeſto adultero, & qui adulterij crimine eſt dãnatus, vt tradidit Aufrer. d. loco.

Amplia, vt nec ille, qui comitatus eſt aliquem ad committẽdum adulterium, poſſit eſſe teſtis, etiam in cauſa ipſius adulterij, adhibeas ad id Innoc. in c. qualiter, & quando. il 1. de accuſ. contrarium vide ſupra.

Teſtes in materia adulterij deponentes verum eſſe
8 † illos adulterij crimine ſe aſtrinxiſſe, coguntur reddere rationem, etiam non interrogati, ita Bart. in l. c. 5. ff. ad leg. Iul. de adul. Bal. in l. ſolam. col. 2. C. de teſti. ſed ſi non fuerint interrogati de cauſa ſcientiæ, Bald. in c. præterea. de teſti. nu. 21. nihilominus probare docuit, ibiq; etiam idem voluit Inno. dum tamen ſi criminaliter agitur, vt poſſint denuò interrogari ſuper cauſa ſcientiæ, vt veritas eluceſcat, quod ſi malã cãm reddiderint, nihil probabunt, ꝙ ſi iterum rogati non
9 fuerint, probãt nihilominus, † qñ autem agitur ciuiliter, ſecus eſt, nã tunc non conceditur repetitio, vt Bal. in d. c. præterea, & c. cum clamor. de teſt. ibi ẽt Inno.

Quinimò teſtis etiam de credulitate deponens ꝓ
10 bat, † nẽpè ſi dixerit, vidi tales amplexãtes ſe, vel alia facientes, vel in illo loco ſuſpecto, & opinor ipſos perpetraſſe adulterium, nam tunc iſta credulitas concurrit cum aliquo ſenſu corporis, & ideò non repellitur, ita Alex. conſ. 24. col. 4. verſ. nec obſtat, ſi iſtæ mulieres, vol. 2. per doctr. Bart. in l. 2. §. idẽ Labeo. ff. de aq. plu. arc. & per id quod habetur in c. literas. de pſũp.

11 Et adulteri quomodo conuincantur, docuit Pet. Lenauderij in tract. de docto. & cor. priuileg. q. 49. 4 par. verſ. quæro an doctor, & quį ſint. & quomodo puniãtur monuit Paul. in tract. de viſit. q. 10. 2. par. nu. 14. & an magis ipſi, quam adulteræ puniendi ſint, & quare, conſule Spec. de modo gerend. concil. par. 2. rub. 49. nu. 4. tomo 2. fol. 142. & quæ pœna tàm viri, quàm fœminæ ſit, adeas eundem Petr. d. tract. de priuileg. d. q.
12 49. dec. 4. parte † publicos peccatores debere à prælatis, & curatis euitari: vt Spec. ibid.

Adulter verò manifeſtus is dicitur, qui deprehen-
13 ſus eſt in actu veneris, † ex ſolo actu deprehenſionis, ſic tradidit Gulicl. de Peruſ. conſ. 36. nu. 4. inter conſ. criminal. & Camp. tract. de teſtib. reg. 385. quomodo, & qualiter verſ. ſecundò quia in fi.

Illis etiam addi non abſurdè poterit, crimen adul-
14 terij † probari poſſe per iuramentum adulteri dicentis ſe cũ vxore illius cõcubuiſſe. tex. in c. continebať. ibi, viri ſtãdũ eſt, vbi Abb. & cæteri; de deſpõſ. impub.

Aduertendum tamen eſt, illam mulierem non obſtante tali probatione poſſe probare contrarium, vt eſt tex. in c. propoſuiſti. de prob. & ibi Cano. & glo. in c. 1. de frig. & malc. & in c. quod autem. 27. q. 2. & in c. ſi quis acceperit 32. q. 1. & Tiraq. in tract. de retract. Lignag. §. 4. glo. 1. nu. 3. & Bell. in repet. rub. C. de edẽ.

Sed ab hac ſententia receſſit. Curt. iun. in d. rub. C. de eden. ſed eum reijcit, & improbat idem Bello. per ibi plura adducta, & allegata.

CON-

CONCLVSIO LXVI.

ARGVMENTVM.

Aduocatus an in cauſa ſui clientis teſtando probet.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus ſi adhibeatur teſtis in cã ſui cliẽtuli, nihil ꝓbat etiam ſi teſtis ſit in aliquo contractu, vel inſtrõ, ſuper quo agatur, & ipſe fuerit patrocinatus in cauſa, & nu. 15.*
2 *Affectio in teſte inſpicitur ad eum repellendum, & nu. 10.*
3 *Poteſt tamen vt teſtis in actis deſcribi, quæ per clientulum gerũtur in iudicio tpe aduocationis, vt de his teſtificetur in futurum, niſi ſit ſuſpectus etiam ad canonizandum inſtrumentum, vide nu. 12. quomodo procedat.*
4 *Aduocatus non põt eſſe teſtis ẽt in cauſa appellationis, in qua fuit aduocatus in prima inſtantia, ẽt ꝙ in illa non ſit aduocatus, vide ibi contrarium, & qñ admittatur.*
5 *Aduocatus non poteſt eſſe teſtis, quando a parte pecuniam receperit, vt aliam non foueat, vnde nihil probabit.*
6 *Aduocatus ex receptione pecuniæ præſumitur affectionem habere ad cauſam.*
7 *Qui nec in alia, in qua non eſt aduocatus, poteſt eſſe teſtis durante eius patrocinio in vna, quia redditur ſuſpectus. Et ibi vide contrarium, & limitationem.*
8 *Edictum de teſtibus eſt prohibitorium.*
9 *Aduocatus admittitur in teſtem parte contra quam patrocinatur poſtulante, igitur probabit.*
10 *Aduocatus, qui nondum cœpit patrocinari in cã, licet cõuenerit de ſalario, põt eſſe teſtis, & ibi vide contrarium.*
11 *Aduocatus ante incœptũ patrocinium admittitur in teſtẽ.*
12 *Aduocatus teſtis in contractu cõpoſitionis, vel trãſactionis, in ipſa cauſa, in qua fuit aduocatus, poteſt teſtificari.*
13 *Lis finitur per tranſactionem.*
14 *Aduocatus, quando aliter teſtes haberi non poſſunt, poteſt eſſe teſtis ſaltem pro iudicis informatione, vel pro habenda præſumptione.*
15 *Inſtrumẽtum, in quo aduocatus fuit rogatus teſtis, valet, licet poſtea cœperit patrocinari pro parte, in cuius fauorẽ eſt inſtrumentum; ſecus ſuper viribus inſtrumenti, ſi de eo dubitetur.*
16 *Vox ſcripta aduocati facit fidem etiam tempore patrocinij, ſecus vox viua.*
17 *Aduocatus locupletior partibus ſuper modica re admittitur in teſtem.*
18 *Aduocatus poteſt eſſe de teſtis vtriuſque partis voluntate.*
19 *Aduocati dictum cum alio idem.*

1 Aduocatum † ſi in cauſa ſui clientis teſtimonium dicat, non
probare, rñdit Arcadius in l. fi. ff. de teſti. mandatis cauetur, inquit I. C. vt præſides attendant ne patroni in
cauſa, cui patrocinium præſtiterunt, teſtimonium dicant. ita ẽt ſanxit ſummus Pontif. in Romana. eo. tit.
in 6. dixit ẽt Iacob. Egid. in trac. de teſt. nu. 13. & tradidit Alb. de Male. eo. trac. nu. 14. in c. 1. & voluit Albe.
de Roſ. eo. trac. in prin. nu. 13. & in §. expedita 3. part.
nu. 2. docuit Nell. à S. Gemi. eo. trac. num. 31. monuit
Mil. in reper. in verb. teſtis eſſe nõ põt aduocatus, iſto
rũ ſñiæ adhęſit Fed. Schen. in d. tract. de teſt. nu. 36. &
ſequutus eſt Aufr. eo. tract. de teſt. num. 8. nec omiſit.
Bart. in l. deferre. §. idẽ decreuere. tit. de iur. fiſ. Gram.
in conſ. 41. nu. 6. in ciui. Cæph. in cõſ. 65. nu. 22. vol. 1.
Pariſ. cõſ. 57. nu. 17. vol. 4. Ang. conſ. 28. Quib. in locis
2 id propterea eſſe tradidere † nempe pp animi voluntatem in cãm propenſam, quamuis in primis atque
peculiariter de illius vtilitate & cõmodo non agatur
vt per Spec. in tit. de teſt. verſ. ꝙ fuit in eadẽ cauſa, &
gl. in 2. q. 7. & Crau. conſ. 56. nu. 4. & Rot. deciſ. 381. in
no. fuit dubitatum, Sic. in c. 2. de arbi. Bal. & Iaſ. in l. dictantib. C. de teſta. & Hiero. Grat. conſ. 51. nu. 8. vol. 2.
Feli. & alij in c. cũ à nobis. n. 13. verſ. ex ꝑdictis infert
hic Ant. de teſt. Ale in l. ex libera. ff. de quæſt. & in l.
deferre. de iur. fiſ. Io. And. Sicu. Arc. & alij in c. olim
de accu. Phil. Frãc. in c. Romana. vbi eſt caſus, de teſti.
tradit Rauenna in §. 1. inſt. de teſt. pp ꝙ ſtudium diceretur habere conſimilem cauſam, ideò teſtis eſſe non
põt: ſic reſpondit Gram. in d. conſ. 41. num. 15. in ciui.
Fel. in d. c. perſonas. ext. de teſt. & Iaſ. in d. l. dictantib.
col. pen. C. de teſt. Bal. in l. oĩb. C. de teſt. Pariſ. in cõſ.
58. nu. 17. & 84. vol. 4. & Rim. ſen. in cõſ. 415. nu. 18. &
in cõſ. 433. nu. 21. vol. 3. & Grat. in cõſ. 51. nu. 8. vol. 2.

Primò amplia, vt procedat ẽt ſi aduocatus eſſet teſtis in aliquo contractu, vel inſtrõ, ſuper quo nũc ageretur, & ipſe patrocinaretur cauſæ: qa tunc ẽt non poterit teſtis produci, & Spec. de teſti. §. 1. verſ. ꝙ ſi aduocatus, quẽ ſequitur Albe. de Male. in eod. tract. de teſt.
c. 4. nu. 8. Verumtñ etſi aduocatus teſtis eſſe nequeat,
3 † põt tñ deſcribi vt teſtis in actis, quæ gerũtur per cliẽtulum in iudicio tpe aduocationis, vt de his in futurũ
teſtificari poſſit, But. in c. ex literis. nu. 2. de tranſac. vt
etiam poterit teſtis adhiberi ad canonizandũ (ſic cñi
noſtri loquuntur) inſtrm, vt in d. c. ex literis. de tranſactio. & per Franciſ. in c. fi. col. pen. de teſt. in 6.

Qd poſtremò loco diximus, ſic accipiendũ eſt, vt falſum conuincat, qñ aduocatus eſt ſuſpectus teſtis in
inſtrõ, de quo nunc agitur, qa tũc nec teſtium dicere,
nec deponere poterit, licèt per illud inſtrm probet̃ cõtractus, ſi credimus Spe. in tit. de teſt. §. 3. verſ. qd ſi aduo.
ſequit̃ Alb. de Roſ. in ſuo trac de teſt. §. expedita. n. 8.

In contrariã partẽ ampliationis nuper allatæ cõſuluit Crau. in conſ. 56. nu. 14. per ibi plura adducta.

Secundò amplia idem procedere in cã appellatio-
4 nis † vt ſi in prima (vt vocãt) inſtantia fuiſſet aduocatus, in cauſa appellationis non poterit eſſe teſtis etiã
ſi nõ ſit aduocatus, d. c. Romana. de teſtib. ĩ 6. & tenet
Lanfr. de Oria. in tract. de teſt. nu. 90. Nell. à S. Gemi.
eo. trac. nu. 31. Ang. in cõſ. 28. Iac. Nou. in reg. 216. nu.
64. Aufr. eo. trac. nu. 8. Inno. Io. And. & alij in c. inſuper. de teſti. gl. in c. ſtatuendo. in verſ. cognitor. 2. q. 6.
Gram. in d. cõſ. 41. nu. 7. Alber. de Roſ. opinio in trac.
de teſti. §. expedita. nu. 6. cũ hac pugnauit, nempe aduocatum in cauſa appellationis teſtẽ eſſe poſſe, Monticel. in ſuo reper. de teſtib. in verb. aduocatus.

Limita ampliationem non habere locum, qñ in cauſa appellationis producitur contra clientulũ ſuũ
primę inſtantię: quia admittitur: vnde rectè probabit.
ita Io. Andr. in d. c. Romana. & Spe. in tit. de aduoc. §.
nunc tractemus. in fi. & not. in l. fi. de teſti. vt ẽt refert
& ſequitur Philip. Franc. in d. c. Romana. de teſtib. in
6. nu. 4. licet non ſit honeſtum, vt ibi ipſe inquit.

5 Tertiò amplia ẽt procedere, † qñ aduocatus ab altera parte pecuniã recepit, ne alteram foueat, quia linguæ latinæ ſcriptorib. præuaricator rectè dr̃, quia tũc
ẽt non poteſt eſſe teſtis. arg. c. eadem l. 1. q. 1. & ita ſentit Albe. de Roſ. in tract. de teſtib. §. expedita. 3. part.
nu. 4. vbi tenet opinionem veriorem eſſe contra Spec.
in tit. de teſt. §. 1. nu. 75. verſ. quod ſi recepit pecuniã.
6 † dum enim pecuniam recipit, inclinatione volũtatis
in cauſam propendere videtur: vt ipſe Alber. inquit.

Quartò amplia, vt ẽt nõ poſſit teſtis eſſe in alia cau
7 ſa, in qua non eſt aduocatus: † nã durante patrocinio
in vna eſt ſuſpectus in alia, Mil. in ſuo reper. in ver. teſtes. nu 6. & Ant. in c. ex literis. de tranſac. & Cæph. in
conſ. 65. nu 22. vol. 1. Ant. in c. ex literis. de tranſact.

Diſſentit tñ Aufre. in d. ſuo trac. de teſte, n. 8 & Lãfrã. de Oria. eo. trac. n. 9. quo ĩ loco improbat, & reijcit
Mil. vbi ſup. & Philip. Franc. in c. poſtremò. de appel.
vbi plenè, & eſt gl. in c. Romana. in fin. de appel. in 6.

8 Ratio eſt, † qa cum edictũ de teſt. ſit prohibitoriũ,
nec à legib. interdictũ deprehendatur, ne aduocatus
in alijs ſuis cliẽtis cauſis, in quibus ipſe aduocatus nõ
eſt, poſſit teſtificari, ex hoc fit, vt ipſe tanq̃ idoneus teſtis teſtĩum ferre, queat, iux. tex. in l. 1. ff. de teſtib. Au-
* fre. d. trac. nu. 8. & hæc eſt* cõmunis opin. contra Mil.

pro

pro cuius confirmatione facit, quod dixit Bar. in l. de ferre. §. idem reſcripſerunt. ff. de iure fiſc. quo in loco affirmat, procuratorem non repelli à teſtimonio in cauſa, quam non agitat, licèt prohibeatur in alia, in qua præſtat patrocinium.

Limita iſtam poſteriorem opinionem non habere locum quando altera cauſa eſt connexa, vel pendet ab illa cui patrocinatur, quia tunc ſecus eſt, vt not. in d. c. poſtremò, & per Io. Andr. in c. 1. de teſtib. in 6. Philipp. Franc. c. fi. eo. tit. in 6.

9 Primò limita concluſionē non procedere, † qñ aduocatus eſt productus cōtra clientulū ſuū in cā cui fauet; hoc optimè teſtatur Accur. in l. fi. ff. de teſt. Albe. de Roſ. in §. expedita 3. par. n. 3. Nel. à S. Gem. eo. trac. de teſti. nu. 31. & Albe. de Male. in tract. eo. c. 4. nu. 5. & ita ſequūtur * oēs Doct. vt atteſtaē Lanfr. de Oria. in ſuo tract. de teſtib. nu. 67. & Spec. in tit. de teſti. §. 1. verſ. qd ſi aduocatus. nu. 75. & Abb. in c. 2. nu. 12. de arbit. & Gui. Pap. ſing. 982. imo iſto caſu pōt cōpelli ad teſtificandū, ſi pars, à qua diſſidet, requirat illū debere examinari, ita ēt Aufr. in d. tract. n. 8. & Ant. de Butr. ī ſuo rep. in verſ. teſtis. in 27. col. p no. à Cyn. & Iac. But. in l. ēt. C. de teſti. & idē no. Bal. in l. mādatis. in prin. ff. eo. tit. & Sign. conſ. 53. nu. 5. Pariſ. conſ. 70. nu. 4. vol. 4.

Secundò limita, nō procedere, poſtq̃ deſijt eſſe aduocatus; qa tunc pōt teſtificari, ita Egi. in ſuo tract. de teſt. nu. 13. & tenet Saly. in l. omnib. C. de teſt. col. 4.

10 Tertiò limita in aduocato † qui nondū cœpit pſtare patrociniū, licet inter illū & clientem cōuentū fuerit de mercede & pmio, & illud eſſet paratus pręſtare: qa nihilominus poterit teſtificari, eſt Accur. doctr. in l. fi. ff. de teſt. q̃ ſequuntur Spec. in d. tit. de teſt. §. 1. nu. 75. verſ. item q dixi, ſequitur Fel. in c. cū à nobis. col. fi. de teſt. Nel. à S. Gemi. eo. tract. nu. 31. de * cōi atteſtatur Lanfr. de Orian. eo. tract. nu. 90. & Alb. de Malet. eod. tract. c. 4. nu. 5. & Io. And. in addi. ad Spec. vbi ſupra, qui reprobat Gui. de Suſ. contrariū tenentem. Et idē voluit Aufr. eo. tract. nu. 8. Alber. tñ in tract. de reprob. teſt. in verb. aduocatus. ſub rubr. qñ teſtes repelluntur ratione affectionis, col. 1. vr̄ dubitari de hac limitatione, quia ex quo conuentū eſt, vt præſtet patrocinium, vr̄ animū, & ſtudium cauſæ addixiſſe, ideò debet repelli ratione illius procliuitatis, prȩterq̃ quod animi propenſa voluntas futura ad cauſam eſt illa, q̃ ipſum in ſuſpicionem adducit, conſequitur ergo, vt ſit repellendus, cuius opinio vr̄ æqua, licet ſit * cōiter reprobata, vt ex ſup. alleg. conſtare videtur.

11 Quartò limita in illo aduocato, † qui prius dictum ſuū depoſuerat, & poſtea cœpit patrocinari, ita Spec. ſecundū Hug. in d. tit. de teſt. §. 1. verſ. item q fuit. nu. 74. ſequitur Abb. in eod. tract. de teſt. in §. expedita. 3. part. in prin. nu. 4. Ro. conſ. 186. circa fi. & Boſſ. eo. tractā. de teſtib. c. de public. proceſſ. & teſt. nu. 117.

12 Quintò limita non procedere, † qñ aduocatus fuit teſtis in inſtr̄o nempe compoſitionis, vel tranſactionis, & ſi in ipſa cauſa, in qua fuit aduocatus, quia tūc poterit eſſe teſtis, & probabit, ita Abb. in c. ex literis. n.
13 1. de tranſactio. vbi reddit rationem † quia per tranſactionē liti finis imponitur, & inſtr̄m in id tēpus tranſfertur, in quo non erat futurus aduocatus. idē no. Bal. in l. fi. ff. eod. de teſtib. & in d. c. ex literis. nu. 5.

Sextò limita ēt non procedere deficientib. alijs pbationib. vt cū aliter veritas haberi non poſſit, vt ſi dicat, aliquid actū fuiſſe præſente ipſo aduocato, & par
14 tib. † nam tunc poterit eſſe teſtis, arg. l. conſenſu. C. de repud. & id ſequitur Io. And. in add. ad Spe. tit. de teſt. §. 1. verſ. item quod fuit, & idem Lanfranc de Orian. in ſuo tract. de teſt. nu. 67. vel 90. & no. Ant. de But. in c. cum à nobis, & Io. de Amic. in conſ. 53. col. 4. in fin. & col. 5. in prin. Crau. conſ. 56. nu. 13.

Vel ſaltem vt doceatur iudex. vel vt præſumptionē eliciat, ita Alb. de Male. in ſuo tract. de teſtib. ca. 4. nu. 6. qui refert & ſequitur Imo. in c. cùm à nobis. e. tit. de teſtib. Matth. Matheſ. ſing. 188. nu. 2.

15 Septimò limita non procedere, † qñ aduocatus anteq̃ inciperet patrocinari fuerat rogatus ad teſtificandum aliquod inſtr̄m, & poſtea cœpit præſtare patrocinium, quia vt ratum ſtabileq; ſit huiuſmodi inſtrumentum valet, licet adhuc ſit aduocatus, ſed ſi oriretur quæſtio ſuper iſtiuſmodi inſtrumento, & ambigeretur de viribus ipſius, non poſſet examinari, ita Abb. in c. ex literis. nu. 1. verſ. & circa hoc, de tranſact. & eſt no. Inn. ibidē, iſtam limitationem Abb. ibidē arbitraē
16 ſingularem, & mirabilē, † nam vox ſcripta aduocati facit fidem ēt tempore patrocinij, vox aūt viua non admittitur, & idem voluit Specu. in d. tit. de teſte. §. 1. verſ. ſed & ſi quis inſcriptus, nu. 75.

Sublimita iſtam limitationem non procedere, qñ
17 aduocatus eſſet locupletior ipſis partibus, † & quæſtio eſſet ſuper re modica, quia tunc ceſſat omnis ſuſpicio, vt in ea hypotheſi, ſuper qua conſulunt Crau. in conſ. 56. nu. 14. vbi probat id per l. cū hi. §. modus. ff. de tranſact. & c. ſi quæſtiones. de ſimonia. Oldr. cōſ. 162. Thema tale eſt P. condidit teſtamentum, & alia.

18 Octauò limita etiam non procedere, † qñ aduocatus product. fuerat ex voluntate vtriuſq; partis, argu. not. in c. 1. de teſt. lib. 6. & Alb. de Male. in ſuo trac. de teſtib. c. 4. nu. 6. vel Albe. de Roſ. eo. tract. §. expedita. 3. part. poſt nu. 3. imo etiam teſtificari coguntur. Bar. in §. penul. nu. 4. in auth. de teſtib.

19 Nono limita etiam non procedere † qñ alius teſtis idoneus eſt adiunctus cum aduocato, quia tunc ratū erit aduocati teſtimonium, ita reſpondit conſultus Io. de Amicis conſ. 121. col. 4. verſ. non obſtat, vbi plura adducit, quæ videas.

CONCLVSIO LXVII.

ARGVMENTVM.

Affectio vbi, & quando præſumatur, & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Affectio præſumitur in eo, q fuit magis honoratus, vel primus nominatus, aut inſtitutus, & qñ procedat, n. 7. & 8.*
2 *Affectio magis præſumitur in filiis legitimis, & naturalibus, quàm in naturalibus tantum.*
3 *Bona ſua deuenire ad infames quenı velle nō præſumitur.*
4 *Naturales filij dicuntur infames, non ſunt in moribus cōtinentes, nec in fide ſtabiles, nec in bello fortes.*
5 *Affectio non cadit in non natos.*
6 *Affectio maior habetur ad iā natos, quàm naſcituros ibi.*
7 *Affectio præſumitur magis in notatis in ſpecie, q̃ in genere.*
8 *Affectio non cadit in incognitum.*
9 *Affectio magis cadit in ſpeciebus, quam pecunijs, quibus non cadit etiam quod vt ſpecies deberetur.*

1 Affectio præſumitur, & probatur in eo † q fuit magis honoratus, vel primus nominatus, aut inſtitutus, arg. l. Publius. ff. de cond. & demon. auth. hoc amplius. C. de fideicom. Corn. cōſ. 161. vol. 2. & conſ. 304. vol. Crau. conſ. 161. num. 5. Marian. Socy. conſ. 21. nu. 19. vol. 1. & Pau. Caſtr. cōſ. 121. col. 2. vol. 1. Anchar. conſ. 38. nu. 1.

Limita non procedere, qñ concurrunt legitimi, &
2 & naturales cum naturalibus filijs tantum, † nam tūc affectio magis præſumitur in filijs legitimis, & naturalibus, quàm in naturalibus tñ, per ea quæ animaduertit Barto. in l. hæredes mei. §. cum ita. col. 1. verſ. et aduerte, quod requiritur. ff. ad Trebell. cum concord. ibi adduct. per Alex quos refert, & ſequitur Tiraq. in l. ſi vnquam. C. de reuoc. dona. in verb. donatione largitus, nu. 302. † nullus. n. eius eſſe mentis exiſtima-
3 tur, vt velit ſub bona puenire ad infames, vt ſunt naturales

turales.c.1.§.naturales. ſi de feu. fuer. controuer. int. do.& agna.vaſ. & ibi Bald. vbi rationem reddens dicit,
4 † quia non ſunt moribus continentes, nec in fide ſtabiles. nec in bello fortes,& eſt tex.in c.ſi gens Anglorum.56.diſt.ſequitur Rip.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ſub nu.8.ff.ad ſenat.cõſul.Treb. Vnde licet naturalis filius ſit in ordine primò nominatus, tñ non attenditur,cũ voluntas refragatur. Rip.vbi ſup.nu.11.

Secundò limita nõ procedere in non iã natis filijs,
5 ſiue nepotibus † nam in iſtos non cadit affectio, arg. l.cum ita §.in fideicommiſſo. & l. pero. §. patre. ff.de leg.2.l.ſi cognatis.ff.de reb.dub.& l.qui filiab.in prin. ff.de leg. 1.vt refert, & ſequitur Bero.q. 127.num. 2.& Iaſ.in d.l.qui filiab.nu.19.vel ſaltẽ quia magis ſumus
6 procliues ad iam natos,† q̃ ad naſcituros,per tex.in d. l.qui filiab.& notat Rimi.Sen.in conſ.223.nu.23.vol. 2.Soc.ſen.in conſ.23.nu.6.vol.1. Soc.iun.conſ.128.n. 95.vol.1.Crau.conſ.173.nu.12.per plura ibi adducta, & in conſ.98.nu.2.

Tertiò limita non procedere, quando nominatio
7 prima eſt facta generatim, & ſecunda ſpeciatim,† quia tunc præſumitur affectio magis in nominatis particulatim arg.l. cum ita §. in fideicommiſſo. ff.de leg.2.l. Titius.cũ gl.,vbi Alex.col.2. ad fin. ff.de lib.& poſth. & idem Alex.conſ.123.diſcuſſis.volum.1.& ſequitur Curt.iun.conſ.57. col.fin.conſ.58.col.2.& conſ.161. col.3.& Crau.conſ.77.nu.12.

Quartò limita,quando prior nominatio eſſet de in
8 cognitis, nam ex illa non præſumeretur affectio † cũ ipſa affectio non cadat in ignotũ, arg.l.Pap.§.1. ff.de inoffi.teſta.l.2.C.eo.& notat. Ang.in conſ.78.num.2. Bal.in l.Lucius.de hæred. inſt. quem refert. Hierony. Grat.in cõſ.64. nu.3.vol.2. per tex.in l.ſi fuerit,cũ ſeq. ff.de leg.3.& Alex.in l.Gallus,n.2.ff.de lib. & poſthu.

Quintò limita,qñ nominatio primo loco facta verſatur circa rem conſiſtentẽ in quantitate, vt pecunia, & ſimilibus, & nominatio facta ſecundo loco ſita eſt in rebus ſingularibus, vt fundus,vinea, domus,& ſimi
9 lia,† tũc enim magis pſumitur affectio in ſpeciẽb. inferiori loco poſitis,q̃ in quantitatib quia in huiuſmodi quantitate nulla cadit affectio,vt l.nummis.de in lit. iuran.Iaſ.in l.planè.§.ſi ita Titio.ſub.nu.4.ff.de leg.1. & in l.ſi duo rei,nu.4.ff.de verb.obli. Pariſ.cõſ. 131.n. 11.lib.4.ẽt ſi quantitas deberet vt ſpecies, gl.notab.in l.ſed ſi certos.ff.de leg.1. & Iaſ.in d.§. ſed ſi ita Titio, nu.4.secus eſt in ſpeciebus,quia in illas propriè cadit affectio,vt per Iaſ.d.l.ſi duo rei,nu.4.de verb.obli.

Reliqua videnda ſunt in concluſione, dilectio, & in concluſione amor.

CONCLVSIO LXVIII.

ARGVMENTVM.

An affinis probet pro ſuo affine.

SVMMARIVM.

1 *Affinis non probat pro ſuo affine, etiam ſi ſit ex vno latere tantum,& nu.10.quando.*

2 *Affinis per lineam tranſuerſalem poteſt teſtificari & probabit,ſecus per aſcendentem.*

3 *Affinis in cauſa criminali ſine diſcrimine repellitur,quãdo eſt accuſatoris,vel partis læſæ, volens contra reum teſtificari,ſecus eſt ad defenſionem.*

4 *Dedecus vnius ex conſanguinitate ad omnes cõſanguineos porrigitur & iniuria facta vni ex familia, toti familliæ facta cenſetur.*

5 *Teſtis in cauſa propria nemo admittitur.*

6 *Affinis ẽt in cauſa à principio ciuili. & poſtmodũ effecta criminali,non teſtificatur. Poteſt tamẽ teſtificari,quãdo lis oritũ ex crimine & in cã agitur ciuiliter dummodo ſit iſtiuſmodi crimen, vt non inferat iniuriã teſti pducto.*

7 *Affinis vtriq; parti impari gradu affinitatis in teſtem admittitur in ciuili,& criminali.*

8 *Teſtis affinis admittitur pro affine ad tuendum eum à pœna homicidij.*

9 *Probationes dubiæ,& à perſonis ſuſpectis, vt à domeſticis, fratribus, & cõſanguineis ad patrociniũ rei admittunt.*

10 *Teſtis affinis pro affine poteſt teſtificari in cauſis ciuilibus paruis.*

11 *Teſtis affinis pro affine non repellitur, ſi lis ciuilis orta eſſet ex crimine,dummodo non inferat iniuriam ipſi affini teſti producto.*

12 *Teſtis affinis dictum non reſcinditur,etiam ſi in eius depoſitione affinitatem negaſſet vide ibi contrarium.*

13 *Affinitas remota valde teſtes non repellit.*

14 *Affinitas vſq; ad quartum gradum impedit,ne quis poſſit teſtificari,vel ad ſummum ad ſeptimum.*

15 *Affinis non repellitur omnino ſed tantum non cenſetur teſtis integer, vel omni exceptione maior, redditur ſuſpectus, nec ſicuti alijs ei creditur, & alijs concurrentibus ſuppletur eius defectus.*

16 *Inhabilitas vnius teſtis ſuppletur per alterius habilitatem.*

1 Affinis non probat † p affine ſuo, iuxta notata in l. parentes.C. de teſt.c.vñ,qui matrim.accuſ.poſ.l.3.ff.de teſtib.Hippol.Marſil.ſequutus eſt conſ.ciuil.4.nu.32.Specu.docuit in tit.de teſt.verſ.ſed nunqd.in fin.Steph. Aufrer. monuit.in tract.de teſt.in verſ.affinis.gl. tradidit in c. accedẽs.il 1.vt lit.nõ conteſt. Guli.de Cun.huic ſñiæ acceſſit in l.cui eorũ.ff.de poſtul.Gram.deciſ.34.n.18. Nepos de Monte Alb. meminit in tracta.de teſtib. in prin.n.6.Albe.de Malet.nõ omiſit eo. tract.de teſtib. 1.par.n.47.Io. Crot.cõſuluit conſ.3.nu.21. Laur.Silu. rñdit in conſ.17.num.10. Alex.cauit in conſ. 13.col. pen.vol.1 Ang.id ſenſit in conſ.261.Neniza.& intellexit in conſ.78.nu.22.Bar.& Bal.in ea fuerẽ opinione in l.aut affinitate.ff.de proc. Mant.poſtremo loco iſtis ſubſcripſit in conſ.205.nu.2.vol.1. Quæ cõcluſio procedit, ẽt ſi affinis tãtum ſit ex vno tantum latere, vt placuit Corn.conſ.298.nu.3. vol.1.

2 Primò limita non procedere,† qñ affinitas eſt per lineã tranſuerſalem (ne à noſtrorum iuris interpretũ dicendi formulis recedam) non aũt per aſcendentẽ, vel deſcendentem,quia tũc poterit teſtificari, & probabit,ita doctè conſuluit Ang. in cõſ.194. incip.viſis proceſſib.2.col.vt refert Iaſ. in l.admonẽdi. in 71.col. de iureiu.& Io.de Amicis conſ.74.verſi.nihilominus in caſu noſtro,& Hippol. Marſ.conſ.ciuil.68.nu.20.& conſ.crim.113.n.27.& ſing.133.Boſſ.in tract. de teſti. nu.62.& vñ ſentire Lanfr. eo.tract. de teſtib. nu.58.& ibi in add.Cel.Crau.conſ.2.nu.9. Pariſ. conſ.86.n.27. vol.3.Alex.conſ.13. col.pen. verſ. quinimò teſtimonium affinis,vol.1.& conſ.133. col.pen.verſ. Bartho. Sancti,eo.vol.Laurent.Silua.conſ.36.nu.8.

Sublimita iſtam limitationem nõ procedere in cã
3 criminali,† nã eo caſu ſine vllo diſcrimine affinis repellitur à teſtificãdo, ſic vnanimes in hanc ſñiam deſcendere Hoſti.in ſumma de teſt.§.2. verſ.vbi autem. Abb.in c.ſup eo.de teſtib.Alex.conſ.280. nu.4.vol.2. Marc.Ant.Natt.in cõſ.53.nu.6.in 1.par.Mant.in cõſ. 56.nu.22.vol.1.Boſſ.in tract.de teſt.nu.105.Alex.cõſ. 24.col.6.verſ.nõ obſtat. vol.2. & conſ.179. col.2.vol. 2.Hippol.conſ.ciui.4.nu.31. cum ſequẽtib. Aret.in c. cũ oporteat.num.11. vbi de * cõi atteſtatur, de accuſ. *
Grat.conſ.75.nu.13.vol.1.Corn.conſ.172.volu.2.qui etiã de * cõi atteſtatur. Saly.in l.2. verſ.quæro vñ glo. *
C.de teſt.Lanfranc.de Orian.in tract.de teſtib.nu.58. Clar.in ſua pract. crim.in §.fin. quæſt.24.verſ. quæro
** modo, vbi de magis ** communi atteſtatur. dicit quidem hanc concluſionem tunc abſque difficultate procedere,quando affinis, vel conſanguineus accuſatoris, vel partis læſæ vult contra reum teſtificari nam

eo

eo caſu proculdubio repellitur, ſed pro defenſione di
cit vidiſſe multoties examinari affines ad probandã
innocentiam rei, licet non ſint integri teſtes. Et ratio
4 huius ſublimitationis eſt, † quia dedecus, in quod inci
dit aliquis de conſanguinitate, ad oẽs conſanguineos
porrigi͠t. Et iniuria, quæ vni ex conſanguineis infert̃,
toti familiæ illata cenſetur, vt r͠ndere Vlpia. & Caius
eadem lege. de lege Corra.
Decimò limita, quando nullo intermedio bona
connexa ſunt caſtro infeudato, præſertim ſi non fue-
26 rint poſſeſſa per alios,quā per dominos caſtri, † quia
feudalia eſſe prædia præſumuntur, ſecundum Nat.in
d.conſ.446.nu.1.arg.c.quanto. de iudi. l. quæ de reli-
gioſis.ff.de rei vendi.& eorum,quę notat Imo. in l.3.
in prin.ff. de acquir. poſſeſſ.
Vndecimò limita,vbi inueſtitus de caſtro. & iuriſ-
dictione vnà cum prædijs ſoluit ampliſſimam pecu-
niam,quæ probabiliter non fuiſſet ſoluta, niſi itidem
27 prædia ab inueſtiente recipiſſet, † quia tunc prædia
ruſtica feudalia præſumuntur,iuxta ſententiam.Nat.
in conſ.460.nu.13.volum. 2.
Duodecimò limita,vbi quis pro bonis ſeruitutem
28 præſtat,vt vaſallus,† quia feudalia præſumuntur eſſe
bona,auctore eod.Nat.in d.conſ.460.nu.5. cum alijs
per eum allegatis.
29 Plures alias præſumptiones ad dignoſcēdum, † an
bona ſint feudalia,an allodialia,tradit Nat.in d.cōſ.
460.num. 22.

CONCLVSIO LXXX.

ARGVMENTVM.

An alloquutio ſummiſſa ad aures faciat indicium tractatus delicti commiſſi, & an probet illud.

SVMMARIVM.

1 *Alloquutio ſecreta ad aures facit indicium tractatus delicti commiſſi,& quando procedat.nu.2. 3. & 4.*
Si ſtatim fuerit commiſſum, vel paruo interuallo, & ibi vide contrarium.
2 *Alloquutio ſecreta poteſt eſſe bona,& mala,in dubio tamē bona præſumitur.& nu. 4.*
3 *His trib.cōcurrētib.alloquutio ſecreta, inimicitia capitalis occiſi,& homicidiū illico ſequutū,oritur plena probatio, nedum indicium,non tamen poteſt condēnari, vt ibi.*
4 *Alloquutio ad aures ſecreta nullis præcedentibus inimicitijs non facit præſumi,nec conſilium,nec mandatum.*
Aliud eſt colloquium, aliud eſt conſilium.
5 *Delictum ſequutum ex interuallo poſt alloquutionem ad aures non facit præſumi contra alloquentem.*

Alloquutio ſūmiſſa ad aures facit in-
diciū tractanis facinoris
1 clanculū patrati,ſi cōtinuò†fuerit cōmiſſum,vel bre
ui ante tpe.Bar.in l.ſi ventri.§.cor.ff.de priuil. credit.
Blanc.in l.fi.ff.de quæſt.n.232.Carre.in pract.in l.ob-
ſeruare iurabis,nu.134.Nouel.in pract.ad defenſ.c.an
indicia ꝓ rei,&c.n.92.fol.mihi 65.Hip. de Marſ.cōſ.
3.n.15.Bal.in l.1.3.col.C.de ſer.fug.& in l.multū.C.ſi
qs alie.vel ſibi,col.2.& Mat.Māt.cōſ.325.n.10.vol.1.
Hoc non placuit Bal.conſ. 270. incip. in quæſt. D.
Milani.in 1.col.nu.1.vol.1.reper.in conſ.382. vol. 5.
vbi improbat dictum Bart.in d.§.cor.de priuil. credi.
2 ex plurib. † & præſertim cum illa ſummiſſa alloqu-
tio in vtranq; partem ſiue bonam, ſiue malam poſſit
accipi, & in dubio bona ſit habenda, vt ibi per eum,
& per ea,quæ dicit Iaſ.in l.1.nu. 24. C. de ſer. fugi. &
ſequitur Hippol.de Marſ.cōſ.21.num. 13. & ibi mul-
ta adducit, & pluribus id axioma Bart. proſequutus
eſt idem Marſ.in repet.l.fin. C.de prob.19. cart.
Amplia priorem opinionem ꝓcedere etiam ſi te-
ſtes deponerēt neſcire, quid inter ſe loquuti fuiſſent,
ita Blanc.in prac.crim.in prin.n.134.Bart.in d.§.cor.
Secundò amplia,vt ſi concurrant hæc tria, nempè
alloquutio ſecreta,inimicitia capitalis occiſi, & ho-
3 micidium ſtatim patratum,non ſolùm†oriatur indi-
cium,verum plena probatio,vt tradidit Iaſ. in l. 1. C.
de ſeru.fug.& Fulg.in d.l.ſi vētri.§.fi.ff. de priuil. cre-
dit.ſequitur Blanc.in repetit.l. fi.nu.232. ff. de quæſt.
vbi tamen non dat,per hæc quem poſſe condemnari,
ex allegatis ibi per ipſum.
Primò limita,vt non procedat concluſio, quando
nullæ ante interceſſerint inimicitiæ inter alloquentē,
4 & occiſum, † quia tunc ex ea alloquutione non præ-
ſumitur aliquod conſilium,ſiue mandatum,cū aliud
ſit colloquium,& aliud conſilium, & colloquiū poſ-
ſit eſſe bonū,& malum, & in dubijs debemus æquio-
rem partem ſequi,& accipere,iuribus vulgar.& hanc
limitationem tenet Fel.in c.afferte.in fi.de præſump.
Alex.conſ.69.circa medium.vol.2.Carrer.in d.l. ob-
ſeruare iurabis.in prac.nu.134.Nouel.vbi ſup.nu. 93.
fol.65.Hippol.de Marſil.in l.1.§. pręterea.nu.58.ff.de
quæſt.Blanc.in d.l.fi.nu.232.ff.de quæſt.
Secundò limita,quando poſt huiuſmodi alloqu-
tionē ad aures poſt longū tpis ſpatium, non verò ſta-
5 tim ſequutum fuerit delictum,†quia tunc non pręſu-
mitur contra alloquentem, vt per Iaſ.in l.1.C. de ſer.
fug.ſub nu.31.verſ.mirabiliter limita, & Iac. Nouel.
in tract.ad defenſ.tit.an indic. pro reo clan.ſint,num.
93.Marſ.Ant.Blanc.in pract.crim. nu.134.

CON-

CONCLVSIO LXXXI.

ARGVMENTVM.

Alluuio quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Quopacto probetur alluuio, & quo teſtes deponere debeāt.*
2 *In materia alluuionis ponuntur multa per Natt.*
3 *Quomodo quid per alluuionem eſſe adiectum probetur.*

1 Alluuio quomodo probetur, † & quomo-
do teſtes deponere debeāt docuit
Bart. in tract. tibe. tit. de allu. verſ. per alluuionem, nu.
3. vbi voluit, teſtes probare, ſi dixerint, ſe vidiſſe mi
nutatim incrementū allatum, & alluuionē fuiſſe ad-
ditam à flumine perexiguè, vt ibi eſt videre. Contra-
rium ſentit Bapt. Aym. in ſuo eleganti tract. de allu-
uione nuperrimè typis tradito, li. 1. c. 4. nu. 2. verſ. mi-
hi tamen, in quo loco reiecta ratione. Bart. & Bal. ar-
bitratur teſtē reddere concludentiorē rationem, ſi in-
terrogatus de cā ſcientiæ dixerit, ſe ſcire, qm̄ vicinus
eſt, & quotidie fortè agri illius aucti culturę vacabat,
vnde potuit ſępè ſępius animaduertere, & videre pau
latim augeri fundum, admonet & itē ibi, ne teſtis di-
cat, ſe cognouiſſe quātū quoquo momento tpis adij-
ceretur: qm̄ rerum natura non patitur, momēta tem-
porum per corporeum ſenſum percipi, ex Iaſ. in conſ.
126. in fi. li. 4. & eo caſu tanquā valdè ſuſpectus nihil
probaret, vt per eundē Aymum, & ex allegatis ab eo-
dem in loco pręcitato Quòd comprobatur ex Corn.
in conſ. 191. nu. 10. lib. 3. vbi hac in re nedum difficilē
2 eſſe probationem, ſed ēt impoſſibilē cenſuit † & mul-
ta alia in materia alluuionis te docebit Natt. in conſ.
286. nu. 2. vol. 2. Alc. in conſ. 223. nu. 9. & ſeq. Boer. in
conſ. 23. Cur. ſen. in conſ. 56. & Bolog. in conſ. 14. per
3 tot. Quō autem per alluuionem eſſe adiectum † pro-
betur, & vtrū ille qui agro ſuo per alluuionem adie-
ctum contēdit neceſſe habeat probare, à quo pręcdio
detractum ſit illud incrementum, & an paulatim, vi-
de eūdem Aymum d. c. 4. vbi ex conſtit. Imper. Gor-
diani in l. 1. C. de alluuio. refert vtrumque cōiunctim
probādum eſſe, ideſt accreuiſſe paulatim, & ex cuius
agro detractum ſit illud incrementum, cuius ſenten-
tiæ fuiſſe gl. a. in c. ex tranſmiſſa. de præſcrip. & Bal. in
rub. de rer. diuiſ. nu. 20. ibid. notat, cui tamen opinioni
idē Aymus non ſe ſubſcribit, quinimò ex rationib. &
auctoritatib. per eum ibi adductis cōtrariū cōfirmat.

CONCLVSIO LXXXII.

ARGVMENTVM.

Alternatio quomodo præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Alternatio inter æqualia præſumitur, vel parum diſtātia.*
2 *Statuto ſi cauetur, quem puniri pœna pedis, vel alia, illud alia, intelligitur de ſimili.*
3 *Pœna pecuniaria non cenſetur de genere pœnæ.*
4 *Abſciſſio capitis multum diſtat à mutilatione pedis.*

1 Alternatio præſumitur inter æqualia,
† vel parum diſtātia. ſic con-
ſuluit ſublimiſſimus, & excelſi ingenij Papinianus,
quē ſic Imp. Iuſt. appellat. in l. 1. §. 3. verò in procem.
ffrum. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. &
ſubſt. in l. 1. ff. de reb. dub. Reſpondit, inquit Papinia.
non videri cætera prædia legato voluiſſe defunctum
cedere, ſi fundi Seiani pretium à fundi Meniani pre-
tio non magna pecunia diſtingueretur. Idem ſequu-
tus eſt Bald. in l. conuenticulam. col. 3. C. de epiſc. &
cler. Iaſ. in l. eadem. §. cato. col. 2. ff. de verb. obl. Caſs.
in conſ. 35. nu. tot. & Grat. in conſ. 13. nu. 14. vol. 1.
2 Hinc infertur, † vt ſi lege municipali caueatur, vt
quis puniatur pœna pedis, vel alia, illud alia, intelli-
3 gendum ſit de ſimili, non verò de pecuniaria, † quæ
non cenſetur de genere pœnæ, nec etiam ſit accipiē-
4 dum de abſciſſione capitis, † quæ multū diſtat à mu-
tilatione pedis, ſic tradidit Neuiz. in Silua nuptia. in
vol. tractatuum. nu. 225. & vide Bart. in d. l. 1.

CONCLVSIO LXXXIII.

ARGVMENTVM.

Altitudo quomodo probetur per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Altitudo alicuius rei probatur per teſtes, & quomodo.*
2 *Teſtes ſi cauſam ſufficientem non reddunt, altitudinem non probant.*

1 Altitudo alicuius rei probatur per teſtes
deponentes, † iſtiuſmodi rē eſſe
decem brachia, quia Scium illam dimetiētem vide-
rint, ſecus ſi deponerēt, eſſe decem brachia, quia eam
2 inſpexerunt, † nam hoc caſu cum cauſam debilem,
& imperfectam reddāt, huiuſmodi altitudinem non
probant, vt per Bart. in tract. de teſtib. nu. 47.

CONCLVSIO LXXXIV.

ARGVMENTVM.

Ambaſiatores quomodo probentur.

SVMMARIVM.

1 *Ambaſiatores probari per literas ſuæ ambaſiariæ, & ſine illis eis non credi.*
2 *Literis ambaſiariæ non eſt opus, quando perſona eſt nobiliſſima, perexcellens, & nota Principi.*

Vidi quandoque in controuerſiam, aut diſce-
ptationē vocari, an ambaſiatorib. (quos
legatos latini nominant) ſine literis ambaſiariæ, ſiue
1 legationis ſit credendum. † in eamq; ſententiam itū,
vt nulla ſit fidès illis habenda, quinimo neceſſarium
eſſe ad probationem ambaſiarię exhibere literas, tra-
didit Bart. in l. Palatin. C. de col. fun. lib. 11. & refert,
ac ſequitur illum Berrach. in trac. de gabel. in 1. mēb.
par. 7. q. 16. nu. 35. & idem Bart. in l. ſi quis decurio. la
1. C. de decur. lib. 10. et in l. quoties. C. de leg. eo. li. 10.
& docuit Io. de Plat. in l. Palat. C. de coll. fund. fiſc. li.
11. qui grati ſunt mittendi, ad quem vadunt, cap. ad
apoſtolica, in princ. de re iudica. num. 6. vbi glo. ſu-
per verb. relabantur.
Limita non procedere, qm̄ vir eſſet nobiliſſimus &
2 perexcellens, & notus Principi, † quia tunc nullis eſt
opus literis, vt eſt tex. in c. nobiliſſimus. 97. diſt. iūcta
gl. quæ exemplū de Cardinale adducit, qp etiam ſēſit
Rom. in l. ſciendum. nu. 58. ff. de verb. obl. & Bar. in l.
vnic. C. de ſuperind. lib. 10. et ibi Alex. in add. atteſtatē
* de* cōi, & multos alleg. & glo. in ver. aliò modo, in c.
ſicut nobis. de ſent. excō. Inn. in c. cum olim clemens.
de priuil. vbi eſt optima gl. & idem Inn. in c. cū in iu-
re. de offi. deleg. Ant. de But. in c. quoniam contra de
prob. Io. de Plat. in l. Palatinos. C. de collat. fund. fiſc.
ver. & not. tex. lib. 11. Nos ēt docebimus inf. in concl.
Cardinalis, & in concl. legatus. nam etiam in legato
Summi Pontif. ſecus eſt, vt per Card. 97. d. c. nobilis,
CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO LXXXV.

ARGVMENTVM.

Amicitia quomodo probetur per teſtes, & quomodo, & quando præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Amicitiam probari per duos teſtes, & quid deponere debeant.*
2 *Amicus eſt alter ego.*
3 *Qualitas extrinſeca non præſumitur, niſi probetur.*
4 *Amicitia in genere præſumitur inter omnes.*
5 *Salutatio, & aſſidua conſuetudo præſumunt amicitiam.*
6 *Salutatio nedum amicitiam, ſed reconciliationem inimicitiæ præſumit.*
7 *Amicus præſumitur, qui ad aliquid agendum electus fuit.*
8 *Amicitia etiam hodie præſumitur inter olim amicos.*
9 *Amicitia maxima præſumitur propter hæreditatem, & legata hæredi relicta.*
10 *Idem velle, & idem nolle, debet intelligi in rebus licitis, & honeſtis.*
11 *Amicitia non eſt inter malos, ſed fraus, dolus, & conſpiratio.*
12 *Quod dictum eſt de teſtibus, procedit etiam ſi eſſent mulieres.*

1 Amicitiam probari † per duos teſtes auctor eſt Bal. in l. errore. col. 1. in fin. uerſ. item amicitia. C de teſt. & deponere debent, inter tales eſſe idem velle, & idem nolle, vt dicit Ang. in auth. de mon. §. cogitandum. Fel. in c. cũ cauſam. col. 5. circa fi. de teſt. Barb. in conſ. 3. nu. 27. vol. 2.
2 Ioan. de Amic. in conſ. 148. nu. 11. vbi dicit † amicum eſſe alterum me, vt etiam reſpondit in cõſ. 85. nu. 14. & Natt. in conſ. 298. nu. 4. vol. 2. nam cum ſit qualitas
3 quę foras emineat, † non præſumitur, niſi probetur, ita Hippol. Marſ. in conſ. 24. nu. 14. lib. 2. quod eſt verum
4 ſingulariter, † nam vniuersè inter omnes præſumitur amicitia. l. ſi quis teſt. & ibi Bal. col. fi. verſ. not. quod ille. C. de teſtib. præſumeretur tamen ex ſalutatione,
5 † & ex aſſidua conſuetudine, ita M. Mant. in cõſ. 173. nu. 6. vol. 2. per ibi adducta, & Abb. in c. repelluntur. nu. 2. de accuſ. & Gramm. in conſ. 42. nu. 12. & vot. 34. num. 6. & Ioan. de Amicis in conſ. 41. & 85. nu. 17.

Amplia, quod dictum eſt de ſalutatione, vt non ſo-
6 lùm præſumatur amicitia, † verùm etiam ſi præceſſerit inimicitia, præſumatur reconciliatio, ita Marc.
7 Mant. cõſ. 325. nu. 15. cum ſeq. vol. 1. item † ſi quis electus fuiſſet ad aliquid agẽdum pro ipſo, vt l. amiciſſimos, & ibi Bart. ff. de excuſ. tut. ſimiliter ſi olim erat
8 amicus, † quia hodie etiam pręſumitur inter eos amicitia. l. cum in ipſius. C. fam. ercis. Fel. in c. ſcribebam, nu. 3. ver. item in paſſion. de pręſum.

Propter hæreditatem etiam, & legata hæredi reli-
9 cta, † quia tunc maxima amicitia præſumitur, argu. l. amiciſſimos, vbi Bar. & clarius Bal. tit. de excuſ. tut. & notat Ioan. de Amicis in conſ. 4. nu. 18.

Aduertendum tamen eſt, dum ſupra dicebamus,
10 probari amicitiam per teſtes deponentes, † inter tales eſſe idem velle, & idem nolle, debere intelligi in rebus licitis, & honeſtis, quia inter malos non eſt ami-
11 citia, † ſed fraus, dolus, & conſpiratio, vt inquit gloſ. poſt Tullium in l. latæ. §. amicos. ff. de verb. ſign. & Bal. in l. eos. C. de teſtibus.
12 Amplia quod dictum eſt de teſtibus procedere, † ẽt ſi eſſent mulieres, ita Bal. conſ. 40. vol. 2.

Et quæ maxima cenſeatur amicitia, docet Fel. in c. quoniam Abb. de offic. deleg. in qua probanda quomodo ſint articuli formandi, monet Fran. Cur. tract. de teſti. nu. 65. tomo 13, fol. 62.

CONCLVSIO LXXXVI.

ARGVMENTVM.

Amicus in quibus caſibus pro amico teſtimonium dicendo probet, & in quibus reijciatur.

SVMMARIVM.

1 *Amicus maxima amicitia coniunctus non admittitur ad teſtificandum pro amico.*
2 *Amicitia prorſus veritatem impedit.*
3 *Amicus non in totum repellitur, ſed de eius fide diminuitur, & ſemiplenam probationem facit.*
4 *Amicus deponens facit magnã fidem, ſecundũ Bar. Cępol.*
5 *Amicitia debilitat dictum teſtis, & ſic penitus non diruit. Et ibi contrarium.*
6 *Amicus repellitur in totum, quando amicitia talis eſt, vt inter eos ſit vnum velle, & nolle.*
7 *Teſtis idoneus eſt pro amico, qui vtrique parti eſt æqualis amicus.*
Paritas amicitiæ omnem remouet ſuſpicionem. ibi.
8 *Amicitia leuis non impedit teſtificationem.*
9 *Amicitiæ defectus ſuppletur, quando adſunt alij teſtes idem deponentes, quod deponit amicus.*
10 *Si ad probandum aliquid duo teſtes ſufficiunt, & producantur tres amici, probant, quia ex numero ſuppletur.*
11 *Amicitia honeſta, iuſta officij pietatisq; plena eſt virtus, & talis amicus eſt idoneus teſtis.*
12 *Amicus verus pro amico ſuo non vult, niſi quæ bona ſunt, & æqua, vnde præſumendum non eſt, ſe pro amico falsũ depoſiturum, cum hoc non eſſet nec bonum, nec æquum, quod Periclis exemplo confirmatur.*
13 *Amicus quomodo repellatur à teſtimonio.*
14 *Qui pro amico mentitur, non amat amicum.*
15 *Omnis amicus non dr̃ integer teſtis noſtra tempeſtate, cũ à cõiter contingentibus ſint amici (vt aiunt) burſales.*
16 *Cauſæ amicitiæ conſiderari debent à iudice.*
17 *Amicus amicitia inhoneſta, & turpi non admittitur, vt amaſius pro amaſia, & è contra.*
18 *Amaſij potius ſolent timere minas amaſiarum quàm probatiſſimorum virorum.*
19 *Amaſius pro Amaſia fas atque nefas commiteret.*
20 *Amor puellarum ſubuertit rectum iudicium.*
21 *Amicus teſtis admittitur, qñ deponit ſuper facto, à quo amicus nec commodũ, nec incommodum eſt accepturus.*
22 *Amici teſtes probant, ſi in eorum admiſſione nõ fuit oppoſitum à principio.*

Amicus non fictus ſi habet idem velle, & nolle cum amico, & cenſetur alter idem, vt in ſuperiori oſtendimus concluſione, nõ ab re hic adnectitur.

1 Amicum maxima amicitia coniunctum † nõ admittendum eſſe ad teſtificandũ pro amico, ſic rñdit Calliſtratus in l. 3. de teſtib. gl. in c. accuſatores. il 1. 3. q. 5. gl. in §. cogitandũ. verſ. teſtes. in auth. de Monac. Fel. in c. quoties. de teſtib. not. in c. accedens vt lit. nõ conteſt. Bart. in l. admonendi. nu. 37. ff. de iureiur. & idem Alc. in l. latæ culpæ. ff. de verb. ſignif. vbi ait,
2 † amicitiam prorſus veritatem impedire, idẽ Afflict. in feudal. tit. quibus cauſis feud. amit. in gl. 3. ver. porrò qui dñium, nu. 20. & conſuluit Marc. Ant. Natt. in cõſ. 95. nu. 13. in 1. part. vbi pulchrè de hoc, & Cãpeg. in tract. de teſt. reg. 21. Pariſ. in cõſ. 83. nu. 41. vol. 1. & in conſ. 53. nu. 13. vol. 4. Alex. in apoſtill. ad Bar. in d. l. 3. in verb. conſiderare, verſ. quid aũt de amico, vbi
* dicit iſtam * cõẽ opinionem, Rom. in cõſ. 420. col. 1. verſ. 1. Alex. in conſ. 78. col. 2. verſ. non obſtat etiam, vol. 1. & in conſ. 90. col. 3. verſ. præterea aſſerit vol. 2. & in conſ. 18. col. pen. verſ. item non eſt integer. vol. 4. Afflict. deciſ. 304. num. 13. iterum Alex. in conſ. 122. colum. 2. volum. 2. Socin. iun. in conſ. 12. num.

10. vol.

10.vol.2.Rui.in cõſ.68.nu.8.vol.1. & plenè per Mõ-
cad.in addit.ad Crot.in tract.de teſtib.par.4.nu. 105.
* & 180.in ver.maxima,vbi ipſe Crot. atteſtatẽ de * cõi
opinione,& Grat.in conſ.75.nu.11.vol.1. & Io. Bap.
Ferret.in conſ.51.nu.20.& quando repellatur à teſti-
monio conſulas Alberic.de Roſat.tract.de teſti.par.
1.§.ſupereſt.nu.9.tomo 13.fol.66 & nu.2.fol.65.

Primò limita,& intellige; vt non omnino repella-
3 tur amicus,† ſed deminuitur eius fides,glo.in §.cogi-
tãdum vero,ſuper verb.teſtes.ibi.licet tanquam ami-
co aliquantulum minor fides habeatur, in auth. de
monach.& facit ſemiplenam probationẽ, Bart. vero
4 Cæpol.†reſpondit amicum deponentẽ magnã facere
fidẽ,conſ.31.nu.4.in conſ.criminal. ſm Cin. in l. cos.
C.de teſtib.Idẽ Andr.in addi.ad Spec.in tit.de teſt.in
princ. quos refert, & ſequitur, & hãc eſſe veritatẽ ait
Matth.Affl in feud.in d.verſ.porro q dominiũ.d.nu.
20.vbi ait hãc opinionẽ cõfirmari ab Alex.de Imol.
in conſ.78.incip.in cã accuſationis, vol. 1. & ad hoc
facit ẽt ꝙ conſuluit Bal.in conſ.455.nu.2. vol. 4. vbi
5 ait,amicitiã debilitare dictũ teſtis,†non verò penitus
diruere,idem ſentit etiam Lanfr.de Oria.in tract. de
teſtib.nu.84. verſ. idem ſecundũ Cin. vbi adducit gl.
ſing.in d.§.cogitandũ.in auth.de Monac.& clarè re-
ſpõdit Vlp.in l.ſciendũ.ff.de vſuris.Quid. n. inquit I.
C.ſi amicos adhibẽdos debitor requirat,vel expediẽ-
dis debitis,vel fideiuſſoribus rogãdis, vel exceptio ali
qua allegetur?Mora certè facta nõ videtẽ. Idẽ placuit
Iac.de Butr. in l. parentes. verſiculo idẽ in amico. C.
de teſti.& Flori.in d.l.3.nu.2.ver.item nota.ff. eo. tit.

Secus verò reſpondit Crauet.conſ.281.num.4. vbi
voluit vt neque etiam faciat ſemiplenam probatio-
nem,per doctrin.Bart.in l.admonendi.col.9.verſ.ve-
nio ad tertium ff.de iureiur.

Sublimita tamen ſecundum Nell. à S. Gemin. in
6 tract.de teſte,nu.5.† quãdo eſſet amicitia talis: vt in-
ter eos eſſet vnum velle, & nolle: quia tunc penitus
reijcitur,per l.etiam.C.de teſti.& Guid.Pap.ſing.748.
intimus amicus,Hippol.Marſil.ſing. 385. dixi quod-
dam vulgare.verſiculo,& ideo teneas menti.

Secundò limita,quando vtrique parti eſſet equalis
7 amicus: nam † tunc eſt teſtis idoneus pro altero ami-
co, huiuſmodi enim paritas amicitiæ omnem remo-
uet ſuſpicionem.l.nõ ſolum.§.1.ff.de rit.nupt. & huc
adhibere poteris, quæ nos annotauimus in cõcluſio-
ne,conſanguineus,& ſupra in concluſione affinis, &
tenet in terminis Alb.conſ.56.nu.10.per doct.Bar.in
d.l.non ſolum.§.1.& in l.parentes.in fi. C. de teſtib.

Tertiò:quia dictum eſt de maxima amicitia, limi-
8 ta non procedere,qñ eſſet leuis; † quia tunc nõ impe-
diretur teſtificari, ita voluit Spec. in tit de teſti. §. 1.
circa princ.quẽ refert,& ſequitur Affl.in feud.d. verſ.
porrò qui dñium,& idem ſentiunt ſupra allegati Do-
ctores,& pulchrè Nat.conſ.95.nu.13.& 14. vol. 1. &
Bal.conſ.50.videndũ eſt primò vol.2.& gl. in l. ſciẽ-
dum.ff.de vſur.& in c.accuſatores.il 1.3.q.5. & Nell.
* à S.Gem.in ſuo tract.de teſt.nu.5.& hanc eſſe * cõem
opinionẽ atteſtatur, ſicuti ẽt atteſtatẽ Alb. de Malet.
eod.tract.c.2.nu.17.& Ioan.Crot.eod.tract.in 4.part.
nu.193.& Steph. Aufrer.eo.tract.nu.9.tenet.Bal.cõſ.
444.col.fi.verſ.non obſtat quòd vnus,vol.1.

Quartò limita,qñ eſſent alij teſtes,qui deponerent
9 idem quod deponit amicus, † quia tunc defectio ex-
pletur amicitiæ,Iac.Butr.in d.l.3.in princ. & text. ibi
in §.ideòq; ver.ſicut nõ ſemper,ibi aliàs numerus te-
ſtium.& ibi gl.d.ver. numerus. ibi. vt quòd deficit in
fide ſuppleat numerus.Hipp.Mar.ſing.477. in teſt. &
Alc.in cõſ.78.vol.1.Mat.Affl.in feud.in d.ver.porrò
q dñium,& Gram.in cõſ.ciui.107.in fi.faciũt notata
p Bal.in conſ.10.nu.4.vol.5. Imò ẽt ſi ad probãdum
10 aliquid duo teſtes ſufficerent, † & ꝓducti eſſent tres
amici,ꝓbarẽt:quia ex numero ſuppletur. videas hæc
pulchrè tradẽtẽ Iaſ.in auth.ſi vero.n.4.C.de iud.Alc.
in l.latę culpę.§.amicos.de verb.ſig.Imo.in l.q teſtã-
in prin.tit.de teſta.& Caſſ.in conſ.37.nu. 2. ꝙ limita
in cauſa ardua ciuili,vel criminali,Hipp.d.ſing.477.

Quintò limita,qñ amicitia inter eos eſſet honeſta,
11 iuſta,officij pietatiſq; plena, † quia tunc talis amicus
idoneus teſtis,nã hmõi amicitia eſt virtus,vt ait Mat.
Afflict.in d.ver.porrò qui dominium, nu. 20.allegãs
ad hoc Hoſt.& Io.And.in c.quoties de teſti. Idem ẽt
voluit Bal.in l.eos.C.de teſt.ait enim ibi, verus ami-
cus non vult pro amico ſuo niſi ea, quæ bona ſunt &
æqua. Vnde Pericles amico roganti vt pro ſe falſum
diceret teſtimoniũ, cui adiunctum erat iuſiurandũ,
hoc eſt,periuriũ,rñdit ſe quidem amicũ eſſe, ſed vſq;
ad arã:ſentiẽs aliquouſq; gratificandũ amicis ſed ci-
12 tra violationẽ religionis.†ideòq; non eſt ꝑſumendũ,
ſe ꝓ amico ſuo depoſiturum falſum, quia hoc nõ eſt
bonũ,neq; æquũ,vt ait ẽt Iaſ.in addi.ad Port. in Inſt.
13 de teſta. vnde Alexand.in conſ.4.vol.6. ait † ad hoc
vt amicus repellatẽ à teſtimonio oportere,vt eo amo-
re diligat amicũ,vt odio habeat aduerſariũ, ſed talis
14 non eſſet verus amicus † quia qui ꝓ amico mentitur,
nõ amat amicũ.ſed Rip.in l.admonẽdi.ff. de iureiur.
n.177.ait noſtra tẽpeſtate omnẽ amicũ nõ dici inte-
15 grũ teſtẽ† ex quo à cõiter contingentibus ſunt amici,
ut inquit,burſales,& alleg.Fel.in d.c.quoties.de teſti.
Alex.co.n.13.lib.1.Dec.conſ.105.ait tũ hoc relinqui
16 arbitrio iudicis, † qui cõſiderare debet cauſas amici-
tiæ:ut ẽt ſentit Fel.in c.1.de teſt.& Alc.cõſ.78. uol. 1.
Sal.in l.cos.uer.q̃ritur,an amicus.C de teſt.ubi& Bar.
n.1.et l.teſtiũ.§.ideòq; ibi.tu magis. de teſt. et §.ſi ue-
rò tale.ibi.verũtamẽ ſi hoc iudicis prudẽtia, in auth.
de inſtru.caut.et ibi gl.& gl.in c.3.loco ſuper uerb.te-
ſtiũ.ibi,tunc conſiderabit iudex,de ꝓbatio.Bald.in l.
ſcripturas.in prin.C.q pot.in pign.hab.verſ.ſtatẽ ergo.

Amplia,ut licet ſingulares non probent, tamẽ iu-
dex poſſit eis credere,ſi ſint nobiles,et ſi ſecundũ uer-
ba probent,poſſit nõ credere, dummodò cauſam ex-
primat.Hippol.Maſil.ſing.114.uulgatum,et tritum.

Et uerum eſt,ꝙ dictũ eſt de amicitia honeſta,et iu-
17 ſta,† nam ſi eſſet inhoneſta et turpis, talis amicus nõ
admitteretur:ut amaſius pro amaſia,nec econtra, ita
not.Bal.in c.1.nu.3.uerſ.quæro numquid.de teſtib. et
18 ibi Feli.et Cin.in l.2.C.de teſtib.ubi ait†amaſios,qui
nimis ardent,magis ſolere expaueſcere,et timere mi-
nas amaſiarũ,quã probatiſſimorũ uirorũ, et certũ eſt
19 fore,ut†amaſius ꝓ amaſia fas, atq; nefas cõmitteret,
iux.tex.in l.2.§ et cũ placuiſſet.ff.de orig.iur. per quẽ
20 text.dicit ibi Bal.amorem puellarum† ſubuertere re-
ctum iudicium,cui adhæret Bauer.in § pater.col. 14.
Inſt.de teſtam.et Abb.in c.quoties.nu.5.de teſt. et C.
ille Iulius Cæſar nobis exẽplo eſſe põt.Nã deuicto iã
Põpeio cũ hoſtẽ in Aegyptũ uſq; perſequeretur ma-
gno exercitu,eo ẽt interfecto, uenit ad Cleopatram,
omniũ q̃ in Aegypto tunc tẽporis erãt formoſiſſimã.
Quæ cũ intellexit, ſe plurimũ à Cæſare, et turpiter ẽt
amari,uoluit,ut Cæſar eã cõtentionẽ,quã iamdiu cũ
fratribus habuiſſet, dirimeret. Egit igitur ſuam cauſã
primum per amicos,deindè uerò ipſa (quandoquidẽ
omniũ erat facundiſſima) apud Cæſarem ſola uerba
cõtra fratres fecit. At Cæſar captꝰ amore Cleopatræ,
cum indulgens affectib.in ea cã pro Cleopatra ſtarę
cõtra fratres, iniuſtã ſententiam pronuncians depre-
henderetur,Aegyptiorũ facto tumultu periclitari de
uita cœpit.Itaq; aufugiẽs, ueſtemque exuens, perna-
tando flumen,uitæ cõſuluit ſuę.idem ẽt in P. Clodio
apertè uidere eſt.qui uiolatarũ religionũ, ac manife-
ſti adulterij reus,aliquos ex iudicib. ſibi datis illuſtriũ
fœminarũ(apud quas conſuetudine,& muneribus,&
ſuarũ interuentu precũ potẽs erat) ꝓmiſſo cõcubitu,
et præſtito,adulteriorũ ſtuprorumq; participes, et ob
hoc ſibi ꝓpitios fecit,alios magnis pecunijs corrupit.

Sextò limita,qñ teſtis amicus deponeret ſuper re,
à qua nec commodum conſequi, nec detrimentum
accipere

fortuitum abſque ſua culpa, & probatio per culpam, & dolum incumbit aduerſarijs.
11 *Culpa non probata abſoluitur ille, qui ratione officij non tenebatur cuſtodire.*
12 *Amiſſio per furtum, vel incendium exorta; culpa cuſtodientis præſumitur eueniſſe.*
13 *Cuſtodienti, & debenti incumbit onus probandi caſum ſine culpa.*
14 *In caſibus fortuitis clandeſtinis, vt in furto, probatio fit per coniecturas, & quo, & dicitur manifeſta probatio.*
15 *Amiſſio alicuius rei immiſſæ in nauem dicitur probata, probato naufragio.*
16 *In probãda amiſſione vltra iuramentum oportet, vt præcedant aliæ coniecturæ.*
17 *Iuramento amiſſionis creditur deficiente alia probatione, ſecus ſi aliæ poſſent haberi.*
18 *Amiſſio inſtrumenti, quod quis tenetur exhibere officio iudicis, non probatur per iuramentum, ſed per legitimas probationes probari debet.*
19 *Viro integro, & iuſto adducenti veriſimilia creditur, ſed ſi ſit alienæ conditionis non creditur per ſolum iuramẽtũ.*

1 **Amiſsionem** Inſtrumẽti, vel ſcripturæ † probari per iurm,
obſeruauere gl. & cæteri Doct. in c. cum olim, il 1. de
priuil. & Bar. in l. ſicut, & in l. emancipat. C. de fid. in-
ſtrum. & idem Bar. in l. ſi quis. §. an vero col. pen. ver-
ſic. circa primum. ff. de eden. Flor. in l. aquil. ſi deletũ.
col. 4. ff. ad leg. aquil. ex glo. Bal. in fi. q. & Doct. poſt
Cin. in l. fi. C. de eden. Io. de Sil. in tract. de iureiur. par.
2 2. q. 1. nu. 6. & idem † in probanda amiſſione apoſto-
lorum (vt appellant) dimiſſoriorum, qui cõceduntur
appellanti, poteſt probari per iuramentum. ita Salyc.
in l. præſes. C. de appell. & Hippol. de Marſil. in rubr. C.
3 de probat. nu. 147. cum alleg. & ratio eſt, † quia res di-
citur amiſſa eo ipſo, quòd facta diligenti inquiſitio-
ne non inuenitur, vt reſpondit Paul. in l. 3. §. Nerua.
ff. de acq. poſſeſ. Fel. in c. fi. de prob. & in c. ſicut. col. 6.
verſ. 5. declaratio, de iud. Aret. conſ. 119. Bart. in l. ſi
quis ex argentariis. §. tenet. hæredi. ſub nu. 1. ff. de edẽ,
Amplia, & intellige, vt quando per teſtes quis pro-
4 baſſet vaſtationem † depopulationem, furtum, incẽ-
dium, ruinam, vel ſimilia, nedũ ſtaretur eius iuramen
to de amiſſione ſcripturarum, verum etiam de teno-
re earundem, ita Afflict. deciſ. 13. num. 10. vbi allegat
Paul. de Caſt. in l. ſicut iniquum. C. de fid. inſtr. & not.
in l. ſi de poſſeſſione. C. de probat. & in l. fi. C. eod. tit.
de fid. inſtrum. & in l. ſi quando. C. vnde vi, & tenet
Alba. in conſ. 24. nu. 12. cum ſequent.
Limita, hanc ampliationem non habere locum,
quando quis vellet probare factum alienum, nẽpè ſi
5 filius dixiſſet, patrem ſcripturam amiſiſſe, † & ad pro-
bandum tenorem eiuſdem vellet præſtare iuramen-
tum, quia hoc caſu non admittitur, nec probatur te-
nor, ita Franciſ. Alberg. inter conſ. Bal. conſ. 401. in fi.
verſ. addito, vol. 3. & ipſe Bald. conſ. 482. in fi. vol. 5.
quos ſequitur Crauet. in conſ. 157. in fi. nu. 17.
Primò limita non procedere, niſi tractaretũ de mo-
6 dico præiudicio, † ſecus ſi de magno, vt per Iaſ. poſt
Bart. in l. huiuſmodi. §. ſi ita. nu. 11. de leg. 1. Fely. in c.
ſicut. nu. 18. de re iudic. & Alex. in d. §. ſi ita in fi. Hip-
pol. de Marſil. in rubr. C. de prob. nu. 128. cum alleg.
& iterum Fel. in c. fi. in fi. de prob. Paul. Caſt. in l. velu
ti. §. hæc vox. nu. 2. ff. de eden.
Secundò limita non procedere, quando amiſſio al
7 legaretur à notario, qui tenebatur cuſtodire, † quia
tunc ei non creditur, nec probatur per ſolum iuramẽ-
tum. Io. Andr. in addi. ad Spec. tit. de inſtru. edit. §. in-
ſtrum. Fed. de Sen. in conſ. 101. & Alba in conſil. 113.
nu. 8. in fi. per doct. Bart. in l. fi. C. de fid. inſtr. & Alex.
in l. præt. §. pręt. ait nu. 12. & Fel. in c. ſicut. nu. 18. verſ.
quæ duo ponunt, de re iudic. & tali caſu non ſufficit
8 etiam diligens inquiſitio, † quia nihilominus cogitur
iſtiuſmodi probare aliter, quàm per iuramentum, vt
Bart. in l. ſi quis ex argentariis. §. fi. ff. de eden. & Bald.
& Cin. in l. ſi venditor. C. de pignorat. actio. et Fel. in c.
fin. not. 3. de prob. imo nedum probare debent tales,
9 qui ratione officij cuſtodire tenẽtur, † vt notarij, mer-
catores, & ſimiles amiſſionem, verum etiam fortuitu
amiſiſſe l. ſi quis ex argentariis §. prætor. ff. de edend.
ibi glo. & Fel. in d. c. fi. de prob. quod ſecus eſt in illis,
10 qui non cogebantur cuſtodire, † quia etiam non cõ-
pellitur probare caſum fortuitũ abſq; ſua culpa, imò
aduerſariorum ſunt partes, vt probent per culpam, &
dolum amiſſum fuiſſe, vt l. dolũ. C. de dolo. & l. cum
11 ita legatur. §. ſpecies. ff. de leg. 2. † quia culpa nõ pro-
bata abſoluẽdus eſt ille, qui ratione officij non tene-
batur cuſtodire, vt gl. & Doct. in d. §. prætor. quod ta-
men non procedit in amiſſione per furtum, vel incẽ-
12 diũ exorta, † quia in tali caſu præſumitur culpa cuſto-
dientis id eueniſſe, vt l. cum duob. §. d. ina. ff. pro Soc.
& ibi gl. in l. ſi vendita. ff. de peric. & commo. re. & ideò
13 habenti, & cuſtodienti † incumbere onus probandi
caſum ſine culpa, vt Bart. Paul. de Caſt. & cæteri tra-
didere in d. §. prætor. & Alex. de Neuo inter conſ. cri-
minal. conſ. 92. nu. 6. aduerte tamen, amiſſionẽ in ca-
14 ſibus fortuitis clandeſtinis, vt in furto † probationem
fieri per coniecturas, quæ dicitur manifeſta probatio,
vt ſi probetur fores nocturno tempore fuiſſe fractas,
vel famulum aufugiſſe. ita Bart. Ang. Fulg. Raph. &
cæteri in d. §. prætor. & Bart. in l. ſi quando in fi. C. vn-
de vi & in l. 1. ff. fur. aduer. naut. Spec. in tit. de fur. &
idẽ latè in tit. de pign. in prin. & facit, quod notat Iaſ.
in d. § prætor. & in conſ. 141. nu 4. vol. 4. quòd ſi præ-
terea probatum ſit, & rem aliquam fuiſſe immiſſam
15 in nauem † & deindè probato naufragio. dicitur pro-
bata amiſſio illius rei, ita Crot. conſ. 122. nu. 34.
Tertiò limita, et intellige non procedere ſimplici-
16 ter, ſnam vltra iuramentum oportet, vt præcedãt aliæ
coniecturæ. ſic ad verbum ſanxit Imp. Iuſtin. in l. te-
ſtium. in fi. C. de teſtib. et ita etiam dicunt Innoc. Iõã.
Andr. et Abb. in c. cum olim. de priuileg.
Quarto limita, et intellige, quando deficeret alia
17 probatio, † quia tunc creditur iuramento, ſecus ſi aliæ
probationes poſſent haberi. ita Gujd. Pap. q. 244. et in
ſing. incip. probatur amiſſio inſtrumenti.
Quinto limita, quando quis teneretur exhibere in-
18 ſtrumentum officio iudicis, † quia tunc talis amiſſio
non probatur per iuramentum, ſed debet probari per
legitimas probationes. Bart. in l. ſi quis ex argentariis.
§. pen. et fi. ff. de eden. et Alex. in l. huiuſmodi. §. ſi ita.
ff. de leg. 1. et Bal. in l. fi. C. de fid. inſtrum.
Sexto limita, ſi ſit vir integer, et iuſtus, et adducat
19 veriſimilia, † vt q a domus ſit combuſta, ſecus ſi alie-
næ ſit conditionis, quia tunc non creditur per ſolũm
iuramentum, ita Bal. in l. fi. in fi. C de edend. Tiraq. in
l. ſi vnquam, in pręfat. nu. 39. C. de reuocan. donat. Iaſ.
in l. huiuſmodi. §. ſi ita. nu. 11.
Multa alia ad huius concl. materiam ſpectãtia in
medium poſſent afferri, ſed dilucidius, et magis diſtin
ctè ſuis locis hæc traduntur, præſertim in cõcl. inſtru-
mentum ſcriptura, res, et in concl. tenor, et in conclu
ſione bona. lector ne grauetur illas concluſio. adire.

CONCLVSIO LXXXIX.

ARGVMENTVM.

Nonnulli recenſentur modi, quibus amor inter amaſium, & amantem probatur.

SVMMARIVM.

1 *Amor inter amaſium, & amantem quibus modis ꝓbetur.*
2 *Dicens aliquid eſſe factum amoris, vel libidinis cauſa probare debet.*

3 *Amans in alio corpore viuit, & amati faciē in animo ſuo ſculpit.*
4 *Amaſius pro amaſia non poteſt eſſe teſtis, & econtra.*
5 *De effectu amoris plura dicuntur per Crot. & Tiraquell.*
6 *Amor præſumitur inter patrem & filios maior, quàm inter alios.*
7 *Amor in dubio non præſumitur in matre, quæ non diligit filium.*
8 *Pater plus præſumitur diligere ciuitatem, quàm filium.*
9 *Amorem inter fratres præſumi.*

1 Amor inter amaſium, & amantem probanit ex eo, † quòd alter alterius domū frequentat, & inuiſat: vt Pariſ. cōſ. 10. vol.
2. nu. 33. & notat. in c. 3. loco, de preſumpt. vbi doct. &
gl. & Bart. in l. capite quinto de adult. & ex aliis ſimilib. cōiecturis, & ēt per famā, nēpe ſi rumor eſſet, Caium Seiam deperire, queque ob ſingularē formā, atq;
venuſtatem omnium in ſe oculos & animos conuertere poſſet, vt inquit Franç. Hercul. in tract. de caut. de non offend. c. 17. nu. 8.
Quòd ſi aliquid eſſe factum amoris, & libidinis cā
2 † dicatur incumbit onus probandi ipſi, qui inhæreat in hoc, dum negat factum fuiſſe animo conuiciandi,
ita Hercul. vbi ſupra ſub nu. 7. per doctr. Ang. in l. ve-
3 rum. ff. de furt. † verum quia amās in alio corpore viuit, & amati faciem in animo ſuo inſculpit, vt ex notatis per Tiraq. de legib. cōnub. l. 13. nu. 46. & 47. Meritò amaſius nōn debet admitti pro teſte pro amaſia,
4 † neq; èconrra, vt voluit Petr. de Moncad. in add. ad
5 Crot. in tract. de teſt. part. 4. nu. 128. vbi plura dicit † de effectu amoris, & latius per Tiraq. in tract. de legib. connub. in l. 2. nu. 7. in leg. 7. nu. 22. in l. 9. nu. 84. cum plurib. ſequ. & in l. 12. nu. 74. & in l. 14. & in l. 15. per totum. & in l. 16. nu. 47 & Ioan. de Ligna. in tract. de Amic. §. dubitari. & vide Bald. in c. in literis. nu. 3. de teſtib.
6 Amor tamen inter patrem, † & filios ſemper præſumitur. l. iſti quidem. ff. quod met. cauſ. l. ſi pupillus. §. ſi pater. ff. de reb. cor. l. nec ei. ff. de adopt. §. fin. Inſt. de noxal. Aleiar. in tract. de præſumpt. reg. 1. præſump. 1. & maior, quàm inter alios, proūt dicit Ceph. in conſ. 164. nu. 21. vol. 2. Ioan. de Amicis in conſ. 144. nu. 5. Rimin. ſen. in conſ. 261. nu. 39. vol. 2. & Curt. ſen. in
7 conſ. 46. nu. 6. † & in dubio non præſumitur in matre, quæ non diligit filiū, vt c. afferte. de præſumpt. & Alc. in d. tract. reg. 1. præſumpt. 14.
Sed intellige, quia pater plus præſumitur diligere
8 ciuitatem † quàm filium. l. in albo. C. de decur. lib. 10. Alciat. d. tract. regul. 1. preſumpt. 37.
9 Itē amor præſumitur † inter fratres. c. literas de præſump. Alciat. in tract. de præſump. reg. 1. præſump. 32.
Cætera habuiſti in cōcluſione, affectio, & alia addemus in concluſione, dilectio.

CONCLVSIO XC.

ARGVMENTVM.

Quid præſumatur de ancilla ſuſcepta in vxorē à domino, & de reperta pregnante in domo domini, & an, & quando pro domino poſſit teſtificari.

SVMMARIVM.

1 *Ancilla ſuſcepta in vxorem à domino præſumitur ab eo efferri, & ſuperbe agere.*
2 *Ancilla non poteſt eſſe teſtis pro domino, & non caret ſuſpicione.*
3 *Ancilla eſt teſtis idonea, niſi opponatur, nec iudex poteſt eā repellere.*
4 *Ancilla examinata non facit indicium.*
5 *Ancilla poteſt teſtificari in his, quæ ſecreto fiunt in domo.*
6 *Ancilla & famuli admittuntur ad teſtimoniū dum in his, quę non poſſunt probari, niſi per domeſticos.*
7 *Id procedit, quando ex natura actus, vt in probādo adulterio, alij teſtes habiles non poſſunt haberi, ſecus ſi teſtes idonei haberi poſſent.*
8 *Contractus matrimonij prohibetur clam contrahi.*
9 *Ad matrimonium probandum etiam ſi clam, & de nocte contractum ſit, non ſunt admittendi teſtes de domo, vel aliàs inhabiles.*
10 *Ancilla poteſt teſtificari eo tēpore, quo deſierit eſſe in ancillatu, ſiue famulatu.*
11 *Ancilla ſi reperta prægnans in domo domini, non ſimpliciter eſt præſumendum contra dominum.*

1 Ancilla quam dominus vxorē duxerit † præſumitur pp dominum efferri, & ſuperbè agere, auth. de nuptiis, §. iucundum. Luc. de Pen. in l. quemadmodū. C. de agr. & cenſit. verſ. 201. lib. 10. ad idque referri poteſt antiquum prouerbium Palladæ, lib. 1. Græcor. Epigram.
[illegible]
Quo ſignificatur ancillam, aut ſi mauis, ſeruā noſtram non eſſe in vxorem ducendā, quaſi & hæ plerunque ſoleant eſſe erga maritos inſolentiores. Ad id reſpexit omniū ſapientiſſimus ille Salomon, qui prouerb. 30. veriſſime proditum reliquit, per tria mouetꝰ terra, & quartum non pōt ſuſtinere, & quæ ſequūtur.
2 Hinc meritò † non pōt eſſe teſtis p domino, arg. c. in literis. de teſt. l. 2. C. eo. ita Io. de Amic. in cōſ. 196. nu. 15. & Pariſ. in conſ. 87. nu. 81. vol. 3 p Doctr. Bal. in l. ēt C. de teſt. & facit, qꝺ ait Marc. Man. in conſ. 213. nu. 30. vol. 1. vbi inquit ancillam non carere ſuſpicione.
3 Intellige tamen concluſionem, ſi opponatur: † quia alioqui eſt idonea, & iudex non poteſt eam repellere, iuxta ſententiam Ang. in auth. de teſti. in prin. col. 1. & Alex. de Neuo. in conſ. 6. nu. 3.
Intellige ſecundò, eo vſque concluſionē pcedere,
4 † vt ancilla examinata nec faciat indiciū, ſi credimus Abb. in d. c. in literis. in 3. no. de teſtib. quē refert Ioā. de Amic. in d. conſ. 196. nu. 15.
5 Primò limita in his, quæ ſecretò fiunt in domo, qa tunc poteſt teſtificari, eſt Accurſ. doctrin. in l. 3. C. de adult. quem ad hoc allegat Domhaud. in ſuo trac. de teſtib. in fi. num. 10. eſt etiam text. in l. conſenſu. C. de repud. bona gloſ. in c. cum dilecti. verſ. & ſi tres. extra de electio. bonus text. in c. fin. de teſtib. cogen. & no-
6 tat Alex. de Neuo. in conſ. 4. nu. 15. vbi inquit † in his, quæ non poſſunt probari, niſi per domeſticos, admitti famulos & ancillas ad teſtimonium, vt etiam dicunt
7 Bal. & Salic. in l. 2. C. de teſtib. & ratio eſt: † quia tunc ex natura actus à communiter accidētibus alij teſtes habiles non poſſunt haberi: vt in probādo adulteria, eſt caſus præcipuus, vt declarat Abb. in d. c. in literis. ſecus eſt ſi ex natura actus poſſint haberi teſtes ido-
8 nei. ut eſt in contractu matrimonij, † quod prohibetur clam contrahi: ut in tit. de clād. deſpon. quia licèt caſu aliquo non habeantur teſtes idonei: quia clam,
9 & tempore nocturno ſit contractum, † nō propterea ſunt admittēdi huiuſmodi teſtes familiares, uel aliàs inhabiles, ſecundum Abb. in conſ. 54. num. 14. & ſeq. lib. 1. Alex. in conſ. 152. num. 15. uol. 5. Dec. in conſ. 310. col. 2. uerſ. & in iſto caſu. & Io. de Amic. in conſ. 196. num. 17.
Secundò limita qñ eo tempore deſierit eſſe in ſer-
10 uitute, ſiue famulatu: † quia tunc poterit teſtificari, ita per alios ibid. alleg. Crot. in conſ. 131. nu. 15.
11 Verū ſi reperta ſit prægnans in domo domini † nō ſimpliciter præſumendum contra dominū, Ita Alc. in tract. de præſump. reg. 3. præſump. 37. nu. 5. p doctr. Bald. in l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.

CON-

CONCLVSIO XCI.

ARGVMENTVM.

Animal, vt bos, vel equus an probetur eſſe alicuius per ſtigma impreſſum.

SVMMARIVM.

1 *Animalia: vt bos, & equus: quomodo probētur eſſe alicuius*
2 *Agens pro boue, vel equo, quem dicit eſſe ſuum, licet nō probet dominium, ſufficit tamen probare illos ſuo ſtigmate inuſtos eſſe.*
3 *Res videntur eſſe cuius ſigno ſignatæ ſunt.*
4 *Probatio per ſtigma ſufficit etiam quoad poſſeſſionem, & dominium animalium.*
5 *Rebus ſuis prohibetur quis ponere ſtigma alienum.*
6 *Dominus poteſt animal ſuum, ꝓpria authoritate reducere.*
7 *Animal probatur ſuum eſſe, ſi probata fuerit impoſitio ſtigmatis in dicto animale.*

1 Animalia vt bos, & equus probātur eſſe alicuius, † probādo inuſta eſſe ſtigmate, quo illius grex imprimitur. Ita Luc. de Pen. in l. ſtigmata. C. de fabr. lib. 11. col. 2. verſ. & nota hic argumentū: vbi ait, licèt agēs pro boue, vel equo, 2 quē aſſerit eſſe ſuum, † non probet dñium eius bouis, vel equi, ſatis eſſe tñ probare illum ſuo ſtigmate inuſtū eſſe, & id cōprobat per l. pen. §. pe. C. de aqued. lib. 11. & l. 1. ff. de ſer. fug. in fi. & arg. c. diſplicet, 23. q. 4. & c. ab exordio. 35. diſt. & Bar. in d. l. ſtigmata. Res enim 3 videnř eſſe, † cuius ſigno ſignatæ ſunt, arg. l. ꝙ ſi neq; §. fi. ff. de peric. & com. rei vēd. & videtur hoc expreſſum in c. ſi iudex. de ſent. excom. lib. 6. & ad idem facit c. quod quidam. in fi. 1. q. 1. & c. quēadmodum. 23. q. 7. & c. poſtea ſignatur. de cōſec. diſt. 4. & c. ſanè profecto. 24. q. 2. & c. fi. de vot. & inf. not. in concl. arma, & in concl. domus, & Bal. l. 1. nu. 1. C. quę res vend. nō poſſunt, vbi dicit, mercatores magnæ auctoritatis habere ſigna & ſtigmata: vt fabri, quibus vtuntur in ſuis mercibus, & operibus, & notarii in ſuis inſtrumentis. & auth. dos data. C. de don. ant nup. vbi Bal. dicit, ballas (ſic eas vocat) mercatorū ꝑlurimi, quorū ſūt ſigna.

4 Amplia, † vt huiuſmodi probatio per ſtigma ſufficere etiam quo ad poſſeſſionem, & dominium dicti animalis: vt idē Luc. de Pen. d. verſ. & nota hic argumentum, vbi alleg. l. 3. C. de bon. vac. & hac de cauſa 5 † prohibetur quis rebus ſuis ponere ſtigma alienum, alleg. l. 1. C. de naui. non excuſ. lib. 11. & ſi quis appoſuerit, perdit rem, l. ſacrilegii. §. qui cum. ff. ad leg. Iul. 6 pec. cū alijs ibi alleg. & refert † alios Doct. ſentire, dominū poſſe ipſū animal ꝓpria auctoritate reducere.

Limita vſq; eo procedere, ſi probata fuerit impoſi-7 tio ſtigmatis in d. animale, † ſecus ſi non fuerit ꝓbata. ita idē Luc. de pen. vbi ſup. qui alleg. d. l. 3. C. de bon. vacan. & l. ꝙ ſi neq; §. fi. ff. de peric. & com. rei vend. & l. diſtraheret. C. de reb. alien. non alien. cū ibi not.

CONCLVSIO XCII.

ARGVMENTVM.

An animal venditum morboſum, vel putridum apparens, tale præſumatur fuiſſe tempore venditionis, & traditionis.

SVMMARIVM.

1 *Animal, vt equus venditus intra triduum mortuus, & c. præſumitur infirmum fuiſſe venditionis tempore, & locus erit ædilitio edicto.*
2 *Animal vēditum ſi morboſum appareat illicò poſt contractum tale præſumitur fuiſſe tempore contractus.*
3 *Præſumptio prædicta ſufficiens eſt, ſi modicum tempus interuenit; ſecus ſi plures dies; quia tunc ſimplex eſt.*
4 *Medicorum dictis ſtandum eſt tanquam peritis in arte.*
5 *Animal non præſumitur corruptum fuiſſe tempore venditionis, quando venditor probat poſt traditionem comediſſe herbas venenatas.*
6 *Teſtes quomodo deponere debeant, & quibus ſtandum, vide remiſſiuè.*
7 *Actus in hoc iudicio qualis erit.*
8 *Animal quomodo probetur morbo lethali laboraſſe tempore venditionis, & traditionis.*
9 *Qui non comedit, nec bibit: ſanus non eſt, imo mortuo ſimilis.*
10 *Mortis celeritas in animali præſumitur ex vulnere, vel vlcere.*
11 *Inteſtinorum putrefactio, viſibilis, & apparēs indicat animal omnino periturum fore.*

Animal vt equus vēditus, ſi intra triduum mortuus fuerit, & reperiatur eius 1 cor putridum, & marcidum, † præſumitur tēpore venditionis fuiſſe infirmum, vnde erit locus ædilitio edicto, vt dicit Ang. in l. ſciendum in fi. de verb. obli. quē refert, & ſequitur Alc. in tract. de preſ. reg. 2. præſump. 27. nu. 11. & ita * communiter Doctores ſentiunt in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obl. vt ait Rip. in trac. de peſte, rub. de remed. ad cur. peſt. nu. 141. vbi pulchrè de hoc, & Bal. in l. 1. col. pen. verſ. itē faciunt ad mercatores. C. de ædil. act. & in l. 2. q. 2. C. de reſcind. vēd. & idem Bal. & Flor. in l. paciſci. ff. de pact. Io. And. in add. ad Spec. de empt. & vend. §. nunc videndū. verſ. ſciendum. in add. quiſquis emit bouem. Boer. in deci. 323. nu. 22. vbi quam plures alios citat, & Rim. conſ. 2 360. nu. 11. vol. 2. vbi dicit, † animal venditum ſi poſt contractum illicò, vel paulò poſt appareat morboſū præſumi fuiſſe morboſum tempore contractus, vt ēt iudicatum fuiſſe Peruſiæ eſt atteſtatus Ioſeph. Ludo. in ſuis deciſion. deciſ. 118. quæ eſt ſina. deciſ. 2. partis, ꝙ ſi intra triduū moriatur, periculo vēditoris morit. Io. Oldend. tract. de vſuc. §. bellum. nu. 3. & latius de hoc Iac. Menoch. reg. 226. vbi ponit ſeptem limitatio.

3 Limita, & intellige procedere, † vt dictum eſt, de modico tēpore, quia tunc erit valida huiuſmodi præſūptio, vt per Iaſ. in l. lecta. col. 13. ſub nu. 20. cir. med. verſ. primus eſt in ſpoliato. ff. ſi cer. pet. ſecus ſi plures dies interceſſerint, nā tunc eſſet ſimplex præſumptio, 4 & niſi hoc medici aſſeuerarent, † quibus eſſet ſtandū tanquam peritis in arte, arg. l. ſemel. C. de re milit. lib. 12. non ſufficeret huiuſmodi præſumptio, & Alex. in conſ. 148. vol. 2. & Rimin. vbi ſupra num. 13.

Secundò limita, qñ venditor probaret, infra triduū 5 poſt traditionē comediſſe herbas venenatas, † quod etiam iudicio relinquendū erit peritorum artis. Ang. in d. l. ſciendum, de verb. obl. & ibi omninò. Alex. & Abb. in c. iuſtum, de rer. permut. Teſtes autē quomo-6 do deponere debeant, † & quibus magis credendum, videndus eſt omninò. Alex. in conſ. 148. vol. 2. p tot. vbi vberrimè examinat, & Bal. in conſ. 499. vol. 5.

7 Actio autem in hoc iudicio † erit redhibitoria, vel certè quanti minoris, vt idem Bal. in alleg. conſ. 499.

8 Quod verò tempore venditionis, † & traditionis animal laborat morbo lethali, probatur ex eo, quod nec comedit, nec bibit, nam qui hoc non facit, ſanus 9 non eſt, † imo mortuo ſimilis eſt. l. in hac. ff. de tritic. quam allegat Bald. in d. conſ. 499. vol. 5.

Probatur etiam, vt ſupra diximus, per mortis celeri-10 tatem, † quia tunc præſumitur mortuum vulnere, vel vlcere. l. 1. C. de emend. ſer. & Bald. in d. conſ. 499. vel quia inteſtina in putredinem reſoluta eſſe clarè con-11 ſtet, † Vnde facilè, & liquido pateat animal omninò fore periturum, vt idem Bald. vbi ſupra d. conſil. 499. per l. ædiles aiunt. ff. de ædil. edict.

Cætera ſcitu digna huic ſubiicere, noluimus, opportunius hæc tradentur in cõcluſione, equus, mors, & morboſus.

CONCLVSIO XCIII.

ARGVMENTVM.

Mœrere teſtatoris animum ob mulieris impudicam vitam, præſumitur.

SVMMARIVM.

1 *Anima teſtatoris mortui ꝑpter impudicã vitam mulieris, cui legauit ſub cõditione, ſi caſtè vixerit, pſumit triſtari.*
2 *Idem ſi mulier tranſeat ad ſecunda vota.*
3 *Filijs primi matrimonij ſit iniuria per tranſitum matris ad ſecunda vota.*

Anima teſtatoris mortui præſumit mœrere ob mulieris viuendi genus impudicum, ac impurum, † cui legauit ſub conditione, ſi caſtè vixerit, vt ex allegat. per Alb. in conſ. 25. nu. 12. & ita videtur ſentire Pariſ. in conſ. 95. nu. 21. & 56. vol. 2. Marſil. in conſ. 13. nu. 8. glo. & Doct. præſertim Iaſ. in l. fideicommiſſũ. C. de fideic. Ceph. in conſ. 59. nu. 6. vol. 1. & Rol. à Valle in conſ. 69. nu. 34. vol. 1. † Imo etiam per tranſitum ad ſecunda vota, vt conſuluit Ruin. in conſ. 84. poſt. nu. 9. vol. 2. & Mar. Soc. in cõſ. 108. nu. 8. vol. 1. §. nos igitur. & §. ſol. in auth. de nup. gl. & doct. in l. 1. de ſec. nup. facit. c. fatendum. 13. q. vlt. Alex. in l. mulier quæ. §. cũ proponeretur, nu. 9. ff. ad Treb. vbi etiam inquit † inferri iniuriã filijs primi matrimonij.

CONCLVSIO XCIV.

ARGVMENTVM.

Animus quibus modis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Animus directò probari nõ poteſt: quia ſolus Deus eſt ſcrutator cordium.*
2 *Animi probatio eſt quaſi impoſſibilis.*
3 *Animus etiam per teſtes ſingulares probari poteſt.*
4 *Animum probari per coniecturas, præſumptiones, & ſimilitudines, de quibus in hac concluſione.*
5 *Animum probari per iuramentum, & quomodo.*
6 *Animi probatio per iuramentum tanti eſt momẽti, vt nulla alia certior haberi poſſit.*
7 *Teſtes, qualis fuerit animus alicuius, ſi præceſſerint verba declaratoria, per ea teſtificari poſſunt.*
8 *Probationi prędictæ contrariũ probare volẽs nõ admittitur.*
9 *Doctores contrarium tenentes allegantur.*
10 *Quod permittitur actori, id debet permitti reo, cui tolleretur exceptio ſua, ſi non poſſet probari contrarium.*
11 *Statuto ſi cauetur, ſtari iuramento alicuius, venit nihilominus admittenda probatio in contrarium.*
12 *Statutum ſi diſponat, ſtari conſcientiæ alicuius, poteſt tamen probari contrarium: dummodo cauſa ſit nimis prępiudicialis.*
13 *Nuntio, & executori iurato licèt credatur in his, quæ ſpectant ad officium illius, poteſt tamen probari contrariũ.*
14 *Animum probari per ſimplicem aſſertionem.*
15 *Poſſeſſio animo retinetur.*
16 *Animus cognoſcitur, & probatur per verba.*
17 *Verba ſunt inuenta, vt animum dicentis exprimant, & declarent.*
18 *Quæ ſunt parui præiudicij licet conſiſtant in animo, probantur tamen per ſolum iuramentum.*
19 *Concluſionem procedere etiã in his, quæ ſunt magni præiudicij, ſecundum Rom.*
20 *Dicto alicuius cum iuramento non ſtatur, quando contra ipſum extat aliqua præſumptio iuris.*
21 *Furi de furto commiſſo ſe excuſanti, ita tique credidiſſe, dñm rei cõſenſiſſe, vt ipſã auferret, nõ credit, & quare.*
22 *Nemo rem ſuam iactare præſumitur.*
23 *Dicenti ſe conſenſiſſe, vt furtum fieret de re, ſi fur non ſit affinis, vel amicus, præſumitur dicere ficte, animoque iuuandi, & cum habeat præſumptionẽ contra eius dictum aſſertio per iuramentum non probatur.*
24 *Citati ad domũ iurare volentis ſe de citatione notitiã non habuiſſe, iurĩ eius non ſtatur, & quare, & ibi cõtrariũ.*
25 *Volenti probare ignorantiã conſtitutionis, edicti, aut ſtatuti nuper editi per proprium iuramentũ, non creditur.*
26 *Nemo præſumitur ignorare, quæ omnes in ciuitate ſciũt.*
27 *Iuuenis ludens in tenebris cum virgine per iuramentum nõ ꝓbabit nõ animo prauo, ſed bona fide ludere cũ illa.*
28 *Homini bonæ famę, & opinionis creditur per iuramentũ, ſecus ſi ſit malæ, & homo leuis.*
29 *Statuto ſi cauetur, credi debere denunciatori, vel damnum paſſo cum iuramento, tamẽ non ſtabitur, ſi infamis fuerit etiam ſola infamia facti.*
30 *Libro mercatoris infamis non eſt credendum.*
31 *Veneficij accuſatus ſi dixerit, ſe potionem non dediſſe animo necandi & ſtatuto caueat propterea non puniri eius dicto etiam cum iuramento ſtandum non eſt.*
32 *Iuramento circa animum non creditur, quando alio modo poteſt probari.*
33 *Aſſerẽti ſe arbitratum eſſe in illo iuiſſe loco iure ſeruitutis ſi nullus pręceſſit titulus, ei non creditur per iuramentũ.*
34 *Alleganti titulum reprobatum, & non bonũ per iuramentum non eſt credendum.*

1 Animus cum directò ꝓbari nõ poſſit, † cũ ſolus Deus ſit ſcrutatur cordiũ, vt inquit Marc. Mant. in cõſ. 24. nu. 4. vol. 1. per gl. in c. de occidendis, 23. q. 5. & in clem. exiui de paradiſo. de verborum ſignificat. & in l. 2. ff. de interroga. action. Barbat. conſ. 42. nu. 14. per cap. nouit. de iudic. vol. 1. c. tua. in fin. de ſimon. cum concord. gl. in clem. vnica, de reliq. & vener. Sãcto. Blãc. de indic. nu. 57. tomo 15. Ioan. Lup. in tract. de matri.
2 & legit. part. 1. nu. 6. & 10. vbi inquit, † eſſe quaſi impoſſibilem probationem, vt plenè Corn. conſ. 81. nu. 16. vol. 1. conſ. 124. nu. 3. vol. 3. & Homod cõſ. 63. nu.
3 3. vt † etiam per teſtes ſingulares probari poſſit, ſiũ Crau. in conſ. 2. nu. 33. & tenet Rot. deciſ. 73. diuerſorũ nõdum typis tradit. qñ cõcurrit publica vox, iccir-
4 co confugiendum eſt ad coniecturas, † præſumptiones, & ſimilitudines, vt idem Marc. Mant. vbi ſupra ꝑ ibi adduc. & ſapiẽtiſſimè Menoc. de arb. iud. caſ. 361. nu. 2. Laur. Silu. in conſ. 7. nu. 21. Soc. conſ. 28. nu. 14. vol. 1. Mando. in reg. cancel. reg. 5. q. 4. nu. 7. & Corn. conſ. 45. in littera A. vol. 3. ſed quæ ſint cõiecturæ, & præſũptiones infra dicemus ſingulis ſuis in locis. Ge-
5 neralẽ igitur conſtituimus concluſionẽ nempè † animum probari per iurm illius, qui aſſerit id habuiſſe in aĩo, vel ꝙ ſciuerit, vel ignorauerit iuxta ſñiam Mar. Soc. in conſ. 123. nu. 19. vol. 2. & in conſ. 28. nu. 19. vol. 1. Guid. Pap. q. 614. & in cõſ. 223. vbi plenè, nu. 13. verb. ſed qualiter. Alc. de præſump. reg. 3. præſũpt. 16. Bell. in conſ. 49. n. 13. Bella. deciſ. 45. Rot. deciſ. 42. in nou. ſi impetratum. & deciſ. 79. nota quod vbi, & deciſ. 494. nota ſi impetretur, in antiq. Staphil. de ſignatur. grat. & iuſtit. tit. de cõmiſſ. fol. mihi 172. verſ. ſolet tamen. Hippol. Marſil. in rubr. C. de probat. nu. 122. Iaſ. in conſ. 84. nu. 7. vol. 1. Roman. in l. gerit, nu. 5. ff. de acquirend. hæredit. Neuizan. in conſ. 5. num. 38. Crauet. de antiq. temp. part. 4. nu. 153. Riminald. ſen. in conſ. 216. num. 22. vol. 2. Abb. in cap. de his.
* nu. 6. de accuſ. vbi * omnes ad hoc alleg. glo. in cap. ſignificaſti de homi. vbi Fel. nu. 2. & gl. in §. aliæ. Inſt. de act. vbi Iaſ. Old. cõſ. 286. Ang. cõſ. 314. Anch. 159. in fin. nu. 44. & conſ. 174. nu. 4. & 5. Rom. conſ. 398. in fi.

in fi. & in conſ.76.n.5.Gram.vol.10.nu.28.Alex.cōſ.
127.nu.15.lib.4.Hippol.conſ.9.nu.32. & conſ.96.nu.
8.& Marc.Ant.Blāc.in pract.crim.de re accuſ. incip.
datis defenſionib.nu.65.& per alios, quos enumerat.
Io.Nic.Arelat.in addit.ad Alc.vbi ſupra. Quintilia.
Mando.ad reg.cancel.reg.5.q.4.nu.2.& Barb.conſil.
42.nu.14.vol.1.Ruin.conſ.1.nu.4.vol.5.
6 Primò amplia,† vt tanti ſit momenti hmōi proba-
tio,vt nulla alia certior haberi poſſit,vt §.alię.Inſt.de
act.& l.ſi cui.§.iiſdem.ff.de accuſ.Bart.in l. inter oēs.
§.rectè. ff. de fur. & in l. 2. §.ſi à pupillo.ff.pro empt.
quos adducit Rot.10 dec.42.in nou. ꝙ verum eſt,niſi
7 aliqua verba declaratoria præceſſerint,† nã eo caſu te
ſtes de aīo alicuius,qualis fuerit, teſtificari poterunt,
idq; p verba declarat.Bert.in verb.teſtes dep.nu.176.
8 Secundò amplia,vt vſq; eo concluſio procedat † vt
non admittatur contrarium probare volens, ita Dñi
Rot.deciſ.79. in fi.in antiq.Dec.in c.interpoſita.§.1.
de appel.& in c.ſtatutū.§.aſſeſſorem, de reſcrip. in 6.
9 Contrariam † tamē ſnīam ſunt ſequuti Fel.in c. ac-
cedens,il 2.nu.14.vt lit.non conteſt.& in c.ſignifica-
ſti,n.4 de homic.& Bar.in l.2.§.ſi à pupillo.ff. de vſu-
cap.pro emp.& in l.is pōt.col.5.nu.4.de hom.& Bart.
in l.2.§.ſi à pupil.ff.de vſucap.pro emp. & in l. is pōt.
col.5.ff.de acq.hær.Bellam.deci.45. exceptio de non
per horreſcētiæ.Iaſ.in §.ſed iſtę.col.25.verſ.3. ad no-
ſtram.de act.Tiraq.in trac.de vtroq.retract.tit.de ret.
lignagier.§.4.gl.1.nu.5.Cap.Toloſ.q.236.item quidā
Bolo.vbi dr̄, bis ita fuiſſe deciſum,& conſtitutū in ca
10 pella. Et ratio eſt, † quia ſicuti permittitur actori, ita
dēt permitti reo, alias ſi nō poſſet probari contrariū,
tolleretur reo exceptio ſua,ꝙ nō eſt dicendū,c.paſto-
ralis de re iud. vt latius dicet̃ in cōcl.per horreſcentia.
Amplia poſteriorē iſtorum opinionem vſq; eo pro-
cedere,vt ēt lege municipali caueatur,vt credat̃ iura-
11 mento alicuius,† nihilominus ſit admittenda proba-
tio in contrariū,vt tradidit Ang. in l. qui reſtituere. ff.
de rei vend.& alleg.gl.in clem.1.de iur.patr. & ex al-
leg. per Iaſ.in d.§.ſed iſtæ,nu. 95. vbi notat id ꝙ ait d.
gl.in clem.1.hoc eſt,ſi ſtatutum diſponat, vt fides ha-
12 beatur conſcientiæ alicuius, † tamen ſi cauſa ſit ni-
mis præiudicialis poſſit probari contrariū ſecus ſi nō
ſit nimis præiudicialis iux.gl.in c.ſtatutum.§. aſſeſſo-
rem.verſ.relinquatur, de reſcrip. in 6. & ad hæc facit
Paul.Caſtr.in l.de pupillo.§.qui opus.ff.de nou.oper.
nunc.Bal.in c.ſi ſacerdos.de offic.ordin.Io.de Anna.
in conſ.34.incip viſis, & diligenter.
13 Infertur ex hac ſecunda opinione, † vt & ſi credat̃
nuntio,& executori iurato in his,quæ ſpectāt ad eius
officium,vt c.cū parati.& ibi Doct.de appel.& l.ma-
gis.§.illud.ff.de reb. cor. poſſit tñ probari contrariū,
vt gl.in c.propoſuiſti in verſ.nō probat̃ 82.diſt.Imol.
& Ale.in l.qui bona.§.qui bona,q dāni.ff.de dān. in-
fect.& ex multis alleg.p Tiraq.vbi ſup.nu.6. & Chri-
ſtoph.Porc.in §.itē verbor.Inſt.de inutil.ſtip. in prin.
14 Amplia cōcluſionē p̄cipuam procedere † etiam in
ſimplici aſſertione nēpè cum quis ſemel poſſedit, &
nūc aſſerit poſſidere. Animus enim hmōi probat̃ per
15 talē aſſertionē,† nam poſſeſſio aīo retinet̃,ita docuit
Bar.in 2.lect.l.ſiue poſſideris.nu.7.C.de prob.per d.§.
aliæ.Inſt.de act,& per l.at ſi quis.§. ſed interdū. ff. de
16 relig.& ſumpt.fun.& facit etiam ad hoc illud † vt per
veſtē etiā cognoſcitur,& probetur animus, vt eſt tex.
iunct.gl.in verb.poteſt,in l.quidā in ſuo.ff.de condit.
inſt.& in l.de minore.§.tormēta.ff. de q.& Bertr.cōſ.
17 324.nu.5.vol.4.nam verba inuenta ſunt,† vt dicentis
animū exprimant,& declarent,vt inquit Alc.lib.1.in
prin.tract.de verb.ſig.& ante eum Cicero in topicis.
Primò limita concluſionē principalē procedere in
18 his quæ ſunt parui præiudicij,ſecus ſi magni,† q̄a tūc
etiam ſi conſiſtant in aīo, non probantur tamen per
ſolū iurm,ita docuit Paul.de Lya.in clem.conſtitut.
de elec.& D.de S.Gem.in c.eos.de tēp.ord.in 6.Hipp.
Marſ.in ſing.655.incip.memoriæ.& Io.Nic. Arela.in
add.ad Alc.de præſ.in d.reg.3.præſump.16.nu. 6.
Contrarium tamen conſuluit Roman.in conſ.76.
19 nu.5.nempè concluſionem procedere, † etiam ſi eſ-
ſemus in his, quæ ſunt magni præiudicij.
Secundò limita, vt procedat concluſio, qñ contra
ipſum aſſerentem iur̃o non extat aliqua præſumptio
20 iuris,ſecus ſi extaret,† quia tunc non ſtatur eius dicto
etiam cum iur̃o,vt per Fely. in c. ſignificaſti.il 1.in 1.
col.de homi.& in c.inquiſitionis.§.quęſiuiſti.in pen.
col.de accuſ.ſequitur Hipp.Marſ.in conſ.9. num. 36.
Crau.de antiq.tēp.par.4.nu.153.& Bar.in l. inter oēs.
§.rectè,de fur.nu.3. vbi dicit ſi fur ſe purgare velit de
21 furto cōmiſſo,† ita quia habebat in aīo, & credebat,
dñm rei cōſenſiſſe,vt ipſam rem auferret, & iurat id
credidiſſe,tñ non creditur illius iur̃o, quia habet prę-
ſumptionem contra ſe ipſum, vt imò crederet Dñm
22 non eſſe permiſſurū,† nemo enim præſumitur iactare
rem ſuam.l.qui vaſ.§.vetare. ff.de fur.cum ſimilib.&
ipſum Bart.refert Alc. in d.reg.3.præſ.16.nu.2.qui li-
cet per quatuor rationes oſtēdat, huiuſmodi limita-
tionē non eſſe verā,tamen illam in fine tuetur, nēpè
procedere,qñ prę́ſumptio iuris contra iurantem eſſet
magis efficax,& veriſimilis, quā illa quæ ex teſtō ori-
tur.& pro iſta limitatio.ſentit Imol.in c.2.de conſtit.
col.9.Card.in clem.2.§. cæterùm.q.7.de elect. Rot.
deci.444.incip ext.Rotam,ſiue item ext.Rotā.in no.
Amplia hmōi limitationem etiā procedere in eo,
23 qui vellet excuſare furē,† dicens ſe cōſenſiſſe,vt fur-
tū faceret de re ſua,quia ſi fur nō erit affinis, vel ami-
cus, præſumitur illud dicere fictè,& animo iuuandi,
nec probatur per iurm huiuſmodi aſſertio, contra.n.
habet præſumptionem,vt inquit Fel.in d.c.ſignifica-
ſti.nu.3.de homicid.& not.Innoc.in c.2.col.9. de cō-
ſtit.& Card.in clem.ne Rom.§.cæterū m.q.7.de elec.
& Io.de Anna.in c.2. circa fin. de calum.
24 Primò infertur ex hac limitatione, † quòd ſi quis
fuerit citatus ad domū, ille aūt citatus vellet iurare
notitiā nō habuiſſe de illa citatione, ipſius iur̃o non
ſtat̃,q̄a hēt p̄ſumptionem contra ſe,nēpè quia q̄libet
p̄ſumatur ſcire, quod ſibi eſt denunciatum ad domū,
vt gl.in l.ſi tutor.ve.l.oſtenderis.C.de peric. tutor.
Contrarium voluit Bal.in l.2.§.pen. in fi. ff. ſi quis
caut.quem reprehendit Iaſ.in §.ſed iſtæ.Inſti.de act.
& ibi etiam Iaſ.à Bald.tamen ſtat.Alc.vbi ſupra, re-
prehendens Iaſon.
25 Secūdò infertur,† vt ſi aliquis vellet probare igno-
rantiam conſtitutionis,edicti,aut ſtatuti nuper editi,
per proprium iuramētum non poſſet, nec ei creditur,
ita Ioan.And.Innoc.& alij in c.1 de conſtit.& Iaſ.in
26 d.§.ſed iſtæ.nu.92.† nemo enim præſumitur ignora-
re,quæ omnes in ciuitate ſciunt,vt Iaſ.in d.§.ſed iſtæ.
vbi etiam ponit aliam illationem, nempè de iuuene
27 ludente in tenebris cum virgine, † qui non probabit
per iuramentum,non animo prauo,ſed bona fide lu-
dere cum illa, vt ibi per eum.
Tertiò limita,vt procedat in eo, de quo homines
28 benè ſentiunt † ſecus ſi malè audiat, homoque leuis
ſit,quia ei non creditur per iuramentum ſuum. vt pro
hac limitatione. Iaſ.in d.§.ſed iſtæ,n. 96. teſtatur Bal.
in l.falſus.col.3.C.de fur.& gl.in c.ſignificaſ.il 1.verſ.
ſi eſt ita.de hom.& ꝙ voluit Ang.in l.qui in iudicio.
ff.de accuſ.vbi inq̄t,ſi ſtatuto caueat̃,vt fides habeat̃
29 denunciatori,† vel dānū paſſo cum iur̃o,tamen non
ſtabit̃, ſi ipſi fuerint infames ēt ſola infamia facti, &
ꝙ notat Bal.in l.cunctos populos.C.de ſumma Trin.
col.41.vbi ait, ſtatutū diſponēs vt credatur libro mer
30 catoris,† intelligi,niſi mercator fuerit infamis: quia
tūc nō erit credendū illi libro, non obſtāte etiam iu-
ramento, & pro iſta limitatione ſentit Arch. in c.q̄a
p̄ſulatus.n.4.1.q.4.& ſequitur Fel.in d.c.ſignific.nu.2.
Quartò limita in criminalibus: vt ſi lege municipa-
li ſit cautū,ne quis puniatur de delicto,nēpè de vene-

31 nõ† ſi non animo interficiendi potionem dederit: de hoc animo non erit ſtandum dicto ipſius, etiam cum iuramento. Marc. Ant. Blãc. in pract. crimin. in verb. datis defenſionibus. fol. 36. nu. 69. nã animus probatur præſumptione facti. l. is qui. §. diuus. ff. de tut. & cur. l. 1. §. diuus. ff. de ſicar. cum neq; criminalia dirimantur iuramento, arg. l. fin. C. de proba.

Contrarium voluit Hippol. Marſil. conſ. 96. licèt forſan adducta per eum procedant in ciuilib.

Quintò limita, quando alio modo poſſet probari,
32 quàm per iuramentum, † ſecus ſi nõ poſſet probari, vt latè Lap. alleg. 94 per tot. Bald. in diſput. quæ incipit, ſtatuto cauetur. col. 9. Cardin. in Clemen. 1. in fin. de pœn. & ibi gl. ver. commodè, & Fel. in d. c. ſignificaſti. nu. 4. aſſerens id procedere in foro conſcientiæ, & alleg. gl. in eo. c. ſignificaſti. in ver. credendum. & clem. 1. in ver. non habita. de priuile.

Sextò limita in eo, qui ſine fraude opinabatur, bonàque fide arbitrabatur, ſe in eo loco profectũ fuiſſe
33 iure ſeruitutis: nã hoc caſu, † ſi nullus titulus præceſſit, ei non creditur per iuramentum, ita Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. nu. 9. ff. de itin. act. priu. & Iaſ. in d. §. ſed iſtæ. Inſti. de act. in gl. magna, verſ. in primis ergo.

34 Quod idem procederet, † ſi allegaret titulũ, tamen improbatum, & irritum, quia nihilominus ei per iuramentũ non eſſet credendum, ita Iaſ. in d. §. ſed iſtæ. nu. 23. Inſtit. de act.

CONCLVSIO XCV.

ARGVMENTVM.

Quomodo probetur animus.

SVMMARIVM.

1 *Animus ex qualitate facti præſumit, & ꝓbatur ita fuiſſe.*
2 *Animum meum ex operibus meis probo.*
3 *Animus talis præſumitur, qualia facta ſunt.*
4 *Animus in animalibus brutis ex eorũ factis præſumitur.*
5 *Animus hominis ex qualitate orationis iudicatur.*
6 *Animus in ſequẽti qualis fuerit probatur ex præcedẽtibus.*
7 *Animus qualis fuerit in præcedentibus probatur ex poſtea geſtis.*
8 *Animum in futuris præſumere difficile eſt.*

1 Animus ex qualitate facti præſumit, † & ꝓbatur ita fuiſſe. arg. l. q alienũ. §. actum. l. Paul. ff. rem rat. hab. & notat Inn. in c. bone. de poſtul. prælat. quem refert Anch. in conſ. 204. nu. 4. & Crauet. in cõſ. 150. nu. 4. & facit l. duo fratres. ff. de acq. hær. & l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſub-
2 ſtit. Nam Iob ait † animum meũ ex operibus meis ꝓbo. Ita refert Bal. in prooem. decret. in verſ. rex Pacificus. nu. 14. & Gram. conſ. 13. nu. 2. & 3. per plura ibi adducta, Corn. in conſ. 6. in littera R. ibi, facto enim, vol. 3. Neuiz. in conſ. 50. nu. 2. & Cepha. in conſ. 75.
3 num. 3. vol. 1. vbi dicit † talem præſumi animũ, qualia facta sũt, & Gram. deciſ. 37. nu. 6. c. dilecti filii. vbi glo. ſuper verbo facto, de appel. & l. fin. C. ſi maior fact. Vant. tract. de nullit. tit. quibus modis ſum. null. reper. poſ. nu. 103. ad 105. Abb. c. ad hæc, nu. 3. de appell. per c. 1. de præſumptio. & l. nam ludus. ad l. aquil. Marc. Blanc. tract. de indic. nu. 58. tomo 15. fol. 156. & l. ſi tamen. §. ei qui. de ædil. edict. l. de quibus. in fin. vbi Bald. de legibus.

Primò amplia ꝓcedere etiã in animalibus brutis,
4 † ex quorũ factis præſumitur animus, tex. eſt in §. ceruus. Inſti. de rer. diuiſ. & dicunt Anch. & Crauet. vbi ſupra, & ex qualitate actuum illorum manifeſtatur, Paris de Puteo tract. de re milit. §. cum inter. nu. 5.

Intellige etiam procedere cõcluſionẽ in ſermone
5 hominis † quia itidem ex qualitate orationis animus hominis iudicatur, iuxta ſententiã Bal. in l. ſed & reprobare. in prin. ff. de excuſ. tut. & Rol. à Valle in cõſ. 61. nu. 9. vol. 2. & Thom. Gram. d. deciſ. 37. nu. 6. Soc. iun. in conſ. de duell. licit. nu. 18. tom. 16. fol. 145.

Quam ſententiam optimè confirmauit Socrates. Nam cum diues quidã filium adoleſcentulũ ad Socratem miſiſſet, vt indolem eius inſpiceret, ac pædagogus diceret, pater ad te ò Socrates miſit filium, vt eũ videres: tũ Socrates ad puerũ loquere igit, inquit, adoleſcẽs, vt te videã: ſignificãs ingeniũ hominis nõ tã in vultu relucere, quàm in oratione, ꝙ hoc ſit certiſſimũ, minimeq; mendax animi ſpeculum. eſt. n. vt inquit ille, oratio vmbra animi, cui Diogenes aſſẽſit. Dicere. n. ſolebat, ſibi videri mirũ, ꝙ cũ ollã, aut operculũ nõ emerẽt hões, niſi pulſu ac tinnitu exploratũ, in emẽdo hoĩe ſolo aſpectu eſſent cõtẽti, ſignificãs, hominem nulla ex re melius cognoſci, quã ex rõne.

6 Et pariter animus qualis fuerit in ſequẽti, † probatur ex præcedentibus. l. ſi ſeruus pluriũ. §. fi. ff. de leg. 1. & facit Bal. in l. quamuis. C. de fide com. Soc. conſ. 57. col. 6. ad fin. verſ. præterea. vol. 1. quos refert Crau. conſ. 220. nu. 11. Ruin. conſ. 10. nu. 10. vol. 5. & conſ. 112. nu. 3. vol. 2. & vide Matth. ab Afflic. cõſtit. Neap. de pœn. eius, qui com. rub. 11. nu. 7. & 8. Mandoſ. ad reg. cancellariæ, reg. 5. quæſt. 4. nu. 8.

7 Item econtra, ex poſtea geſtis † probatur, qualis fuerit in præcedentibus, arg. §. pauonum. Inſt. de rerum diuiſ. l. ſed Iulianus. §. proinde, ff. ad Maced. glo. in l. Fulcinius. ff. de quibus ex cau. in poſ. ea. & ibi Bart. gl. in l. apud Celſum ff. de do. excep. & notat Gram. in conſ. 22. nu. 11. deciſ. Pedem. 71. nu. 33. & deciſ. 90. nu. 19. Dec. in conſ. 421. Cephal. in conſ. 3. nu. 28. vol. 1. Rol. à Valle in conſ. 77. nu. 33. vol. 1. Rim. Sen. in cõſ. 72. nu. 11. & in conſ. 361. nu. 12. vol. 1. & Grat. in conſ. 83. nu. 6. vol. 2. Crau. in conſ. 77. nu. 10. per plura ibi allegata. Socin. ſen. in conſ. 162. nu. 6. vol. 2. Soci. iun. in conſ. 144. nu. 10. vol. 3.

8 In futuris autem † eſt difficile præſumere, vt dixit Bald. in prooem. decret. in verb. Rex Pacificus nu. 14. & ex præparatione mentis dignoſci animũ monuit Barbat. in tract. de præſtan. car. q. 12. num. 15.

CONCLVSIO XCVI.

ARGVMENTVM.

Animus compenſandi quibus modis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Animum compenſandi probari ex coniecturis.*
2 *Prædium donatum à patre filiabus præſumitur animo compenſandi cum ſupplemento legitimæ.*
3 *Prædium datum ſorori a fratre cenſetur animo compenſandi cum eius legitima.*
4 *Teſtator legans, quando iubet legatarium contentum eſſe ſuo legato, animo compenſandi legaſſe præſumitur.*
5 *Teſtator legans filia pro omni eo, quod petere poteſt, relinquere videtur animo cõpenſandi cũ dote per eã recepta.*
6 *Subſtitutus legans aliquid cui debebat ex diſpoſitione ſtatuti, cenſetur animo compenſandi cum debito à ſtatuto, vel lege introducto legare.*
7 *Pater neceſſariò tenetur ſoluere legitimam filiis ſuis ex legis diſpoſitione, & legãs, vel donans, facere cenſetur animo compenſandi.*
8 *Soluendo quod quis ſe obligauit, non cenſetur animo compenſandi cum debito ſoluere.*
9 *Compenſatio non fit in debito voluntario ex contractu, vel actu immediatè voluntario.*
10 *Compenſatio non fit in debito volũtario, quando ex verbis teſtatoris apparet legaſſe animo compenſandi.*
11 *Maritus legans aliquid vxori ſuæ, non cenſetur animo cõpenſandi cum dote, niſi expreſſè dixerit, legare.*

Voluntas

12 *Voluntas teſtatoris in cõpenſatione quomodo intelligẽda.*
13 *Verba, lego pretium rei dotalis, quam vendidi, vim habent compenſationis, etiam ſi de eo nihil expreſſum ſit.*
14 *Cõpenſatio ſufficit, quod ex verbis ei æquipollentibus fiat.*
15 *Animus cõpenſandi nõ præſumitur, in ſimpliciter legãte.*
16 *Animus compenſandi non præſumitur, quando debitum eſt quãtitas, & legatum ſpecies, cum oporteat vt ab vtraque parte ſit quantitas.*
17 *Debitum conſiſtit in quantitate, & legando ſpeciem videtur totum diuerſum.*
18 *In claris non eſt opus diſputatione.*
19 *Verba lego de bonis meis, nõ præſumũt animũ cõpenſandi.*
20 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*
21 *Legatum factum videtur poſt id, quod erat debitum.*
22 *Pater relinquens aliquid filiæ nõ videtur cõpenſandi animo, niſi exprimatur, vel ex coniecturis aliud appareat.*
23 *Compenſatio non cadit in creditore legante debitori.*
24 *De hac concluſione reliqua videnda ſunt in concluſione compenſatio.*

1 Animum cõpensãdi † ꝓbari ex cõiecturis reſpõdit Crau. in conſ. 149. nu. 3. & in cõſ. 131. nu. 14. vbi ſi pater donauerit inter viuos filiabus prædiũ, præſumitur donatũ animo cõ-
2 penſandi † cum ſupplemento legitimæ, iuxta nota. in auth. præterea C. vnde vir. & vxor, & idẽ ſequitur de
3 fratre dãte pdiũ pro dote ſorori ſuæ, qui † cenſetur dare animo compenſandi cum eius legitima. l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. Cor. cõſ. 175. vol. 4. Crau. in d. cõſ. 131. in fi. & ad hoc facit, quod notat cõſulendo Paul. Caſtr. in conſ. 139. nu. 2. vol. 2. vbi qñ teſtator
4 legans † iubet legatariũ contentũ eſſe ſuo legato, præſumitur legaſſe animo cõpẽſandi, & huc etiã ſpectat, quod ait Abb. in conſ. 81. nu. 2. vol. 1. vbi qñ pater te-
5 ſtator legat filię pro omni eo, quod petere põt, † videtur relictum fuiſſe animo compenſandi cum dote p eã recepta, & Anch. cõſ. 26. nu. 5. in fi. vbi ſubſtitutus legãs cui debebat aliquid ex diſpoſitione legis, vel
6 ſtatuti, propter aditionem hæreditatis, illud legatum cẽſetur factũ animo cõpenſandi cum debito † à ſtatuti, vel legis diſpoſitione introducto, ſed cõtra hoc cõſuluit Cor. conſ. 292. vol. 1. quod tñ reprehenditur per Crauet. ex multis rationibus per eum in d. conſ. 131. allegatis & in ſimilibus conſuluit Io. de Anna. cõſ. 3. q eius dicta diſtinguit. Crau. d. cõſ. 131. & vide pro cõcluſ. Dec. in auth. ꝑterea. col. 7. C. vnde vir, & vxor.
7 Primò limita concluſionẽ procedere, † qñ quis teneretur ſoluere neceſſariò ex legis diſpoſitione, nẽpè pater legitimã filiis ſuis, quia hoc caſu ſi aliquid legat, vel donat cenſetur habuiſſe animũ cõpenſandi, ſecus vero ſi deberetur aliquid, ad qꝫ ipſe ſpõte, & voluntariè ſe obligauit, quia tunc ſoluendo non cenſe-
8 tur animo compenſandi cũ tali debito feciſſe. l. ſi cũ dotẽ. §. ſi pater. ff. ſolut. matrim. iuncta l. creditorẽ. ff. de lege. 2. & per Doct. in auth. præterea. C. vnde vir. & vxor. & Anch. conſ. 26. nu. 4. & l. Titia. §. quia in vita. ff. de leg. 2. & ibi Bart. Ang. Boer. in q. 92. nu. 2. vbi at-
* teſtatur hanc eſſe * communem ſcrib. & idem ſequitur Bald. & alij in l. ſi vxor. C. de bon. auct. iud. poſſid.
* vbi * omnes in hanc ſententiam deueniunt † in debi-
9 to voluntario è cõtractu, vel ex actu proximè volũtario nullam fieri compẽſationem. Idem Paul. Caſt. in conſ. 35. col. 2. verſ. 5. ad idem, vol. 2.
Sublimita non procedere, quando ex verbis teſta-
10 ſtatoris appareret legaſſe animo compenſandi † licèt fuerit debitor voluntarius ex aliquo contractu, vt latè per Auguſt. Bero. d. quæſt. 92. nu. 7.
Secundò limita non ſibi vendicare locum, qñ ma-
11 ritus aliquid legaret vxori ſuæ, † quia hoc caſu nõ cẽſetur animus compenſandi cum dote ſua, niſi expreſsè reliquerit, vel ſpeciatim dixerit, ſe vxori legaſſe animo compenſandi cum dote, alioquin clarum eſt, teſtatorem voluiſſe mulierẽ vtrunque habere, vt hoc cõfirmat text. gl. & Bal. in l. Titia. §. in vita. verſ. ratio
12 eſt, & tex. in l. creditorẽ. ff. de leg. 2. vbi dicitur † euidẽter apparere, & cõſtare debere, teſtatoris voluntatem fuiſſe, vt compenſaretur, quod cognoſcitur, quando teſtator dixiſſet, lego rẽ pro dote, ſeu ex cauſa dotis, q̃ habuit, vel lego rem vxori pro cõpenſatione dotis, ſeu animo cõpenſandi, vt eſt text. & ibi Bal. in l. vnica. §. primum. C. de re. vx. act. ſed Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. in ſi. col. 2 ff. ſolut. matrim. ait, idẽ pro-
13 cedere, ſi dixiſſet † lego pretium rei dotalis, quam vẽdidi, etiam ſi de compẽſatione faciẽda nihil expreſſerit, cui ſententiæ ſubſcribit Bart. in l. cum pater. §. q dotalem. ff. de leg 2. non enim refert, an maritus dixerit, lego gratia cõpenſandi, an verò vſus fuerit alijs iſtiuſmodi verbis, ex quibus pateat, ſe voluiſſe cõpen-
14 ſare, † ſufficit etiam, vt ex æquipollentibus fiat, l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de lib. & poſthumis, & ſic
15 procedit, quando ſimpliciter legaſſet, † quia tunc nõ præſumitur animus compenſandi. Bar. in d. §. qui dotalem, & Bero. d. quæſt. 92. nu. 6.
Tertiò limita non habere locum, qñ debitũ eſſet
16 quantitas, legatum aũt ſpecies, vel aliud: † quia tunc nõ præſumitur animus compẽſandi, oportet. n. vt ab vtraq; parte ſit quãtitas, vt apertè voluerũt, Bar. Paul. de Caſt. in l. huiuſmodi. §. cum pater. ff. de leg. 1. & ita debere intelligi l. ſi pater ꝑ filia. ff. de colla. dot. vt ait Ber. d. q. 92. nu. 4. & Bald. in l. filia legatorũ, C. de lega. Sal. in l. qm̃ prioribus. C. de inof. teſt. & in l. ſi vxor. & l. Neſen. ff. de neg. geſt. & eſt de mente Corn. in conſ.
17 292. in litera H. vol. 1. dum dixit † legando ſpeciẽ videri totum diuerſum à debito, quod conſiſtit in quãtitate, ſecus autem eſſet, ſi expreſsè conſtaret animus compẽſandi; nam licèt eſſet legatum quid diuerſum
18 à debito, tñ eſſemus in claris, † nec eſſet opus diſputatione, vt idem Ber. d. q. 92. nu. 11. & Corn. d. conſ. 292. litera H. & Io. de Imo. quẽ ſequit Alc. in d. l. ſi cũ dotẽ. §. ſi pater, ſoluto matrimonio, & in d. l. cũ pater. filiæ. ff. de leg. 2. Rom. in auth. ꝑterea. C. vnde vir. & vx.
19 Quartò limita, quando teſtator dixiſſet, † lego de bonis meis, nam tunc non præſumitur animus compenſandi, ſed legatarius vtrunque conſequi põt, etiã in caſu, quo cenſetur facta compenſatio, vt Bero. d. q.
20 92. nu. 5. nam (vt ipſe inquit) † bona deducto ære alieno dicũtur. l. ſubſignatũ. §. bona. ff. de verb. ſign. ideò
21 legatum videtur factum poſt id, † quod debebatur, vt colligitur ex his, quæ voluit Bal. & Alex. ſequitur in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſol. matri. col. 4. & idem Bero. vbi ſupra in fin. quæſt.
Quintò limita, quãdo pater aliquid relinquit filiæ,
22 † quia compẽſandi animo non videtur reliquiſſe, niſi in ipſo relicto exprimatur, vel aliud ex coniecturis appareat, ſecundum Capram in conſ. 164. nu. 16.
23 Sextò limita qñ creditor legat debitori, † quia tunc compenſatio non cadit, imò ipſę debitor cõſequitur relictũ ſibi factũ, ꝑ tex. in l. creditorẽ. ff. de leg. 2. & in l. creditor. C. eo. & notat. Capr. in conſ. 143. num. 9.
24 Reliqua † ſunt videnda in concluſione cõpenſatio.

CONCLVSIO XCVII.

ARGVMENTVM.

Animus delinquendi quibus modis probetur, & præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Animus delinquendi præſumitur, & probatur, ſi quis arma defert.*
2 *Genus armorum auget præſumptionem animo delinquẽdi, vt ſi ſint haſtæ, archibuſia (quæ vocant) ſagittæ, & ſimilia.*
3 *Animum delinquendi habuiſſe non præſumitur, qui percuſſit cum haſta, vel ſagittis ſine ferro, vel cum capſa archibuſij, vt noſtri dicunt.*

4 *Arma deferens, qui hẽt iuſtã cãm deferẽdi ea, vt miles, vel qui ſtipendiatur, animo delinqui di ferre non præſumit.*
5 *Animus delinquendi non præſumitur in deferente arma ob aliquam inimicitiam antiquam, vel cõſueuerit ferre, & non delicta perpetrare.*
6 *Animum iniuriam inferendi probari ex verbis, & factis.*
7 *Animum conuiciandi interueniſſe requiritur, antequam agatur actione iniuriarum.*
8 *Vocans debitorem ſuum, qui non eſt, tenetur actione iniuriarum, ſi interuenit animus iniuriandi.*
9 *Actionem iniuriarum vitabit, probans ſe nõ animo iniuriandi dixiſſe, vel feciſſe.*
10 *Animus non iniuriãdi probatur per iuramentũ aſſerẽtis.*
11 *Item per alias coniecturas, ſi aliter probari non poſſet.*
12 *Animum nocendi probari, ſi quis aliquid faciat, & ex eo facto nullam vtilitatem percipiat.*
13 *Oppidum nouum in re propria ædificans, nulla cauſa, vel vtilitate impellente, animo nocendi vicino, vel ſocio facere præſumitur.*
14 *Animus nocẽdi cognoſcitur ex circũſtantijs, & cõiecturis.*
15 *Ad probationẽ iſtius cõcluſionis multa ponuntur p Crauet.*
16 *Vtilitas parua, & paruum cõmodum in eo, quod quis faciat, non tollunt animum nocendi.*
17 *Parum, & nihil æquiparantur.*
18 *Vtilitas parua, vel magna conſideratur à qualitate perſonæ, an diues vel pauper.*
19 *Caſtrũ propter bella dirutũ ſi denuo per dominũ reficiatur, nulla impellẽte cauſa, vel vtilitate, malo animo præſumitur reficere, & per magiſtratus cohiberi poteſt.*
20 *Animus occidendi præſumitur ex genere armorum, & ex modo percuſſionis.*
21 *Materia, quando quis dicatur habuiſſe animum occidendi, late tractatur per Afflict.*
22 *In dubio interfecerit nec ne quis alium animo occidendi, ſi alias aliquem interfeciſſe conſtet, præſumptio eſt, animo occidendi illum interfeciſſe.*
23 *Percuſſio cũ theca tubi ferrei, vel haſta exarmata, vel pugionis capulo, & ſimilib. nõ pſumit fieri animo occidẽdi.*
24 *Animus occidẽdi præſumitur ex qualitate loci pcuſſionis.*
25 *Præſumptio orta ex qualitate armorũ potentior eſt, & pualet illi, quæ oritur ex qualitate loci percuſſionis.*
26 *Animus occidẽdi nõ cẽſetur, qñ præceſſerint verba iocoſa, & riſus, licèt poſtea ſequatur homicidiũ ex percuſſione.*
27 *Percutiens baculo non præſumitur animo occidendi, ſecus ſi percutiat in capite. ibi.*
28 *Animum non occidẽdi probari per iuramentũ homicidæ.*
29 *Animus non occidendi probatur, ſi quis percuſſit pugno, baculo, aliquoue leui ligno.*
30 *Animus non occidendi probatur, ſi quis inconſultus, caſu & fortuito in rixantes inciderit.*
31 *Verberans famulum funiculo animum occidẽdi habuiſſe non præſumitur.*

Animum delinquẽdi pſumi, & pbari ex
1 eo, ꝙ † quis arma deferat, tradi-
dit gl. fi. in tit. de pac. Conſt. & ibi Bal. & Alex. in add.
ad Bald. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publi. nã ſimpliciter
nõ pſumitur, niſi probetur, cũ ſit facti vt dicit Ceph.
in cõſ. 76. nu. 18. vol. 1. p tex. in l. bonæ fidei, ver. in cõ-
2 trarium. ff. de acq. rer. dom. quę præſumptio † augetur
ex genere armorũ, vt per Bal. in c. 1. de præſumpt. Fel.
in c. ſignificaſti. il 2. de homic. n. 81. Bal. in l. ſed & ſi.
§. magiſter ff. ad l. Aquil. & idẽ Bal. & Sal. in l. 1. C. de
emẽd. ſer. Alb. & Mod. in l. 1. §. diuus. ff. ad l. Corn. de
ſic. vt ſi ſint arma haſtata, tubi ferrei, ſagittę, & ſimil.
3 Præterea ex modo percutiendi, † nã ſi percuſſerit nõ
cum illis armis, ſed nepè cum haſta, vel ſagittis exar-
matis vel theca ferrei tubi, nõ præſumitur animũ ha-
buiſſe delinquendi, ſecus ſi eum illis armis, vt docuit
Marſi. in l. 1. §. diuus. ff. de ſicar. nu. 24. & Doct. in l. cũ
qui. C. eo. de ſicar. & Nouell. in ſuo tract. ad defen. q.
an indic. pro re. dan. ſint, nu. 72. & 73. & Gramm. vot.
23. nu. 10. & vide Carrer. in pract. in §. homicidium. l
1. num. 30. & Nouell. in pract. fol. 13. nu. 15. & infra in
verſ. animus occidendi.
Primò limita non procedere, qñ deferẽs arma ha-
4 bet iuſtã cãm deferendi ea, † vt q̃ a ſit miles ſtipendia-
tus, vel magiſtratuũ iuſſu id armorũ genus portet, ita
docuit Blan. in l. ſi. nu. 29. ver. armorũ. ff. de q. vel cum
telo ſit, ꝙ veteres inimicitias cũ aliquo gerat, vel ꝙ
5 † arma portare, nulliq; iniuriam inferre ſit ſolitus, ſic
tradidit Rom. in l. 1. §. hoc reſcriptũ. ff. ad Silan. Ale.
in apoſt. ad Bar. in l. ædiles. ff. de via publ. Bal. in l. nã.
§. cognoſcit. in med. ff. de off. pf. vigil. & Nou. in trac.
ad defenſ. tit. an indicia pro reo ſint danda. nu. 8.
6 Item animus conuiciandi pbatur † ex verbis, & fa-
ctis, vt p Bertrã. cõſ. 324. n. 5. vol. 4. vbi alleg. l. Labeo.
§. ad. Tub. ff. de ſupel. l. ſcire. ff. de tut. & cura. ſed ad-
uertendũ eſt, quod antequam agi poſſit actione iniu-
7 riarũ † requiritur, vt interueniat animus iniuriã faciẽ-
di, licet dictũ aut factũ ſit ex ſe iniurioſũ, vt pbatur
in l. ſi nõ conuicij. C. de iniur. in prin. & ad hoc facit:
8 q̃ a licet quis teneatur actione iniuriarum, † cũ vocet
quem debitorem ſuum, qui non eſt, requiritur tñ, vt
interueniat animus iniuriã inferẽdi, tex. eſt in l. apud
Labeonem. §. ſi quis nõ debitorẽ. ibi, iniuriæ faciendi
cã. ff. de iniur. ſed ad euitandam actionẽ iniuriarũ co-
9 gitur probare, † ſe nõ cõuicij cõſilio aliquid iniurioſũ
dixiſſe, vel feciſſe, gl. & Doct. in d. l. ſi non conuicij.
& Guid. Pap. in conſ. 223. Bert. d. cõſ. 324. vol. 4. nu. 5.
& Marãt. in ſua prac. in 6. par. ver. confeſſio, nu. 27. &
vide Luc. de Pen. in l. quẽadmodũ. C. de agri. & cẽſit.
col. 8. ver. 137. pſumit, li. 11. & vide ad hoc Gui. Pp. cõſ.
74. n. 5. ver. nec obſtat, ꝙ dictus. Animus verò nõ cõ-
10 uinciãdi pbatur † per iurm aſſerentis, vt p Guid. Pap.
in cõſ. 223. nu. 3. vbi adducit Inn. in c. querelam. verſ.
ſubtractum. q. pen. de elect. & p Silu. in conſ. 7. nu. 10.
vol. 1. Hucq; ſatis opportunè adhibere poteris, quòd
ſupra diximus in cõcluſione, animus per iuramentũ.
11 Item per alias cõiecturas, † ſi aliter probari nõ poſ-
ſet, gl. Cyn. & alij Doct. in d. l. ſi non conuicij. C. de
iniur. & Guid. Pap. d. conſ. 223. nu. 2. gl. & doct. in l. 1.
C. ad l. Cor. de ſicar. & ex multis congeſtis tenet Affl.
in conſti. Neap. de pœn. eius, qui cond. rub. 11. nu. 7.
12 Animus verò nocendi probatur ex eo, † ꝙ quis facit
aliquid, & ex illo facto nullã pcipit vtilitatẽ, vt Paul.
Caſt. in l. fluminũ. §. ſi. ff. de dam. infect. & in l. altius.
C. de ſeru. & Rom. in cõſ. 52. nu. 4. & 5. vbi dicit, cum
quis nulla cã, vel vtilitate impellente nouũ oppidũ
13 in re propria ædificare, & cõſtruere vellet, † pſumitur
hoc facere animo nocẽdi vicino, vel ſocio, vnde nõ
põt illud conſtruere, vt per ibi allegata per eum, vltra
quæ eſt tex. in l. opus nouũ. ff. de ope. pub. opus nouũ,
inquit Macer, priuato ẽt ſine principis auctoritate fa-
cere licet, prçterquã ſi ad ęmulationẽ alterius ciuita-
tis pertineat, vel materiã ſeditionis prębeat, vel circũ
theatrum vel amphitheatrũ ſit. & ibi Bart. in d. l. flu-
minũ. §. ſi. ibi, niſi animo nocendi, gl. in l. per prouin-
cias, in verb. ſui dominij. C. de ædif. priu. Bar. in l. 1. in
princ. ff. quod cuiuſque vniuer. & in l. ſi. C. de colleg.
illicit. nu. 3. Inn. in c. piſa. de reſtitu. ſpoliat. Ang. in l.
cũ eo. ff. de ſerui. vrba. præd. Iaſ. in l. ex hoc iure. ff. de
iuſt. & iur. n. 8. Ale. in cõſ. 174. nu. 5. vol. 2. vbi ẽt dicit,
14 † animũ dignoſci ex ijs rebus, quæ rẽ circunſtant, &
coniecturis, nẽpè ſi Caius minatus ſit ſe id facere vel-
le, vbi adducit notata p Cyn. Bald. & Salic. in l. mani-
feſtè. C. de ſeruit. & Bar. in l. quominus. q. 1. ff. de flum.
& p Bal. in l. ſi quis ex argẽtarijs. §. vltũ. ff. de edend.
& in rub. ff. de rer. diuiſ. & Iaſ. in cõſ. 32. nu. 3. vol. 1. &
conſ. 150. vol. 2. Rui. in conſ. 74. nu. 16. vol. 1. & Crau.
15 de antiq. temp. part. 4. nu. 253. † vbi multa videre po-
teris, quæ ad hanc concl. probandam ſpectant.
16 Amplia ẽt † ſi aliqua vtilitas perciperetur, dumta-
mẽ parua vel aliquod paruũ commodũ ex iſtiuſmo-
di facto, quia nihilominus procedit concluſio, parũ
17 enim † & nihil æquiparant. l. illud. §. minus. ff. de trib.

l. minus.

l.minus.ff.de verbor,ſignif.Bal.& Doct.in auth. præterea.q.fin.C.vnd.vir.& vxo. & Bartol. Soc. in conſ.
30.num.3. volum.
Quæ autem dicatur parua, vel magna vtilitas, con-
18 ſideraſ qualitas perſonæ,† ideſt, an ſit diues, vel pau-
per, vt ait Crauer.de antiq.temp.par.4.verſ.circa pręmiſſa.nu.33.& 34.fol.229.cum ſeq.
Secundò amplia, quod dicitur de oppido procede-
re etiã in eo caſtro, quod iam erat cõſtructum, & de-
19 indè propter bella fuit dirutum,† quia ſi denuo illud
dominus velit reficere nulla impellẽte cauſa, vel vi-
litare, præſumitur malo animo hoc facere, & poteſt à
magiſtratibus prohiberi. vt ex ſupradictis patet, & ex
ijs, quæ tradit Alber.Brun.in tract. de ſtatut. litera C.
verbo Caſtrum, verſ.2.incip.ſtatut.ſtat. cum ſequen.
Hic proſequi fas eſt ꝓbatione animi deliberati oc-
cidendi, qui ex qualitate armorũ præſumi ſolet: vt ſi
quis enſe, pugione, & illius generis armis ad occiden-
20 dũ aptis, vulnerat,† vel ẽt ſi ſolo gladio infert vulnus
in illa corporis parte vnde certa mors facilè ſperãda
ſit: vt de Pub Magio Chiloãe ſcripſit Ser.Sulp.lib. 4.
epiſt.famil. Cic. qui M. Marcellum pugione interfe-
cit, duo dans ei vulnera. vnũ in ſtomachum, alterum
in caput ſiñ aurem: vt vno conſenſu ſcriptũ reliquere
Doct.varijs in locis vt l.1.§.diuus Adri. & ibi Bart.ff.
ad l.Corn.de ſicar & in c.ſignific. circa fi. de homic.
& ibi per Doct.Cępol.conſ.31.nu.2.Boſſ.in trac.crim.
tit.de homic.nu.37.& in tit.de inquiſ.nu.110.Hippo.
Marſ.in d.l.1.§.diuus Adr.nu.13.cũ ſeq.ff.ad l.Corn.
de ſica.& in l.1.nu.32.cum ſeq.C.eo.tit. Menoch. de
arbitrar.iud.lib.2 cent.4.caſ.361.n.5.cum plurib. ſeq.
Idem Marſ.conſ 67.nu.57.& conſ.7 nu. 44. cum ſeq.
Fel.in c.ſignificaſti el 2.in 4. col.de homicid. Aluar.
int.conſ crim.conſ.74.nu.9.lib.1. Gramm.conſ.2.in
prin.Nouel. in tract. ad defenſam, tit. an indicia pro
reo ſint dan nu.71.armorũ genus.idem Gram.in cõſ.
49.ſub n.8.& latiſſimè præter alios Clar.in ſua pract.
crim. §. homicid. verſ.ex propoſito,& per totum, &
Afflict.in conſt. Regni.in tit.de pœna eius, qui cõtra
aliquem arma extraxit, lib.1.nu. 7. ibi latè materiam
21 expendit,† & diſputat, quando dicatur habuiſſe ani-
mum occidendi,& quãdo præſumatur animus inter-
ficiendi.Caccialup.tract.de debit.ſuſpec.q. 10. nu.7.
Vnde occidendi animũ illum habuiſſe ſatis liquet,
qui vulnus Pheræo Iaſoni exitij eius cupidus intulit,
etiã ſi ex illo vulnere cõualuerit. Nam cum inter in-
ſidias gladio eũ percuſſiſſet, vomicã, quæ à nullo me-
dicorũ ſanari potuerat, ita rupit, & hominem peſtife-
ro malo liberaret. Quod & contigit Prole.Philad.Regi.
Aegypti, cui cum hoſtis mortem ob illatum ei in pe-
ctore vulnus inferre ſtuderet, ſalutem ab hoſte retu-
lit. C. verò Fimbriæ animum Scæuolam occidendi ſi
quis non videat eum nihil videre arbitror. Is.n.Fim-
bria egerat, vt Scæuola in funere. C. Marij iugulare-
tur, quem poſtquam ex vulnere recreatum comperit,
accuſare ad populum inſtituit, interrogatus deindè
quid de eo ſecus dicturus eſſet, cui pro ſanctitate mo-
rum ſatis digna laudatio reddi non poſſet: reſpondit
ſe obiecturum illi, ꝙ parcius corpore telũ recepiſſet.
Amplia concluſionem procedere potiſſimũ in eo,
qui conſueuit delinquere, quia ſi dubitetur interfece-
22 rit necne Seius Caium aĩo occidendi,† ſi cõſtat, aliàs
aliquem interfeciſſe, præſumptio oritur, animo inter-
ficiẽdi illum occidiſſe, vt dixit Gand.in tract. malef.
ſub rubr.de homic.col.vlt.verſ.illud autem. Marſ.in
l.1.§. diuus Adrianus.nu.3.ff.de ſica. & Foller.in ſua
prac.crim.in 2.par.2.par.§.recipiantur. nu. 29.
Primò limita concluſionem non procedere in eo,
qui percuſſerit, licet cũ illis armis, non tamẽ eo mo-
23 do, vt ex illa percuſſione poſſit occidi, † nẽpè ſi the-
ca ferrei tubi ceciderit, vel haſta exarmata, vel pugio
niſcapulo, & id genus alijs, quia tunc non præſumit
in eo animus occidẽdi. Mar.in d.l.1.§.diuus Adrian.
nu.13.ff.ad l.Cor.de ſic.per tex.in l.eum qui.C.eo.tit.
de ſic.Nou.in trac.de defenſ.tit.an indic. pro reo ſint
dan.nu.73.Luc.de Pen.in l.quẽadmodum.n.59.C.de
agr.& cẽſ.& probatur in d.c.ſignif.il 2. de homic. vbi
Fel.& Menoc.de arbit.iud.caſ.361.nu.6. & Marſil.in
conſ.7.nu.45.per ibi adducta,& conſ.57.nu.16. 17.&
18.videtur ſentire Bero.q.10. nu.6. cum ſeq. & Aret.
cõſ.146.viſa conſultat.per Marc.Ant.Blanc.in pract.
crim.de defenſ.reorũ, incip. His ſic præmiſſis.nu.57.
Amplia iſtam limitationem procedere, ẽt ſi iecerit
24 illi caput, nam quamuis ex iſtius generis ictu† præſu-
matur animus occidendi, vt pulchrè examinat Marſ.
in d.l.1.§.diuus Adrian.nu.15.& voluit Sign.in conſ.
1. nu. 3. tamen præſumptio, quæ oritur ex genere ar-
25 morum,† nẽpè cum haſta, vel ſude, cum eſſet cum te-
lo, cum illoque noluerit cedere, magis vrget, & ideò
ꝓualet, vt ex nimis congeſtis liquet per ipſum Marſ.
in d.§.diuus Adrianus.num.24.cum plurib.ſeq.& ita
ſentit Boſſ.de homicid.num. 38. & 39.
Secundò limita, quando ante percuſſionem præce
26 derẽt verba iocoſa, & riſus,† nam licet poſteà ſequa-
tur homicidiũ ex percuſſione, in illo non tamen cen-
ſetur animus occidendi, ita Cepol.conſ.crim. 31. nu.
4. vbi alias limitationes ponit pro iſta concl. quas per
te videas,& Marc.Ant.Blan.in prac.crim. de defenſ.
reorum, incip. his ſic præmiſſis.nu.18 cum ſeq.
27 Tertiò limita, ſi quis baculo percuſſerit, † quia ani-
mo occidendi id feciſſe non ꝓſumitur, vt inquit Bal.
in prooem. digeſt. col. 3. & Foller. in d. prac. crim.4.
par.princ.§ pęnis debitis nu. 32. Niſi caput percuſſiſ-
ſet, quia tunc ſecus eſt, iuxta ſententiam. Ang. in l.1.
§.ſed ſi ff de ſica.quem refert,& ſequitur Fely.in c.ſi-
gnificaſti.ext.de homicid.& Bart.in l.1.§.diuus.C.de
emen.ſeruo.& idem Ang.in ſuo tract.malefi.in verb,
ſcienter,& doloſè. verſ.penult.
Verùm hæc pręſumptio non militaret in Hepole-
mo, patria Tynnthio, qui Lycinum fratrẽ Altume-
næ nothum, ac filium Electrionis, venientem ex ſua
patria, in vrbem Tyrintha, per ſeditionem oleæ ra-
mo interfecit. Volat.li.10. Anthrop. Nec in Egnatio
Metello, qui vxorem, quòd vinum biberat, fuſte ne-
cauit, auctor eſt Valer.lib.6.c.3. Nec in illa muliere,
quam idem Valer.refert lib.8. capit. 1. exemplo pen.
quæ matrem fuſtim interemit, quòd ei duos liberos
veneno ſuſtulerat.
28 Animus autem non occidendi †probatur per iura-
mentum homicidæ, vt docuit glo.in l.1.verſ. animo.
C.ad leg.Corn.de ſicar. Rom.in l.in illa. col. pen. de
verb.oblig. Iaſ.in §.ſed iſtæ. Inſt. de act. num. 9. & in
l.admonendi.num.263. ff. de iureiurã. faciunt ſupra
iam dicta in concluſione, animus probatur per iura-
mentũ.Cępol.conſ.2.col.fi.Caſſan.in conſuet. Burg.
tit.de iuſtices, rub.1.nu.9. fol. 14.
29 Probatur ſecundo ex eo, † quòd pugno, baculo,
alioquouè leui ligno ferierit, vt per ſcribentes in l.1.
§.diuus.ff.de ſicar.Bal.in l.ſed ſi.§.ſi magiſter.ff. ad l.
Aquil.Caſtr.conſ.277.incip.in cauſa.nu.3. verſ. item
quòd fecerunt.vol.2.Gram.vot.23.nu. 6. & 7.
30 Item tertiò probatur,† ſi quis inconſultus, caſu &
fortuitò in rixantes inciderit, ille non cogitato, nec
de induſtria præſumitur deliquiſſe. Cranet.conſ.309.
incipiente fiſcus.num.6.Caſtr.conſ.335.viſa, & pon-
derata.lib.2.Anch.conſ.206.in fi.Corn.conſ.198.cir-
ca med.lib.2.vel alio modo imprudenter fuerit inter-
fectus, vt Helenus Priami filius, qui dum venaretur,
neſcio qua fortuna, Chaonem fratrem, à cuius nomi-
ne Chaonia dicta eſt, imprudens peremit. Seruius in
3.Aeneid.& Arys filius Crœſi, qui cum Adraſto cu-
ſtode ſuo ad venationem profectus, lancea, quæ in
aprum ab Adraſto contorta fuerat, tranſfixus eſt, &
Menaſippus Oenei filius dum in ſyluis aprum Caly-
donium venaretur, à Tydeo fratre imprudenter oc-
ciſus eſt: atque Oedipus, qui cum patre Laio ignoto
apud

apud Phocidem congreſſus, ipſum neſcius interemit. & poſtremò Heſiodus poeta Aſcræus, qui noctu iugulatus eſt ab Antipho, & Crimenò fratribus, non tamē dedita opera, ſed per errorem, dum illi ſororis ſuæ interfectorem eſſe putarent.

31 Quartò,† ſi famulum funiculo verberauerit: ex hoc enim colligere eſt, illum non habuiſſe animum occidendi. Alex. conſ. 75. lib. 3. Fran. Hercul. tracta. de proban. neg. nu. 166.

CONCLVSIO XCVIII.

ARGVMENTVM.

Animus deliberatus, & pręmeditatus in occidendo an, quando, & quibus modis præſumatur, & probetur.

SVMMARIVM.

1 *Animus deliberatus, in male agendo, & in occidendo ex dicendis in concluſione præſumitur.*
2 *Inimicus male de inimico cogitare ſemper præſumitur, eidemque inſidias ſtruere, & nocere continuo.*
3 *Animus deliberatus, & præmeditatus, præſumitur in inimico committente homicidium, & intellige, vt ibi.*
4 *Animus deliberatus occidendi non debet præſumi ex inimicitia, ſecundum Albam.*
5 *Animus deliberatus non præſumitur ex leui Inimicitia, ſecus in capitali. Et ibi contrarium.*
6 *Animus præmeditatus, & deliberatus præſumitur ex minis de occidendo iactatis, anteq̃ ſequatur homicidium.*
7 *Minæ de occidendo ſi ſoleant executioni mandari a proferente præſumunt animum deliberatum, alias non.*
8 *Effectus demonſtrat qualitatem perſonæ.*
9 *Minans ſi vilis homo, & timidus ſit, nec ſolitus minas exequi, contra ipſum non præſumitur.*
10 *Multi reperiuntur verba minatoria proferentes, qui nil aliud gerunt, quam ſe horribiles oſtendere.*
11 *Loquacitas viri ſoliti minas proferre, & nihil exequi, tollit præſumptionem minarum.*
12 *Colloquium præſumit animum deliberatum, & quomodo.*
13 *Loca, quæ animum deliberatum præſumant.*
14 *Locus non arguit animum præmeditatū, ſi præceſſit rixa, vel iuſtus dolor, ſecus ſi non prçceſſit.*
15 *Frequentatio loci, vbi delictum fuit cõmiſſum, arguit animum deliberatum.*
16 *Animus deliberatus p̃ſumit̃, ſi ante delictū ſe iactauerit in ſua manu eſſe, & verè conſtet a iactante fuiſſe occiſum. Et quando procedat.*
17 *Animus deliberatus, & præmeditatus præſumitur, ſi ante delictum congregauit multos ſocios pręcedente tractatu, & conſilio.*
18 *Animus deliberatus præſumitur, quando per inſidias occiſus, vel vulneratus fuerit, & ſi quis abſconditus in loco occiderit tranſeuntem ex tempore & inconſulto. Et quando vulnerat a tergo tacitè, & proditoriè dicitur cõmiſſum. ibi.*
19 *Animus præmeditatus præſumitur ex vulnerum multiplicitate, vel graue vulnus illatum ſit.*
20 *Animus deliberatus præſumitur ex multiplicatis vulneribus, abſente omni rixa, & caſu fortuito.*
21 *Secus ſi caſu fortuito tranſeuntes ſeſe impellunt, & enſibus eductis, vnus pluribus vulneribus interimatur, & quæ debeant interuenire, ibi.*
22 *Animus deliberatus præſumitur, ſi tempore noctis fuerit factum homicidium, ſi conſtaret de rixa.*
23 *Qui male agit, lucem odit.*
24 *Animus deliberatus præſumitur, ſi incedit multis aſſociatus, & delictum ſequatur, vel præter morē armatus, niſi rixa, ira, & iuſtus dolor præceſſerint: ſecus ſi iam longo tempore, quod eſt iudici arbitrarium.*
25 *Animus præmeditati delicti præſumitur, ſi præter morem arma ſint congregata, vel inſolita emerit, incipiens ſe in ſcrimia exercere.*
26 *Animus deliberatus conſideratur ex aſportatione paulò ante bonorū, vel illorū diſtractione, niſi rixa præceſſerit.*
27 *In dubio vr̃ deliquiſſe præmeditatè, & eo animo aluiſſe, niſi aliquo dolore imminente deliquiſſe probauerit.*
28 *Rixa geminata facit animum deliberatum præſumi, niſi prima inopinata, & ſecunda eadem die.*
29 *Animus præmeditatus ex confeſſione extraiudiciali ipſius delinquentis colligitur.*
30 *Animus deliberatus pręſumitur, qñ nulla cauſa, nulla ira, & nullo iuſto dolore præcedentibus vnus alterū occidit.*
31 *Frequentatio loci quando non præſumat animum deliberatum.*
32 *Animus deliberatus quot modis præſumatur, vide ibi remiſſiuè.*
33 *In Dominio Mediolanenſi quare vtile ſcire homicidium eſſe commiſſum animo deliberato.*

Multa ſuperiori concluſione de animi deliberati probatione tradita ſunt. Verū cum plurima alia dicenda ſuperſint, hic annectenda operæ precium duxi.

1 Animus † igitur deliberatus; vt hinc potiſſimum
exordiar, ex præcedentibus inimicitijs probatur, modò ēt conſtet hunc inimicum occidiſſe abſq; contentione, & ſine rixa, ſubitò, vel paulò ante, p̃ſertim cū
2 † inimicus ſemper præſumat̃ malè de inimico cogitare, eidemq; ſtruere inſidias, & ſemper inire conſiliū, quo pacto illi nocere poſſit, vt not. conſuluit Marc. Mātu. in cõſ. 325. nu. 6. vol. 1. per ibi adducta, & Blāc. in l. fi. nu. 89. ff. de q. quare ſi conſtabit ab inimico pa-
3 tratū homicidiū, † præſumitur fuiſſe in eo, & animū deliberatum, & præmeditatum, per ſupra allegata.

Intellige hoc procedere in his, qui ipſo inimico familiariſſimè vtuntur: nam ſi ab vno de illis familiaribus ſocij inimicus ſit cæſus, nec cū illo fuiſſe rixatos pateat, præſumptio eſt, illum cõſulto, & cogitato fuiſſe occiſum, vt ſcriptū reliquit Blanc. in d. l. fi. nu. 163. & eum ſequutus eſt Menoc. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 4. caſ. 361. nu. 49.

Licèt contrariā videatur ſequi ſniām Alba in cõſ.
4 47. nu. 12. vbi expreſsè dicit, † animum deliberatum occidendi non debere præſumi ex inimicitijs, quæ intercedebant, vel præſumebantur cum interfecto.

Limita, qñ eſſet leuis inimicitia: nõ autem capita-
5 lis: † quia in hoc caſu non præſumeretur talis animus deliberatus, ſi credimus Accur. gl. in l. licèt. ff. de arbit. & in §. in ſumma. Inſtit. de iniur. & Bar. in l. 3. in §. fin. ff. de adimen. leg. prout refert, & ſequitur Marc. Mantua. in d. conſ. 325. nu. 8.

Totus ab Accur. ſententia diuerſus eſt Blanc. in d. l. fi. num. 90. verſ. intelligo prędicta, vbi ſiue capitalis, ſiue non capitalis interceſſerit inimicitia, priorē opinionem, ideſt, præſumi animum deliberatum, veram eſſe cenſet.

Secundo præſumit̃ animus deliberatus, & præme-
6 ditatus in eo, qui † antequam ſequutū ſit homicidiū, minatus fuit illum velle occidere, ita Boſſ. in titu. de homicid. nu. 63. & Mant. d. cõſ. 325. nu. 9. vol. 1. Blan. in l. fi. num. 179. vbi latè, de quæſtio. Nouell. in pract. crim. in tract. ad defenſ. nu. 60. Matth. ab Affl. in cõſti. Neapol. tit. de pœn. eius, qui cum eo, rubr. 11. num. 7. Caſon. in tract. malef. tract. 7. c. 1. nu. 10.

Hac etiam præſumptione Cicero fretus probare nitebatur Clodium Miloni cogitatò inſidias ſtruxiſſe, ſic enim in orat. pro Milon. loquitur. Quin etiam Fauonio fortiſſimo viro quærenti ex eo, qua ſpè fureret Milone viuo, reſpondit, triduo illum, ad ſummum quatriduo periturum.

7 Limita, † vt iſtud procedat, qñ ille qui minatus eſt,

minas

Digitized by Google

minas huiuſmodi ſolitus ſit exequi, quòd ſi ſecus ſit,
falſum erit, quod modò diximus: vt per Marc. Mant.
d. conſ. 325. num. 10. vol. 1. per tex. in l. Labeo. §. idem
Tubero. ff. de ſupel. leg. & per Doct. in l. metum. C. ꝙ
met. cauſ. Alber. in tract. de ſtat. q. 74. in 3. part. Bal. in
conſ. 75. in prin. vol. 1. Soc. conſ. 4. vol. 3.
Sublimita non procedere, qñ delictum eſt iam pa-
tratum, & conſtat hunc minantem occidiſſe illũ, cui
eſt minatus, quia tunc nullũ diſcrimen eſt conſtituen
8 dum, an minans cõſueuerit exequi minas necne, †. cũ
quod ſequutũ eſt, ſatis indicet hominis illius genus,
oſtendatque quis fuerit ille, qui minas intulit, vt per
Blanc. in d. l. fi. nu. 181. verſ. & ex hoc dico. ff. de quęſ.
doctiſſimus Iacob. Menoc. de arbitr. iudi. lib. 2. centur.
4. caſ. 361, ſub nu. 39. ſecus tñ ſi ignoretur quis homi-
cidium patrarit, tunc enim certè animaduertendum
erit, an ille, qui minatus eſt, ꝙ minitatus ſit, perficere
conſueuerit, nam ſi ſolet iſtiuſmodi minas perſequi,
tunc eſt præſumptio, & indiciũ contra ipſum minan-
tẽ, vt ſentit Spec. in tit. de præſump. §. ſpecies. in verſ.
ſed pone, P. minatus eſt. Iaſ. in l. 1. C. de ſer. fugi. Fely.
in c. cũ oporteat. nu. 9. de accuſ. Bald. & Imol. in l. fin.
col. pen. verſ. vlt. inducit. ff. de hæred. inſtit. Marc. Ant.
Blanc. in l. fi. nu. 183. ff. de quæſt. Menoc. de arbitr. iud.
dicto caſu 361. ſub num. 39. Si verò is qui minatus eſt
9 † ſit abiecti & demiſſi animi, nec minas exequi ſolitus
ſit, tunc non præſumitur contra ipſum, vt eſt text. in l.
* 1. C. ſi quis imper. maled. & ita * communiter teneri
dixit Imol. in d. l. fin. vbi ſupra, quem ſequitur Blanc.
ſupra citato loco, ſub nu. 183. & Menoc. vbi ſupra nu.
10 39. in fi. cum multi reperiantur. † qui vt ipſorum mos
eſt, iactatione verborum & denunciatione periculi
oẽs terrent, minas iactare, pericula intendere, formi-
dines opponere, vnicuique ſolent, ſed cum facinus
aliquod aggrediendũ eſt poſt principia ſe continent,
vt Terentianus ille Thraſo. Vnde ad remouendam
præſumptionem huiuſmodi minarum erit remediũ
11 probare loquacitatem viri, † iactantiam, & oſtenta-
tionem inanem, qui conſueuerat proijcere ampullas,
& ſeſquipedalia verba, vt inqt Horatius, vt per Blãc.
d. l. fi. nu. 183. in fi. ff. de quæſt. De hac tamen materia
latius agemus in conclu. Minæ.
Tertio præſumitur animus deliberatus ex colloqo,
12 † nam ſi quis viſus fuerit alloqui aliquẽ, & ille poſt-
modum homicidij execrando crimine ſeſe aſtrinxe-
rit, præſumitur animo deliberato illud patraſſe, ex ad-
ductis per Mant. conſ. 325. nu. 10. verſ. tertiò collo-
quium, volumine primo, ſed de hoc dictum eſt ſuprà
in concluſione, alloquutio.
Quartò præſumitur iſte animus deliberatus, & præ
13 meditatus ratione loci, † nempe quia ex inſidijs illũ
præſtolabatur, ad adorirẽ eundẽ, vel ex deſerto & in-
ſueto, vel ẽt ex inſigni loco, vt in prætorio, vel in tem
plo, vt optimè Cicero præſumpſit in illo P. Clodij ſer
uo, qui comprehenſus eſt in templo Caſtoris, quẽ ille
Clodius ad Cn. Pompeium interficiendum colloca-
rat, cui extorta eſt confitenti ſica de manib. in orat. ꝓ
Mil. quia non præſumitur ibidẽ acceſſiſſe, niſi conſul
tò, & cogitatò perpetrandi huiuſmodi delictũ. Marc.
Ant. Blanc. in l. fi. num. 200. de quęſt. & Mant. d. conſ.
325. nu. 10. verſ 4. & per eum ibi alleg. Boſſ. in tractat.
crim. tit. de homicid. nu. 63.
Limita hanc quartam præſumptionem non proce
Intellige hanc limitationem, vt & ſi non ſit verus
apoſtata, quoad pœnas. c. 2. ne cleric. vel monac. lib.
15 6. † tamē largè apoſtata eſt, vt ibi notatur, & ita dicit
Abb. in c. Ioānes. de reg. propè fin. quem ſequitꝰ Aufrer. ad d. deciſ. 16. nec refert vt in prima, & ſecūda religione vitæ genus obſeruet, quia licèt nō ſit præuaricator in ſubſtantialibus regulæ, tamen præuaricatus
quoad obedientiam ſui Abbatis, cui parere cogitur.
c. ſicut. de iureiur. & Abb. in d. c. Ioannes, in fi.

Contrariam tamē videtur ſequi ſententiā Calcan.
in d. conſ. 123. in princip. vbi dicit, nullo iure cautum
16 reperiri † tranſeuntem ad alium ordinem ex permiſſione iuris, ſi habitum illius ordinis aſſumpſerit, eſſe
apoſtatam, nec excommunicatum: nam iſte caſus nō
eſt ex numero illorum, quos recenſet gl. in c. ex part.
de temp. ord. nec in c. 1. de apoſta.

Illud obſeruatione dignum nunquam omittā, ad
17 probandum apoſtaſiam non adhiberi † teſtē apoſtatam, vt docuit Campe in ſuo tract. de teſti. reg. 42. teſtatur Ant. de Butr. in ſuo repert. in d. teſtis. 24 col. &
eſt text. in c. Beatus. 3. q. 4. in fi. quinimò neq; id probādum quiduis aliud. tum quia apoſtata eſt periurus,
nam regulares aſtricti ſunt iuramēto ad obedientiā,
18 & religionem, † & dicuntur periuri, quia ſine iuſſu receſſerunt, & propterea non creditur tanquam manifeſtè periuris, tum quia apoſtata eſt ipſo iure excommunicatus. c. 2. ne cler. vel monac. lib. 6. & dixit Mōticel. in ſuo tract. de teſtib. in verb. apoſtata, & Afflic.
in conſtitut. Reg. lib. 1. de apoſtat. nu. 4. & ſeq. vbi etiā
19 dicit † ſupplicationes apoſtatarum Imperatori, vel regi porrectas non admitti.

Verūtamen vt iſtius materiæ cōcl. clarius eluceat,
20 & percipiatur, ſciēdū eſt, † apoſtatā vno ex iſtis tribus modis nuncupari. Primò quando recedit à fide.
21 2. q. 7. c. non poteſt. Secundò † quando præceptis ſuperiorū ſpōtè nolit parere, vel ſacris canonibus nō obtēperet. 3. q. 4. c. alicui, & c. ſi quis, de maio. & obe. Ter-
22 tium dicit apoſtata † pp irregularitatem in quā incidit altero de duobus modis. Primò, qñ recedit ab ha-
23 bitu non portādo tonſuram, vel coronā † vel habitū
clericalē. 20. q. 3. c. 1. 2. & 3. c. 1. & 3. de apoſta. & negotia humana adminiſtrādo, c. ex literis. de vita, & honeſta.

Digitized by Google

neſta.cler.& c.perpendiſſimus.de ſenten.excõmun.vel
24 quando recedit à ſtatu aſſũpto religionis†dimittẽ-
do habitum & virilem veſtem induat, quo caſu apo-
ſtata dicitur excõmunicatus.c. vt periculoſa. ne cle-
ric.vel monach.in 6.quibus caſibus debẽt reſtes apo-
ſtatæ reuocari ad religionem, & ſi voluerint redire,
25 rectius egerint,quòd ſi noluerint,†debẽt excõmuni-
cari. Et de iſtis tribus modis apoſtaſiæ ideſt fidei,ino
bedientiæ,& irregularitatis,latè diſſerit Afflict. in cõ-
ſtit.reg.lib.1.de apoſtatantibus, per totum.
26 Secundo loco nõ eſt ignorandũ tres eſſe† differen-
tias inter apoſtatã,& hæreticum. Prima, quia apoſta-
27 ta eſt,† qui omnino à Chriſtiana religione deſciſcit,
adeò vt ex Chriſtiano efficiatur Iudæus,arg.l.1.C.eo.
nt.hæreticus qui in aliquo fidei articulo errat. Secũ-
dum diſcrimen eſt,quia hæretico pœnitenti,& renũ-
28 cianti hæreſes iudices debent parcere,† ſed apoſtatã-
tibus pœnitentibus non parcitur,vt in l.2. & l. hi qui.
C.de apoſtat. ideſt,quoad pœnam temporalem, ſed
quoad Deum cor contritum & humiliatũ Deus non
deſpiciet,vt dicit gl.in d.l.hi qui. Tertia differẽtia eſt,
29 quia contra hæreticos mortuos põt ꝓcedi † vt dam-
netur eius memoria ẽt ratione bonorũ, vt notaẽ in l.
quiſquis. C. ad leg. Iul. maie.& habetur in l. Mani-
chæos.C.de hær.vſq; ad annos 50.vt cõcludit Alber.
30 in l.1.C de apoſtat.†ſed contra apoſtatam mortuum
ſolum infra quinque annos poteſt procedi,poſt verò
talium memoria accuſari non poteſt, ſic locutus eſt
Afflict.vbi ſupra in rubr.tit.de apoſtat.

Tertiò limita nõ procedere, ſi monachus dimittit
habitum in lectulo,vel eius cella,vel dum balneum
31 intrat in occulto,& linteaminibus, †quia non per hoc cẽ-
ſetur apoſtata,ſed tunc quando ſe dat conſpectui ho-
minum ſine habitu,vel cum habitu virili, vel clerici
ſecularis ſine iuſta cauſa, vt per Domin. de Sancto
Geminia.in c.vt periculoſa.ne cler.vel monac.lib. 6.
& tenet Frãciſ.de Plat. in d. tract. de excommun. ex-
commun.2 §.9.nu.4.& Beatus Antoninus in d. tract.
excommun.c.53.nu.4.& 5.in quo loco admonet, ꝙ
c.Felin.20.q.1.& cap.ſanctimonialis. 23. diſt. vbi vi-
detur ad notatum,quibuſcunque in locis monachos
32 exiſtentes,ſiue in lecto quieſcentes†ſemper,et cõſtã-
ter debere habitu monachali vti,nõ ita ſeuerè intel-
ligẽda eſſe,ne fieri poſſit intermiſſio naturalis, prout
prima facie videnẽ verba inpuere. Idẽ firmat Frãc.de
Plat.in d.tract.de excommun.excõmun.2.d.§.9.n.4.

CONCLVSIO CXIII.

ARGVMENTVM.

An & quãdo fides habeatur apoſtillæ adie- ctæ inſtrumento,& quomodo probet.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtilla vt probet, quid notarius dicere debeat in ſubſcri- ptione ſua.*
2 *Apoſtilla reperta in qualibet parte inſtrumenti, ſtante mentione per notarium facta de ea in ſubſcriptione, probat.*
3 *Apoſtillata pluribus in locis debent ſigillatim nominari in ſubſcriptione.*
4 *Prolatum generaliter pro ſpeciali habetur.*
5 *Apoſtilla ſi inueniatur appoſita in margine poſt confectũ inſtrumẽtum,& ſubſcriptionem ipſius,ei non creditur, nec notario aſſerenti eam feciſſe.*
6 *Apoſtilla probat, ſi eodem tempore, quo conficitur inſtru- mentum, & ſubſcriptio, notarius de ea mentionem fa- ciat, ſecus ſi poſt, & ex interuallo.*
7 *Quid cenſeatur de apoſtillis additis in margine teſtamẽti.*
8 *Apoſtilla pertinens ad factum notarij tantummodo pro- bat, licet de ea nulla mentio fiat in ſubſcriptione.*
9 *Vis apoſtillæ poſitæ in margine conſideranda.*
10 *Dicto notarij non ſtatur, ſi tractatur de eius commodo.*
11 *Inſtrumentum ſemel aſſumptum in formam publicam, & aſſignatum parti ex eo, quod ibi ſcriptum ſit in mar- gine, factum, & aſſignatum, non poteſt reaſſumi mor- tuis omnibus.*
12 *Atteſtatio de apoſtilla in ſubſcriptione notarij non eſt ne- ceſſaria, quãdo nulla eſt dubitatio quin ſit manus eiuſ- dem notarij, contra nu. 18.*
13 *Atteſtatio non requiritur, ad alium finem, niſi vt ſciatur, an ipſemet notarius fecerit apoſtillam.*
14 *Atteſtatio requiritur, vt cognoſcatur apoſtillam factam non poſt inſtrumentum confectum.*
15 *Apoſtilla ſi confecta ſit eodem tempore, conſtat ex diuerſi- tate literarum, vel atramenti, ſine alia coniectura.*
16 *Apoſtilla etiam ſcripta manu perſonæ incognitæ probat, ſi eſt ſubſcripta manu ipſius notarij.*
17 *Subſcribens ſe ſcripturæ factæ per alium, ita ſibi præiudi- cat, ſicut ſi ipſe totam ſcripſiſſet.*
18 *Apoſtilla etiam facta manu ipſius notarij ſi in ſubſcriptio- ne de ea non eſt facta mentio, non probat.*
19 *Solutio intelligentiæ Paul. de Caſtr. in conſilio 131. verſ. nec nocet.*
20 *Apoſtilla ſi in controuerſia ſit, cuius manu ſit facta, ſi no- tarius non atteſtetur in fine, non probat.*
21 *Apoſtilla ſcripta alieno atramento in ſuſpicionem falſita- tis prolabitur, præſertim concurrentibus aliis, quæ in- ducant talem præſumptionem, alias eſt dubitabilis.*

1 Apoſtillam ꝓbare † ſi notarius in eius
ſubſcriptione atteſtaẽ, &
mẽtionem faciat eã ſcripſiſſe,vt ita dicat, quod ſupe-
rius additũ,vel apoſtillatũ eſt in tali linea,fuit apoſtil
latum non errore,aut dolo,ſed per me notarium.ita
docuit magnus ille magiſter Bar.in l. ſi vnus. in fi. C.
de teſta.& ibi Alex.nu.8.Iaſ.nu.9.verſ.ego paucis cõ-
cludo. Duran.in trac.de art.teſtã.tit.de mut.teſt.caut.
6.& hæc practica colligiẽ ex l.1.& ibi Bar.ff.de his, q̃
in teſta.del.& ibi ẽt Bal.& facit tex in l.diuus la. 1. §.
item ſenatus.ff.de falſ.& Canon.in c.ex literis.de fid.
inſtr.Abb.conſ.10.nu.2.verſ.nõ obſtant verba, lib.1.
Primò amplia procedere,ſiue apoſtilla reperiaẽ in
margine inſtrumẽti,vel in corpore, aut in principio,
2 ſiue in fine†nam etiã tunc,ſi illa adſit mentio in ſub-
ſcriptione per notarium facta,probat. Ita Iaſ.in d.l. ſi
vnus.n.9.ibi pro hoc alleg.Io. And.in add.ad Spe.in
tit.de inſtru.edi.§.oſtenſo.in verb.dixit Rolandinus,
et videtur ſentire Curt.iun. conſ.145.num.17. per ibi
adducta.
Primò limita nõ ꝓcedere,qñ plurib.in locis eſſet
3 apoſtillatũ,†nam tunc nõ ſatis eſt ſi dicaẽ,ꝙ ſuperius
eſt apoſtillatũ,etc.ſed debet ſigillatim recenſere om-
nia loca,per dictã l.diuus.§.ita ſenatus.ff.ad l.Cor.de
falſ.cũ ibi no.p Bar.et per Abb.in c.cũ venerabilis.in
fi.de relig.dom. ſecus ſi vno tñ loco eſſet apoſtilla;
4 † nam tũc in vniuerſum prolatũ ꝓ ſingulari habereẽ,
vt inquit Durant.de art.teſtan.tit.de mut.teſt.caut.6.
Secundò limitatur, quando poſt confectũ inſtru-
mentum,et ſubſcriptionem ipſius appoſita inuenitur
5 in margine aliqua apoſtilla†cui tunc non crediẽ,nec
notario aſſerenti eã, vt monuit Bal.in d.l.ſi vnus,quẽ
ſequitur ibi Paul.Caſtr.et Ang.in cõſ.279. et Alex.in
conſ.59.col.penult.nu.5.vol.2.et ſic ſuprascripta cõ-
6 cluſio procedit,† quando eodem tempore, quo con-
ficitur inſtrumentum,et in eadem ſubſcriptione no-
tarius de ea mentionem faciat,ſecus,vt diximus,poſt
ſubſcriptionem,et ex interuallo,et ita ſentit Corn. in
conſ.60.col.2.vol.4. Soc.in conſ.227. nu. 8. vol. 2. et
Afflict.in conſtit.Reg.lib.1.de fer.et ſalar.nu. 37.ubi
7 dicit,ita in vſu forẽſi obſeruatum fuiſſe† ſi teſtamentũ
reperiaẽ ſcriptũ in protocollo notarij, et in margine
ſunt additæ nonnullæ apoſtillæ continẽtes ſpectãtia
ad teſtamentũ,et in fine teſtamẽti nulla facta ſit mẽ-
tio de

Digitized by Google

tio de illis apoſtillis, illud teſtamẽtum debere accipi
ſine illis apoſtillis, quia illæ apoſtillæ non dũr habe-
re diem, & alia ſolemnia, prout etiam infra dicetur.
Sublimitatur iſta ſecunda limitatio, non procede-
re, quando apoſtilla huiuſmodi non pertineret ad ne
8 gotium contrahentium, † ſed notarij tantummodo,
& vt ratum eſſet inſtrumentum, nam tunc fides habe
retur verbis notarij, & probaret, licèt nullam mẽtio
nem fecerit in ſubſcriptione, ita Bart. in l. in fraudem,
§. ſicut. ff. de teſtam. milit. quem ſequitur Iaſ. in d. l. ſi
vnus. nu. 9. C. de teſta. ita etiam ſentire videtur Afflic.
in conſti. Reg. vbi ſup. de fer. & ſalar. nu. 72. vbi tamẽ
dicit, vidiſſe antiquos regios conſiliarios ſic diremiſ-
9 ſe hanc quæſtionem, † vt conſideretur vis illius apo-
ſtillę in margine poſitæ, vt ſi ſcriptum fuerit factum,
& aſſignatum, & ſit quæſtio ſuper ſalario, quia nota-
rius, vel eius hæres dicit factũ, & aſſignatum, & ideo
petit ſalarium: pars verò negat habuiſſe, & non credi-
10 tur dicto notarij, † quia agitur de eius commodo, vt
in l. omnium, cum ſimilib. C. de teſta. ſi vero agatur
de eo, quod intereſt notario, tunc illa verba probant,
ꝙ fuit factum, & aſſignatum. quia notarius atteſtatur
factum proprium, & hoc, quando nõ agitur de re aſ-
ſumendo (ſic à noſtris dicitur) illud inſtrumentũ, ite-
rum, ſed ſi ageretur, vt iterum aſſumatur ex protocol
lo in formam publicam, quia ſemel fuit aſſumptum
11 in eandem formam, & aſſignatum parti † tũc ex hoc
ſolo, quòd ibi ſcriptum eſt in margine, factum, & aſ-
ſignatum, non poteſt reaſſumi omnibus ex hac vita
migratis, vt falſitatis ſuſpicio declinari poſſit, nã ſine
vllo negotio potuiſſet notarius promiſſis in fraudem
impelli, vt poneret rogitũ in contractu, & teſtes mor-
tuos, & poſt hęc in margine ſcriberet factũ, & aſſigna
tũ, ea de cã, vt poſſet poſteà reaſſumi ĩ formã publicã.
Tertiò limitatur, vt non ſit neceſſaria dicta atteſta-
12 tio de illa apoſtilla in ſubſcriptione notarij, † quãdo
nulla dubitatio eſſe poteſt, quin ſit manu eiuſdẽ no-
tarij conſcripta, vt declarat Paul. de Caſtr. conſ. 131.
incip. dubium facit, verſ. nec nocet. ꝙ notarius, vol. 2.
& idem ſentit Corn. conſ. 60. verſ. nec obſtat, quod in
margine, lib. 4. Bal. in l. noſtram. nu. 2. C. de teſtamen.
Alex. conſ. 59. nu. 5. & 147. nu. 11. lib. 2. cum ibi alleg.
Crauet. conſ. 88. nu. 4. vbi huius rei reddit rationẽ (ſe-
cundum eum) firmiſſimam quæ nũquam labefactari
13 poterit, idcircò † enim illa atteſtatio requiritur, vt cla
rè conſtare poſſit, an idem notarius illam conſcripſe-
rit, aliuſvè: verum cũ id clarum ſit, ſuperuacanea hu-
iuſmodi videtur atteſtatio, arg. l. 1. in fi. ff. de act. emp.
ſed quamuis hæc ratio in ſe vera ſit, tamen nihil ad
nos in præſentia pertinet, alia etenim de cauſa requi-
ritur mentio dictæ apoſtillæ in ſubſcriptione, non vt
14 cognoſcatur, cuius manu ſubſcripta, † ſed vt intelli-
gatur non poſt inſtrumentum confectum, & ex in-
teruallo abſentibus partibus, idque falsò feciſſe no-
tarium. per Bald. Alexand. Caſtr. & Iaſ. & cæteros in
d. l. ſi vnus. C. de teſtam.
15 Tueri tamen poſſumus Crauettæ rationem, † quã-
do ex diſcrimine literarum, vel atramenti ſine alia
coniectura conſtat, nõ ex interuallo, ſed eodem tem-
pore confectam fuiſſe apoſtillam. vt per Bald. in leg.
noſtram. C. de teſt. num. 2.
16 Amplia dictam limitationem, vt procedat † etiam
ſi apoſtilla ſit ſcripta manu hominis ignoti, tamen
ſubſcripta ſit manu ipſius notarij, quia tunc etiã pro-
bat, vt concludit Petr. de Anch. conſ. 242. incip. prius
de iuribus probatio. & ſequitur Alex. conſ. 14. nu. 18.
lib. 6. & conſ. 129. num. 4. lib. 1. quia ex ſubſcriptione
præcipuè eſt ſumenda fides, vt ibi. Et propterea, qui ſe
17 ſubſcribit ſcripturæ factæ per alium, † ita ſibi præiu-
dicat, ſicut ſi ipſe totam ſcripſiſſet, ex alleg. per Alex.
conſ. 147. num 4 lib. 2.
Contra hanc tertiam limitationem ſenſit Fel. in c.
ex literis. ſub nu. 9. verſ. quinta declaratio, de fid. inſtr.
vbi voluit per ibi allegata, quando etiam conſtaret,
18 apoſtillam fuiſſe manu ipſius notarij conſcriptã, † ni-
hilominus ſi in ſubſcriptione non fuerit de ea facta
mentio, non probare ex eo, quia non habet requiſita,
nempè diem, conſulem, &c. & teſtatur ad hoc Paul.
Caſtr. in d. conſ. 131. dubium facit, quod fuit alleg. in
limit. per nos pro parte affirmatiua.
19 Sed rectè intuenti † facilis erit ſolutio, nam Paul.
Caſtr. in d. cõſ. 131. verſ. nec nocet. inquit, non nocere
in illo caſu, ꝙ notarius non meminit illius apoſtillæ
in ſubſcriptione, cum conſtaret manu ipſius notarij
fuiſſe exaratã, ſed quia fuit obliterata, nec conſtabat
cuius manu fuiſſet illa deleta, cõſuluit tale inſtrũm de-
bere releuari, ac ſi hmõi abolitio non eſſet facta, nõ
aũt loquitur de apoſtilla, vnde vr̃ concludere contra
mentẽ Fel. poſtillã probare ſine mentione in ſubſcri-
ptione, qñ conſtat manu ipſius notarij fuiſſe factam.
A Fel. tamen ſtat. Ruin. in conſ. 68. nu. 3. & num. 5.
vol. 4. vbi inquit, ẽt ſi cõſtaret de manu ipſius notarij,
20 non facere fidem, † niſi in ſubſcriptione facta fuerit
mentio, & ibi ẽt ſi eſſet incertũ, cuius manu fuerit fa-
cta apoſtilla, ſi notarius nõ atteſtat̃ in fine, non ꝑbat,
& ſic cõtra ampliationẽ ſupra poſitam ad hanc tertiã
limitationem. Et idem tenet Ruin. in cõſ. 215. nu. 16.
vol. 1.
Quartò limita, vt non procedat concluſio, ſi ipſa
21 apoſtilla eſt ſcripta alieno atramẽto, † tunc. n. in fal-
ſitatis crimen prolabitur, per ſupradicta, & per Curt.
iun. conſ. 52. in fi. & Ruin conſ. 68. nu. 5. vol. 4. Quod
maximè procedit, ſi concurrant alia, quæ inducant
hmõi præſumptionem, alioqui res erit controuerſa,
vt Aymo. Crauet. d. conſ. 88. num. 7. & tradit Soc. ſen.
conſ. 94. ſub num. 8. verſ. circa tertium dico, lib. 1. vbi
aſſerit eſſe leuiſſimam præſumptionem.

CONCLVSIO CXIV.

ARGVMENTVM.

Quæ probare compellatur appellans, & quo pacto ſit probanda appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Appellans probare tenetur ſe iuſtè appellaſſe.*
2 *Iuſtè appellans quis intelligatur.*
3 *Appellans elapſis decem diebus omni remedio priuatur.*
4 *Appellatio, quid ſit.*
5 *Iuramentum non ſufficit ad probandum appellationem congruo tempore interpoſitam.*
6 *Appellationem interpoſitam probans, probare etiam debet intra decem dies appellaſſe.*
7 *Appellans duo probare debet, & quæ.*
8 *Dicens ſolemnitatem extrinſecam illam probare debet.*
9 *Appellans tria, & quatuor etiam probare tenetur, & quæ.*
10 *Decem narrantur, quæ debet ſeruare appellans.*
11 *Appellatio præſumitur interpoſita intra decẽ dies, ſi pars appellata fatetur appellationem petendo cauſam ſuper ea expediri.*
Et ibi contrarium.
12 *Abſenti non eſt neceſſe, vt probet, ſe appellaſſe intra decem dies.*
13 *Appellatio à ſententia nulla debet debito tempore interponi, niſi nullitas de per ſe ſit deducta abſque appellatione, quia tunc probatio nullitatis ſufficit.*
14 *Appellans nedum probare debet diem, quando appellauit, ſed etiam horam.*
15 *Appellatio non eſt recipienda à iudice ad quem, nec ei cenſetur deuoluta iuriſdictio, niſi probetur, rite fuiſſe appellationem interpoſitam.*
16 *Appellationem probari per teſtes.*
17 *Appellationem probari per vnum teſtem.*
Et ibi contra.

1 Appellantem † ſe iuſtè appellaſſe, cogi ad probandum,
ſancitum reliquere Imp. Diocl. & Maxi. in l. hi qui ad
ciuilia. in fi. C. de appel. Cum igitur, inquiunt Imp. ad
munus vocatus appellaueris, apud Præſidem Prouin-
ciæ iuſtè te appellaſſe oſtende vbi Bar. in 3. not. nu. 3.
& in l. 1. in prin. verſ. dic ergo. ff. ſi tut. vel cur. appell.
Bal. in d. l. hi, qui ad ciuilia. 1, not. num. 1. & poſt nu. 3.
verſ. & prędicta ſunt vera, & in c. ex parte Adæ, nu. 18.
col. 4. verſ. vlterius not. in co. verb. de teſt. Spec. titul.
de appell. §. de officio, in fi. verſ. item quæritur, ſi cō-
ſtat p teſtes tradit Cyn. in d. l. hi, qui. in 3. not. poſt nu.
9. verſ. 4. opponitur, vbi ēt Io. Fab. verſ. oſtende. C. de
appel. idem Cyn. in l. per hāc, nu 4. verſ, 4. opponitur.
C. de tempor. repar. appella. Rot. deciſ. 59. alias 316 ſi
poſſeſſor beneficii, in nouiſ. tit. de appel. gl. in c. in prę
ſentia. ſuper verb. ſtandū, ibi, ſe iuſtè appellaſſe, & ibi
Abb. col. 6. poſt nu. 15. verſ. dic ſi dubitatur, de renun-
cia. tranſit Mil. in reper. in verb. appellans non ſolùm
debet probare ſe appellaſſe, & docuit Guid. Pap. in
tract. de appel, verſ. 10. cōcluſ. n. 8. ibi & 1. quæro, & in
deciſ. 436. cū materia, poſt nu. 8. verſ. ſic diſtinguē, cē-
ſuit Iaſ. in l. pro tribunali. col. 7. nu. 34. verſ. confirma-
tur. ff. de re iud. conſuluit Loffred. cōſ. 20. in cā mota
per Magnif. Antonium Vulcanum, nu. 13. verſ. tū qa
ei, qui appellat. meminit Tiraq. de retract. Lignag. §.
1. & obſeruauit prac. Papien. de forma appel à diſ-
finitiua in gl. in verb. & in quātū, verſ. proinde q̄ritur,
2 & hanc eſſe ſententiam cōmuni calculo receptā eſt
nouiſſimè teſtatus Ant Gabr. in ſuis concluſ. lib. 2 tit,
de appel. concl. 5. nu. 1. Iuſtè autem appellaſſe intelli-
3 gitur is† qui ritè, & idoneo, aptoq; tpe interpoſuit ap-
pellationem idest, antequā decē dies elabantur, poſt-
quā de ſnīa certior factus ſit: nā elapſis decem diebus
3 † omni remedio appellans priuatur, iuxta gl. ſenten-
tiam ſingul. vbi etiam Abb. in c. ad reprimendum, in
verb. ſuſpendatur. de offic. ord. Caphal. in conſ. 163.
nu. 1. vol. 2. & in cōſ. 82. n. 54. vol. 1. Guid. Pap. q. 436.
nu. 8. Soc. ſen. in conſ. 24. nu. 20. vol. 1. Paul. Caſtr. &
Bar. in d. l. hi, qui ad ciuilia, nu. 5. Dec. in conſ. 295. nu.
4 3. Capel. Thol. deciſ. 341. verſ. concluſum fuit, † nam
appellatio eſt intētio appellātis cui innititur, vt oſtē-
dat iniquam ſentētiam, & idcirco eſſe retractādā, ita
Vant. latè de nullit. proceſſ. tit. à quo, & quib. mod. n.
21. per plura alleg. & Bar. in l. 1. ff ſi tut. vel cur. appe,
& Sigiſ Lofr. in conſ. 20. nu. 13. per plura adducta.

Amplia, vt ad probandum huiōi appellationem
5 † congruò tempore, nempè intra decē dies interpoſi-
tam fuiſſe, nō ſufficiat iuramentum, ita docuit Felyn.
in c. quoad conſultationem, nu. 27. verſ. 6. cōcl. de ap-
pel. per deciſ. Rot. 74. incip. ſciendum eſt. ꝙ ſi pceda-
tur, de appel. in antiq. alias 822. ſed contrariū infra.

Secundò amplia, vt nō ſatis ſit, ſi probetur appella-
6 tionē interpoſitā, † niſi ēt probetur intra decē dies ap-
pellaſſe, vt in c. Romana. verſ. ſi vero, & ibi Io. Andr.
de appell. in 6. Fely. in c. ad conſultationem. nu. 25. de
ſenten. & re iudic. & Tiraq. de vtroq; retract. tit. de
retract. lign. §. 1. gloſ. 16. nu. 8. & Rot. deciſ 190. incip.
quoad reuocationem attentatorum in nou. quam ēt
refert. Fel. vbi ſupra nu. 30. de appel. & Vant. de nulli,
proceſ. tit. à quo, & quib. mod. & c. n. 2. fol. 56. & deciſ.
125. ſufficit acceptanti, in non. Philip. Franc. in c. non
ſolum in 1. notab. de appell. lib. 6. Neceſſe igit̄ eſt, vt
7 † duo pbet appellans, primo ſe appellaſſe, deinde in-
fra decē dies appellaſſe, non enim ex hoc conſequit̄,
ſi dicatur, hic appellauit, ergo intra decenniū appel-
8 lauit, quia qui dicit ſolemnitatem extrinſecā, † illam
probare debet, vt l. quæcunq; ff. de publicia. ſecūdum
Compoſtel. in ca. cum dilectus de elec. & annotauit
9 Apoſtil. ad d. deci. 190. in nouiſ. Quinimò † appellans
tria probare tenetur. Primò ſe appellaſſe. Deinde ex
cā iuſta. Poſtremò infra decem dies, ſi credimus Ioā.
And. in d. cap. Romana. Itē & quarto loco debet pro-
bare, quòd infra tempora ſit proſequutus, arg. c. cum
ſuper de re iud. His verò non contentus Specul. in tit.
de appel. §. quater. verſ. item cauens, & ſeq. verſ. decē
ſunt, verſ. itē appellans. & verſ. item ſi dēt ſoluere de-
10 cē enumerat, quæ appellanti ſeruanda ſunt. † Primò,
vt cām grauaminis inſerat, ſiue illatī, ſiue cōminati.
Secūdò ſe infra decē dies appellaſſe. Tertiò, vt ſit ve-
ra cā grauaminis. Quartò curet, vt iudex pnunciet ſu-
p exceptione oppoſita, velit admittere nec ne. Quin-
tò vt appellet corā iudice, vel appellationē iudici ſi-
gnificet. Sextò, vt aduerſarium de appellatione cer-
tiorem faciat. Septimò vt in ſcriptis appellet. Octa-
uò, vt appellans inſtructus accedat, vel mittat procu-
ratorem inſtructum ad totam cauſam. Nonò, vt eni-
tatur cauſam appellationis finiri intra annum. Deci-
mò, vt in appellatione nomen aduerſarii exprimat.

Primò limita huiuſmodi ampliationem non pro-
11 cedere, † quando pars appellata conſenterit, ipsā ap-
pellationē, nēpè ſi peteret cauſam ſuper appellatio-
ne expediri, quia tunc præſumeret pro appellatione,
ipsā eſſe interpoſitam intra decem dies. Ita Bellam.
deciſ. 684. incip. quanquam.

Contrariam tamen ſententiam ſequuti ſunt DD.
Rot. in allegata deciſ. 190. vel 30. de appell. & refert
Fel. in d. c. quoad conſultationem. nu. 25. propè fin.

Secundò limita huiuſmodi ampliationem, vt non
procedat, quando ſententia eſt lata contra abſentem,
12 † qui illi abſenti nō eſt neceſſe, vt probet ſe appellaſ-
ſe intra decem dies, ex eo, quia pręſumitur, ꝙ appella-
uerit infra illud tempus decem dierum à die ſcietiæ,
quia non præſumitur ſcientia, iux ſent. glo. & Doct.
in c. conſultationi. de appel. li. 6. Io. Bapt. Ferre. in cōſ.
98. nu. 5. Bellam. in deciſ. 349. incip. ſicut præſumitur.
Crot. in cōſ. 7. nu. 14. & tenuerunt DD. de Rot. vt per
Chaſſan. deciſ. 31. & Pereg. deciſ. 100 lib. 2. quæ non-
dum typis ſunt traditæ, ac Veral. deciſ 2. lib. a

Tertiò amplia concluſionem procedere etiam in
appellatione à ſententia nulla, quia licèt de nullita-
13 te ſententiæ conſtet, † ſi tamen non probat appella-
tionem legitimè, & idoneo tempore interpoſitā non
obtinebit niſi nullitas ex ſe eſſet deducta abſque ap-
pellatione, quia tūc ſufficeret probatio nullitatis, ita
voluerunt Abb. & Io. Andr. in c. dilecto. per illū tex.
de appell. & refert ibidem Dec. nu. 2. et refert etiam
Vant. de nullit. proceſſ. vbi ſupra.

14 Quartò amplia, vt nedū debeat probare diē † quan-
do decimo die appellauit, ſed etiam horā, ita voluit
Fel. in d. c. quoad conſultationē. nu. 26. de re iud. Are.
in l. 2. §. dies. ff. quando appel. ſit, et Paul. Caſt. in auth.
hodie. C. de appel. et Are. in c. ſignif. in 5. not. de teſti.

15 Quintò amplia vſque eo procedere, † vt niſi probe-
tur appellationem ritè fuiſſe interpoſitam, non ſit re-
cipiēda à iudice, ad quem appellatur, ita Dec. in c. in
eccleſia. nu. 2. notab. 2. de appella. Imò non cenſetur
deuoluta iuriſdictio ad ipſum iudicem, ad quem, vt
per Peruſ. in d. c. cum in eccleſia not. fi. et refert Gigas
in additio. ad eundem Dec. vbi ſupra in litera A.

Sextò amplia, vt concluſio procedat etiam in illo,
qui appellat pro ſuo intereſſe, vt admittatur in cauſa,
nam et ipſe tenetur probare legitimè, intra tempus
appellaſſe, vt ſcriptum reliquit Zuccard. in repet. l. fi.
n. 297. verſ. ex quibus deprehenditur error. C. de edic.
diui adr. toll. intellige tamen iſtud, vt hinc tertio ſuf-
ficiat probare ſaltim ſemiplenè, vt per Bar. in l. à Di-
uo Pio. §. ſi ſuper rebus. in princ. de re iudic. quem ſe-
quutus eſt Zuccard. in iam allata. l. fi. d. nu. 297. et ſeq.

Septimo amplia, vt maximè locum ſibi vendicet
concluſio, ſi appellans nititur impugnare ſententiam
ex capite iniuſtitiæ, quia tunc ei incumbit onus pro-
bandi iniuſtitiā, vt dixit Bart. in d. l. hi qui ad ciuilia.
poſt nu. 4. verſ. quandoq; quæritur. C. de appel. et vi-
detur ſentire Inno. in c. 1. poſt nu. 2. verſ. ratio diuerſi-
tatis, et verſ. ſed eſt vis, de iis quæ fi. à maior. par. c. vo-
luit

luit Bal.in c.in pręſentia,n.3.5.not.intellige,vt id de-
mum ſibi locũ adſcribi poſſit,quando vtraq; pars ip-
ſam appellationem proſequitur, & negat appellans
latam fuiſſe ſententiam ipſo citato, vel aliàs per aliũ
modum abnegatiuum, tunc ipſe appellans per acta
probare tenetur,ſecus ſi ageretur de probatione, quæ
fit directò per teſtes,vel inſtrumẽta, quia tunc ille ꝓ-
bare debet in cauſa appellat. qui habebat probare in
prima inſtantia,vt docuit Bar.d.l.hi q ad ciuilia. poſt
d.nu.4.verſ.quãdoq; vtraq; pars & nu.5. verſ. ſi vero.
C.de appellat.& in l.1.verſ.aut vtraq; pars proſequitꝰ.
ff.ſi tutor.vel cur.appell.Bal.in d.c.ex parte Adæ.nu.
5.ibi,not.quod excipiens.de teſti.Cin.in d.l.hi qui ad
ciuilia,poſt nu.4.verſ.4.opponitur,& ibi Io.Fab.verſ.
in negotio principali.C.de appella.Capel. Toloſ. d.
deciſ.341.item cõdemnatus,verſ.quædam eſt ꝓbatio
& ibi Aufr.verſ. nec etiam præſumitur. inquiens hãc
eſſe communẽ * ſententiam de mẽte Siculi in c. quo-
niam contra,de probatio.Guid.Pap.deciſ.436.nu. 8.

Octauò amplia, vt cõcluſio locum habeat etiã in
appellante ab interlocutoria , quia & ipſum appella-
tionem ſuam iuſtificare debere cauit I.C.in l.an præ-
tor.§.pręſumitꝰ.ff.de minor.& ſum.Pontifex in clem.
appellãti,de appellat Bal.in d.c.ex parte Adæ,nu.18.
verſ.vlterius nota. & num. 20. verſ.4. quòd talis ap-
pellans,de teſtib. Cin.in d.l.per hanc, colum. ſi.poſt
nu.5.vt quærimus cui incumbat onus probandi ſen-
tentiam ſic latam.

Nonò amplia concluſionem , vt procedat etiam
quando iudex arctauerit dilationem, & fuerit appel-
latum,quia ipſe appellans debet probare,iudicẽ non
potuiſſe talem dilationẽ coarctare,nec ſubfuiſſe cau-
ſam àrbitrandi,vt Iaſ.d.l.pro tribunali. poſt num. 33.
verſ.quis autem.ff. de re iudic.

Intellige hoc procedere, quando dilationes eſſent
arbitrariæ ſecus ſi à iure determinatæ , quia tunc ap-
pellato incumbit onus probandi ſubfuiſſe cauſã ab-
breuiãdi.vt Iaſ.d.l.qui pro tribunali.col. 7.poſt d.nu.
33.d.verſ.quis autem debeat probare.

16 Si quis verò roget me,quo pacto † appellatio poſſit
probari,ex ſententia Inn.reſpondebo,per teſtes, in c.
ſicut nobis.de re iudic. & ibi alii Doct. quos ſequitur
Bal.in l.ſi.n.18.C.eo.tit.& Mil. in ſuo repert. in verb.
probatio.verſ.probari poteſt ſententia,& appellatio.

17 Amplia † vt poſſit etiam per vnum teſtem probari,
ita Rot.deciſ.409.fuit dubitatum in nou.vide contra
Bellam.deciſ.67.in ſi. & deciſ. 339.

CONCLVSIO CXV.

ARGVMENTVM.

Nonnulla alia recenſentur,quæ ei, qui ap-pellat probanda ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ſententiam iniuſtã probare debet in cauſa ap-pellationis.*
2 *Appellans debet citius loqui alternatiuè , quàm coniun-ctiuè .*
3 *Sententia iniuſta quæ dicatur,& quæ iniqua.*
4 *Libellus concipi debet cautè, dicendo ſententiam iniquam ſiue iniuſtam,quod Bononiæ ſeruatur.*
5 *Appellanti quando incumbat onus probandi , & producẽ-di copiam actorum .*
6 *Appellatio probatur eo ipſo quod nil in contrarium cõſtat, & ibi contrarium.*
7 *Appellato quando incumbat onus probandi, producendi omnia acta,& totum proceſſum.*
8 *Appellanti incumbit onus probandi in arbitrarijs.*
9 *Probatio directa quæ dicatur.*
10 *In cauſa appellationis ſi agatur de probatione directa , probare debetis , cui in prima inſtantia iniunctum erat onus probandi.*
11 *Appellatione interpoſita omnia remanet in eodem ſtatu.*
12 *Appellatus probare debet, ſi appellans habet intentionem ſuam fundatam in iure communi,& ècontra .*
13 *Quando neutra pars habet intentionem fundatam de iu-re communi,vide remiſſiuè.*

Proſequamur & cætera cẽſeræ, quę appellanti ad probã-
dum neceſſaria ſunt .

Appellans itaque inter cætera debet probare in cã
1 appellationis † ſententiam iniunctam, nã quia appel-
lat,dicit iniquam,vel iniuſtam ſententiam , ideoque
probare debet.l.ei qui dicit.ff. de probat. ei incumbit
inquit Paulus,probatio,qui dicit,nõ qui negat, & de-
bet detegere etiam iniquitatem,vel iniuſtitiã ſenten-
tiæ.l.hi,qui ad ciuilia.C.de appellat. & ſequitur Vãt.
in tract.de nullit.proceſ.tit.à quo,& quib.mod.n.21.
verſ.& poſtmodum eandem appellatione,& eſt text.
in §.illud.in auth.de appel.& in l. ampliorem. C. eo.
tit.de appell.notat Alex.in cõſ.101.nu.3.verſ.4.vol.
2.& Dec.in c.cũ in eccleſia.nu.2.de appel.& eſt alius
text.in l.1.ff.ſi tut.vel cur.appel.& ibi Bar.in princip.
Guid.Pap.deciſ.20.vbi diſtinguit.Spe.in tit. de ſentẽ.
§.fin.nu.17.verſ.ſed nunquid appellans,& ea ratione
ſupra dictum fuit,appellãtem debere probare ſiue di-
2 cere ſententiam iniquam,vel iniuſtã,† quia appellans
debet potius loqui alternatiuè,quam cõiunctiuè, nã
non debet dicere ſententiam iniquam,& iniuſtã, quo-
niam poſſet ſibi eſſe contrarius,iniuſta enim ſnĩa di-
3 citur † quando iudex contra rigorem iuris iudicat,ſed
iniqua,quando contra æquitatem, iniqua verò, & in-
iuſta quando contra vtrunque. ſecũdum gl.ord.Inſt.
de iniur.in verb.iniuſtitia,nam ſi ſententia eſſet ſolũ
cõtra æquitatem,malè diceretur iniuſta,& iniqua, &
èсontra,ſecundum Cepol.in rubr.de teſta.col.21 vbi
4 dicit,† libellum cõcipi debere cautè,ideſt,dico ſnĩam
iniquam,ſiue iniuſtam , & ita dicit ſeruari Bononiæ.

Primò amplia,etiam ſi vtraque pars proſequeretur
appellationem,& appellans diceret de iniuſtitia, vel
de nullitate,nempè quia ipſo non citato, vel nõ præ-
cedente cauſę cognitione,& iſtis ſimilibus condem-
5 natus fuit,† quia tunc appellanti incumbit onus pro-
bandi,& producendi copiam actorum, ad oſtenden-
dũ quicquid ipſe dixerit,ita docuit Bar.in l.1.ff. ſi tut.
vel cur.appell.in l.hi,qui ad ciuilia.C.de appell.Cap.
Tolo.deciſ.341.ver.aut vtraque pars. & Guid.Pap.q.
436.nu.8.verſ.quãdoque vtraq; pars, & videtꝰ ſentire.
Papien.in for.appell.in verb.& quantum.poſt nu.6.

6 Secundò amplia,imò etiam probat † eo ipſo, quod
quid contrarium non conſtet,ita tenet gl. ſi. in l. hi ,
qui ad ciuilia.in fin.C. de appel.

Contrarium tamen ſenſit Bart.reprobando huiuſ-
modi gloſ.in l.1.ff.ſi tutor.vel cur. appell.

Primò limitatur concluſio non procędere , quãdo
appellatus vult appellationem ex aduerſo interpoſi-
tam proſequi,& declarari optimè fuiſſe iudicatũ , &
7 malè appellatum : † quia tunc ei incumbit onus pro-
bandi,& producendi omnia acta,& totum proceſsũ:
nec ſufficit producere partem illorum actuũ , & pro-
ceſſus,qui pro ipſo facit.ita voluit Vant.de nullit.ꝓ-
ceſſ.in verb.à quo vel quibus modis.nu.21.verſ.ſi au-
tem appellatus,vbi latè,& atteſtatur de ſtylo , & ob-
ſeruantia Curiæ Romanæ .

Sublimita hanc limitationem nõ procedere in ar-
8 bitrarijs,† in his enim onus probãdi incumbit ipſi ap-
pellanti,ita Abb.in c.quoad conſultationem.nu. 18.
de re iudic.& colligitur ex notatis per Innoc. in c. ad
petitionem.& ibi Doct.de accuſ.ad quem ſe remittit
Bart.in l.2.ff.de re iudic.vt refert apoſtil ad ipsũ Bar.
in d.l.hi,qui ad ciuilia.C.de appell.in verſ.debet pro-
bare,in fin.& ſentit Papien.in pract.tit.de for.appell.
in verb.

Digitized by Google

in verb.& in quantum,poſt nu.6.ibi,aut fuit appellatum ab interlocutoria.

9 Secundò limita concluſionem non procedere,† qñ agitur de probatione directa,nempè de illa,quæ fit ꝑ teſtes,vel per inſtrumenta.nã tunc in hmõi cã appel-
10 lationis debet probare, cui in prima inſtantia † erat onus inīunctũ probãdi,ſiue ſit appellans, ſiue appellatus.ita cõcludit Bar.in d.l.hi,qui ad ciuilia. per illũ tex.C.de appel.et in d.l.1.ff.ſi tut.vel cur.appel.Guid. Pap.q.436.poſt nu.8.& Capel.Toloſ.deciſ.341. verſ.
11 quædam eſt ꝓbatio, † nam appellatione interpoſita omnia remanẽt in eodẽ ſtatu,vt inquit Bar. & Guid. Pap.vbi ſuprà,& videtur sẽtire Papien.in d.tit. de for. appell.in verſ.& in quantum.& Abb.in c. quoad cõſultationem,nu.18.de ſentent. & re iudic.

Tertiò limita, vt non procedat cõcluſio,qñ appel-
12 lãs habet intentionem ſuam fundatã in iure cõi,† qa tunc appellatus debet probare, propter præſumptionem iuris,quæ transfert onus ꝓbandi in aduerſariũ: ſecus in præſumptione iudicis,quæ non trãsfert onus probandi,niſi in ætate.l.de ætate.& ibi gl.ff.de mino. ita Bal.in addit.ad Spec.tit.de appel.in 2.addi. incip. confeſſus in tormentis,mihi col.10.verſ.quæritur, qs debeat probare,ſi verò intentio appellati ſit fundata de iure cõi:tunc appellatus debet probare.l.hi qui ad ciuilia.& l.ciues.C.de appell.& dicit Bald. vbi ſupra,
13 vbi ẽt habes † quando neutra pars habet intentionẽ fundatam de iure cõmuni, quę per te poteris videre.

CONCLVSIO CXVI.

ARGVMENTVM.

Appellans an,& quando ꝓbare debeat impedimentum proſequendi appellationem,& quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Appellans impeditus ꝓſequi appellationẽ,ꝓbare debet impedimẽtũ,quare nõ eſt proſequutus intra legitima tpa.*
2 *Species impedimenti proſequendi appellationem ſunt ſex quas vide remiſſiue.*
3 *Appellans quæ probare debeat vltra impedimentum.*
4 *Appellans non faciens quantum in ſe eſt ad remouendum impedimentũ proſequendi non excuſatur contrariũ ibi.*
5 *Appellans impeditus non tenetur probare impedimẽtũ, qñ notoriũ eſt,omnem diligentiam fuiſſe irritã, & vanam.*
6 *Appellans impeditus ſi adeundo iudice potuiſſet impedimẽtũ remouere,& per negligentiã illud omiſit, ſibi eſt aſcribendum maximè ſi facile impedimentũ remouere poſſet.*
7 *Appellans vltra impedimentum probare etiam debet proteſtationem factam, in qua ipſum deducat, & proteſtetur per ſe non ſtare.*
8 *Ioann.de Imol.ſemel obtinuit in vna appellationis, in qua appellãs impeditus nõ fuerat de impedimẽto proteſtatus.*
9 *Deciſ.Pedemont.abunde tractat materiã,quãdo proteſtatio de impedimento appellandi neceſſaria ſit, nec ne.*
10 *In terris maritimis eſt cõſuetudo:vt fiat proteſtatio de impedimento appellandi.*
11 *Proteſtatio non eſt neceſſaria, ſi alio modo poteſt conſtare de impedimento appellandi,& potius eſt de conſilio quã de neceſſitate.*
12 *Proteſtatio de impedimento appellandi quando ſit neceſſaria,& quando non,vide ibi per totum.*
13 *Impedimentum proſequendi appellationem probari poteſt per proprium iuramentum. Contrarium ibi.*
14 *Impedito proſequendi appellationem non defertur iuramentum in ſupplementum etiam ſi impedimentum probatum ſit per vnum teſtem.*
15 *Impedimentum quãdo & quomodo poſſit probari per iuramentum.*
16 *Impedimẽtũ ſi eſt difficilis probationis, probatur per iuramentum,etiam quando tractatur de magno præiudicio.*
17 *Iurm non eſt deferendũ ſemel periuro, nec ei credendum.*
18 *Leuatus onere ſatiſdandi propter cautionem iuratoriam, ſi ſemel fuerit periurus nunquam poſtea leuabitur illo onere per dictam cautionem.*
19 *Iuramentum pro probatione impedimenti non defertur, quando agitur de magno præiudicio tertij.*
20 *Iurm nõ defertur illi,qui ſemel iurauit ſuper eodẽ facto.*
21 *Contrarium iuramenti probari poteſt.*

Recenſuimus nup ꝓbationes, quæ ab appellante, cui ad appellationẽ proſequendã nihil eſt impedimẽto, sũt afferendæ.videamus nunc quid ab eo ſit probandũ,q impeditus eſt quominus appellationem proſequatur
1 Appellanti impedito ꝓſequi appellationẽ,† ꝓbandũ eſt impedimentũ, cur nõ ſit proſequutus intra legitima tpa.tex.in c.ex rõne,& ibi ſcrib.de appel.& in l. fi.§.illud C.de temp.appel.& in l.qui comeatus.ff.de re mil.& ibi Bar.& tenet Alex.in conſ.82.nu.10. vol. 3.& conſ.79.nu.2.vol.7.& Dec.conſ.677.verſ. ſed breuiter,quos ẽt refert,& ſequitur.Hercul.de prob.nega. poſt nu.26.verſ.3.infertur,& verſ.36 Soc.iun.in conſ. 76.nu.80.cum ſeq.lib.1.& latè per Crau.in conſ.240. per tot.& in conſ.270.verſ.circa ſm̃ dubium, per totũ. Parıſ. conſ.108.nu.11.vol.4 cuius quidem impedimẽ-
2 ti † ſex ſunt ſpecies,quas latè proſequit̃ Abb. & Imol. in d.c.ex rõne.nu.3.& ſeq.poſt Inn. ac alios quos allegãt, prout ẽt dicit Cacher.in deciſ.Pedem. 12.nu.11.

Primò amplia, vt nedũ dẽat ꝓbare impedimentũ hmõi,ſed ẽt diligentiam,& conatũ ad illud tollẽdũ,
3 † adeò ſi illud nõ obſtitiſſet, proſequutus fuiſſet intra tẽpora appellationẽ,ꝑ tex.in c.in pręsẽtia.de probat. & in l.q comeatus.& ibi Bar.ff.de re mili.Ale.in cõſ. 49.nu.5.vol.2.Philip.Franc.in c.cupientes.§.qꝫ ſi per viginti.in prin.de elect.in 6.Fel.in c.ex tranſmiſſa. n. 2.de p̃ſcri.Dec.in conſ.454.nu.6.& in conſ.552.nu.6. & in d.c.ex rõne,nu.19.de appel.vbi examinat, & diſtinguit articulum,& ibi verſ.ſed tñ,atteſtatur de cõi opinione,& Iaſ.in l.properandum.§.pe.nu.4. verſ. 6. adde.C.de iudic.& Balb in tract de præſcrip.in 2.par. 6.part.princ.nu.6.verſ.ex quo infertur,& Alex.in l.2. §.quod diximus.nu.6.ff.ſi quis caut.Crau.in cõſ.151. nu.22.vbi multis in locis alleg.Corn.& ex cõgeſtis ꝑ Vãt.in tract.de nullit.proceſſ.tit.ex defectu iuris ord. nu.166.verſ.& erit Pariſ.in conſ.34.nu.19.lib.1.& vi-
4 de Affl.deciſ.50.& Boer.deciſ.40.Ratio eſt,† quia nõ faciens quantum in ſe eſt ad remouendum impedimentũ,non purgatur,quia videtur, & præſumitur ꝑ ſum affectare,put elegãter inquit Iac.de Are.& Bal. in l.qbus dieb.ff.de cõd.& demon arg.l.fi.C. ne ſanc. bapt.cũ alijs adductis per Io.de Amic.in cõſ.6. n. 22.

In contrariam tñ deſcẽdit ſententiam Fulgoſ.in d. l.2.§.quod diximus,nu.2.verſ.ego autem,& ibi Paul. Caſtr.per l.fi.poſt prin.ff.quis ord.in bon.poſſ.ſeruet. vt refert,reijcit & improbat Alex.in d. §. qꝫ diximus.

Hos inter ſe cõcilies,vt diſtinxit Dec.in d. c. ex ratione.col.pen.verſ. pro reſolutione, de cuius diſtinctione agemus in concluſione, impedimentum.

5 Limita primã opinionem,vt nõ ꝓcedat † qñ omnibus apertiſſimum eſſet,omnem diligentiã fuiſſe irritam,& inanem,vt ꝑ Doct.in c.ex tranſmiſſa.de p̃ſcri. & Nic.Boer.deciſ.40.nu.7.& ſequit̃ Conrad.in l.diffamari.in limitationib.nu.117.C.de ingen. & manu.

Secũdò limita,vt ꝓcedat quoad impeditus potuiſ-
6 ſet adeũdo iudicẽ auferre impedimentũ† & ꝑ incuriã neglexit illud remouere, tunc illi eſt aſcribendũ, vt plenè ꝑ Fel.in c.ex tranſmiſſa.col.1.de p̃ſcript.Conr. q alios citat in d.l.diffamari.in limit.n. 119. intellige illud ꝓcedere,dũmodò impedimẽtũ facilè amoueri poſſet, vt vltra p̃ſatos sẽtit Deci.in c. in nomine Domini in 5.notab.de teſt.Soc.iun.in conſ.76.nu.81.lib. 1.Gomeſ.ſuper reg.cancel. de triennali poſſeſſ.q.71.

Secundò

Secūdò amplia, vt nedum debeat ꝓbare impedimē
7 tum,† ſed & ꝓteſtationē factā, vel corā iudice, vel no
tario, in qua deducere dēt tale impedimentū, & ꝓte-
ſtari per ſe nō ſtare, ita voluit Ale. in cōſ. 164. nu. 5. &
6. vol. 2. & in cōſ. 114. nu. 3. & 4. vol. 5. & eſt gl. in c. cu-
pientes. §. ꝙ ſi per viginti. in verb. propoſita. & ibi Io.
de Imol. vbi refert ſemel obtinuiſſe in vna cā appella
8 tionis, † in qua appellans nō fuerat ꝓteſtatus de eius
impedimēto, quē refert Alex. ſup. alleg. conſ. 174. &
314. & Iaſ. in l. 1. §. ꝙ diximus. nu. 7. ff. ſi quis caut. &
eſt gl. in c. fi. de appel. notat ēt Cach. deciſ. Pedem. 12.
9 nu. 7. vbi abundè tractat materiā, qn̄ proteſtatio † ne-
ceſſaria ſit necne, & Soc. iun. in conſ. 104. n. 26. vol. 3.
Contrarius tn̄ huic opinioni fuit Bart. in d. l. 2. §. ꝙ
diximus. nā ibi tantūmodo dicit, in terris maritimis
10 cōſueuiſſe, vt talis ꝓteſtatio fiat, † nec infert, ꝓpterea eſ-
ſe neceſſariā, ꝙ optimè animaduertit. Iaſ. ibi. nu. 7. &
prius expendit Franc. de Aret. in cōſ. 162. incip. verū
eſt, & idē Alex. ibid. nu. 7. vbi voluit, ꝙ ſi alio mō, quā
11 per ꝓteſtationē poſſet cōſtare de impedimēto † non
eſſe neceſſariam hmōi ꝓteſtationē, & ab iſta opinio-
ne ſtat. Abb. in c. plerunq; de reſcrip. & in c. ex tranſ-
miſſa. de præſcr. & Paul. Caſtr. conſ. 21. incip. in cauſa
deſertionis. col. 6. & tradit ēt Ale. in l. qui in aliena. §.
1. col. 3. ff. de acq. hær. ꝙ qdem magis ad conſiliū, quā
ad neceſſitatē ſpectat. vt monuit Bart. in l. 2. §. dies. ff.
qn̄ appel. ſit col. 7. verſ. item fallunt, & nouiſſimè te-
nuerunt D. de Rot. vt refert Vetal. deci. 126. lib. 1. nō-
dum typis traditæ, vbi voluerūt, ſatis eſſe, ſi cōſtat de
impedimēto ēt ſine proteſtatione, et ita aliàs tenuiſſe
eādē Rot. in vna Hiſpal. Scholaſtriæ de mēſe Octob.
1533. refert, & ſequit̄ Lud. Gomeſ. in ſuis cōment. ad
reg. cancel. reg. de annali poſſeſſore. q. 76. nu. 2. in quo
loco affirmat, ꝙ pēdente in auditorio Rot. artic. pre-
ſenti in cā proximè relata, eo ad longū diſcuſſo negotio tādē DD. voluiſſe nō eſſe neceſſariā ꝓteſtationē,
& ſufficere aliundè ꝓbare impedimentū, & hāc opi-
nionē ſequuti fuere DD. prædicti tāq; æquitati magis
ꝓximam: qa Rotæ ſufficit conſtare de impedimento
legitimo abſq; alia ꝓteſtatione, q̄ ꝓteſtatio idcircò
inducta fuit: vt cōſtaret p iudicē extitiſſe, quominus
appellans proſequeret̄ cām, qui qdē effectus optimè
haberi pōt per legitimas ꝓbationes, ſicut & per ipsā
ꝓteſtationē, ideò potius vr̄ id benè eſſe ꝓ faciliori ꝓ-
batione, quā neceſſaria, vt per eūdē Gomeſ. loco ſup.
cit. in fi. allegat tradita per decit. in leg. in omnib. cau
ſis I a 2. nu. 10. ff. de reg. iur. & facit, quia vbi habetur fi-
nis ad quē inducta eſt proteſtatio fine ipſo ſeruato, &
conſequuto nō curatur de ea. arg. clem. cām. de elect.
vbi licet pro forma in caſu illius tex. requirat̄ intima
tionē vbi pars haberet notitiam negotij: quia ad illū
finē introducta fuit intimatio, ſufficit: vt ibi dr̄, & fa-
cit tex. in l. ſi mater de inſtit. & ſubſtit. vbi in his, quæ
requirunt̄ pro forma, nō refert, qd ex æquipollētib. fiat.
Sic inter ſe has opiniones conciliare poteris: nam
aut impedimentū eſt facto iudicis, & tūc ꝓcedit pri-
12 ma opinio. † qa tūc dēt appellatus ꝓteſtari, aut facto
ipſius appellantis: & tūc non eſt neceſſaria ꝓteſtatio:
ita voluit Affl. deciſ. 50. nu. 10. Conrar. qui allegat idē
ſentientes in l. diffamari. in limit. nu. 119. C. de ingen.
& manu. & voluerunt Imol. in c. fi. de appel. & Peruſ.
in c. ex rōne. col. 6. verſ. ſed dubitatur, eo. tit. quos etiā
ſequit̄ Dec. in d. c. fi. nu. 6. verſ. & ꝙ dictū eſt: aut etiā
impedimentū prouenit à caſu fortuito: & tūc etiam
nō eſt neceſſaria ꝓteſtatio. Pariſ. conſ. 31. nu. 20. lib. 1.
Boer. dec. 40. Iaſ. & Alex. in l. de pupil. §. ſi qs ipſi præ-
tori. ff. de nou. op. nūc. ita Imol. in d. c. fi. & Card. Ale.
quos refert Rip. in tract. de peſt. in 2. par. 2. par. princ.
dub. 6. ver. ſed Io. de Imol. cum ſeq. q conſtituit ibi re-
gulā, ꝓteſtationē non eſſe neceſſariā, ſiue impedimē-
tum proueniat facto iudicis, ſiue facto appellāus, aut
caſu fortuito p ibi adducta, q̄ regula eo magis ꝓcedit,
qn̄ impedimentū eſt clarū, nā tunc nō erit neceſſaria
ꝓteſtatio, ita intelligit Affl. d. dec. 50. nu. 5. & ita con-
ſuluiſſe Paul. Caſt. cōſ. 286. incip. viſis his, quæ ſupe-
rius. & vr̄ ſentire Alex. in d. l. 2. §. ꝙ diximus. & refert
idē Rip. vbi ſup. & ibi ēt ponit tres limitationes ad ip-
ſius regulā, quas per te vide. & tenuit Boer. d. deci. 40.
nu. 7. Verùm contra Affl. in deci. 50. & alios eiuſdem
ſniæ tenet Cæſ. Vrſil. in addit. ad d. deciſ. in quo loco
reprehendit eundē Afflic. & retorquet ab eo allegata
cōtra ipſum, & p̄cipuè Alex. in d. l. properādum. §. ſin
aūt, vbi totū contrariū dixit, ibiq; Vrſillus atteſtatur
cōem opinionē eſſe, quòd requiratur proteſtatio, &
ad hoc quāplura ibid. congeſſit, & de cōi ēt conſtat
ex his quæ tradit Tiraq. in tract. de retract. lignagier.
§. 9. gl. 3. & vlt. nu. 9. cum ſeq. & vide latius Dec. in cō-
ſ. 357. in cā D. Matiæ, vbi nonnullas tradit limitatio.
in quib. nō requiritur ꝓteſtatio, & maximè qn̄ noto-
riè apparet ex actis de impedimēto, & per Crauet. in
conſ. 151. neminē exiſtimare nu. 22. & in conſ. 179. in
cauſ. appel. nu. 9. & in conſ. 182. videtur. ꝙ iudiciū iu-
dicis. nu. 15. in quib. locis ſcriptū reliquit, quo pacto
ēt probari debeat impedimentū, & inter alia adnotat
ibi ꝓbari debere ab eo qui ſe fundat in impedimēto,
de quo ēt per Cor. in cōſ. 109. 1. aſpectu, litera A. vol.
2. vbi ait, multa dēre facere impeditū, ne pœnā incur-
rat, q̄ ēt ponit Dec. in cōſ. 454. iudicā eſſe arbit. nu. 6.
& latius inſ. ſuo loco in cōcl. impedimētū dicemus.
13 Intellige quoad cōcluſionē, † vt poſſit ꝓbari hmōi
impedimentū per ꝓprium iurm. iux. ſent. Spec. in tit.
de appel. § nunc breuiter. n. 6. verſ. quid ſi ergo, & de-
clarat Caſſan. in cōſuet. Burg. rub. 4. §. 20 fol. 189. nu.
1. cū ſeq. ver. de hoc impedim. Iaſ. in d. l. ꝓperandum.
§. ſin aūt vterq; 1. col. C. de iudic. vbi plenè de intelli-
gentia gl. c. cupiētes. §. ꝙ ſi per viginti. in verb. propo
ſitum. & Fed. de Sen. in cōſ. 114. incip. ſuper puncto.
verſ. & ꝙ ad probandū refert Spec. Abb. & oēs ſcri-
bentes ibi in c. ex rōne nu. 11. de appell. & idē voluit
gl. in c. cū olim. de priuil. & in l. fi. C. de fid. inſt. & fa-
cit tex. in c. ſtatutum. §. 1. verſ. iuram. de reſcrip. in 6. et
c. quia pp. de elect. & c. 1. 22. q. 1. & Oldr. conſ. 60. in-
cip. eſt tempus. col. fi. verſ. qualiter. Guid. Pap. in trac.
de appel. nu. 61. q. 99. & deciſ. 205. per rot. Rot. deciſ.
155. ideſt addi. 2. incip. ſed pone, in fi. in nou. & deciſ.
858. D. Pap. col. pen. & dec. 303. nota quod vbi aliquis
dicit ſe impeditum. in antiq. Guid. Pap. deciſ. 436. nu.
27. addit. ad q. Capel. Tolo. q. 44. item fuit quæſitū, ſi
appellanti. in fi. ſequitur Fel. in c. perſonas. col. 2. in fi.
de appellat.
Contrarium tn̄ ſenſere Philip. Franc. in c. cupiētes.
§. quòd ſi per viginti. nu. 7. de elect. & Abb. in d. c. ex
ratione. nu. 11. cum ſeq. Pariſ. conſ. 108. nu. 11. vol. 4.
Alex. in l. 2. §. quod diximus. nu. 2. ff. ſi quis caut. & ex
multis congeſtis per Iaſ. in d. §. quod diximus. & vi-
detur tex apertiſſimus in l. fi. §. illud. C. de temp. ap-
pell. ibi, euidentiſ. probationibus.
Amplia iſtam ſecūdam opinionem vſq; eo proce-
14 dere, † vt etiam ſi hmōi impedimētū fuiſſet ꝓbatū p
vnū teſtē, nō deferat̄ iurm in ſupplementū: ita inquit
Gigas in add. ad Dec. in d. c. ex rōne. nu. 6. verſ. perſo-
næ. de appel. & refert ita tenuiſſe Iaſ. in l. admonendi,
in repet. nu. 10. verſ. ſecundò infertur. ff. de iureiur. idē
voluit Guid. de Suzar. in auth. ci q. in fi. C. de tēp. app.
Cōcilies inter ſe hmōi opiniones, & dicas, ꝙ ſi im-
15 pedimentū non poſſit probari per teſtes, † qa difficil-
limū ſit, poterit probari per iurm, dummodo nō agat̄
de magno præiudicio, & homo ſit integer, & frugi. p
l. theſaurus. ff. ad exhib. & l. fi. C. de fid. inſtru. & ſentit
Abb. in d. c. ex ratione. nu. 11. verſ. ſed aduerte. & Phi-
lip. Franc. in d. c. cupientes. §. quòd ſi per viginti. nu.
7. Iaſ. in d. §. quod diximus. nu. 2. verſ. ſi verò impedi-
mentū, ſecus ſi eſſet facilis probatio per teſtes: vt vidē
Iaſ. vbi ſup. & dixit expreſsè Rot. dec. 155. ſi arctetus ter
minus, in vl. addit. verſ. ſed dubitatur, in nou. & deciſ.
858. D. Pap. col. pen. verſ. ſed cum procurator. in anti.

Digitized by Google

16 Amplia iſtā reconciliationem, vt procedat† etiam, quando agitur de magno præiudicio, ſi impedimentum ſit difficilis probationis, vt Bal. reſpondit in cōſ. 308. lib. 4. Signo. de Homod. conſ. 19. col. 3. Boer. qui alios citat, deciſ. 294. nu. 16.

Dum igitur ſequimur priorem opinionem tāquam *communē ex allegatis, & vt atteſtatur Gigas in add. ad Dec. in d. cap. ex ratione. de appell. num. 16. verſ. perſonæ in fin.

Primò limita non procedere in eo, qui ſemel fuit
17 periurus,† quia ei nō erit credendum, nec deferendū iurm, ita limitat idem Gigas vbi ſuprà, per tex. ſing. in c. paruuli, 22. q. 5. & tenet Alex. poſt Rom. in d. l. 2. §. quod diximus, nu. 4. & Iaſ. ibid. nu. 3. & faciūt not. per Boer. deciſ. 394. nu. 17. cum alleg. ibi per eum. & facit notab. dictum Bal. in auth. ei qui iurat. C. de bo. auct. iud. poſſ. quo in loco ſcriptū reliquit, quòd ſi qs fuerit leuatus onere ſatiſdādi propter cautionem iu-
18 ratoriam,† ſi ſemel fuerit periurus, nunquam poſteà leuaturum onere ſatiſdādi per cautionē iuratoriam, quod & commēdat Contar. in terminis iſtius limita. nu. 125. Quinimò requiritur ſecundum eundē Cōtar. ibidem, vt ſit vir honeſtus, nec ſuſpectus, conueniatq; allegatum impedimentum ex qualitate facti, vt per Hippol. in l. 1. nu. 35. ff. de q. Soc. iun. conſ. 29. num. 14. lib. 1. Boer. d. deciſ. 394. num. 16.

19 Limita, vt locum non habeat,† quādo agit̃ de magno præiudicio tertij, vt ſi tractaret̃ de priuatione iuris alterius, quia tunc non defertur iuramentum pro ꝓbatione impedimēti, vt conſuluit Card. Par. conſ. 108. nu. 11. lib. 4. Gomeſ. Reg. cancel. de trien. poſſeſſ. quæſt. 57.

Sublimita hanc limitationē, niſi impedimentum difficilè poſſet probari. Bald. conſ. 303. lib. 4. Signo. de Homod. conſ. 19. col. 3. Abb. in conſ. 64. Ioan. Andr. in addi. ad Spec. tit. de appel. §. nunc breuiter. verſ. quid ergo. Bar. in extrauag. ad reprimēdum. verb. ſūmariè, verſ. quomodo cognoſcemus, Boer. qui alios citat deciſ. 394. ſub nu. 16. & ſequitur Cotard. in l. diffamari. in limi. nu. 121. in fin.

20 Secundò limita nō procedere in eo,† qui ſemel iurauit ſuper eodem facto, quia amplius ei nō defertur iuramentum, ſacramētalis enim probatio niſi ſemel admittĩ, ita monuere Alex. Iaſ. & quos ipſi alleg. vbi ſuprà, in d. §. quod diximus. ibique Bal. & Ang. & eſt tex. in l. ſi. ff. de bon. auth. iud. poſſi. Paul. de Caſtr. & Ange. in l. veluti. §. fin. ff. de eden. Marc. Ant. Bauer. in tract. de virt. iuramen. nu. 65. & ſequitur Contard. vbi ſuprà, num. 137.

21 Tertiò limita, & intelligas,† vt poſſit etiam probari contrarium, ita docuit Tiraq. de vtroque retract. §. 4. gl. 1. num. 7. per doctri. Inno. in c. quia propter. col. pen. de elect. Iaſ. in §. ſed iſtæ. nu. 14. Inſt. de act. Contard. loco ſuprà citato, nu. 127. pluribus in præſentia non explicabimus, cum ſuis in locis hæc declaraturi ſimus in concluſio. impedimentum, vbi latè.

CONCLVSIO CXVII.

ARGVMENTVM.

Appellatio an & quādo deſerta præſumatur, & appellationis renūciatio quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio deſerta non præſumitur, & quare in dubio iudex pronunciare debeat pro non derelictione.*
2 *Validitati fauendum ratione dubitationis, & pro ea interpretatio capienda aduerſus nullitatem.*
3 *In pronunciando ſuper derelictione non perit ius alicuius partis, ſed remanet incolume.*
4 *Appellans in dubio non præſumitur appellationem ſuam deſerere, nec ei renunciare.*
5 *Caſus, ex quibus deſertio appellationis probatur, deſcribūtur.*
6 *Appellationis cauſa deſerta dicitur, ſi tranſactio anno non eſt in ea proceſſum.*
7 *Appellationis cauſa quando nō dicatur deſerta per lapſum anni.*
8 *Appellans habet biennium ad proſequendum appellationem, ſi aliquid facit infra annum.*
9 *Appellatio deſerta eſt poſt lapſum primi anni, ſi nullum obſtet impedimentum. contrarium num. 10.*
10 *Sententia non confirmatur, niſi poſt lapſum biennij.*
11 *Impedimenta in dubium reuocant, an appellatio ſit deſerta.*
12 *Argumentum à poſſibili per aliud poſſibile tollitur.*
13 *Appellatio melius eſt, vt non cenſeatur deſerta, ſicut in dubio deſerta non præſumitur.*
14 *Appellatio deſerta dicitur lapſo termino dato ad ſe præſentandum coram iudice ad quem.*
15 *Appellatio deſerta eſt ſecundum conſtitutionem Regni ſi intra quinquaginta dies non præſentatur proceſſus.*
16 *Appellatio deſerta non dicitur, ſi appellans ſe præſentat coram conſilio Principis, licèt id non agat coram iudice appellationis in termino ei aſſignato.*
17 *Appellatio cenſetur deſerta, quando appellans monitus à iudice certa die, & hora, non comparet in eodem tempore ad recipiendum apoſtolos.*
18 *Appellans licèt non inueniat iudicem, nec poſſit apoſtolos habere, tamen omnem debet adhibere diligentiam.*
19 *Secunda appellatio non obſtat, quin appellatio deſerta dicatur, quando appellans non comparet die præfixa ad recipiendum apoſtolos.*
20 *Appellatio non cenſetur deſerta propter prorogationē termini, licèt in eo appellans non compareat.*
21 *Terminus ad proſequēdum appellationem licèt ſit annus, tamen per iudicem ab ipſo detrahi aliquid poteſt.*
22 *Appellatio deſerta remanet, ſi intra terminum præfixum à iudice non proſequitur.*
23 *Quartus caſus deſertionis appellationis, de quo in concluſione, tripliciter limitatur.*
24 *Appellatio non habetur deſerta, quando appellans arripit iter ad iudicem ad quem.*
25 *Arreptio itineris ad iudicem quando non ſufficiat.*
26 *Appellatio deſerta cenſetur, quando appellans apoſtolos nō petijt.*
27 *Appellatio deſerta redditur, ſi per appellantem ſtat, quominus omnia litis certamina compleantur, & cauſa ad finem perducatur.*
28 *Renunciatio appellationis quomodo probetur.*
29 *Renunciatio appellationis non probatur, ſi appellās proteſtatur executionem ſententiæ non petiſſe animo renūciandi.*
30 *Renunciatio appellationis inducitur per actum contrarium appellationi.*
31 *Renunciatio appellationis non inducitur, ſi id, quod facit appellans proteſtationi contrarium, non acceptatur à parte.*
32 *Renunciatio appellationis generaliter probatur per aditionem ad iudicem à quo.*
33 *Appellans non renunciat appellationi, quando agit coram iudice à quo ad impugnandum geſta per eundem.*

1 Appellationem deſertam non ꝓſumi,† imò in dubio iudicem debere pronunciare pro non derelictione, doctè pronunciauit Paul. de Caſt. in l. 1. per illum *tex. ff. ſi quis caut. quē* omnes ſequuntur, vt ibi Alex. nu. 21. quorum auctoritati ſubſcripſit Iaſ. nu. 17. & in auth. ad hæc, nu. 3. C. de iudic. ex codē fonte manat, quod voluit Caſſad. deciſ. 4. in fi. de appella. & deciſ. *9. nu. 10. eo. tit. vbi atteſtatur ſuo tēpore ſemper* Rot. in hanc deſcendiſſe ſniam, cui aſtipulatur. Vant. de nullit.

nullit.proceſſ.tit.quib.mod.ſent.null. repar. nu. 128.
Hieron Gigas idē ſcripſit in trac.de penſ.q. 95. nu. 2.
nec aliò reſpexit, ꝙ conſuluit Parıſ. cōſ. 124.in fi. vol.
1.eiuſdem notæ eſt, ꝙ tradidit Ceph.in conſ.77.num.
25.vol.1.ad hæc facit, ꝙ dicit Rim.ſen.in cōſ.90. nu.
17.vol.1.conſimilem vim habet illud Grat.in conſil.
163.nu.12.vol.2.& hanc opinionē cōfirmat Io. Bap.
Ferret.in conſ.98.nu.6.huc vergit plurib.in loc. Dec.
in conſ.87.nu.7.& conſ.445.nu.4.& conſ.677.nu.1.
nec minus adiuuat, ꝙ reſpondit Soc.Iun. conſ. 3. nu.
49.vol.2. cui conuenit doctrina Fel. in c.ſignificaue-
2 rūt.nu. 1.de teſti. † nam tōne dubitationis eſt fauēdū
validitati, & pro ea aduerſus nullitatem capiēda in-
terpret.l.ſi pars.ff.de inoffic.teſt.l.inter.in fi.l. quoties
ff.de reb.dub.& per alia quæ congerit. Vār. de nullit.
3 proceſſ.in 1.rub.nu.24.itē quia in pronunciando † nō
perit ius alicuius partis, ſed remanet incolume, ita Pa
riſ.conſ.115.in princ.vol.1.& Marant.in ſua pract.in
tit.de appel.nu.397.q.8.& Fab.deciſ.Ro.49.in fi. lib.
4 2.nōdū typis traditę. ꝑterea, † quia appellans in dubio
nō ꝓſumit̄ ſuā appellationē deſerere, eiq; renūciare,
vt Rot.dec.63.cit.fi.de appella.in nouis. aliàs 476.
5 Permulti autem ſunt caſus, † ex quibus derelictio
appellationis probatur, quorum nonnullos hic ſub-
iungere non grauabimur.
Primus eſt, qñ ex inſpectione actorū apparet intra
6 annū non eſſe proceſſum in cauſa appellationis, † nā
tunc tranſacto anno dr̄ cā deſerta, per text. in auth. ei
qui appel. C. de temp. appel. in c.perſonas.& in c.cū
ſit Roma.de appel.& voluit Bal.in l.ſi cōtra. in verſ.
ſed qualiter ꝓbatur, & ibi Guid.de Suza.C. de appel.
nec diſſenſit ab hoc Marāt.in ſua prac.tit.de appel.in
q.3.prin.ver.ſequit̄ mō videre.n.217. vbi latè exami-
nat iſtū articulū, & Ale.de Neuo cauit.in cōſ.6.n.17.
7 Limita tñ non procedere, qñ in illo primo anno
per appellantem cā fuiſſet cōmiſſa, & citata pars, &
inhibitum, quia ēt tranſacto anno cauſa huiōi non
dr̄ deſerta, ſecundū D.de Rot.vt per Anch. deciſ.11.
nondum typis tradita; & vr̄ tenuit alio in loco Rot.
8 vt refert Peregr.dec.1.lib.2. vbi inquit † appellantem
ſi aliquid faciat infra annum, habere bienniū ad pro-
ſequendū appellationem, nec dici appellatione de-
ſertam. Cacher.tamē in deciſ. Pedem.28.nu.1. & ſeq.
vbi latè inſiſtit ſuper veritate iſtius limitationis, tenet
9 appellationē eſſe deſertam lapſo primo anno, † ſi ni-
hil impedimento fuerit. quoniam alius annus nō dat̄
niſi pp impedimētum, vt per Capel.Toloſ. in q. 244.
Contrarium tñ dicit ſentire Bart.in auth.ei qui, in ſi.
10 C.de temp.appel. vbi dicit † lapſo primo anno ſuam
nō confirmari niſi elapſo biennio, quem ſequit̄ Bal.
in l.eos.col.2.verſ.ſcias tamen.C.de appel.dicens ra-
11 tionem eſſe, † quia impedimenta ante biennium ob-
ſtare potuerunt, quæ cum in facto cōſiſtant, in dubio
eſt, an appellatio ſit deſerta. Secundò, quia licèt argu
12 mentum à poſſibili † per aliud poſſibile tollatur, atta-
men in dubio interpretatio fit in meliorem partem,
ſed melior pars eſt: vt appellatio non cenſeatur deſer
13 ta: vt in dubio † deſerta non præſumitur, ergo præſum
ptio huiōi ſumenda eſt: vt obſiſtere potuerint impe-
** dimenta in primo anno. Dicit tñ Cache. ** cōem ma
gis eſſe priorē opinionem: & omnia cōtraria reſellit.
Secundus caſus, qñ præterijt terminus circumſcri-
14 ptus ad ſe ſiſtendum coram iudice, ad quē † quia iſto
tranſacto dr̄ deſerta appellatio per capitulum, perſo-
nas, & cap.ſæpè.de appel.& per l.2.§.ſi. C. de tempo.
appel.& not.Bal.& Doct.in l.ſi præſes. verſ. pone iu-
dex à quo.C.de appel.& Mat.Matheſ.ſing.21. incip.
not.pract.verſ.3. & ſecundum cōſtitutionem Regni,
ſi intra quinquaginta dies non præſentauit proceſſū,
15 perindè eſt † ac ſi appellatum non fuiſſet, & ſic deſer-
ta: vt inquit Afflict.deci.175.in prin.& in conſt. Reg.
lib.2.de appel.nu.20.& refert etiā Maran.in ſua prac.
tit.de appel.poſt nu.317.verſ.Regni eſt additum.

Limita tamen iſtum caſum non procedere, ſi ap-
pellans dediſſet ſe in conſpectum conſilio ꝙ Princi-
16 pis perſonam refert, & fuerit proteſtatus: † quia tunc
appellatio non dicetur deſerta, licèt in termino ſibi
aſſignato coram iudice appellationis ſui copiam nō
feceꝛit, iuxt.ſentent.Bart. & aliorum in d. l. ſi præſes.
C.de appel.& Rim.ſen.in conſ.364.nu.11.vol.2.
Tertius caſus eſt, quando iudex à quo monet ap-
pellantem ad certam diem, & horam ad recipiendū
apoſtolos, appellans autem illa hora non comparet,
17 licèt ante vel poſt, † nam tunc cenſetur, & habet̄ ap-
pellatio pro deſerta.arg.cle.2.§.verum. de appel. vbi
Card.quem tex.recitat pro ſingulari Math Matheſ.
ſing.21.incip.not.practicam, idem etiam tenet Boer.
in cōſ.43.n.3.& Soc.iun. vbi latè in cōſ.31 n.1. vol.1.
Amplia etiam ſi iudex tali hora ſtatuta nō profe-
18 ctus fuiſſet ad locum, † quia licèt ſi veniſſet appellās
non potuiſſet apoſtolos habere, tamē debet omnem
adhibere diligentiam, illam enim conſiderat lex, nō
ipſius iudicis, ita refert ꝑ mirabili. Marā. in ſua pract.
in tit.de appel.q.8.prin.num.409.verſ. ſextus caſus.
Secundò amplia, etiam ſi appellaſſet die latæ ſen-
tentiæ, & iudex eadem die detuliſſet appellationi, &
præſcripſit terminum ad recipiendum apoſtolos, &
19 poſteà ēt intra decem dies iterum appellaſſet, † quia
ſi non venerit illa die iam ſtatuta, appellatio dicetur
deſerta, nec obſtabit ſecunda appellatio, ita ampliat
Apoſt.ad alleg.ſing.Matheſ.& refert Fel.in d. c. pſo-
nas.n.11 ver.amp.& Rot.dec 23.de app.n.8.in antiq.
Limita nō ꝓcedere.qñ iudex ꝓrogauit terminum,
20 † & in illo termino appellans ſui copiā nō fecit, quia
ex eo nō cenſet̄ deſerta appellatio, ſufficit.n.petiiſſe
bis in primo termino, ita fuit dec. per D. de Rot.deci.
57.de appel.in no.aliàs 460.nu.2.ſi auditor appellāti.
Quartus caſus, qñ iudex ſtatuit terminū ad ꝓſequē-
21 dū appellationē, † ꝙ facere potuit, nam licèt de iure
habeat annū, tñ pōt ab illo tpe detrahi per iudicem
à quo.cap.perſonas.& c.cū ſit Rom.& ſimi.de appel.
22 ideoq; ſi intra illū terminum præfixū à iudice † non
proſequitur, appellatio deſerta cenſetur, ita per plura
Mar.in ſua prac.tit.de appel.q.8.prin.nu.401.& in q.
2.prin.ver.21.limit.& iſtum quartū caſum tñ limitat
23 ipſe Maran.tripliciter † nēpè. Primò non procedere
in perſona, quæ pōt petere reſtitutionem in integrū.
Secundò, quando non ex illius negligētia, ſed iu-
dicis, vel à ſecretis, ſiue auditoris facto.
Tertiò in beneficialibus, in quibus etiam ſi iudex
ſtatuiſſet terminum, tamen illo tranſacto non dici-
tur deſerta appellatio, ſed neceſſe eſt, vt etiam elaba-
tur terminus iuris, vt ibi per eum.
24 Limita tum, & quartò, † vt ſufficiat, vt arripiat iter
ad iudicem ad quem etiam alio non facto, ita loquit̄
Abb.in c.cum cauſa.per illum tex.de re iudi. & Spec.
§.nunc breuiter. verſ. quid ſit pars. de appel. & refert
Fel.in c.perſonas, poſt nu.primum, verſ. circa termi-
num. & tenuit Rot.dec.20.de appel.in antiquior. In-
25 tellige tamen † vbi non eſſet præſcripta certa dies ad
ſe ſiſtendum apoſtolico conſpectui, quia tunc non
ſufficeret arreptio itineris, vt per ipſam deciſ.20.
Quintus caſus eſt, quando appellans apoſtolos nō
26 petijt, quia tunc cenſetur appellatio deſerta: vt in l.
eos.§.apoſtolos.C.de appel.vbi Bart.Inno.in c.1.co.
tit.& Grammat.in conſ.109.nu. 15. in ciuil.
27 Tandem appellatio deſerta exiſtimatur, † ſi per ap-
pellantem ſteterit, quominus omnia litis certamina
ad exitum perducantur, & cauſa optatum finē cōſe-
quatur, ſecundum Cach.in deciſ.Pedem.12. nu. 5.
Alios receſet caſus Mar.vbi ſup.q vnicuiq; ſūt obuij.
28 Renūciatio vero appellationis probat̄, † ſi appel-
lans petijt ſentētiā, à qua appellauit, executioni mā-
dari coram Iudice à quo, vt in l.ad ſolutionē.C. de re
iud. & in c.ſolicitudinē.in fin.extr.de appel. & notat
Bar.in conſ.150.nu.2.& Rom.in conſ.9.per totum.

29 Limita tñ nõ procedere† ſi appellans fuerit proteſtatus, ſe illam executionem nõ poſtulaſſe animo renunciandi appellationi, vt reſpondet Bart. in d.conſ. 180. per text. in d.c. ſolicitudinem. in fi.

30 Secundò fit renunciatio appellationis,† ſi appellãs aliquid moliatur, quod aduerſetur appellationi, & q ſibi ipſi contrarius ſit, vt no. Doc. in c. cum veniſſent. de eo, q mit. in poſſ. & Rim. ſen. in cõſ. 364. n. 1. vol. 2.

Limita tamen non procedere, ſi id, quod facit ap-
31 pellans contrarium proteſtationi† non acceptetur à parte præſente, vt not. Ant. in c. gratũ de offic. deleg. vel ei pars aduerſa nõ repugnaret, vt notant Ang. in l. nihil. §. filius. ff. de inoff. teſt. & But. in c. q. de appel.

Et vt vno verbo me expediam, in vniuerſum pro-
32 batur renunciatio appellationis,† per aditionem ad iudicem à quo, ſecundum Anch. in conſ. 6. nu. 3.

Limita tñ, vt non procedat, quotieſcunq; appellãs
33 ageret corã iudice à quo† ad impugnãdum geſta per eundem iudicem, q docuit gl. ordi. in c. ſi à iudice. in verb. teneris de appel. in 6. & Gozad. in conſ. 18. nu. 9.

CONCLVSIO CXVIII.

ARGVMENTVM.

An, & quomodo nõ probata in cauſa principali probari poſſint in cauſa appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Non probata in cauſa principali, probari poſſunt in cauſa appellationis.*
2 *Lex per hanc C. de tempor. appel. vocatur per Cyn. lilium inter ſpinas.*
3 *Mandatum non probatum plenum in prima cauſa, poteſt probari in cauſa appellationis.*
4 *Idem dicitur de alijs non probatis in principali cauſa, quæ probari poſſunt in cauſa appellationis.*
5 *Appellatus in cauſa appellationis probare poteſt, quod in principali non probauit.*
6 *Appellatus vti poteſt nouis probationibus.*
7 *Non probata coram arbitro, probari poſſunt coram iudice, ad quem confugitur ratione leſionis.*
8 *Recurſus ad iudicem ad quem habet vim appellationis.*
9 *Dolus arbitratoris non probatur ex nouis actu.*
10 *Probationes ſi non fiunt facto arbitratoris occurrente, de nouo fieri poſſunt ad probandum eius dolum.*
11 *Exceptio dilatoria quomodo poſſit opponi.*
12 *Probatio poteſt fieri poſt terminum, ſi per iudicem in termino non admiſſa iniuſte.*
13 *Probatio omiſſa doloſè coram arbitratore, non probabit de nouo coram iudice recurſus. Et ibi ſecus.*
14 *Probationes in cauſa nullitatis, & appellationis, ſi de nouo oriantur, poſſunt, & debent recipi, non obſtante ſtatuto, vel iure communi prohibente.*
15 *Non probatum probari, & non deductum deduci poteſt, etiam ſi tantum dictum ſit de nullitate ſententia.*
16 *Poſitiones facta in prima cauſa poſt litem conteſtatam mutari poſſunt in cauſa appellationis.*
17 *Verbum dubium in cauſa principali prolatum, in cauſa appellationis declarari poteſt.*
18 *Teſtes producti in principali cauſa, in cauſa appellationis publicari poſſunt.*
19 *Poſitio, & confeſſio erronea reuocari poteſt in cauſa appellationis.*
20 *Exceptio falſi tutoris in prima cauſa excluſa, in cauſa appellationis iterum opponi poteſt.*
21 *Non probata probari, & non oppoſita opponi poſſunt in cauſa appellationis.*
22 *Bona fides, & titulus in cauſa appellationis allegari, & produci poſſunt.*
23 *Poſſeſſio aduerſarij in cauſa appellationis probari poteſt.*
24 *Hæres opponẽs ex pſona defũcti audit in cã appellationis.*
25 *Procurator non producta in principali producet in cauſa appellationis.*
26 *Reconuentio in cauſa appellationis fieri poteſt.*
27 *Exceptio peremptoria ignoranter omiſſa in principali, in cauſa appellationis opponi poteſt.*
28 *Exceptio dilatoria non poteſt opponi in cã appellationis.*
29 *Appellans, vel appellatus in cauſa appellationis producit, etiam ſi a lege ſtatutus ſit terminus ad probandum.*
30 *Interlocutoria iuſtificatur ex actis primo factis, nõ ex nouiter deducendis.*
31 *Appellatio ab interlocutoria reſpicit retrò deductis defectus iudicis, ſed a diffinitiua in ſupremum finem oculos hẽt.*
32 *Appellatio ab interlocutoria quare odioſa, & à diffinitiua magis fauorabilis.*
33 *Sententia diffinitiua delegati quare odioſa dicatur.*
34 *Sententia interlocutoria non derogat ordinariæ iuriſdictioni, & magis fauorabilis, quam diffinitiua.*
35 *Sententia interlocutoria dicitur quilibet iuſſus iudicis.*
36 *Sententia diffinitiua ordinem iudiciarium requirit.*
37 *In cauſis matrimonialibus, & alijs fauorabilibus proceditur non ſeruato ordine iudiciario.*
38 *Sententia diffinitiua ſcripturam requirit pro forma.*
39 *Appellando ab interlocutoria requiritur, quod ſit illatum grauamen, & à diffinitiua nullo etiam exiſtente grauamine appellari poteſt.*
40 *Interlocutoria vbi, & quando poteſt probari, & iuſtificari ex actis nouis in cauſa appellationis.*
41 *Abſens de nouo probare poteſt, etiam ſi interlocutoria ſit lata contra eum.*
42 *Idem etiam ſi interlocutoria haberet vim diffinitiua.*
43 *In appellatione ab interlocutoria probari poſſunt non deducta in prima inſtantia, ſi nouiter alleganda, & probanda ſuperuenerunt.*
44 *Appellans non probabit in cauſa appellationis, ſi in principali doloſè omiſit probare, vt in expenſis partem aduerſam fruſtra fatigaret. Contrarium ibi.*
45 *Exceptiones dilatoriæ in cauſa principali omiſſa, in cauſis appellationum opponi non poſſunt.*
46 *Appellatio quem ſtatutum reſtituat.*
47 *Exceptiones dilatoria non oppoſitæ in principali cauſa quando poſſint opponi in cauſa appellationis.*
48 *In termino à lege præfixo, ſi in prima inſtantia non ſunt oppoſitæ exceptiones dilatoria, & declinatoria in cauſa appellationis opponi non poterunt.*
49 *Terminus hominis ſuccedit loco termini legalis.*
50 *Nouum, & diuerſum ab eo, quod continetur in articulis deductis, probari non poteſt in cauſa appellationis.*
51 *Quæ tangunt iam deducta in principali cauſa deduci poſſunt, non alia noua non deducta prius.*
52 *Probationes noua quando recipi non debeant.*
53 *Timor ſubornationis teſtium non ſolum in cauſis clericorum, ſed etiam laicorum contingere poteſt.*
Vide ibi contrarium.
54 *Appellans in cauſa appellationis quando alios teſtes poſſit producere ſuper articulis publicatis.*
55 *Appellãs pbare de nouo nõ poterit in cã appellationis, ſi in prima inſtãtia diſtulit, vt aduerſariũ magis fatigaret.*
56 *Negligenti iura non ſubueniunt.*
57 *Concluſio non procedit, ſi iudex inquirat ſententiam ſuã non poſſe iuſtificari in cauſa appellationis.*

1 In cauſa appellationis poſſe probari, & deduci,† quod non fuit probatum in cauſa principali ſanxit Imp. Iuſtinianus in l. per hãc.
2 C. de temp. appel. & ibi Cyn. qui † illam legem vocat lilium inter ſpinas, ibiq; Bart. in l. eos qui. in §. ſi quid autem. C. de appel. & in l. cum qui. ff. de temp. appell. not. in c. fraternitatis. de teſtib. l. ſcio. ff. de appel. Iaſ. in l. ita demum. col. 3. & ſeq. C. de procur. ſequitur Rebuff. in tract. de reſcr. art. 3. gloſſ. 4. verſ. regula ergo fingenda eſt, tom. 2. & dixit ante eum Felin. in c. cum Ioan. per illum text. de fid. inſtr. nu. 17. vbi ponit regulã, & latè examinat hanc concluſ. tenet Rot.

in decis,

in deciſ.1.vt lit.pendē. aliàs 13.in addit.nu.2.in nou.
Corn.cōſ.241.in lit.H.vol.4.& in conſ.73.in fi. in lit.
3 O vol.2.& Soc.Iun.cōſ.131.nu.22.vol.3. † propterea
ſi in prima cauſa non fuerit probatū plenum mādatum,poterit probari in cauſa appellationis.l. Titian.
ff. quod cum eo. ſic dicendum erit de aliis non probatis in cauſa principali,quia poterūt probari in cau-
4 ſa appellationis, † vt eſt diſpenſatio in prima inſtantia non probata; quæ in cauſa appellationis poterit
probari,vt per Rebuff.vbi ſup.nu.5. in quo loco enumerat alios caſus, & quamplures alii recenſentur per
Firman.in repert.in verb.appel. nu.146. quos poteris
videre,& nonnullos ponit Fel.in d.c.cum Io. nu. 17.

Primò amplia cōcluſionem, vt procedat etiam in
5 appellato,†tam & ipſe poterit in cauſa appellationis
probare,quod in cauſa principali non probauit, tex.
eſt in d.l.per hanc.C.de tempor.appellatio.ibi. tā appellatori,quā parti aduerſæ,& probatur in l. ampliorē.in prin.C.de appell.Spec.in tit.de appell.§.1. verſ.
6 ſed pone,vbi dicit, † appellatum poſſe vti nouis probationibus,ſequitur Rebuf.vbi ſupra num.4. ibique
adducit in eandē ſnīam deſcēdentes Rot. deciſ. 365.
ſi à diffinitiua.in nou. Ant.Imol.& Abb.in c.cum Io.
& ibi Fel.nu.18.de fid.inſtr.in quo loco idem Fel. reſtringit ampliationem hanc tribus modis,vt ibi p eū.

Secundo amplia concluſionē procedere ēt coram
7 iudice,† ad quem concurritur rōne læſionis illatæ ab
arbitris,nam & coram eo poſſunt probari nō probata coram arbitro,iuxta l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.
ff.pro ſocio.Ita conſuluit Feder.de Sen. in conſ. 285.
incipien.Petr.Rector eccleſiæ.per totum,Fel. in d. c.
cum Ioannes.nu. 22. allegat inter alios D. Ant. in c.
quintaualliſ.verſ. venio ad textum.de iureiur. Ratio
8 eſt,†quia recurſus huiuſmodi habet vim eiuſdem appellationis:vt reſpondit Feder.d.conſ.285.nu.2. vide
M.Ant.Blanc.in trac.de cōpromiſ.q.10.in fi. & iſtud
amplectitur Rebuff.in d.tract.de reſcrip.c.3.gl.4.n.8.

Hanc ampliationē reſtringe primò, vt nō ꝓcedat,
9 ſi ageretur de probando dolo arbitratoris.† quia tunc
nō probabit̄ ex nouis actis,iuxta ſnīam Bar.in l.ſi ſocietatē.§.arbitrorū.ff pro ſocio.& D. Ant. & Imol.in
d.c.quintauallis.quos ſequit̄ Fel.in d.c.cū Io. nu. 23.

Intellige tamen hanc reſtrictionem,vt non proce-
10 dat,ſi facto arbitratoris occurriſſet, † ne fieret probationes eo enim caſu illæ denuò poterūt fieri ad ꝓbādum eius dolum,ſecundū Ant.de Imol.in d.c. quin-
11 tauallis.pro quo facit,†etiam exceptionem dilatoriā
poſſe opponi poſt litem conteſtatam ,quando facto
iudicis,vel partis fuit quis impeditus opponere ante,
vt dicit gl.in c.ex conqueſtione.de reſtit.ſpol. itidem
probatio non admiſſa iniuſtè ꝑ iudicem in termino
12 † pōt fieri poſt terminū,vt no. Ant.in c.tam literis per
illum tex. de teſtib. quæ quidem multa ſunt obſeruatione digna,vt per Fel.in d.c.cum Ioan.nu.23. in fin.

Secundò reſtringe dictam ampliationem, non procedere,ſi pars ſcienter, & doloſè omiſiſſet producere
13 probationem coram arbitratore, † quia tunc nō producet,neq. probabit denuò coram iudice recurſus,vt
docuit Bar.in d.§.arbitrorum. D. Ant.d.c.quintauallis.ſecus ſi ꝑ ignoratiā,vel ſimplicitatem omiſiſſet , vt
poſt alios dicit Fel.in d.c.cum Ioan.nu.24.& huic reſtrictioni adde quod infra dicetur in 2.limitatione.

Tertiò amplia procedere, etiam ſi extaret ſtatutū,
vel aliter ius commune, ꝙ prohiberet recipi proba-
14 tiones in cauſa nullitatis, vel appellationis, † quia illo non obſtante poſſunt, & debent recipi , ſi recenter
otiatur,vt per Rebuff.in loco proximè citato,n.7.vbi
allegat.arg.l.ſi ſullo.ff.de cōd.ſine cau.facit c. paſtoral.de exce.& dicit Bar.in l.inuit.in vlt.col.C.de ꝓc.

Quartò amplia,vt concluſio procedat,ēt ſi non ſit
15 appellatum,†ſed ſit tantum dictum de nullitate ſententiæ,quia & tunc poterit non probatum probari,&
non deductum deduci,quod placuit Bald. in d.l.1.in
antep.col.C.quando prouocare non eſt neceſſe, quē
refert,& ſequitur Fel.in c.cum Io.nu.25. de fid. inſtr.
& Rebuff.in art.3.glo.4.nu.6. de reſcrip.

Quintò amplia primo concluſionem vſq; eo pro-
16 cedere † vt in cauſa appellationis poſitiones mutari
poſſint factæ in prima cā poſt litē conteſtatā,ſi credimus Bal.in add.ad Spe.in ti.de appel.ver.poſit.factæ.

17 Sexto amplia vſq; eo procedere, † vt verbū quod
in ſe dubitationem cōtineat prolatum in cauſa principali poſſit declarari in cauſa appellationis, vt probauit idem Bal.in l.Pompon.§.plures.ff.de rei vend.

18 Septimo amplia vſq; eo procedere , † vt poſſint teſtes producti in cauſa principali publicari in cauſa
appellationis,vt auctor fuit Bal.in tit.de pace Conſt.
§.in cauſis.col.2.& in l.prolatam.in fi.de ſen.

19 Octauo amplia vſq; eo procedere,†vt poſſit poſitio,
& confeſſio erronea reuocari in cā appellationis , ſecundum Spec. de appel. §. pen.verſ.ſed nunquid.

20 Nonò amplia vſq; eo procedere,†vt exceptio falſi
tutoris excluſa in prima cauſa poſſit iterū opponi in
cā appellationis,ad quam cautio non extēditur,iuxt.
Bal.in addit.ad Spec.de tutore, verſ. conſuluit Dyn.

21 Decimò amplia.† vt non ſolum poſſint probari nō
probata,ſed ēt opponi non oppoſita, vt voluit Spec.
de procur.§.1.ver.ſed quod ſi procurator.

22 Vndecimò amplia,†vt bona fides,& titulus allegari & produci poſſint in cauſa appellationis , ſicuti retulit Bal.in d.l. per hanc. C.de tempor.appel. col. 6

23 Duodecimò amplia,†vt poſſeſſio aduerſarii poſſit
probari in cauſa appellationis,iuxta ſententiam Bal.
in d.l.per hanc.col.7.ver. pone actor probauit.

24 Decimotertiò amplia, † vt audiatur hæres in cauſa
appellationis opponēs ex perſona defuncti quemadmodum prodidit Bal.in d.col.7. ver.pone deceſſit.

25 Decimoquartò amplia,†quod procurator producit
in cauſa appellationis non producta in cauſa principali,quæ fuit opinio Cyn.Bal.& Doct.in d.l. per hāc,
col.vltima.

26 Decimoquintò amplia,† vt in cauſa appellationis
poſſit fieri reconuentio,ſi fides eſt habēda Doct. poſt
Cyn.in auth.& quoniam,C.de ſen.

Decimoſexto amplia,vt exceptio perēptoria igno-
27 rāter omiſſa in cauſa principali † poſſit opponi in cā
appellationis,vt tradidit Butr.& Abb.in c. inter monaſterium, col. 6. de re iudic. ſecùs tñ eſt in dilatoria
28 omiſſa in cauſa principali, † quia non poteſt opponi
in cauſa appellationis,arg.l.ita demum.C.de procur.

Decimoſeptimò amplia, quod appellans , vel appellatus producit in cauſa appellationis, etiam ſi in
29 cauſa principali † ſit ſtatutus terminus à lege,vel à iudice ad probandum,vel producendū, vt ſcripſit Inn.
in d.c.cum veniſſent. de teſta.& in c.cum dilectus.de
fid. inſtrum.

Primò limita,vt cōcluſio non procedat,qñ appel-
30 latio eſſet interpoſita ab interlocutoria,†quia illo in
caſu interlocutoria ipſa dēt purgari ex actis primo factis,& non ex nouiter deducendis,clem. appellāti.de
appel.l.2.ff.eo.Fel.in d.c.cum Io. nu. 26. de fid. inſtr.
Rebuf.vbi ſup.nu.10.cōcludit Io de Ana.conſ.26.in
cau.col.1.tenet Bar.in l.eius.q. ff. de appel.& in l.ait
prætor.nu.4.ff.de mino.& in l.eos qui, §. ſi quid autē
C.de appel.Matt.de Affli.deciſ.79.nu.3. Rom. ſing.
278.& in ſing.399.Capic.deciſ.5.nu. 14 Menoch de
arbitr. iud. lib. 1. q. 72. num. 5. & Rot. deciſ.1.vt lit.
31 penden.aliàs 13.in addi.nu.2.in nou.ratio eſt, † quia
appellatio ab interlocutoria poſt ſe reſpicit deducēs
dedecus iudicis,vt in c.vt debitus.de appel. ſed appellatio à diffinitiua ſpectat ad ſupremū finē, & proptereà Bal.in l.eos.§.ſi quid autem.ad fi.C.de appel.quē
ſequitur,& refert Fel.vbi ſupra , dicit appellationem
32 ab interlocutoria aliqñ eſſe tollerabilem,† ſed tamē
odioſam , quia derogat iuriſdictioni ordinarii , ſed
appellationem à diffinitiua eſſe magis fauorabilem

ideò magis adiuuandā per quaſcūq; probationes, vt
ſenſere Bal. Fel & Rebuf. loc. ſup. cit. iſtud poſtremū.
ꝙ diximus de odio, & fauore, non vr̃ falſitate carere.
33 † quia ēt ſententia diffinitiua delegati dr̃ odioſa, quia
detrahit iuriſdictioni ordinariæ, vt confirmauit gl. in
c. 1. in verb. proceſſus, de expen. in 6. & tamen pōt pur
gari ex nouis probationib. Præterea illud ēt à veritate
alienum eſſe vr̃, ſentētiam interlocutoriam deroga-
34 re ordinariæ iuriſdictioni † immò videret magis eſſe fa
uorabilem ſn̄iam interlocutoriam, quàm definitiuā,
35 quia ſn̄ia interlocutoria † fertur nullo iuris ordine
ſeruato: quia quilibet iuſſus iudicis dr̃ ſententia inter-
locutoria. l. quod iuſſit. ff. de re iud. ſecus in ſn̄ia diffi-
36 nitiua, † quę requirit ordinē iudiciarium. l. prolatam.
C. de ſent. hinc igitur fit, vt interlocutoria in hoc ſit
fauorabilis, ſicut cā matrimonialis, & aliæ cauſæ fa-
37 uorabiles † in quibus proceditur non ſeruato ordine
iudiciario pp maximum fauorem. clem. diſpēdioſa.
38 de iudic. item ſn̄ia definitiua † requirit ſcripturā pro
forma. l. fi. C. de ſent. ſecus in interlocutoria. gl. in l. 2.
ff. de accuſ. quocirca diſpicere nequeo, cur odioſa ſit
interlocutoria. Similiter dū fuit dictum proratione
iſtius limitationis, appellationem ab interlocutoria
poſt ſe reſpicere, & diffinitiuā ſpectare ad ſupremum
39 finē. 1 † in interlocutoria requiri, ꝙ ſit illatū graua-
men à quo appellat̃, ſecus in diffinitiua à qua pōt ap-
pellari nullo et exiſtente grauamine, vt declarat Bar.
in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. ex hac inquā
rōne nihil effici vr̃, quia eſt eadem cum dicto, nā ex
hoc, ꝙ in appellatione ab interlocutoria requirit̃ ex-
preſſio grauaminis, ex hoc ſequit̃, nō poſſe iuſtificari,
niſi illud grauamen, ꝙ fuit deductum, ſm̄ Bart. in l.
eiusqui, col. pen. ver. 4. quæro, de appel. quæ ratio ceſ-
ſat in diffinitiua. Sed ratio, quæ eſt eadem cum dicto
nihil valet, vt docuit Accur. in l. fi. de offic. procura-
toris Cęſaris, in ea igitur ſum opinione, in hac re ſatis
firmam, & validam rationem afferre arduum eſſe.

Primò ſublimita, & intellige hanc limitationem
procedere, niſi grauamen illatum ab interlocutoria
40 diſcutiatur cum appellatione à diffinitiua, † quia &
tunc poterit probari, & iuſtificari in cā appellationis
ipſa interlocutoria ex actis nouis, vt monuit Bald. in
l. generaliter. §. 1. per illum text. in pen. col. C. de reb.
cred & ſequitur Fel. vbi ſup. Intellige tamē hoc pro-
cedere in terris Imperij, ſed ſecus eſt in terris eccleſię,
in quibus obſeruatur, quod ſupra eſt dictum per dictā
clę. n. appellanti, & declarat Bal. in d. §. 1. in pen. col.
quem ſequitur Fel. loco proximè citato.

41 Secundò ſublimita, vt non procedat, † quando in-
terlocutoria eſſet lata contra abſentem. l. ait prætor.
vbi Bart. ff. de appel. recip. tunc. n. poterit denuò pro-
bare, cum non debeat ſibi aſcribi, cur non illam alle-
gauerit, ex quo tunc tēporis præſens nō erat. Rebuff.
42 vbi ſup. nu. 11. & idem erit † quando illa interlocuto-
ria habebit vim definitiuæ, vel non poſſit in definiti-
ua reparari, ſiue aliquid recenter ortum ſit. c. inſinuā-
te. de offic. deleg. Aufrer. ad deciſ. Toloſ. in 1. par. rub.
an appellans aliqua de nouo producens. in prin. & ſe-
quitur Rebuſ. in d. gl. 4. nu. 11. Card. in clem. appellā-
ti. q. 9. n. 9. Rom. ſing. 278. tenet Bal. in l. minorib. nu.
8. C. de his, quib. vt indign. Cor. cōſ. 87. in lit. E. vol. 3.

Tertiò ſublimita non procedere, quando nouiter
43 illa alleganda, & probanda inciderunt † quia tunc ēt
in appellatione ab interlocutoria poterit illa proba-
re, licet non eſſent deducta in prima inſtantia, vt eſt
de mente Cini, & Baldi, in l. inuitus. C. de procur. ſeq-
tur Rom. in ſing. 278. incip. clem. appellāti. & ſequit̃
idem Bald. in d. l. per hanc. nu. 29. C. de temp. appel.

Secundò limita concluſionem non procedere, qn̄
44 appellans potuiſſet probare in cauſa principali, † &
tamen dolosè omiſit, vt partem aduerſam fruſtrà fa-
tigaret in expenſis. gl. & Doct. in c. ad audientiam. il
2. de reſcrip. vbi Ant. Abb. in c. except. de excep. Fely.
in d. c. cum Io. nu. 27. de fid. inſtr. ſequitur Rebuff. in
d. trac. de reſcrip. art. 3. gl. 4. nu. 9. & tenuit Soc. in trac.
fallen. reg. 323. producit.

Contrariū tn̄ ſenſit Imol. in d. c. ad audientiā, & in
c. quintauallis de iureiur. quem non reprobat Fel. vbi
ſup. nu. 28. ratio ſm̄ eos eſt, quia tex. in d. l. per hanc. C.
de temp. appel. cui innititur concluſio noſtra, loquit̃
ſimpliciter, nec reperitur declarata, vel immutata ꝑ
alia iura. Vnde nec nos declarare, vel immutare de-
bemus. vulg. l. præſens prouinc. ff. de offic. pſid. poterit
tn̄ opponēs impenſarū mulcta illi irrogari, iux. c. ex-
cept. de except. quod verius putat Fel. in d. c. cū Ioan.
nu. 28. & ita etiam ſeruari cōfirmat Rebuff. d. gl. 4. nu.
9. quia vix poſſet probari, partem dolo omiſiſſe.

Tertiò limita, vt concluſio nō ꝓcedat in exceptio-
45 nibus dilatorijs, † quę ſi in cā principali fuerint omiſ-
ſæ, nō poſſunt exinde in cauſis appellationū opponi,
per text. in l. ita demum. C. de procurat. qui text. alibi
nō inuenit̃, ſm̄ Bal. ibi. & dicit Fel. in d. c. cum Ioan.
nu. 29. verſ. 3. limita, ſequitur Rebuff. d. gl. 4. art. 3. nu.
46 13. ratio eſt, † qa appellatio non reſtituit priſtinū ſta-
tū, in quo erat cā ante litem conteſtatam, ſed eū tan-
tum, in quo erat poſtea, vt per Bal. in d. l. ita demū, &
ſequitur Fel. & Rebuf. vbi ſup. Ang. Aret. in §. appel-
lantur. col. 24. verſ. addas, quòd liceat. Inſt. de except.

Sublimita hanc limitationem non habere locum
47 in termino præfixo ab homine, † ideſt, à iudice ſta-
tuente terminum ad opponendas dilatorias, nam ſi
pars illas non oppoſuit in cā principali, poterit propo
nere in cā appellationis, vt per Ant. in c. paſtoralis. de
except. per d. l. per hanc. C. de temp. appel. ſecus tamē
eſt in termino præfixo à lege, quia tunc exceptiones
dilatorias, & declinatorias, quas non oppoſui in pri-
48 ma inſtantia † non potero etiam opponere in cauſa
appellationis, vt dicit Rom. ſing. ſuo 145. incip. vlti-
mo dico, vbi de hoc plurimum geſtit, aſſerens nunq̃
hoc fuiſſe auditum, & eſſe memorabile dictū Guliel.
cui aſſentitur Ang. in rub de exce. col. 25. verſ. 5. quæ-
ro. in inſtitutio. ſequitur Rebuff. d. gl. 4 nu. 13.

Contra primum membrum iſtius ſublimitationis
ſtat Abb. in d. c. paſtoralis. in vlt. col. & illum ſequit̃
49 Fel in d. c. cum Ioan. ſub nu. 29. ea ratione, † quòd ter
minus hominis ſuccedit loco termini legalis: ſicq; id
dedeimus iſtum non eſſe excluſum vi termini præfi-
xi à iudice, erit tn̄ excluſus ſaltem propter litis conte
ſtationē factam in cā principali, per d. l. ita demum.
C. de procur. allegata verò per D. Ant. loquuntur de
except. peremptorijs, vt animaduertit Fel. vbi ſup.

Quartò limita, vt concluſio non ꝓcedat, ſi velim
aliquid omninò nouū, & diuerſum probare in cā ap-
50 pellationis † ab eo, ꝙ continebatur in articulis iā de-
ductis: tūc. n. iſtud erit prohibitum, niſi fauore publi-
co, ꝑ l. ſi mater. §. fi. cum ſeq. de excep. rei iud. l. eos.
C. de appel. Petr. de Bellaper. in q. ſua 120. incip. de tē
51 porib. & in q. 248. incip. interdū quæritur, † & ſic illa,
quæ pertinent ad iam deducta in cā principali, poſ-
ſunt deduci, non aūt alia noua prius non deducta, vt
dicit Abb. in c. ſi iudicauerant. de excep. quem refert,
& ſequitur Fel. ibi in 4. col. ibi, propter hoc maxima
lætitia exultat, & dicit huius rei gratia dari ſingularē
declarationē ad d. l. per hanc. & ad c. cum Ioā. de fid.
inſtr. hoc etiam pro ſingulari refert, & ſequitur Hipp.
de Marſil. ſing. 240. incip. regula legis, & dicit Fely. in
c. prudentiā col. 1. de offic. deleg. quem ſequitur Re-
buff. in d. tract. de reſcript. art. 3. gl. 4. nu. 14.

Quintò limitatur cōcluſio principalis non ꝓcede-
re, qn̄ nouæ ꝓbationes eſſent ſuper eiſdē articulis iā
52 publicatis, vel directò cōtrarijs † qa tunc ne qs ſubor-
netur, nō dēnt recipi. id eſt cautū in clem. 2. de teſti. &
Bar. in d. l. per hāc. C. de tēp. appel. & idē Bar. & Doct.
in auth. q ſemel. C. de prob. Abb. & Fel. in c. fraterni-
tatis. de teſti. Rot. deci. 671. nota, ꝙ ſi in aliqua, in an-
tiq. & in dec. 1. ille qui obtinuit, de teſti. in antiquior.

Amplia

Amplia iſtam limitationem nõ ſolum habere locum de iure Pontificio, ſed etiam Cæſareo, vt cõſuluit Guid. Pap. conſ. 35. & latiſſimè Mar. Soc. in c. fraternitatis. col. 25. & ſeq. de teſtib. & ibi Aret. & Lanfr. in c. quoniam contra, col. 11. de probat. in §. teſtium
53 depoſitio. Boer. ſingul. 27. in verb. teſtis. †nam illa ratio, ne quis ex teſtibus ſubornetur, in vniuerſum prolata eſt, & poteſt cõtingere nõ ſolũ in cauſis clericorum, ſed etiam laicorũ, ita Guid. Pap. in alleg. cõſ. 35.

Ab hac tamẽ ſententia receſſerunt Azo, Cyn. Bar. Bal. & Salic. in auth. qui ſemel. C. de probat. per glo. ibi, quam tamen reprobat Guid. Pap. vbi ſupra, dicẽs nondum fuiſſe compilatam dict. clem. tempore Accurſii, nec illam vidiſſe. quod verò hæc poſterior opinio ſit *cõis, atteſtatur Alex. in l. iubemus. nu. 16. C. de iud. & Guid. Pap. ſibi contrarius in ſing. 109. & Bar. in l. per hanc. nu. 5. verſ. alij dicunt. C. de temp. appell.

Primò ſublimita hmõi limitationem nõ procede-
54 re, quando teſtes non fuiſſent rite examinati, † quia nunc etiam in appellationis cauſa denuo alios teſtes appellãs poterit producere ſuper eiſdẽ articulis licèt publicatis, ita conſuluit Alex. conſ. 213. nu. 17. vol. 2. & not. in d. clem. fin. de teſt. & teſtatur de communi *in l. qui per ſalutẽ. nu. 2. ff. de iureiur. tenuit Rot. deciſ. 163. non obſtante, in nou. & 391. ſi ad inſtantiam. in no. & in dec. 140. nota qualiter, in antiq. & deciſ. 437. fuit dubitatum, in fi. in nou. Afflict. deciſ. 33. nu. 4. ex qua poſsũt colligi aliæ ſublimitationes, ſicuti ẽt in deciſ. 216. & Guid. Pap. q. 72. Bert. conſ. 37. vol. 2.

Cætera commodius explicabuntur in cõcluſione, teſtes poſt dicicita teſtificata, vbi ipſius materia propria ſedes eſt.

Sextò limita concluſionem principalem non pro-
55 cedere, †quando appellans potuit in prima inſtantia producere, & probare omnia, ſed tñ diſtulit, vt magis fatigaret aduerſarium, & tunc nõ poterit in iſta cau-
56 ſa appellationis probare de nouo †nam negligẽti iura non ſubueniunt. l. pupillus, in fin. ff. de his, quæ in fraud. credit. pro limitat. tenuit Bald. in d. l. per hanc. C. de temp. appel. Soc. in reg. 323. fall. 1. eſt gl. in c. inter nonnullerum. de re iud. Barb. conſ. 35. col. 1. in fin. lib. 3. Iaſ. in repet. l. admonendi. nu. 57. de iureiur. & Neuiz. conſ. 19. num. 16. qui alios retulit, & tenentes contrarium in hac fallentia.

Septimò limita concluſionem principalem non
57 procedere, †ſi iudex inquirat, quoniam ſñiam ſuam nõ poteſt iuſtificare in cauſa appellationis, vt inquit Bal. in d. l. p hãc. col. 8. verſ. quæro nũquid inquiſitor.

CONCLVSIO CXIX.

ARGVMENTVM.

Appellationis delatio quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, ſi & in quantum, quid operetur in delatione appellationis.*
2 *Iudex appellationem admittendo cum clauſula, ſi, & in quantum, non videtur appellationi detuliſſe.*
3 *Iudex admittendo appellationem interpoſitam à diffinitiua ex cauſa probabili cum clauſula, ſi & in quantum, quare dicatur ei detuliſſe, & illam admiſiſſe.*
4 *Appellatio ab interlocutoria, vel a diffinitiua, quæ trãſiuit in iudicatum, eſt irrationabilis, & ex admiſſione cum clauſula, ſi & inquantum, non intelligitur admiſſa.*
5 *Appellationi delatum fuiſſe non probatur ex eo, quod dicatur in actis, iudicem benignè appellationem recepiſſe. Contrarium num. 6.*
6 *Iudex dicens recipio appellationem, appellationi deferre cẽſetur.*
7 *Verba, recipio appellationem, prolata poſt habitam ſcripturam, ad ipſam appellationem referuntur, non ad ſcripturam.*
8 *Iudicis, a quo, proprium eſt appellationem recipere, & recipere idem eſt, quod deferre.*

Appellationis delationem nõ probari ex eo, quòd iudex detulit adiecta clauſula, ſi & in quantum de iure
1 teneatur, & non aliter, † optimè fuit traditum efficit enim clauſula huiuſmodi, vt ſi appellatio inte ponatur nulla de cauſa, iudex dicatur ei detuliſſe, quòd ſi vera & certa ratione careat, nõ intelligitur admiſſa, vt conſultus reſpondit Rom. cõſ. 501. quem ſequitur Felin. in c. cum cõtingat. nu. 13. de offic. deleg. & nec eruditiſſimus omiſit Iacobus Menoch. in tract. de recuper. poſſeſſ. ad nonum remedium, nu. 331. idẽ confirmauit Natt. conſ. 566. circa fi. lib. 3. probauit Socin. iun. in conſ. 16. nu. 15. & cõſ. 28. nu. 14. lib. 1. idem pollet, quod cauit Rol. à Vall. conſ. 77. num. 18. lib. 1. cui quadrat Alciat. reſp. 403. nu. 3. certiſſimi enim & cla-
2 riſſimi iuris eſt †in qualibet cauſa iudicem admittendo appellationem cũ dicta clauſula, nõ videri appellationi detuliſſe, vt nos docuit Philip. Frãc. in c. cum appellationib. §. ſi verò, nu. 11. de appella. lib. 6. Soc. conſ. 47. nu. 61. lib. 4. latè per Rot. Bon. deci. 1. Maran. in ſuo ſpec. in 6 par. nu. 162. chart. 90.

Intellige prædicta non procedere, quando verſamur in appellatione à definitiua, & appellatio inter-
3 ponitur ex cauſa probabili, †tunc enim iudex admittendo cum clauſula, ſi & in quantum de iure, dicitur ei detuliſſe, & illã admiſiſſe, tũc. n. iſtiuſmodi cõditio ſuſpenſa, & incerta nõ pendet, ſed cõtinet in ſe veritatẽ, etenim quamuis iudex dicat, ſi & in quantũ, &c. cõpellitur tamen rem conſentaneam admittere, & talis conditio per d. clauſulam, ſi & in quantũ ex tali caſu reſoluitur, & ad id, quod præſens eſt refertur, nec actum tenet ſuſpẽſum, ſecus ſi appellatio ſit ab interloquutoria, vel à definitiua, quæ tranſitum fecit in rẽ
4 iudicatam, †probabilique ratione careat, vt ex inſpectione ipſius ſententiæ apparere poterit, quia tunc ex admiſſione cum clauſula, ſi & inquantum &c. nõ intelligitur admiſſa, ſi poſtea apparebit id non eſſe permittendum, vt in d. deciſ. Bononien. nu. 1. & alleg. ibi per eum, & per Contardum ad l. vnicam. C. ſi de monẽt. poſſeſſ. fuer. appel. in limitat. 13 nu. 17. 18. in quo loco, & nu. 19 & ſeq. declarat, & exornat hanc cõcluſionẽ pluribus per eũ ibi adductis, q̃ ibi videri poſsũt.

5 Amplia concluſionem, †vt nec etiã probetur fuiſſe delatum appellationi ex eo, quòd in actis dicatur, iudicem benignè recepiſſe appellationem. quæ fuit ſententia Spec. in tit. de appel. §. nunc dicamus. in fi. vbi tamen refert, Clem. IIII. ſentire contrarium.

Contrariũ cenſuit Abb. in c. oblatę. nu. 3. de appel. per cap. ſæpe eod. tit. & ibi ſequitur Dec. nu. 2. Philip. Frãc. poſt Imol. in c. ſæpe. nu. 4. de appell. quo in loco
6 notat, †iudicem, ſi dicat, recipio appellationem, cenſeri deferre appellationi, & propterea Spec. & Abb. vbi ſupra admonẽt, vt iudex ſit cautus in reſpõdendo.
7 Intellige tamen hanc opinionẽ procedere, †quando illa verba proferuntur, poſtquam recepta fuerit ſcriptura appellationis, tũc. n. talia verba nõ poſſunt reſpicere ipſam ſcripturam. vel vocẽ appellantis, ſed eſt neceſſe illa verba referre ad ipſam appellationẽ, vt per Contard. in l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. limitat. 13. num. 43.

Quod omni controuerſia vacare videtur, quia recipiẽdo videtur detuliſſe, per c. ſæpe. & c. interpoſita.
8 de appel. vbi patet, †propriũ iudicis à quo eſſe appellationem recipere, & recipere idem eſſe quod deferre. & iſto modo poteſt intelligi illa ſententia Clemẽtis IIII. ſecundùm Geminia. in c. 1. §. in quibus. in fin. de appell. lib. 6.

CONCLVSIO CXX.

ARGVMENTVM.

Appellatio, an & quomodo intra decem dies interpoſita præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio intra decem dies interpoſita præſumitur.*
2 *Appellationis tempus ab initio vtile eſt, & non currit ignoranti.*
3 *Ignorantia in dubio præſumitur.*
4 *Citatus per edictum appellare poteſt, niſi de ipſius ſcientia, & contemptu expreſſe conſtet.*
5 *Abſens contra quem lata eſt ſententia, poteſt appellare poſt decem dies a tempore ſcientiæ.*
6 *Ignorantia præſumpta ceſſat. ſi ſententia lata eſt contra præſentem, vel abſenti intimata fuit.*
7 *Intelligentia Rot. deciſ. 316. & Philip. Franc. in c. bona.*
8 *Continuatio temporis, & dierum per copulam denotatur, vt in nomine, & circa.*
9 *Quæ differentia ſit dicendo, citrà, vel, & citrà, & quid importet copula hæc. nu. 10.*
10 *Appellaſſe præſumitur, quis infra decem dies appellando à grauamine, de quo dicatur notitiam habuiſſe a decem diebus citra, ſecus ſi ponat copulam, & citra.*
11 *Appellatum præſumitur infra decem dies, ſi dicatur, quem appellaſſe a grauamine decem diebus citra.*

Appellationem præſumi interpoſitam intra decē
1 dies † adeò clarum eſt, vt probatione non indigeat.
Hinc fit, vt rata ſit appellatio eius, qui dicit appellaſſe à grauamine, de quo dicit ſe habuiſſe notitiam citra decem dies, iñ ſummarium Rot. deciſ. 316. aliàs 39. de appel. ſi poſſeſſor. in nouis. Philip. Fran. in c. bonæ. col. 8. q. 8. de appel. in 6. tenuit Bellam. deciſ. 349. ſicut præſumitur. & deci. 684. quanquam de appella-
2 tione in fi. † Ratio eſt, quia tempus appellationis ab initio eſt vtile, & non currit ignorāti. gl. in c concer-
3 tationi. in verb. ſi ſciuerit. de appel. in 6. & in dubio † p̄ſumitur ignorantia, reg. pręſumitur, de reg. iur. in 6. & l. verius. ff. de prob. cuius opinionis fuit etiam Prępoſ. in d. c. bonæ. col. 6. verſ. 6. requirit de appel. Fran. in d. c. concertationis. in fi. de appel. allegans hoc ēt velle Rot. deciſ. 364. aliàs 16. tit. de dol. & contumac. cum iura clamitent, in nou. in fi. quo in loco fuit conſtitu-
4 tum, hoc mō citandū per edictū poſſe appellare † niſi expreſsè cōſtet de ipſius ſcientia, & contēptu, vnde in hanc deſcendit ſnīam, in dubio pręſumi ignorātiam, cui adhæret. Rom. in l. ſciendum, de verb. obliga. His quoq; cōuenit Rot. dec. 125. ſufficit acceptāti in nou.

Intellige, vt iſtud maximè procedat, quando ſentē-
5 tia ſit lata cōtra abſentem, † qui poteſt appellare poſt decem dies à tempore ſcientiæ, nam hoc caſu cū pręſumatur ignorantia ēt appellaſſe intra decem dies à tempore ſcientiæ, vt in terminis declarat Bellam. d. deciſ. 349. ſicut præſumitur. Hinc fit, vt fortaſſe aliter videretur dicendū, ſi ſententia fuerit lata contra præ-
6 ſentem, † vel quando abſenti fuiſſet intimata (vt forēſi verbo vtar) quia tunc ceſſat ratio ignorantiæ pręſūptæ, vt ait Bellam. deciſ. 684. quanquā in fi. de appel.

Contrarium concluſioni vr̄ ſentire Fel. in c. quoad conſultationem. col. 14. verſ. 3. concluſ. de re iudic. in quo loco reprehendit Philip. Franc. in d. c. bonæ, &
7 ſummarium d. dec. 316. † inquiens Rotam hoc ibi nō dixiſſe, ſed id ſenſiſſe, vt ſi in actis dicatur, Titius appellauit à grauamine ſibi noto citra decem dies, non intelligatur appellaſſe intra decem dies, ſed poſt, et nuliter, et hoc ex ſummo iure, ſecus aūt de æquitate. Quo circa ſi eius mentem ſequamur Rot. ibi innuit inſpectis regulis iuris communis contrarium fore dicendum contra id quod verum arbitratus eſt Philip. Frāc. vbi ſupra. Verùm ſi diceretur in actis, inquit Felin. Titius appellauit à grauamine à decem diebus,
8 & citra, † quia per copulam oſtenditur continuatio temporis, & dierum, tunc exiſtimandum eſſe appellationem infrà decem dies, & Felin. ſequitur Balb. in repet. l. Celſus, nu. 147. ff. de vſucap. vbi diſcrimen cō-
9 ſtituit, † an dicatur, appellauit à decem diebus citra, & à decē diebus, & citra. Quia copula, & innuit continuationem temporis, & dierum, & admonet hanc cōcluſionem, maxima obſeruatione dignam, quod quotidiana ſit in vſu forenſi, & vltra prædictos eandem concluſionē ſequitur Lanfr. de Orian. in c. quoniā contra col. 24. circa med. nu. . verſ. ſuper iſta continuatione, de probationib. & idem Felin. in c. licet cauſam. col. 5. nu. 8. eod. tit.

Verùm vt id, q̄ ſentio, liberè dicā, Franchi contra Fel. ſnīa propius ad veritatem accedere videtur, & à me ſtat Nic. Mil. in reper. in verb. appellans non ſolū, qui omnino labefactat, & proſternit iſtud dictū Fel., vbi voluit, præſumi aliquem appellaſſe infra decem
10 dies, quando appellauit à grauamine, † de quo dicit habuiſſe notitiā à decem diebus citra, ſecus ſi interponeret copulam dicendo, decem diebus, & citra, teſtem laudat Rom. conſ. 306. licet iſtud in meo codice non inuenerim. Eſt tamen vera opinio Mil. quia vbi dicitur, quòd appellauit à decē diebus citra, ſufficit ſi nō ignorauerit vna die ex decem diebus. ſecus ſi diceretur à decem diebus, & citra, quia tunc copula oſtendit continuationem temporis, & dierum. vnde poteſt declarari, illū vltra decem dies appellaſſe. Id
11 igitur firmum ac ſtabile manet, vt dicamus † præſumi infra decem dies appellatum, quādo diceretur, quòd quis appellauit à grauamine decem diebus citra.

CONCLVSIO CXXI.

ARGVMENTVM.

Approbatio ſententiæ, aut ſcripturæ quibus modis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Approbatio ſentētiæ, aut ſcripturæ ꝓbatur, ſi pars dixerit, quod ſemper habuit ſcribentem pro perſona veridica.*
2 *Aduerſarij dicto ſtandum erit, ſi eius dictum, & perſona approbata fuit.*
3 *Approbatio perſonæ nihil facit quoad approbationem dicti aut facti.*
4 *Approbando perſonam iudicis, non intelligitur approbari eius dicta.*
5 *Approbatio perſonæ teſtis, & nō dicti ſaltem facit ſemiplenam probationem.*
6 *Approbatio ſcripturæ non probatur ex ſola taciturnitate.*
7 *Excommunicationem incurſam poſt appellationē non cenſetur quis approbare patientia, aut taciturnitate.*
8 *Approbatio inducitur ex facto aliquo, & non ex nō facto.*
9 *Quando quid concorditer fieri debet, ex ſolo ſilentio nō dicitur concordia fieri, ſed requirit̄ voluntatis declaratio.*
10 *Scriptura priuata quomodo ex taciturnitate cēſetur approbata.*
11 *Inſtrumentum ſcienter recipiens, in quo conſtituitur procurator, tacitè ad officium illud ſe obligat, nec illud amplius recuſare poteſt.*
12 *Sponſalia ab initio nulla ob conſanguinitatis impedimentum, ſi poſt diſpenſationem Papæ contrahentes ea taceāt, nec reuocent, illa approbare cenſetur.*
13 *Non contradicere, & approbare, paria ſunt.*

Approbationem ſnīæ, aut ſcripturæ, vel cuiuſlibet alterius actus ꝓbari ex eo, nō eſt ignorādum
1 † q̄ pars dixiſſet, ſe ſēp habuiſſe ſcribētē hominē veracē, & integerrimū in omnib. eius dictis, & ſcripturis,

tunc

tunc.n. iſtiuſmodi ſcripturam probare contra partē,
licèt in ſpecie non approbauerit ſcripturam, reſpōdit
Alex.conſ.113.nu.4.lib.4.fretus auctoritate Scæuolæ
in l.Theopōpus.ff. de dot. præleg. cui aſſentit Avin.
Crauet.in ſuo trac.de antiq.temp.1.par. verſ. viſo de
verbis,nu.17. & nimirū hoc quàm verum ſit hinc fa-
2 cilè conijcere poſſumus,nam † ſi hominem,ſuiq; ad-
uerſarij pronunciatū probauerit ei, qui ita probat &
dicto, & eiuſdem aduerſarij relationi fides eſt babē-
da,ꝙ ſcitè cōſuluit Alex.d.conſ.113.nu.5. & ante eū
dixit Spec.in tit.de teſt.§.reſtat.verſ. hoc tū fallit. Iaſ.
profitendo ſequit̃ in l.admonēdi.nu.200.ff.de iureiu.
Limita, vt nō procedat, qñ approbatio generatim,
non aūt ſigillatim concepta ſit, vt ſi dictū fuerit, ſcri-
bentē eſſe virum honeſtum, & ꝓbatum, & nihil de fa
cto, aut ſcriptura, de qua q̃ſtio eſt in vniuerſū, vel par
3 ticulatim, † qa tunc approbatio hominis nihil facit
quoad approbationē dicti, aut facti. arg. l.ſi quis teſti.
C.de teſtib. c.ſi quis teſt.4.q.3.c.pręſentiū.& ibi nota-
ta de teſt.ſentit Alex.in d.cōſ.113.nu.4. in fi. & Crau.
vbi ſup.nu.18.huc ſpectat, ꝙ habet̃ in c. ſuper quæſt.
4 de offic.deleg.vbi quis iudicē probauerit † nō intelli-
gitur approbare eius dicta, vt ēt dixit Gem. in cōſ.15.
col.fi.in prin.idem ēt notat Rim.ſen.in conſ.300.nu.
303 vol.2.per tex.in d.l.ſi quis teſtib.cum ibi notatis.
Intellige hanc limitationē ꝓcedere tm̄ quoad ple-
nam ꝓbationem, non aūt ſemiplenam, qa ex tali ap-
probatione ſaltem ſemiplenè probabit̃, vt ex his, quę
ſcribit Bal.in l.in bonæ fidei, col.pen.verſ.ſed dubita-
5 tur de vno. C.de reb.credit.vbi † & ſi approbet̃ tantū
perſona teſtis, & non dictum, tm̄ eius teſtimoniū pro-
bare ſemiplenè aſſeruit. & eū ſequitur Iaſ. in d. l. ad-
mouendi.nu.200.ff.de iureiu.vbi eſſe ſingularē limi-
tationē confirmat.cum Bal. ēt tranſit ſimpliciter Sal.
in d.l.in bonæ fidei.in 12.col.verſ.circa præfata quæ-
ro de caſu quotidie occurrētl, probauit Crau.d.tract.
de antiq temp.in 1.par.verb.viſis de verbis.nu. 18.
Secundò limita, vt non procedat, ſi qs tacendo nō
contradixerit ſcripturæ, q̃ ſæpius prę manibus habuit,
6 † quia ex ſola taciturnitate non probat̃ approbatio,
vt per Inno.in c.olim.el 3.in fi.de reſt.ſpol. vbi ex pa-
intueatur,hoc non ſentire,ſed loqui de admiſſione,q.
terminus differt à termino pductionis,vt infrà, & ita
5 etiam videtur loqui Alber.dum poſteà inquit† hmõi
admiſſionem articulorum eſſe interlocutoriã, vide-
tur ibi Alber.perturbare terminum productionis, &
admiſſionis.Idem facit Fel.in c.2.nu.32.de teſtib.vbi
quærit,an in productione articulorum ſit neceſſaria
citatio,& per Doct.ibi cõcludit affirmatiuè, ſubdẽs,
quia admiſſio eſt interlocutoria quædã, & nihilomi-
nus plurimum inter ſe diſtant productio,& admiſſio,
vt etiam animaduertit Abb. in c. in nomine Domi-
ni.nu.16.de teſt.& cõcludit,citationẽ fore neceſſariã
in pductione articulorũ,ſecus in admiſſione, de hoc
vero ꝙ ſecundo loco diximus,infrà agetur,& ab hac
parte ſtat ẽt Luc.Pet.de iud.for.Capitol.c. 5.ſub nu.
6.verſ.remanet,& vide Campeg.d.reg.165.vbi ponit
ſex limitationes,quæ tñ non conueniunt,niſi prima,
& tertia,id eſt,iſtud dictum non procedere,quãdo eſt
6 facta generalis citatio,& ꝙ ſi pars non ſit citata,† ni-
hilominus teſtes facere qualecunq; indiciũ, quod cõ-
probat per doctr.Bart. in l. hæreditaria.C. de crimin.
expil.hæred.quam tamen nõ inueni in Codice meo.
Quod autem nuper à nobis eſt traditum,in admiſ-
ſione articulorum non eſſe neceſſe,vt feratur ſentẽtia
7 interloquutoria, † ſi articuli ipſi ſunt pertinentes, di-
cendum eſt, ad id quando articuli cenſeantur perti-
nentes,inter alios adeundum eſſe Bertr.conſ. 198. in
pncip.vol.3.& in conſ.142.nu. 8. vol. 1. Pariſ. conſ.
112.nu.1.vol.1.& conſ.67.nu.12.vol.4.& cõſ. 60. nu.
7.vol.3.& conſ.31.nu.54.vſq; ad 60.vol.4. Corn. cõſ.
28.litera I. vol. 3.

CONCLVSIO CXXXI.

ARGVMENTVM.

An pars vocanda ſit, quando articuli ad-
mittuntur.

SVMMARIVM.

1 *Articuli quando admittuntur,debet pars citari.*
2 *Articulorum admiſſio eſt ſententia interlocutoria,quæ eſt præiudicialis.*
3 *Articuli poſſunt eſſe pertinentes,& non pertinentes, & ibi vide contrarium.*
4 *Citatio generalis quando præceſſit,non requiritur alia citatio in interloquutoria admiſſionis articulorum.*
5 *Iudex qñ citauit partẽ ad dicẽdũ cõtra articulos,& cõtradixit,ſi illos admittat,valet admiſſio abſq; alia citatione. Appellari poteſt ab admiſſione articulorum,vt ibi.*
6 *Citatio non requiritur ad vidẽdum articulos admitti. vide ibi contrarium.*
7 *Citatio generalis ad totam cauſam & ſingulos actus non requirit vlteriorem citationem partis.*
8 *Iudex qñ ſimpliciter procedit ad vlteriora,non requirit citatio partis,ſecus ſi admittẽdo articulos pñũciat ſup eis.*

1 Articuli quando admittunt̃,† de-
bere partẽ cita-
ri,ſentit Rot.d.deciſ.93.iudex admittendo,in no.quã
deciſionem ad hoc expendit Philip.Frãc.in c.1.præ-
ſentiũ §.teſtes.nu.4.de teſt.in 6.teſtatur ẽt Rot.deciſ.
10.fuit dubitatũ,in no.ſequitur Mil.in reper.in verb.
citatus ad vidẽdum admitti,Soc.in tract.de cita. art.
7.in 7.ampliat.tenet Felin.& Dec.in c.2.vnus nu.32.
& alter nu.69.de teſtib.& tradit Aret.conſ.75.diligẽ-
2 ter,& maturè.col.5.vbi hanc reddit rationem,† quia
iſta admiſſio articulorum ſit ſentẽtia interlocutoria,
quæ eſt præiudicialis,& propterea partem eſſe citan-
dam,quod ſequitur Dec.d.c.2.nu.69.& ſeq. Alb. de
Malet.de teſti.c.7.nu.6.cum ſeq.idem Fel.in c.ſubor-
ta.limit.6.de re iudic.Grauat.in addit.ad Veſtr.lib.5.
c.1.nu.2.vbi adducit Dec.d.c.2.nu.69 de teſtib. atte-
ſtantem de communi,licèt ibi Dec. dicat tãtummo-
do in ſentẽtia interlocutoria præiudiciali requiri ci-
tationẽ,& de hoc eſt communis opinio, quod tamẽ
dictum poteſt referri ad concluſionem noſtrã, hmõi
3 enim interlocutoria videtur præiudicialis, † cum ar-
ticuli poſſint eſſe pertinentes,& impertinentes,& idẽ
voluit Veſtr.in ſua pract.d.lib.5. c.15.nu.3.& ibidem
Grauat.qui alios citat.
Contrarium voluit Abb.d.c.2.nu.16.de teſt. & eũ
ſequitur Marian.Soc.in tractat.de cit.artic.7. in verſ.
23.in fin.& Nicel.in concord.gl.concord. 53. in 101.
fallent.
Verùm prior opinio eſt cõmunis,& verior, vt cõ-
ſtat ex adductis per Veſtr.vbi ſupra,c.15. ſub nu.3. &
dixit Luc.Pet.de iud.for.Capitole.c.5.nu.6.Felin. in
d.c.2. nu. 32. vbi in primis damnat opinionem Abb.
reſpondendo eius rationibus.
4 Limita nõ procedere,† ſi præceſſiſſet citatio gene-
ralis ad totam cauſam, quia tunc non requiritur alia
citatio in iſta interloquutoria,vt per Fel.in d.c.2. nu.
32.verſ.limita tamen ex mente D.Ant.& Imol ibi.
Secundò limita,vt non procedat, qñ iudex citauit
5 partem ad obijciẽdum articulis,& oppoſuerit,† quia
tunc ſi iudex admittat articulos,valet admiſſio, nec
requiritur amplius citatio, licèt ab hmõi admiſſione
poſſit appellari tãquam iniqua, & ſuarum exceptio-
num repulſiua,c.ex parte.de appellatio. & ſẽtit Rot.
d.deciſ.93.iudex admittẽdo,in no.& deciſ. 392.ſi au-
ditor admittat,in no.& 443.ſi auditor,in antiquis,ſe-
quitur Philip.Franc.in d.c.præſentium. §. teſtes. col.
6 2.ver.2.quæritur.de teſt.in 6.Mil.in reper.in verb.† ci-
tatio non requiritur ad videndum articulos admitti,
ſequitur Abb.in d.c.2.ſub nu.16.de teſtib.dicens, vbi
pars fuit citata ad videndum articulos producendos,
nõ eſſe neceſſe in admiſſione citare partem. & iſtam
opinionẽ Abb.approbat Mar.Socin. in d.tract.de ci-
tatione,artic.7.verſ.23.caſus eſt in art.admiſſione.
Contrarium videtur tenere Ant.Imol. Aret. Dec.
qui de communi atteſtatur,in d.c.2.nu.69. & 70.
7 Intellige, vt prior opinio procedat, † qñ præceſſit
citatio generalis ad totã cãm,& ſingulos actus, quia
tunc citationes,quæ fiunt per audientiã,vel aliis mo-
dis,potius fiunt,& fiũt quadã vrbanitate, quã neceſſi-
tate.quo caſu nõ reqrit̃ citatio partis, vt voluit Rot.
dec.320.licèt in cauſis beneficialib.in no.& dec.114.
maior pars Dominorũ,in no.& deciſ.132.appellãs in
cã beneficiali.& 245.licèt impetrãs,in no. & 402. in
no. Abb.in c.cõſuluit.n.7.& ibi Fel.n.7.de offi.deleg.
8 Secundò intellige,vt poſſit procedere,† quãdo iu-
dex ſimpliciter procedit ad vlteriora, quia tunc non
requiritur citatio.ſecus ſi admittendo articulos, pro-
nunciat ſuper illis,quia tũc requiritur citatio, vt col-
ligitur ex dictis Dec.d.c.2.nu. 71. de teſtib.

CONCLVSIO CXXXII.

ARGVMENTVM.

Articuli impertinentes an ſint admittendi.

SVMMARIVM.

1 *Articuli impertinentes non ſunt admittendi, ſi de facto admittantur,pars appellare debet.*
2 *Articuli impertinentes ẽt cũ clauſula,ſaluo iure impertinẽtiũ,non ſunt admittendi,quãdo oĩno ſunt impertinẽtes.*

3 Sta-

3 *Statutum etiam ſi extaret, ꝙ omnes probationes eſſent ad-
mittendæ ſaluo iure impertinentiũ non tamen admittũ-
tur impertinẽtes, nec articulis huiuſmodi eſt rñdendum.*
4 *Articuli in dubio admittuntur cum clauſula, ſaluo iure
impertinentium.*
5 *Rota ſolet admittere articulos, quando eſt dubium, an ſint
admittendi, vel non, & eſt ſtylus, illis pertinentibus vel
non, reſponderi.*
6 *Articulorum admiſſio cum clauſula, ſaluo iure impertinen-
tium, operatur admiſſionem non eſſe in conſideratione,
vbi articuli impertinentes reperiuntur, & quando ſic di
cantur. vide ibi remiſſiuè.*

1 Articulos impertinentes † nõ eſſe admit
tendos, colligitur ex Vlpia. rñ
ſo in l. ſi duo patroni. §. item Iul. ff. de iureiur. ibi Bart.
& ex contex. in l. ad probationẽ, la 1. vbi Bar. in 2. no.
C. de ꝓbat. & ex l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de
interrog. act. & eſt gl. in c. cũ contingat. glo. 2. in verb.
nihilominus. de offi. deleg. & ibi Bal. & Rot. dec. 373.
not. in articulis, in antiq. Alb. de Malet. in ſuo trac. de
teſti. c. 7. nu. 97. ꝙ ſi de facto admitterẽtur, pars debet
appellare, vt tradidit Luc. de Pet. de for. iud. Capitol.
c. 5. nu. 6. verſ. hic aduertendũ, & Pariſ. cõſ. 97. nu. 131.
vol. 1. & Fulg. in l. neq; natales. nu. 2. C. de proba.
Primò amplia ẽt ſi inſtaretur, vt admitterẽt cum
clauſula, ſaluo iure impertinentiũ, quia ẽt cum huiuſ-
2 modi clauſula, † cũ ſint impertinentes, nõ ſunt admit
tendi, iuxta ſñiam gl. Bal. & Doct. in c. cum cõtingat,
in gl. 1. de offi. deleg. Iaſ. in l. ſi duo patroni. §. idẽ Iul.
col. fi. ff. de iureiu. Crau. in cõſ. 2 . nu. 4. & Pariſ. in cõſ.
97. nu. 13. vol. 1. per doctrinã Bar. in l. ille à quo. §. ſi de
teſtõ. ff. ad Trebel. & per alios ibid. & latè proſequitur
Ant. Grauat. in additio. ad Veſtr. lib. 5. c. 14. de poſitio
nib. articul. & compul. nu. 26. Gram. dec. 45. Dec. cõſ.
161. Guid. Pap. q. 347. Affl. deciſ. 33.
Intellige tñ iſtã ampliationem, qñ articuli ſunt om
ninò impertinentes: prout dicit Crau. vbi ſup. Guid.
Pap. Affli. & Grauat. vbi ſupra, Dec. in c. in noĩe Dñi.
nu. 35. de teſtib. Ang. in l. ſpeciali. de rei vendic.
Secundò amplia, ẽt ſi lege municipali eſſet cautũ:
vt oẽs probationes eſſent admittendæ, ſaluo iure im-
3 pertinentiũ, & non admittendorũ, † nam ẽt tunc non
admittuntur impertinẽtes. Ita voluit Imo. quẽ ſequũ-
tur recentiores in l. 4. §. prætor ait, per illum tex. ff. de
dam. infect. & Iaſ. in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus
col. 4. ff. de iureiur. & refert Gram. deciſ. 45. nu. 8. & Pa
riſ. conſ. 67. nu. 41. vol. 4. & in conſ. 97. nu. 136. vol. 1.
Tertiò amplia, vt nec ẽt ſit reſpondendũ huiuſmo-
di articulis. Ita Pariſ. reſpondit conſ. 67. nu. 15. vol. 4. ꝑ
deciſ. Rotæ 394. ſi ſuſpenſo. quæ licet illud dicat, ta-
men ab illo recedit, & contrarium tenet, ibi, his ratio-
nibus non obſtantib.
Primò limita, qñ quæſtio eſſet, an deberent admit-
4 ti, † nam tunc admittuntur, eſt dec. Rot. 641. DD. de
Rot in antiq. & accedit Hoſt. & Imo. in c. per tuas. de
teſtib. & Caſt. in l. 1. ff. ſi qs cautio. & ſequit̃ Graua. ad
Veſtr. lib. 8. c. 14. nu. 27. & idẽ Veſt. ſua prac. c. 15. li. 15.
nu. 7. & ſeq. Alb. de Mal. ſuo tract. de teſtib. c. 7. n. 100.
cum ſeq. Franc. Mar. deciſ. Delphin. 565. nu. 2. par. 1.
Intellige tñ, vt cum admittuntur, debeat fieri cum
clauſula, ſaluo iure impertinentiũ, ita docet Bal. cõſ.
143. nu. 5. vol. 2. per l. ꝓtor. §. ſi cõtrouerſia. ff. de dam.
infect. vt voluit ẽt Veſtr. licet. Bal. nõ alleget, in d. ſua
pract. lib. 5. c. 14. nu. 6. & Affli. deci. 33. & Pariſ. cõſ. 67.
nu. 39. vol. 4. & voluit etiam Gram. d. deciſ. 45. nu. 5. &
Dec. cõſ. 142. nu. 1. per plura ibi adducta, licet affirmet
in relatione Cardinalis in c. cum cõtingat. de offi. de-
leg. iſtiuſmodi cautelam Romæ annotari, q̃ etiã cau-
telam fallentiã appellat Grauat. ad Veſtr. vbi ſup. nu.
26. & ſibi non placet, tñ Rota ſupra alleg. dec. 645. in-
5 quit, † conſueuiſſe Dominos admittere articulos par-
tium, qñ in dubio verſatur, an debeãt admitti, nec ne,
vt facit etiam alia deciſ. 641. in antiq. vbi habetur hũc
eſſe ſtylum Sacri Palatij, vt ſemper reſponderi debeat
per partes poſitionibus pertinẽtibus, & impertinenti-
bus, & ſubdit idem procedere in articulis, & vrbe in
foro capitolino, nam per ſtatutum eſt ſancitũ, vt om-
nino articuli cenſeantur admiſſi ſine decreto iudicis,
diſputatione pertinentium, & impertinẽtium in fine
* cauſæ reſeruata, & in c. 49. lib. 5. & de * communi etiã
atteſtatur Mil. in ſuo repert. in verb. articuli, in pen. &
ſtylo etiam atteſtatur Mandoſ. in tracta. commiſſio-
num. forma 19. in verb. in materijs admiſſibilib. Et ra-
tio cur quando articuli admittuntur, debeant admitti
cũ clauſula, ſaluo iure impertinentiũ, illa eſt, quia de-
6 inde dicta clauſula efficit, ne attendat̃ admiſſio † vbi
articuli impertinentes reperiantur, ſi credimus Bar. in
d. l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Bald.
in l. fi. in fin. C. qui legi. perſo. & Crau. vbi ſupra, Ioan.
* And. Imo. But. Fely. & * communiter omnes in c. cũ
cõtingat. de offi. deleg. Bar. Alex. Iaſ. & alij in l. ſi duo
patroni. § item Iulianus. ff. de iureiu. & poſt Mandoſ.
ſup. alleg. tenet Franc. Mar. deciſ. Delphi. 565. nu. 1. &
ſeq. & deciſ. 567. in fi. part. 1.
Quando verò articuli dicantur impertinentes, ob-
ſeruat Crau. in conſ. 5. nu. 18.

CONCLVSIO CXXXIIII.

ARGVMENTVM.

**Articuli in cauſa ciuili, vel criminali ciuili-
ter intentata, an poſt lapſum terminum
etiam re integra admittantur.**

SVMMARIVM.

1 *Articuli poſt lapſum terminũ in cauſa ciuili, vel criminali
ciuiliter intentata, non admittuntur etiam re integra.*
2 *Dilationum materia eſt amputanda.*
3 *Aſſignatio termini ſuum effectũ operari debet, vt non poſ-
ſit prorogari contra naturam ſuam.*
Impetrãs poſt menſem ẽt re integra, nõ poteſt acceptare.
4 *Poſt terminum quis admittitur ad producendum teſtes, vel
inſtrũa re integra, ſi ius aduerſarij non ſit factũ deterius.*
*Purgatio moræ admittitur, quando ius aduerſarij nõ eſt
factum deterius.*
5 *Articulus de iure dantis poſt terminum ẽt debet admitti.*
6 *Articulus de iure dantis dicitur, quando cauſa, vnde ius
competit, deſcendit à iure agendi, vel excipiendi.*
7 *Articuli ſi admittuntur poſt lapſum terminum, fit parti
præiudicium.*
8 *Ius parti non quæritur per lapſum termini, qui à iudicis
voluntate dependet.*
9 *Pars poteſt acceptare re integra poſt menſem.*
10 *Aequitas Palatij non curat de præiudicio, vt lis bene expe
diatur, ne pereat ius partis.*
11 *Articulos poſt terminum admitti de ſtylo Palatij.*
12 *Damna, & expenſa, quæ fiunt in iudicialibus non ſunt in
conſideratione, vt impediatur moræ purgatio.*
13 *Si quis intra biduum tenetur articulos offerre, & exceptio-
nes, poterit ex cauſa etiam poſt biduum, intra tamen ter-
minum datum ad probandum, eos offerre.*
14 *Articuli dati poſt terminũ poſſunt declarari, licet non poſ-
ſint dari.*

Articulos poſt lapſum terminũ in cauſa
ciuili, vel cauſa criminali ciui
1 liter intẽtata † nõ admitti ẽt re ĩtegra, apertè cõfirmat
Archi. ĩ c. iudicantẽ 20. q. 5. Rot. dec. 30. fuit dubitatũ
in nouis. quæ in hoc ſequitur opinionem Spec. in tit.
de dilat. §. videndum. verſ. ſed qd ſit actus, voluit Bar.
in l. mancipiorũ. ff. de opt. lega. idem ſequuti ſunt Io.
de Lign. Anto. Bald. Abb. & Imo. in c. cũ dilectus. de
ſiue

ſide inſtru. quibus aſſentiũtur Inno. Bened. Cap. Arct.
& Fel. in c. licet cauſam. ſub nu. 18. de probationib. di-
cẽs * iſtã opinionẽ eſſe veriorẽ in puncto iuris (vt ipſe
loquit) & ſequendã ex rationib. & iurib. ibi per eũ ad-
ductis. Accur. tradit in l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſ. &
ibi Guil. de Suz. dicit ſe pro iſta parte obtinuiſſe: vt ibi
refert Salv. & Fely. in d. c. licet cauſam. nu. 18. in prin.
Card. in clem. cõſtitutionẽ. §. cæterùm. in 6. q. de elec.
Oldra. conſ. 167. ante omnia cõſiderandũ, quas aucto
ritates ſequẽdo alleg. dec. 30. accumulauit Feli. in d. c.
licet cauſam. nu. 18. de proba. Idem Fely. in c. paſtora-
lis. nu. 2. de excep. vbi dicit, iſtam eſſe * cõem opinio-
nem. Idẽ aſſerit Georg. Natt. in repet. clem. ſæpe. §. &
quia. col. 17. 18. de verb. ſign. meminit Iaſ. in l. fi. col. 9.
nu. 39. ff. de ferijs. ſequitur Mil. in repert. in verb. termi
no ad articulandũ dato, vr̃ alia dec. Rot. in antiquis.
485. cauſa criminali, dicens tñ, ab vtraq; parte ſcribẽ-
tium opiniones equè inter ſe pugnare, ſeque in cõtra-
riã opinionem ſñiam tuliſſe, cui adhæret Bellam. dec.
745. col. 4. verſ. & ad prædictum capit. paſtoralis. vbi
tñ diſtinguit, & Dec. cõſ. 74. termini. & Rot. dec 648.
nota ꝙ ii in aliqua, & 607. dic, quòd ſtylus, in antiqs.
vbi contra loquitur de articulis obiectiuis.

2 Ratio huiuſce opinionis illa videtur, † quòd mate
ria dilationum eſt amputanda, ne lites trahantur in
longum. l. 1. in fi. C. de dilationib. c. ſignificauerunt. c.
vltra tertiam. de teſtib.

Quod ẽt procedit, ſi res eſſet integra, & ius actoris
non eſſet factum deterius: quia tamen aſſignatio ter-
3 mini debet operari ſuum effectum: † vt nõ poſſit pro-
rogari contra naturam ſuam, & hinc eſt: vt impetrans
poſt menſem etiam re integra non poſſit acceptare:
vt placuit Rot. in antiq. 192. impetrans.

Contrariũ in hoc tenet gl. ordinaria in clem. ſæpe
4 in verb. non obſtat. de verb. ſign. §. & quia, volens, † vt
quis poſt terminũ admittatur ad producendũ teſtes,
vel inſtra re integra, ſi ius aduerſarij nõ ſit factũ dete-
rius, & iſta opinio eſt * cõiter approbata ſecundùm
Cardi. ibi, dixit Bellam. deciſ. 399. an in actione iniu-
riarũ. & deciſ. 745. cõcluſio ꝙ articuli, col. 3. verſ. hoc
probo. Tertiò facit, quia vbi res eſt integra, & ius ad-
uerſarij non ſit deterius intercedente diſpoſitione iu-
ris perinde eſt, ac ſi terminus nõ fuiſſet lapſus. l. mãci-
piorũ. ff. de opt. leg. c. ſi tibi abſenti. de præbend. in 6.
Hinc eſt, vt admittat̃ purgatio moræ ex æquitate, qñ
ius aduerſarij nõ eſt factũ deterius. l. & ſi poſt tres. ff. ſi
quis caut. & ita ẽt rñdit Nat. in repet. clem. ſæpe. §. &
quia col. 18. de verb. ſig. facit ẽt, ꝙ rñdit Bellam. in p̃-
alleg. deciſ. ꝙ cũ iſte poſt terminũ velit probare, ſe cõ
5 uitijs & iniurijs fuiſſe laceſſitum, hunc † dici articulũ
de iure dantis, ideo poſt terminũ debet admitti. cle. cõ
ſtitutionem. de elect. & Rota. dec. 27. in fi. in no.

Quod aũt ſit de iure dantis in actione iniuriarum,
6 probat Bellam. vbi, quia, † vt articulus ſit de iure dan-
tis, reſpicitur, an cauſa, vnde ius competit, deſcendat
à iure agendi, an excipiendi: ſed cauſa iſta, vt fama
mea conſeruetur illæſa, & ne mihi iniuria inferat̃, eſt
illa, propter quam intentatur actio iniuriarum, ideò
non obſtante lapſu termini debet audiri, & iſtud vltra
Bellam. in actione iniuriarum: quod articulus ſit de
iure dantis, conſiderat Rota deciſ. 36. fuit dubitatum,
an in actione iniuriarum, in nou.

Huic tñ rationi nititur occurrendo tñdere Rota d.
7 deciſ. 30. fuit dubitatũ, in nou. vbi collector ait. † ſem-
per ſi articuli admittantur poſt lapſum terminum, in-
ferri parti præiudicium propter remiſſionẽ ad partes,
quæ poſſet forſan decerni, quæ nõ decernerentur, ſi iſti
articuli non admitterentur, & forſan iſta remiſſio ad
partes fieret in partibus longinquis, & haberet longũ
tractum. Secundò qa ſi articuli nõ admittuntur, reus,
reportabit ſñiam pro ſe cum condemnatione expen-
ſarum partis aduerſæ: ideo non debet extra terminũ
producere articulos in p̃iudicium aduerſarij, cui ius
fuit quæſitum. c. mutare. de reg. iur. in 6. & in hac rõne
conſiſtit meo iudicio totius controuerſiæ baſis.

Cui ratione tamen obijcit Bellam. d. deciſ. 745. cõ-
8 clu. col. pen. † per lapſum termini non eſſe quæſitum
aliquod ius parti, quia vr̃ quæri ius parti oriens tamẽ
à iudicis voluntate vel gratia, & per conſequens quæ
ritur ſub conditione, niſi iudex dixerit contrarium, ſic
in l. ſtipulatione. ff. de iur. dot. ſed licet lata fuerit pro
ſe ſententia, tamen melius eſt, vt fiat contraria inſtan-
tia, qa ſic non ſequitur appellatio, nec aliæ expẽſæ de
nouo fiendæ. Eandẽ opinionẽ vr̃ ſequi Rot. dec. 328.
habens gratiam. in no. volens lapſo tẽpore re integra
9 poſt mẽſem † partem poſſe acceptare. l. mancipiorũ.
ff. de opt. leg. facit, quod notat Rota dec. 69. actor nõ
veniente, in no. quæ vult, vt ſi actor non comparuerit
præfinito tempore ſed poſt, poſſit de nouo ad illum
actum procedi, & ad alios, ſequitur Mil. in repet. verſ.
citat. ad certum terminum. quando res eſt integra.

Hanc tñ opinionem ſequere, quoad effectũ, vt lis
10 bene expediatur, ne pereat ius partis, † æquitatẽ Pala
tij de iſto præiudicio, nõ laborare. iſtud vult Rot. dec.
20. anno. in no. dicens, vt licet termini ſint ſeruati in
partibus corã iudice, vel coram Auditore Cameræ, ſi
cã committatur in Rota, iterum omnes terminos re-
peti, nec de hoc præiudicio laboratur. Idem not. Bel-
lam. deciſ. 74. termini inſtantiæ, & huc pertinet, quod
11 notat Rot. in deciſ. 101. omnes Domini: volẽs, † vt ar-
ticuli poſt terminum admittantur de ſtylo Palatij, &
tamen inſpecto præiudicio repetitionis terminorum,
conſiderato vt ſuprà, non deberet fieri admiſſio poſt
terminum.

Idem iſtud p̃iudicium, ꝙ conſiderat Rota in iudi-
cialibus, non vr̃ eſſe in conſideratione. nam damna,
& expenſæ, quæ fiunt in iudicialibus non attẽduntur,
12 † vt impediatur moræ purgatio, ſed ſolùm conſidera
tur, an ſit factum ius deterius ratione ſubſtãtiæ actio-
nis: vt cõſiderat Bar. in l. ſi inſulã. in oppo. 1. par. ff. de
verb. obli. & ibi ſequuntur * cõiter Docto. ſed in caſu
noſtro, licet ſit lapſus terminus, durat actio in ſubſtan
tia. Ideo non debet impediri repetitio termini.

Intellige ſupradictã concluſionẽ procedere in ad-
13 miſſione articulorũ, non in præſentatione, † nã ſi qs
teneat̃ intra biduũ offerre articulos, & exceptiones,
poterit ſubſiſtente cã etiam poſt biduum intra tamẽ
terminũ datum ad probandũ, eos offerre, vt ſi duo in-
ter ſe colloquuti ſint aduocati, & dixerint ſufficere, ſi
articuli offerant̃ in termino probatorio, iſta dr̃ iuſta
cã, ſi illi non ſatis rectè conſuluere, vt dicit Bar. in l. in
bonorũ. ff. de bon. poſſ. tit. generali, & Alex. in conſil.
183. in fi. vol. 2. cum alijs adductis per Affl. in conſtitu
tutione Reg. lib. 2. in rit. de proceſſu iudicij, nu. 17.

Limita ſupradictam concluſionem nõ procedere
in declaratione articulorum iã admiſſorũ, quia licet
14 articuli poſt terminum non poſſint dari, † dati tamẽ
poſſunt poſt terminum declarari, ſecundùm Fel. in c.
qualiter, & quando, verſ. fallit 1. de accuſ. & Bald. in l.
1. §. huius ſtudij. ff de iuſt. & iur. cum alijs adductis per
Boer. in deciſ. 172. num. 23.

CONCLVSIO CXXXIV.

ARGVMENTVM.

**Articuli an admittantur poſt publicatas at-
teſtationes.**

SVMMARIVM.

1 *Articuli poſt publicatas atteſtationes non admittunt̃, & ſi admittantur cum clauſula ſaluo iure, nõ valet admiſſio.*

2 *Admiſſio articulorũ valet aduerſario patiente, probatumque producenti iuuabit.*

1 *Articuli ijdem cum primis admittendi ſunt propter teſtes nouiter repertos.*
Teſtes noui admittuntur ad reprobationem aliorum.
4 *Inſtrumenta nouiter reperta, & teſtes poſt cõcluſum in cauſa admittuntur. vide ibi contrarium.*
5 *Subornatio teſtium poſt publicationẽ atteſtationũ timetur.*

1 **Articulos** poſt publicatas atteſtationes †non admitti reſpondit Bertr.
conſ. 107. nu. 8. vol. 3. per clem. teſtib. de teſtib. & c. fra
ternitatis. eo. tit. & per id quod notant Doct. in l. per
hanc. C. de temp. appell.
Amplia, vt ſi fuerint admiſſi, dum tñ cũ clauſula,
ſaluo iure impertinentiũ, nihil valeat huiuſmodi ad-
miſſio cũ ſit conditionalis. & conditio deficiat, cũ nõ
ſint admittẽdi, ita Bertr. d. cõſ. 107. & 272. n. 6. c. vol. 3.
2 Limita nõ procedere, † qñ ſimpliciter ſint admiſſi
non reclamante, ſed patiente aduerſario, nã tunc va-
lebit admiſſio, probatumq; ipſi producẽti iuuabit, ſic
idem cauit Bertr. d. conſ. 272. nu. 7. d. vol. 3.
Secũdò limita nõ procedere, ſi teſtes recens fuerint
reperti, prout dicit Io. Bap. Ferret. in cõſ. 194. nu. 1. vbi
inquit, capitula eadẽ cũ primis poſt dicta teſtifica-
3 ta † admittẽda eſſe pp teſtes nouiter repertos, & ita di
cit expreſsè tenere Ant. in c. fi. col. pen. in 6. q. de iure-
iu. duabus rationibus, qñ noui teſtes admittunt̃, vt re
ijciant̃ alij teſtes, arg. auth. qui ſemel. C. de prob. & c. li
cet cãm. eo. tit. & q̃a iſta eſt noua inſtantia, ergo nouæ
ꝓbationes, & noui teſtes admittẽdi, per regulã de qua
in l. per hanc. C. de temp. appell. hanc eandẽ opinio-
nem dicit ſentire Iaſ. in l. admonẽdi. in repet. nu. 321.
ff. de iureiur. duabus rationibus, prior eſt, quia ſi teſtes
ſunt nouiter reperti, nihil põt parti imputari, & ſic ti-
mor falſitatis, & ſubornationis ceſſat, q ꝓſumit̃ didici
ſſe teſtificatis, arg. cle. 2. de teſtib. & c. fraternitatis. eo.
tit. ſecundã adducit Bar. in d. auth. q ſemel. col. 3. vbi
dicit, ꝙ poſt concluſionẽ in cã, ſicut admittunt̃ inſtr̃a
4 nouiter reperta, † ita ẽt teſtes nouiter reperti, & hoc q̃a
parti non poteſt aſcribi negligẽtia, vt quoniam teſtes
non fuerunt producti propter iuſtam ignorãtiam, vel
aliquod iuſtum impedimentum.
Contrarium tñ de iure verius exiſtimat idẽ Io. Bap.
Ferret. vbi ſupra, in q̃ ſñiam deſcendere etiã ait illos,
qui præceteris inter ſcribentes maiori auctoritate pol
lent, inter quos vnus eſt Bar. qui omnium eſt inſtar, in
d. l. admonẽdi, col. fi. qui mouetur ratione, & lege. l. ꝑ
tex. in d. clem. 2. in d. c. fraternitatis. & in d. auth. q ſe-
mel. ratione, nã ſi ante latã ſñiam publicatis atteſta-
tionibus voluiſſet actor, vel reus teſtes nouos produ-
cere ſuper eodẽ capitulo, vel directo contrario non
fuiſſet admiſſus pp timorẽ ſubornationis, & falſitatis,
5 eo magis non debet admitti poſt ſñiam, † timet̃ enim
ſubornatio poſt publicationẽ atteſtationum, qñ poſt
cam vidit pars, in quo ſui teſtes defecerint, vnde pote-
rit ſubornare alios, & ſupplere, itẽ poſt publicationẽ
facilius inducitur pars tanq̃ prouocata ad ſubornan-
dũ teſtes, quàm ante publicationem, vidẽs ꝙ non ꝓ-
bauerit, quod ſperabat, vel ꝙ pars aduerſa melius ꝓba
uit, quæ ratio prohibitiua communis recta via militat
in teſtibus de nouo repertis, quoniam iſti de nouo ve-
nientes ſunt illi, qui corrupti præſumuntur, & ſeducti.

CONCLVSIO CXXXV.

ARGVMENTVM.

Artificem quem non eſſe, quomodo probet̃.

SVMMARIVM.

1 *Artificem non eſſe probatur eo ipſo, quòd conſtat per decennium non exercuiſſe artem ſuam.*
Lex obliuionem præſumit tempore decem annorum. ibi.
2 *Artifex quis dicatur.*
3 *Artificem eſſe quem probatur per teſtes videntes talem dictam artem exercentem.*
4 *Operari in aliqua arte aliud eſt, & aliud artem illam exercere.*
5 *Artifex per viginti annos præſumitur lucratus ex illo exercitio quantum expendit pro arte adipiſcenda.*
6 *Artifex bonus præſumitur acquiſiuiſſe de ſua arte, non de communi patrimonio.*

1 **Artificem** aliquem non eſſe probatur eo ipſo, † ꝙ cõſtat per decenniũ
non exercuiſſe artem ſuam, vt voluit Bar. in tract. de
teſtib. in verb. mercatorẽ. nu. 64. ibi, ſed de artificiis, tã-
to enim tempore obliuionem lex præſumit, vt ſtatuit
de poſſeſſ. perdenda. Hinc eſt, vt artifex propriè dicat̃
2 ille, † qui de præſentia per ſe artem exercet, & non qui
per alium, nec qui in præteritum exercuit, vt notat in
l. fi. ff. de excuſa. tut. & ibi Bar. in vtraq; lectura. Dicit
etiam Bertha. de Gabell. in 2. par. verſ. 69. num. 34. &
Bar. Cœpol. in l. cum qui vectigal. de vectigal.
Limita tñ, vt etiã ille artifex dicatur, qui incipit ar-
tem exercere, ſed deſijt propter morbum, licet aliã ar-
tem minus laborioſam exerceat poſt, vt in l. ex agen-
tib. C. de prin. agen. in reb. lib. 12. & Rom. in ſing. inci-
pien. priuilegium conceſſum.
Contra verò artificem quem eſſe probatur per te-
3 ſtes deponentes, † qui viderunt talem exercere dictã
artem, vel melius ſi deponant ſe vidiſſe eum aliquod
opus facere, quod certũ ſit abſq; illius artis peritia fie
ri non poſſe, ſecus verò ſi depoſuerint, ꝙ inſpexerint
4 eũ operantem in illa arte, quia tunc non probat, † nã ſi
quis præparat corium, vel quid aliud iſtiuſmodi artifi-
ci, talis dr̃ operari in illa arte, & tñ ipſe nõ eſt artifex,
ita ait Bar. in tract. de teſtib. in verb. cerdonem. nu. 61.
vbi etiã habetur, ad probandum talem eſſe in arte pe-
ritum, & ſatis inſtructum, probari debere per eos, qui
ſunt in eadem arte periti, vt dicetur infra in cõcluſio-
ne, mercator Artifici enim credendum eſt in arte ſua
& ſuæ artis vnumquemq;, & actorem, & diſputatorẽ
optimum eſſe tradidit Val. Max. lib. 8. c. 12. vnde Q.
Scæuola quotieſcunq; de iure prędiatorio conſuleba
tur, ad Furium, & Caſcelliũ, quia huic ſcientiæ dediti
erant, conſultores reijciebat, vt elegãter ſcripſit Cice-
ro in orat. pro L. L. Cornel. Balb. Platonis quoque
eruditiſſimum pectus hæc cogitatio attigit, qui condi
tores ſacræ arcis de modo & forma eius ſecum cõfer
re ſermonem conatos, ad Euclidem Geometram ire
iuſſit, ſcientiæ eius cedens imo profeſſioni. ſic retulit
idem Valer. eo. in lib. & c. Quinimò cum Pilon Athe
nis armamentarium illud inſigne mille capax nauiũ
fabricatus eſſet, ita facũdè rationem inſtitutionis ſuę
in theatro reddidiſſe cõſtat, vt Athenienſis ille popu-
lus non minorem laudem eloquentiæ eius, quam arti
tribuerit, vt auctor eſt Pli. lib. 7. c. 37. & Cic. li. de orat.
1. & Valer. eod. in loco Mirificè & ille artifex, qui in
opere ſuo moneri ſe à ſutore de crepida, & anſulis paſ
ſus, de crure etiam diſputare incipientem, ſupra plan-
tam aſcendere vetuit, idem Plin. lib. 35. c. 10. de Apel-
le, & idem Valer. nuper à nobis relato loco li. 8. c. 12.
Quod ſi id probatũ fuerit, hinc rectè fiet, vt ſi arti-
5 fex per 25. annos in illa arte ſeſe exercuerit, † præſumi
tur lucratum fuiſſe ex illo artificio, quantum expẽdit
pro diſcenda arte, quam didicit, ſecundum tex. in leg
quod ſi artificẽ, vb. Fulg. nu. 1. ff. de rei vendic. & facit
gl. in l. ſi quis argentum. de donat.
Si verò peritus ſit artifex nõ præſumitur acquiſiuiſ-
6 ſe de communi patrimonio, ſed ex ſua arte, vt conſul-
uit Alex. conſ. 30. nu. 10. vol. 2. per Bal. in l. ſi patruus.
col. 2. C. communia vtriuſq; iud.

CONCLVSIO CXXXVI.

ARGVMENTVM.

Aſcendentes an præſumantur velle relinquere hæreditatem deſcendentibus.

SVMMARIVM.

1 *Aſcendentes præſumũtur velle relinquere hæreditatem deſcendentibus.*
2 *Hæreditas aſcendentium naturali ratione deſcendentibus eſt debita.*
3 *Aſcendentes, nec deſcendentes pro ſe, nec contra ſe ferunt teſtimonium propter nimiam affectionem.*
4 *Aſcendentes, & deſcendentes in infinitum non poſſunt inter ſe ferre teſtimonium.*
5 *Mater de ætate filij poteſt teſtificari, & quõ procedat, ibi.*
6 *Aſcendentes, & deſcendẽtes non recipiuntur in criminalibus, niſi agatur de impediendo matrimonio ratione conſanguinitatis, vel affinitatis.*

1 Aſcendentes præſumi † velle relinquere hæreditatem deſcendentibus, obſeruauit Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſump. 8. per l. cum ratio. ff. de bon. damn. & Rimi. ſen. in conſ. 181. nu. 8. vol. 1.

2 Ratio eſt, † nam hæreditas aſcendentium naturali ratione deſcendentibus debita eſt, iuxta notata per Natt. in conſ. 201. nu. 9. vol. 1.

Vnde propter nimiam affectionem aſcendẽtes &
3 deſcendentes pro ſe, vel contra ſe † non ferunt teſtimonium, vt eſt tex. in l. parentes. C. de teſtib.

Amplia vltimum dictum procedere vſq; in infini-
4 tum id eſt, vt † aſcendentes, & deſcendẽtes vſq; in infinitum teſtimonium inter ſe ferre non poſſint, prout dicit Bar. in ſuo tract. ad reprob. teſti. nu. 57.

Limita iſtud non habere locum, ſi agatur de ætate
5 filiorũ, † quia mater teſtis eſſe poterit, arg. c. trãſmiſſę. c. per tuas. ext. qui fil. ſint legit. & l. matrẽ, C. de ꝓbar.

Veruntamen iſtud verum eſt, vt tunc mater nõ vt teſtis ſit propriè recipiatur, ſed vt ex eius reſponſione iudex melius inueſtiget veritatem, quæ fuit ſententia Bar. vbi ſup. eo. num.

6 Secundò limita non procedere † in criminalibus, arg. c. itẽ teſtis. 10. q. 5. l. teſtis. ff. de teſtib. & notat Bal. in l. parentes. C. eo. cum alijs adductis per Nat. in cõſ. 359. nu. 2. vol. 2.

Tertiò limita, quando agitur de impedimento matrimonij ratione conſanguinitatis, & affinitatis, arg. c. quoties. ext. de teſtib. c. tenor. ext. de ſenten. & re iud. c. vlt. ext. qui matr. accuſ. poſ. c. 1. c. 3. & c. cæterum. 30. q. 7. & Bar. vbi ſupra. nu. 8.

Quartò limita concluſionẽ non habere locum in leuibus, vt per Zaſium lib. 4. reſpon. c. 11. & refert Alfa. in ſuis collecta. in l. 485 Quæ omnia explicabuntur infra in concl. parentes, & in concl. filius.

CONCLVSIO CXXXVII.

ARGVMENTVM.

Aſſaſſinium, vt noſtri loquuntur, quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Aſſaſſinium probatur argumentis, & ſemiplenis probationibus.*
2 *Teſtes examinati parte non citata abſente, & lite non conteſtata, ſufficiunt ad probandum aſſaſſinium.*
3 *Statutum quando contentatur ſolum argumentis, & non exigit plenam probationem, teſtes poſſunt recipi parte nõ citata, vide ibi contrarium.*
4 *Teſtis de audit u auditus licet in alijs criminibus non probet, tamen contra aſſaſſinum facit indicium ad torturã, quia facit qualem qualem præſumptionem, ſeu coniecturam, & transfert onus probandi in aduerſarium.*
5 *In crimine aſſaſſinij ꝓceditur omiſſo iuris ordine, ſi de eius qualitate conſtat. ſecus ſi dubitetur.*

Aſſaſſinium (vt hoc vtar noſtrorum verbo) propter eius im-
1 manitatem, & diritatẽ criminis, † probari per argumẽta probabilia, & ſemiplenas probationes, contex. habemus in d. cap. 1. de homic. lib. 6. circa fi. ibi, poſtquã probabilib. conſtiterit argumentis, & dixit Hippoly. Marſ. in l. vni. C. de rapt. virg. nu. 127. teſtatur Bar. in l. non ſolum. §. ſi mãdato. ff. de iniur. idẽ Mar. in pract. §. examinanda nu. 24. Carer. in praxi d. §. circa nu. 17. & Fely. in c. afferte. nu. 9. in .. limit. de præſump.

Primò amplia, vt hoc caſu ſufficiãt teſtes examina-
2 ti, † ẽt parte non citata, abſente, & lite non cõteſtata: vt notat Philip. Franc. in d. c. 1. ex illo tex. nu. 5. de homi. lib. 6. vbi infert ad ſtatutum, quod requirit ſolũ ar-
3 gumenta, & non exigit plenam probationem, † illo caſu poſſe recipi teſtes ſine citatione partis. Eandem ampliationem ante Franc. approbauit Dom. de S. Gemi. in d. c. 1. §. fin. col. pen. Carrer. ſua pract. §. circa nu. 18 qui alios citat Dec. in c. in nomine Domini, quod eſt c. 2. de teſtib nu. 54. limit. 7.

Contrariũ voluit Fel. in c. 2. n. 11. in 5. limit. de teſt. & ante eũ ibi Aret. & Gram. conſ. 1. poſt deci. de foro iud. nu. 64. vbi animaduertit, Hoſt. à quo originem traxit dictum hoc, non aſſeueranter id cõfirmare, ſed loqui per verbum forſan: dum hæc ad verbum dicit, ꝙ forſan propter periculum valebunt teſtes recepti parte non citata. Idem Gram. vol. 11. nu. 16.

Secundò amplia, vt licet teſtis de auditu auditus in alijs criminibus non probet: vt habetur in c. teſtis. 4. q.
4 9. & in l. teſtem. C. de teſtib. cum ſimilib. † tamen talis teſtis facit indicium ad torturam contra aſſaſſinum: ſiue manis prædonem, ſiñ Marſ. in prax. §. examinanda. nu. 28. cum ſeq. ea ratione, quia tale dictum teſtis de auditu auditus facit cuiuſmodicunq; præſumptionem, ſeu coniecturam, vt ſingulariter dixit Arclud in c. hoc vſ. 22. q. 5. quem refe. r, & ſequitur Rom. in repet. l. ſi verò. §. de viro. col. fi. ff. ſol. matri. Alex. in cõſ. 77. incip. in cauſa accuſationis, de crimine falſi. 1. vol. Curt. ſen. conſ. 76. num. 4. Curt. iun. de teſt. conclu. 31. Rom. ſing. 245. teſtimonium de auditu. & Marſ. ſing. 371. teſtis de auditu, & 557. iuris. vbi dicunt, ipſum ẽt transferre onus probãdi in aduerſarium. Vnde ſi tale dictum facit coniecturam, & qualemcunq; probationem, & contra prædatores ſufficiat probatio per probabilia argumenta, vt per d. c. 1. de homic. in 6. ex hoc fit, vt quæcũque ſatis ſit præſumptio quæ maiorẽ vim habet, quàm argumentũ, vt colligi poteſt ex dictis à Bal. in l. ea quidem. col. 2. C. de accuſa. & in terminis dixit Marſ. d. §. examinanda. nu. 29. Item quia in tali
5 crimine † inquiritur omiſſo iuris ordine, vt traditum eſt per eundem Marſ. d. §. examinanda. nu. 23. & in l. vnius. §. cogniturum. nu. 65. ff. de quæſt. teſtem laudãs Bart. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniur. Gràm. vot. 8. nu. 5. & vot. 9. num. 17.

Intellige hanc ampliationem, vt ita demum procedat, quotieſcunque conſtet de huiuſmodi qualitate aſſaſſinij, ſecus autem ſi dubitaretur, an quis cõmiſiſſet aſſaſſinium, necne vt per Gram. vot. 11. nu. 4. & 5.
* Cap. deciſ. 112. nu. 7. & 8. vbi hanc eſſe * communem opinionem affirmat, licet aliter fuerit pronunciatum per ſacrum Conſilium, vt ibi ipſe inquit.

CONCLVSIO CXXXVIII.

ARGVMENTVM.

An quis probetur aſſaſſinus, vel prædo, qui numis captus pecuniã acceperit, vt patraret homicidium, & alijs modis, qui enumerantur in concluſione.

SVMMARIVM.

1 *Aſſaſſinus quis probatur, ſi præmio, vel pecunia promiſſis etiam incertis, ſuſceptione mandati pretio conuento impulſus, vel vt alicui morem gerat homicidium patrat, & nu. 2.*

2 *Quis punitur de aſſaſſinio, & ſi non ſequatur effectus, etiã ſi ſolus conatus interueniat, vide ampliationem, etiam ſi mandatum reuocat. & cont. nu. eo.*

3 *Pœna mortis nõ ſolet de iure irrogari, & vbi canones de ea mẽtionẽ faciunt, exponitur de morte excõmunicationis.*

4 *Papa non ſolet diſpenſare circa totum Chriſtianum populum, quia diſtinctæ ſunt iuriſdictiones.*

5 *Conatus in crimine aſſaſinij ſi effectus nõ fuerit ſequutus, nõ eſt puniendus pęna vltimi ſupplicij, ſed mitiori pęna.*

6 *Affectus non punitur, niſi ſequatur effectus, niſi fecerit quantum in ſe fuerit, vt delinqueret, ſed non potuit: tũc dicitur aſſaſinus, & affectus punitur, & nu. 8.*

7 *Clericus volens facere homicidium, & non fecit: quia non potuit, efficitur irregularis.*

8 *Conatus in enormiſſimis punitur, licèt non ſequatur effectus, vide ibi contrarium de conſuetudine totius Italiæ.*

9 *Conatus effectus non ſubſecuto, quando puniatur pro effectu conſumato, & quando non, vide remiſſiue.*

10 *Aſſaſinus dicitur etiam quis, ſi pro pecunia promittat vulnerare, & nu. 12. & quomodo intelligatur. ibi.*

11 *Aſſaſinus dicitur qui ſcindit animam à corpore ad alterius mandatum.*

12 *Delictum atrocius eſt, quod ſit, vel fieri mandatur per pecuniam.*

13 *Aſſaſinium, vel mandatum probare ſimpliciter non ſufficit, niſi probetur, quod ſit occiſus Chriſtianus.*

14 *Chriſtianus in dubio occiſus preſumit, niſi circumciſus reperiretur, vel etiam circumciſus, contrariũ probaretur.*

15 *Filius occidens de mandato patris non dicitur aſſaſiniũ commiſiſſe.*

16 *Aſſaſinium vt dicatur, debet per ſententiam probari, & ibi contrarium.*

ASſaſſinus vel ſi quis rectius loqui voluerit, prædo, ꝓbatur, ſi con-
1 ſtat illum recepiſſe præmium, vel pecuniã † ad maleficiũ committendum, c. 1. & 2. de homici. in 6. Bar. in l. Cicero. ff. de pœnis. & in l. non ſolùm. §. ſi mãdato. ff. de iniur. Alex. in conſ. 166. nu. 1. vol. 7. Corn. conſ. 249. nu. 2. ver. his tñ, vol. 1 Gram. vot. 9. n. 1. Rim. ſen. in cõſ. 35. nu. 14. vol. 1. Boſſ. ſua prac. crim. tit. de mãd. ad homicid. nu. 14. Pariſ. conſ. 166. nu 2. vol. 4. Gram. conſ. 1. nu. 59. de foro iudic. Anch. Imol. & Prob. in c. 1. de homicid. in 6. Marſ. in praxi criminali. §. examinanda. nu. 21. & de * communi atteſtatur Viu. in tract. commun. opin. in verb. Aſſaſſini. Didac. Couaru. var. reſol. lib. 2. c. 20. nu. 9. & Affl. ct. in conſtit. Regn. lib. 2. de bannitis & for. ind. nu. 9.

Qualis fuit M. Liuius Druſus, q Maguſſã Mauritaniæ Principem ob regis ſimultatẽ ꝓfugium, accepta pecunia à Bocho prodidit, quẽ ille elaphãto obiecit. Sueton. de Vir. illuſt. lib. & L. Septimius, q cũ C. Gracchi familiaris fuiſſet, caput eius abſcindere, & p vrbẽ pilo fixũ ferre ſuſtinuit: qa Opimius conſul auro id ſe repenſurũ edixerat. Val. lib. 9. c. 4. Fl. etiam Fimbria, qui legatus in Aſiam profectus, p ſimultatem dimiſſus corrupto exercitu, ducem interficiẽdum curauit. Volat. lib. 16. Anthrop.

Cõtrarium tamen videtur tenere Alc. in conſ. 11. nu. 3. vbi negat eſſe verum, quem ex eo ſolo dici aſſaſinum qui delinquit per pretium: quia etiam milites hoc modo eſſent aſſaſſini, ſed qui ſuſcipit mãdatum occidendi hominem pretio conuento.

Primò amplia concluſionẽ procedere ẽt p promiſſionẽ, vt ſi probaretur alicui fuiſſe promiſſum aliqd ad hoc, vt maleficiũ patraret: vt fuit vnus ex militib. Rizardi Camini Principis, quẽ magnis ꝓmiſſis Altinerij atq; Reinbaldi, ꝙ eius vxori atq; filiæ vim attuliſſet, idẽ miles occidit, quia ẽt tũc dr̃ aſſaſſinus, vt cõſuluit Cur. ſen. conſ. 20. ſub nu. 43. ver. omitto poſtremo. & vide Ang. Are. idẽ tenentem conſ. 14. incip. cũ q. premiſſ. 1. & Aret. conſ. 167. ſicut Io. dicit Apocalypſi, nu. 17. vt dicit Gram. d. vot. 9. ex allegatis ibi p eũ,
2 vbi ẽt voluit, † vt & ſi non ſequatur effectus, tñ puniatur tanquam de aſſaſſinio, per ibi plura adducta, & alios adducit Carer. in ſua prac. tit. de homic. §. circa. nu. 4. & pro iſta ampliatione faciunt notata per Bal. conſ. 98. nu. 1. vol. 1. ꝙ eſt duplicatũ cõſ. 383. vol. 5. & vide eundẽ conſ. 2̃6. vol. 2. & conſ. 351. eo. vol. 2. cõſ. 432. vol. 5. & Iod. Damhoud. in ſua praxi criminali c. 83. de aſſaſſin. nu. 1. & 2. cum ſeq. Prob. in c. 1. de homic. in 6. Rol. à Vall. conſ. 24 1. vol. Iul. Clar. in praxi criminali, in §. aſſaſſinium. Grat. reſpon. 52. nu. 2. Rim. in conſ. 59. in 1. & conſ. 561. vol. 3. Didac. Couaru. d cap. 20. lib. 2. var. reſ. & Aret. d. conſ. 163. ſicut Ioã. dicit in Apocalypſi. nu. 16. circa fi. verſ. 3. allegant.

Amplia hanc ampliationem, vt procedat, etiam ſi ſit promiſſum quid incertum, vt eſt direptio domus, vt per Gabriel. de criminal. concl. 1. nu. 3. alleg. Aret. conſ. 164. col. 2. & ſeq. quod incipit. ſicut Ioannes dicit in Apocalypſi, & eſt conſ. 163. nu. 16. in fin.

Secundò principaliter amplia concluſionẽ, vt ꝓcedat, etiam ſi committit homicidiũ ea mente, vt alteri morẽ gerat, quia & tunc dr̃ aſſaſſinus, ſi credimus Grã. vot. 9. col. 1. poſt Io. And. in c. pe. de cler. nõ reſid.

Contrariũ colligitur ex animaduerſis à Bal. in cõſ. 387. in fi. vol. 5. quę refert, & ſequit̃ Gab. d. cõcl. 1. n. 1.

Tertiò amplia, vt etiam locum habeat, ſi interuenerit ſolus conatus, licèt effectus non fuerit ſequutus, vt eſt tex. in d. c. 1. de Homic. in 6. ibi, quãquam mors inde ſequuta non fuerit, Ang. Are. conſ. 14. in q. præmiſſa, colum. 1. in fi. Cor. conſ. 249. verſ. his tamen, ſub nu. 2. vol. 1. quem vide Hippol. de Mar. in l. vnius. §. cognituru m. ff. de q. Bolog. cõſ. 8. col. 2. ſequit̃ & alios adducit Gabr. d. concluſ. 1. de crimi. nu. 7. vbi nu. 9. di-
* cit hanc magis eſſe * communem opinionem.

Vt fuit Caianus Auarorũ Rex, q pecunia corruptus à Leone Imp. Iuſtinianũ Imp. ꝓdidiſſet, niſi Imp. admonitus ad Therbellẽ Bulgarorum regẽ cõfugiſſet.

In contrariam deſcendere ſñiam Cor. cõſ. 202. nu. 3. & 4. vol. 1. vbi rñdet ad dictũ c. 1. de homic. in 6. nec arbitratur diſpoſitionem illius text. ita facilè eſſe tra-
3 hendam ad pœnam amputationis capitis, † præſertim cũ non ſoleat de iure cano. pœna mortis irrogari, & vbi canones faciũt mentionẽ de morte, intelligũtur & declarantur de morte excommunicationis, p c. per venerabilẽ. propè fi. qui fil. ſint legi. ꝙ ſuadetur p illa verba, à toto chriſtiano populo diffidatus, poſita in d. c. 1. ſub fi. per quæ non det intelligi pœna mortis tẽporalis, cũ ſummus Põti. nõ ſoleat diſponere circa to
4 tũ Chriſtianũ populũ, † cũ diſtinctæ ſint iuriſdictiones, p ea, q̃ habẽtur in c. ſolitæ. de maior. & obed. & in d. c. p venerabilẽ, faciũt tradita p Didac. Couaru. var. reſol. lib. 2. c. 20. nu. 10. verſ. primũ verò cenſeo. Idem ſequutus eſt Gram. deciſ. 74. nu. 15. vbi inquit, ita millies fuiſſe iudicatũ per magnã Curiã Vicariæ, & plenè ſcripſit in ſuis votis. voto 20. & 8. qbus in locis aliqñ p̃dicti delinquentes fuerũt damnati ad perpetuos triremes, aliqñ pœna pecuniaria mulctati, & vide Petr. Anch. in d. c. 1. col. pen. verſ. 1. caſu, qui & ipſe
5 quoq; in hanc deſcendit mẽtem, † conatũ in crimine

aſſaſſinij, ſi non fuerit ſequutus, effectus, non eſſe pu-
niendum pœna vltimi ſupplicij, ſed mitiori pœna.

** Prima tamen opinio, vt dixi, eſt magis ** cōmunis,
vt atteſtatur per Gabr. tit. de crim. concl. 1. nu. 9. vbi al-
legat concordata. quæ vide.

Ampl[i]a primam opinionem, vt procedat, ēt ſi mā-
dans re integra pœniteat, & reuocet mandatum, per
glo. in d. c. 1. in verb. mandauerit, quam ſequuntur ibi
Ioan. And. col. fi. & Domi. col. pen. & fi. Ioan. Mona.
col. 2. de homicid. in 6.

Contrarium in hoc ſenſit Ang. in l. item apud La-
beonem. §. ſi curauerit. ff. de iniur. & ſa. libell. & Hipp.
de Marſ. conſ. 105. nu. 22.

Conciliēs, vt hæc ſecunda opinio procedat, q̄n deli
ctū ad exitū nō perduxit, q̄a noluit pœnitentia ductus,
6 tunc enim vera eſt propoſitio † nō puniri affectū, niſi
ſequatˀ effectus. Prima verò opinio procedere pōt, q̄n
iſte, qui habuit animū delinquendi, fecit, quantū in ſe
fuerit, nihilq́; intactū reliquerit, quominus delinque-
ret, ſed ad delinquendum non potuit procedere, iſto
enim in caſu dr̄ aſſaſſinus, & punitur affectus ēt nō ſe-
quuto effectu, ita diſtinguit conciliando opiniones
Hippolyt. de Marſil. in l. is qui cum telo. nu. 82. C. ad
l. Cornel. de ſicar. in quo loco corrigit ſentent. q̄ aliàs
tenuit in l. qui falſam. ff. de fal. vbi approbauit gl. in d.
c. 1. §. fi. de homic. in 6. ideſt, mandantem patrari ho-
micidium pecunia, & ſic per aſſaſſinamētum, debere
puniri pœna aſſaſſinij. ēt ſi re integra reuocauit man-
datum, q̄ eſt falſum ſecundum eum ibid. Et pro iſta
diſtinctione facit gl. fi. in c. periculosè; de pœn. diſtin.
7 1. quæ dicit, † q̄ ſi clericus voluit committere homici
diū, q̄ tū non patrarit, quia non potuit, nihilominus
eſſe irregularē. & facit ſimilē diſtinctionem. Bart. in l.
qui falſam, ff de fal. Cacher. verò in deciſ. Pedem. 19.
nu. 2. tenet indiſtinctè q̄ in atrociſſimis delictis cona
8 tus puniatur, † licet non ſequatur effectus, in primis ſi
deuentū fuerit ad actū facto proximū, quo caſu dicit
perinde puniendū eſſe, ac ſi delictum eſſet perfectū.
In contrariū tū adducit cōſuetudinē generalē totius
Italiæ, qua conatus nō punitur vera pœna delicti niſi
ſequatur effectus, de qua per Fel. in tract. de conatu, &
per Marſil. in l. is qui cum telo. C. ad l. Corneliam. de
ſicar. cum alijs adductis per Cach. Verùm ſi quis eſt q
in puncto iuris cupiat videre, q̄n conatus effectu non
9 ſubſecuto puniatur pro effectu perfecto, † & quando
non, adeat Silua. in conſ. 43. per totum, vol. 1. Nat. con
ſulat in conſ. 174. nu. 14. vol. 1. latè Tiraq. differentem
adhibeat in tract. de pœn. caſ. 37. nu. 6. Cæphal. videat
in conſ. 57. per totum, vol. 1. vbi ſub nu. 49. loquitur in
terminis aſſaſſinij, & concludit conatum puniri. Alc.
inſpiciat in conſ. 456. nu. 2. & ſeq. nec omittat Socyn.
iun. in conſ. 105. nu. 34. & ſeq. vol. 3. iſtis adijciat Ruy.
in conſ. 145. num. 15. vol. 5. & adiungat Grat. in conſ.
156. nu. 26. vol. 1. his addat Bolog. in conſ. 8. nu. 5. neq;
linquat Iaſ. in conſ. 111. vol. 1. & in conſ. 167. vol. 4. ad
Ang. contendat in conſ. 14. nu. 4. Rimi. Sen. conſide-
ret in conſ. 24. vol. 2. & in conſ. 281. nu. 10. Mantu. le-
gat in conſ. 30. nu. 1. & in conſ. 41. nu. 12. vol. 1. & Affl.
euoluat in conſtit. Regni, in tit. de adult. c. 1. nu. 13.

Quartò amplia, vt procedat, etiam ſi quis pecunia
10 pellectus promittat vulnerare, † quia & tunc dicitur
aſſaſſinus ex notat. per Alex. conſ. 166. circa fi. vol. 7.
dum alternatiuè loquitur de mandato de occidendo,
vel de vulnerando.

Cuius Alex. pronunciatum falſum arbitratus eſt
Anto. Gabr. d. concl. 1. de crim. nu. 30. motus authori
tate Archidiaconi in d. c. 1. col. 1. de homi. in 6. vbi vo
11 luit, vt aſſaſſinus dicatur is † qui ſeiungit animā à cor-
pore alterius iuſſu, & qui nummis captatus hominem
occidit, nō verò qui vulnerauit. idem ſequutus eſt ibi
Io. And. & Dñicus col. 1. in fin. alter col. 2. in prin. ad
mittit tū idem Gabr. loco ſupra citato, in hoc caſu
vulnerantem grauius debere puniri, cum id q̄ fit, aut
12 fieri mādatur per pecuniam † atrocius delictū exiſti-
metur, ad tradita per Doct. in l. Cicero. ff. de pœ. 1.

Contra hoc videtur facere q̄ conſuluit Cor. conſ.
249. ſub nu. 2. vol. 1. vbi voluit, quòd ſi quis per pecu-
niam vulnerauit aliquem, ita dici poſſe eius vitæ non
ſecus inſidiatum fuiſſe, ac ſi occidiſſet.

Sed fortaſſe id procedit in caſu illo, in quo manda-
tarius acceperat pecuniam pro homicidio cōmitten-
do, licet incidenter, & præter eius voluntatem vulne-
rauerit tantummodo.

Primò limita, q̄ non ſufficiat probare mandatum,
13 vel aſſaſſinium ſimpliciter † imo nec ēt per confeſſio
nem niſi probetur, q̄ ſit occiſus Chriſtianus, ita notat
Carrer. in ſua praxi. crim. d. §. circa num. 16. per doctr.
Io. And. d. c. 1. de homic. in 6. quam refert, ſe aliàs de-
fendiſſe quendam accuſatum de aſſaſſinio, & cū non
fuerit probatum mortuum fuiſſe Chriſtianum, abſolu
tum fuiſſe à pœnis d. c. 1. & idem refert Bertran. conſi.
140. nu. 5. vol 2. conſ. 30. nu. 3. vol. 1. Boſſ. ſua prax. cri.
de mandant. ad homici. nu. 23. Corn. conſ. 202. col. fi.
vol. 1. dicit copiosè Viu. d. tract. commu. opin. in ver-
* bo, aſſaſſini, vbi teſtatur hanc eſſe * communem opi-
nionem, & cōſuetudine receptam, adeò vt pauci ſcri-
bentes admodū refragentur, teſtatur Aret. conſil. 165.
col. 2. niſi velit adducere Aret. d. conſ. 163. ſicut Ioan.
dicit ſupra allegato nu. 17. vbi loquitur de c. pro hu-
mani, in 6. an diſponat ſolū ratione certi generis ho-
minū. qui dicuntur aſſaſſini, & ſicut alieni à Chriſtia-
na religione, an cōtra oēs, q̄ accepta pecunia, vel pro
miſſis hominē ſpondēt occidere. Idem de cōi atteſtan
tes vltra alios allegatos conceſſit Gabr. d. concl. 1. nu.
6. de criminal. tenuit Couaruu. variar. reſol. c. 20. lib. 2.
* nu. 9. qui & * de communi atteſtatur.

Intellige tū, q̄ ſi eſſemus in dubio ſuper iſta quali-
14 tate † an occiſus ſit Chriſtianus necne, præſumi Chri
ſtianū fuiſſe, ita Carrer. d. ſua prax. crim. tit. de homic.
§. circa, ſub nu. 15. verſ. etiam per Mathe. in conſtit.

Crederē hoc non debere p̄cedere in his, qui circū-
ciſi reperirentˀ, vt ſunt hebræi, & alij infideles, quia ex
hoc ſatis dr̄ præſumi illos non eſſe Chriſtianos, cui p̄-
ſumptioni ſtandum eſt, niſi contrarium probetur.

15 Secundò limita nō procedere in filio, † nā licet pa-
ter mandauerit, vt talem occideret, tū non dr̄ cōmiſ-
ſiſſe aſſaſſiniū, cū id videatˀ feciſſe reuerentia, & obſer
uantia paterna, ita cōſuluit Bal. conſ. 246. nu. 1. vol. 2.

Tertiò limita, vt requiratˀ, vt huiuſmodi aſſaſſiniū
16 † dicatur probatum per ſententiam. Boſſ. in ſua prax.
tit. de mand. ad homicid. nu. 21. Alex. conſ. 166. col. fi.
* nu. 5. vol. 7. qui dicit hanc eſſe * communem opinio-
nem. Capic. deciſ. 112. nu. 2. Philip. Franc. d. c. 1. col. 3.
* de homicid. in 6. qui etiam dicit * communem & ibi
Prob. in addit. ad Monach. in fi.

Contrarium videtur ſentire Curt. Sen. conſ. 20. nu.
44. Ang. in tract. de maleſ. in verb. Sempronium man-
datorem, in prin. ſentit etiam Io. Monach. in d. c. 1. in
fi. de homicid. lib. 6.

CONCLVSIO CXXXIX.

ARGVMENTVM.

An Summ. Pont. aſſertio probet adeo, vt ei ni hil obijci poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertio Papæ atteſtātis de ſuo facto p̄prio probat adeo, vt in contrariū p̄batio non admittat, & n. 2. 6. 8. 18. & 19.*
2 *Papæ intentio ſibi ſoli, & Deo tantū eſt nota, qui ſolus eſt intentionis hominum perſcrutator.*
3 *Papa in cauſa eccleſiæ pōt eſſe teſtis, & de eadem iudicare.*

4 Papa

4 *Papæ ſtatur dicenti quem eſſe ſuum Capellanum, ſeu cubiculariũ, vel familiarem, & nu.5. quomodo procedat, nu. 9. in quibus caſibus, nu. 12. & 13.*

5 *Papæ creditur narranti aliquem renunciaſſe beneficia per procuratorem, creditur, quòd fuerit procurator etiam ſi non conſtat de mandato, & ſi aſſerit aliquem eſſe procuratorem. ibi vide contrarium.*

23 faciliorem exitum cauſæ ipſius appellationis, † vt ſi pendente ipſa appellatione iudex ſtatuerit terminū appellanti ad recipiendum apoſtolos: vel ad proſequendū appellationē, ſiue ad docendum de proſecutione, iuxta notata in c. perſonas. & in c. cū ſit Rom. de appel. qa in iſtis, cū non pēdeat iuriſdictio iudicis à quo, c. cum teneamur. vbi Abb. Imol. & Dec. de appell. in prin. & ibi Franc. in 2. notabili, & c. 2. & gl. ibi in verb. diſtrictius, de matri. contra. con. interdict. eccle & ibi Abb. vltim. notab. & c. tua. & ibi Abb. nu. 2. de ſponſ. duorum, non dicitur iudex à quo innouare, & attētare, ſed potius ſe conformare cum preſcripta iuris communis regula: vt appellatione interpoſita nil innouetur: ac faciliorem exitum præſtare, ſecundum Veſtr. ſupra citato loco, nu. 3. quē ſequitur Hercul. illo tract. de atient. c. 5. nu. 5. & dicit Marāt. d. ſuo Spec. par. 6. 2. actu principali, nu. 2-5. aliàs 356. ſi appelletur, de appellationibus.

Quamplures alias limitationes nu. 22. habes notatas p eundem Marant. eodem loco, à nu. 174. vſq; ad nu. 206. & vide Hercul. in d. trac. de attentatis, c. 5. qui & ipſe quoque cōgeſſit quamplures caſus, in quibus, & ſi aliquid lite pendente fiat, non tamen dr̄ attētaſſe, & per d. Lancell. Peruſ. d. tract. de atten. & innouatis, lite & appellatione pendente. in 2. par. c. 12. tit. de attentat. appell. pendente, limit. 4. vbi ponit tres ampliationes, & duas limitationes, & declarationē ibi. dummodo de cauſa appellationis non cognoſcat: vt ibi in fine, caſus aūt cōgeſtos p Hercul. prędictum in eius tract. de attentatis, d. c. 5. ibi potes videre, quia ſigillatim oēs hic referre ſuperuacaneū eſſe duximus.

Quintò limita ſupradictam concluſionem, vt non
24 procedat, † quando quis poſſeſſor continuando eius poſſeſſionem aliquem actum faceret per modū continuationis, quia tunc attentatum non dicitur: vt eſt gl. magna ſuper verbo reducendum, verſ. ſi autem. in c. non ſolum, de appell. in 6. ibi, quis vtitur poſſeſſione, eo. ē mo. & gl. in clem. fi. ſuper verb. Ianuarijs, vt lit. pēdēte, ibi. antiqua verò poſſeſſione, & Rota: dec. 10. aliàs 89. nota φ vbi poſt. de appellat. in antiq. & & 43. aliàs 323. ſi appell. de appellationib. in nouis. & 44. aliàs 244. licèt in eā eod. tit. in nouis, & gl. in l. Imperatores. §. ſi magiſtratū. ſup verb. ab aduer. de appe.

Quod locū habet, ēt ſi continuatio hæc per modū
25 relectionis eſſet, † quia ēt inhibitus reficiens nō innouat. Alc. conſ. 100. Alciati cauſa, in fin. nu. 8. vol. 5.

Sextò limita, ſi non vteretur ea poſſeſſione eo mo-
26 do † quo prius ante litem: vt d. gl. d. c. non ſolum. verſ.
* dici tamen, & ibi omnes, in quam * communiter ſcribentes cōſentire dicit Bero. conſ. 118. cū Alphonſus, nu. 7. 8. & 24. lib. 3. & Alex. ad Bart. in l. 1. in verb. litigioſa. de litigioſ. vbi alios allegat, & capitulo cum teneamur. de appell. vbi Franc. 1. notabili, & alij, vt ibi.

Sublimita ſextam limitationem prędictam, vt cō-
27 tinuatio in eo procedat, † penes quem ante motā litē poſſeſſionem fuiſſe conſtaret verè, vel præſumptiuè, vt Rota deciſ. 10. aliàs 89. nota quòd vbi. de appell. in antiquis. Natt. conſ. 206. approbo, nu. 10. & ſeq. lib. 3. & per ea quæ Franc. notat in c. ſignificante. verſ. ſed quando conſtaret. de appell.

Septimò limita ſupradictam concluſionē non ha-
28 bere locū regulariter † in appellatione ab interlocutoria ſententia, cum poſſit in ea procedi, donec inhibeatur, d. c. non ſolum. de appellatio. in 6. Guid. Pap. deciſ. 436. verſ. ſecundò quæro, nn. 9. Licèt ipſa ab in-
29 terlocutoria appellatio † eximat appellantem à iuriſdictione iudicis à quo, d. c. ad audientiam. & c. dilectus. de appell. c. per tuas. de ſent. excom. & c. licèt. eod. tit. in 6. Crauet. conſ. 103. viſis, nu. 6. lib. 1.

Quod intellige, & ſublimita, niſi iudex dictæ ap-
30 pellationi † à ſua interlocutoria interpoſitæ detuliſſet, tunc non poteſt ad vlteriora procedere, cum à ſe omnem iuriſdictionem propter delationem huiuſmodi abdicaſſe cenſeatur, c. cum appellationibus de appellationibus in 6. Ioā. Andr. in c. cum ęcclāne. & alij ibi per Franc. relati verb. 5. limit. nu. 14. de appell.

Octauò limita concluſionem ſupradictam non pce-
31 dere, † quādo appellatio eſſet manifeſtè inualida, iniuſta, & friuola, d. cap. cum appellationibus, friuolis,

de appellation.in 6.Spec.§.nunc dicamus.uerb. item
appellatione pendente,nu.8.de appellatio.Abb.cap.
conſuluit.il 3.de appellat.& Franc.d.c.ut debitus.nu.
47.de appellatio.

32 Et ſimiliter in his caſibus,†in quibus eſt appellatio
prohibita,poſt per appellantem geſta non reuocãtur
tanquam attentata,d.c.non ſolùm.vbi gl.in verb.ca-
ſib.& Spe,d.§.nouiſſimè poſt principium verb. quar-
tus caſus.de appella. Et in quibus caſibus appellatio
33 eſt prohibita , † in his omnibus illa pendente poteſt
fieri executio,vt Iaſ.cõſ.187.circa primũ.lib. 2. Barb.
conſ 10.mihi videtur.verb.præterea ſi dicatur,libr. 1.
& Guid.Pap.conſ.219. malè,nu.2.

34 De quibus omnibus†plenius potes videre in d.tract.
de attẽtatis,ſuis titulis diſtinctis,vltra adducta p Ma-
ran.ſupra citato loco à nu.174.vſq; ad 206.& Herc.d.
tract.etiam de attentatis.c.5.vbi habes ampliationes,
limitationes,& declarationes in vnum peculiare vo-
lumẽ cõgeſtas,vltra oẽs alios,quos hucuſq; viderim,
ad quem,ſi tibi contigerit,cõfugere poteris,ne, quod
fieri,nolumus,huc omnia tranſcribere videamur.

CONCLVSIO CXLIX.

ARGVMENTVM.

Atteſtationibus in iudicio receptis legitimè publicatis an, & quando, quibuſvè modis ſtandum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Atteſtationibus in iudicio receptis quibus, quibuſq; modis ſtandum ſit.*

2 *Atteſtationibus in iudicio receptis vt ſupra ſtandum eſt, etiam ſi variaretur inſtantia de iudice ad arbitrum.*

3 *Atteſtationes factæ in vno iudicio ad æternam rei memoriam etiam non publicatæ fidem faciũt in alio iudicio.*

4 *Diſtinguitur,an concluſio locum habeat,quando mutatur inſtantia de arbitro vel arbitratore ad iudicem.*

Et diſtinctio quando procedat.ibidem.

5 *Atteſtationes non receptæ publica auctoritate iudici fidem non faciunt,etiam ſi teſtes mortui ſint.*

6 *Pactioni ſtandum eſt, ſi partes aliquid conuenerint.*

7 *Atteſtationes coram arbitro defuncto factæ probant etiã coram alio.*

8 *Atteſtationes fidem faciunt, etiam ſi in quarta, quinta, ſexta,& vlteriori dilatione productæ ſint.*

9 *Atteſtationes non probant, ſi teſtes iudicati ſint, & contradictum,& appellatum fuerit.*

10 *Teſtium receptio poſt concluſionem in cauſa valet, ſi contradictum non fuerit.*

11 *Atteſtationes in alia inſtantia probant, etiam ſi reus abſolutus eſſet ab obſeruatione iudicij.*

12 *Atteſtationes potius ſunt acta litis,quàm iudicij.*

13 *Acta iudicij probant,etiam quãdo quis abſoluitur ab inſtantia iudicij, & ibi quomodo id intelligendum ſit.*

14 *Atteſtationes ſuper nullitate proceſſus,vel inſtrumẽti probant quoad omnes.*

15 *Atteſtationes coram executore Papali, vel alterius domini probant etiam coram quocunque iudice,*

16 *Atteſtationes factæ contra debitorem nocent creditori ſuper pignore omni caſu,quo noceret ſententia.*

17 *Atteſtationes in ciuilibus factæ in criminalibus probant etiam inter alias perſonas,& in alio iudicio.*

18 *Atteſtationes non publicatæ in cauſa principali probant in cauſa appellationis.*

19 *Atteſtationes etiam ſi amplam fidem faciant in vna cauſa,non tamen ijs vti quis poteſt in alia.*

20 *Atteſtationes teſtium parte non vocata examinatorũ non probant.*

Idem de declarationibus factis parte non citata,ibi.

21 *Atteſtationes non publicatæ quando non faciant fidem in aliquo iudicio etiam inter eaſdem perſonas.*

22 *Atteſtationes non publicatæ non probant in alia inſtantia,etiam ſi publicantur a iudice alterius inſtantiæ.*

23 *Teſtes ſi mortui ſint, vel diu abſentes fidem faciunt. Et quando non faciant,vide ibidem in intelligentia.*

24 *Atteſtationes a iudice examinante non publicatæ, quando in alia inſtantia poſſunt per alium iudicem publicari.*

25 *Atteſtationes niſi depoſitæ fuerint intra terminum a iudice ſtatutum nihil probant.*

26 *Atteſtationes ſumptæ in iudicio ſummario fidem non faciunt in plenario, ſi in eo agatur ad alium finem.*

1 Atteſtationibus † in iudicio receptis legitimè publicatis in alia quacunque inſtantia,& corã quocũq;
iudice inter eaſdem perſonas, & ad eundem effectũ,
fidem eſſe adhibendam, & illas probare, tradidit D.
Maria.Soc.in ſuo tract.de teſt.nu.115.& pro hac do-
ctrina videq̃ docuit Nicol de Mata.& poſt eum Bal.
in l.fi.C.de teſtib. vbi hanc præſentem firmat cõclu-
ſionẽ.Do.in l.geſta.C. de re iud.& eſt doctrina * cõis
iuxta ſententiam Soc.d.loco.& de his diximus ſuprà
in concluſione,acta,ad quam potes confugere.

2 Amplia primò†prędictam concluſionẽ locũ habe-
re etiam ſi immutaretur inſtãtia de iudice ad arbitrũ,
co.n.in caſu Bal.in l.fi.verſ.quæro hic qd econtra, in
2.col.& ibi Doctores*oẽs C.de teſtib. cõcludunt. ta-
les atteſtationes receptas in vero iudicio fidem etiã
facere corã arbitro,argumẽto ducto à loco à maiore
ad id quod eſt minus,nã ſi fidem faciũt corã ſuperio-
re iudice,eo magis & corã inferiori,& corã arbitro.

Secundò amplia, vt etiam procedat in atteſtatio-
3 nibus factis†in vno iudicio ad ęternam rei memoriã
etiã non publicatis,quia & ipſæ fidem faciunt in alio
iudicio,vt habemus in c.cũ I. & A. col.2.de probat.
ſequitur Sebaſtian.Sapia in repet.l.de ętate,nu. 18.ff.
de minoribus.

An aũt concluſio ſuperior locũ etiam habeat, qñ
mutatᷓ inſtantia de arbitro,vel arbitratore ad iudicẽ,
4 †diſtinguendũ eſt hoc modo, nã aut teſtes ſunt mor-
tui,& tũc faciunt eorũ atteſtationes coram iudice,c.
pręſẽtata,& ibi gl.in verb.acta,de teſt.aut verò teſtes
viuunt,& illius optio eſt, contra quem teſtes ſunt ꝓ-
ducti, an tales atteſtationes publicatas corã arbitro
velit nunc recipere corã iudice,an verò vt denuo ꝓ-
ducantᷓ,& hæc eſt diſtinctio,quæ colligitᷓ ex l.fi.C.de
teſt.& d.c.præſẽtata.eo.& eã apertè tradit gl.in verb.
acta,& ſequitᷓ Inn.in c.quintauallis.de iureiu.& in c.
cum in tua.gl.ibi.in verb.præferantur,de teſt.Bal.in l.
fi.C.de teſt.in 1.col.& Bar.ibi.& in l.2.nu.2.C.de edẽ
do,& Ferra.in for.oppo.cont.teſt. poſt public.in glo.
ſuntque publicatis iã teſtibus aliàs recepti. nu. 3.verſ.
vt tamẽ præmiſſorum.& nu.12.verſ.proinde, vbi ha-
bes quid in ciuili,& quid in criminali. cũ Spec. §. vi-
dendũ reſtat.nu.20.verſ.hoc quoque ſcias,de probat.

Et hæc diſtinctio,procedit quando mutatur inſtã-
tia de arbitro ad iudicẽ. Si verò mutetur de arbitra-
tore ad iudicem,tũ hac in re conſtituas concluſionẽ.

Quòd cum tales non ſint receptæ publica auctori-
5 tate,†nec ad eius ſimilitudinem, non faciant fidẽ iu-
dici,et ſi teſtes eſſent mortui, & ideò ſine diſcrimine
non obſtãte publicatione poſſunt teſtes nouiter reci-
pi coram iudice,& ita conclud.Nicol.Matta.& Bal.
in d.l.fi.& D.Maria.Soc.in ſuo trac.de teſt.ſub n.130.
ſub finem.Inn.in c.quintauallis,nu.3.verſ.item corã
huiuſmodi.de iureiur.& in c.cum Ro.poſt nu...verſ.
præferuntur.de teſtib.Fer.in for. oppo. contra teſtes.
poſt public.in gl.ſuntq; publicatis iam teſtib. poſt d.
nu.12.verſ.aut fuerunt recepti coram arbitrat.

Limitat tñ Bal.d.l.fi.col.1.verſ.quæro quid de teſt.
hanc diſtinctionem,niſi ex pacto partes aliud cõue-
6 niſſent,†tunc enim pactioni ſtandũ eſſet,iuxta l.legẽ.
C.de pac.& eſt doctrina notabilis Laſ.de Oriãn.in ſuo
tract.

tract. de teſtib. nu. 39. vbi eos vide. Innoc.in c.Quintauallis,de iureiur.& c.cum in tua, & ibi gloſſ. ſua in verb. præferatur. de teſtibus, contrarium tamen dicit Bart.in d.l.fi. in 2. notab.

Subamplia vſq; eo prædictam concluſionem procedere,
7 † vt etiam atteſtationes coram arbitro defuncto factæ etiam probent coram alio,not.in d.l.fin. & ibi DD.Bal.poſt Bart. in d.l.fi.col.1.in ver.reuoco ergo in dubiũ.C.de teſti.Butr.in c.præſentata de teſtib.

8 Tertiò principaliter amplia, † vt atteſtationes valeant,& faciant fidem,etiam ſi in quarta,quinta,ſexta,& vlteriori dilatione productæ ſint, ita in terminis concludit Capel.Tholoſ.in ſua quæſt.200. alias 199. ſi productio.Inno.in c.in cauſis circa princ. de teſtib. & ibi Abb. in fin.

Limita hanc ampliationem non procedere, ſi teſtes ſint didicit,& fuerit contradictum,& appellatũ,
9 † quia tunc non probant atteſtationes.per Innocẽ. & Sicul.in d.c.in cauſis. Aufr.ad d.q.Capel.Tholoſ.220. ſi productio. ſecus ſi pars aduerſa non contradixerit, eo enim caſo videtur receſſum ab illo termino excluſiuo,ſicut in ſimili,& fortiori caſu dicimus,valere teſtium receptionem factam poſt cõcluſionem in cau-
10 ſa, † ſi non fuerit contradictum. Rot. deciſ.5.ſi poſt concluſionem.in nou. Iaſ.in l.patre furioſo. num: 21. ff.de his,qui ſunt ſui,vel alien.iur. & Rot. deciſ. 468. nota ſi poſt concluſionem, in antiq.

Quartò amplia vt atteſtationes probent in alia in-
11 ſtantia, † etiam ſi reus eſſet abſolutus ab obſeruatione iudicij.Inno.in c.cauſam.in gl.in verb.iudicib.ſub nu. 1.de teſti.ex eo præcipuè, quòd atteſtationes po-
12 tius ſunt acta litis, † quã iudicij, reſpicientiaq; in factũ.Et propterea non vr̃ obſtare.l.properãdum.C. de iudic.vbi dr̃,quòd quando quis abſoluitur ab inſtan-
13 tia iudicij:tunc acta ipſius iudicij proſunt:† quia id eſt intelligendum de his,quę ſunt tantùm acta iudicij,& quæ ex ipſo iudicio oriuntur,& pendẽt:vt citationes, ſatiſdationes,& iſtiuſmodi, quæ verè proſunt. arg.l. pe.ff.iud.ſol. in quorum numero non ſunt atteſtationes,& confeſſiones, vt per eundem Inno.loc.ſup.cit.

Limitatur tamen hęc ampliatiò,vt procedat,ſi atteſtationes fuerint publicatę,quia aliàs proſunt teſtes cum inſtantia.ſecundum Bal.in l.properandum.§.& ſi quidem.in vlt.col.in verb.tertiò quæro.C.de iud.& Bart.in l.1.in verb not.hanc glo.nu.2.ff.quę in fraud. credit. Alex.in l. cum lite.ff.ſol.matrim.

14 Quintò amplia, † vt atteſtationes ſuper nullitate proceſſus, vel inſtrumenti probent quoad omnes, ſicut ſententia contra tertium prodeſt omnib. Alex.in l.2.ff.iud.ſol.Io.de Imol.in l.ſæpe.col.7. ff. de re iudi.

15 Sextò amplia,† vt atteſtationes corã executore Papali, vel alterius domini probent etiam coram quocũq; iudice.Bal.in l.fi.in 1.col.in fi.in verſ. quæro qd de teſtib.C.de teſt.maximè ſi ſit clauſula,ſi tibi cõſtiterit,vel ſi tibi probatum fuerit,ſecundũ Bal. ibid.

16 Septimò amplia, † vt atteſtationes factæ cõtra debitorem obſint creditori ſuper pignore omni caſu, quo noceret ſententia. Bart.in l.ſi ſuperatus.in fi.ff.de pign.& in l.ſæpè.in 1.quæſt.ff.de re iudic.l.ſi mater.§. fi.ff.de execu.rei iudic. Alex.in d.l.ſæpè.nu.125.idem Alex. in l. 2. col. 4. verſ.2.concluſio.C.de eden.& in conſ.61.viſo proceſſu.nu.9.lib.2.& in conſ.135. ponderatis in fi.& conſ.280.viſo ſummario.nu.16.vol.2. & fuit priuatiuum dictum Innoc.in c.cum cauſam,in pen.col.in glo.in verſ.preſump. de teſti.quod pro notabili dixit,& ſequitur Rom.conſ.311.in caſu propoſitæ conſultationis.nu.5.Matt.ab Afflic.deciſ.396.in cauſa Comitis.col.3.verſ.in contrarium dicitur.nu.3. Dec.in conſ.fin.in cauſa.nu.5.& Cur.iun.in conſ.72. Magnifici.col.1.verſ.ſic etiam contingit.Iaſ.in l. ſed & ſi poſſeſſori.§.fin.in 2.nota.ff.de iureiur.& Dec.in c.cauſam quæ, ante fi.de teſtibus.

17 Octauò amplia,† vt quemadmodum atteſtationes faciunt fidem in ciuilibus, ſic etiam probẽt in criminalibus,etiam in alio iudicio, & inter alias perſonas. c.teſtimonium.de teſtib. And Barbat.in ſuo tract. de teſtib.§.ſequitur quana pars, niſi ageretur de magno præiudicio,vt ibi per eum ſub nu. 1.facit, quod notatur in c.per inquiſitionem.de elect. & c.inter dilectos de fide inſtrum.

18 Nonò amplia, † vt atteſtationes non publicatæ in cã principali probent in cauſa appellationis. Salic. Alex.in l.2.C.de eden. Alex.in l.2. iud.ſol.

Limita primò concluſionem nõ procedere, nam quantumuis atteſtationes faciant amplam fidem in
19 vna cauſa † tamen poteſt quis iis vti in alia. l. ſpadonem.§.qui abſolutus,& ibi Nicol.de Neapol.in lect. Bart.ff.de excuſ.tut.vide Bart.in l.2.§.1.in pen.col.in fi.verſ.quæro quid ſi ille.ff. vi bono.raptor.

20 Limita ſecundò † atteſtationes teſtium examinatorum parte non citata non probare,cap.præſentata de teſtib.l.non diſtinguemus.§.de offic. ff. de arb. ſecundum Bal.de pace Conſtant.Franc.Marc.in deciſ. Delphin.q.803.num. 5.

Subamplia hanc limitationem etiam procedere in declarationibus,quæ factæ fuerunt parte non citata,& ſic fidem non faciunt.c.2.de teſt.l.iuſiurandi, & l.ſi quando C. de teſtib.

21 Tertiò limita, † vt atteſtationes non publicatę nõ faciant fidem in aliquo iudicio etiam inter eaſdem perſonas,prout dicit Fel.in c. cauſam,quæ nu. 13. de
* teſtib.qui de * communi atteſtatur, & etiam ſi iudex coram quo producuntur,ſit ſecundæ inſtantię ſecun-
* dum Alex.qui pariter atteſtatur de * communi.in cõſ. 82.num.20. vol. 3.

Amplia iſtam limitationem habere locum,etiam ſi dictæ atteſtationes eſſent translatę in aliqua monumenta ad perpetuam rei memoriam. vt in l gesta. C. de iud.& t.ot.in l.3.ff.quę in fraud.cred.D.Nell.à Gemin.in tract.de teſt.nu.81.& per ea, quæ ibi notabili-
22 ter adducit, & ꝙ atteſtationes non publicatæ † non probent in alia inſtantia.tradit Purp.in l.is apud quẽ. nu.96.C.de eden.Fely.qui declarat materiam in c.licet cauſam.col.3.ver.fallit.2.de prob. Quod ampliatur etiam ſi publicentur à iudice alterius inſtantiæ,vt per Bart.in d.l.geſta,quẽ ſequitur Alex.in d.l. is apud quem concludens,hoc caſu iterum teſtes eſſe examinandos,& ibi cum eo tranſit Purp.d.nu 96.præſertim ſi iſte iudex alterius inſtãtiæ ſit pęnitus diuerſus à primo,quia tunc,vt ipſe dicit,res clara videtur, & idem fortè erit dicendum, ſi publicentur à ſucceſſore pri-
23 mi iudicis,qui examinauit,† ſi tamen teſtes ſint viui, & præſentes,alioqui ſi reperirentur mortui,vel eſſent viui,ſed diu abſentes fidẽ facerent, vt concludit Purpur.loc.ſup.cit.nu.97.& Alex.ibi ante eum,& in cõſ. 82.viſo proceſſu.lib.3. Intellige hoc tamen procedere,niſi ei,qui examinandos curauit, poſſit aſcribi negligentia,quia tunc non obſtantẽ morte, vel diutina abſentia fidẽ non facerẽt.Bal.in c.conſuluit.cir.fi.de offi.deleg.ſequitur Purp.vbi ſup.nu.97. in fi.

Sublimita hanc tertiam limitationem,vt non procedat,quando dicta teſtium eſſent ſubſcripta nedum per notarium,qui ea ſubſcripſit, & recepit, ſed & per
24 iudicem,& Cõmiſſarium,qui examinauit,† quia tũc etiam non publicatis atteſtationibus à Iudice examinante,vel qui examen cõmiſit,poterunt in alia inſtãtia per aliũ Iudicẽ publicari, ſi credimus Aquenſi in d.l.is apud quẽ. C. de eden. ꝙ tñ non approbat Purp. ibi.nu.69.ex plurib.rationib.quas per te videas.

25 Quartò limita † atteſtationes nihil probare,niſi depoſitæ fuerint intra terminum ſtatutum à iudice, qa ſi poſt illud tempus producantur,nullius ſunt fidei,vt docuit Bar.in l.2.in fi.ff.de appel.quem ſequitur Bal. in l. 2. in 13. quæſt. C.de epiſcop.audien. & in l.ſi ea. C. qui accuſ. non poſſ. cui adhæret. Aret.in cap.licet cauſam.de prob.in 7.col.pro quo facit text. in d. cap.

licèt cauſam.in verb.nullatenus.& in c.paſtoralis.de except.& glo.in auth.ſi qua mulier. C. ad Velleia.& accedit Io.Cro.in ſuo trac.de teſt.§.aggredior.n.270.

Quinto limita,vt non procedat concluſio in atte-
26 ſtationibus ſumptis in iudicio ſummario,† quia fidẽ non faciunt in plenario ; maximè ſi in eo agatur ad alium finem.c.veniens. el 2.de teſtib.& quod ibi per Doct.& per gloſ.Inno.& doct. in c. cum dilectus. de ordin.cognit.& per Bertr.conſ.1.nu.133.lib. 1.

Sextò limita concluſionem in atteſtationibus in ſcriptis iudici miſſis per teſtem,quę non probãt.Abb. in c.de teſtib.nu.10.verſ.vlt.hic quęritur quid ſi teſtis ſcripſit teſtimoniũ.& tradidit ſcripturã iudici,de teſt.& c.à nobis.§.ad hoc.ibi, nullius momenti.& Abb. nu.1.& 3.& glo.1.qui matri.accuſ.poſ.& ibi gl. ſuper verb.preſumptionem.& c.teſtes,in prin.3.q. 9. Rom. conſ.204.pro diſcutienda,col,2.nu. 6. verſ. quoniã vt dictum teſtis.Spec.§.nunc tractandum,qualiter. poſt nu.17.verſ.quid de muto,ibi.arg.tamen contra,tit.de teſte.Alex.l.qui bona.§.ſi alieno.col.6.verſ. pro hoc facit,poſt nu.21.de dam.infect.Tiber.Decia.cõſ. 51, & prima fronte ſic diſcurrenti,nu. 1.per rõnes ibi vſq; ad nu.4.& ibi nu.5.verſ.in ſcriptis miſſa.vol.2.Rom. in l.admonendi.poſt nu.57. verſ. aut in vim teſtimonij,quoniam vt dictum teſtis. de iureiur.

Amplia dictam limitationem etiam ſi prius in iudicio iuraſſet.Bal.l.in bonæ fidei,ver.ſequitur videre. C.de reb.credit.& in l.iuſiuran.C.de teſt.verſ.ſed hic quæro.Tiber.Decia.d.cõſ.51.nu.6.verſ.ꝙ talis teſtis.

Contra ſupradictam limitationem tenet Bar.in l. Theopompus.de dot.preleg.nu.12.verſ.quęro, an teſtis,quem ſequitur Alex.in l. legata inutiliter. nu. 7. verſ.item inducitur iſte text.ibi veriorẽ puto opinionem Bar.de leg.1.Spec.d.§.nunc tractandum.verſ.3, quid de muto,nu.17.tit.de teſte.Lanfranc.de Oria.in c.quoniam cõtra.& ibi Apoſtil.in verſ.ſcriptum, nu. 5.de prob.& in verb.teſtis.quos Bar.& Alex. refert & ſequitur Tiber.Decia.d. conſ.51.nu.96. verſ. quia reſpondetur.vol.2.col.24.

Amplia hanc contrariam opinionem , vt poſſit ẽt per procuratorem,vel nuncium deponere. Bart. in l. qui bona.§.ſi alieno.col.2.nu.15.verſ. quod aduerſarius nõ vult,de dam.infect.Rom. ſing.8. vtrum iuramentum teſtis.& ibi addit Abb.c.licet ex quadã, poſt nu.6.verſ.ſed credo,de teſti.quod nõ liberè affirmat, tamen dicit,vbi à iure requiritur proprium iuramentum,vel per ſtatutum , non ſufficit per procuratorem etiam peculiariter deputatum .

Intellige,& declara ſupradictam contrariam opinionem,& eius ampliationẽ procedere in ciuilibus, & vbi talis eſt cõſuetudo,glo.in d.c.teſtis.3.q.9.ſuper verbo ſed præſentes.Bar.d.l.qui bona.§.ſi alieno.col. 2.nu.16.verſ.prædicta puto,& nu. 17. verſ. idem dico in teſtibus,de dam. infect. Rom.d.conſ. 204. num. 4. verſ. cõcludens pretium,& poſt nu.7.verſ.hęc autem vera ſunt,niſi aliter diſponit patrię conſuetudo, prout eſt conſuetudo Venetijs. vt teſtatur Nicol. Franc. in add.ad Abb.in d.c.de teſtib.in verb.an teſtis poſſit deponere,& reſpicit cõſuetudinẽ.patriæ, dicit Rom. d.l.admonendi.nu.59.verſ.& ex predictis.de iureiur.

Intellige etiam ſupradictam limitationem,& eius ampliationem procedere, quãdo iudex vellet in ſpecie ipſe videre qualitatem,& vultum teſtis,& in ſcriptis redigere dictum eius, vt quia fortaſſe teſtes ſunt ſuſpecti,& viles,vt per tenentes contra Bar. per eorũ rationes,& ſentit Bart.in d.l.Theopompus,& alij ſupra allegati,& Decia.d.conſ.51.col.25. nu. 101. verſ. 4.dico,vt iudex poſſit cognoſcere quo vultu,& trepidatione teſtis deponat, vt ibi etiam in contrarijs dicitur,& idem Bar.in d.l.Theopompus,poſt num. 12. verſ.ſi tamen iudex.de dote præleg.& Alex. d. l. inutiliter.poſt nu.7.verſ.niſi iudex aduertit , de leg. 1. in d.l. qui bona.§.ſi alieno.col.6.verſ.pro hoc facit , de dam.infect.& refert Abb.d.c.à nobis.poſt nu.3.verſ. licet fateatur,qui matri.accuſ.poſſ.& in d.c.de teſtib. poſt nu.10. verſ. licèt iudex poſſit compellere. de teſtib.vel quando pars opponeret, & contradiceret dictæ teſtificationi,vt Abb.d.c.de teſt.in fi.Tib. Decia. d.conſ.51.poſt nu.96.verſ.2.reſpondetur, col.24.

Quod tamen locum ſibi vẽdicat in criminalibus, vt d.glo.c.teſtes ſuper d.verbo ſed præſentes.3.q.9.& Bar.d.l.qui bona.§.ſi alieno.nu.16.verſ. prædicta puto,de dam.infect.& ſentit Alex.in d.l. legata inutiliter.poſt nu.7.verſ.niſi iudex,alleg.l.de minore.§.tormenta.de q.& Bar.d.l.Theopompus.nu.12.verſ.ſi tamen iudex,de dot.præleg.& Rom.d. l. qui bona. §. ſi alieno.nu.10.verſ. 1. caſu poteſt iudex indiſtinctè.

Primò ſublimita dictam limitationem nõ procedere in muto,qui in ſcriptis poteſt teſtificari. Spec. d. §.nunc tractandum qualiter. verſ.quid de muto. nu. 17.tit.de teſte,& Abb.d.c.de teſt.poſt nu. 10. verſ. ſecus in muto. de teſtib. & in alia facit ſaltem præſumptionẽ,vt & gl.d.c.à nobis.qui matri.accuſ.poſſ.ad ꝗ vide not.in l.à diuo Pio.de re iud.Bal.in d.l. in bonæ fidei.C.de reb.cred.& l.iuſiurandi.C.de teſtib.Lanfr. d.c.quoniam contra.& eius ibi datas limitationes,de proba.& Anton.in c.licet ex quadam.de teſtib.

Secundò ſublimita, etiam quãdo periti in arte deponerent,vt Bar.in l.1.in fi.& l.vel ꝑ literas.ff.ſi mẽs. falſ.mod.dixer.Decia.refert, & ſequitur col. 25. poſt nu.107.verſ.3.reſpõdetur.& allegat.Fel.in c. de teſti. Quod & in dies obſeruatur,& generalis eſt conſuetudo,vt periti in arte tranſmittant iudicibus eorum relationes in literis etiam clauſas.

Tertiò ſublimita,niſi partes ex conſenſu ducerent dictum teſtem ſcribentem ad iudicem,vt ea quę ſcripſit,voce aperiret, eo in caſu plenam fidem faceret, vt Rom.d.l.admonendi.poſt nu.57.verſ.bene tamen confiteor de iureiur.

Ac poſſet procedere in iudice ordinario forſan, qui tenetur procedere ſecundum iuris ſolemnitates. l. 3. de teſtib.niſi eſſemus in notorijs, in quibus creditũ teſtibus etiam non iuratis.c.tua nos.vbi glo.ſuper verb. teſtimonio,de cohabit.cleric.& mulier.& Rom.in l. admonẽdi.de iureiur.poſt nu.99.verſ. primus. qñ deponũt ſuper eo quod eſt notoriũ, & ibi vide quatuor caſus,vbi teſtis poteſt corã iudice ſine iuro deponere ſuper eo,quod eſt notorium,ſecus in arbitro , vt Tib. Decia.d.cõſ.51.poſt nu.101.verſ.quintò, vt tollatur.

Reliqua huc ſpectantia videas infrà in verb.teſtis, & adeas Fel.in c.cauſam.& ibi latè Aret.de teſtib.

CONCLVSIO CL.

ARGVMENTVM.

Cum auari omnes præſumantur , declaratur in quibus id potiſſimum locum habeat.

SVMMARIVM.

1 *Auarus quilibet præſumitur.*
2 *Clericorum genus præſumitur auariſſimum.*
3 *Mulierum genus auariſſimum præſumitur.*

1 Auarum †quemlibet præſumi facilè colligi põt ex reſpõſo Pauli in l. cũ de indebito.ff.de probat.& l.quæ dotis.ff.ſol. matr. l. 2.C.quod met.cauſa,qui magis dolet pro amiſſis,quã pro non acquiſitis.Tiber.Decia.conſ. 4. ſufficere poterant.col. 17.nu. 55. inquiens dicere Gregor. lib. 15. moral.Naturã auari eſſe, vt magis doleat ex amiſſione iam partorũ quam acquirendorum, ſemper auarũ dolor

dolor fatigat,vt cum ſolicito timore cuſtodiat,quod tam anxiè cōcupiuit,& graui labore meminit acquiſitum, gratius intuetur aurū, quàm ſolem. c. ſicut hi. 47.diſt. vbi bonus text. de auaro loquens.& ibi gl. 1.

Cuius naturam optimè Valer.Maxim.explicauit, lib.9.c.4.dum inquit, protrahatur etiam auaritia, latentium indagatrix lucrorum, manifeſtè prędæ auidiſſima vorago,nec habendi fructu felix, & cupiditate quęrendi miſerrima. Vnde non immeritò traditum eſt à Diogene,Auaritiam ipſam eſſe arcem omnium malorum. Et Marcus Cato apud Aul.Gell.lib. 2.c.2.auaritiam omnia peccata habere exiſtimat, & Ariſt.lib.2.Politic. c. 7.tradit omnia peccata voluntaria ab auaritia, & ambitione procedere.

Amplia concluſionem procedere maximè in cle-
2 ricis,† quorum genus præſumitur auariſſimum, vt dicit glo.in c.ſi pluribus.in verb.maioris.de præbend.lib. 6.& in c.nonnulli.de cleric.non reſiden.Ioan. Andr. in c.peruenit.de cenſib.quem refert Crauet.conſ. 11. nu. 16. iuxta illud.

Vna ſacerdotis manus accipit, altera condit;
Tertia ſi fuerit,tum dare promptus erit.

Vnde vulgo dici ſolet, clericos communiter habere in armis ſuis quinque, id eſt,

Toì,tira,tieni, toſto, è tutto.

Sed fortè & etiam laici nedum clerici talia arma fuerunt,vnde poſtea venit illud,vt malè parta, malè dilabantur,quod enim nequiter partum eſt,diu ſtare non poteſt,c.eijciens.§.ſed ſubſtantia talium.88.diſt. de quibus poſſunt dici verſus.

Congeries lapidum varijs conſtructa rapinis.
Corruit, & alter raptor habebit eam.
Sic vos non vobis has collegiſtis ædes,
Sic vos non vobis has collegiſtis opes.

3 Amplia ſecundò† concluſionem potiſſimum procedere in mulieribus, quarū pariter genus præſumitur auariſſimum,arg.l.ſed & ſi.vbi gl. ff.ad Velleia.l. ſi ſtipulata,in fi.ff.de iur.dot.& notat Soc.ſen. in cōſ. 214.nu. 10.vol.2.glo in l.quę dotis.ſolut.matr.Rom. l.de quæſt.nu.35.C.de pact.

Tertiò amplia procedere potiſſimè in medico, vt Tiraq.tract.de nobilit.c. 31.tit.an ars med.nobil.deroget.& num 437.verſ. his prætermitto, vltra alia ibi narrata, videlicet adulterium, veneficium, auaritia, & arrogantia,vt ibi pluribus.in eos inuehit.

Quartò amplia,vt procedat etiam in iudicibus, quibus præcipuè adſcribitur auaritia, vt dicit Neuiz. in ſilua nuptial.lib.5.verb.iudicandū.fol.mihi 229.col. 2.ex mēte Ariſt.car.18.problem.4 Hinc pictores pingunt quinque,videlicet, Papam, iudicem, militem, agricolam, & fœminam, & ſubſcribunt Papæ quòd orat pro illis quatuor,militi,quòd defendit illos quatuor,agricolæ,quod alit alios quatuor,mulieri, quod decipit illos quatuor,iudici autem, quòd furatur illis quatuor.eſt enim auaritia omnium malorum mater. §.cogitatio,in authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffragio. Hipp. ſing. 190. iudices.

CONCLVSIO CLI.

ARGVMENTVM.

Auditus quid probet.

SVMMARIVM.

1 *Auditu quid poſſit probari,vide ibi.remiſſiuè.*
2 *Verus actus hominis vbi probandus eſt, non ſufficit probatio per auditum.*
3 *Antiqua poſſunt probari per auditum.*

1 Auditu quid poſſit probari, † adhibendus erit Tiraquel.de pręſcrip. in fin.in verb. ne crediderit. §. 2.& adeundus omninò Franc. Arer.in cōſ.37.nu.1.2.3.& 4 Doct. in l.pen.ff.de probat.& conſulendus Ioan. Anna.in ſuo tract.de teſtib. Bal.in l.in ſumma.§.idem Labeo.ff.de aqu.pluu. arcen.Doct.in c.teſtes.3.q.9.Spe.in tit.de teſte, in prin. verſ.quid ergo. & diſtinctionem Ioan. Andr. in cap. 3. extra de teſtib.

2 Et in vniuerſum id in præſentia ſcias, † quòd vbi verus hominis actus eſt probandus, probatio per auditum non ſufficiat,ſi credimus Iac.de Aret. & Cyn. in l.teſtium.C.de teſtib.Inno.in c.cum cauſam.extra de teſtibus. cum alijs adductis per Curr. ſen. in conſ. 82.num. 10.

3 Limita † non procedere in antiquis, & in his, quæ hominum memoriā excedunt,quia talia auditu probari poſſunt:prout dicit Mantu.in conſ.4.nu. 32. vol. 1.& Rim.ſen.in conſ.93.nu.3.vol.1.

CONCLVSIO CLII.

ARGVMENTVM.

Augmentum dotis de bonis cuius præſumatur eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Augmentū dotis præſumitur eſſe de bonis viri, niſi in inſtrumento exprimatur,vnde illa pecunia prouenerit.*
2 *Augmentū dotis non præſumitur eſſe de bonis viri, quando mulier haberet agnatos ditiſſimos.*

Augmentum dotis pręſumitur eſſe de bonis viri, niſi ex-
1 primatur in inſtrumento, † vnde pecunia illa prouenerit,colligi poteſt ex reſponſo Pomponij in l.Quintus Mutius.ff.de donat.inter vir.& vxor.

Quintus Mutius,inquit I.C.ait,cum in controuerſiam venit,vnde ad mulierem quid peruenerit,& verius & honeſtius eſt,quod non demonſtrat, vnde habeat,exiſtimari à viro, aut qui in poteſtate eius eſſet, ad eam perueniſſe.c.2.eo.tit.& notat Spec. tit. de dote reſtit.§.nunc de dote.num.11.verſ.& ſic nota.& §. formatis.verſ.quid ſit vir diu.num. 29. Vide omninò Soc.ſen.in conſ.65.nu.6.vol.1. Apoſtil.ad Bar.in l. qui iur.ff.de acquir. poſſ.& ibi Doct. Alex. in conſ. 24. in princ.vol.1.& in conſ 40.nu.16.vol.3.Alc.in tractat. præſumpt.in 3.regul.26.præſumptione, vbi latiſſimè. Rip.in l.fœminæ.num. 39. & ſeq.C. de ſecund.nupt. Neuiz.in ſilua nuptiali,in 4.lib nu. 20. cum pluribus ſeq.Pariſ.in conſ.80.nu.12.vol.1.& Dec.in conſ.237. num.9.

Limita concluſionem non procedere,quādo mu-
2 lier haberet agnatos ditiſſimos, † & in eam liberales, iuxta ſententiam Socin. iun. poſt Alex. in conſ. 139. nu.12.vol.2.& quòd augmentum dotis differat à donatione propter nuptias, ad id erit adeundus Natt. conſ.253.quædam domina Anna.nu. 7. vol. 2.

CONCLVSIO CLIII.

ARGVMENTVM.

Authoris alicuius rei atteſtationi an ſtetur.

SVMMARIVM.

1 *Authoris atteſtationi alicuius rei, videlicet ſcripturæ, vel inſtrumenti ſtatur, & facit fidem.*
2 *Author præſumitur bene inſtructus de veritate eius rei, cuius eſt author.*

1 **Authoris** alicuius rei atteſtationi,† veluti ſcripturæ inſtri,&c.credi, & fidem facere,pluribus non eſt confirmandum, cũ ex ſe pateat,cuius rei rõ eſt,quia ipſe author præſumitur
2 plenè inſtructus de cognitione,& veritate eius rei † ſeu ius author eſt.argum.l.ſi quis ex argentariis. §.fi.ff.de edend.l ſi quis decurio.in fi.C.de fal. & not. Bart. in d.l.ſi quis ex argentarijs.§.cogentur.& Lap. in alleg. 77.num. 5.

CONCLVSIO CLIV.

ARGVMENTVM.

Authoritas ſuperioris quomodo interueniſſe præſumitur.

SVMMARIVM.

1 *Authoritas ſuperioris requiſita præſumitur interueniſſe ex temporis diuturnitate.*
2 *Authoritas ex diuturnitate temporis præſumitur interueniſſe,commorante ſcientia,& patientia illius,cuius authoritas requirebatur.*
Reliqua vide in verbo decretum,& in verbo ſolemnitas.

1 **Authoritatem** ſuperioris † requiſitam præſumi interueniſſe ex diuturnitate tpis, nos docuere iuris Pontificij profeſſores in c.illud de præſ. & recentiores in c. requiſiſti.de teſta.Iaſ.in l.ſciendum.nu.17.ff.de verb. obl.& idem in l.qui in aliena.nu.36.ff.de acq. hær. & idem in l.1.nu.11.& ibi Doct.C.qui admit. nu. 77.& ſeq.& ad hoc faciunt notata per Iaſ. in d.l.qui in aliena.n.35.vſq; ad nu.40.Soc.conſ 56.nu.25.vol.2 Caſſan.conſ.17.nu.11.Crot conſ.26.nu.14.Bert.conſ.17. nu...lib.1.Alex.in conſ.79.in 2.vol.1.Gozad.in cõſ. 11.nu.15.& Rol.à Val.in cõſ.99.nu.26.vol.2. Afflic. deciſ.107.Soc.iun.in conſ.56.nu.25.vol.2. vbi adiungit concluſionem ad multa ſingularia.

Quæ tamen authoritas non præſumitur ex lapſu decem, vel viginti annorum, ſicut reſpondit Ioan. Crot.conſ.26.dudum Domina Iulia.nu.14.per Bald. in l.2.C.de leg. hæred.

2 Verùm intelligas concluſionem procedere,† quãdo vltra diuturnitatem temporum accedit,& concurrit ſcientia, & patientia eius cuius requirebatur conſenſus,ſic conſuluit Alex.conſ.9.nu.8.lib 4.ita tradidit Crauet.de antiq.temp.3.par.§.1. nu. 18.

CONCLVSIO CLV.

ARGVMENTVM.

Authoritates quãdo,& quomodo probẽt.

SVMMARIVM.

1 *Authoritates,quando probent,vide remiſſiuè.*
2 *Conditio hominum eſt varia,quorum authoritas propter diuerſas proprietates fidem facit, vt ibi.*

1 **Authoritates** † quando probent, cõſulendus erit Bart.in l. 1.ff.ſi cer.per. & ibi omnes * communiter ſcribentes, & maximè Parpal.qui multas ampliationes, & limitationes ibidem congeſſit,& Calcan.in conſ.11.nu.3.
2 Et cum † varia, & multiplex ſit hominum conditio, quorum authoritas partim propter vitæ ſanctitatem, & morum probitatem, partim propter egregiã literatum,qua alijs præcellunt,ſcientiam,fidem facit qualiſeſt authoritas ſanctorum,ſacrorum Pontificũ decreta,ſanctiones, & reſcripta Imperatorum, & cætera id genus alia. Ideò de iis hic ſigillatim ſcribere ſuperſedebimus,vnamquamque infrà ſuo loco dicturi vberius.

CONCLVSIO CLVI.

ARGVMENTVM.

Auus an in dubio præſumatur dotare neptem contemplatione filij,vel ipſius neptis, vel ipſiuſmet.

SVMMARIVM.

1 *Auus in dubio præſumitur dotare neptem propter filium.*
2 *Auus regulariter præſumitur dotare neptem contemplatione ipſiuſmet neptis.*
3 *Dos data ab auo nepti ipſi filio in legitimam imputatur. & ibi contrarium.*
4 *Dos ſi data fuerit nepti ab auo contemplatione filij, ipſi filio in legitima computatur.*
5 *Dos data ab auo nepti non imputatur in legitima,quando liquidè,vel per vehementia indicia conſtat datam fuiſſe contemplatione ipſius neptis,& non filij.*
6 *Filia dotata a patruo habente bona communia cum fratre,cenſetur dotata de bonis communibus pro parte bonorum patris ipſius filię.*
7 *Neptis in dubio dotata præſumitur contemplatione filij, & ad eius exonerationem.*
8 *Communis ſententia eſt, auum in dubio præſumi neptem dotare filij contemplatione.contrar.nu.9.*
9 *Aduentitium dicitur, quod habet nepos ab auo quoad ipſum patrem, & datum præſumitur contemplatione nepotis, & non filij.*
10 *Auus neptem dotare præſumitur,vt filium ab onere huiuſmodi releuet.*
11 *Dotem datam nepti computari filio in legitimam, in quibus caſibus procedat.*
12 *Aui obligatio in dotando ſecundaria eſt,patris verò principalis.*
13 *Datum nepti ab auo quando dicatur profectitium, vel non.*
14 *Dotem relictam nepti ab auo eſſe profectitium, quomodo locum habeat.*
15 *Neptem in dubio non præſumi dotatam ab auo contemplatione filij,quando pater eſſet pauper.*
16 *Auus in dubio videtur dotare neptem contemplatione ſuimet, non filij.*
17 *Dos, quando videatur data nepti contemplatione ipſius neptis.*
18 *Auus ſi diues eſt,& filius pauper habet onus dotandi,& filius non tenetur ſibi in legitimam computare.*
19 *Pater ſi inops eſt,& mater diues ſit,mater dotare tenetur.*
20 *Auus de proprio patrimonio dotem dare videtur.*
21 *Auus nepti dotem dare tenetur, ſiue filius diues ſit, ſiue pauper.*
22 *Neptis quomodo in dubio teneatur, vel non ſibi computare dotem in legitimam.*
23 *Legatum factum filiabus filij naſcituris, factum præſumitur contemplatione filij,contrar.nu.26.*
24 *Affectio non habetur ad ignotos.*
25 *Legatum factum a patre, vel ab auo filiabus, vel neptibus naſcituris, dicitur potius filio eſſe relictum.*
26 *Propinquus legans propinquo, ratione propinquitatis legare videtur.*
27 *Auus præſumitur inſtituere nepotem,vel neptem,ſi filium exheredauerit.*
28 *Auus ſi dotem dederit ſimpliciter, dotaſſe præſumitur de bonis ipſius, vel filij.*
29 *Auus ſi in conſtitutione dotis iuſſerit neptẽ tacitam,& cõtentam eſſe,dotaſſe præſumitur contemplatione filij,etiã quod pater eſſet diues.*

30 *Auus*

30 *Auus ſi adminiſtrator eſt bonorum filij, dotare neptem cen ſetur filij contemplatione. Idem eſt in patre.*
31 *Auus dotans neptem quando cenſeatur dotare neptis contemplatione.*

1 Auum præſumi in dubio dotare neptē † ꝓ
pter filium cauit Celſus in l. dotē de
dit, de colla. bon. vbi etiam Bar. num. 2. verſ. aut eſt du-
bium. Occurrit æquitas rei, inquit I. C. vt quod pater
meus propter me filiæ meę nomine dedit, perinde ſit,
ac ſi ipſe dederim, quippe officiū aui circa neptē ex
officio patris erga filium pendet, quia pater filiæ, ideo
auus propter filium nepti dotē dare debet. habemus
etiam à Pomponio in l. quintus. §. ſi. de ann. leg. & do-
cuit Alex. in l. in quartā poſt nu. 27. verſ. ſed ſi dotauit
contemplatione filij, ad l. Falc. Barto. conſ. 130. primo
arguitur poſt nu. 1. verſ. in contrarium videtur, quod
conſiliū allegatur, pater dedit dotem, gl. l. auus, de iur.
dot. ſuper ver. habuiſſet. Dec. cōſ. 81. in caſu propoſito
agam. col. 3. poſt nu. 5. verſ. ſecus ſi contemplatione
filij, quē allegat, & ſequitur Crauet. conſ. 219. licet da-
tum nepoti ab auo. nu. 2. verſ. ſed ex præmiſſis, in quo
* loco teſtatur hanc eſſe * communē opinionē, in 2 par
te. Rui. conſ. 30. circa primum. poſt nu. 9. verſ & ad cō
firmationem. ibi, aut fauore filij, vol. 2 Bertr. conſ. 73.
viſo caſu mihi exhibito, col. 3. nu. 2. verſ. tum & quia
vol. 2. Pau. de Montepico in repe. d l. in quartā. col. 78.
num. 240. verſ. quæſiuit Ang. Io. Crot. in repet. l. 1. col.
20. nu. 81. & ſeq. notabis tamen quòd iſta, ſolu. matr.
& in cōſ. 1. nu. 20. verſ. ad hoc enim reſpondeo.

Contra ſupradictam concluſionem, imò contēpla
tione ipſius neptis præſumi auum dotē dediſſe, cōſul-
uit Alex. conſ. 199. nu. 7. vol. 2. teſtatur Accurſ. in l. qui
in aliena §. interdu, ſuper verbo, facit hæredē. de acq.
hæred. glo. & Doct. in l. quæſitum. in prin. ſuper verb.
ſeruo. de leg. 1. Alex. d. l. in quartam. col. 14. poſt num.
27. verſ. ſed in contrarium, facit id, quod not. ad l. falc.
Crau d. conſ. 219. in prin. vbi conſtituit regulam. con-
2 tra: ideſt, † vt regulariter præſumatur datum ab auo
contemplatione ipſius neptis, & ibi in verb. non omit
* to, refert Cor. in conſ. 34. vol. 4. dicentes hanc eſſe * cō
munem opinionē. licèt alibi idem Corn. in conſ. 200.
col. fi. vol. 3. non auſus fuerit hanc quæſtionem diri-
mere. in hanc eandem ſniam deſcendit Rui. d. cōſ. 30.
verſ. & ad confirmationem. col. 3. poſt dictum nu. 9.
Bertr. d. cōſ. 74. poſt nu. 21. verſ. tum & quia eſto, ꝙ in
dubio, vol. 2. Rom. d. l. qui in aliena. §. interdum. nu. 9.
verſ. & quia relictum filio in dubio, de acq. hære. Rui.
conſ. 72. habita ſuper eis. poſt nu. 4. verſ. imò legatum
hoc dici debet aduentitium, d. vol. 2. & faciunt dicta
per eundem Rui. conſ. 8. caſus, de quo quæritur. nu. 3.
d. vol. 2. Soci. iun. conſ. 77. item quinque, vel ſex. nu. 2.
verſ. tamen videtur poſſe reſponderi., vol. 2. & num. 4.
verſ. vel tertiò. per l. nec adiecit. pro ſocio.

Si priorē opinionē retinere voluerimus, inferre po
3 terimus: † vt dos data ab auo nepti ipſi filio in legiti-
mā imputet, l. qm̄ nouella. & l. omnimodo. C. de inof.
teſt. l. profectitia. in prin. de iur. dot. Cyn. in l. ſcimus.
nu. 5. C. de inoff. teſta. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. de
vulg. & pupill. Alex. in d. l. in quartam. poſt d. nu. 27.
verſ. & tūc debet, ad l. Falc. Bar. cōſ. 130. nu. 2. verſ. ſup
eo verò, ꝙ per D. Miguatiā. Rip. in d l. in quartam. nu.
206. verſ. an aūt neptis. Alex. conſ. 30. col. 2. verſic. ſed
iuxta hoc, vol. 4. & conſ. 154. col. 2. verſ. & benefacit.
vol. 7. Bal. in auth. ex teſtō. nu. 13. C. de colla. bon. d. l.
auus. vbi glo. ſuper verb. habuiſſet. de iur. dot. Dec. d.
conſ. 81. d. verſ. ſed in dubio, Alciat. tract. de præſump.
reg. 1. præſum. 17. nu. 4. verſ. quæſtio eſt, nūquid. Doct.
* * communiter in d. l. in quartam Rui. d. conſ. 30. poſt
nu. 10. verſ. dicens eo caſu. d. vol. 2. Bertr. d. conſ. 73. d.
col. 3. nu. 22. verſ. quod ēt ſi eſſemus in caſu. Picus in
d. repet. d. l. in quartam. 55. poſt nu. 231. verſ. præterea
& hoc aduerte ibi, pater de iure communi.

Contrà ſupradictam illationem, ꝙ non computetē
in legitimam, tenet Dec. d. cōſ. 81, poſt d. nu. 5. d. verſ.
vbi concludit. & iūra ſupra in contrarium allegata, &
d. l. auus. & ibi gl. ſup verb. habuiſſet. de iur. dot. Picus
d. repetitio. l. in quartam. nu. 241. Illuſtriſ. Cardin. Al-
ban. in ſuis perlucidis ad Bar. lucubrat. in d. l. dedit do-
tem. de coll. bon.

4 Concilies hoc pacto, vt prior opinio, † & eius illa-
tio procedat, qō conſtat, auum dotē dediſſe nepti con
templatione ipſius filij, vel ſaltem dubitatur, quo ca-
ſu, ſ. in dubio idem eſt ac ſi contemplatione filij dotaſ
ſet, tunc enim computatur dos data ab auo in legiti-
ma, vt tradidit Accurſ. in d. l. dedit dotem. ſuper verb.
idem, in prin. de collat. bon. & d. glo. in d. l. auus. ſuper
ver. habuiſſet. in princi. de iur. dot. Alex. conſ. 21. viſo
teſtō, vol. 4. & expreſsè idem Alex. in l. in quartā. n. 27.
verſ. quærit ēt Ang hic, ibi. ſed ſi dotari. ff. ad l. falc. &
Bat. d. l. dedit. nu. 2. verſ. quandoq; auus. Dec. d. conſil.
81. poſt nu. 5. col. 3. verſ. & iſta benè procedunt. Socy.
conſ. 33. circa præſentem conſultationem. col. 6. poſt.
num. 16. verſ. quoniam ad hoc reſpondetur. vol. 3. per
Bar. & alios in d. l. quæſitum. nu. 4. ff. de leg. 1. Rum. d.
conſ. 30. verſ. aut fauore filij. Bertr. d. conſ. 73. poſt nu.
21. verſ. tamen non procederet. Picus d. repet. l. in quar
tam. col. 79. poſt nu. 241. verſ. aut auus dotauit neptē
contemplatione filij expreſsè.

Poſterior verò contraria opinio dotem datā nepti
ab auo, non debere imputari in legitimā procedit, qū
5 conſtat liquidò vel per vehementia indicia, † auū ne-
pti dotem dediſſe contemplatione ipſius neptis, & nō
filij: vt Alex. d. l. in quartam. d. col. 13. nu. 27. verſ. quæ-
rit etiam Ang. hic de mente dicti Angeli ibi, & ſic di-
cit intelligere d. l. auus. de iur. dot. Barto. d. l. dedit. poſt
nu. 2. verſ. aut dedit contemplatione neptis. de collat.
bon. & gl. ibi ſuper d. verbo idem in 2. reſponſo, ibi ꝓ-
pter nepotem, gl. in l. qui in aliena §. interdum. ſuper
verb. fecit hæredē. de acq. hær. vbi Doct. Alex d. conſ.
30. nu. 5. vol. 4. & cōſ 117. nu. 5. vol. 6. Cyn. d. l. ſcimus,
d. nu. 5. quinta q. C. de inoff. teſta. gl. in d. l. auus. ſuper
verb. habuiſſet. de iur. dot. Bar. in d. l. quæſitū. in princ.
de leg. 1. & ita tenet. Dec. d. conſ. 81. poſt d. nu. 5. verſ.
& iſta concl. & verſ. vbi concludit, Rui. d. cōſ. 30. poſt
nu. 9. verſ. & ad confirmationem. vol. 2. Bertr. d. conſ.
73. 3. col. poſt nu. 22 verſ. Ang. in d. l. in quartam. Bart.
in auth. ex teſtamento. in fin. poſt nu. 4. verſ. in contra-
rium videt̄. C. de ſecund. nupt. Picus d. repet. l. in quar
tam. col. 79. nu. 241. ad l. falc. & per not. per Socy. iun.
d. conſ. 77. nu. 4. verſ. vel & tertio. d. vol. 2.

Amplia concluſionē ēt locum habere in dote da-
ta filiæ fratris à patruo, vtpotè ſi pater habēs bona cō-
munia cū fratre dotauit filiā fratris de bonis cōibus,
6 † cenſetur pro parte bonorum fratris ipſius dotaſſe fi-
liam, & per cōſequens omnia quæ dicta ſunt de auo,
& nepte, hoc quoq; in caſu procedere, ita in terminis
conſuluit Alex. conſ. 179. nu. 3. lib. 5. arg. dictæ l. dotē
dedit. Paul. de Caſtr. conſ. 96. incip. ſi dicta Cornelia,
col. 1. verſ. de altera verò. vol. 2. & ratio eſt quia frater
dotans magis credibiliter afficiebatur fratri ſiorauē
propinquiori, quàm filiæ ipſius fratris, quæ erat remo
tior in gradu. l. fin. C. de verb ſign l. cum ita. §. in fidei
commiſſo. ff. de leg. 2. per not. in l Gallus. §. 1. ff. de lib.
& poſthu. Ripa. in l. quartā. nu. 206. ff. ad l. falc. Ruyn.
conſ. 148. col. pen. verſ. vel ſecundò. vol. 2. Socyn. iun.
conſ. 77. col. 1. verſ. & prima iſta concluſio. vol. 2.

Ampliaque idem eſſe, ſi auus dotem dederit nepti
ex filia. Alex. conſ. 117. nu. 5. verſ. nec dicatur. vol. 6.
& conſ. 115. vol. 7.

Limita dictam poſteriorem opinionē non proce-
7 dere in dubio: † quia tunc neptis dotata præſumitur
cōtemplatione filij, & ad eius exonerationem, ita rū-
dit Dec. d. conſ. 81. poſt nu. 5. verſ. & iſta benè proce-
dunt, Bar. in d. l. dedit dotem. poſt nu. 2. verſ aut eſt du
bium. de colla. bon. & in iſtis terminis dicit Dec. loqui
dictam

ſi exeq.& dec.511.concluſio,quòd non valet,& dec.
9 551.ſi procurator datus.dicens, † ꝙ vbi probabiliter præſumeretur ratificatio domini ipſe teneretur. In ſimili notat Rota deciſ.278.ſi Vicarius,in nouis. Et facit deciſ.428.ſi habens,in principio, in nouis. Et hoc caſu non ſufficit verbo reuocare attentata, ſed de facto ipſe dominus debet mandare procuratori: vt deſiſtat,vt p Bellam.d.deciſ.551.& Fel.in c. Pettus.col. 2.verſ.fallit 4.de homic.quod eſt intelligẽdum, ſi ꝓcurator longo locorum interuallo nõ ſit diſiunctus, adeo vt dominus mittẽdo procuratorem maximum damnũ acciperet, vt per Bella.d.deciſ. 551. & Dom. Lancel.d tract.de attentatis.d. tit.de attentatis à pat. d.c.t. 1.part.nu.54.& 60.vbi habes, quãdo inducatur ſcientia,ad effectum huiuſmodi, & quando illis modis non probetur,an in dubio illa præſumatur, proſequitur ibi nu.88.verſ.quod ſi ſcientia Domini.

CONCLVSIO CXLVII.

ARGVMENTVM.

Attentata quomodo probentur per remiſſionem ad partes,& an attentatum probetur per inſtrumentum.

SVMMARIVM.

1 *Attentata non probantur per remiſſionem ad partes,quia debent probari in curia.*

2 *Remiſſoria non datur ad partes ſuper attentatis, vt probentur attentata poſt litis pendentiam, ſed ſolum datur terminus ad probandũ in curia de ſtylo palatij,& nu.3. etiam ſi per teſtes conſtaret de fumo ibi,& vide rõnem.*

3 *Remiſſoria datur reo ad ſe excuſandum no attentaſſe, niſi euidenter conſtaret de attentatis, & reo ad repulſam examinare.*

Reus in quibus magis priuilegiatur quã actor,& quando, & quibus caſibus detur,ibi remiſſiue, & quando reo denegetur,& quare,& quando non negatur.

4 *Actor quando incontinenti eſt paratus probare attentata potius recipiuntur probationes actoris,quæ ſunt in prõptu,quam rei, quæ abſunt.*

Vna conectura aliam debiliorem tollit.

5 *Attentatum an per inſtrumentum probetur,& an ꝓlenè, vel ſemiplenè.*

6 *Attentatorum materia eſt ſummaria.*

7 *Probatio ſemiplena ſufficit in materia attentatorum.*

8 *Iuramentum in ſupplementum poteſt deferri ad probationem attentatorum.*

1 Attentata non probantur per remiſſionẽ ad partes † quia debẽt probari in Curia,vt tradidere DD.Rot.deciſ.220.nota quòd ſeruat.in antiq.& deciſ.57.in addit.attent. lit. pẽden.
2 in nou.vbi† remiſſoria nõ datur ad partes ſuper attẽtatis,vt probent,quod ſint attentata poſt litis pendẽtiam, ſed datur ſolum terminus ad probandũ in Curia,& Rot.deciſ.99.vbi poſt.& 775. item eſt ſciendũ, in antiquis.inquiens, quod ex ſtylo ſacri palatij non conceditur remiſſoria ad partes ad probandum attẽtata poſt litis pendentiam,ſed hoc ſolum conceditur ad probandum in Curia,& non extrà. Idem ſequutus eſt Caſſad.deciſ.ſi.de dilat.meminit Veſtr.in ſua praxi Curiæ Romanæ.li.6.c.vlt.de remiſſione ad partes, nu.2.& Hercul.in ſuo tract.de attentatis.c.16.nũ 1. & Rot.dec.10.alias 89.nota ꝙ vbi.de appel.in antiq. & dec.4.alias 75.attenta.in ſi.vt lit.penden.in nouis. & ꝓſequiť Lancel.Peruſ.d.tract.tit.de probat. attent.3. p.c.26.verſ.circa tertiã inſpectionẽ,nu.108.& ſeq.vbi ampliat,ẽt ſi p teſtes cõſtaret de fumo attentatorũ,vt ibi nu.112.rõ eſt,ne deť materia calumniãdi, & lites prorogãdi, vt in d.dec. 220.in antiq.& Herc.vbi ſup.

3 Primò limita,vt procedat,† quando ab actore peteretur remiſſoria ad probandum attẽtata, ſecus quãdo peterent à reo accuſato de attẽtatis,qui vellet ad ſui excuſationem probare non attentaſſe,quia tunc etiã reo dabiť remiſſoria,vt decidit Caſſad.deciſ.4. de dilat.vbi ita tempore ſuo pluries fuiſſe obſeruatũ atteſtatur,& eũ ſequitur Veſt.ſupra citato loco, de remiſſione ad partes,nu.2.& Hercul.de attentatis. d.c. 16. nu.8.& Manfred.concluſ.78.& 79.& Affli.deciſ.351. & in hoc magis fauetur reo,quàm actori, vt idẽ Mãfred.d.concl.79.& d.Lãcel.citato loco, nu. 113. ampliãs etiam ſi reus vellet ad repulſam examinare, ibi nu.114.& ſeq. vel peteretur ad probandum attentata per ipſum appellãtem commiſſa ratione ipſius odij, vt ibi. nu.125.vbi plures dat limitationes,hoc eſt,qñ teſtes eſſent in remotiſſimis regionibus,vt non facilè propter magnos ſumptus poſſent in curiam adduci, vel alia iuſta impedimenta,vt Fel. in c.cum cauſam. nu.27.& 51.de teſt.& alios,vt ibi nu.126.vel verteretur irreparabile damnum ex denegatione,vel cõſtaret omnem calumniam abeſſe, vel ad attẽtata liquidãda,& vide ibi quatuor limitationes ad cõcluſionẽ.

Intellige hanc limitationem non procedere,quãdo clare conſtaret de innouatis, & attentatis lite pẽdente,vt quia per actorem iampridem attentatũ eſſet probatum, & reus peteret terminũ ad repulsã, vt potius differretur finis cauſæ,quàm vt ſe defenderet, qa in tali caſu ẽt reo denegaretur remiſſoria ad probandũ contrariũ,vt p Caſſad.d.dec.4. de dila. & Veſtr.in d.c.ſi.de remiſ.ad partes,nu.2.& eſt deciſ. Affl.351.n. 6.& 7.& Hercul.d.c.16.nu.8.in ſi.& ſequiť dictus modernus d.3.p.c.26.tit.de ꝓbat.attẽtatorũ.poſt nu.115. ver.qua retenta illa limitanda vř.& nu.116. ea rõne, quòd iſtiuſmodi exceptiones vidẽtur calumniã ſecũ adferre.c.licet cauſam.de probat.gl.in qui.caſ. audi. teſt.commi.in conſtitutionibus Regni,vbi Andr. de Iſern.in prin.Fel.in c.1.de app.& ſequiť Veſt.vbi ſup. nu.2.ver.quamobrẽ,in quo loco intelligit iſtud ꝓcedere,niſi fortè exceptiones,q̃ ad repulſam teſt.ũ dãtur,litẽ perirẽt,veluti ſi teſtes ex aduerſo ꝓducti dicerẽtur corrupti,vt falſum deponerẽt,& ſimil.d. c.licèt cãm.de ꝓbat.qa hoc caſu non denegareť remiſſoria, vt voluit idẽ Veſtr.ſupra citato loco, vel ad ꝓbandã violationẽ ſequeſtri,vt p Caſſad.dec.5. dubitatũ fuit, de ſequeſt.poſ.& fructu.& ꝓſequitur d.Lancel.d. tit. de ꝓbat.attẽtatorũ.ver. 2.videť poſſe limitari. n. 119.

Secundò intellige præfatam limitationem,vt non
4 procedat,† qñ actor eſt paratus illicò ꝓbare attentata,quia tali caſu potius ſunt recipiendæ probationes actoris,quę ſunt in promptu,quàm probationes rei,q̃ abeſſẽt,tradidit Veſtr.d.c.ſi.de remiſſio.ad partes.nu. 2.vbi paulò inferius admonet procuratorem actoris, vt ſit cautus, vt confeſtim,quantum poteſt, aliquam ſpolij probationem faciat, ad excludendã dilationẽ, ſeu remiſſoriam, & econtrà etiam procurator rei diligenter inuigilet,vt alijs probationibus,& contrarijs coniecturis animũ iudicis ad cõcedendam remiſſionem propenſiorem faciat,vna enim cõiectura aliam debiliorem ſummouet.l.diuus.ff. de in integ. reſtir. l. nõ ſolũ.§.de vno.ff.de rit.nup. & ex ſimilibus p̃ſumptionibus ſolent iudices moueri ad concedendã, vel denegãdã remiſſoriam.l.teſtiũ.§.ideoq; & §.ſeq.ff.de teſt.c.in p̃ſentia.de renũ.c. cõſtitutus. in ſi.de fideiuſ. Caſſ.dec.11.de dilationib.& ita ꝓſequiť d.Lãcel.vbi ſupra,nu.117.& ſeq.d.tit. de probatione attentatorũ.

5 Attentatum autem † an probetur per inſtrũ cõſulẽdus erit Tho.Faſt.c.1.dub.3.& dub.41.& quę alleg. ad l.qui vniuerſas. §. qui per colonũ.ff.de acq.poſ.& an plenè, vel ſemiplenè ſufficiat probare in materia hmõi attentatorũ,adeundus erit Bero.in c.1.nu. 39. de app.dicendũ tñ videreť, ꝙ ſatis eſſent leuiores ꝓ-
6 bationes† quia cũ materia attentatorũ ſit ſummaria, vt per Rotã deciſ.74.no.ſi attent.in antiq.requirũtur

mea

Digitized by Google

in ea probationes leuiores per ea, quę notat Bartol. in extrauag. ad reprimēdum. in verb. ſummariè, & dicit Hercul. d. tract. de attent. c. 15. nu. 41. niſi dicamus illā eſſe ſummariam quoad ordinem procedendi, & non quoad probationes, vt dicit Bellam. deciſ. 294. id aūt quod dicitur. & 286. in materia attentata. & Abb. in c. in literis. verſ. item aduerte ad vnam, nu. 26. de reſti. ſpol. quod ante cenſuit Oldr. conſ. 1. in cauſa Eborac. nu. 16. verſ. nec obſtat, ſi diceretur, quod tamē eſt falſum, vt demonſtrauimus ſupra in ſuperiori cōcluſione, attentata petens, vbi verſ. contrarium tenuit, & verſ. concorda, reconciliauimus opiniones, & ibi vide. Nec tamen dicuntur probari exceſſione de illis in actis facta per condemnatum ad illa purganda, niſi verè in facto extarent, nec etiam ex ſententia in rem iudicatam tranſacta, ſi tanquam notoriè iniuſta reuocaretur in dubium, vt dictus Lancell. refert fuiſſe dictum in Rot. d. 3. par. c. 26. nu. 104. & ſeq. d. tract. de attentat. d. tit. de probat. attentatorum.

7 Deueniendū eſt igitur ad id, vt † in materia attētatorū ſufficiat ſemiplena probatio, vt expreſsè docuit. Dec. in d. c. dilecti. n. 35. de appell. & eſt dec. Rot. 234. ſi rector. cum qua conuenit Bellam. deciſ. 98. ſententia lata, & deci. 99. in reſtitutorio, & 455. Monaſteriū. Rot. dec. 49. agens poſſeſſorio, & deciſ. 308. ſi quis petat. in antiq. & deciſ. 327. ſi contra verſ. & hoc verum niſi allegaret. in antiq. & deciſ. 116. nota, ꝙ vbi epiſcopus. in antiquiſ. & tradidit Abb. in c. 1. nu. 7. de appel. & ibi Doct. Gemin. conſ. 16. col. fi. Præpoſ. in c. porrò. col. 4. 16. fallen. de diuor. Vnde eo caſu dici poteſt, vt ſi probarem talem attentaſſe circa multa, & non ap-
8 paruerit, † vt iuramentum forſitan deferri poſſit, iuxt. not. in l. admonendi. ff. de iureiur. & ſentit Hercul. d. ſuo tract. de attent. c. 15. nu. 41. in fi.

CONCLVSIO CXLVIII.

ARGVMENTVM.

Attentata quo pacto probentur.

SVMMARIVM.

1 *Attentatum probatur ex eo, quod quis facit aliquid prohibitum medio tempore appellatione pendente ab interlocutoria, vel diffinitiua.*

2 *Ius ſuum quis proſequens faciens quod ſolitus erat, non dicitur attentare.*

3 *Nullus tenetur, nec debet dimittere ſuum ius, vel deſiſtere a proſequutione, ſui iuri, vel poſſeſſionis ſuæ propter aliquam contradictionem, vel appellationem.*

4 *Attentare dicitur, qui aliquid noui facit poſt litem inceptam, & appellatione pendente.*

5 *Attentati deſcriptio quæ ſit, lis quid ſit, quotuplex ſit attētatum, quot genera in eis conſiderentur, & quando lis pendere dicatur, quid ſit appellatio, & quando dicatur pendere, & finire. vide remiſſiuè.*

6 *Quod licitum ante litem, & appellationem erat facienti, his introductis illicitum efficitur.*

Emphyteutam expellere quibuſdam caſibus domino licet. ibi remiſſiuè.

Via quam elegit quis ſibi pateat.

7 *Petens aduerſario iuramentum deferri, non poteſt reſcindere ſententiam ex nouis probationibus.*

Pactum de recedendo infra tempus, vel quandocunque à contractu, niſi ſit tale quid factum, intelligitur, niſi fecerit quid per quod videatur ab illa facultate recedere.

8 *Dominus lite pendente non poteſt ædificium demoliri, & cementa aliò transferre.*

Probibitum lite pendente in magno, nec in minimo quicquam licet innouare.

9 *Natura orationis negatiuæ eſt, quòd nullo tpe vera ſit.*

Negatiua vniuerſaliter indefinitè concepta omnes caſus non comprehendit.

Dictio, omnis, vniuerſaliter affirmatiua, collectiua omnes caſus complectitur, & nihil excludit.

10 *Actus appellatione pendente, etiam ad ſedanda ſcandala factus, tanquam attentatus eſt reuocandus.*

11 *Iudex poteſt ad tollendas rixas quid facere, quod aliàs nō liceret.*

12 *Appellatione pendente etiam ab actu, vel ſententia nulla, nihil poteſt innouari.*

13 *Appellatione generali etiam contra incertam perſonam pendente, quid factum, vt attentatum reuocatur.*

Etiam ſi appellatio à tertio pro ſuo intereſſe, nedum per ipſos litigantes eſſet interpoſita, non poteſt illa pendente quicquam innouari, ac nedum in vera, & actualiter emiſſa appellatione, verum & in tacita, & præſumpta.

14 *Medio tempore diſputationis an appellatio admittēda ſit, vel ne, prout poſt eius admiſſionem nihil poteſt innouari.*

Appellatione quaſi aperte non admittenda pendente, prout illa non admiſſa nihil eſt innouandum, alias vt attentatum reuocatur.

15 *Appellatione a iudicis cōtentioſæ, vel voluntariæ iuriſdictionis ſententia lata interpoſita pendente nihil attentādum, alias reuocatur.*

16 *Appellatione, ſeu proteſtatione coram honeſtis viris interpoſita pendente nihil attentandum, alias reuocatur.*

Appellatio regulariter coram iudicibus à quo, vel ad quem eſt interponenda.

17 *Attentandum non eſt appellatione pendente non ſolùm reſpectu appellationis, ſed etiam eius, qui adhæſit, alias vt attentatum reuocabitur.*

Idem pendēte illius proſecutione, prout & ſi deſerta fuerit.

18 *Attentatorum iuri ſibi quæſito per deſertionem renūciaſſe quis non præſumitur.*

Renunciantem appellationi agi ad reuocationem attentatorum permittitur.

19 *Iudici a quo eſt appellatum poſt appellationem interpoſitam exequi volenti poteſt impune reſiſti.*

20 *Iudex non dicitur attentare, ſi poſt appellationem interpoſitam timens de dilapidatione facit fructus ſequeſtrari.*

21 *Debitor effectus ſuſpectus de fuga ēt lite pendente pōt capi.*

22 *Iudex a quo eſt appellatum in cauſa matrimoniali inhibēdo partibus, ne interim lite pendente alteri nubant, non dicitur attentare.*

Idem eſt in marito, qui eſt in poſſeſſione, vel quaſi matrimonij, quod de iure non valebat, cui pendente lite poteſt inhiberi, ne cum vxore coeat.

23 *Iudex non attentat ſtatuendo terminum appellanti ad recipiendum apoſtolos, vel proſequendum, vel ad docendū de proſecutione appellationis, vide ibi rationem.*

24 *Attentare non dicitur poſſeſſor aliquem actum faciens per viam continuationis poſt appellationem interpoſitam.*

Etiam ſi per modum refectionis continuat.

25 *Inhibitus reficiens non attentat.*

26 *Poſſeſſor non vtens poſſeſſione poſt appellationem interpoſitam eo modo, quo ante, attentat.*

27 *Cōtinuatio poſſeſſionis in eo procedit, penes quē ante motā litem poſſeſſionem conſtaret fuiſſe verè, vel præſumptiuè.*

28 *Appellatione ab interlocutoria pēdente ante inhibitionem poteſt procedi, & quando procedat.*

29 *Appellatio ab interlocutoria eximit appellatum à iuriſdictione iudicis à quo.*

30 *Iudex deferens appellationi ab eius interlocutoria interpoſitæ non poteſt ad vlteriora procedere.*

Iudex per delationem appellationi coram eo interpoſita abdicat à ſe omnem iuriſdictionem in illa.

31 *Appellatione manifeſtè inualida, iniuſta, & friuola interpoſita pendente, quid faciens non dicitur attentare.*

32 *Appellatione in omnibus caſibus, in quibus appellatio eſt prohibita, pendente, geſta non reuocantur tanquam attentata.*

33 *Executio poteſt fieri appellatione pendente in omnibus caſibus, in quibus appellatio eſt prohibita.*

34 *Ampliationes, limitationes, & declarationes in materia ſupradictæ concluſionis vide ibi remiſſiuè.*

1 Attentatum probari ex eo, † quod qs facit aliquid, quod ꝓhi-
beatur medio tempore appellationε pendente ab in-
terlocutoria, vel à diffinitiua, cautum fuit in c. nō ſo-
lum. de appellat. in 6. & à ſcribentibus edoctum in l.
appellat. C. de appellat. & dixit Manfr. in ſuo tract. de
attent. par. 1. nu. 2. Vnde fit, vt cum quis ſuū proſequi-
2 tur, & id agat, quod facere ſolitus erat, † nō dicitur in-
nouare, nec attētare, qa id omne, quod agit, pertinet
ad tuitionem, & conſeruationē iuris ſui ante acquiſi-
ti. c. 2. vt lit. pendent. Nullus enim tenetur, vel debet
dimittere ius ſuū, vel deſiſtere à ꝓſequutione, & con-
3 tinuatione ſui iuris † vel poſſeſſionis ſuæ propter ali-
quam cōtradictionem, vel appellationem, vt eſt dec.
Rot. 321. ſi appellatus, circa mediū, & deciſ. 344. nu.
1. & 2. in nouis. Pariſ. conſ. 39. lib. 1. Abb. c. 1. per illum
text. in 3. notab. vt lit. pendēt. Card. Zabarell. in clem.
2. in oppoſitione 2. vt lite penden. Manfred. de attēt.
4 concluſ. 6. & Auguſt. Bero. quæſt. 120. † Attētat igitur
qui aliquid facit poſt litem inceptam, & appellatio-
ne pendente.

Verùm vt ea, quæ hic traditurí dilucidius percipi
queant, videnda erunt, quæ præmiſit d. Lancel. Peruſ.
d. tract. in præfatione primæ partis. vbi nu. 6. & 14. ha-
bes attētati huiuſmodi deſcriptionem, & nu. 18. quid
5 ſit lis. & nu. 35. verb. tertiò præmittendū, † quotuplex
ſit attentatū, ac quot genera in eiſdem conſiderandа
ſint, quæ ibi pluribus diſſeruntur, & quando lis pēde-
re dicatur, habes per eum in 2. par. c. 4. tit. de attenta-
tis lit. pendent. quidque appellatio ſit, & quando di-
catur pendere, & finire, ibi. & d. 2. part. cap. 12. tit. de
attentatis appellatio. penden. in eius præfatione, vbi
videre potes.

Amplia concluſionem, etiā ſi quid lite, vel appel-
latione pendente fit, quod aliàs citra litem, & appel-
6 lationem pendentē licitum facienti extitiſſet, † cum
his introductis attentatumque, & minus licitū effici-
tur, vt potè domino in iudicio emphyteutā ad ipſius
è poſſeſſione in expulſionem corā iudice conuenięti,
cui aliàs propria auctoritate ipſum expellere in qbus
caſib. licuerat. Iaſ. in l. 2. num. 117. C. de iur. emphi. &
105. ver. & tenendo hanc partē. & alios ibi citatos, nō
permittitur vlterius lite pendente hoc effici, cum viā
ſibi hanc electā patuiſſe debeat. l. fi. C. de codic. l. cō-
modiſſimè. C. de pac. inter emptor. & vendit. Spec. §.
ſequitur de quibuſdam. ver. quid ſi compromiſſū eſt.
n. 9. tit. de arbit. & l. ſed & ſi. de re iud. & l. 1. vi bo. rapt.
l. interdum. §. qui furem. de fur. Spec. §. nunc verò ali-
qua, ver. item cum eis duplex, poſt num. 68, de inſtru.
edit. & in §. ſequitur videre legaliter, ver. notandum,
nu. 7. & ſeq. de actio. ſeu petitio. Oldr. cōſ. 302. hic ſūt
breues, nu. 12. & Iaſ. d. l. 2. num. 114. & Hippol. Marſ.
7 ſing. 213. vbi ampliat, † ſi quis petijt deferri iurm ad-
uerſario, non poteſt ſententiam ex nouis probationi-
bus reſcindere, ac ſi erat facultas à contractu infra tē-
pus, vel quandocunque recedere, niſi ſit factum tale,
quid, intel. igitur, niſi fecerit quid, per quod videatur
ab illa facultate recedere, Capic. deciſ. 119. nu. 9. Affl.
deciſ. 372. fuit lata ſentētia in magna curia, ver. repli-
cat. D. Io. poſt nu. 2. Dec. conſ. 116. verſ. 3. nō obſtat. ꝑ
D. Lancel. Peruſ. d. tract. 2. part. c. 4. tit. de attētatis li-
te penden. in præfat. nu. 420. & ibi proſequitur, & alij
adducti per d. Peruſ. citato loco, ampliat. 1. num. 3. &
ſeq. ver. quam tñ appellationem, de cuius ampliatio-
nis limit. vide ibi d. n. 3. ꝑ tres limitationes ibi poſitas,
8 Aliud exemplū poteſt afferri, † vt dominus lite pē-
dente non poſſit ędificium demoliri, cæmentaq́, aliò
transferre, vt reſpondit Bero. conſ. 118. cū Alfonſius.
nu. 4. lib. 3. & ſi aliàs citra litis pendentiam id licuerit.
l. cætera. §. itē quærit. de leg. 1. & l. 2. C. de ædif. priuat.
quod & per alia 5. exempla proſequitur d. Peruſ. d. 1.
limitatione.

Secūdò amplia concluſionem prædictam, vt cum
lite pendente in magno quid prohibitū ſit innouari,
vt & ibidem in minimo nequaquam liceat. exiſtēte
rub. lit. penden. nihil innouari, generaliter negatiua.
Soc. ſen. conſ. 21. verb. & pro prædicta, vol. 1. quod q-
9 dem illud adiuuat, † quia natura orationis negantis
eſt, vt nullo tempore vera ſit. Bar. l. metum autem. §.
volēti, nu. 2. quod met. cau. et dicta per Tiraq. in l. bo-
ues. §. hoc ſermone. 7. limit. nu. 4. de verb. ſignific. cū
indefinitè concepta in vniuerſum negatiua omnes
caſus comprehēdat, vt econtrà dicimus de dictione;
omnis, generaliter affirmatiua collectiua. Bar. conſ.
51. Santucia fecit teſtamentum, nu. 3. Rom. ſing. 27. ſi
emptor promittit, & in conſ. 44. ex ſupra narrato, nu.
6. Thom. Gram. deciſ. 4. nu. 1. et 2. et alia vide in d. 2. p.
c. 42. in præfat. dicti tract. Peruſ. de attentatis, tit. de at-
tentat. appellat. pend. nu. 7. verſ. regula principalis.
10 Ita, vt et actus appellatione pendente † etiā ad ſe-
danda ſcandala factus tanquam attentatus reuocan-
dus ſit, veluti in ſequeſtratione poſſeſſionis, vt deci-
dit Affl. et. deciſ. 98. pulchrum eſt dubium, per totum,
et Lap. alleg. 78. vacauerat. nu. 10. licèt aliàs ad homi
11 nes placandos, † et tollendas rixas licitum hoc ſit iu-
dici. l. congruit. de offic. præſid. et l. ſi eius. §. ſi inter
duos. de vſufr. et Ang. in trac. de ſequeſt, uerſ. ſequitur
nouus caſus. nu. 11. et Iac. de Arena. d. tract. nu. 22.

Tertiò amplia cōcluſionem prædictam in l. noua-
ri, in appellatione non ſolum ab actu, et ſentētia ua-
12 lida, ſed etiam à ſententia, † uel actu nullo interpoſi-
ta, cū et ab actu nullo non ſit abſurdum appellari, vt
cauit Alex. conſ. 130. ponderatis cir. fi. vol. 7. et in l. 2.
C. de bon. poſs. cont. tab. Doct. in l. ſi expreſſim. de ap-
pel. et per Franc. in c. dilect. q. 7. de appel.

Quartò amplia, etiam ſi contra incertam perſonā,
13 et generalis eſſet appellatio, † cum et hoc caſu atten-
tata reuocentur, ſic docuit Franc. in c. bonæ. num. 42.
de appel. et Rota deciſ. 23. aliàs 407. ſi expectans, nu.
2. de præbend. in nouis, etiam vt procedat non ſolùm
quādo per ipſos litigantes, ſed etiam per tertium pro
ſuo intereſſe interpoſita foret. vt Pariſ. conſ. 107. que-
ritur. nu. 123. et ſeq. lib. 3. et in conſ. 209. de pluribus.
num. 26. lib. 1.

Ac vt nedum in vera, et actualiter emiſſa appella-
tione, verùm, et in tacita, et præſumpta, ad c. memini-
mus. et c. dilecti. il 2. de appell.

Quintò amplia, vt etiam locum ſibi vendicet non
ſolū in factis et cōmiſſis poſt emiſſam appellationē,
14 † ſed etiā medio tempore diſputationis, ſuper appel-
latione admittenda vel ne perpetratis. Ita vt etiam
quando quaſi aperte illi non eſſe deferēdum conſta-
ret, illam non admiſerit, hic caſus eſt, ipſa appellatio-
ne per eum non admiſſa nihil debeat in non recepta
appellatione innouare. vt Franc. in c. conſtitutus. nu.
18. et ſeq. de appel. et Bart. et Bal. per eum relati. Vt
non ſolum à ſententia per iudicem iuriſdictionis cō-
15 tentioſæ, † ſed etiam circa quæ volūtariæ iuriſdictio-
nis lata, interpoſita appellatione facta procedat, vt
Alex. l. 1. nota. 1. nu. 2. C. de bon. poſſ. ſecund. tab. vbi
Bal. nu. 20. & Guid. Pap. tract. de appel. q. 94.

Sextò amplia prædictam concluſionem, & in ap-
16 pellatione, † ſeu proteſtatione, coram honeſtis viris
nedum coram iudicibus à quo, vel ad quem interpo-
ſita, vel emiſſa, licèt regulariter interponenda coram
iudice à quo appellatio ſit. c. vt debitus de appel. & c.
alias. §. biduum. 2. q. 6. gl. in c. ſuggeſtum de appell. &
in c. appell. eo. tit. in 6. & clem. 1. de appell. vbi Imol.
17 in princ. non ſolùm gratia eius, qui appellauit, † ſed
ēt ratione illi interpoſitæ per aliū adhęrentis. vt Bal.
l. qui à latronibus. §. 1. de teſta. & in l. 1. C. ſi à non cō-
pet. iud. Manfred. lib. 2. pract. cōcluſ. ſuper attentatis,
concluſ. 114. Fel. c. ſuper eo. nu. 3. de offic. delegat.

Quod nedum procedit in ipſa appellationis proſe-
18 quutione, ſed etiā ſi deſerta extiterit, † cū nec per de-
relictionem, iuri attentatorum renunciaſſe ſibi qſito
præſu-

præſumitur Mil.in verb.appellationem deſerens.fol.
10.& ſi appellationi renunciatum extitiſſet, cum & renunciãti ad attentatorum reuocationẽ agere permittatur.vt Franc. in c. ad audientiam.in fi. & in d.c.
bonæ.nu.39.verſ.6.cõcl.de appel.& deciſ.Toloſ.193.
verſ.3.fallit,& ibi in addit.Boer.deci.256.nu.2.& notat Mil.d.verb.appellationem deſerens,adeò vt ſi iu-
19 dex à quo poſt appellationem interpoſitam† ſententiam exequi vellet, illi poſſet impunè quis reſiſtere,
vt not.Inno.Abb.& Fel.in c.ſi quan.de offi deleg.&
Guid.Pap.d.trac.de appel.q.120.verſ.quid aũt ſi non
obſtante.& Marant.tract.de ord.iud.diſput.1.nu.38.
Primò limita non procedere cõcluſionem, ſi poſt
appellationem interpoſitam timeatur de fructuũ di-
20 lapidatione,& iudex curet eos ſequeſtrandos,† quia
tali caſu non dr̃ attentare.vt per Spec.in tit.de appellat.§.nouiſſimè,& dicit Veſtr.in ſua praxi Curiæ Romanæ lib.8.c.de attẽt.nu.3.ſequitur Herculan. in ſuo
tract.de attent.c.5.nu.7.Marant.in Specul.6.par.in 2.
actu princ.de appel.num.193.& c.fin. de ſeq. poſſ. &
fructuum,& Auffer.in addit. ad deciſ. Toloſ. 477. &
Bart.l.Imperatores de appel.& Spec.in §. nouiſſimè.
in princ.de appel.Dec.in l.ab executore.C. quor. appell.non recipia.Soc.reg.459.ſequeſtrat.in 1.limitat.
Corſet.in ſuis ſing.in verb.appellat.la 1.incip. regula
eſt,limita.1.ibi,limita hanc regulam.
Secundò limita,vt non ꝓcedat in debitore,in quo
21 fugæ ſuſpicio ſubſit,† qui etiam lite pendente poteſt
capi,vt per Marc Ant.Bauer.in tract.de mora,in 3.p.
§.condeſcendo.nu.13.& dixit Rip.in c.1.nu.83. verſ.
6. amplia.de iudi. allega Ang in l.nemo carcerem.
in fi.C.de exactor.tribut. tenet Veſtr. ſup. citato loco
lib.8.c.4.de attent.nu.3.& ſequitur Hercul.d.tract.de
attẽtat.c.5.nu.8.Alex.conſ.106.col.fin.vol.3. Marant.
in ſuo Specul.6.par.2.actu principali, verb. de appellatio.num.176.& decidit Philip.in c.cum teneamur.
col.4.de appell.& ar.glo.in l. dies feſtos. ſuper verb.
fideiuſſionis.C.de ferijs.Iaſ.in l. ſi ab arbit. verſ. quid
ſi lite pendente.num.6.ibi,contrarium eſt verum. qui
ſatiſd.cog.& Doct.per eum ibi citati.
Amplia ſecũdam limitationem prædictam, vt debitor,qui ne fugam arripiat,dubitatur, lite pendente
poſſit capi, etiam propria auctoritate ſine aliqua iudicis commiſſione.l.ait prætor.§.ſi debitorem, & ibi
Doct.& Iaſ.in l.1.verſ.quarto facit nu.20.ibi, item ſi
lite pendente. de iuriſd. omn. iudic.
Tertiò limita concluſionem nõ procedere in cau-
22 ſa matrimoniali,† in qua ſi eſt lata ſententia, & iudex
à quo eſt appellatũ inhibeat partibus, ne interim appellatione pendente alteri nuberent,non dicitur attẽtare.glo.eſt in c.2.in verb.diſtrictius,de matrim.contract.con. int.eccleſ.& dicit Veſtr.vbi ſup.num. 4. &
Hercul.nu.17. Idem eſt in marito, qui in poſſeſſione,
ſeu quaſi matrimonij eſſet,quod de iure non valebat,
nam & pendente lite poteſt ipſi prohiberi,ne cũ vxore rem agat.tex.eſt ſing.ſecundum Butr.ibi.nu.5.in c.
laudabilem,vt lite pend.& Rom.ſing.406. lit. pend.
licet tex.in d.c.2.& in c.cum in Apoſtolica,de ſponſal.& in c.tenor.de re iud. non ponat pœnã taliter contrahenti,non tamen eſt pęna attenta.cuius inter alias
eſt nullitas,& reuocatio actus,& c.ad audientiam, &
c.dilecti. de appellat. quoad primum, quoad ſecundum de reuocatione.Alex.conſ.39.diligenter. verſ.
eſt verum.nu.9.vol.1.& Lap.allegat.2. nu. 10. ſed eſt
pœna extra ordinem impoſita,vt ibi. Vnde ratione
attentati actus eſt licitus.
Quarto limita non procedere in his,quæ tendũt ad
23 faciliorem exitum cauſæ ipſius appellationis,† vt ſi
pendente ipſa appellatione iudex ſtatuerit terminũ
appellanti ad recipiendum apoſtolos: vel ad proſequendũ appellationẽ,ſiue ad docendum de proſecutione,iuxta notata in c. perſonas. & in c.cũ ſit Rom.
de appel.q̃a in iſtis, cũ non pẽdeat iuriſdictio iudicis
à quo,c.cum teneamur.vbi Abb.Imol.& Dec.de appell.in prin.& ibi Franc.in 2.notabili,& c.2.& gl. ibi
in verb.diſtrictius,de matri.contra.con.interdict. eccle & ibi Abb.vlt.notab.& c.ita.& ibi Abb.nu.2.
de ſponſ.duorum,non dicitur iudex à quo innouare,
& attẽtare, ſed potius ſe conformare cum præſcripta
iuris communis regula: vt appellatione interpoſita
nil innouetur:ac faciliorem exitum præſtare, ſecundum Veſtr.ſupra citato loco,nu.3. quẽ ſequitur Hercul.illo tract.de attent.c.5.nu.5.& dicit Marãt.d.ſuo
Spec.par.6.2.actu principali,nu.2.5. aliàs 356. ſi appelletur,de appellationibus.
Quamplures alias limitationes nu.22.habes notatas ꝑ eundem Marant.eodem loco,a nu. 174. vſq; ad
nu.206.& vide Hercul.in d.trac.de attentatis,c.5. qui
& ipſe quoque cõgeſſit quamplures caſus, in quibus,
& ſi aliquid lite pendente fiat, non tamen dr̃ attẽtaſſe,& per d.Lancell.Peruſ.d.tract.de atten.& innouatis,lite & appellatione pendente.in 2.par.c.12.tit.de
attentat. appell. pendente.limit.4.vbi ponit tres ampliationes,& duas limitationes. & declarationẽ ibi.
dummodo de cauſa appellationis non cognoſcat: vt
ibi in fine, caſus aũt cõgeſtos ꝑ Hercul. prędictum in
eius tract.de attentatis,d.c.5.ibi potes videre, quia ſigillatim oẽs hic referre ſuperuacaneũ eſſe duximus.
Quinto limita ſupradictam concluſionem,vt non
24 procedat,† quando quis poſſeſſor continuando eius
poſſeſſionem aliquem actum faceret per modũ continuationis,quia tunc attentatum non dicitur: vt eſt
gl.magna ſuper verbo reducendum,verſ ſi autem. in
c.non ſolum, de appell. in 6.ibi,quis vtitur poſſeſſione,co.ẽ mo.& gl.in clem.ſi.ſuper verb. Ianuaris, vt
lit.pẽdẽte,ibi.antiqua verò poſſeſſione,& Rota. dec.
10 aliàs 89. nota ꝙ vbi poſt. de appellat in antiq. &
& 43.aliàs 324.ſi appell.de appellationib.in nouis.&
44.aliàs 344 licèt in ca eod.tit.in nouis,& gl. in l.Imperatores.§.ſi magiſtratũ.ſup verb.ab aduer.de appe.
Quod locũ habet,ẽt ſi continuatio hæc per modũ
25 refectionis eſſet,† quia ẽt inhibitus reficiens nõ innouat. Alc.conſ.100 Alciati cauſa,in · n.nu.8.vol.5.
Sextò limita,ſi non vteretur ea poſſeſſione eo mo-
26 do† quo prius ante litem:vt d.gl.d.c.non ſolum.verſ.
* dicit tamen,& ibi omnes,in quam * communiter ſcribentes cõſentire dicit Bero.conſ.318.cũ Alphonſus,
nu.7.8.& 24.lib.3.& Alex.ad Bart.in l.1. in verb.litigioſa.de litigioſ vbi alios allegat,& capitulo cum teneamur.de appell.vbi Franc.1.notabili,& alij, vt ibi.
Sublimita ſextam limitationem prędictam,vt cõ-
27 tinuatio in eo procedat,† penes quem ante motã litẽ
poſſeſſionem fuiſſe conſtaret verè, vel præſumptiuè,
vt Rota deciſ.10.aliàs 89,nota quod vbi.de appell.in
antiquis.Natt.conſ.206.approbo,nu.10.& ſeq.lib.3.
& per ea quæ Franc. notat in c. ſignificante. verſ. ſed
quando conſtaret.de appell.
Septimò limita ſupradictam concluſionẽ non ha-
28 bere locũ regulariter † in appellatione ab interlocutoria ſententia,cum poſſit in ea procedi,donec inhibeatur,d.c.non ſolùm.de appellatio.in 6. Guid. Pap.
deciſ.436.verſ.ſecundò quæro,nu.9. Licèt ipſa ab in-
29 interlocutoria appellatio† eximat appellantem à iuriſdictione iudicis à quo,d.c.ad audientiam. & c. dilectus.de appell.c.per tuas.de ſent.excom. & c. licèt.
eod.tit.in 6.Crauet.conſ.103.viſis,nu.6.lib.1.
Quod intellige, & ſublimita, niſi iudex dictæ ap-
30 pellationi † à ſua interlocutoria interpoſitæ detuliſſet,tunc non poteſt ad vlteriora procedere, cum à ſe
omnem iuriſdictionem propter delationem huiuſmodi abdicaſſe cenſetur, c. cum appellationibus de
appellationibus in 6. Ioã. Andr. in c.cum cedãte.&
alij ibi per Franc.relati verb.5.limit.nu.14 de appell.
Octauo limita concluſionem ſupradictã non ꝓce-
31 dere,† quãdo appellatio eſſet manifeſtè inualida, iniuſta,& friuola,d.cap.cum appellationibus, ſi ſolis,

de appellation.in 6 Spec.§.nunc dicamus.uerb. item appellatione pendente,nu.8.de appellatio.Abb.cap. conſuluit.il 1.de appellat.& Franc.d.c.ut debitus.nu. 47.de appellatio.

32 Et ſimiliter in his caſibus,†in quibus eſt appellatio prohibita,poſt per appellantem geſta non reuocātur tanquam attentata,d.c.non ſolùm.vbi gl.in verb.caſib.& Spe.d.§.nouiſſimè poſt principium verb. quartus caſus.de appella. Et in quibus caſibus appellatio

33 eſt prohibita, † in his omnibus illa pendente poteſt fieri executio,vt Iaſ.cōſ.187.circa primū.lib. 2. Barb. conſ 10.mihi videtur.verb præterea ſi dicatur,libr. 1. & Guid.Pap.conſ.219. malè,nu.2.

34 De quibus omnibus†plenius potes videre in d.tract. de attētatis,ſuis titulis diſtinctis,vltra adducta p Maran.ſupra citato loco à nu.174.vſq; ad 206.& Herc.d. tract.etiam de attentatis.c.5.vbi habes ampliationes, limitationes,& declarationes in vnum peculiare volumē cōgeſtas,vltra oēs alios,quos hucuſq; viderim, ad quem,ſi tibi contigerit,cōfugere poteris,ne quod fieri,nolumus,huc omnia tranſcribere videamur.

CONCLVSIO CXLIX.

ARGVMENTVM.

Atteſtationibus in iudicio receptis legitimè publicatis an, & quando, quibuſvè modis ſtandum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Atteſtationibus in iudicio receptis quibus, quibusq; modis ſtandum ſit.*

2 *Atteſtationibus in iudicio receptis,vt ſupra ſtandum eſt, etiam ſi variaretur inſtantia de iudice ad arbitrum.*

3 *Atteſtationes facta in vno iudicio ad æternam rei memoriam etiam non publicatæ fidem faciūt in alio iudicio.*

4 *Diſtinguitur,an concluſio locum habeat,quando mutatur inſtantia de arbitro vel arbitratore ad iudicem.*

Et diſtinctio quando procedat.ibidem.

5 *Atteſtationes non receptæ publica auctoritate iudici fidem non faciunt,etiam ſi teſtes mortui ſint.*

6 *Pactioni ſtandum eſt, ſi partes aliquid conuenerint.*

7 *Atteſtationes coram arbitro defuncto factæ probant etiā coram alio.*

8 *Atteſtationes fidem faciunt, etiam ſi in quarta, quinta, ſexta,& vlteriori dilatione productæ ſint.*

9 *Atteſtationes non probant, ſi teſtes dedicti ſint, & contradictum,& appellatum fuerit.*

10 *Teſtium receptio poſt concluſionem in cauſa valet, ſi contradictum non fuerit.*

11 *Atteſtationes in alia inſtantia probant, etiam ſi reus abſolutus eſſet ab obſeruatione iudicij.*

12 *Atteſtationes potius ſunt acta litis,quàm iudicij.*

13 *Acta iudicij probant,etiam quādo quis abſoluitur ab inſtantia iudicij, & ibi quomodo id intelligendum ſit.*

14 *Atteſtationes ſuper nullitate proceſſus,vel inſtrumēti probant quoad omnes.*

15 *Atteſtationes coram executore Papali,vel alterius domini probant etiam coram quocunque iudice.*

16 *Atteſtationes factæ contra debitorem nocent creditori ſuper pignore omni caſu,quo noceret ſententiæ.*

17 *Atteſtationes in ciuilibus factæ in criminalibus probant etiam inter alias perſonas,& in alio iudicio.*

18 *Atteſtationes non publicatæ in cauſa principali probant in cauſa appellationis.*

19 *Atteſtationes etiam ſi amplam fidem faciant in vna cauſa,non tamen ijs vti quis poteſt in alia.*

20 *Atteſtationes teſtium parte non vocata examinatorū non probant.*

Idem de declarationibus factis parte non citata,ibi.

21 *Atteſtationes non publicatæ quando non faciant fidem in aliquo iudicio etiam inter eaſdem perſonas.*

22 *Atteſtationes non publicatæ non probant in alia inſtantia,etiam ſi publicantur a iudice alterius inſtantiæ.*

23 *Teſtes ſi mortui ſint, vel diu abſentes fidem faciunt. Et quando non faciant,vide ibidem in intelligentia.*

24 *Atteſtationes a iudice examinante non publicatæ,quando in alia inſtantia poſſint per alium iudicem publicari.*

25 *Atteſtationes niſi depoſitæ fuerint intra terminum a iudice ſtatutum nihil probant.*

26 *Atteſtationes ſumpta in iudicio ſummario fidem non faciunt in plenario, ſi in eo agatur ad alium finem.*

1 Atteſtationibus † in iudicio receptis legitimè publicatis in alia quacunque inſtantia,& corā quocūq; iudice inter eaſdem perſonas, & ad eundem effectū, fidem eſſe adhibendam, & illas probare, tradidit D. Maria.Soc.in ſuo tract.de teſt.nu.113.& pro hac doctrina videq; docuit Nicol de Mata.& poſt eum Bal. in l.fi.C.de teſtib. vbi hanc præſentem firmat cōcluſionē.Do.in l.geſta.C. de re iud.& eſt doctrina * cōis iuxta ſententiam Soc.d.loco & de his diximus ſuprà in concluſione,acta,ad quam potes confugere.

2 Amplia primò†prædictam concluſionē locū habere etiam ſi immutaretur inſtātia de iudice ad arbitrū, eo.n.in caſu Bal.in l.fi.verſ.quæro hic qd ecōtra, in 2.col.& ibi Doctores*oēs C.de teſtib. cōcludunt.tales atteſtationes receptas in vero iudicio fidem etiā facere corā arbitro,argumēto ducto à loco à maiore ad id quod eſt minus,nā ſi fidem faciūt corā ſuperiore iudice,eo magis & corā inferiori,& corā arbitro.

3 Secundo amplia, vt etiam procedat in atteſtationibus factis†in vno iudicio ad æternam rei memoriā etiā non publicatis,quia & ipſæ fidem faciunt in alio iudicio,vt habemus in c.cū I. & A. col.2.de probat. ſequitur Sebaſtian.Sapia in repet.l.de ætate,nu. 18.ff. de minoribus.

4 An aūt concluſio ſuperior locū etiam habeat, qñ mutatī inſtantia de arbitro,vel arbitratore ad iudicē, †diſtinguendū eſt hoc modo, nā aut teſtes ſunt mortui,& tūc faciunt corū atteſtationes coram iudice,c. præſētata,& ibi gl.in verb.acta,de teſt.aut verò teſtes viuunt,& illius optio eſt, contra quem teſtes ſunt ꝓducti, an tales atteſtationes publicatas corā arbitro velit nunc recipere corā iudice,an verò vt denuo ꝓducanī,& hæc eſt diſtinctio,quæ colligiī ex l.fi.C.de teſt.& d.c.præſētata.eo.& eā apertè tradit gl.in verb. acta,& ſequiī Inn.in c.quintaualllis.de iureiu.& in c. cum in tua.gl.ibi.in verb.præferantur,de teſt.Bal.in l. fi.C.de teſt.in 1.col.& Bar.ibi.& in l.2.nu.2.C.de edēdo,& Ferra.in for.oppo.cont.teſt. poſt public.in glo. ſuntque publicatis iā teſtibus aliàs recepti. nu.3.verſ. vt tamē præmiſſorum.& nu.12.verſ.proinde, vbi habes quid in ciuili,& quid in criminali. cū Spec. §. videndū teſtat.nu.20.verſ.hoc quoque ſcias,de probat.

Et hæc diſtinctio,procedit quando mutatur inſtātia de arbitro ad iudicē. Si verò mutetur de arbitratore ad iudicem,tū hac in re conſtituas concluſionē.

5 Quòd cum tales non ſint receptæ publica auctoritate,†nec ad eius ſimilitudinem, non faciant fidē iudici,ēt ſi teſtes eſſent mortui, & ideò ſine diſcrimine non obſtāte publicatione poſſunt teſtes nouiter recipi coram iudice.& ita conclud.Nicol.Matta.& Bal. in d.l.fi.& D.Maria.Soc.in ſuo trac.de teſt.ſub n.13e. ſub finem.Inn.in c.quintauallis,nu.3.verſ.item corā huiuſmodi.de iureiur.& in c.cum Ro.poſt nu...verſ. præferuntur.de teſtib.Fer.in for. oppo. contra teſtes. poſt public.in gl ſuntq; publicatis iam teſtib. poſt d. nu.12.verſ.aut fuerunt recepti coram arbitrat.

6 Limitat tñ Bal.d.l.fi.col.1.verſ.quæro quid de teſt. hanc diſtinctionem,niſi ex pacto partes aliud cōuenniſſent,†tunc enim pactioni ſtandū eſſet,iuxta l.legē. C.de pac.& eſt doctrina notabilis Laſ.de Oriān.in ſuo tract.

Digitized by Google

tract. de teſtib. nu. 39. vbi eos vide. Innoc. in c. Quin-
tauallis, de iureiur. & c. cum in tua, & ibi gloſſ. ſua in
verb. præferatur. de teſtibus, contrarium tamen dicit
Bart. in d. l. fi. in 2. notab.

Subamplia vſq; eo prædictam concluſionem pro-
7 cedere, † vt etiam atteſtationes coram arbitro defun-
cto factæ etiam probent coram alio, not. in d. l. fin. &
ibi DD. Bal. poſt Bart. in d. l. fi. col. 1. in ver. reuoco er-
go in dubiũ. C. de teſti. Butr. in c. præſentata de teſtib.
8 Tertiò principaliter amplia, † vt atteſtationes va-
leant, & faciant fidem, etiam ſi in quarta, quinta, ſex-
ta, & vlteriori dilatione productæ ſint, ita in terminis
concludit Capel. Tholoſ. in ſua quæſt. 200. alias 199.
ſi productio. Inno. in c. in cauſis circa princ. de teſtib.
& ibi Abb. in fin.

Limita hanc ampliationem non procedere, ſi te-
ſtes ſint ediciti, & fuerit contradictum, & appellatũ,
9 † quia tunc non probant atteſtationes. per Innocẽ. &
Sicul. in d. c. in cauſis. Auſt. ad d. q. Capel. Toloſ. 220.
ſi productio. ſecus ſi pars aduerſa non contradixerit,
eo enim caſu videtur receſſum ab illo termino exclu
ſiuo ſicut in ſimili, & fortiori caſu dicimus, valere te-
ſtium receptionem factam poſt cõcluſionem in cau-
10 ſa, † ſi non fuerit contradictum. Rot. deciſ. 5. ſi poſt
concluſionem. in nou. Iaſ. in l. patre furioſo. num. 21.
ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & Rot. deciſ. 468.
nota ſi poſt concluſionem, in antiq.

Quartò amplia vt atteſtationes probent in alia in-
11 ſtantia, † etiam ſi reus eſſet abſolutus ab obſeruatio-
ne iudicij. Inno. in c. cauſam. in gl. in verb. iudicib. ſub
nu. 1. de teſti. ex eo præcipuè, quòd atteſtationes po-
12 tius ſunt acta litis, † quã iudicij, reſpicientiaq; in fa-
ctũ. Et propterea non vr̃ obſtare l. properãdum. C. de
iudic. vbi dr̃, quod quando quis abſoluitur ab inſtan-
13 tia iudicij: tunc acta ipſius iudicij proſunt: † quia id eſt
intelligendum de his, quę ſunt tantùm acta iudicij, &
quæ ex ipſo iudicio oriuntur, & pendẽt. vt citationes,
ſatiſdationes, & huiuſmodi, quæ verè proſunt. arg. l.
pe. ff. iud. ſol. in quorum numero non ſunt atteſtatio-
nes, & confeſſiones, vt per eundem Inno. loc. ſup. cit.

Limitatur tamen hęc ampliatio, vt procedat, ſi at-
teſtationes fuerint publicatę, quia aliàs proſunt teſtes
cum inſtantia. ſecundum Bal. in l. properandum. §. &
ſi quidem. in vlt. col. in verb. tertiò quæro. C. de iud. &
Bart. in l. 1. in verb not. hanc glo. nu. 2. ff. quę in fraud.
credit. Alex. in l. cum lite. ff. ſol. matrim.

14 Quintò amplia, † vt atteſtationes ſuper nullitate
proceſſus, vel inſtrumenti probent quoad omnes, ſi-
cut ſententia contra tertium prodeſt omnib. Alex. in
l. 2. ff. iud. ſol. Io. de Imol. in l. ſæpe. col. 7. ff. de re iudi.
15 Sextò amplia, † vt atteſtationes corã executore Pa-
pali, vel alterius domini probent etiam coram quo-
cũq; iudice. Bal. in l. fi. in 1. col. in fi. in verſ. quæro qd
de teſtib. C. de teſt maximè ſi ſit clauſula, ſi tibi cõſti-
terit, vel ſi tibi probatum fuerit, ſecundũ Bal. ibid.
16 Septimò amplia, † vt atteſtationes factæ cõtra de-
bitorem obſint creditori ſuper pignore omni caſu,
quo noceret ſententia. Bart. in l. ſi ſuperatus. in fi. ff. de
pign. & in l. ſæpè. in 1. quæſt. ff. de re iudic. l. ſi mater. §.
fi. ff. de execu. rei iudic. Alex. in d. l. ſæpè. nu. 125. idem
Alex. in l. a. col. 4. verſ. 2. concluſio. C. de eden. & in
conſ. 61. viſo proceſſu. nu. 9. lib. 2. & in conſ. 135. pon-
deratis in fi. & conſ. 280. viſo ſummari . nu. 16. vol. 2.
& fuit primarium dictum Innoc. in c. cum cauſam, in
pen. col. in glo. in verſ. preſump. de teſti. quod pro no
tabili dixit, & ſequitur Rom. conſ. 311. in caſu propo-
ſitæ conſultationis. nu. 5. Matt. ab Afflic. deciſ. 396. in
cauſa Comitis. col. 3. verſ. in contrarium dicitur. nu. 3.
Dec. in conſ. fin. in cauſa. nu. 5. & Cur. iun. in conſ. 72.
Magnifici. col. 1. verſ. ſic etiam contingit. Iaſ. in l. ſed
& ſi poſſeſſori. §. fin. in 2. nota. ff. de iureiur. & Dec. in
c. cauſam quæ, ante fi. de teſtibus.
17 Octauò amplia, † vt quemadmodum atteſtationes
faciunt fidem in ciuilibus, ſic etiam probẽt in crimi-
nalibus, etiam in alio iudicio, & inter alias perſonas.
c. teſtimonium. de teſtib. And. Barbat. in ſuo tract. de
teſtib. §. ſequitur quarta pars, niſi ageretur de magno
præiudicio, vt ibi per eum ſub nu. 1. facit, quod nota-
tur in c. per inquiſitionem. de elect. & c. inter dilectos
de fide inſtrum.
18 Nono amplia, † vt atteſtationes non publicatæ in
eã principali probent in cauſa appellationis. Salic.
Alex. in l. 2. C. de eden. Alex. in l. 2. iud. ſol.

Limita primò concluſionem nõ procedere, nam
quantumuis atteſtationes faciant amplam fidem in
19 vna cauſa † tamen poteſt quis iis vti in alia. l. ſpado-
nem. ff. qui abſolutus, & ibi Nicol. de Neapol. in lect.
Bart. ff. de excuſ. tut. vide Bart. in l. 2. §. 1. in pen. col. in
fi. verſ. quæro quid ſi ille. ff. vi bono. raptor.
20 Limita ſecundo † atteſtationes teſtium examina
torum parte non citata non probare, cap. præſentata
de teſtib. l. non diſtinguemus. ff. de offic. ff. de arb. ſe-
cundum Bal. de pace Conſtant. Franc. Marc. in deciſ.
Delphin. q. 803. num. 5.

Subamplia hanc limitationem etiam procedere
in declarationibus, quæ factæ fuerint parte non cita-
ta, & ſic fidem non faciunt. c. 2. de teſt. l. iuſiurandi, &
l. ſi quando C. de teſtib.
21 Tertiò limita, † vt atteſtationes non publicatę nõ
faciant fidem in aliquo iudicio etiam inter eaſdem
perſonas, prout dicit Fel. in c. cauſam, quæ nu. 13. de
teſtib. qui de * communi atteſtatur, & etiam ſi iudex
coram quo producuntur, ſit ſecundæ inſtantię ſecun-
dum Alex. qui pariter atteſtatur de * communi. in cõſ.
82. num. 20. vol. 3.

Amplia iſtam limitationem habere locum, etiam
ſi dictæ atteſtationes eſſent tranſlatę in aliqua monu
menta ad perpetuam rei memoriam. vt in l. geſta. C.
de iud. & l. 1. in l. 3. ff. quę in fraud. cred. D. Nell. à Ge-
min. in tract. de teſt. nu. 81. & per ea, quæ ibi notabili-
22 ter adducit, & quòd atteſtationes non publicatæ † non
probent in alia inſtantia. tradit Purp. in l. is apud quẽ.
nu. 96 C. de eden. Fely qui declarat materiam in c. li-
cet cautam. col. 3. ver. fallit. 2. de prob. Quod amplia-
tur etiam ſi publicentur à iudice alterius inſtantiæ, vt
per Bart. in d. l. geſta, quẽ ſequitur Alex. in d. l. is apud
quem concludens, hoc caſu iterum teſtes eſſe exami-
nandos, & ibi eum eo tranſit Purp. d. nu 96. præſertim
ſi iſte iudex alterius inſtãtiæ ſit penitus diuerſus à pri-
mo, quia tunc, vt ipſe dicit, res clara videtur, & idem
fortè erit dicendum, ſi publicentur à ſucceſſore pri-
23 mi iudicis, qui examinauit, † ſi tamen teſtes ſint viui,
& præſentes, alioqui ſi reperirentur mortui, vel eſſent
viui, ſed diu abſentes fidẽ facerent, vt concludit Pur-
pur. loc. ſup. cit. nu. 97. & Alex. ibi ante eum, & in cõſ.
82. viſo proceſſu. lib. 3. Intellige hoc tamen procede-
re, niſi ei, qui examinandos curauit, poſſit aſcribi ne-
gligentia, quia tunc non obſtantẽ morte, vel diutina
abſentia fidẽ non facerẽt Bal. in c. conſuluit. cir. fi. de
offi. deleg. ſequitur Purp. vbi ſup. nu. 97. in fi.

Sublimita hanc tertiam limitationem, vt non pro-
cedat, quando dicta teſtium eſſent ſubſcripta nedum
per notarium, qui ea ſubſcripſit, & recepit, ſed & per
24 Iudicem, & Cõmiſſarium, qui examinauit, † quia tũc
etiam non publicatis atteſtationibus à Iudice exami
nante, vel qui examen cõmiſit, poterunt in alia inſtã-
tia per aliũ Iudicẽ publicari, ſi credimus Aquenſi in
d. l. is apud quẽ. C. de eden. quod tñ non approbat Purp.
ibi. nu. 69. ex plurib. rationib. quas per te videas.
25 Quarto limita † atteſtationes nihil probare, niſi de-
poſitæ fuerint intra terminum ſtatutum à iudice, qa
ſi poſt illud tempus producantur, nullius ſunt fidei, vt
docuit Bar. in l. 2. in fi. ff. de appel. quem ſequitur Bal.
in l. 2. in 13. quæſt. C. de epiſcop. audien. & in l. ſi ea.
C. qui accuſ. non poſſ. cui adhæret. Aret. in cap. licet
cautam. de prob. in 7. col. pro quo facit text. in d. cap.

Digitized by Google

licèt cauſam.in verb.nullatenus.& in c.paſtoralis.de except.& glo.in auth.ſi qua mulier. C. ad Velleia.& accedit Io.Cro.in ſuo trac.de teſt.§.aggredior.n.270.

Quinto limita,vt non procedat concluſio in atte-
26 ſtationibus ſumptis in iudicio ſummario,† quia fidē non faciunt in plenario, maximè ſi in eo agatur ad alium finem.c.veniens. el 2.de teſtib.& quod ibi per Doct.& per gloſ.Inno.& doct. in c. cum dilectus. de ordin.cognit.& per Bertr.conſ.1.nu.133.lib.1.

Sextò limita concluſionem in atteſtationibus in ſcriptis iudici miſſis per teſtem,quę non probāt. Abb. in c.de teſtib.nu.10.verſ.vlt.hic quæritur quid ſi teſtis ſcripſit teſtimoniū.& tradidit ſcripturā iudici,de teſt. & c.à nobis.§.ad hoc. ibi, nullius momenti.& Abb. nu.1.& 3.& glo.1.qui matri.accuſ.poſ.& ibi gl. ſuper verb.preſumptionem.& c.teſtes,in prin.3.q.9. Rom. conſ.204.pro diſcutienda,col.2.nu.6. verſ. quoniā vt dictum teſtis.Spec.§.nunc tractandum,qualiter. poſt nu.17.verſ.quid de muto,ibi.arg.tamen contra,tit.de teſte.Alex.l.qui bona. §.ſi alieno.col.6.verſ.pro hoc facit,poſt nu.21.de dam.infect.Tiber.Decia.cōſ.51, & prima fronte ſic diſcurrenti,nu.1.per rōnes ibi vſq; ad nu.4.& ibi nu.5.verſ.in ſcriptis miſſa.vol.2.Rom. in l.admonendi.poſt nu.57.verſ. aut in vim teſtimonij,quoniam vt dictum teſtis. de iureiur.

Amplia dictam limitationem etiam ſi prius in iudicio iuraſſet.Bal.l.in bonæ fidei,ver.ſequitur videre. C.de reb.credit.& in l.iuſiuran.C.de teſt.verſ.ſed hic quæro.Tiber.Decia.d.cōſ.51.nu.6.verſ.ꝙ talis teſtis.

Contra ſupradictam limitationem tenet Bar.in l. Theopompus.de dot.preleg.nu.12.verſ.quæro, an teſtis,quem ſequitur Alex.in l. legata inutiliter. nu. 7. verſ.item inducitur iſte text.ibi veriorē puto opinionem Bar.de leg.1.Spec.d.§.nunc tractandum.verſ.3, quid de muto,nu.17.tit.de teſte.Lanfranc.de Oria.in c.quoniam cōtra.& ibi Apoſtil.in verſ.ſcriptum, nu, 5.de prob.& in verb.teſtis.quos Bar.& Alex. refert & ſequitur Tiber.Decia.d. conſ.51.nu.96. verſ. quia reſpondetur.vol.2.col.24.

Amplia hanc contrariam opinionem, vt poſſit ēt per procuratorem,vel nuncium deponere. Bart. in l. qui bona.§.ſi alieno.col.2.nu.15.verſ. quod aduerſarius nō vult,de dam.infect. Rom. ſing.8. vtrum iuramentum teſtis.& ibi addit Abb.c.licèt ex quadā,poſt nu.6.verſ.ſed credo,de teſti.quod nō liberè affirmat, tamen dicit,vbi à iure requiritur proprium iuramentum,vel per ſtatutum, non ſufficit per procuratorem etiam peculiariter deputatum.

Intellige,& declara ſupradictam contrariam opinionem,& eius ampliationē procedere in ciuilibus, & vbi talis eſt cōſuetudo,glo.in d.c.teſtis.3.q.9.ſuper verbo ſed præſentes Bar.d.l.qui bona.§.ſi alieno.col. 2.nu.16.verſ.prædicta puto,& nu. 17. verſ. idem dico in teſtibus,de dam.infect.Rom.d.conſ.204. num. 4. verſ. cōcludens prētium,& poſt nu.7.verſ.hęc autem vera ſunt,niſi aliter diſponit patriç conſuetudo, prout eſt conſuetudo Venetijs. vt teſtatur Nicol.Franc. in add.ad Abb.in d.c.de teſtib.in verb.an teſtis poſſit deponere,& reſpicit cōſuetudinē.patriæ, dicit Rom. d.l.admonendi.nu.59.verſ.& ex predictis.de iureiur.

Intellige etiam ſupradictam limitationem,& eius ampliationem procedere, quādo iudex vellet in ſpecie ipſe videre qualitatem,& vultum teſtis,& in ſcriptis redigere dictum eius, vt quia fortaſſe teſtes ſunt ſuſpecti,& viles,vt per tenentes contra Bar. per corū rationes,& ſentit Bart.in d.l.Theopompus,& alij ſupra allegati,& Decia.d.conſ.51.col.25. nu. 101. verſ. 4.dico,vt iudex poſſit cognoſcere quo vultu,& trepidatione teſtis deponat, vt ibi etiam in contrarijs dicitur,& idem Bar.in d.l.Theopompus,poſt num. 12. verſ.ſi tamen iudex.de dote præleg.& Alex. d. l. inutiliter.poſt nu.7.verſ.niſi iudex aduertit, de leg. 1. in d.l. qui bona.§.ſi alieno.col.6.verſ.pro hoc facit, de dam.infect.& refert Abb.d.c.à nobis.poſt nu.3.verſ. licet fateatur,qui matri.accuſ.poſſ.& in d.c.de teſtib. poſt nu.10. verſ. licèt iudex poſſit compellere. de teſtib.vel quando pars opponeret, & contradiceret dictæ teſtificationi,vt Abb.d.c.de teſt.in fi.Tib.Decia. d.conſ.51.poſt nu.96.verſ.2.reſpondetur, col.24.

Quod tamen locum ſibi vēdicat in criminalibus, vt d.glo.c.teſtes ſuper d. verbo ſed præſentes.3.q.9.& Bar.d.l.qui bona.§.ſi alieno.nu.16.verſ. prædicta puto,de dam.infect.& ſentit Alex.in d.l. legata inutiliter.poſt nu.7.verſ.niſi iudex,alleg.l.de minore.§.tormenta.de q.& Bar.d.l.Theopompus.nu.12.verſ.ſi tamen iudex,de dot.præleg.& Rom.d. l. qui bona. §. ſi alieno.nu.10.verſ. 1. caſu poteſt iudex indiſtinctè.

Primò ſublimita dictam limitationem nō procedere in muto,qui in ſcriptis poteſt teſtificari, Spec. d. §.nunc tractandum qualiter. verſ.quid de muto. nu. 17.tit.de teſte,& Abb.d.c.de teſt.poſt nu. 10. verſ. ſecus in muto. de teſtib. & in alia facit ſaltem præſumptionē,vt & gl.d.c.à nobis.qui matri.accuſ.poſſ.ad q̄ vide not.in l.à diuo Pio.de re iud.Bal.in d.l. in bonæ fidei.C.de reb.cred.& l.iuſiurandi. C.de teſtib.Lanfr. d.c.quoniam contra.& eius ibi datas limitationes,de proba.& Anton.in c.licèt ex quadam. de teſtib.

Secundò ſublimita, etiam quādo periti in arte deponerent,vt Bar.in l.1.in fi.& l.vel ꝑ literas.ff.ſi mēs. falſ.mod.dixer.Decia.refert, & ſequitur col. 25. poſt nu. 107.verſ.3.reſpōdetur.& allegat.Fel.in c. de teſti. Quod & in dies obſeruatur,& generalis eſt conſuetudo,vt periti in arte tranſmittant iudicibus eorum relationes in literis etiam clauſas.

Tertiò ſublimita,niſi partes ex conſenſu ducerent dictum teſtem ſcribentem ad iudicem,vt ea quę ſcripſit,voce aperiret, eo in caſu plenam fidem faceret, vt Rom.d.l.admonendi.poſt nu.57.verſ.bene tamen confiteor de iureiur.

Ac poſſet procedere in iudice ordinario forſan, qui tenetur procedere ſecundum iuris ſolemnitates. l. 3. de teſtib.niſi eſſemus in notorijs, in quibus credit̄ teſtibus etiam non iuratis.c.tua nos.vbi glo.ſuper verb. teſtimonio,de cohabit.cleric.& mulier.& Rom.in l. admonēdi.de iureiur.poſt nu.99.verſ. primus. qū deponūt ſuper eo quod eſt notoriū,& ibi vide quatuor caſus,vbi teſtis poteſt corā iudice ſine iuro deponere ſuper eo,quod eſt notorium,ſecus in arbitro, vt Tib. Decia.d.cōſ.51.poſt nu.101.verſ.quintò, vt tollatur.

Reliqua huc ſpectantia videas infrà in verb. teſtis, & adeas Fel.in c.cauſam.& ibi latè Aret.de teſtib.

CONCLVSIO CL.

ARGVMENTVM.

Cum auari omnes præſumantur, declaratur in quibus id potiſſimum locum habeat.

SVMMARIVM.

1 *Auarus quilibet præſumitur.*
2 *Clericorum genus præſumitur auariſſimum.*
3 *Mulierum genus auariſſimum præſumitur.*

1 Auarum †quemlibet præſumi facilè colligi pōt ex reſpōſo Pauli in l. cū de indebito.ff.de probat.& l.quæ dotis.ff.ſol. matr. l. 2.C.quod met.cauſa,qui magis dolet pro amiſſis,quā pro non acquiſitis.Tiber.Decia.conſ. 4. ſufficere poterant.col.17.nu.55. inquiens dicere Gregor. lib. 15. moral.Naturā auari eſſe, ut magis doleat ex amiſſione iam partorū quam acquirendorum, ſemper auarū dolor

dolor fatigat,vt cum ſolicito timore cuſtodiat,quod tam anxiè cōcupiuit,& graui labore meminit acquiſitum, gratius intuetur aurū, quàm ſolem. c. ſicut hi. 47.diſt.vbi bonus text.de auaro loquens.& ibi gl. 1.

Cuius naturam optimè Valer.Maxim.explicauit, lib.9.c.4.dum inquit, protrahatur etiam auaritia, latentium indagatrix lucrorum, manifeſtè prędæ auidiſſima vorago,nec habendi fructu felix, & cupiditate quęrendi miſerrima. Vnde non immeritò traditum eſt à Diogene, Auaritiam ipſam eſſe arcem omnium malorum. Et Marcus Cato apud Aul.Gell.lib. 2.c.2.auaritiam omnia peccata habere exiſtimat, & Ariſt.lib.2.Politic. c. 7.tradit omnia peccata voluntaria ab auaritia, & ambitione procedere.

Amplia concluſionem procedere maximè in cle-
2 ricis,† quorum genus præſumitur auariſſimum, vt dicit glo.in c.ſi plurib.in verb.maioris.de præbend.lib. 6.& in c.nonnulli.de cleric.non reſiden.Ioan. Andr. in c.peruenit.de cenſib.quem refert Crauet.conſ. 11. nu. 16. iuxta illud.

Vna ſacerdotis manus accipit, altera condit;
Tertia ſi fuerit,tum dare promptus erit.

Vnde vulgo dici ſolet, clericos communiter habere in armis ſuis quinque,id eſt,

Toì,tira,tieni, toſto, è tutto.

Sed fortè & etiam laici nedum clerici talia arma fuerunt,vnde poſtea venit illud,vt malè parta, malè dilabantur,quod enim nequiter partum eſt,diu ſtare non poteſt,c.eijciens.§.ſed ſubſtantia talium.88.diſt. de quibus poſſunt dici verſus.

Congeries lapidum varijs conſtructa rapinis.
Corruit, & alter raptor habebit eam.
Sic vos non vobis has collegiſtis ædes,
Sic vos non vobis has collegiſtis opes.

3 Amplia ſecundò† concluſionem potiſſimum procedere in mulieribus, quarū pariter genus præſumitur auariſſimum,arg.l.ſed & ſi.vbi gl. ff.ad Velleia.l. ſi ſtipulata,in fi.ff.de iur.dot.& notat Soc.ſen. in cōſ. 214.nu.10.vol.2.glo.in l.quę dotis.ſolut.matr.Rom. l.de quæſt.nu.35.C.de pact.

Tertiò amplia procedere potiſſimè in medico, vt Tiraq.tract.de nobilit.c. 31.tit.an ars med.nobil.deroget.& num 437.verſ. his prætermitto, vltra alia ibi narrata,videlicet adulterium, veneficium, auaritia, & arrogantia,vt ibi plurib.in eos inuehit.

Quartò amplia,vt procedat etiam in iudicibus, quibus præcipuè adſcribitur auaritia, vt dicit Neuiz. in ſilua nuptial.lib.5.verb.iudicandū.fol.mihi 229.col. 2.ex mēte Ariſt.car.18.problem.4 Hinc pictores pingunt quinque,videlicet, Papam, iudicem, militem, agricolam, & fœminam, & ſubſcribunt Papæ quòd orat pro illis quatuor,militi,quòd defendit illos quatuor,agricolæ,quod alit alios quatuor,mulieri, quod decipit illos quatuor,iudici autem, quòd furatur illis quatuor.eſt enim auaritia omnium malorum mater. §.cogitatio,in authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffragio. Hipp.ſing. 190. iudices.

CONCLVSIO CLI.

ARGVMENTVM.

Auditus quid probet.

SVMMARIVM.

1 *Auditu quid poſſit probari,vide ibi.remiſſiuè.*
2 *Verus actus hominis vbi probandus eſt, non ſufficit probatio per auditum.*
3 *Antiqua poſſunt probari per auditum.*

in col. pen. nu. 30. C. de accuſat. qui dicit illam eſſe ve-
* ram * theoricam, arg. l. cum dominus. ff. ad Syllan. &
l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. act. non dat.

8 Quartò amplia vſq; eo concluſionē procedere, † vt
talis armatus aſſiſtens dicatur auxiliũ, & opem ferre
facto proximum, vt inſigniter not. Bal. in d. l. ob hæc.
verba. nu. 5. ff. de hiſq notant. infa. qui citat Innoc. in
d. c. continentia. de cler. percuſſo. & ſequitur & refert
Natt. d. conſ. 458. poſt nu. ſecundum, verſ. tamen Bal.
ibi. vol. 2.

Quintò amplia concluſionem procedere, ēt ſi quis
deterruiſſet, ne maleficium fieret, dum tamen tēpore
maleficij armatus aſtiterit, vt per Fel. poſt Spec. quem
adducit in c. ſicut dignum. col. 3. de homic. & per Nat.
in conſ. 458. nu. 3. vol. 2.

Limita primo concluſionē ſupradictam cum ſuis
9 ampliationibus non procedere, † qñ illa pręſentia nō
ſit ex animo propoſito ſeſe immiſcendi facto, ſed for-
tuitu eò loci venerit armatus, vt aſſatim rũdit Anch.
conſ. 216. verſ. reſtat reſpondere. Bal. in d. l. ob hęc ver
ba. nu. 5. verſ. adde vltimo. ff. de his, qui notant. infam.
Fel. in c. ſicut dignum. nu. 6. verſ. & omnia iſta limita.
de homic. Pariſ. d. conſ. 164. nu. 11. verſ. ſeu per errorē,
vel caſualiter. d. vol. 4. & nu. 12. Ioan. de Amicis conſ.
5. ſuper inquiſitione formata per capitaneum ciuita.
tis Iſerniæ, col. 2. in prin. verſ. per quæ verba, & Rimi.
conſ. 13. & per Clar. pract. crim. lib. 5. §. fi. q. 9. verſ. quæ
ro nunquid, circa finem.

Illud vero in hac re obſeruatione dignum non eſt
10 prætereundum, in dubio † ſemper quē caſu præſumi
adfuiſſe potius, quàm ex induſtria. ſic tradidit Fely. d.
c. ſicut dignum. nu. 6. Bald. in l. 1. in lectura antiqua. ff.
de ſeruo corrupt. & in c. 1. de benef. frat. Inno. in c. cō-
tinentiam de cler. percuſſo. quia nullus malum præſu
mitur velle committere, donec probeť, arg. l. Quintus
Mutius. ff. de donat. inter vir. & vxo. Pariſ. d. conſ. 164.
nu. 12. & 14. 16. & 17. vol. 4. Boſſ. tract. crim. tit. de ho-
micid. nu. 25. Natt. d. conſ. 458. poſt nu. 2. verſ. & licet
in dubio. vol. 2. concludit tamen Bal. vt iudex debeat
hoc arbitrari ex circunſtātijs, arg. l. 1. §. ſi quis in villa.
ff. ad Syllan. & hæc nota, quia pulchra.

Secundo limita non procedere, qñ aſſiſtens non
11 aſtat, vt maleficio faueat, † nam ſi fortuna poſtea cō-
mittatur delictum, non dicitur auxiliator. & tunc illa
præſentia probata, non videtur probatum auxiliũ de-
linquenti dediſſe. d. l. cũ aliter. §. ſed in eo. vbi Roma.
nu. 1. ad Syllan. exemplum poteſt afferri de eo, qui ac-
currit cum batillo ad dirimendam rixã, in qua deinde
ſequutum eſt homicidium, pro quo conſuluit Mant.
conſ. 281. lib. 1. & non eſſet aliquo modo puniēdus, vt
per Clar. d. q. 90. §. fi. d. verſ. quæro nunquid an ſi. l. præ
tor. §. homines. ff. vi bon. rapt. Auguſt. Arimi. in addit.
ad Ang. de maleſi. in verbo. dictus Andreas. n. 4. ratio
12 eſt, † quia voluntas, & propoſitum diſtinguit malefi-
cium, ita reſpōdit Bal. in addit. ad l. 1. ff. de ſer. corrup.
nam niſi quis probetur aſſociaſſe delinquentē ad ma-
leficium perpetrandum, auxilium præſtitum non di-
cetur, quoniam non tenetur auxiliator, niſi fuerit in
dolo, vt docuit Bart. in l. ſæpè. in fin. ff. de verb. ſignif.

Anna.in l.1.§.ſed in eo.ff. ad Syllan. Paul. de Caſtro
conſ.90 quod incipit,in cauſa incarceratorum &c. in
13 capitis enim iudicio † nemo ex præſumptione debet
damnari.l.abſentem. ff.de pœnis, & in dubio ſemper
præſumendum eſt,quem caſu interueniſſe,vt per Nat.
in d.conſ.458.nu.2.vol.2.

Tertiò limita concluſionem non procedere, qñ is,
14 qui vulnus intulit, ſit incertus, † ēt ſi aſtans armatus
venerit animo aſſiſtendi, & ille animus ex coniectu-
ris probetur,ita cauit Alex.conſ.15. nu.10.lib.1.

15 Ratio,quia ſi incertū ſit principale † vitiat acceſſo-
riū,vt conſulit Anch.conſ.96.ad fi. Bar.& Sal. in l.ſi
is qui rem.§. ſi tu Titiū. ff.de fur. item in l.ſi in rixa.&
ibi Alber.& in l.item Mela.§.1.ff.ad l.Aquil.

Quartò limita concluſionē non procedere, niſi de-
16 lictum fuerit perpetratum,† nam tum demū præſumi
tur armatus aſtans auxilium præſtitiſſe. l. ſæpè ita.de
verb.ſign.in ℏ.Dy.in l.ſi diuortij.ff.ter.amot.

Quintò limita concluſionē non procedere, niſi cō
17 ſtet per ſententiam de præſtatione operis, † quia non
ſufficeret, ꝙ principalis eſſet condemnatus ſorte pro-
pter contumaciam,vel confeſſionem. Bart.in l. is qui
rem.§.ſi tu Titium.in fin.ff.de furt. Ancha. conſ.217.
Nos Bartholomæus,in fin.Maria.in cap.qualitet.2.q.
11.art.4.de probat.

Ex iſtis igiť omnibus, quæ à nobis hucuſq; tradita
18 fuere, pro appendice & corollario dici pōt † præſtan
tem opem,& auxilium teneri & puniri eadem pœna,
qua principalis, ꝗ concluſionem tradit Bar. in l. is qui
opem.ff.de furt.l.nihil intereſt. ff.de adulter. Cœpol.
in conſ.34.Socy.conſ.158.col.3.verſ.ſed iterū, & col.
4. verſ. confirmatur iſta reſponſio. Ang. de maleſ. in
verbo d.maleficio ſemper,nu.10.§.ope.inſtit.de obli.
quæ ex delic.naſ.gl.in verbo defenſam. in clem. 1. de
pœ.plenißimè Saly.in l.1.C.de rapt.vir. Ang.in l.1.C.
* de Nili agge.non rumpen.& hanc eſſe * cōem opinio
nē dicit Corn.in conſ.8.in litera A lib.3. quem refert
* Dec.in c.1.nu.12. vbi pariter de * cōi teſtatur, de offi.
deleg.Crau.conſ.220.poſt nu.12.verſ.ſed arguitur.Bo
logni.in conſ.5. col.fi.verſ.2. de hoc Bald. in l.1.C.de
Nili agger. nō rumpen. cum alijs multis adductis per
Natt.in conſ.458.nu. 9.vol.2.

In contrariam tñ deſcendit ſententiā Dy.in l.nihil
intereſt.ff.ad l.Corn. de ſica. ideſt præſtantem auxiliū
homicidio media tantùm pœna affici debere.

Verùm conciliandi ſunt hoc pacto iuxta ſñiam
19 Bal.in l.vnic.C.de crim. pec.vbi dicit † opem ferentē
per actum proximum facto, vt quia aſtitit facienti, in
eū animaduerti eadem pœna,ſin autem ferat opē per
actum remotū,tunc mitius puniri, prout ēt dicit Nat.
in conſ.151.nu.5.vol.1.& D.Clar.in ſua pract.crim.in
* § fi.q.90.vbi atteſtatur de * communi & æquiori opi-
nione, nam proculdubio minor eſt culpa auxiliantis,
quàm principalis,& hinc conſequitur,vt ēt mitius vi-
* deatur puniēdus, & de * communi etiam teſtatur So-
cyn.in conſ.188. lib.2. prout refert Couarru. in clem.
ſi furioſus.fol.mihi 291. nu.a.in fi.

Primò amplia hanc illationem procedere vſq; eo
20 † vt qualitas in principali agente maius & grauius fa
ciens factum, cenſeatur adeſſe etiam in præſtante au-
xilium, vnde opem præſtans patricidæ, ita grauiter pu
nitur, ſicut ipſe committens, vt auctor fuit Bart. in d.l.
is qui opem.ff.de fur.& in l.vtrum.ff.de patric. Feli.in
c.ſicut dignum.num.1.de homic.Salyc.in l.1.de rapt.
virg.verſ. quæro ſi propter qualitatem inhęrentem.&
* hanc eſſe opinionem * communem dicit pract. Con-
rad. fol.330.nu.6.relata à Iul. Clar.d.q. 90.§. fin. circa
prin. qui diſtinguit inter auxilium præſtitum ante de-
lictum, vel in ipſo delicto, ſiue poſt delictum perfe-
ctum,quem ibi potes videre.

21 Limita hanc ampliationem non procedere, † qñ
dans opem ignoraret hanc qualitatem exaggerantē,
ſecundum Ang.in l.1.verſ.conſocios,& conſortes.C.
de Nili agger. non rumpen. qui ita dicit ſe obtinuiſſe
in facto, Ioan.de Anna.in c.ſicut dignum de homic.
l.is qui opem.ff.de furt.Clar.d.q.90.vbi ſupra.

Sed obſerues hanc limitationē procedere, qñ opē
dans ignorat qualitatem amplificantem ſuper nō de-
licto, nam tùm ignorantia qualitatis exaggerantis ex-
cuſat, non autem quando quis ignorat delictum, ſed
non qualitatem augentem factum,gl. ordinat.in d.c.
ſicut dignum.& gl.in c.fi.de homic.in 6.gl.in c.merito.15.q.1.vbi non excuſatur dans operam rei illicitæ.

Secundò amplia illationē prædictā procedere, etiā
ſi qualitas aggrauans delictum, non adfuerit tpe, quo
quis auxiliū aggreſſus ſit, ſed tpe maleficij. vnde ſi vo-
lenti occidere priuatū, attulerim ſponte ſciēter arma,
& ille interim conſtituatur in dignitate, potero cōue-
niri ēt quoad illam qualitatem. Bar.d.l. is qui opē qui
allegat gl.in l.1.§.perſuadere.ff.de ſer. corrupt.

Primò limita ſupradictā illationem non procede-
22 re † niſi quis præſtiterit opem delicto proximam.tex.
opt.in ca.felicis. in verſ.ſimplici fauore, & ibi glo.de
pœn.in 6.Saly.in d.l.1.vlt.col.de rap.virgin. Bal.in l.iu
dices.C.ad l.Iul.peculat. Bar. in l.qui ſeruo. ff.de furt.
& in l.ſi in rixa.ad fi.ff.de ſicar.

Secūdo limita non procedere, niſi reus principalis
eſſet condemnatus per ſñiam. Bar.in l.is qui rem.ff.de
furt.in §.fi. vėr.ſi tu Titium. Bald. conſ.120. aſſeſſoris
delicta Ancha.conſ.212.nos Bartholomæus.in fi.

23 Tertiò limita † niſi poſt delictū commiſſum aliqs
aſſiſteret in male merito, vt ferret auxilium quia non dr
propriè dediſſe opem delicto. Bar.in l.non ſolum.§.ſi
iuramento.ff.de iniur.itē in l.ſi quis in graui.§.ſi quiſ-
quam.ff.ad Syllan.l.in furti.§.ope.ff.de furt.item in l.
* raptores.& ibi Bal. C.de epiſ.& cleri.& eſt * cōmunis
opinio,vt dicit Clar.d.§.fi.q 90. verſ.aut verò, & hāc
* eſſe ſententiam frequētiori * calculo receptam, dicit
etiam Plac.lib.1.delict.c.16.nu.15.

Animaduertendū tamen hic eſt, contra huiuſmo-
di aſtantem oriri præſumptionē auxilij occulti, adeo
vt is debeat probare contrarium. Bal.in l.nō ideo mi-
nus.in penul.col.C.de accuſat.refert, & ſequitur Nat.
conſ.548.nu.2.in fi.d.vol.2.

24 Quartò limita, † niſi qs ignoranter præſtitiſſet opē,
quia dicenti ſe velle ire rus, commodaſſet equum, &
arma, & occidiſſet hominē, Bal.in l.quicunq;. in pen.
col.verſ.not.6.C.de ſeru.fugit.per l.apud antiquos.C.
de fur.Fely.in c.ſi quis epiſcopus.de hæret.

25 Quintò limita † niſi lex expreſsè aliter puniret prin
cipalem, quam pręſtantem opem, prout in caſu.l.1.de
rapt.virg.& l.1.C.de Nili agger.non rump.Cardin. in
clem.1.in 11.q de pœn.& eleganter Pet.de Ancha.in
regula acceſſorium.in 7.opi.de reg.iur.in 6.

Sextò limita, niſi operatio auxilij ſimplex fuiſſet ex
qua delictum, ſiue tractatus non ſit auctus, nam tunc
eadem pœna non punitur, ſi fides eſt habenda Iaſ. in
conſ.137.nu.3.& duob.ſequen.vol.1.Gram.in cōſ.45.
nu.41.Cepol.in cōſ.27.nu.9.& Cach.in deciſ.Pedem.
79.num.vlt.

Quapropter vt ea omnia, quæ in mediū attulimus,
dilucidius explicentur, cum iſta quæſtio ſit admodū
ardua, videndus erit D. Clar.in d. q.90. qui poſtquam
* retulit * cōem eſſe opinionem, indiſtinctè auxiliatorē
eadē pęna puniri, qua principalis delinquens, poſtquā
* ēt retulit * cōem pariter eſſe opinionem minori pęna
puniendū eſſe auxiliatorē, allegando pro vtraq; parte
Doctores, non nu. paucos, & ita quæſtionē eſſe valde
26 † dubiā & controuerſam, ſic diſtinguit, præſupponen
do tripliciter poſſe præſtari auxilium delinquenti, pri-
mò ante delictū, ſecundò in ipſo delicto, tertiò poſt
delictū conſumatum, deinde ſic diſtinguit, Aut deli-
ctum commiſſum eſt pręuio tractatu, vel deliberatio-
ne, accedente conſenſu, vel ſaltem ſcientia ipſius au-
xiliatoris, & tunc indiſtinctè dicit tenendum eſſe, au-
xiliatorem eſſe eadem pœna, qua principalis punien-
dum, &

ctum, & hoc quocunq; tempore auxilium præſtiterit, ſiue ante delictum, ſiue in delicto, ſiue poſt, teſtando. Bar. in l. in furti. §. ope. paulo ante fi. ff. de furt. vbi dicit, ſpem datam auxilij ad euadendum, dici auxiliũ ad maleficium committendũ. Aut non præceſſit aliquis tractat. vel deliberatio, & tunc ſi auxiliator præbuit cauſam delicto, punitur eadem pœna, iuxta ſententiam Grat. in conſ. 53. nu. 3. vol. 2. ſi verò non præbuit cauſam, tunc punitur mitiori pœna, præſertim ſi præſtitit auxilium poſt commiſſum delictum, nã tũc non dr̃ verè auxiliatus, vt dicit Bar. in l. 3. §. ſi quiſquã. ff. ad Syllan. Aut eſt dubium, nunquid præceſſerit tractatus, ſiue deliberatio ſaltim ratione auxiliatoris, & tunc auxiliator eſt in primis torquẽdus ſuper ipſa deliberatione, aut tractatu, aut ſcientia delicti, ſecundũ Manu. in conſ. 67. vol. 1. & vbi id fateat̃, debet adhuc pro ipſo auxilio puniri pœna extraordinaria, maxima enim vrget ſuſpicio contra eum, qui pręſtitit auxilium delinquenti, etiam poſt commiſſum delictũ, ſe fuiſſe participem & conſciũ ipſius delictũ cõmittẽdi.

B

CONCLVSIO CLX.

ARGVMENTVM.

Balla an præſumatur illius mercatoris, cuius eſt ſignum in ea.

SVMMARIVM.

1 *Balla præſumitur illius mercatoris, cuius eſt ſignũ in ea.*
2 *Trabs præſumitur eius, qui illam ſignauit, & nu. 6.*
3 *Emptor illas ſignans videntur ſibi traditæ.*
4 *Secus in vegete vini empta per ſolam ſignaturã non transfertur dominium.*
5 *Animal illius præſumitur, cuius ſigno ſignatũ eſt, de qua vide ſupra in concluſione, animalia.*
6 *Idem eſt in arboribus venditis, quæ ſignantur.*
7 *Niſi prædicta ſignauerit quis ſigno alieno, & fecerit expreſſam mentionem, quod erat alienum.*

BALLAM (noſtrorum hæc vox eſt) merca-
1 toris præſumi illius eſſe, † cuius ſignum in
ea ſit ſcriptũ, tradidit Bal. in auth. dos da-
ta, in 1. col. verſ. not. ex ſignaculo. C. de do
nat. ante nup. Dec. in c. cum cauſam. num. 6. de proba.
Boer. deciſ. 105. nu. 9. & 10. Andr. Barba. in repet. rub.
de fid. inſtru. col. 42. in fin. verſ. vnum tene menti, vbi
vide, & Ioan. de Ana. in c. fin. col. 3. in prin. verſ. adde
etiam Bal. Iacob. de Sancto Georg. in l. pacta nouiſſi-
ma. in vltim. verſ. C. de pactis. Affli. in conſti. Regni
Siciliæ, quæ incipit, priuilegia, & iuſtitia, in 2. lib. 2. no-
tab. & Caſſan. in conſuetud. Burgund. tit. de iuſtitiis.
§. 8. verb. le ſigne. n. 2. fol. mihi 80. arg. l. ſtigmata. C. de
fabricen. lib. 11. Bal. in l. 2. nu. 1. C. q̃ res vend. nõ poſ.
2 Primò amplia etiam in trabe, † quia præſumitur il-
lius, à quo fuerit impreſſa, tex. eſt in l. quod ſi neq;. in
fi. ff. de peric. & commo. rei emptæ. iuncta gl. in verb.
ſignaſſet. Videri autem trabes traditas, inquit Paulus,
quas emptor ſignaſſet. Bal. in rub. C. eo. verſ. ſi vendi-
di. Iaſ. in l. quoties nu. 18. limit. 6. C. de rei vendicatio-
3 ne, nam ſi emptor illas trabes ſigna† videntur ſibi tra
ditæ. d. l. quod ſi neque. & Iaſ. in d. l. quoties.
Limita iſtam ampliationẽ nõ procedere in dolio
4 vini empto, in quo † per ſolum ſignũ non transfertur
dominiũ, tex. in l. 1. §. ſi dolium. ff. de peric. & comm.
rei vendit. Si doliũ ſignatũ ab emptore, inquit Vlpia.
Trebatius ait, traditũ id videri. Labeo cõtra, quod &
verũ eſt, magis enim ſubmittereĩ, ſignari ſolere, q̃ vt
traditũ videatur. Iaſ. in d. l. quoties. Bal. rub. C. eod. tit.
Rom. ſing. 285. tu ſcis, ꝙ traditionib. Boer. deciſ. 105.
nu. 10. & Iaſ. in l. traditionib. nu. 8. C. de pact. & ratio
eſt, quia in vino, & ſimilib. alia præſumptio ſumi po-
teſt, quàm animus tradendi, exempli gratia, ne in do-
lio aliquid immittat̃. d. §. ſi doliũ. & Bal. vbi ſup. Mo
der. Anco. in trac. de merca. 2. par. nu. 90. declarando,
vt per eum poſt Bal. vbi ſupra, & Sal. in l. fi. C. co. tit.
Secundò amplia ẽt in animali procedere, qa illud
5 præſumitur illius, † cuius ſigno ſignatũ eſt, vt nos do-
cuit Bar. in l. ſtigmata. C. de fabri. lib. 11. Zanet. in ſum
ma, in rub. 11. q. vlt. & Alex. in l. cũ diuerſis. ff. de relig.
Bal. in rub C. de peric. & comm. rei emp. verſ. ſed in ar
borib. Quod & antiquitus in ſeruis fieri ſolebat, etenim
illi Samij bello capti, qui Sameæ nauis ſigno erat de-
formati, vel illi ſerui, q in literis erãt inuſti, quos lite-
ratos vocabant, Athenienſiũ eſſe p̃ſumebant̃, vt me-
minit Alex. ab Alex. li. 1. c. 18. Rurſus verò illi Athe-
niẽſes à Samijs capti, quos ſeruorũ loco habebãt, qui
noctuæ ſiguta erant notati, Samiorũ eſſe cenſebant̃,
idẽ ibi. Syracuſani verò, vt diſcrimẽ ingenuæ, & ſerui
lis pſonæ notaret̃, ſeruis equi characterẽ inuſſerũt. idẽ
ibi. & Plutarchus ẽt. Quod ẽt noſtra tẽpeſtate. Neapo
li, Siciliæ, & in alijs regionib. ſolet obſeruari, vt cuius
ſigno ſerui inuſti ſint, eorũ eſſe p̃ſumant̃, & ad ipſos
deducant̃. Ad iſtã ampliationẽ adhibenda erunt, quę
tradidimus ſuprà in cõcluſione, animalia, vbi amplia
tur, & limitatur, & videnda ẽt erit concluſio ſignum.
6 Tertiò amplia † ẽt idem præſumi in arborib. vẽdi-
tis, quæ ſignantur, ſic meminit Boer. d. deci. 105. nu. 9.
alleg. tex. in l. quod ſi neque. ff. de peric. rei ven.
Primò limita concluſionem, quando quis ſignauit
7 aliquid cũ alieno ſigno, † & apertè protulerit, eſſe alie
num cuius rei auctor fuit Bart. in l. ad teſtiũ. de teſta.
& Spec. de probationib. §. videndum. verſ. & nota. &
Philip. in c. ſignificauit. de appel. Io. And. ſing. in c. 2.
de fid. inſtru. Alex. conſ. 87. nu. 9. lib. 7.

CONCLVSIO CLXI.

ARGVMENTVM.

Bancherius communis ſiue mauis nummularius, vel argentarius an pręſumatur quæſiuiſſe bona, quæ habet ex pecunijs publicis, an ex officio ſuo.

SVMMARIVM.

1 *Bancherius cõmunis non præſumitur quæſiuiſſe bona quæ habet de pecunijs communibus, ſed ex officio ſuo. vide contrarium ibi.*
2 *Prima opinio procedit, quando quis gerit officium priuatum, alia opinio quando gerit publicum.*
3 *Præſumptio, quæſiuiſſe de pecunijs publicis bancheriũ communis, ceſſat redàita ratione.*

Bancherium communẽ (quem politius nummularium, vel
argentariũ dixeris) nõ p̃ſumi q̃ſiuiſſe bona, quę habet
1 ex pecunijs publicis, † ſed ex officio ſuo dicendũ eſt,
per ea, quæ animaduertit Bar. in l. ſpadonẽ. §. eſt autẽ.
ff. de excuſat. tut. per l. ſi defunctus. C. de arbitriut & p
eundẽ Bar. in l. facultas. ad fi. C. de iur. fiſ. li. 10. per d. l.
ſi defunctus. & per l. 3. §. multa. ff. eo. tit. de exc. tu. Gul.
de Cun. & Petr. in auct. licentiam. C. de epiſc. & cle.
Contrarium vr̃ velle gl. fi in d. l. facultas. ibi. quaſi omnia, quæ habet, præſumantur fiſci, quam not. Bald. in d. l. ſi defunctus, & non eſſe alibi, inquit idem Bal. in l. cum omnem. in prin. de bon. quæ lib.

Conciliatur

Conciliatur hoc pacto, vt prior opinio procedat in illo, qui gerit officium priuatum, prout loquitur text.
2 in d. l. ſi defunctus, † ſecus eſt, quando officium eſt publicũ, quia tunc procedit opinio gloſſæ, vt inquit Bal. In d. auth. licẽtiam. col. 7. verſ. iuxta prędicta. & Alex. in addit. ad Bar. in d. l. facultas.

Limita tamen opinionem gloſſæ procedere, quo
3 adusq; reddiderit rationem de adminiſtratione. † q̃a ſi benè illam reddet, ceſſabit illa præſumptio, ita inq̃t Bal. in d. auct. licentiam. d. verſ. iuxta prędicta. ex mẽte Guliel. de Cun. & Pet. in d. auct. licentiam. & idem Bal. in d. l. ſi defunctus. C. arbitr. tut.

CONCLVSIO CLXII.

ARGVMENTVM.

Bannitum quem eſſe quomodo probetur, & quando poſſit iure occidi.

SVMMARIVM.

1 *Bannitum quem eſſe probatur per libros, in quibus deſcribuntur banniti.*
2 *Bannitus deſcriptus in libro bannitorum poteſt impunè occidi ſtante ſtatuto.*
3 *Bannitus ſi impunè poteſt occidi, multo magis in priuatis carceribus detineri, & torqueri poteſt.*
4 *Bannitum cancellatum de libro occidens quis ignoranter excuſatur.*
5 *Etiam ſi ſit cancellatus immeritò occidens excuſatur.*
6 *Bannitus cancellatus de banno præſumitur indebitè cancellatus, quando cauſa non apparet, propter quam fuerit cancellatus.*
7 *Bannitus deſcriptus in libro bannitorum, quem magiſtratus impunè in ciuitate eſſe ferat, cui permiſſa ſit facultas banniendi, & ſaluum conductum faciendi, non poteſt occidi, quia habetur pro non bannito, & illum lædens punitur, ac ſi non bannitum læſiſſet.*
8 *Patientia, & tolerantia ſuperioris, vel Principis inducit cõſenſum Principis volentis ipſum pro nõ bannito haberi.*
9 *Bannitum occidens proditoriè non gaudet priuilegio ſtatuti permittentis occidi.*
10 *Bannitum probatur quem eſſe per ſcripturam in archiuio publico communis, etiam non publicam repertam.*
11 *Scripturæ in archiuio communis probãt inter eaſdem perſonas, inter quas ſunt ſeruatæ, niſi locus extra territoriũ archiuij eſſet confœderatus cum loco dicti archiuij.*
12 *Sumptum ex regiſtro probat bannitum, etiamſi regiſtrũ fuerit conſumptum, vel combuſtum, & talis bannitus virtute illius ſumpti poterit impunè occidi, dummodo ſumptum ſit cum ſolemnitatibus requiſitis.*
13 *Bannitus etiam ſi ſoluerit condemnationem, vel pęnam, & non ſit cancellatus de banno, præſumitur etiam bãnitus, quia donec deſcriptus eſt, ſemper ineſt ſibi iſta appellatio banniti, & ſi durat iſtud nomen appellatiuum, durat et nominis effectus.*
14 *Bannitus cancellatus de banno quando non apparet cauſa, in dubio præſumitur indebitè cancellatus.*
15 *Banna probantur per ſcripturam etiam cancellatam, dummodo reperiatur in archiuio communis.*
16 *Bannitum quem eſſe non præſumitur, niſi probetur.*
17 *Bannum, quod alicui datur ob contumaciam, facit indicium ad torturã, ſi ritè, & ſeruatis ſeruandis fuerit bannitus.*
18 *Bannitum occidens tempore ſaluiconductus præſumitur non habuiſſe notitiam dicti ſaluiconducti, nec puniẽdus.*
19 *Ignorantia in dubio præſumitur.*
20 *Notorium tollit præſumptiones ignorantiæ.*
21 *Cautella bannitorum qui à banno liberati curent ſe de libro bannitorum cancellari.*
22 *Bannitus debet cancellari de omnibus libris bannitorum, quando eſt conſuetudo vt in diuerſis libris ſcribantur, alias poſſet occidi.*
23 *Bannitus ſi iuſtè fuerit cancellatus de banno, non poteſt impunè occidi alias ſecus.*
24 *Statutũ dictans quod banniti debeant rebanniri per quoſdam ſapientes, licet bannum non ſit cancellatũ, non poſſunt impunè occidi.*
25 *Cancellatio banni ſufficit facta verbo.*
26 *Capitula pacis ſi continent, vt banniti rebanniantur, ſufficit ſine alia cancellatione.*
27 *Bannitum occidens ſciens ſoluiſſe pęnã banni, vel de proximo rebanniendum, vel rebãnitum verbo a ſuperiore, punitur, etiam non cancellatus, ac ſi cancellatus fuiſſet.*
28 *Scientia bannitum occidentis, gratiam ſibi eſſe factã banni, quomodo probetur, vide ibi remiſſiuè.*
29 *Rebannitus etiam ſi re ipſa non ſit cancellatus de banno, ſi per ſolemne inſtrumentum in archiuio publico appareat reuera ſolutam pœnam in banno contentam, nõ dicitur, nec figuraliter, nec ſubſtantialiter amplius bannitus.*
30 *Bannitum occidens non venit puniendus, niſi iuxta bannum ſit facta mentio ſolutionis dicti banni, cum veriſimiliter potuiſſet occidens ignorare.*
31 *Bannitus a ſuperiore toleratus licet ſit in bãno, & in libro bannitorum deſcriptus, non poteſt impunè occidi.*
32 *Bannitorum non cancellatorum, & cãcellationis materiã vide ibi remiſſiuè.*
33 *Banna præſidum terrarum potius ad terrorem præſumũtur, quam ad valorem facta.*
34 *Bannitus poteſt ferre teſtimonium de iure ciuili extra locũ, in quo exulat, quia bannum non irrogat infamiam.*

Bannitum (is eſt, qui à Cicerone plurib. in locis dicitur, cui ſit interdi
1 ctum aqua, & igni) quẽ eſſe † probatˀ per libros, in quibus deſcribunt̃ banniti, ita profitendo docuit Alex. in l. decem ſtipulantes. nu. 37. ff. de verb. oblig. & idẽ Iaſ. nu. 18. & idẽ Alex. in l. 1. nu. 11. ff. de nou. oper. nunc. & Saly. & Bald. in l. moueor. C. ſi ſer. exporta. ven.
2 Adeo vt † poſſit talis deſcriptus in libro bannitorũ impunè occidi, ita tradidit docendo Hippolyt. Marſ. in l. 1. ff. ad l. Cornel. de ſicar. nu. 9. Alex. conſulendo in conſ. 65. nu. 2. lib. 3.

Intellige ſi ſuper hoc extet ſtatutum, Bar. Bald. Iaſ. Dec. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.
3 Ex quo infertur, † vt quemadmodum bannitus impunè occidi, eo magis & in priuato carcere detineri, & torqueri poſſet, vti inſigniter dicit Bald. in l. iubemus. nu. 5. C. de priuat. carcerib. inhib. l. neminem. nu. 4. & 5. C. de exhiben. & tranſmitten. reis.

Amplia ſuperius dictum, etiam ſi bãnitus eſſet de-
4 letus ex libro, dummodo occidens ignoret, † quia tũc excuſatˀ. Iaſ. in l. ſi ſe non obtulit. §. condemnatũ. nu. 37. ff. de re iudic. per doctr. Ang. Imol. & aliorum in l. filio quem pater. per illum tex. in princi. ff. de liber. & poſthu. & refert Ang. quod ita conſuluerunt Iac. de Belu. & Iacob. Butr. in q. Baldarij, & Iacob Clarij de Florentia, & idem refert Ang. in l. ſi duo. ff. de acq. hęre. Lud. Rom. in l. 2. in prin. ff. ſi cert. per.

Secundò amplia illud dictũ, ſi ſit abſterſus tñ im-
5 merito, † quia occidens excuſatur ac ſi occidiſſet non deletũ, ita egregiè dixit Bal. in c. 1. in princi. in tit. hic finitur l. dein. incip. conſu. reg. & in l. ſcriniarios. C. de teſt. mili. & Io. Andr. in c. veniens. de accuſ. in nouel. Hippol. Marſ. in d. l. 1. ff. ad l. Corn. de ſica. nu. 71. Nel. in tract. ban. in 1. part. 3. temp. in 3. q. voluit Bart. Cep. conſ. 7. quidã fuit Paduæ condemnatus. & ad hoc ob-
6 ſerues † bannitũ deletum à banno pręſumi immeritò ademptũ, qñ non apparet cauſa ppˀ q̃ fuerit ſublatus. Mar. vbi ſup. num. 72. & Neil. in d. tract. de bann. in 3. par. 2. temp. nu. 75. Bal. in c. cum ſuper col. fi. de re iud. & in l. ſi non ſortem. §. adeo. ff. de condict. indeb. & in l. ſi præſes. C. quomodo, & quando iudex, in fi.

Limita hanc ampliationem non procedere, ſi ipſe

Digitized by Google

bannitus toleraretur, vt impunè eſſet in ciuitate à ſuperiore, qui habet poteſtatē banniēdi & fidē dare pu-
7 blicam, † nam hoc caſu pp̃ patientiā, & tolerantiam ipſius ſuperioris licet ſit deſcriptus in libro bannitorū vt in ſublimitatione, tñ habetur pro non bannito. l. 1. §. ſcientia. ff. de tributo. l. 1. §. magiſtrum. ff. de exercit. actio. vt Saly. in l. nullus. C. de Iudæis, quē ſequit̃ Ioā. de Anan. in c. ſicut Iudæi. col. 4 de Iudæis. & ibi Fely. in pen. col. Alex. conſ. 1. col. vlt. vol. 2. Hipp. de Marſi. ſing. 77. q̃ incipit, patientia. nu. 2, & in ſua pract. §. aggredior, nu. 23. vbi dicit, q̃ ſi quis hoc caſu læſerit bannitum, debere puniri, ac ſi læſiſſet non bannitū, vt per ſuprà alleg. Doc. quos, ſequit̃ Marſ. in conſ. crim. cōſ. 9. nu. 2?. & conſ. 46. nu. 31. Marſ. in l. 1. num. 10. ff. ad l. Corn. de ſica. & in l. fi. nu. 13. ff. de iuriſd. om. iud.

8 Ratio eſt, † q̃a talis patientia, & tolerantia ſuperioris, vel Principis inducit cōſenſum dicti Principis volentis ipſum haberi pro non bannito. Marſ. d. ſing. 77. nu. 1. latè Dec. conſ. 327. incip. viſo caſu. in vlt. col. Iaſ. in l. omnes populi. nu. 47. ff. de iuſt. & iur.

Secundò limita non procedere ſi quis bannitū oc-
9 cidat proditoriè, † nam tunc occidens non gaudet priuilegio ſtatuti, ita ſcripſit Bar. in l. genero. ff. de his, q notant. in fam. & in l. ſi quis in graui. §. verum. ff. ad Sillan. Bart. & Aug. in l. nulla. C. de delat. lib. 10. Aret. in l. cum ſeruus. ff. de verbo. oblig. Cœpol. conſ. 34. li inquam. 3. col. verſ. præterea.

Primò amplia principalē concluſionē procedere ēt in ſcriptura non publica, reperta in archiuio publi-
10 co communis, † q̃a illa probat bannitū. Bald. ſing. in rubr. C. de fid. inſtr. in fi. nam huiuſmodi libri, vel inſtrumenta reperti in tali loco faciunt fidem, ēt ſi non habeant requiſita, vt dicit, & conſulem, vt auth. hen. ad hæc. C. de fid inſtr. & Alex. in auth. ſi qs in aliquo. C. de eden. verſ. 6. fallit. Roma. conſ. 165. liber regiſtr. & conſ. 260, in propoſito. nu. 3. conſ. 319. in cā. Dec. cōſi. 14?. & pro tenui. nu. 10. in d. auth. ſi quis in aliquo. nu. 23. C. de eden. in c. cum cauſam. nu. 7. de prob. latè per Aym. Crau. in trac. de antiq. tēp. pat. 1. limit. 4. Marſil. ſuper rubr. C. de prob. nu. 293. conſ. 20. digneris quæſo. nu. 57. & ſeq. conſ. 43. Spiritus Sanctus. nu. 13.

11 Intellige inter eaſdē pſonas procedere † inter quas ſunt ſcripturæ ſeruatæ, niſi locus extra territoriū Archiuij eſſet ꝯfœderatus cū loco d. Archiuij. ita locut' eſt ſingulariter Bal. in rub. C. de fid. inſtr. vbi ſup. & de materia hmōi ſcripturę vide in concl. ſcriptura p tor.

12 Secundò amplia in ſumpto, † q̃a illud probat bannitū, adeo, vt ēt ſi regiſtrum fuerit conſumptum, vel combuſtum, talis bannitus poterit vi illius ſumpti impunè occidi, dummodo ſumptum ſit cū ſolemnitatibus requiſitis. Ita Nell. in tract. de bann. par. 2. nu. 9.

Tertiò amplia concluſionē, ēt ſi bannitus ſoluerit condemnationē, ſeu pęnā, & non ſit deletus à banno,
13 † quia tunc p̃ſumitur ēt bannitus, quia quandiu bannitorū albo eſt deſcriptus, tandiu banniti nomen illi cōpetet, q̃ ſi durat iſtud nomen appellatiuū, ſtabilis ēt permanet nominis effectus, ita rñdit Alexan. in conſ. 314 nu. 5. in fi. vol. 1. Bal. ita docuit in l. Labeo. in §. 1. in fi. ff. de pact. vbi id cautionis genus ſuggerit, vt facta ſolutione curet eā abolendam à libris bannitorū, & l. tutelas. C. de cal. diminut. idē Alex. cōſ. 160. viſis narratis. vol. 7. Iaſ. in l. ſi creditor. in 1. col. C. de fideicom. Alb. de Roſ. in tract. ſtatuto. in vlt. par. in q. 33.

Illis addendū illud arbitror, in dubio quē præſumi
14 immeritò & iniuſtè deletū eſſe à banno, † qñ non apparet cā, cur fuerit abſterſus. Bal. in c. cum ſuper. in 6. col. de re iud. & in l. ſi non ſortem. §. adeo. ff. de cond. indeb. & in l. ſi preces. C. quomodo, & qñ iud. Hippol. de Marſ. in l. 1. C. de ſicar. Abb. in cōſ. 7. tria circa primū. lib. 3. Nell. in ſuo trac. bannit. in 3. par. 2. temp. in q. 77. incip. ſed circa idem Bal. in conſ. 208. incip. coniungamus lib. 6. quem omnino vide Bal. in ſuo reper. in B. verſiculo bannum cum cancellatur.

Præterea nec illud omiſerim, ēt probari banna per
15 † ſcripturā ēt deletam. Bal. in l. moueor. C. ſi ſeru. expor. & in addi. ad Spe. tit. de ſnīa. ver. banna. Bald. in l. emācipatione. C. de fid. inſtr. Bar. in l. acta. ff. de re iud.

Intellige tamen hanc concluſionem procedere, dummodo reperiatur in archiuio communis. Bald. ſing. in rub. C. de fid. inſtr. in fi.

Verum ñ in dubio bannitū quē eſſe non pręſumit̃,
16 † niſi probetur: vt reſpondit Bologni. conſil. 27. nu. 1.

Succurrit & illud hoc loco opportunè dicēdū, ban-
17 nū, q̃ alicui datur ob contumaciam † facere indiciū ad torturam Gram. conſ. 12. nu. 21. & conſ. 32. nu. 8.

Sed hoc proculdubio intelligendū eſt pcedere, ſi erat bannitus ritè, & ſeruatis ſeruādis. idē cōſ. 37. nu. 5. Brun. in trac. indicio. nu. 5. q. 2. paris. nu. 7. Hipp. ſing. 117. & in l. 1. nu. 3. ff. de q̃ſt. vide Blanc. declarantem. in l. fi. de quæſt. num. 293. Gram. deciſ. 34. nu. 50. Par. in ſindic. in verb. tortura. verſ. ſequitur quæſt. nu. 5.

Ex iis, quæ diximus, elici pōt, bannitum occidentē tpe, quo habebat ſaluumconductum, vel maius fidē
18 publicam, † præſumi non habuiſſe notitiam dicti ſaluiconductus, vnde puniri non debet, ac ſi occiſus verè non habuiſſet ſaluumconductū: ita conſuluit Pau. de Caſt. conſ. 199. nu. 2. incip. licet iſta. vol. 1.

19 Ratio, q̃a in dubio † pręſumit̃ ignorantia. l. verius. ff. de pb. regula p̃ſumitur. ff. de reg. iur. in 6. Dec. conſ. 327. nu. 6. vbi allegat Alber. in 4. par. ſtat. q. 38. in fi. & alia, vt ibi nec habet neceſſe probare, ſe ſciuiſſe ipſum bannitum. Bar. l. inter omnes. §. rectè. nu. 4. de fur.

Primò limita concluſionē non procedere, qñ aper-
20 tiſſimū eſſet omnibus de ſaluoconductu † nam tunc tolluntur præſumptiones ignorantiæ, gl. ſingularis in l. 1. ff. de recept. arbi. quam gl. reputat ſingularē Alex. in l. ſi tutor. C. de peri. tutor. in apoſt. ad Bar. ibi.

Vt igit̃ rem in pauca conferam & vt bannitis con-
21 ſulā, adiiciendū eſt: † vt diligēter obſeruent banniti, cum primū in patriam reuocati fuerint ſe delendos curent à libris bannitorum, quam cautionem ponit Bal. in l. Labeo. §. 1. ff. de pact. Iaſ. in l. ſi creditori. in 1. col. C. ſideic. Albe. de Roſā. in tract. ſuo ſtatut. in vlti. par. in q. 33. incip. tranſeundo ad ſecundam quæſt.

* Quam concluſionem, & * communem opinionē in fauorem, & cautionem bannitorum adductā amplia duobus modis.

Primò, vt non ſolū talis bannitus debeat adimi ab
22 vno libro bannitorū, † ſed ēt ex omnibus bannitorū libris, quādo huiuſmodi eſt cōſuetudo: vt in diuerſis libris ſcribantur, vt fit Bononiæ, nā aliàs poterit occidi, ac ſi nō fuiſſet abſterſus, ita inſignitè dixit Ang. in l. fi. per illū tex. ff. de his, q̃ in teſta. delen. & ibi Raph. Cuma. Aug. in l. noſtrā. C. de teſta. & hāc doctrinam latius firmat Alex. conſ. 280. attēta diſpoſitione ſtatuti. 1. & a col. & conſ. 301. viſis dubitationib. vol. 4.

23 Secūdò amplia ſupradicta, & dicas, † vt talis bannitus, ſi fuerit cancellatus, nō poſſit occidi impunè, hoc eſt verū, ſi iure optimo, & legitimo, ſecus ſi immeritò fuerit cancellatus, q̃a iniuriā inferens bannito iniuſtè cancellato de banno non punit̃, perinde ac ſi occidiſſet bannitū non cancellatū, dixit Bal. in c. 1. in prin. in tit. hic finitur lex Corra. & incip. conſuet. Regni, & Bal. in cōſ. 208. coniungamus 2. col. vol. 6. Idē voluit ipſe Bal. in l. ſcriniarios. C. de teſta. mili. Io. And. in c. veniens. de accuſa. Nell. in trac. bānit. in 1. par. 3. temporis, in 4. q. Cœpol. conſ. 7. quidam fuit Paduæ.

Dum verò ſuprà dicebamus, bānitum non cancellatum à bāno poſſe impunè lædi, ſicut antea poterat, limita aliquot modis.

Primò limita, quando lege municipali caueret̃, aliquo in loco, vt banniti debeant à banno eximi à qui-
24 buſdam ſapientibus, † nam hoc caſu licet bannum non ſit cancellatum, tamen tales banniti non poterunt impunè occidi, quoniam tunc bannum propter tale ſtatutum redditur nullū, ita notabiliter dicit Bal.

in l. ſi

Digitized by Google

in l.ſi creditoris.nu.1.C.de fideicom. quē ſequit̄ Pau.
de Caſt.d.loco dicens, ꝙ ſi deliberatum ſit, vt banniti
à banno eximerentur, tunc etiā anteq̄ à banno indu-
cerentur, non poſſe ex forma ſtatuti impunè lædi, idē
tenet Alex.conſ.114.ponderatis his.nu.2.& per totū,
lib.1.vbi ad id comprobandū teſtatur Io.And. in ad-
dit.ad Spec.tit.de accuſat.in 3.par.§. ſequit̄.verſ.quar
tum membrū.Iaſ.in l.ſi creditoris.C.d.tit. pro qbus ēt
faciunt dicta per Ang. in ſuo tract. de maleſ. in verb.
25 qui iudex, in 1.verſ. ante fi. † vbi dicit ſatis eſſe liturā
verbis tantummodo expreſſam, ad quod adducit Bar.
in l.emptor.§.Lucius. in fi.ff.de pact.

Secundò limita non procedere, qñ in capitibus pa
cis actū ſit, vt banniti in integrū reſtituerentur, & eo-
26 rū condēnationes, & banna inducerent̄, † tunc.n.nō
requirit̄, vt de facto deleantur ex libris, ſed ſatis eſt, ſi
declarentur haberi pro deletis. Bart.in d l.emptor.§.
Lucius. Idē firmat expreſſius Ang. & Imo.in l. 1.in fi.
ff.de his.quæ in teſta.delen. Bal.& Caſt.in l.huiuſmo
di.in §.cū ea.ff.de leg.1.& Caſtr.conſ.33.incip.viſo d.
inſtr̄o.& in l.ſi non ſortem.§.adeo.ff.de condi.indeb.

Tertiò limita in eo, qui ſciebat factā fuiſſe gratiam
27 vel ſoluiſſe pœnā banni, † vel illū eſſe in patriā reſti-
tuendū de proximo ex aliqua cauſa, vel denique illū
eſſe à banno liberatū verbo à ſuperiore, nam talibus
caſibus, ꝑ talem ſcientiam, punitur occidens banni-
tum, non cancellatum, ac ſi eſſet cancellatus. Domi.
Nell.in ſuo tract.Bannit.in 1.par.3.temp.in 2.q.Bald.
in l. 2.in 3.col.ff.ſi quis in ius vocat.&c.& in l.quid ſit
fugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de ædil.edic.Io.And.
in regula, ꝙ quis mandato.de reg.iuris, in 6.in Mercu.
Bal.in l.1.C.de pœn.Alex.d.conſ.114. vol.1. Bal.in l.
huiuſmodi.§.ſi ita.ff.de leg.1.

Ad illud, ꝙ dictū eſt de eo, qui ſciebat bannito fa-
ctam fuiſſe gratiam banni, vel ſoluiſſe, vel debere de
28 proximo eximi à banno, † ſi quæras, ex quibus præſu
mat̄ talis ſciētia, adeundus erit Ang.id latè examinās
in l.Titius.in §.Lucius.Titius. ff.de libe.& poſt.hu.

Quartò limita, qñ rebannitus is qui à banno fuit li
beratus, & ſi re ipſa non ſit à banno deletus, tñ per ſo-
lemne inſtr̄m repoſitum in archiuio publico appare-
ret ab eo fuiſſe re ipſa ſolutā tantam pecuniā, pro qua
29 erat in banno poſitus, † ea enim ſoluta non præſumit̄
amplius in banno, ſed ab eo eximitur, quia tunc non
dicitur amplius figuraliter (vt his noſtrorum loquen-
di formulis vtar) nec ſubſtantialiter bannitus, huius
ampliationis auctor fuit Iaſ.in l.ſi creditoris. C.de fi-
deicommiſſ. qui allegat etiam Bald. hoc voluiſſe, &
Cuma.in d.l.huiuſmodi.§.ſi ita.de leg.1.

Limita tñ hanc limitat.Imol.in d.l.ſi creditoris.vt
procedat, ſi iuxta bannum facta ſit mētio de ſolutio-
ne, alioqui ſtat adhuc, vt occidens non ſit puniendus,
30 † cum iam tum ēt poſſit probabiliter ignorare, quam
tñ limitationem improbat ibi Iaſ. & Hippolyt. Marſ.
in ſua repet.rub.C.de prob. in col.55.57.& 58.

Quintò limita non procedere in bannito, quē ſerat
31 Magiſtratus, vel Princeps, † nā tali bannito, non po-
terit impunè iniuria inferri, licet ſit deſcriptus in ban-
no, & in libro bannitorū. Iaſ.d.loco ſupra citato, & di
xit Sal.in l.nullus.C.de Iud.Hippol. de Marſ. ſing.77.
incip.patientia.Io.de Anna.in c.ſicut.in 5.col.de iud.
dicens hoc eſſe dictum ſingulare, & ſe vidiſſe ſeruare
Bononiæ.Io.de Arc.ſing.10.nu.1.

Hæc qui ad ſaturitatem voluerit inueſtigare, adeat
32 † Bal.in l.ex morte.C.ad l.Aqui.Bal.in l.quid ſit fugi
tiuus §.apud Labeonem.ff.de ædil.edic. & in l.1.in 2.
col.C.ſi à non compet.iud.vbi de banniti non cancel
lati, vt aiunt noſtri, atq; cancellationis materia pluri-
ma congerit. Nell.ēt in ſuo tracta.bannit.in 3.part.2.
tempo.q.74.incip.in ciuitate ordinatū fuit. & Hippo.
de Marſi. in ſua pract. crim.in §. aggredior. nu.30.&
ſeq.& in l.1.in prin.ff.de ſicar.in 9.col.

Quamuis hæc præter materiā probationū videant̄
adiecta, nihilominus tamen cum materia bannitoria
ſit quotidiana, & omninò ſcitu neceſſaria, non ab re
duxi hanc paulò altius repetere.

33 Nec illud interea omittendo, † banna per præſides
terrarum præſumi potius ad terrorem quàm ad valo-
rem facta; ita loquutus eſt Bal.in addit ad Spc.de ſen
tentia.col.17.verſ banna.his quoq; cōuenit, bannitū
34 teſtimonium ferre poſſe de iure ciuili † ea ratione, qa
bannū non irrogat infamiam, vt tradidit Bal.in c.ſup
eo primo de teſtib.& in l.in exercendis.pen.col. verſ.
ſed quero nunquid.C.de fid.inſtru.Fel.in c.poſtulaſti.
nu.5.de foro compet.glo.in l.ex ea. ff.de poſt. Abb.in
c.paſtoralis.§.verum.in pen col.de appell. Barto.in l.
ictus fuſtium.ff.de his qui not. infam.

Quæ concluſio ita intelligenda eſt, procedere, vt
tñ teſtis eſſe poſſit extra locū, ex quo exulat, arg. eo-
rum, quæ dicit Bal.in l.1.nu.20.C.de hæred.inſtit,

CONCLVSIO CLXIII.

ARGVMENTVM.

Baptizatum quem eſſe quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Baptizatum quem eſſe ſufficit probare per vnum teſt[em].*
2 *Baptiſmus pōt fieri cum vno teſte, & cum quo viu[...] nu. 4.*
3 *Baptiſmus probatur per libros antiquos eccleſiæ, in quibus baptizati notantur.*
4 *Infideli teſtificanti non eſt ſtandum.*
5 *Teſtis vnius dicto non ſtatur in præiudicium tertij, ſecus vbi non de præiudicio alicuius.*
6 *Baptizatus non præſumitur, niſi probetur.*
7 *Baptizatus an quis ſit, ſi dubitatur, debet baptizari, vt ibi.*

1 Baptizatum quem eſſe † ſatis eſſe, ſi ꝓ-
betur per vnū teſtem, do-
cuit gl.in c.cum itaq;.c.paruulos.c.placuit, de conſec.
diſt.4. q̄ gl. dicit ſingularem Brixien. in ſuo dictiona.
in verb.baptiſmus.glo.fi.in c.licet vniuerſis.de teſtib.
gl.in c.nuper.in verb.numerus. de teſti. & ibi not Bal.
& in c.quanto.& ibi Do.2.q.5. Spec.in tit.de teſtib.§.
teſta.in 4.& 16.fall.Iaſ.in l.reſcripta.n.7. C.de precib.
Imp.off. Ant.But.in c.veniens.il 1.in 1.col.in fi.de te-
ſti.Gerar.ſing.49.nu.2.Marth. ab Afl.in cōſti. Neap.
de apoſt.li.1.rub.3.nu.12. Nepos de Monr. in tract.de
teſti.nu.68.Fel.in c.veniens.il 1.col.7.in fi.& in d.c.li-
cet vniuerſis.in fi.eo.tit.de teſti.vbi Bal. Iaſ.in reper.l.
admonendi.col.8.ff.de iureiur.& in conſ.77.vol.3.&
in conſ.120.col.1.vol.4. Crot.in tract.de teſti.par.6.n.
10.Iaſ.in l.reſcripta.col.2. C.de p̄[rec]ib. Imp. offer.ratio
2 eſt, † qa baptiſmus cū vno teſte fieri pōt, ſic habemus
à gl.in c.placuit.de conſecr.diſt.4.

Primò amplia, vt ēt probetur per libros antiquos
3 eccleſiæ, † in quibus notantur baptizati, compatres, &
ſimilia, ita Fel.in c.cum cauſam.de probat.nu.2.

Limita, & intellige ꝓcedere in teſte Chriſtiano, &
4 fideli, † ſecus ſi à noſtra religione alienus teſtificaret̄,
qa ei non eſſet credendū, vt per gl. in c.cū itaq;. verb.
qui teſtimonio.de conſe. diſt.4.& gl.in c.nos.ea.diſt.

Limita, niſi agatur de præiudicio tertij, vt hæredis
5 grauati, vt de Titio, ſub conditione, ſi baptizabit̄, † tūc
enim vnus teſtis non ſufficit, vt traditum fuit à glo.in
d.c.placuit.de conſecr.diſt.4, ſecus eſt, vbi non agitur
de præiudicio alicuius, vt in concluſione, & per addu
cta per Fel.in d.c.veniens. il 1.nu. 18.verſ. ſecundo in
quantum.dicit Spec.

6 Nec in dubio baptizatus qs præſumitur, † niſi pro-
bet̄.c.paruulos.cum ſeq.de conſecr.diſtin.4. Alcia.in
trac.de pſ.reg.2.præſ.4.nu.1. Math.ab Afl in conſtit.
Neap.incip.ſi bāna clandeſtina.lib.1.nu.68.Lucas de

7 Pen. in l.vni.C.de quæſt.lib.12.verſ.23.† Ideoq; ſi pro
babiliter dubitatur,an ſit baptizatus,debet iterum ba
ptizari ſecundùm normam traditã in c.2.vbi Abb. &
alij de Bapt. & vtitur Curia Romana ſub his verbis
conceptis videlicet: ſi tu es baptizatus,ego non te ba-
ptizo,ſi tu non es baptizatus, ego te baptizo in nomi
ne Patris,& Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

CONCLVSIO CLXIV.

ARGVMENTVM.

Barratarja magiſtratus quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Barrataria probatur ex eo, quod magiſtratus recipiunt aliquid a priuato, vt faciant non facienda, vel omittant facienda.*
2 *Magiſtratus vltra illorum ſalarium nihil debent recipere, nec officio durante, nec poſt.*
3 *Iudicium iuſtum, vel iniuſtum nemini vendere licet.*
4 *Magiſtratus accipiens pecuniam à fœneratore gratis, ſi poſtea tulerit ſententiam pro illo etiam iuſtam, tũc dicitur committere barratariam.*
5 *Barrataria præſumitur contra mutuantes iudici pecuniã.*
6 *Iudices debent eſſe contenti ſtipendio ſuo publico & priuatis miniſtrare iuſtitiam.*
7 *Barrataria conſiſtit in corruptione iudicis, nõ habita rõne an magis iuſtitiã, quam iniuſtitiã adminiſtrauerit.*
8 *Barratariam magiſtratum commiſiſſe dicitur, etiam ſi illã aggreſſus ſit, nec perfecerit, vt ſi accipit pecuniã, & nondum tulit ſententiam.*
9 *Crimen barratariæ æquiparatur crimini leſæ maieſtatis. Crimen ſimoniæ æquiparat crimini leſæ maieſtatis, ibi.*
10 *Res ſacra per ſimoniam venditur, ſic per barratariã venduntur leges, quæ dicuntur ſacratiſſimæ.*
11 *Barratariam non committit magiſtratus recipiens à ſubditis ad ſemetipſum, & familiam ſuam ſuſtentandam, quã ſuſtentare non poteſt propter tenue ſalarium.*
12 *Magiſtratus non committit barratariã, quando ab amico ſuo donatum gratia amicitiæ recepit.*
13 *In crimine ſimoniæ attenditur qualitas perſonæ dantis, & recipientis, quantitas, modus, & tempus donationis. Non omnia, non ab omnibus accipieda ſunt munera, ibi.*
14 *Barratariã nõ cõmittit iudex recipiẽs pecuniã poſt ſñiam, nec punitur de barrataria non probato aliquo pacto.*
15 *Donatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ex accipientis petitione proceſſit.*
16 *Barratariam non cõmittit iudex, qñ nollet adminiſtrare iuſtitiã ſine pecunia, quæ ſibi debetur de ſuo debito ſalario, & quæ data ſit publicè coram teſtibus, & notario.*

Barrataria (quæ elegãtius repetundæ poſſet dici) probatur ex eo, ꝙ ma
giſtratus recipiunt aliquid à priuato, vt faciant non
1 facienda,† vel omittant ea, quæ ſunt facienda, ſic lo-
quutus eſt Accurſ.in l.1.ad l. Iul repetun.& l.ea. §.fi;
l.lex Iulia.eo.tit. Amod.de Caſtell.in trac. de ſindica
tu, in verbo itẽ in eo, ꝙ dictus Poteſtas. nu.163.Boſſ.
in tract.crim.tit.de offi.corrup.nu.1. cum ſeq.
Vndè iure optimo illud Alcamonis memorandũ
dictum ſolet circumferri, quem cum quidam interro-
gaſſet, quam ob rem munera à Moſſenijs oblata ita re
cuſaſſet, quoniam ſi recepiſſem, inquit, cũ legibus pa-
cem habere non poteram, meminit Plutarchus.
Nil enim penitus, exceptis ſalarijs, tàm in admini-
2 ſtratione poſiti,† quàm poſt depoſitum officium pro
aliquo preſtito beneficio tpe adminiſtrationis, quàm
gratuito meruerint, accipere debent, vt ſciuere Impp.
Theod.& Valen.in l.fi.C.ad l.Iul.repetunda.

3 Iudicium enim iuſtum,† vel iniuſtum nemini ven
dere licet, vt inquit ſummus Pontif.in c.non licet.11.
q.3.item c.lex Iulia.14.q.5.c. cum non ab homine. de
vita,& honeſt.cler.& ad id conſulendi erunt Bald. &
Ang.in l.generaliter.ff. de cal.in auth. ſed nouo iure,
C.de pœn.iud.qui mal.iudica.
Primò amplia dictã concluſionẽ habere locũ etiã
ſi magiſtratus acceperit pecuniam à fœneratore gra-
tis,& propterea ſententiam pro illo tulerit: ẽt iuſtum,
4 † quia tunc dr̃ cõmittere barratariam, vt loquutus eſt
Bal.in l. venales.nu.5. C.qñ prouo. non eſt neceſſe.l.
quin ẽt.ff.de calum.ibi, idemq; ſi pecunia intendatur
data,&c.& l.generalem.d.tit.ibi. ſi aut quid cõpendij
ſentit pp hoc,ſiue ab aduerſario, ſiue ab alio, ſiue an-
te iudicium,ſiue poſt. l.1.§. quod aũt.eo.titu.pro quo
eſt tex.in l.ſi.C.ad leg.Iul.repet. & tex.in l.quiſqs.ibi,
5 quaſi emptor legũ.C.ſi cer.pet.vbi Bal.dicit,† contra
mutuantes pecuniã iudici præſumi barratariã; quem
ſequitur Amod.in d.ſuo tract.de ſindic.nu.166.
Et ratio eſt: qa iudices debent eſſe contenti ſtipen-
6 dio ſuo publico,† & priuatis gratis miniſtrare iuſtitiã
vt rñdit Venulejus in l.eadẽ.§.l.Iulia.ff.ad l.Iuli.repe
tundar.& Boſſ.in d.ſuo tract.crim.tit.de offic.corrup,
nu.1.cum ſeq.Bal. in conſ.21. vol.5. vbi dicit barrata-
riam conſiſtere in corruptione iudicis, & ſic nõ habi-
7 ta ratione † an magis iuſtitiam, quam iniuſtitiam ad-
miniſtrauerit. Paul.de Caſtr.conſ.152.incip. videndũ
ex primo poſito.vide ẽt Anch.conſ.272.col.3.& om-
nino Boſſ.d.ſuo tract.vbi ex mẽte Caſt. in d.cõſ. 152.
diſtinguit,& ponit tres caſus in iſta materia, qñ magi
ſtratui dat̃ pecunia, vt ferat ſententiam iuſtã, & qñ vt
feratur iniuſta,& qñ ſi detur ſimpliciter, in quibus om
* nibus caſibus in eam ſententiam * communi conſen
ſu receptam deſcendit, committit barratariam.
Secũdò amplia procedere conclu. etſi magiſtratus
8 non perfecerit barratariã,† ſed ſolum illam aggreſſus
ſit: vt quia accepit pecuniã,& nondũ tulit ſñiam, vt di
cit Bal.in d.auth.ſed nouo iure.C.de pœn.iud.q mal.
judi.l.generaliter. §.1.ff.de calum.ſicut in ſimili dici-
mus eſſe in crimine graſſationis.l.1.ff. ꝙ quiſque iur.
Verùm id diligenter obſerues, id eſſe peculiare &
9 ſingulare in huiuſmodi crimine barratariæ, qa † æqui
parat̃ crimini læſæ Maieſtatis, vt dicit glo. in d. auth.
ſed nouo iure.vt ẽt æquatur crimini ſimoniæ, vt in c.
licet.2.de ſimon.ratio eſt, qa ſicut per ſimoniã vendit̃
10 res ſacra,† ſic per barratariã venduntur leges, quæ di-
cuntur ſacratiſſimæ, ſic dictæ fuerunt ab Impp. Valen
tin.& Martian.in l.leges ſacratiſſ.C.de leg.
Limita primò prædicta non procedere, qñ magi-
ſtratus aliquid recipiunt à ſubditis, vt ſemetipſos, ſuã-
que familiã ſuſtentare poſſint, q̃ aliter alere non poſ-
11 ſunt pp penuriã rerũ,& tenuitatem ſalarij,† tũc enim
magiſtratibus licitũ eſt aliquid dare, & eos recipere,
vt in auth.ſcriptum exemplar.in fi.& ibi not.in l.ple-
biſcitum.de offi.præſid.& not.in l. ſi aliquam. § fi. de
offic.proconſ.& leg. prout cõſtituit Franciſ.de Aretio
in cauſa ſindici cuiuſdã Franciſci de Farolinis Florẽ
tiæ vt refert Amod.d.ſuo trac.de ſindicat.verſ.ſine.§.
an ſi tpe.nu.3.vbi vltra alia allegata dicit etiam ita te
neri per Canon.in c.ſtatutum.de reſcrip.in 6.
12 Secundò limita concluſionẽ non procedere, † qñ
officialis recipit aliquid ab aliquo amico ſuo, etſi ei
donet̃ gratia amicitiæ, qa tũc non cõmittit barrata-
riã, vt animaduertit Accurſ.in l.1.C.de cond.ob turp.
13 cau.& tex.in c. & ſi quæſtionis. de ſimon. vbi dr̃, † in
crimine ſimoniæ attẽdi genus perſonæ dantis,& reci-
pientis,& quantitatem muneris, & tẽpus donationis,
& in ſumma debere notari, quid, quale,& quantũ, &
non oĩa, & non ſemper & non ab omnibus accipien-
da eſſe munera.l.ſolet,de offi.proconſ. nã valdè inhu
manum eſt, inquit Vlpian. à nemine accipere, ſed paſ
ſim viliſſimum, omnia auariſſimum. Ex quibus I. C.
verbis vnicuique conſtare liquido poteſt, non rectè

Principes

Princeps illos ſuis magiſtratib. conſulere, atque adeò
præcipere, ne quamlibet, vel minimã rem accipiant à
quouis hominũ genere. Huc cõmodè adhibere pote-
ris, q̃ tradita ſunt à nobis, infra in cõcluſione ſimonia.

Tertiò limita non procedere, qñ iudex recepit pe-
14 cuniã poſt ſñſam, † quia ſi de aliquo pacto nõ probe-
tur, non poterit puniri de barrataria, vt docuit Fely. in
c. tua nos. in fi. verſ. tertiò limita. de ſimon. & Ancha.
in conſ. 271. nu. 5. quem refert. & ſequitur ibi Fely. Ra
tio eſt, nam cũ præſumitur datum loco remuneratio-
15 nis, & impenſi obſequij, cũ dicat canon † donationẽ
nullam culpæ maculam ingerere, quæ non ex accipiẽ
tis petitione proceſſit. c. ſi epiſcopum. quæſt. 2.

Quartò limita, qñ iudex nollet adminiſtrare iuſti-
tiã, niſi perciperet pecunias, quę ſibi debenĩ ſñ debitũ
16 ſui ſalarij, † & q̃ datæ ſint publicè, & coram teſtibus,
& notario, ita vult ſingulariter Archia. conſ. 11. q. 3. c.
qui teſte. & Bal. in c. fi. de appel. & ita fuiſſe alias in ci-
uitate Mediolani pro quodam iudice prolatũ, refert
hoc in regula barrataria, vbi limitat hoc eo modo.
idem Felyn. in d. c. tua nos.

CONCLVSIO CLXV.

ARGVMENTVM.

**Barratariam iudicis ad probandum an ſuffi-
ciant coniecturæ, & præſumptiones.**

SVMMARIVM.

1 Barratariæ crimen ad probandũ ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones.

2 Barrataria eſt de delictis, quæ ſunt difficilis probationis, in quo admittunĩ probationes, q̃ alias non admitterentur.

3 Mediator admittitur ad probandum barratariã, ſicut dicitur in ſimonia, & quando procedit. ibi.

4 Probationes ĩ criminalib. debent eſſe luce meridiana clariores

5 Teſtes ad ꝓbãdũ barratariã inducti, nõ debẽt eſſe ſuſpecti.

6 Teſtis cõtra officialẽ ſup barrataria nõ põt eſſe, qui libellũ, vel petitionem dedit contra officialem, quia eſt ſuſpectus.

1 **Barratariæ** crimen ad ꝓbandũ ſufficere
† cõiecturas, & p̃ſumptiones,
elicere poſſumus ex l. dolũ. cũ materia. C. de dolo, &
id tradidit Egi. Boſſ. in ſuo trac. crim. tit. de off. corrup.
nu. 14. & docuit Amod. d. tract. de ſindicat. nu. 166.
2 Et ratio eſt, q̃a cũ ſit de illis delictis, † q̃ ſunt diffici-
lis ꝓbationis, vt dicit, & oſtendit Bar. in l. ea mẽte. col.
fi. ff. de furt. hinc fit, vt admittanĩ ꝓbationes, q̃ alioqui
nõ admitterenĩ, vt ſup. in ꝓbatiõe adulterij diximus.
3 Vnde ex hoc conſequiĩ, vt † ad probandũ tale deli
ctũ admittatur ille, qui fuit ſequeſter, ſicut dr̃ in ſimo
nia, vt cap. 1. de teſti. in 6. ſed plenius de hoc vide per
Pari. de Pur. in tract. de ſindicar. in verb. teſtis.

Limita tñ iſtud habere locũ, qñ agitur ciuiliter ꝓ
intereſſe & dãno paſſo, ſecus ſi agaĩ criminaliter ad
4 pęnã tripli vel exilij, † q̃a tũc probationes eſſe debent
euidẽtes, & luce meridiana, clariores, cũ ꝓ eis multũ
p̃ſumaĩ. Bal. in l. obſeruate. §. ꝓficiſci. 11. q. ff. de offic.
proconſ. & leg. l. fi. C. de prob. c. per tuas. c. ad aures. de
ſimo. & c. non licet. 11. q. 3. & tex. in auth. vt lit. iur. §.
& hęc quidem, vbi dicit, requiri probationes idoneas.
idem ſequutus eſt Amod. de Caſtell. in d. ſuo tract. ſin
dicat. nu. 168. & Boſſ. d. tit. de offi. corrupt. nu. 14.
5 Ad hæc addas, † vt teſtes, qui ad probandum hoc
delictum producuntur, non debeant eſſe ſuſpecti, ſed
pertineat,idẽ confirmat Rot.deciſ.47.valent acta, in
nou.vbi habetur,quòd ſi negeẽ facultas epiſcopi,ſuf-
ficit probare cõem opinionẽ,idem Rot.dec.449. va-
lẽt acta,in antiq.& dec.4.poſſeſſor bñficij, in nou. ſe-
quitur Lap.alleg.89.in Dei noĩe amẽ,ſub nu.8. verſ.
venio ad ſecundũ in fi.cui accedit Lãber. de iurepa-
tron.art.14. ante nu.5.q.2.par.1.lib.1.& art.1.q.3.p.1.
lib.2.nu.7. verſ. & aliud ſimile ad validitar colla. &
adhæret Staphil.ſuper ſignatura,verſ.eſt alius fol.69.
iuxta primã impreſſionẽ. Conſimile eſt,ꝙ voluerunt
Doc.in c.conſultationib.& in c. ex literis de iurepat.
Soc.conſ.33.ex his poſt nu.20.Dec.in c.1.col.4. verſ.
tertius caſus eſt,de appel.vbi cõcludit, p famam pro-
bari collationem beneficij ptinere ad aliquẽ:iſtud ẽt
facit Rot.deciſ.109.agenti,& petenti, in nou. dicens
2 †agenti ex cã permutationis, ſufficere probare illum
cum quo permutabat fuiſſe habitũ,& exiſtimatũ pro
tali. Bellam.dec.389.ſi in impetrat.beneficij. idẽ not.
3 dec.375.depoſito de cõi reputatione. Rõ eſt,†quia in
collatione hmõi præualet opinio veritati , vt p Rot.
deci. 557.qdã,in antiq.quinimò ſatis eſt impetrãti ad
4 collationẽ Epi,†vt Eps ſit in quaſi poſſeſſione confe-
rendi beneficium impetratum,quę quaſi poſſeſſio in
collatione,vel præſentatione bñficij,qñ valeat, attẽ-
ditur,& inſpicitur,& propterea facit,vt electus , ſiue
5 præſentatus ab illo, qui eſt in quaſi poſſeſſione,† p̃fe-
ratur oĩbus alijs,p c.conſultationib.de iurepatr. & c.
quærelã.de elec.& not.Old.rñdit in cõſ.312.Fed. cõ-
ſulendo ſenſit in cõſ.294.cõſuluit Abb.in cõſ. 54.&
Cald.in cõſ.23.in tit.de pręb.& in cõſ.vlt. de iurepat.
& tradidit Rot.dec. 14. incip. vtrũ ſicut p̃ſentatus in
tit.de iurepat.in antiq.facit tex.in c.cũ eccleſia Sutri-
na,vbi Abb.de cauſ.poſſ. & ppr. & adeo iſtud eſt ve-
rũ:vt ſcilicet p̃ſentatio facta ab eo, q eſt in quaſi poſ-
6 ſeſſione valeat,†vt p̃ualeat pręſẽtationi factę a pprie-
tario iuriſpatronatus,ita Ant. de But. & Abb. in d. c.
conſultationib.poſt Inn.quẽ referunt in pluribus lo-
cis. Et ideo voluit no.Car.in cõſ.69.incip. quoad pri-
mũ,ꝙ ſi alij re ipſa patroni ſint,alij in quaſi poſſeſſio-
ne iuriſpatronatus,non ſit opus in gratia facere men-
tionem de veris patronis,quia illis nõ p̃iudicat ,& nõ
ipſi,ſed qui ſunt in quaſi poſſeſſione dẽant p̃ſentare,
p Inn.in d.c.cũ eccleſia. Vñ ſi eius aduerſarius vellet
pbare,imò pprietatẽ collationis re vera pertinere ad
collationẽ illius,q eũ prouidit,non eſſet admittẽdus:
quia probatum non releuaret: cũ in talibus (vt dixi)
7 magis conſidererẽ poſſeſſio,†& puiſus ab habẽte poſ-
ſeſſionem conferendi præferatur ei,cui ille, ad quem
de iure pertinet,nõ tñ eſt in poſſeſſione,cõtuliſſet, vt
per Rot.dec.557.quidã impetrauit. in antiq. Abb. in
c.cum olim in 3.not.nu 4.Dec.d.cõſ.134.viſo pũcto,
& pro tenui.nu.1.in prin.Din. reg.1.verſ. 7. quæritur,
quid ſi credebatur,& eſt deciſ.575.vtrum ſicut,in an-
8 tiquis. Præterea obſerues,iſtam † quaſi poſſeſſionẽ ex
vnico tantũ actu præſentationis acquiri , ita reſpõdit
Dec.in d.conſ.134.nu.1.teſtatur Old.conſ.312.incip.
thema q̃ſtionis.cir.fi.verſ.& dato ſine pręiudicio,vbi
adducit contex.in c.cum eccleſia Sutr.de cau. poſſeſ.
& proprier.& per illum tex.idem voluit Fed.cõſ.234.
ſuper 1.& 2.dubio. Abb.conſ.14.incip.videtur primo
9 lib.1.dicens † ſecuta inſtitutione per pręſentationem
probari quaſi poſſeſſionẽ,& huic adſtipulatur c. con-
ſultationibus de iurepat. c. querelã. de elect. & quod
notat Inn.in c.2.de in integ.reſti. & hoc idem ſequu-
tus eſt Cal.in conſ.12.tit. de iurepatr.

Quinetiã iſtis adſcribas, vt collatio beneficij poſſit
probari per inſtrumentũ admiſſionis illius , ad quem
10 ſpectabat,†ac etiam per teſtes, & per auditum, vt de-
ciſũ reliquit Rot.d.dec.123.in nou.& dec.780. colla-
tio alicui facta,in antiquis, & ad hoc reſpicit Bellam.
deciſ.246.licet obſeruet , circa principiũ de pbatione
verò p teſtes cautũ eſt in c. ſollicitè.& ibi Bal. in fi.de
reſtitut.ſpoliat.Rot. deciſ. 39. in tit. de prob.in antiq.

Ripa.

Digitized by Google

Ripa in rub.de conſtitutio.nu.32.vbi dicit, collationem beneficij factam benemerito abſque diſpenſatione teſtibus probari poſſe, quem ſequitur, & refert Gig.in conſ.118.interrogaſti me.nu. 6.

CONCLVSIO CLXXIV.

ARGVMENTVM.

Beneficij collatio, ſiue renunciatio probari an poſſit per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij collatio, vel renunciatio probari poteſt per teſtes, & nu.8.& 9. vbi locum habeat.*
2 *Collationi habẽs ab ordinario præfertur collationi Papæ.*
3 *Teſtes & inſtrumenta eandem vim habent.*
4 *Scriptura nõ requiritur ad probandã collationẽ beneficij.*
5 *Collatio beneficij poteſt per collatorem probari, dũmodo producatur vt teſtis. Vide ibi contrarium.*
6 *Inſtitutor feudi admittitur in cauſa feudi ad informationem tantum.*
7 *Quæ fides adhibenda ſit teſtimonio, ſecundum perſonarum qualitatem arbitrandum eſt.*
8 *Beneficij collatio ſimplicis probatur teſtibus, ſecus dignitatum, quæ non probatur, niſi per ſacros apices.*
9 *Beneficij magni collatio non poteſt probari per teſtes. ſecus ſi ſit modicum.*
10 *Agens poſſeſſorio debet probare collationem beneficij ſibi factam ab habente poteſtatem.*
Auctoritas beneficium cõferendi probatur fama, & reputatione, & alijs adminiculis, vt ſi collator ſit in quaſi poſſeſſione conferendi.

1 Beneficii collationem† ſiue renunciationẽ probari poſſe per teſtes, prodidit Bal.in c.2. ext. de reſt. ſpol.nu.3.quem ſequitur Dec.in l.nihil tam naturale,nu.2.ff.de regul. iuris. & in l.cum poſteà.in fi.C.de pact. Iaſ. docuit in rubr. ff. de acquir.poſſeſ.nu. 17.& ita deciderunt Domini de Rota deciſ.780.in antiquis, & idem Iaſ. in l.1. C. de bono.poſſeſſ.contra tabul.& Gig.in tract. penſio. q. 45.nu.4.& Lambertin.de iurepatron.artic.2.q.princ. 3.part. Nec illud animaduerſione dignũ è memoria
2 elabi ſinas,†habẽtem collationẽ ab ordinario præferri collationi Pontificis Max.ſi appareat de eius (quã vocant) prioritate, quam probare debet, vt rñdit Bart. Soc.cõſ.67.nu.5.vol.3. vbi etiam diſputatur, quid decidendum ſit, quando ſumus in dubio de prioritate, & quãdo poſterior poſſidet, & quã vim habeat clauſula, motu proprio, quod materiã prioritatis, vel poſterioritatis. Et in deciſ. prædicta Dominorum Rotæ 780.in antiq.dicitur, poſſe etiã probari collationẽ, ſi-
3 ue renunciationem beneficij per inſtrã, †cum teſtes, & inſtrumenta eandem vim habeant. c. cum Ioãnes Erimita.de fid.inſtr.& c.poſt ceſſionem, de proba.& de hmõi probatione per inſtrumẽta, & p teſtes diximus ẽt ſuprà in proxima precedẽti cõcluſione ad fin.
4 Primò amplia, vt nec etiam requiratur ſcriptura† ad illam probandam. Iaſ.ita docendo ſcripſit in d.rub.ff. de acq.poſſeſ.nu.17.& in l. cum proponas filios.nu. 4.C.de pact.dicens ſe de facto interrogatum fuiſſe.& ad hoc teſtatur Bald.in d.c.2.de reſtit.ſpol.

Secundò amplia, vt etiam poſſit probari per colla-
5 torem, dummodo producatur † vt teſtis, ita Rom. in ſing.733.incipien.quidam dicit ſibi, per glo.ſing.in c. 1.§.ſi duo.de pac.tenen.& eius viol.in vſi.feud. & gl. in cap.1.de cleric.viol.pac.Io.Crot.in tract.de teſtib. part.4. num. 93.

Contrarium videtur ſentire Steph. Aufre. in tract. de reſt.in ver.collator.vbi adducit ſimile dictũ Bald.
6 in c.2.de part.in ſe.§.ſi duo.d.li.feud.vbi inquit, † inueſtitorem feudi non admitti in cauſa feudi ad probationem, ſed ad informationem, (vt nominant, & aliquale indicium, & concludit ibid.Steph.tunc collatorem eſſe admittẽdum, quando nullum ex eo teſtimonio ſentiat commodũ, & iuxta genus perſonarũ
7 ymm. eſſe ſtatuendum,† quæ nam fides ſit adhibẽda tali teſtimonio, per tex.in c.& ſi q.de ſimon. & notatur in c.cum parati.de appell. & de hoc videas in cõcluſione, collator, & Petr. Rebuf.in pract.benefi.in 1. par tit.reg. d coll.bon.nu.25.verſ.ſed an epiſcopus.

Primò limita concluſionem, vt tantum procedat in beneficiis ſimplicibus, ſecus verò in dignitatibus,
8 † quę non probantur, niſi per ſacros apices.l.probatorias.C de diuerſ offic.lib.11.& ita limitat Bal. in d. c. 2.ext.de reſtit.ſpol.quem ſequitur remiſſiuè Iaſ. in d. rubr. ff.de acq.poſſeſ.num. 17.

Secundò limita non procedere, ſi beneficium ſit
9 optimum,† ſecus verò ſi tenue ſit, poteſt quippe tunc probari per teſtes. Bald.in rubr.de reſcript.extr. nu. 2. & vide infra in concluſ. collatio.

Vnde beneficii collationẽ ſibi factam ab habente
10 auctoritatem probare debet, † qui vult intentare poſſeſſorium. Rot deciſ.65.in antiq.quã refert, & ſequitur Ioan.Bapt.Ferr.conſ.93.nu.4.lib. 1.

Quod quidem probatur per famã, & exiſtimationem, & alia adminicula, vt quia collator erat in quaſi poſſeſſione conferẽdi, ita Rot.deciſ.3.aliàs 123.tit. de prob.in no.pro hoc allegat c. cũ eccleſia Vulterana.de elect.& in c.nouo. diſtinct. 21. & c.ſi quis epiſcopus.1.q.3.& c.cum ex iniuncto.de hæret. Dec.in c. 1.nu.14.de capel.& in c.veniẽs.nu.24.de excep. Petr. Duen.reg.299.limit.12.

CONCLVSIO CLXXV.

ARGVMENTVM.

Beneficiatus, an teneatur probare de iuſto titulo beneficium renunciantis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij collatio facta alicui de beneficio renunciantis nõ infringitur ex eo, quod non probatur renunciantem legitimè titulum habuiſſe.*
2 *Beneficium renunciantem fuiſſe tentum & reputatum pro rectore illius probare ſufficit.*
3 *Beneficium renuncians, ſi per triennium pacificè poſſederit, non tenetur probare iuſtum titulum.*
Reliqua vide in concluſione, titulus.

Beneficii collationem factã alicui de beneficio renunciantis nõ infrin-
1 gi ex eo,† quod non probetur renunciantem legitimè titulũ habuiſſe, profitendo reſcripſit Imol.in c.illud, de præſumpt. c. innotuit.de eo qui fuit.ordin. ſuſcip. quẽ refert,& ſequitur Rom.in conſ.465.ſufficit enim tantum probare ipſum fuiſſe exiſtimatum,& habitũ
2 †pro rectore illius eccleſiæ, vt ibi not. Rom. & Bella. deci.545.inchoante, nõ obſtantibus concluſionibus. Lap.allegat.89.in Dei nomine Amen.verſ.venio ad ſecundum.& Bellam.deciſ.112 ſubrogatus. & idẽ in deciſ.116.Caſſad.deciſ. 2.de cauſ. poſſeſſ.& propriet. nu.4.Boer.deciſ.42.nu.30.

Intellige, ſi renuncians poſſederit p triennium pa-
3 cificè,† quia tunc non tenetur probare iuſtum titulũ, & ita intelligendam eſſe Rot.deciſ.120.agenti, in nou. inquit Mandoſ.in add.ad Rom.in d.cõſ.465.& ante eum tenuit Philip.Fran. in c.ſuſceptum.nu.11.de reſcript.lib.6.& dom.Lap.alleg. 89. vult, requiri lõgiſſimam poſſeſſionem ad hoc, vt quis non teneatur, probare iuſtum titulum ſui prædeceſſoris, debet intellig. Et in triẽnali poſſeſſione, ita ſeruaſſe, & ſeruare palatium,

ſum,inquit Caſſa d.d.deciſ.2.ſuo tempore, ibi. nu. 6. & per Achil.in deciſ.nō impreſſis,deciſ. 1.titulus anteceſſoris.ſub rubr.de tit.ſed de hac re commodius,& opportunius in concluſ. titulus.

CONCLVSIO CLXXVI.

ARGVMENTVM.

De beneficij collatione clandeſtina, an ſimulata præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij collatio clandeſtina præſumitur ſimulata,& n.2.*
2 *Contra prouiſum clandeſtinè poteſt excipi de crimine,vel infamia ad differendam poſſeſſionem.*
3 *Contractus clandeſtinè factus fraudulentus,& ſimulatus præſumitur.*
4 *Præſumptio, quod collatio clādeſtina ſimulata præſumatur,tollitur, ſi probetur aliqua legitima cauſa collationem occultè factam fuiſſe.*
5 *Præſumptio in incertis ſolummodo locum habet.*
6 *Collatio beneficij palam facta,idoneitatem perſonæ præſumit,& contrarium aſſerens probare debet.*
7 *Beneficij collatio clandeſtina dicitur nulla, & ibi vide contrarium.*
8 *Collatio beneficij clandeſtina,& contractus clam factus,licèt ſimulata præſumantur, non tamen nulla ſunt.*
Et de beneficij collatione vide in concluſione,collatio.

1 Beneficii collationem clādeſtinam† præſumi ſimulatam,ſācitum eſt in c.vt noſtrum.vt eccleſ.benef.& c.vt noſtrū.de appel. & ibi Abb.col.fin. ex hoc exijt, vt dicere ſolitus ſit Abb. in capit. cum olim.de cauſ. poſſeſ. & propr. nu. 17. contra clandeſtinè prouiſum poſſe excipi de cri-
2 mine,vel infamia ad differēdam poſſeſſionem,† quia eſt præſumptio contra talem collationem,quæ ſequitur Petr.à Biax.in tract.direct.d.c.46.3.par.nu.2. Bar. Capoll.in tract.de ſim.contra.20.præsūp.nu.67 Huic optimè reſpondet,quod ad hanc rem tradunt de cōtractu clandeſtinè facto, cum præſumi fraudulētum,
3 † & ſimulatum,ſcriptum reliquere doct.in l. ab Anaſtaſio.C.mand.& in l.poſt contractum, vbi præcipuè Bart.verſ.quartus caſus. ff. de donat. text. in clem. ex grandi.de vſur.l.data.C.de donat. quod idem cōprobat tex.cum glo.in c.conſuluit. de offic.deleg.vbi habetur,illum,qui malè agit,odio proſequi lucē,vt ſcripſit Inn.in c.1.de fid.inſtr.tot.tit.ext.de cland.deſpō-
4 ſat.& prædicta ſunt vera,†niſi probaretur aliqua legitima cauſa talem collationē occultè factā fuiſſe, ex qua cauſa tolleretur talis præſumptio cōtra collatio-
5 nē,nam præſumptio habet tantum locū in his,† quæ ſunt incerta,non autem in his,quę ſunt clara.l.continuus.§.cum ita.de verb.oblig.ſicut econtrà, collatio facta palam inducit præſumptionem pro habilita-
6 te perſonæ & aſſerenti cōtrarium † incūbit onus probandi.ita Abb.in d.c.vt noſtrum.nu.8. verſ. not.7.
7 Primò amplia vſque eò,vt† immò dicatur nulla,ita not.Inn.& Doct.in d.c.vt noſtrum.& in add.ad Abb. in d.cap.cum olim.penult.col.verſ.ſecundo fallit, & Archid.in c.ſi tibi abſenti,de præben.

In contrariā deſcendit ſūmm Bal.in ſua Marga. in verb. collatio. id eſt immò valere, & de hoc videas Abb.in d.c.vt noſtrum. vt eccle. benefic.nu. 18.nam licet contra illā præſumatur,non per hoc dicitur nulla,vt ex ſupra allegatis in ſimili de cōtractu clam fa-
8 cto † qui tamen licèt præſumatur ſimulatus, non tamen eſt nullus, vt de hoc latè Capol. in tract. de ſimul.cōtract.in 20.præſum.& infra.fuſius diximus in cōclus.contractus ſimulatus,& de beneficij collatione videas concluſionem,collatio, infrà.

CONCLVSIO CLXXVII.

ARGVMENTVM.

An qui beneficium impetrat & iuriſpatronatus eſſe laicorum aſſerat, illud probare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium impetrans,& aſſerens eſſe iuriſpatronatus laicorum,debet illud probare.Quod diſtingue, vt ibi.*
2 *Prouiſio beneficij de iurepatronatus laicorum, quando valeat.*
3 *Beneficium præſumitur patronatum magis, quam liberum,& ibi vide contrarium.*
4 *Iuriſpatronatus acquiritur per conſtructionem eccleſiæ.*
5 *Eccleſia præſumitur habere patronum.*
6 *Eccleſia licet præſumatur habere conſtructorem,non tamē præſumitur patronata.*
7 *Iuſpatronatum prætendens ex præſumptione,quod eccleſia conſtructa,ſit alicuius,docere debet.ſe eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi,quæ quaſi poſſeſſio non præſumitur.*
8 *Quælibet res præſumitur libera.*

Beneficium impetrans, & aſſerēs eſſe iuriſpatronatus laicorum
1 dēt illud pbare†idq; aut ex capite præſcriptionis, aut cōſuetudinis,aut fundationis,aut dotationis,aut cōſtructionis,ita decidit Caſſa.dec.7.in prin.de iurepat.

Iſtud ſic tamen ſic eſt accipiēdum , vt idem Caſſa. intellexit ibidem.Nam aut dr̄ in impetratione beneficii,quod(vt aſſeris)de iurepatronatus laicorum exiſtit,& tunc impetranti incumbit onus probandi,cum verba,vt aſſeris,referantur ad impetrantē,& ſit cauſa intentionis ſuæ. Aut dicitur,quòd beneficium(vt aſſerit)de iure patronatus laicorū exiſtit, & tūc impugnāti incūbit probare. Aut dicitur,ꝙ beneficiū(vt aſſeris)de iurepatronatus laicorū , vel clericorū exiſtit, & tūc etiam ſi ſit laicorum,onus probandi incumbit impugnāti literas prouiſionis, hæc vberius explicata
2 videas ab ipſo in d.deciſ.7.vbi etiam decidit, † prouiſionem beneficij de iurepatronatus laicorum ex fundatione,dotatione,vel conſtructione exiſtentis tunc valere,qn̄ fuerit expreſsè tali iuripatronatus derogatum à ſanctiſſimo Patre,vel patroni conſenſerunt in ꝓuiſū de tali bñficio,per tex.in c.decernimus.16.q.7.
3 Et quòd præſumatur patronatum magis,†quam liberum refert Lamb.in tract.de iurepat.4 art.2.q.prin. 1.part. 1. lib.nu.14.& Abb.in c.querelā.in 3.not.in 2. & 3.col.de elect.quem ibi adducit Lambert. & idem Abb.in cōſ.106.incipien.caſus.vol.2. vbi dicit, vt cū eccleſia ex ſe naſci non poſſit, dicendum ſit illam ab aliquo conſtructam: & ideo de alicuius iurepatrona-
4 tu eſſe,† cum per conſtructionem eccleſiæ acquiratur iuſpatronatus,Card.Flor.in c.nobis,quæſt.o.8. de iurepatron. vbi etiam Ioannes Andr. & latè per Roc. de Curt.in tract.de iurepatron.in verſic.conſtruxit.& idem Abb.in conſ.454.incip.caſu contingente.circa
5 med.vol.1.dicit,eccleſiam†præſumi habere patronū.

Contrarium videtur ſentire dictus Roc.de Cur.in d.tract.de iurepatron.in verb.conſtruxit.nu. 29. quia licet præſumatur eccleſia habere cōnſtructorem, cū
6 ex ſe ipſa naſci nequeat:† tamen non præſumitur patronata,nec rectè colligere poſſumus,præſumitur habere conſtructorem, ergo præſumitur patronata accedit & hinc, quod voluit Abb. ſemetipſum fortaſſe in alijs locis ſupra citatis contrarijs declarantem, in conſil.76.vol.2.vbi inquit,quòd licèt eccleſia præſumatur ab aliquo conſtructa, & ideircò eſſe ex alicuius iuriſpatronatus, tn̄ iſtud iuriſpatronatus nō ex ſo-
7 la tali præsūptione probabit,†ſed oportet:vt prætendens ex tali præsūptione iuriſpatronatū doceat ſe eſſe in quaſi poſſeſſione p̄ſentādi,aliàs ſecus, & tali quaſi poſſeſ-

poſſeſſio nõ præſumitur, vt idem Abb. per illum tex. in c.olim 3. de reſtit.ſpol. in 3. notab. quæ etiam opinio probatur per concluſionem generalem, quæ ſic
8 ſe habet,† vt quælibet res præſumatur libera. l. altius. & ibi gl.alleg.concord.ff.de ſeru. & aqua.

CONCLVSIO CLXXVIII.

ARGVMENTVM.

Beneficij permutatio, vel reſignatio, an & quando probetur facta in fraudem.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij permutatio ſiue reſignatio præſumitur facta in fraudem patroni, ad quem ſpectabat præſentare, vel collationem facere.*
2 *Beneficij patronus poteſt agere contra permutationem, & eã annullare intra ſex mẽſes à die notitię permutationis.*
3 *Permutatio facta ſpretis patronis non dicitur nulla, ſed annullanda, ibi.*
4 *Beneficij permutatio fraudulenta probatur ex diſparitate beneficiorum permutatorum.*
Et quibus coniecturis probetur. ibid.
5 *Beneficium eſſe tenue, cui onus probandi incumbat.*
6 *Beneficij permutatio fraudulenta probatur ex cõiunctione ſanguinis perſonarum compermutantium.*
7 *Beneficij permutatio probatur fraudulenta, quando permutans ſemper poſſedit beneficium.*

1 Beneficii permutationẽ ſiue reſignationẽ † præſumi factam in fraudẽ patroni dicti beneficii, ad quem ſpectabat preſẽtare, vel collationem facere ex eo, quòd facta fuerit ab ægroto, ſciuit Sum. Pontif. in c.2. de renunc. in 6. Alex. docuit in l. filiæ meæ. ff. ſol. matr. Aym. Crauet. reſpõdit conſ.88.nu.18.& idem Crauet.conſ.82. nu. 3. vbi pro hoc adducit idem ſententiam Oldr. conſ.324. incip. factum tale eſt. col.2. poſt medium, & conſulere Bal. conſ.312. in fi. lib.1. & Anchar.conſ.430. incip. fuiſſet expedien. & huiuſmodi permutatio nulla dicitur, vt Crau. eo conſ.82. nu.5. Bertr. conſ.467. vol.4. num.5.
* atteſtatur* communem eſſe opinionẽ † patronos poſ-
2 ſe agere contra permutationem de contemptu eorũ, & eam irritam facere, & hoc intra ſex menſes à tẽpore notitiæ permutationis. Feder. in tract. permutat. q.31. per id, quod not. Innoc. c.2. de conceſs. præb. addit. ad deciſ. Guid. Pap. dec.374. Fel. & Abb. in c. quia veriſimile, de præſump. Bertrand. conſ.311. in 1. par. vol.2. Calc. conſ.25. nu.24. Pariſ. conſ.130. vol.4. Gig. in tract. de penſio in reſponſ.19. nu.9 & Cagn. in repe tit. l.2. C. de reſcind. vend. nu.56. & 7.

Intellige tamẽ, vt ex quo permutatio ſit facta ſpre-
3 tis patronis,† non dicitur nulla, ſed annullanda, ſic loquutus eſt Feder. in d. tract. de permutatio. q.30. & Paul. in clem. vnica de rer. permutat.

Secũdò probatur doloſa ex diſparitate beneficio-
4 rum permutatorum† ideſt, ſi pingue cũ exiguo, & tenui beneficio permutauerit. Anch. cõſ.88. vol.1. verſ. 1. ex diſparitate, & col.2. verſ. præterea, & Tiraq. in l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. in verb. donatione largitus. nu. 1[illegible]. vbi allegat vltra hoc Ioan. And. in c.1. in princ. de rer. permut. lib.6. & Aymo Crauet. d. conſil. 82. nu.4. vbi ait, hanc ſolam coniecturam ſufficere ad probandam fraudem, & ad nihilum redigẽdam permutationem, vt D. de Rot. deciſ.61. incip. not. præſumit. in antiq. Verùm D. de Rot. in dec.129. not. quod non vitiatur, in antiq. vt ipſemet Crau. d. nu.5. ait, aſſerunt iſtam ſolam cõiecturã non ſufficere, ſed cũ aliis iunctã multũ prodeſſe, vt declarat Fed. de Sen. in tractat. permut. q. vlt. & ita Pariſ. d. conſ.130. n.3. & Abb. in d.c. quia veriſimile. de præſ. idem ſentit Reb. in ſua praxi benef. tit. de permut. verſ.18. nu.42. & vide Rot. deci. Biſignet.5. de rer. permu. & Doct. in c. cũ venerabilem. & in c. cum vniuerſor. de rer. permut. qui tenẽt pinguia pro minimis beneficiis licitè permutari poſſe, de cuius tamen veritate diximus inf. in concl. permutatio beneficij, & ibi vide. Et cui incũbat onus pro
5 bandi,† beneficium eſſe tenue, vide tex. in §. ſi autem fortuita. in auth. de æqualit. dot. & Ang. conſ.270. Bonifacius, col. vlt. Cald. conſ.10. tit. de probat. Cardina. in c. ſi. ext. de præſ. col.2. & videas inf. in concl. beneficiũ tenue, & Capr. reg.88. de permut. benef. nu.149.

Tertiò probatur fraudulenta ratione coniunctionis ſanguinis perſonarum, vt ſi permutauerit cũ ne-
6 pote,† nam ratione coniunctionis præſumitur fraus. vt reſcripſit Imp. Cõſtant. ad Seuer. in l. lata. C. de donat. Bart. in l. poſt contractum. ff. de donat. & in terminis permutationis beneficii eſt Rot. deciſ.361. nota præſumitur, in antiq. & ſequitur Crau. conſ.82. nu.5. & Io. de Sel. in tract. de benef. par.1. q.18. nu.2.

7 Quartò probatur fraudulenta, † quando permutãs ſemper poſſidet beneficium ſuum, ita Pariſ. conſ.130. n.6. li.2. per tex. in l. ſicut. §. ſupervacuũ. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſol. l. & qui ſub his. §. igitur. C. de remiſſ. pig. Bar. in l. poſt contractũ. in d. cõiectura. ff. de don. q coniecturã magni facit. Inn. in c.1. de cler. nõ reſid.

CONCLVSIO CLXXIX.

ARGVMENTVM.

Beneficij vnio quomodo præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij vnio præſumitur ex temporis diuturnitate, cuius initij non extat memoria.*
2 *Præſumptio vnionis beneficij non inducitur ex diuturnitate temporis.*
3 *Solemnitates vnionis beneficij præſumuntur ex diuturnitate temporis.*
4 *Præſumptio vnionis beneficij procedit etiam per tempus quadraginta annorum.*

1 Beneficii vnionem præſumi ex tanti tpis diuturnitate,† cuius initij memoria non extet, elegantiſſimè, vt omnia, ſcripſit Tiraq. in tract. de præſcr. verb per decem annos. fol.74. & 47. verſ.20. & 21. Crauet. in tract. de antiq. temp. fol.128. nu.48. & eundem in conſ.158. Petr. de Anch. in conſi. 162. in fin. Oldr. qui loquitur in tempore, vt idem inquit, immemorabili. conſil.296. Iaſ. in l. qui in aliena. colum.6. ff. de acquirend. hæreditat. Rot. deciſio. 205. in antiquis, ſed hoc clarius fuit explicatum in concluſio. vnio præſumitur, & in concluſione, vnio beneficij probatur.

2 Contrarium verò, ideſt,† ex diuturnitate temporis non induci præſumptionem vnionis, voluit Alexan. conſil.101. circa principium. vol.6. Bald. in d. cap. ex par. de teſtibus.

Primò amplia priorem opinionem, vt nedum præ-
3 ſumatur vnio, † ſed etiam ſolemnitates vnionis, ita Fel. in conſ.20. nu.21. Lofred. conſ.40. col.9. Boer. deciſ.345. Rom. conſ.275. in princip. deciſ. Neapol.368. col.2. in antiquis. Mant. in conſ.83.

Secũdò amplia, vt etiam procedat talis vnionis
4 præſumptio† per tempus quadraginta annorum, ſic me docuit Card. in clem.1. in 20. q. de ſupplen. prelat. negligen. Boer. d. deciſ.345. per text. iuncta gl. in c. cũ de beneficio, de præbẽ. in ſexto, ſed hæc vberius enucleata ſunt in concluſione, vnio præſumitur, & in concluſione, vnio beneficij probatur, lectori illuc te reijcio.

CON-

CONCLVSIO CLXXX.

ARGVMENTVM.

Beneficium habens, quid probare cogatur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium habens probare tenetur, quod canonicè in eo fuerit inſtitutus.*
2 *Beneficium tenendum non eſt ſine inſtitutione canonica.*
3 *Regula: quod quis nõ teneatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, non habet locum in beneficialibus.*
4 *Poſſeſſio ſola in beneficialibus non ſufficit, niſi adſit canonica inſtitutio.*
5 *Beneficium obtinens, ſi iubetur titulum probare, appellare non poterit. A correctione non appellatur, ibid.*
6 *Titulum iuſtum non habens beneficium tenet cum peccato, & animas parochianorum decipit.*
7 *Inquiſitio tituli generaliter ẽt fieri poteſt ex officio iudicis.*
8 *Poſſeſſionem adipiſci tẽtans probare debet iuſtum titulum.*
9 *Spoliatus in poſſeſſione recuperanda iuſtificare tenetur ſuæ poſſeſſionis titulum.*
10 *Beneficiatus non eſt dominus beneficij, ſed adminiſtrator, ac procurator.*
Procurator ante omnia mandatum producere tenetur. ibi.
11 *Beneficiatus tenetur titulum oſtendere, alias ſine eo intruſus dicitur.*
Nullus præſumitur à ſe ipſo habere nec titulum, nec poſſeſſionem beneficij.
Vide ibi contraria non habere locum, quando longo tempore poſſedit.
12 *Longa poſſeſſio habet vim tituli.*
Spoliator excipiens de titulo ſpoliati agẽtis, nõ oſtendet proprium titulum, nec ſpoliatus ſuum probare debet, ibid.
Et vide ibidem declarationem quando procedat.
13 *Viſitatores veriſimiliter non ſunt paſſi beneficia poſſideri ſine titulo.*
Beneficij poſſeſſor nullo tempore ius acquirit quoad ſuperiorem, quin titulum beneficij oſtendere teneatur, ibi, & declara. vt ibi.
14 *Beneficij poſſeſſori ſufficit oſtẽdere titulũ coloratũ ex prima facie verũ apparẽtẽ, nec exigit exacta illius probatio.*
15 *Titulus beneficij diſcoloratus habetur pro non titulo, nec iuſtificat poſſeſſionẽ. & titulũ, & poſſeſſionem annullat.*
16 *Cardinalis titulum ſuum iuſtificare tenetur.*
17 *Titulus coloratur per confeſſionem aduerſarij, & dicto vnius teſtis, & intellige, vt ibi.*
18 *Agens ſiue acquirendæ ſiue recuperandæ poſſeſſionis remedio ſemper tenetur docere titulum ipſius beneficij.*
19 *A petitione facta à ſuperiore de legitimitate tituli quare non detur appellatio.*
20 *Inquiſitio tituli fieri põt ad libitum à iudice, & à ſuperiore.*
21 *Poſſeſſorium intentans, ſi de recenti eſt beneficium conſequutus, iuſtum titulum epiſcopo oſtendere debet.*
22 *Titulus in facto antiquo ne oſtendatur, tribus rationibus excuſari poterit.*
23 *Probationes ſæpe pereunt ex longinquitate temporis.*
24 *Titulus quando, & quibus de cauſis probari poterit per iuramentum.*
25 *Superior ſi onus probandi defectum tituli in ſe aſſumere voluit, probare poterit.*
26 *Epiſcopus non ſolum, ſed etiã beneficij patronus, vel alius intereſſe habens inſtare poteſt, vt de iuſto titulo ſibi doceatur.*
27 *Intentans remedium retinendæ non tenetur probare titulum ſui beneficij, etiam quod ſit iniuſta poſſeſſio, & contra l. dummodo poſſideat titulo colorato: ſed probare de antiquiori poſſeſſione, etiã quod aduerſarius habeat iuniorem cũ titulo acquiſitæ poſt illã antiquã poſſeſſionẽ.*
28 *Poſſeſſio in beneficialibus debet iuſtificari ex titulo ſaltem colorato, & quando procedat. ibi.*
29 *Probatio per iuramentum poſſidentis admittitur propter antiquitatem facti, niſi ius commune eſſet contra poſſidentem & quando procedat. ibi.*
30 *Quæ conſideranda ſint in caſu probationis tituli.*
31 *Titulus attenditur quando actor, & reus ſunt in pari probatione poſſeſſionis.*
Reliqua de titulo vidẽda erunt in concluſione, titulus, vbi iuſtius cadit materia.

1 **Beneficium** habenti cui opponit̃ irritã fuiſſe inſtitutionẽ † incumbit onus probandi canonicè, & legitimè ſibi fuiſſe
collatũ. vt optimè tradidit gl. fi. in c. ex inſinuatione.
vbi etiam tex. de procur. idem voluit Hoſt. quẽ refert,
& declarando ſequitur Abb. in c. licet Heli. de ſimo.
nu. 22. Bal. in l. in ciuile. in 1. oppoſi. C. de furt. verſ. itẽ
ſi tenet. & in l. cogi. C. de peti. hæred. & l. 2. verſ. porrò
C. quom. & quan. Iudex. Ang. ſiu. in l. qui in aliena.
§. ſed. & ſi nõ adierit. ff. de acq. hæt. Gem. in c. ordinarij, de offic. ordin. & in c. 1. de reg. iur. in 6. & rõ eſt, qa
2 beneficium non eſt tenendum † ſine inſtitutione canonica, c. vnico. vt eccleſia. benef. & in c. beneficiũ.
de reg. iur. in 6. & in Pedem. deciſ. 54. nu. 4. & licèt re-
3 gulariter quis non teneatur docere titulũ † ſuæ poſſeſſionis, vt in l. cogi. C. de pet. hæred. tũ in beneficialib.
hoc locum nõ habet, vt in c. ordinarij. de offic. ordinarij. lib. 6. & ita tenet Abb. in c. licèt Heli. de ſimon.
nu. 22. quem ſequitur Iaco. de S. Georg. in l. quodam
quaſi. nu. 6. ff. de proba tũ quia ſola poſſeſſio in bene-
4 ficialibus non ſufficit, † niſi adſit canonica inſtitutio,
vt in c. ex frequentibus. de inſtit. quinimo dẽt habere
literas ſuæ inſtitutionis vt in c. legum, 29. diſtin. & in
hoc caſu, ſcilicet q̃n bñficium obtinẽs iubetur titulũ
5 probare, non poterit appellare, † ſicut non appellatur
à correctione, c. ad noſtrã. & c. reprehẽſibilis. de app.
cũ correctionis ſimile ſit præceptum de tituli legitimitate (vt aiũt) docenda, nã ſi nõ hẽt iuſtũ titulũ ob-
6 tinet bñficiũ cũ peccato, † & decipit aĩas parochianorũ, vt traditũ eſt in c. dudum. el 2. de elect. in 6. Itẽ q̃a
7 iſta inquiſitio tituli poteſt fieri etiã generaliter † ex eo
officio iudicis, arg. c. graue. de præben. & c. 3. de inſtit.

Amplia vt ẽt procedat in cauſa poſſeſſionis adipiſcendæ, in qua oportebit, vt tentans tale poſſeſſorium
8 † probet iuſtum titulum, ita reſpondit Io. Bap. Ferret.
in conſ. 93. nu. 4. lib. 1. & ex ſupra allegatis per c. beneficium. de reg. iur. in 6. & c. vnico, vt eccleſia benef.
& deciſ. Pedem. 54. nu. 4.

Amplia, vt etiam procedat in cã poſſeſſionis recu-
9 perandæ, in qua ſpoliatus † tenetur probare titulũ ſuæ
poſſeſſionis, ita ait Rot. dec. 65. in antiq. Pariſ. cõſ. 12.
* nu. 2. vol. 4. vbi * cõem dicit, per Alex. in l. naturaliter.
§. nihil commune. col. 2. ver. 8. fallit. nu. 25. ff. de acq.
poſſ. faciunt adducta per Abb. in c. in literis. nu. 11. &
* & 12. & de * cõi teſtatur etiã Steph. Aufrer, in add. ad
Cap. Toloſ. deciſ. 15. incip. item fuit quæſitum. Idem
voluit Inn. in c. in literis. de reſti. ſpol. & in c. ex parte.
eod. tit. & in c. conſtitutus. de fil. presbiter. Archid. in
c. enm qui. de eo, qui mit. in poſſeſ. lib. 6. Bellam. deci.
17. & deciſ. 49. agẽs clem. vnic. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. D. de Rot. deciſ. 1. & 2. tit. de reſtit. ſpol. in nou.
& in antiq. eod. tit. deciſ. 20. Caſtr. conſ. 254. ad cõfirmationem eorum, col. 2. ver. ſuper tertio articulo, lib.
1. in antiq. Guid. Pap. in q. 85. & ſingul. 231. Dec. in l.
vlt. nu. 19. in fi. C. de edict. diu. Adr. tol. Capic. deciſ. 6.
nu. 23 Ferret. cõſ. 28. nu. 9. Io. de Seln. tract. de benefic.
2. parte q. 25. Quintilia Mandol. in regul. cãcell. Iulij
tertij, in reg. 1. de reſeruat. quæſt. 3. Crauet. conſ. 322.
10 col. 2. verſ. 2. cõſidero. qui ea ratione vtitur, † quia beneficiatus non dr̃ beneficij dominus, ſed eſt adminiſtratoris loco, diciturque procurator, vt ergo ante oĩa
conſueuit procurator mãdatũ producere l. ſi quis inficiatus. ff. depoſ. ſic beneficiatus iſte titulũ oſtendere
11 debet † alioqui ſi ſine titulo ſit, intruſum nominant,
capit. 1. de eo qui mittit. in poſſeſſion. aliam reddit
ratio-

rationem Bellam.d.deciſ.49.quia nullus præſumitur habere titulum, nec poſſeſſionem à ſe ipſo, vt ibi per eũ,& hanc aſſerit * communem opinionem nulli doctrina ſecundus Iacobus Menoch.de recuper. poſſeſſione.15.remed.nu.458.& 459.

Contra hanc * communem opinionem relatam facit tex.in c.in lit.de reſt.ſpol.& c.ſuſceptis,& c. cũ ſuper.de cau.poſſeſ.& propr.& c.ex inſinuat. de procur. & contra ſupradictã opinionẽ * cõiter tenere Doct. teſtatur Abb.in d.c.in lit.nu.12.ver. ego declarãdo materiã,& in verſ.4.opinio. eo. loco. & pro iſta ſecunda opinione conſuluit Gemin.conſ.57.col.3.& cõſ.148. Innoc. & Butr. in d.c.in lit.& in c. cum ad ſedem. de reſt.ſpol.refert Soc.in l.rem quę nobis.n.17.ff.de acq. poſſeſſ.Franciſc.de Marchis.q.197. in fi. inquit, non eſſe neceſſariam.tit.probationem, cum longo tẽpore
12 poſſidet,† nam longa poſſeſſio vim tituli habet.Rip. in l.naturaliter.§.nihil commune.de acq.poſſeſ. quãdo ſpoliator ipſe excipiens de titulo ſpoliati agentis non oſtendit proprium titulum, nam tũc nec ſpoliatus ipſe ſuum probare debet,ex quo enim is conuictus ius nõ hẽt,vt extraneus dicitur, nec ſua videtur intereſſe,ſic ſentit Io.de Selu.trac.de benef.2.par.q.25. nu. 6.ſed in hac varietate atq; repugnantia opinionũ, videas omninò Abb.in d.c.in lit.nu.12.cum plurib.ſeq. quibus in locis declarat, & enumerat has opiniones.

Primò intellige,& declara prædictam ampliationẽ primo in lite non procedere, quando conſtat ante litẽ pacificè poſſediſſe vltra triennium, vel ſucceſſiuè poſſeſſori pacifico vltra trieñiũ,ſic declarat poſt alios Caſſad.in ſuis deciſ.ti .de cau.poſſeſ.& propr.deciſ.2. & Menoch.vbi ſup.nu.461.quia inquit Caſſad.vbi ſu
13 pra, non eſt veriſimile † quod viſitatores paſſi eſſent cum ſine titulo poſſidere,quod Menoch. d.nu.46 intelligit quoad ſpoliatorẽ,quo.n.ad ſuperiorẽ nullo tẽpore ius acquiret poſſeſſor beneficij,vt titulũ nõ oſtẽdat.Innoc.in c.cum contingit.col.7.de præſcr.Tiraq. tract.de præſcr.§.1.glo.4.verſ. ſed huic ſententiæ.

Secundò declara,& intellige non procedere, quãdo agitur via attentatorum.vt Menoch.d.nu. 462.& remedio vlt.in d.tract. nu. 52.

Tertiò intellige,& declara,vt ſufficiat oſtendere ti
14 tulũ coloratum, † & qui prima facie verus appareat, nec.n.licet poſtmodũ ſpoliatori quidquã obijcere in illũ,ſic Caſtr.d.conſ.254.d.verſ.ſuper 3. art. ſic declarans tex.c.in literis.de reſt.ſpol.Caſſad.in tit. de reſtit. ſpol.deciſ.1.in fi.ſent.& declarat ſufficere poſſeſſionẽ purgare,non ergò exigitur exacta tituli probatio, ſed ſufficit,vt tit.coloratus ſit,ita Bella.dec.49.50.& dec. 99.& 455.Bertr.conſ.2.nu.18.1.par.lib. 3. & cõſ. 135.
15 n.6.qua ratione fit,†vt ſi titulus eſſet,vt loquunt̃ diſcoloratus,& pro non titulo haberetur,nõ eſſet poſſeſſio iuſtificata,vt ſi de intruſione appareret, nam ſolet intruſio titulũ,& poſſeſſionẽ irritã facere.Rip d.l. natural.§.nihil cõe.n.71. & latè Menoc. vbi ſup.n.464.

Quartò declara,& intellige non procedere in Illu
16 ſtriſs.& Reuerendiſs.Cardinalib.† qui ſuum titulum purgare tenentur, cum ſuas eccleſias in titulum Cardinalatus teneant.ita Dec.conſ.157. col. 1. poſt Petr. Peruſ.& in ſpecie notauit Ant.Math.Rom.l.naturaliter.§.nihil commune.nu.48. in fin. qui ibid. nu. 52.
17 docuit † titul. colorari per confeſſionem aduerſarij. Caſſad.deciſ.1.item ex vnius teſtimonio.Bellam.deciſ.50.98.& 577.& Menoch.vbi ſup.num. 47.

Declara,& intellige non procedere quando de tertij detrimento agitur,ita Anchar.c.ad decimas.de reſtit.ſpol.in 6.ſunt tamen qui ibi diſſentiant, vt Franc. & Gomeſ.vt eos refert Mathe.Roman.d.§. nihil cõmune.nu.56.verſ.neque titulum.

Declara modo poſteriorem opinionem contrariã ad ampliationem, vt ſcilicet illa non habeat locum
18 quoad ſuperiorem,† nam ſemper agens ſiue acquirẽdæ, ſiue recuperandæ poſſeſſionis remedio tenetur illum docere titulũ ipſius beneficij ita concludit Abb. de mente Hoſt.in d.c.licèt Heli.nu. 22. de ſimon. vbi & illud inſuper addidit, à tali petitione facta à ſupe-
19 riore de legitimitate tituli †non dari appellationem, ea quippè ratione, quia agitur de corrigẽdo facto caſu,quo non eſſet ritè factum, & quia etiam talis inquiſitio tituli poteſt fieri ex voluntate iudicis, vel ipſius
20 ſuperioris,† per ea,quæ habent̃ in c.graue de præb. & c.3.de inſt.idem voluit Bal.in l.in ciuile.in 1.oppoſit. C.de fur.verſ.item ſi tenet,& in l.cogi.C. de pet. hær. & l.2.verſ.porrò.C.quom.& quand.iud. Ang.in l.qui in aliena.§ ſed & ſi non adierit.ff.de acq.hær.Gem.in c.ordinarij.de offic.ord.& c.1.de reg. iur. in 6.

Sed hanc declarationem intellige, vt tunc proce-
21 dat,quando factum eſſet recens, vt † ſi poſſeſſorium intentans eſſet recens illud beneficium conſecutus, quia tunc debet(vt dicitur) oſtendere iuſtum titulum epiſcopo,& tenetur,vt in ſupradicta declaratione, ſecus ſi factum eſſet antiquum,quia tunc non obſtabit,
22 nec agenti nocebit,† etiam ſi non doceat titulũ, primò quia aſcribendũ eſt epiſcopo, qui diù tacuit. arg. c.1.de frig. Deinde. quia videtur tacendo conſenſiſſe. arg. c. ex ore de his, quæ fi.à maior. par.c. Poſtremò,
23 quia probationes non poſſunt facilè haberi,†cum ſępè pereant ex longinquitate temporis, ſed ſi ſuperior titulum requirens nunquam conſenſit tacitè, vel expreſsè,vt quia recẽter adeptus eſt epiſcopatũ, vel diù
24 ſteterit in captiuitate,† tunc poterit titulus probari per iuramentũ,quod ſufficit.arg.ſunt ea, quæ habent̃ in l.ſi arbiter.ff.de probat.et not.in c.illud de præſum.

Quod tamen intellige, niſi ſuperior voluerit in ſe
25 aſſumere onus probandi defectum tituli, † quo caſu poterit.arg.quæ ſunt in c.dilecto,de præb. Et quod dictum eſt in ſuperiore,et epiſcopo, idem intellige habere locũ in patrono beneficij, vel alio, cuius præci-
26 puè intereſt, † qui poteſt inſtare, vt ipſe doceatur de iuſto titulo, ita et hoc pacto hæc omnia declarat, et ſequitur Abb.ex mente Hoſtienſ.in d.c.licet Heli.nu. 22.vſque in fi.et Feder. conſ.98.

Primò limita non procedere,quando intentatũ eſt remediũ retinendæ poſſeſsionis, quia tunc non tenet̃
27 probare titulum beneficij † cũ debeat reſeruari in iudicio petitorio,vt cauit Nat.conſ.411.nu.5.et 7. lib.2. et Ant.de Butr.in c.in lit.de reſtit.ſpol.quę ibi refert, et ſequitur Abb.col.8.nu.27. Bart. in l. naturaliter.§. nihil commune.ff.de acq.poſſeſ.Guid.Pap.conſ.292. poſt Ang.in §.quadrupli.in col.fi.Inſtit. de act. Abb. in c.cũ veniſſent.col.antep.in 1.lect.de inſtitu. quem refert,et ſequitur Ferrer.in conſ.1.nu.12.vol.1.quo in loco teneri * communiter à doctorib. aſſirmat. et ita tenere in d. c. cum veniſſent, inquit Henr. Boic. poſt Bernard.Inn.et Hoſt.col.pen.verſ.ſed ſecundum hoc vbi adducit rationem iſtius concluſionis, idẽ Ferrer. conſ. 7. nu. 5. lib 1.vbi etiam tenet id procedere licèt poſſeſſio ſit iniuſta,et cõtra l.priuatiuam iuris, dummodo poſſideat titulo colorato, et dicit hanc * cõem ibi.nu.4.in fi.et * cõem etiam aſſerit in conſ.1. nu.11. eod.lib.ſed ſufficit probare de antiquiore poſſeſſione et ſi aduerſarius habeat recentiorem poſſeſsionẽ, cũ titulo acquiſito poſt illã antiquiorẽ poſſeſſionẽ. arg. l.ſi fundum. ff. de fund. dota.ſequitur ibi Dec.latè in c.licèt cauſ.de prob.col.8.verſ.3.in interdicto.cõſ.56. col.2.in fi.conſ.162.nu.2.conſ.303.nu.8.Did. Couar. pract.q.c.17.verſ.12. iſtud tamen dictũ non habet lo-
28 cum in beneficialibus, † in quibus oportet iuſtificare poſſeſsionem ex titulo ſaltem colorato,ita reſpondit Oldr.cõſ.7.nu.6.et 10.Butr.in d.c.in literis.col.8.Caſſan.deciſ.3.nu.5.de reſtit.ſpol.Pariſ.cõſ.12.nu.7. vol. 4 Alex.conſ.45.nu.8.vol.3.

Secundò limita non procedere, quando quis lõgo tempore poſſedit beneficium, quia tunc ſi allegatur alius titulus,et non poſsesſio ſola pro titulo tunc præſumitur canonicus titulus,et nemo cõpellet̃ oſtẽdere titulum

29 titulum ſui beneficij,† & propter antiquitatem facti
admitteretur probatio per iuramentum poſſidẽtis, vt
in l.ſi arbiter.ff.de prob.& not.in c. r. de præſump. &
ita Lamber.de iure patr.2.art.1.q.prin.3.part.2.lib.&
nu.3.& Fel.conſ.12.aliàs 2.& Abb.in c.licet Heli. de
ſimon.in fi.& illud dictum de probatione iuramẽta-
li limitatur non ꝓcedere, qñ ius cõmune eſſet cõtra
poſſidentem, vt qñ quis poſſideret duo beneficia, quę
ſimul ſtare non poſſint, quia tunc non ſufficeret illa
probatio ſacramentalis.arg.c.ordinarij.de off.ordin.
lib.6.& c.contra priorem.100.diſ.& ita Lamber.ſup.
30 cit.loco,& Abb.in eodẽ met citato loco dicit† in hoc
caſu debere conſiderari longinquitatem temporis,&
genus bñficiati anteceſſoris, & ẽt illius, qui anteceſ-
ſit,qui,vt illa duo beneficia, quæ vnà ſtare nõ poterãt
fuerit ꝑpeſſus, & ſecundũ hæc eſt decidenda quęſtio.

Limita etiam nõ procedere,quando actor, & reus
31 ſunt in pari probatione poſſeſſionis,† quia tunc attẽ-
ditur titulus,vt per Io.Bap.Ferr.d.cõl.7.nu.3.& 4. lib.
1.alleg.Abb.in c.licet cauſã.in 10.not.col. 4. in prin.
* & ibid.Fel col.8.idem Ferre.conſ.1.nu.13.vbi*com-
munem dicit.eod. lib.

Sed hæc vlterius de titulo proſequi nobis nõ eſt in
animo,cum magis oportunè in cõcl.titulus, vbi ma-
teriæ propria ſedes eſt,hæc ſimus explicaturi.

CONCLVSIO CLXXXI.

ARGVMENTVM.

An qui beneficium velit conſequi, ab illo
dandus, & probandus ſit certus aliquis
modus vacandi.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium impetrans debet dare, & probare aliquem certum modum vacandi.*

2 *Clauſula in ſupplicatione appoſita, & quouis alio modo vacans, quam vim habeat.*

3 *In commiſſione ſi plura narrentur quorum aliqua falſa, aliqua vera ſint, ſi eiuſdem effectus ex veris ſequi poteſt, valet commiſſio.*

4 *Modus quilibet vacandi, quare intelligatur de modo euenienti in perſonam, de qua in ſupplicatione, & non in alia, de qua non fuerit facta mentio.*

5 *Clauſula, quouis alio modo vacans, comprehendit etiam vacationem in alia perſona interuenientem, quam in expreſſa, & indiſtinctè omnes modos vacandi.*

6 *Communis opinio Auditorum Sacri Palatij circa prædictam clauſulam, quouis alio modo vacans refertur per Io.Cald.vt ibi.*

1 Beneficium impetrans,† vt illud con-
ſequi poſſit, præſcriben-
dus,& probandus ab illo eſt aliquis modus certus va-
candi,ſic me docuit Caſſa.ſuper reg. canc. deciſ. 15.
num.2. ꝙ ſi pluribus modis vacare aſſeuerat ſufficiet
vnum modũ probare. Rot.dec. 14.aliàs 83.de reſcrip.
nu.1.in nouiſ.c.cum iam dudũ.de præbẽ.& de appel.
c.ſignificauit.de exceſſ.præla.c.graue.de ꝓba. c. licet
de reſcrip.c.2.& Bellam.deciſ.734.& facit Rot.deci.
7.de reſcr.in nou.& deciſ.3.eo.tit. in antiq.

Quod intellige hẽre ẽt locũ, qñ impetrãs expreſſit
modũ,veluti ꝑ conſtitutionẽ,execrabilis,quẽ deinde
2 non probauit,†ſed qa in ſupplicatione fuit appoſita
clauſula, & quouis alio modo vacans ſi ꝓbabit aliũ
modũ ꝑ quẽ beneficium vacaſſe inferri poſſit,ſufficit
nihilominus ad illud beneficium adipiſcendũ, vt in
d.deciſ.83.nec aliò reſpicit,qđ in ſimili habeẽ in dec.
68.eod.tit.vbi dr̃, quod ſi in commiſſione plura nar-
3 rentur,quorum aliqua ſunt falſa, aliqua vera, † ſi ex
veris poterit ſequi effectus commiſſionis, valebit cõ-
miſſio,vt etiam notatur in c.ex parte,& c. inter cæte-
ras,& c.olim de reſcr.& in ſimili faciunt d. in c. licet
de prob.& c.exhibita, in vl.gl. de iud.

Nec ſine declaratione prætereundũ eſt, ꝙ nuper di-
ximus de modo quouis vacãdi,intelligẽdũ.n. de mo-
4 do euenienti in ꝑſonã,de qua in ſupplicatione, † ſecus
ſi in alia ꝑſona,de qua non fuerit facta mẽtio in ſup-
plicatione,qa clauſula,quouis alio mõ, in literis apo
ſtolicis appoſita ꝑtinet ad aliũ modũ ex dicta ꝑſona
ꝑuenientẽ,ita habeẽ in dec.1.alias 29.de reſcr. incip.
ſi mandeẽ.in nou.nõ aũt oẽs alias ꝑſonas,ꝑ quas va-
care poſſet tale beneficiũ,vt in d.iuribus,& deci. 143.
in nou.inci.habere gr̃m,& in antiq.deciſ. 483. incip.
nota ꝙ clauſula,& ita ſeruandum, & ſemꝑ ſeruatum
fuiſſe aſſerit d.deciſ.29.& de hoc vide Fel.in c.in no-
ſtra.de reſcr.in 5.& 6.corrol.Caſſ.deciſ.5.de præben.

Contrarium.i.clauſulam, quouis alio modo vacã-
5 tẽ,† cõprehendere ẽt vacationem interuenientem in
alia ꝑſona,q̃ in exꝑſſa,& indiſtinctè oẽs modos vacã
di,voluit Rot.dec.613.in antiq. per c. ſuſceptũ de re-
ſcrip.lib.6.& Io.Cald.in quadam q. quam diſputauit
Bononiæ incip.Papa cõtulit, in qua omnes rationes,
6 quæ repugnare videntur,refellit,† & ita*communiter
Auditores Sacri Palatij ſentire tradit in d. deciſ.613.

CONCLVSIO CLXXXII.

ARGVMENTVM.

Beneficium impetrans, quod vacãs ſit per
contractum matrimonij, quæ probare
teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vacans per matrimonium contractum, illud impetrans probare tenetur matrimonium per verba de præſenti contractum fuiſſe.*

2 *Matrimonium contrahens exercet, actum omnino cõtrarium clericatui, & videtur renũtiaſſe beneficio, & illud, habere pro derelicto.*

3 *Beneficium ipſo iure vacat, quando cõtractum eſt matrimoniũ per verba de præſenti, etiã ſi non ſequuta copula.*

4 *Beneficium etiam amittitur per contractum matrimonij verbis de præſenti, & ſi ſponſa incognita Monaſterium ingrediatur.*

5 *Beneficium Clerici iam promoti ad ſacros ordines per contractum matrimonij ipſo iure vacat, ſed requiritur ſententia priuationis.*

6 *Impetrans præbendam primo vacaturam, & contrahens matrimonium ſi vxor moriatur, & deinde vacet præbenda, non poteſt tunc eam acceptare.*

7 *Beneficium impetrans ſi ſolum probet ſponſalia contracta probatio non ſufficit, & vts dubia interpretatur contra impetrantem.*

8 *Impetratio beneficij non valet, ſi matrimonium non eſt completum.*

Beneficium vacans per contractum
matrimonij. impetrãs il-
lud cogi ꝓbare matrimoniũ,per verba de præſẽti cõ-
1 tractũ,† nec ſatis eſſe oſtẽdere actum fuiſſe de cõtra-
hẽdo,vel ſponſalia contracta, fuit determinatũ per
DD.de Rot.dec.1.alias 26.ſi impetreẽ,in nou.de cle-
ric.cõiug.& deci.21.alias 480.de prob.in antiq.ſi im-
petretur beneficium.arg.c.1.de cler.coniug.& ibi Io.
Andr.& firmat Rot.deciſ.103. vbi clericus. in antiq.
dicens.ꝑ iſta opinione fuiſſe terminatũ in Rot. licet
Io.Andr.videaẽ notare contrariũ in c. Io. de cler.cõ-
iug.Idẽ Rot.ſẽtire videẽ dec.571.vtrũ ſi beneficiatus.

in antiq. & Biſignet.tit. de ſponſal. deciſ. 1. licèt hoc non decidant, ſed ſeſe remittant ad notata per Ioan. Andr.in nouell.in c.2.de cleri.coniug.qui hoc tenet. Illud etiam diremit Capel. Tholoſ. q.239. ſi clericus habẽs beneficia,& ibi Aufrer. in addit.notat glo. Io. And.in c.beneficia. de reg.iur.in 6. vbi per ſponſalia beneficium non vacat,& vide Innoc.in c.tuæ de apoſtat. vbi pulchrè ſcribit de hac materia.

2 Ratio concluſionis eſt,† quia talis contrahens matrimonium exercuit actum omninò clericatui contrarium,quo fit,vt videatur renunciaſſe beneficio,& illud habere pro derelicto.argum.c.ex tranſmiſſa. de renunciat.c.cum renuntiatione.32.q.1.& dicit Cape. Tholoſ.deciſ.239.

Amplia,vt concluſio procedat,etiam ſi matrimonium ſit contractum per verba de præſenti, nulla cõ-
3 iunctione ſequuta, & † quia tunc vacat beneficium ipſo iure,vt tenet glo.Io. And. Abb. Imol. & Bened.
* Capr. qui dicit eſſe * communem opinionem in c.1. de cleric. coniugat. & ibi pleniſſimè per Collecta. & Speculat.in tit.de cler.coniug.in fi.tenet Dominic.& Philip.Franc.in c.1.in fi.princ.eod.titul.in 6.ſequitur Panin.in tract.de poteſt.c.ſede vacante.prælu.7.col. 3.Geminia.d.c.1.de cler.coniug.lib.6.Capell. Toloſ. d.deciſ.239.in additio.

Secundò amplia concluſionem, vt vſq, eo proce-
4 dat,† vt ſi poſt contractum matrimonii per verba de præſẽti vxor ingrediatur religionem,antequam eſſet cognita,vacat tamẽ beneficium, nec poſſit recuperari,ſi credimus Abb.in c.1.de cler.coniugat.& ſequitur Dominic.& Philip.Franc.in c.1.in fi.de cler.coniug. & additio ad dictam.q.Capel.Toloſ.q.239.

Primò limita concluſionem,vt procedat in clerico conſtituto in ordinibus minoribus,quia tunc ipſo iure vacat beneficium ſecus in clerico iam promoto
5 ad ſacros ordines,† tunc enim non ipſo iure vacat beneficium,ſed requiritur ſententia priuationis, vt ſenſit Io. And.in d.c. Ioan. de cler.coniugat. & ibi tenet Ant.Imol.& Floria.& hanc opinionem dicit tutiorẽ, & in vſu ſeruandam Bened.Capr.in alleg.c.1.de clec. coniugar.licèt ibi Abb. diſſentiat. eandem opinionẽ ſequitur Dec.conſ.166 Egid Philip.nu.2. & ſeq.

Contrariam huic limitationi ſentẽtiam ſequutus eſt Barthol.Brixien.in quæſt.Dominicali 10.incipiẽ. quidam clericus immo concludit ibidem in quæſt.9. quod ſi quis impetrauerit præbendam primò vacaturam,& cõtraxerit matrimonium,& mortua ſit vxor,
6 deindè vacauerit præbenda,† vt non poſſit tunc eam acceptare.Eandem opinionem ſequendo Brixen.tenet Aufrer.ad d.q.239. & Clauaſ. in ſumma nũcupata Angelica.in ver.cleric.el 5.§.1.ratio eſt, quia quãtum in eo fuit cõtraxit matrimonium.Rot.deci.103. notat.quod vbi clericus,in antiq & ad hoc adde Gig. in tract.penſio.q.54.in fi. & vide Staph. de literis gra. & iuſt. folio. 72.& 44. vbi uidetur reprobare hoc dictum.

** Prima tamen opinio eſt ** communior,& hæc poſterior reprehenditur à Nicol. Ant.Grauat. in addit. ad prędictum conſ.Dec.166. litera A.

Ex hac concluſione illud obſeruatione dignũ elicimus, ut ſi fuerit contractum matrimonium de præſenti,& ſic dato,quod quis ſit priuatus ipſo iure bene-
7 ficio,† ſi tamen impetrans beneficium per contractũ matrimonij probat ſolùm ſponſalia cõtract.iſta probatio non ſufficiat,ut ſupra,ideò cum ſit dubia, interpretatur contra impetrantem. c. in præſentia de probatio.

Et opinionem hanc ſequitur Petr.de Anchara. in conſ.20.quidam uolens, quòd ſi quis impetrat beneficium, dicendo illud uacare per contractum matrimonii,& ſint ſolùm contracta ſponſalia,non ualet ta
8 lis impetratio in odium impetrantis,† cum matrimonium debeat eſſe perfectum, & abſolutum.

CONCLVSIO CLXXXIII.

ARGVMENTVM.

Beneficij vacatio per aſſecutionem alterius quibus modis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vacare per aſſecutionem alterius,ſufficit impetranti probare aſſecutionem poſſeſſionis pacificam alterius beneficij.*
2 *Fama publica de per ſe non facit,nec plenam,nec ſemiplenam probationem.*
3 *Pacificam aſſecutionem alicuius beneficij,quando,& quomodo quis conſequatur.*
4 *Impetrans beneficium vacatum per aſſecutionem alterius a deci.Rot.in antiquis 72.de reſcrip. aſtringitur in ſupplicatione porrecta Papæ facere mentionem de annali poſſeſſione ſecundi beneficii.*
5 *Mentio poſſeſſionis beneficii in ſupplicatione non eſt neceſſaria,ſi per annum non poſſedit.*
6 *Poſſeſſio annalis beneficij attenditur in curia,& non bimeſtris.*
7 *Poſſeſſio eccleſiæ non dicitur pacifica,ſi intra annum ſuper fructibus mota fuerit controuerſia.*
8 *Beneficij violenti aſſecutio. vitioſaq; poſſeſſio facit vacare priora beneficia.*
9 *Beneficio acquiſito per ſimoniam vacat primum beneficiũ.*
10 *Beneficij ſecundi iuſta, vel iniuſta receptio inducit vacationem primi.*
11 *Beneficia priora vacant nec retineri poſſunt,licèt ſecunda collatio ſit iniuſta,vel facta ab eo,qui auctoritatem non habeat conferendi.*
12 *C.de multa de præb.non habet locum,niſi poſſeſſio ſecundi beneficij ſit pacifica de facto,& de iure.*
13 *Epiſcopus non dicitur negligens in conferendo beneficium quando illud non vacat de iure,& de facto.*
14 *Beneficij primi vacatio non inducitur per aſſecutionem ſecundi ſine iuſſu ſuperioris.*
15 *Beneficium primũ vacare dicitur per ſolam tranſlationẽ ad aliud,etiam non aſſecuta poſſeſſione ſecundi beneficij.*
16 *Sententia lata per vicarium tranſlati quare non valeat.*
17 *Conſenſus præſtitus tranſlationi facit vacare primum beneficium.*
41 ſeſſionem, † quando quis poſſidet ſine controuerſia de iure, vel de facto, de qua opinione Pauli facit mẽtionem Rota deciſ. 61. ſufficit impetranti. in nouis. & cum ipſo Paulo trãſit Card. in d. clem. gratia. q. 13. de reſcrip. & ibi ẽt ſequitur Barbat. & pro hac opinione eſt caſus in c. 1. de confirm. vtil. vel inutil. & ibi notat Dec. in 2. not. poſt Abbat. volens, illum non dici pacificè poſſidere, cui mouetᷣ quęſtio, tenet Gemin. cõſ. 78. in nomine Domini. col. 3. ꝑ tex. d. c. 1. de confirm. vtili, vel inut. addẽs, vt ẽt ſi laicus magiſtratus illi eſſet infeſtus, non diceretur habere pacificã poſſeſſionem, ſequitur etiam commentator regul. cãcellariæ, regu. 32. vbi dicit, pacificã poſſeſſionem intelligi, qñ de iure, & de facto beneficiũ quis poſſidet, ita vt non fuerit ſibi mota lis, & idem voluit in regul. 33. cui acceſſit ẽt Caſſad. deciſ. 9. tit. de cã poſſeſ. & propriet. incip. Rota in antiq. in quo loco atteſtatur, deciſionẽ 3. aliàs 36. de cauſa poſſeſ. & propriet. in antiq. quæ huic opinioni omninò aduerſatur, nunquam ſuo tempore fuiſſe obſeruatam, quinimò potius contrarium, & ibi reſpõdet ad §. ſi fundum. ſupra allegatum, & latè examinat opinionem dictæ deciſionis; idẽ voluit in deciſ. 6. ſuper regul. cancellariæ, voluerunt Domini. vbi in nu. 15. atteſtatur pariter non obſeruari d. dec. 3. de cauſa poſſeſ. & propriet. in antiq.

Subamplia hanc opinionem, vt procedat etiam ſi poſſeſſio ſit ſequeſtrata tantum, quia tunc nõ dicitur pacificè poſſidere, ex quo non percipit fructus, iuxta ſententiam Io. Andr. in c. examinata. de iudic.

Primò limita concluſionẽ, niſi momento habuerit illam pacificè; ſed illicò mouetur ſibi quæſtio de
42 iure, vel de facto, † quia nõ dicitur fuiſſe in poſſeſſione, qui non ſtetit in ea. ad hoc pertinet tex. iuncta. gl. in verb. pacifica. in cap. commiſſa. de elect. in 6. & in clem. gratia. de reſcr. ibi Paul. not. Abb. in c. de multa. in 7. col. de præbend. & faciunt, quę ſupra dicta sũt de pacifica poſſeſſione.

Secundò limita non procedere; quando quis agit
43 petitorio, & poſſeſſorio adipiſcendę, † & pars aduerſa vult ſuſpendere petitorium, quia tunc vt impediatur dicta ſuſpenſio, ſufficit habenti gratiã de huiuſmodi beneficio producere ſolam factam gratiam, licet nõ probet plenè huiuſmodi vacationẽ, vel aſſecutionẽ; ita tradidit Rot. deciſ. 15. aliàs 235. de præbẽd. in nouis. incipient. habẽti gratiam, & vidit rationem, quia
44 ſatis conſtat per dictam gratiam de reſeruatione, † & manus Papæ appoſitione, quæ petitorij ſuſpẽſionem impediunt, per nota. per Inn. in c. conſtitutus. de fil. presbyterorum. & de reſtit. ſpol. c. in literis. in fi. & de diuor. c. ſignificaſti.

Tertiò limita, vt non procedat concluſio, quando quis conſequitur beneficium cui cura animarum demandata ſit, & de hac re habeat poſſeſſionem, nõ tñ adminiſtrationẽ bonorum eccleſiaſticorũ, vel maioris ipſorum partis. nam licet habeat poſſeſſionẽ curæ
45 animarum, † non per hoc dr̃ pacificè poſſidere bñficium, ſi cum exercitio curæ animarum non hẽat etiã adminiſtrationẽ oĩum bonorũ eccleſiæ, vel ſaltẽ maioris partis, & per hoc non ſufficiat impetranti ꝑbare conſequutionẽ ſecũdi beneficij ſub hac forma ad effectũ vacationis primi, niſi ẽt probet cõſequutionem bonorum ꝑdictorũ, ſine quibus, vt iã diximus, nõ põt dici q̃s habere pacificã poſſeſſionem ſecundi bñficij, vt dixit Bella. dec. 153. Papa diſpensãdo, & voluit Io. And. & ſequitᷣ Imol. & Benedict. Capr. in c. de multa, 3. car. de præb. & adhæret. Caſſad. d. dec. 9. Rota in antiq. de cã poſſ. & propr. ſub nu. 2. in quo loco rñdit ad tex. in c. licet can. de elect. in 6. qui videtur velle, ſatis eſſe, habere pacificam poſſeſſionem, & exercitiũ cu-
46 ræ, licèt nõ habeatᷣ maior pars bonorũ, † nã text. ille, cũ ſit pęnalis, imponens pęnã priuationis, dẽt strictè intelligi, & ita, vt tñ procedat, vt curet ſe promoueri ad ordines ſacros legitimo tp̃e ſub pęna priuationis, ſecus quoad aſſequutionẽ ſecũdi beneficij, vt q̃s ipſo iure amittat primũ, in quo pręter pacificã poſſeſſionẽ exercitij curę requiritur ẽt poſſeſſio omnium fructuũ, vel ſaltem maioris partis: c. ſi tibi conceſ. de præb. in 6. & ante dixit Bellam. d. deci. 153. & ratio eſt, ne clerici mendicare cogãtur, ꝙ primum beneficium ſimile non vacet, ſed ne pereant animæ, promoueri tenentur, vt dicit gl. in d. c. ſi tibi cõceſſo. vbi hoc eſſe peculiare aſſumpat, vt etiam refert Caſſad. d. dec. 9. ſub n. 2.
47 Quartò limita, & intellige concluſionẽ, † vt cõſequenti ſecũdum beneficium ad effectum inducendi vacationẽ primi, probandũ ſit ſecundũ poſſediſſe ſaltem duos menſes, alioqui non diceretᷣ illud pacificè poſſediſſe, ut uoluit Compoſte. in c. cõmiſ. de elect. in 6. cuius opinionem ſequitur Caſſad. in præallg. deci. 9. d. nu. 2. de cauſ. poſ. & propri. c. Gemin. conſ. 78. in nomine Domini, Ioan. Andr. in c. ex parte Abbatiſſę de priuileg. Rot. deciſ. 61. aliàs 3. de præbend. ſufficit impetranti,

48 imperrāti, in additione, in nouis. † Quinimò annalis poſſeſſio videtur requiri, vt pacificè dicatur poſſediſſe, per ea, quæ tradit Felyn. in c. in noſtra. in 36. corelar. verſ. tertio. nota, de reſcript. vbi cõcludit per dec. Rot. 783. dic, quòd ordinatio Papę. in antiq. & per regulam cancellariæ 12. item voluit Dominus noſter, cõſiderari poſſeſſionem pacificam per annum, vnde ſi ſit poſſeſſio pacifica minoris tpis, non cõſideratur, vt ēt ſupra ad principium cõcluſionis verba fecimus.

Præterea ſecũdùm aliquos pacifica poſſeſſio dicit,
49 † quãdo quis percipit omnes fructus, vel ſaltẽ maiorem partem, vt nos docuit gl. in d. c. cõmiſſa. in verb. pacifica. de elect. in 6. ideo ſi quis percipit funeralia, vel ſalaria capellanorum, vel aliquid minutum, non dicitur habuiſſe pacificam poſſeſſionem, vt declarat Gemin. conſ. 78. in nomine Domini. in vlt. col.

Illud vnum poſtremò te velim admonitũ, vt ſi ſteterit per aliquem, quominus aſſequeretur poſſeſſionẽ pacificam, nõ per hoc deſinere eſſe pacificam poſſeſſionẽ, quinimo pro tali habenda eſt ſi credimus Paulo de Leazar. in clem. gratia. de reſcript.

Ideo debet probari, hũc nõ omiſiſſe peragere quicquid in ſe fuit, etiam cõfugiendo ad ſuperiores, nam qui aliquid facere poteſt, recurſum, vt loquuntur noſtri, habere videtur. c. fi. de elect. & ita declarat Gemi. d. conſ. 78. in nomine Domini. col. pe. & ibi declarat hoc intelligendum eſſe, quando confugit ad ordinarium eccleſiaſticum, ad quem de iure debebat cõfugere, licèt non profugerit ad dominum temporalem, ad quem de iure non competebat concurrere.

Intellige, vt hoc procedat in eo, qui habet titulum canonicum & legitimum, ſecus in habẽte titulum reprobatum, quia tũc inducitur vacatio per ſolam aſſecutionem poſſeſſionis de facto, nec conſideratur, ſe tunc potuiſſe aſſequi: quia ſufficit ficta poſſeſſio. l. in rem. §. 3. ff. de rei vendi. & declarat Bonifacius Vitali. qui etiam reddit rationem differentiæ, in clem. ſi plures. col. 3. in fi. de præbend.

CONCLVSIO CLXXXIV.

ARGVMENTVM.

De benemeritis, an & quomodo probentur per verba enunciatiua.

SVMMARIVM.

1 *Benemerita probari per verba enunciatiua. Contrarium nu. 2.*

2 *Aſſertio ſimplex donatoris non ſufficit ad probationem meritorum.*

3 *Quando in donatione ſit mentio meritorum, ſi de eis non appareat, non valet, & quare.*

4 *Verba enunciatiua probare benemerita, ſi inter perſonas non probibitas donare facta eſt donatio.*

5 *De probatione meritorum vide remiſſiuè per Tiraquell.*

6 *Benemerita, niſi probentur aliter, quam per aſſertionem donantis, donatio non valet, ſi facta eſt inter perſonas probibitas.*

7 *Donatio propter merita facta concubinæ valet, ſi merita, & ſeruitia probari poſſunt.*

8 *Verba narratiua inſtrumenti, donauit pro ſeruitijs, meritis & obſequijs, non ſufficiunt ad probandam donationem, ſi emanarunt inter perſonas probibitas.*

9 *Verba enunciata in genere, vt dono pro benemeritis acceptis, ſi actum ſit inter perſonas non probibitas donare, probant benemerita. Contrarium nu. 10.*

10 *Benemerita non probari per verba enunciatiua in genere prolata; ſed quando in ſpecie beneficia, & benemerita relata ſunt.*

11 *Benemerita probãtur per verba enunciata, dummodo expreſſa, & ſpecificata ſint, quando probata ſunt in actu inter perſonas probibitas illum facere.*

12 *Specificatio requiritur ad probandum benemerita condigna, & correſpondentia donationi.*

13 *Benemerita probari per verba in genere enũciata inter pſonas probibitas, dũmodo in actu interuenerit iurm.*

14 *Donatio facta filio per patrem cum iuramento, in qua ſpeciem, & qualitatem meritorum in indiuiduo exprimit, valet, & donantis hæredes illi ſtare tenentur.*

15 *Expreſſio meritorũ ſi in genere facta eſt, benemerita probantur, ſicut & in ſpecie.*

16 *Iuramentum probat merita etiam in probibito donare.*

17 *Iuramentum quonam modo intelligatur probare merita inter perſonas probibitas donare.*

18 *Iuramentum cum ſit de iure diuino, vel naturali, patria poteſtas non conſideratur, vbi illud interuenit.*

19 *Iuramentum firmat donationem inter patrem, & filium.*

20 *Donatio iurõ non conualidatur, vbi concurrũt defectus, ſcilicet rei, & pſonæ, niſi iuramentum non ſit duplicatũ.*

21 *Benemerita iurõ iuſtificata, non ſunt aliter iuſtificanda.*

22 *Aſſertio benemeritorum etiam iurata, non probat merita, & quare.*

23 *Aſſertio beneficiorũ, & benemeritorũ probat benemerita.*

24 *Iuramentum inducit plenam probationem meritorum.*

25 *Donatio cõcubinæ donãtis clerici, & ſi regulariter durãte cõcubinatu non valeat, tñ locũ habet, quando ob merita facta ſit, & ipſa benemerita probãtur ſacramento dãtis.*

26 *Benemeritis probatis donatarius non aſtringitur aliam probationem eorum facere.*

27 *Iuramentum non ſufficit ad probationes benemeritorum vel ad validitatem contractus, ſi coniecturæ, & præſũptiones concurrant, quæ contractum ſimulatũ reddãt.*

28 *Iurm cenſetur eiuſdem qualitatis, cuius eſt contractus.*

29 *Impoſitio alicuius clauſulæ inſolitæ cum iuramento fraudem præſumit.*

30 *Iuramentum nihil releuat, qñ agitur de tertij præiudicio.*

31 *Benemerita probantur etiam quoad præiudicium tertij, ſi aſſertione Principis ſpecificata, & iurata fuerint.* * *Contrarium nu. 33.*

32 *Benemerita ſi ſpecificata, & expreſſa ſint, probãt ēt quoad præiudiciũ tertij, etiam ſi iuramentũ non interuenerit, & nõ a Principe pronũciata fuerint, ſed à quolibet alio.*

33 *Aſſertioni Principis, nõ ſtari, et vbi merita ſint ſpecificata.*

34 *Aſſertioni Principis, iudicis, aut alij habentis iuriſdictionem de publico, ſtatur, licèt illam faciãt in actu, in quo liberè non poſſunt diſponere.*

35 *Benemerita ſi notoria ſint, probãtur per verba enunciata in actu inter perſonas probibitas, vel non, & in genere, vel in ſpecie.*

36 *Aſſertioni de benemeritis, ſtandum eſt, quando de his ſint præſumptiones, & coniecturæ.*

37 *Benemerita probari per coniecturas etiam veriſimiles.*

38 *Aſſertioni partium de benemeritis ſtatur, quando de modico præiudicio tractatur.*

1 Benemerita probari per verba enũciatiua, † vt donãtis in donatione prolata, dixit Bal. in l. illud. in 4. q. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. ſi donatione, vbi etiã Cy. in 1. col. verſ. quærit gl. C. de collat. & in auth. vnde ſi parens. in 1. notab. C. de inoff. teſt.

Contrariũ vr̃ ſentire Ceph. in cõſ. 94. nu. 18. vol. 1. vbi clarè loquitur, ad probationẽ meritorũ donato-
2 ris † ſimplicẽ aſſertionem nõ ſufficere, vt ēt dicit Old. in conſ. 5. Soc. in cõſ. 295. vol. 2. Ruin. in cõſ. 173. nu. 12 vol. 1. Pariſ. in conſ. 73. nu. 62. cũ plurib. ſeq. Rol. à Vall. in cõſ. 18. nu. 49. vol. 1. & Neuiz. in cõſ. 8. nu. 16. vbi ēt dicit, vt cũ in donatione fiat mentio meritorũ,
3 † ſi de eis nõ appareat, irrita ſit, qa p talẽ clauſulã apparet, nõ velle donare, ſed remunerare, ergo ille actus non valebit tanq̃ donatio, vnde radit ſe illã clauſulã meritorũ à plurib. donationibus iccircò amouẽdam curaſſe. ſupradictę ēt cõcluſioni adhæret Silua. in cõſ. 4. n. 3. vol. 1. Cur. Sen. in cõſ. 67. protũ. Capr. in cõſ. 81. n. 9. Grat. in cõſ. 61. n. 58. vol. 1. & ĩ cõſ. 63. n. 24. vol. 2.

4 Ideò intellige concluſionẽ procedere,† ſi inter perſonas non prohibitas donare facta fuerit huiuſmodi donatio,& dummodo in ea talia verba fuerint aſſerta. Bart.in l.ſi fortè.ff.de caſtr.pecul. Caſtr.in l. Aquil. ff.de donat.& in l.per diuerſas.C.mand.gl. & Doctor. præſertim Bart.in l.ſi donat.C. de collat. & in l. optimam.C.de contrah.& commit.ſtip. & notat Mãtu. in conſ.51.nu.6.vol.1.& Neuiz.in conſ.8.nu. 16.

* Et hanc eſſe cõem opinionem atteſtatur Soc. Sen.
5 cõſ.295.nu.7.vol.2.†Verùm de probatione benemeritorum videas plenè per Tiraq.in l.ſi vnquam.C. de reuoc.donat.in verb.donat.largitus.nu.7.cũ alijs vſq; ad ... quem omninò vide, nam alioqui vbi donatio facta ſit inter perſonas prohibitas propter merita, nõ
6 valet.niſi benemerita probentur aliter,†quàm per aſ-
* ſertionem donantis,vt per Doct.* cõiter in d.l. ſi donat.& voluit Alex.in cõſ.43.col.2.vol.4. Dec. in cõſ. 20.vol.2.Iaſ.in cõſ.154.per tot.vol.2.& Anch.in cõſ. 242. vbi dicit,ꝙ licèt donatio ꝑ merita facta concu
7 binæ valeat,† tamen id intelligẽdum eſt,ſi merita, & ſeruitia ꝓbari poſſunt,aliàs ſecus, & vſq; eo dicit hoc eſſe verũ, vt nõ ſufficerent verba narratiua inſtri donationis,vt ſi diceret,ſe donaſſe pro ſeruitijs, meritis, & obſequijs, qa illa verba nõ ſufficerent ad prædicta
8 probãda,† poſtquam prolata ſunt inter perſonas prohibitas; talibus enim verbis fides non adhibetur, ſed adiecta præſumuntur in fraudem legum, arg. l. cum quis. §. pen. ff. de leg. 3.cum alijs multis adductis per Rol.à Valle in conſ.98.nu.53. vol.1.

Primò amplia,vt procedat, ſi talia verba in genere fuerint enunciata,vtpotè donò pro benemeritis acce-
9 ptis,† nã hoc caſu, ſi actum fuerit inter perſonas non prohibitas facere donationẽ,huiuſmodi verba enunciatiua probant benemerita, ita conſuluit Dec. conſ. 20.per tot.ita Iaſ.conſ.154.nu.4.vol.2.qui quidẽ conſulẽtes aiunt,ita intelligi debere d.l. ſi fortè,hoc eſt, qñ in genere inter perſonas nõ prohibitas hmõi verba enunciata ſunt,benemerita probanť,& ita intelligit Paul. Caſtr. in d. l. Aquil. vbi in genere loquitur. Alex.in d.l.ſi donat.Fel.in c.ſicut.col.12. de re iud.& Neuiz.in d.conſ.8.nu.16.vol. 1.

Sed contrarium huic opinioni conſuluit Barthol.
10 Soc.in conſ.295.vol.2.nu.7. & 8. † vt non probentur per verba enunciatiua in genere prolata, ſed qñ ſpeciatim,& nominatim beneficia,& benemerita relata ſunt,& idẽ ſequitur Bal.in l.illud.C.de ſacroſ.eccl. in 4.q.& in l.fi.de exercito.act.& Oldr.in cõſ.5. incipiẽ. Titius dedit.nu.1.& idẽ cõſuluit Iaſ.ſibimet cõtrarius in cõſ.227.nu.8.& 9.& 10.fundamẽto, ſed Rip. in l. ſi vnquã.C.de reuoc.don.q.16.nu.37.approbat opinionẽ,& cõſ.Dec.in d.conſ. 20.ex rationib. per eundem Dec.ibid.adductis,quas ſequiť idẽ Rip. in d. l. ſi vnq̃. C.de reuoc.dona.& ibi refellit,q̃ huic opinioni repugnare videnť,& latè Iaſ.in cõſ.154. vbi ex rõnib. per eũ ibi allega.& adductis ponit falcẽ ad radices huius dubię quęſtionis & ,ad hoc faciũt in hac 2.ampl.nor.

Secundò amplia,ſi hmõi verba enunciata, & prolata fuerint in actu inter pſonas ꝓhibitas illũ facere,
11 †dũmodo ipſa benemerita expreſſa,& ſignificata fuerint,quia tunc per talia verba benemerita probanť, vt placuit Bal.in d.l.ſi dona.& idem Bal.in lect.antiqua in l.fi.ff.de exerci.act.vbi limitat gl.in d.l. ſi donatione,procedere, qñ merita non fuerunt ſpeciatim enumerata in actu inter pſonas prohibitas illũ actũ facere,vt ibi loquiť.gl.ſed eſt ibi in vniuerſum facta mentio meritorũ,ſecus ergo ſi ſpeciatim,& ꝓ hac allegat. d.l.Aquil.cum gl.in verb. meram. & idem vr ſentire Paul.Caſt.conſ.105. D.Huber. & expreſsè idẽ voluit Iaſ.in d.conſ.154.n.4.vol.2.vbi ait,ita intelligi dictũ Bart.in d.l.ſi fortè.aliorũ idem dicentiũ, idest, vt procedat, qñ ... enunciatum inter perſonas prohibitas benemerita enunciata fuerint,ſecus ſi particulatim,& clarè connumerata fuerint,vt tunc,etiã ſi inter perſonas
12 prohibitas,probent,†illud verò obſerues,hmõi peculiarem mentionem requiri ad probandum, benemerita paria eſſe,& reſpõdere donationi, vt docuit Rip. in d.l.ſi vnquam.d.q.16.C.de reuoc.donat.

Tertiò amplia,vt procedat, etiam ſi huiuſcemodi merita fuerint vna cõprehenſione in actu inter perſonas prohibitas enunciata, vt in donatione facta inter
13 vir.& vxor.& filium, & patrem †quia tunc per talia verba, dũmodò in illo actu interuenerit iuramentũ, benemerita probantur,ita Rip.in d. l. ſi vnquam.d.q. 16.& in conſ.9.col.fi.lib.3.Grat. in conſ.7.nu.33.vol. 2.Corn.conſ.104.circ.prin.lib.2.& in add. ad Alc. in tract.de præſ.reg.1.præſ.16.nu.2.Bal.in d.l.ſi donatio.
14 vbi inquit,† donationẽ factam filio per patrẽ cũ iuramẽto,& in qua pater particulatim ſpeciem, & genus meritorum exprimit,valet, & hr̃des donantis tenenť illi fidem habere,& Bal.ſequuntur Iaſ.ibi, & recẽtiores in repet.d.rub.de donat.int.vir.& vxo.§.50.nu.29.
15 & licet Bal. vt dictũ eſt, loquatur † quando eſt facta præcipua mentio meritorum,id ẽt dicendũ eſt,quando ſolùm facta eſt expreſſio meritorũ in vniuerſum, vt dicit Rol.à Val.in conſ.98.nu.52.vol.1.ꝙ verò iu-
16 ramentum probet merita, † ẽt in prohibito donare, reſpondet Alex.in conſ.3.ad fi. vol.2.Ang.in l.pen.§. mulier. ff. ſol.matr. Iaſ. in repet. l. frater à fratre.ff.de cõd.indeb.col.pe.in fi.Io.Lup.in rub.de don.int. vir. & vxo.cũ alijs multis adductis per Neu.in cõſ.8.n.17.

Ad id tamẽ,ꝙ diximus,animaduertas, merita pro-
17 bari iuro inter perſonas prohibitas,† vt inter patrem, & filium, ſimpliciter iſtud vnum nõ ſit intelligendũ, ſed ſalubriter,& incorruptè.nam ſi iuramẽtum apponatur ſuper benemeritis, donatio ipſa facta inter patrem,& filiũ ob benemerita tali iuramento non confirmatur, ſecus ſi iuramentum fuerit in primis appoſitum ſuper ipſa donatione, & ita intelligendos eſſe Doctores dicit Gra.in conſ.63.nu.26. vol. 2.

Huius axiomatis ratio eſt,quia iurm hoc caſu ita ef-
18 ficit,vt ipſa donatio cenſeatur,†ac ſi facta fuiſſet inter perſonas non prohibitas donare, quia cum iurm ſit de iure diuino, vel naturali, patria poteſtas nõ cõſideratur,vbi illud interuenit, vt l. item in poteſtate. ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur. Veruntamen ꝙ cõ-
* munis * ſit Doctorum opinio, † iurm probare dona-
19 tionem inter patrem,& filium,tradit Rip.vbi ſup.nu. 35.& Ceph.in conſ.61.nu.21.vol.1.vbi tamen ſub nu. 6.limitat hanc cõem concluſ.non procedere, vbi cõcurrant duo defectus,idest, rei & perſonæ, ꝙ donatio excedat limites à iure præſcriptos,ſicq; facta inter ꝑſonas prohibitas,nam tunc ſtãte tali duplici defectu,
20 † donatio iuramento non corroboratur.niſi fortè, vt inquit Dec. in conſ. 237. nu. 3. verſ.nec dicatur,iurm in tali donatione eſſet duplicatum,& geminatum,& dicit Ceph.in d.conſ.61.nu.12.ſup.d. communẽ concluſionem maximè ꝓcedere in donatione remunera-
21 toria inter patrẽ,& filium, † in qua ſi benemerita ſint cum iuro.demonſtrata, illa neceſſariò non eſſe aliter
* declaranda,vt ẽt de * cõi atteſtatur Bal. in l. ſi donat. C.de colla.cũ alijs adductis per Ceph. vbi ſup. nu. 14.

Secùs verò ſi nõ interceſſerit iurm, vt idẽ Rip. ſentit.nu.35.ponderando d. Bar.in l. cum quis decedens.
22 § Titia.ff.de leg.3.vbi tenet,† aſſertionẽ benemeritorũ ẽt iuratã nõ ꝓbare merita,qa ibi ꝓſupponit, iurm non roborare donationẽ int.vir.& vxo.ꝙ præſuppoſitũ,cũ hodie ſit falsũ.qa * cõis eſt opinio,ipsũ cõfirma-
* re,vt idẽ Bart.in l. 1.ff.de don.int.vir.& vxor. Abb. &
23 Canonis.in c.cũ cõtingat.ext.de iureiu.† ergo fit, vt aſſertio beneficiorũ,& benemeritorum probet benemerita, & in terminis idẽ decidit Tho. Grã.deciſ.73.
24 nu. 10.vbi expreſsè ait,† iuramentum inducere plenã probationẽ meritorum, quod etiam placuit Barthol. Cæpol.de ſimul.contract.in ſeptima præſumpt.idem Capic.in deciſ.102.vbi affert exemplum de donatione concubinæ donantis clerici, quæ licèt regulari-

ter

25 ter adhuc durante concubinatu non valeat, † quia inter perſonas prohibitas,tamen locũ haberet,quando ob merita facta fuiſſet, & ipſa benemerita probētur per iuramentum dantis,vel aliundè,quam per aſſertionem donantis,& per hoc teſtatur Rom.cõſ.43. qui loquitur in donatione militis,vt ſupra de clerico,
26 †& ſic probatis benemeritis,donatarius non aſtringitur aliam probationem eorũ facere,vt Pariſ.conſ.73. nu.11.donatio iſta,vol.1.

Primò limita hanc ampliationem nõ procedere,ſi aliæ cõiecturæ,& præſumptiones concurrerent, quæ
27 redderent cõtractum ſimulatum, † quia hoc caſu nihil quoad benemeritorum probationes, vel ad firmitatem contractus tale iuramentum ſufficeret,vt gloſ. notab.in l.emptione.C.plus.val.quod agit.&c.& ibi Doct.& Zabarel.in c.ad noſtram.in 2.quæſt.ext.de
28 emptio † nam iuramentum hoc caſu cēſeretur eiuſdem qualitatis,cuius eſt contractus,l.ſi.C.de non nu. pecu.& quod iuramẽtum tali caſu nihil proficiat, eſt conſ.Barba.29.nu.4. vol.3.

Sublimita,vt tantũ procedat,ſi ſimpliciter iuratum eſſet(de non contraueniendo) ſecus ſi expreſsè fuerit iuratum omnia, & ſingula in iuramento cõtenta vera eſſe,quia tunc allegando ſimulationem non repugnaret iuramento,vel niſi iuramentũ ex interiori interueniſſet,quia tunc non obſtãtibus præſũptionibus probarentur benemerita, ſicque confirmaretur contractus,vt Bar.Cep.de ſimul.contract.2.præſump.nu. 46.cum ibi allegatis.

29 Sed in hoc diligenter obſerues,† ne imponatur aliqua clauſula inſolita,exempli gratia, apponatur illũ expreſsè iuraſſe,illa benemerita fuiſſe præſtita ſibi à tali,quia hoc caſu præſumitur fraus.arg.l.cũ allegas. C.de vſur.& ita ait Barba.conſ.29.nu.15. vol.3.

Secundò limitatur tertia ampliatio,& omnia alia
30 ſupra notata,quando agitur de præiudicio tertij,†q a ſi hoc caſu iuramentum nihil releuat,vt c.quamuis. de pact.in 6.c.licet.ext.de iureiur.co.lib.Alex.conſil. 55.col.2.vol.1.cũ ibi allegat. Ergo multo minus, vbi agitur de tertij præiudicio locum habere debent ſupradicta,cũ in eis preſupponatur non interueniſſe iuramentum. Et ſicut tunc probãtur benemerita quoad ipſum iurantem,vt patet per ſupra allegata iura, quæ negant,quando agitur de tertij præiudicio,ergo concedere videntur,quando tantum de præiudicio iurãtis agitur,arg.c.nonne bene dicimus.ext.de præſũp.l. cũ prætor.ff.de iudic.& ita dicitur per addit.in marg. ad Guid.Pap.in deciſ.95. in fi.

31 Sublimita,†ſi aſſertione Principis ipſa benemerita ſpeciatim enumerata,& iurata fuerint,quia tunc benemerita probãtur etiam quoad præiudicium tertij, nam propter ſingularitatem perſonæ creditur eis de cauſa,licèt actum facere nõ poſſint ſine illa cauſa, vt ſentit Alex.in conſ.24.vol.4.Grat.in conſ.61.nu.58. vol.1.ita conſuluit Iaſ.in cõſ.227.col.7.verſ.9.vol.2. & in conſ.101.nu.3.vol.3.vbi ſentit etiam ſi generaliter enunciata fuerint,cum ibi allegatis,ex quibus ẽt
32 ibidem ſentire videtur† probare in præiudicium tertij;etiamſi non interuenerit iuramentũ,& nõ à Principe pronunciata fuerint,ſed à quolibet alio,dũmodo benemerita ita nominatim dicta & expreſſa ſint, quia tunc probant etiam quoad præiudicium tertij.

De Principe tñ contrarium videtur ſentire Ceph.
33 in conſ.168.nu.42.vol.2.vbi dicit non eſſe verum†ꝙ vbi merita ſint ſigillatim nominata, de illis credi aſſertioni Principis,per Alex.& Dec.in d.l.ſi donatione.C.de collatio.quia fraus facilè fieri poſſe.

Tertiò limita,quæ ſupra dixi, id eſt, qñ enunciata fuerint in actu inter perſonas prohibitas illum facere,vt non procedat, quando huiuſmodi enunciatio fieret à Principe,vel à iudicibus, aut ab alijs habenti-
34 bus iuriſdictionẽ de publico, † quia tunc licèt faciãt illam aſſertionẽ in actu, in quo liberè nõ poſſunt diſponere,tamen ſtatur eorum aſſertioni,& cõfeſſioni. Iaſ.in d.cõſ.227.col.3.verſ.10.vbi corroborat hoc dictum multis exemplis,vt ibi per eum, & idem cõſuluit idem Iaſ.conſ.101.nu.3.vol.4.vbi pro hoc allegat Bar.in l.ambitioſa.ff.de decret.ab ordin.faci.col. vlt. & ſequitur Bald.in c.paſtoralis.in princ.de offi.deleg. & hoc procedit etiam,vbi agitur de præiudicio tertij, vt idem in d.conſ.227.col.7. & idem tenet ex multis alleg.Dec.in d.l.ſi donatione.nu.30.C. de collat.

Quartò limita, ſi talia benemerita eſſent notoria,
35 †quia hoc caſu licèt eſſent enunciata in actu inter pſonas prohibitas,vel non, & in genere, vel in ſpecie probantur per talia verba.Iaſ.d.conſ.227.col.7.Hippolyt.Marſil.ſingu.610.non ſtatur.

Quintò limita,vt non procedat cõcluſio,qñ eſſent
36 præſumptiones,†& coniecturæ de aſſertis benemeritis.quia quoad eorum probationem ſtandum eſt tali aſſertioni,vt notat Sal.in l.ſi mr̃.C.de contrah.empt. Alex.cõſ.18.lib.3. & ſequitur Dec. in d l.ſi donatio-
37 ne.nu.31.†nã hoc caſu benemerita abſq; aliqua ꝑbatione probantur ꝑ tales cõiecturas,vt in ſimili Bal.in l.iubemus.C.de ſacroſ.eccleſ.& ex multis allegatis ꝑ Alc.in add.in ſuo trac.de præſũ.reg.1.ꝑſump.16.n.1.

Ampliatur ẽt hæc limitatio,vt ſi actus inter pſonas ꝓhibitas factus ſit,quia tunc ſi adſint veriſimiles cõiecturæ,ſufficiunt ad probationem benemeritorum, ita inquit Alc.de præſump.d.præſũp.16.vbi pro hoc allegat vltra Sal.in d.l.ſi mater.& Alex.in d.conſ.18. etiam Dec.conſ.202.col.pen.& Ang.conſ.341.pater emit Hippo.Marſi.ſing.610.nõ ſtatur aſſertioni.Bal. conſ.66.inter virũ.lib.1.& in l.ſi voluntate C.de dot. promiſ.& hoc notabiliter dicit Dec.in d.l.ſi donatione.col.4.C.de collat.

38 Sextò limita concluſionem,vt non procedat,quãdo de modico præiudicio agitur,quia tunc aſſertioni partium de benemeritis ſtatur, etiam in materia, in qua non poteſt diſponere,ita Dec.in d.l.ſi donatione.nu.31.vbi pro hoc adducit Abb.in c.fi.de probat. & ibi idem Dec.

CONCLVSIO CLXXXV.

ARGVMENTVM.

Benemerita quomodo probentur.

SVMMARIVM.

1 *Probatio coniecturalis, & præſumptiua probat benemerita.*
2 *Aſſertioni mariti dicentis ſe ex pecunia vxoris emiſſe, creditur,ſi coniectura,vel præſumptio concurrat, muliere aliundè,quàm ex bonis mariti pecunias habuiſſe.*
3 *Aſſertioni mariti dicentis dotem fuiſſe numeratam ſtatur,quando aliqua præſumptio,& coniectura cõcurrit.*
4 *Veriſimile non eſt, maritum vxorem diu indotatam habere voluiſſe.*
5 *Coniecturæ legum non expreſſæ, nec definitæ iudicis arbitrio relinquuntur.*

1 Benemerita vt probentur ſufficit coniecturalis,† vel preſumptiua probatio, ſic loquutus eſt Iaſ.in conſ.154. colu.4. verſ.5.pro iſta parte, & clarius in conſ.184.col.penult. verſ.de præmiſſis.lib.2.& magis clarè.Alc.tractat.de præſump.reg.1.præſump.16.nu.3.& reſponſ.584.verſ. 5.huic confert conſilium Bal.66.inter vir.& vxo.lib. 1.Bal.ſequutus fuit Tiraquel.in l.ſi vnquam.in verbo donatione.nu.101.Salic.in l.mater.C.de cõtrah.
2 empt.qui dicit,†vt & ſi credendum non ſit aſſertioni mariti dicẽti ſe ex pecunia vxoris emiſſe,credi tñ,qñ aliqua cõiectura,vel præſumptio concurrit, muliere aliun-

aliunde, quàm ex bonis mariti pecunias illas habere
potuiſſe. Idē voluit Soc.ſen. conſ.65.verſ.20. probat.
col.5.latè Crau de antiquit.tempo.in 3.partic.primæ
part.princ.nu.70.71. Bal.in l. vni.nu.7. C.de priuileg.
3 doc. eum docuit, † vt etſi non ſtetur aſſertioni mariti
dotem fuiſſe numeratam, credi tamen, qñ aliqua præ
ſumptio, & coniectura concurrit, vt quando maritus
iam eam diu domi aluiſſet, quia veriſimile non eſt, il-
4 lam † tandiu indotatam habere voluiſſe. Gram. deci.
103.nu.6. Neuiza.conſ.57.nu.3.in fi. Rol.à Vall.cōſ.
85.nu.43. lib.1. Verumtamen quia hæ coniecturæ le-
5 gum non ſunt expreſſæ † nec definitæ, iudicis arbitrio
relinquuntur. Tiraq.d. loco ſupra citato in verbo do-
natione, nu.102.in fi.& ſenſit Alcia.d. præſum.16.nu.
3.& reſpon. 184.nu.3. dum citat l. etiam.§. 1.ibi, æſti-
mare debebit iudex.ff.de manumiſ.vindic.

CONCLVSIO CLXXXVI.

ARGVMENTVM.

Probandum eſſe, benemerita remunerationi eſſe paria, & reſpōdere rei donatæ, & quo pacto id procedat.

SVMMARIVM.

1 *Benemerita probari debent condigna eſſe remunerationi, & reſpondere rei donatę.*
2 *Donatio facta propter benemerita non valet, ſi ad numerum, & æqualitatem benemeritorum facta non ſit.*
3 *Præſtans inſigne officium remunerationem meretur.*
4 *Benemeritus dicendus eſt is, qui aliquod rarum præſtitit ſeruitium.*
5 *Benemerita filij non eſſe æſtimanda, ſi ſint obſequialia, ſecus ſi artificialia, & ex abundanti charitate procedentia.*
6 *Impius, inhumanus, reprehenſibilis eſt frater, qui fratrem ſecum habitantem, ac infirmitate periclitantem deſerit.*
7 *Frater alimentans fratrem, vel eius familiam facere cenſetur intuitu pietatis, & naturalis obſequij.*
8 *Quæſtio de æquiualentia, & paritate benemeritorum, & donationis per Doctorum opiniones in hac concluſione diſcutitur.*
9 *Benemerita an æqualia dicuntur remunerationi, quando omnino, & per omnia ſunt æqualia.*
10 *Benemerita æquiualentia dicuntur, quando nō ſunt infra dimidium ipſius rei donatæ.*
11 *Conſideratio paritatis benemeritorum cū remuneratione relinqui debet iudicis arbitrio.*
12 *Merita multa incidere poſſunt, quibus honeſtum eſt, liberalitatem cum decreto præſtare.*
13 *Quæ conſiderare debeat iudex ſuper qualitate donationis, & benemeritorum.*
14 *Fraus facile præſumitur in caſibus, in quibus donatio prohibita eſt.*
15 *Diligētia ad cognoſcendum an valida ſit donatio, vel ne, non adhibetur in caſibus, in quibus liberè donari poteſt.*
16 *Qualitas perſonæ donantis inſpicienda eſt, ſolent enim nobiles pro beneficijs, & obſequijs præſtitis multam ampliorem referre gratiam.*
17 *Donatio non excedens quod ſolebat, & debebat facere donans ex more diuitum, & nobilium non dicitur excedere merita.*
18 *Benemerita vt condigna remunerationi cenſeantur, per iudicem arbitrari debent.*

1 Benemerita probari debent eſſe paria
remunerationi, & † reſpō-
dere rei donatæ, ita me docuere plurimi tum profiten
do, tum conſulendo, inter quos primas fert ille Bart.
mens legū in l.ſi qs pro eo.§.1.in fi.ff. de fideiuſ. & in
l.frater à fratre.col. vlt.ff.de cōdi.indeb.tradidit Dec.
in l.ſi donatione, nu.16.C.de collat.idem in l. petens.
nu.17. C.de pac. latè proſequutus eſt Tiraqu. in d.l.ſi
vnquam.in verb.donatione.nu.80. vbi ēt idē edocue
re Ang.& Bal.Saly.& alij in l.illud.C. de ſacroſan.ec
cle. Ruyn.rñdit in conſ.60. nu. 16.lib.3. Caſſan. cauit
in conſ.7.nu.11. Barba.cōſuluit in conſ.29.nu.12.vol.
3.Saly.meminit in d.l.ſi donatione. & in l.filiæ.C.fa-
mil. erciſcun. egregiè conſuluit Alex. in conſ.55.nu.
2 2.3.& 4.lib.1. vbi ait † donationē factam pp beneme-
rita non valere, ſi non ſit facta ad numerum, & æqua-
litatē benemeritorum, vt ēt dicit Cæph. in cōſ.94.nu.
16.vol.1. Mantu in conſ.51.nu.7.vol.1. Nat.in conſil.
188.nu.2.vol.1. Rolan.à Valle in conſ.18.nu.71. vol.
2. Brun.in conſ.12.nu.17.& Iaſ.in conſ.116.col.1.
Limita primò hanc concluſionem nō procedere,
3 † niſi quis præſtitiſſet aliquod inſigne officium per qđ
talem remunerationem mereretur, vt pulchrè conſul
uit Alex.conſ.55. nu.3.lib.
Ratio eſt, quia is propriè dicendus eſt eſſe beneme
4 ritus, † qui aliquod rarum præſtiterit ſeruitiū, vt dixit
glo.in c. ſi quos.11.quæſt.2.in verbo, benemeritos, &
per ibidem adducta.
Secundò limita prædictā concluſionem locū non
habere in filijs, q cū ratione naturali omne genus ob-
ſequii parentib.debeant, ratione naturæ & generatio-
5 nis ab eis productę, ſequiť, † vt benemerita filij nō ſint
æſtimanda, an ſint obſequialia, ſed neceſſe eſt, vt ſint
artificialia, & ex abundanti charitate procedentia, vt
pulchrè Saly.in l.filiæ.C.fam.erciſ. quē ſequiť Barba.
d.conſ.29.nu.2.vt ēr in fratrib.dicit Cępha.in cōſ.94.
6 nu.16. recenſendo exemplū de fratre ægrotante, † nā
inquit, qđ impius fuiſſet frater, & inhumanus, ac repre
hendendus, ſi fratrē ſecū habitantem, ac ægrotatione
periclitantē deſeruiſſet, cui talia obſequia debita offi
cio, ac pietati fraternæ præſtare tenebať, & hinc dicit
7 eſſe, qđ † ſi frater alat fratrē, vel eius familiā, cenſeť id
facere intuitu pietatis, & naturalis obſequij, iuxta ſen
tentiā Bal.in l.certū.col.fi. verſ vlterius quæri pōt. C.
fam. erciſc. & ideò alimenta repetere non pōt, vt per
Dec.in conſ.628.nu.6.per tex.in l. Neſennius. de neg.
geſt. Idem etiam dicit Natt. in d.conſ.188.nu.3.
Verùm cū hic inciderit quæſtio (vt aiunt) de æqui-
8 ualentia † & paritate benemeritorū, & donationis nō
ab re in præſentia duxi, ſi aliquas Doctorum opinio-
nes de valore meritorum, & quando ea dicātur paria
remunerationi, in medium attulero.
Prima itaq; eſt opinio Bar.in l.ſi quis pro eo.§.1.in
fi.ff.de fideiuſſorib.dicentis, tūc benemerita eſſe æqua
9 lia remunerationi, † qñ omninò, & per omnia ſunt
æqualia, quem ſequitur Dec. in l.ſi donatione. nu.16.
C.de collat.idem in l.petens.nu.17.C.de pact. Ruyn.
conſ.60. nu.16. Verùm iure nō probatur hæc opinio,
quia aliqui reperiuntur viri animo tam generoſo, &
grato, vt exiſtiment collatum ſibi ex tempore benefi
cium ingenti ſumma penſari non poſſe, quod alius
quis vili, & abiecto animo nulla, aut minima dignū
remuneratione arbitrabitur.
Secunda fuit ſnīa Bal.in auth.ex teſtamento, num.
10 1.in fi.C.de collat. † benemerita tunc appellari æqui-
ualentia, quando non ſunt intra dimidium ipſius rei
donatæ, iuxta l.2.C.de reſcind. vendi. Tiraqu.in d.l.ſi
vnquam.in verb.donatione.num.81.82.& 83.qui plu
res refert.C.de reuoc.donat.
Tertia eſt, quam Iaſ.in conſ.154. nu 5. vol.2.teſtať
* eſſe * communem † hanc conſiderationem paritatis,
11 & æſtimationis benemeritorū, cū remuneratione de
bere relinqui iudicis arbitrio. ita cenſuit Socyn.ſen.in
conſ.295.col.3.verſ.circa ſecundam, lib.2. Cur.Iun.in
conſ.126.nu.11.verſ.ſed circa hoc.& Purpu. in l.cum
quid.nu.131.ff.ſi cert.pet.& Natt.in d.conſ.188.nu.3.
vbi teſtatur Bal.in d.l.ſi donatione. circa princ.quem
ſequuntur recentiores ibi, quorum ſententiā probarē

opinor

opinore ex Pau reſpōſo in l. etiam. §. 1. ff. de manumiſ.
22 vindic. ibi, † quia multa merita incidere poſſunt, qui-
bus honeſtum ſit, liberalitatem cum decreto præſtare,
quæ æſtimare debebit is, apud quem de ea re agitur,
quæ & mihi probabilior videtur.
Prudens aūt Iudex hoc in caſu conſiderabit omnes
23 qualitates, † & donationis (quas appellant) circūſtan
tias, item & benemeritorum, an ſubſit fraus, cū pater
donat filio, vel maritus vxori, ratione eius, ꝙ donat
vltra beneficij collati æſtimationē, nā cum ſimus in
caſibus, in quib. donatio prohibita eſt, fraus facilè p̄-
24 ſumetur, † ſi rei pretiū excedat pro dimidia æſtimatio
nē benemeritorum. ita procedit doctrina Bal. in d. au
then. ex teſtamento. vt eam ſic intellexit Tiraq. in d.
l. ſi vnquam. in verb. donatione. nu. 83. verſ. hic autem
in noſtro caſu. C. de reuoc. donat. & ante eum Purpu.
in l. cum quid. nu. 131. ſi cer. pet.
25 In cęteris verò caſibus † in quibus liberè donari po
teſt, non adhibetur hæc diligentia ad cognoſcendū,
an valida ſit donatio, an minus, ſolùm enim hoc in
caſu Iudex benemerita, & rei pretium poterit cōſide-
rare ad iudicandū, an pura, an ob cauſam ſit donatio,
26 atq; ita pſonæ donantis qualitas inſpicienda erit, † an
diues, an nobilis is ſit, cū ſoleant nobiles multa in am
pliorē referre pro beneficiis, & obſequiis præſtitis gra-
tiam c. 1. de donat. nam etſi tunc donatio excedat me
rita, modò non excedat, quod in ea re ſolebat, & debe
27 bat facere donans ex more diuitum, & nobiliū, † non
dicitur excedere merita, vt eleganter admodum reſpō
dit Corn. conſ. 144. col. 2. lib. 2. quem ſequutus eſt Ti-
raq. d. l. ſi vnquam. in verb. donatione. nu. 84. & idem
Tiraq. tract. de nobilit. c. vlt. nu. 50.
Vt igitur rē in pauca conferam, ex iſtis colligi pote
28 rit, benemerita, vt paria remunerationi cenſeant † de
bere per iudicem cenſeri, vt à nobis ſupra relatū fuit.

CONCLVSIO CLXXXVII.

ARGVMENTVM.

Benemerita eſſe probanda, vt præſumantur.

SVMMARIVM.

1 *Benemerita non præſumuntur, niſi plenè probentur. Contrarium ibidem vide.*
2 *Benemeritus quilibet præſumitur, niſi probetur demeritus.*
3 *Benemeritus quis dicatur loquendo in genere.*
4 *Donatarius dicitur valde benemeritus, cum liberat donatorem a morte detegendo conſilium mortis.*

1 Benemerita non præſumi, † niſi plenè
probentur, habuimus ab
Accur. & cæteris Doct. in l. ſi donatione. C. de collat.
Cœpol. de ſimulat. contract. præſum. 7. nu. 4. in l. ſi for-
tè. ff. de Caſtren. pecul.
In cōtrariā tñ deſcendit ſniām Bal. in l. illud. C. de
ſacr. ſanc. eccl. in 4. q. nu. 8. per l. nec adiecit. ff. pro ſoc.
Quàm quidē opinionē illud ſatis confirmat, Bene-
2 meritū quemlibet pręſumi † niſi probet̄ demeritus, vt
dicit Grot. in l. re coniuncti. in fin. ff. de leg. 3. quod tñ
dictum Crau. in tract. de antiq. temp. in 1. par. in verb.
propoſitum noſtrum, nu. 75. fol. 28. omnino reprobat.
Intellige tñ hoc procedere in vniuerſum loquendo,
3 † vt quis dicatur benemeritus, argu. l. ſeruos. ff. de ma-
numiſſ. teſt. nā hoc modo quilibet præſumitur citius
dignus, quàm indignus, arg. c. dudū. ext. de præſumpt.
gl. in c. ſi quos. in ver. benemeritos. 12. q. 2. & Bal. in l.
iubemus. n. 5. C. de ſacroſ. eccl. l. Aquilinus Regulus.
de donat. l. ſi præter. d. tit. & ſin cum eſt optima lex in
l. ſi ff. de manum. vindic. quā omninò monet videri.

4 Illud verò, ꝙ eſt inſigne, non omittā, † donatarium
dici valde benemeritum, cū liberat donatorē à mor-
te, vt ſi de nece eius conſilium, ꝙ erat imminens, indicaſ-
ſet, vt eſt tex. in c. ſi quis Papam. 79. diſt. gl. in c. ſi quis.
12. q. 2 & Ioan. de Amicis in conſ. 71. nu. 11.
Sed quoniā de hac concluſione, & probatione me
ritorum ſatis ſuperq; dictum fuit in cōcluſione, quo-
modo benemerita probentur, & quando poſſint præ-
ſumi, necne, ideò ad eam te reijcio.

CONCLVSIO CLXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Beneplacitum ratione dignitatis, aut perſonæ conceſſum quando morte concedentis expiret.

SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum ratione dignitatis non autem perſonæ conceſſum præſumitur, & quomodo.*
2 *Dignitas ſi non moritur, non poteſt, nec dicitur finire beneplacitum per mortem obtinentis dignitatem.*
3 *Dignitas conſideranda eſt, non autem perſona in conceſſione facta ad beneplacitum Papæ.*
4 *In conceſſione ſi exprimatur, ad beneplacitum noſtrum, & ſuperiorum noſtrorum, vt ſedis Apoſtolicæ, nullo pacto, nec morte cōcedentis, nec abſolutione eius officij præſumitur reuocatum beneplacitum.*
5 *Beneplacitū, ſi in eo publicus fauor, vel Reipublicæ vtilitas conſiſtit, ratione dignitatis conceſſum præſumitur.*
6 *Beneplacitum morte concedentis reuocari non cenſetur, ſed neceſſe eſt reuocari per ſucceſſores.*
7 *In fauorabilib. quæ certū finē non hñt, perpetua creduntur.*
8 *Iudex ſi dicat, pono te ad cuſtodiam, donec te reuocauero, nō p̄ hoc eiuſdē Iudicis morte cenſet beneplacitū reuocatum.*
9 *Voluntas dicitur morte finiatur, nō tamen inducit reuocationem, quæ contrariam voluntatem expoſtulat.*
10 *Aliud eſt voluntatē ceſſare, & aliud voluntatem reuocare.*
11 *Verba, donec reuocauero, interpretanda ſunt, ſicut in vltima voluntate, id eſt benigniori interpretatione.*
12 *Bartholi authoritas maximi eſt ponderis, nec temerè ab eo recedendum.*
13 *Beneplacitum concedens ſi nullam habet poteſtatē ſimilia concedendi, ſed tamen pro tali ſe gerit, & habetur ab omnibus, non præſumitur eius beneplacitum reuocatum morte, vel finito officio concedentis.*
14 *Communis error facit ius.*
15 *Qui ſe gerit tanquam legatus, & non eſt, geſta per eum nihilominus valent.*
16 *Habitus, & reputatus in dignitate, vt pro legato, ſi non habuerit titulum legitimum, geſta per eum non tenent.*
17 *Geſta per habitum in dignitate valere poſſunt quoad ea, quæ veniunt ex generali facultate ordinaria, ſecus quoad ea, quæ non competunt, niſi ex ſpeciali commiſſione.*
18 *Quem reputari communi opinione habilem habilitate generali non ſufficit, ſed requiritur, vt exiſtimetur habilis habilitate ſpeciali.*
19 *Officium geſtum ſi non eſt eum auctoritate publica collatū, ei non ſuffragatur communis opinio & exiſtimatio.*
20 *Magiſtratus ſi creatus non fuit ſolennibus requiſitis, geſta per eum vti habitum & exiſtimatū pro tali ſunt nulla, & nullius momenti.*
21 *Delegatio facta ſub forma beneplaciti, donec reuocāda fuerit, nō cenſetur morte reuocata, neque beneplacitum extinctum, quod limita vt ibi.*
22 *Precarium, quando ad beneplacitum conceditur, non cenſetur morte concedentis reuocatum.*
23 *Hæres rei precario conceſſæ, niſi recuperationem reuocet à poſſidente, cenſetur vti ea patientia, & animo, quo vſus eſt ille primus.*

24 *Preca-*

Digitized by Google

24 *Precarium tantum dicitur durare, quantum durat volũ-
tas concedentis.*
25 *Reuocatio voluntatis non inducitur per mortem, ſed ceſ-
ſatio.*
26 *Beneplacitum quando, & quomodo morte finiatur, & ex-
tinguatur.*
27 *Mandatũ morte finitur, quia mãdantis voluntas deficit.*
28 *Superioris præceptum illius morte finitur.*
29 *Beneplacitum Principis eius morte finiri.*
30 *Beneplacitum magiſtratus ceſſat eius officio finito.*
31 *Reuocatio non inducitur, licèt per mortem, vel finitum
officium ceſſet voluntas.*

Beneplacitum rõne dignitatis non autem perſonæ cõ-
1 ceſſum†vt ſi dictũ fuiſſet, quoad Iudici placuerit, præ-
ſumi non tantum durare quoad vixerit Iudex, ſed ẽt
donec reuocetur per ſucceſſores, auctor fuit Bart. in l.
centeſimis. §. ſi ita ſtipulatus. nu. 9. ff. de verb. oblig. &
ibi Iaſ. nu. 13. item idem probauit Bar. in l. more. nu. 7.
de iuriſd. omn. iud. hoc habemus à Dec. in c. ex literis.
in fi. de conſtit. Ruin. conſulendo reſpondit in conſ.
104. num. 2. lib. 5. qui plures refert, iſtorum ſententiæ
ſubſcripſit Didac. lib. 3. varia. reſol. c. 15. nu. 2.
2 Nec id line r tione traditum eſt, etenim†ſi dignitas,
cui tale beneplacitum commiſſum eſt, non moritur,
nõ poteſt, nec dicitur finire tale beneplacitũ morte
tunc dignitatem illam obtinẽtis, & ideò opus eſt no-
ua derogatione ad hoc, vt beneplacitũ dicatur fini-
tum, ita idem docuit Bar. in d. l. centeſimis nu. 9. verſ.
ſi verò retulit ſe ad dignitatem, & id comprobat au-
ctoritate l. C. in l. annua. §. 1. de ann. leg. & l. propone-
batur. de iud. & c. gratioſè. de reſcrip. lib. 6. & ibi Bal.
Philip. Franc. ſub nu. 7. verſ. ꝙ tamen limitat Capic.
deciſ. 136. ſub nu. 3. & per Rot. deciſ. 36. de reſcrip. in
antiq. facit Cald. & Imol. in c. literis. de reſcrip. relati
3 à Capic. in d. deciſ. 136. ſub nu. 7. vbi voluntt in cõceſ-
ſione facta ad beneplacitũ Papæ cõſiderandam eſſe
dignitatem, non autem perſonam, quod maximè ꝓ-
cedit, vbi verba ſunt concepta in tertiam perſonam,
vt ſi dictum ſit, donec Papæ placuerit, vt per Franc. &
Bal. relatos in d. deciſ. 136. Iſtud etiam eo magis pro-
cedit, quando in conceſſione exprimitur vtrunq; ſci-
licet ad beneplacitum noſtrum, & ſuperiorũ noſtro-
4 rum, vt ſedis Apoſtolicæ, †quia tunc nullo pacto, nec
morte concedentis, nec quòd illud officium fuerit ꝑ-
fectum, præſumitũ reuocatũ beneplacitum, ita Gemi.
in d. c. ſi gratioſè. ſub nu. 14 & ibi Franc. col. fi. de re-
ſcrip. lib. 6. Et ad hanc rem optimè accõmodat quæ-
ſtionem, vt qñ iudex cõſtituit aliquẽ ad regẽda cõfi-
nia, his verbis vtens, id eſt, pono Sẽpronũ ad cõfinia,
donec voluero, vel donec reuocauero, vel donec
huic poteſtati placuerit, an morte talis iudicis dicanẽ
finita confinia. & in hoc diſtinguit, vt ibi eſt videre.
Primo amplia concluſionem, & id conuincitur ex
parte concedẽtis beneplacitũ, vt eò magis procedat,
5 †quo in beneplacito publicus fauor, vel reipublicæ
vtilitas verſetur, quia etiam ſi decedat concedẽs, non
tenetur, ideo reuocatũ beneplacitũ, vt in eo notabili
caſu propoſito à D. Bal. in l. meminiſſe. propè fi. verſ.
4. ff. de offic. procon. dum quærit de Principe, qui cõ-
cedit ordinariam iuriſdictionem ad ſuũ beneplaci-
tũ, tunc inquit Bal. illud beneplacitum morte conce-
6 dentis non cenſeri reuocatum, †ſed neceſſe eſſe vt re-
uocetur per ſucceſſores, ex text. §. ſup hoc. auth. de q.
Patis Put. in ſuo tract. ſindicatus. §. an officialis, verſ. ſi
Princeps. Philip. Frac. in c. ſi delegatus, de offic. deleg.
in 6. Capic. deciſ. 116. & 126. Vant. tract. nullit. tit. de
nullitate ſent. ex defect. iuriſd. deleg. nu. 104. qui fa-
uori publici, publicæque vtilitatis rationem attulit.
7 Accedat huc, ꝙ in fauorabilibus, quæ certum finẽ
non habẽt, perpetua credũtur. l. iuriſperitos, in princ.
ff. de excuſ. tut. quam ſic declarat Dec. in d. c. ex lite-
ris. in fi. de conſtit. l. ſufficit. ff. de cond. indeb. & latè
Tiraq in tract. conuent. §. 2. glo. 1. nu. 39.
Secundò amplia concluſionem procedere, etiam
ſi beneplacitum ſit conceſſum verbis amplioribus,
8 & contrariam voluntatem quaſi ſignificãtibus, † ve-
luti, ſi dixerit iudex, Pono te ad confinia, donec te re-
uocauero, nec hoc in caſu cenſetur morte iudicis be-
neplacitum reuocatum.
* Et hanc concluſionẽ ait Iaſ. eſſe*communem opi-
nionem in d. l. centeſimis. §. ſi ita ſtipulatus. nu. 14. &
** ibi Alex. nu. 11. Et hanc** receptiorem ſentẽtiam re-
ſpondit Soc. ſen. cõſ. 78. ſuper prędicta, col. 1. verſ. 5. &
vlt. lib. 3. huic etiam ſentẽtiæ accedit Dec. in l. 3. in fi.
de reg. iur. idẽ in c. ex literis. de conſt. & cõſ. 108. nu. 4.
9 Et ratio eſt, †quia quãuis voluntas morte finiatur,
vt 4. ff. locat. non tamen inducitur reuocatio, vt l. mã-
datũ. C. man. & Inſtit. eo. tit. §. item ſi adhuc. quę con-
trariam volũtatem expoſtulat. c. ſi delegatus. de offi.
deleg. in 6. pulchrè Ruin. conſ. 115. num. 5. 7. lib. 1. qui
10 claré reſpondit, aliud eſſe volũtatem ceſſare, †aliud
verò voluntatem reuocare, vt euenit in beneplacito
conceſſo ratione dignitatis, nam vt illud intelligatur
reuocatum, & finitum, non ſufficit mors dignitatem
illam obtinẽtis, niſi aliter & dignitas quoque moria-
tur, vel finiatur, cum tali iudici, vel dignitatem obti-
nenti conceſſum fuerit tale beneplacitum, nõ vt ſibi,
ſed vt præſupponimus tanquam dignitatem illã ad-
miniſtranti, & ratione ipſius dignitatis, ergo ſiue mo-
riatur, ſiue viuat ille iudex, nihil ei tribuendũ eſt, cir-
ca ea, quæ reſpiciũt naturam, & proprietatem digni-
tatis, non autem officium illum gerentis.
Contrarium tamen huic opinioni voluit Bar. in d.
11 §. ſi ita ſtipulatus. nu. 10. ea ratione ductus, † quia iſta
verba donec reuocauero, ſunt in hoc caſu interpretã-
da, ſicut in vltima voluntate, id eſt, pono te ad confi-
nia, donec vixero, niſi ante reuocem, benigniori in-
quiens interpretationi inſeruiens, & nonnullis alijs ꝑ
eum ibidem adductis. Cui opinioni conſentire viſus
12 eſt Gozad. conſ. 22. nu. 3. & nu. 11. † Verùm quamuis
maximi ſit ponderis Bartholi authoritas, nec temerè
ab ea recedendum, hoc in caſu tutius crediderim cõ-
muni opinioni adhærendum, cum ea ratione valida,
vt hoc noſtro caſu, munita ſit.
Tertio amplia, vt concluſio procedat, etſi conce-
dẽs beneplacitum huiuſmodi nullam haberet pote-
13 ſtatẽ ſimilia concedendi re ipſa† ſed tñ pro tali ſe ge-
rebat, & pro tali habebatũ, & tenebatũ ab oĩbus, ita vt
qui cõſequutus eſt beneplacitũ, bona fide vſus ſit cõ-
ceſſione, nã & tũc nõ præſumitur beneplacitum tale
reuocatum morte, vel finito officio concedentis, &
propterea ſi ille, qui adeptus conceſſionem, aliquid
contra ius, vel conſtitutiones locales permiſſu eiuſdẽ
14 conceſſionis patrauit excuſatione dignus eſt, †q a cõ-
munis error facit ius. l. Barbarius. ff. de offic. pręt. & ĩn
terminis de eo, qui ſe gerit tãquam legatus, qui tamẽ
15 non eſt, quòd geſta per eum, † nihilominus valeant,
tenet Hoſt. in ſumma de offic. legati. §. quid pertinet
verſ. quid ergo. & in Spec. tit. de legato. §. ſupereſt vi-
dere. verſ. quid ſi quis ſe pro legato. nu. 18.
Intellige hanc tertiam ampliationem procedere
quando talis qui exiſtimabatur, & habebatur pro ta-
li habuerit titulũ legitimũ; alioqui communis error
16 non facit ius, †nec geſta per eum rata ſunt vt dicetur
infrà in concluſione, error, vbi opportunis hæc expli-
cabuntur. Et voluit Spec. in tit. de inſtr. editione. §. re-
ſtat. verſ. quid ſi is. nu. 32. Bal. in l. 2. col. pen. C. de ſent.
* Alex. qui dicit*cõmunem in l. 1. col. 5. nu. 12. de teſta.
& iſtud procedit, etiam ſi haberet titulum ab illo, qui
non haberet facultatem dãdi talem titulum, quia &
tunc non ſufficeret, vt per Bal. in d. l. Barbarius. col. 8.
in 1. lect. verſ. prædicta, de off. præt. & Spec. vbi ſupra.
Secundò intellige prædictã ampliationẽ tertiã, vt
17 procedere poſſit quoad ea, †quę veniunt ex generali
facul-

Digitized by Google

facultate ordinaria, ſecus quoad ea, quæ non poſſunt
competere, niſi ex peculiari, & præcipua commiſſio-
ne, vt reſponſum fuit à Corn.conſ.247.col.1.vol.1.&
traditum ab Abb.in c.cum in iure peritus.col.2.de of-
fic.delegat.

Tertiò intellige, vt non ſufficiat quẽ haberi com-
18 muni opinione habilem habilitate generali,† ſed re-
quiritur, vt habeat habilis habilitate ſpeciali, de qua
agitur, vt per Alex.conſ.80.col.1.vol.2.

Quartò intellige, vt procedat ampliatio, qñ officiũ
geſtum erat cum authoritate publica collatum, ſecus
19 ſi priuata,† quia tunc non ſuffragatur communis opi
nio, & exiſtimatio, vt præſupponit Hoſt. in ſumma de
offic.legati.§.quid pertinet.& Spec.d.tit. de legato.d.
§.ſupereſt videre, num.18. vel quando delegatus fuit
creatus, & delegatus ab habente facultatẽ delegãdi,
vt declarat Bal.in l.2. C.de ſent. Alex. in conſ.138.in
2.vol.ſequit̃ Card.Alba.in lucubrat. ad Bar.in l. Bar-
barius.ff.de offi. prætor.nu.2.

Quintò intellige prædictã tertiam ampliationem,
20 vt procedat,† quando magiſtratus fuerit creatus ſolẽ
nibus requiſitis, & iuxta normã, quæ ſolet exigi. Bart.
in terminis in l.actuarius.C.de numer.& actuar.nu.2.
lib.11.Alex.in conſ.138.opportunè conſideratis.ſub
nu.7.& ſeq.lib.1.in quibus locis ſcriptum habet̃ aliàs
geſta per talem habitum, & exiſtimatum eſſe nulla,
& nullius momenti.

Quartò amplia conclusionem etiã procedere, cum
probat̃ delegationem fact. ſub hac forma, ad bene-
21 placitũ, & donec reuocandũ duxerit, † nã hoc quoq;
in caſu beneplacitum non cenſetur morte delegan-
tis extinctũ, neque reuocata delegatio.c.ſi delegatus.
de offic. deleg.in 6. Et hoc oẽs communiter Docto.
affirmant in l.more, vbi Bar.nu.7.Alex.12. Iaſ.nu.15.
Dec.nu.19.ff.de iuriſd.om.iud.

Limita tamen hanc ampliationẽ, vt tantummodo
procedat re non integra, quo caſu verũ eſt, iſtiuſmodi
delegationẽ morte delegantis, nõ expirare, nec illius
beneplacitũ cenſeri reuocatum, & finitum, vt iura ſu-
prà allegata loquunt̃, ſecus vero erit, ſi res integra ad-
huc erit, quia tunc delegatio expirare dicet̃, nec dele-
gatus poterit à die mortis mandantis, ſiue delegantis
procedere in cauſa, ſic ita intelligẽdum eſſe ſecundũ
communem Doctorum ſententiã percipitur aper-
tiſſimè ex iurib.in d.c.ſi delegatus.in c.relatum, &c. li
cet.extr.de offic.deleg.

Quintò amplia concluſionẽ etiam locum habere,
22 † qñ precarium ad beneplacitum conceditur, nam
eo in caſu beneplacitũ non cenſet̃ morte conceden-
tis reuocatũ, ſed tranſit ad hæredes eius, vt ab eis præ-
cario habere quoq; videatur ille, cui erat conceſſum
à defuncto æquè, ac à defuncto. ſic reſpondit Vlpian.
in l.1.in prin.ff.de preca.& in l.quæſitũ.§.1.Celſus in
l.cũ precario.§.1.ff.d.tit.idem tradidere gl.& Doct.in
l.vlt.d.tit Dec.monuit in l.more.ff.de iuriſd.om.iud.
& in l.cõtractus.nu.13.de reg.iur.c.fi.vbi Doct.de pre
car.& facit l.Luc.& ibi Paul.Caſt.ff.de dona.& idem
voluit Pau.in l. Aquilius Regulus circa med.eo.titu.
dum conciliat eam.l.cum d.l.Lucius poſt gl.in ead.l.
Aquilius.Bar. docuit in d.l. centeſimis.nu.10. verſ.&
ideò hic inſurgit dubium.ff.de verb.obli., vbi quoque
Alex col.5.verſ.ſi autẽ dixiſſet, & ibid.Iaſ.col.5.verſ.
2.quærit Bar.Imo.conſ.26.incip. in caſu præmiſſo vi-
ſis, & conſideratis meminit Didac.Couar.lib.3.varia.
reſolu.c.15.nu.1.2.

23 Nam † niſi hæres rei precario poſſeſſæ recuperatio-
nẽ reuocet à poſſidente rem precario, cenſet̃ vti ea pa
tientia, & animo, qua vſus eſt ille primus, qua non re-
uocata precario is dominus conſentire dr̃. Et hinc eſt,
ꝙ gloſſ. in l.quæſitum.§.1.verbo ab herede.ff.de pre-
car.ſentit hanc eſſe nouam hæredis volũtatem, quaſi
ex ſua patientia precarium confirmetur, quæ gl.vide-
tur etiam contrarium ſentire ad illud, quod dictum
eſt, precariũ non finiri morte concedentis ea ratione,
quia (inquit) per mortem defuncti definit velle, & vo
24 luntas deficit, † ſed precarium tãtum dicitur durare,
quantum durat voluntas concedentis, d.l.1.in prin.&
l.quæſitũ.§.1.& l.cum precario. §.1.ff.eo titu.ergo cũ
morte finiatur voluntas, & velle, precariũ quoq; fini-
ri dicetur, facit tex. in l.4 ff. locati, vbi expreſsè dicit̃,
quòd locatio precarijvè rogatio morte concedentis
tollitur, ſed poteris conciliare oſtendendo dictos Do
ctor.in varijs terminis loqui, ac loquitur Accurſ.illi
enim de reuocatione loquunt̃, iſta verò de ceſſatione,
& aliud eſt voluntatẽ ceſſare, & aliud voluntatem re
uocare, ità Ruin.conſ.3.nu.5.& 7.lib.1.Alex.in d.l.cẽ
teſimis, §.ſi ita ſtipulatus.in fi.ff.de verb.obli.nam be
25 nè verum eſt, † per mortem non induci reuocationẽ
voluntatis, vt præfati Doctores voluerunt verum tñ
quoq; eſt, per mortem induci ceſſationem volũtatis,
vt inquit gl.& loquitur d.tex.in l.4.ff.locati.

Primò limita concluſionem nõ procedere, ſed be-
neplacitũ morte eius, à cuius voluntate pendebat ex-
26 tingui, † qñ quis vtitur verbis ſimplicibus, & contra-
riam voluntatem non indicantibus, verbi gratia, ſi iu
dex dicat, donec beneplacitum fuerit, donec voluε-
ro, hoc enim caſu beneplacitũ morte illius finitur. d.
l.4.ff.locati. Bar.& Iaſ.in l.centeſimis, §. ſi ita ſtipula-
tus fuero. Bal.nu.9.Iaſ.nu.12.de verb.obli. Et ratio eſt,
quia illa verba præſeferunt, & reſpiciunt tantummo-
do voluntatem, ac beneplacitum concedentis, & vo-
luntas morte finitur, vt ſup.allegat ergo, & beneplaci-
tum per talia verba meritò finiri dicetur.

27 Rectè igitur dicimus,† mandatũ morte finiri, quia
mandantis voluntas deficit.l.mandatũ.C.man. Item
declarandi, & eligendi arbitriũ morte finitur. Iaſ.cõſ.
28 148. pen. col verſ.2. † ſic ſuperioris præceptum illius
morte finitur.Dec.in rub.C.de mã.prin. & ſic de alijs
ſimilibus.

Secundò limita concluſionẽ non procedere in ſu-
29 ſpenſione banni ad beneplacitũ Principis, † nã Prin-
cipis beneplacitum eius morte finitur, vt tradit. Ang.
conſ.217.col.9.quem refert, & ſequitur Dec. cõſ.108.
nu.2. cuius ẽt meminit Goza d. conſ.22. nu.10. qui &
alia plura congeſſit, quibus oſtendit beneplacitu Prin
cipis eius morte finiri, ꝙ latè probat. Marſ.rub.C.de
prob.nu.270.Soc.iun.conſ.63.nu 12.lib 2. idem tacit
Didac.Couar.lib.3.variar.reſolut.c.15.nu.1.& 3.verſ.
ſecundus caſus.Caſtr.conſ.438.in 1.dub. Tiraq. de le-
gib.connub.in glo.4.nu.18.c.ſi gratioſè.de reſcrip.in
30 6.Guid.Pap.ſing.394. vt etiã † beneplacitũ magiſtra-
tus ceſſat, eius officio finito, arg.l.4.locat. c. ſi gratio-
sè.de reſcr. in 6.& notat Grat. in conſ.92. nu.1. vol.2.
niſi ſit tale beneplacitum, quod reuocationem requi-
rat, quia licet per mortẽ, vel finitum officiũ ceſſet vo-
31 luntas,† non tamen inducitur reuocatio, iuxta ſiſta in
Alex.in l.centeſimis.§.ſi ita ſtipulatus.in fi.ff. de ver-
bor.obli.& eundem Grat.in d.conſ.92.nu.28.

Sed huic ſecundæ limitationi videt̃ repugnare il-
lud, ꝙ dictum eſt ſuprà in prima ampliatione, in qua
concluſum fuit, per mortẽ Principis non reuocari be-
neplacitum conceſſum circa ordinariam iuriſdictio-
nẽ obtinendã, ſed oportere per ſucceſſores huic expſ-
sè, & præcipuè de rogari, iuribus ibi adductis.

Concilies tñ, prout cõciliauimus ſupra gl.in l.quæ-
ſitum.§.1.in verb.hærede. ff.de precar. & tex.in l.4 ff.
loc. ad quintam ampliationẽ, hoc eſt vt præfata pri-
ma ampliatio loquatur in reuocatione voluntatis, ꝙ
per mortem nõ inducitur, vt iura in d.quinta amplia-
tione adducta loquuntur. Iſta autem ſecunda limita-
tio loquitur in ceſſatione voluntatis, quæ per mortẽ
benè inducitur, vt inquit d.gl.& l.4.& ſic aliud eſſe, vt
diximus voluntatem ceſſare, & aliud voluntatem re-
uocare, per iura in d.concor.adducta.

CON-

CONCLVSIO CLXXXIX.

ARGVMENTVM.

De berroarij teſtimonio in iudicio, quam fidem faciat.

SVMMARIVM.

1 *Berroarij teſtimonium in iudicio nullam fidem facit.*
2 *Berroarij quare dicantur viliſſimæ perſonæ.*
3 *Berroarij teſtimonio non creditur etiam in his, quæ eius officio coniuncta ſunt.*
4 *Notario ſcribenti in actis aliquid ſibi commiſſum non creditur.*
5 *Berroario non creditur etiam in pendentibus, & ſequentibus, & ex illius officio. Sed contrarium ibi.*
6 *Berroario creditur, ſi concurrat alia præſumptio, vel dictū ſuum ſit roboratum dicto alterius fide digni.*
7 *Berroarij dicto plenè creditur in his, quæ ad illius officium pertinent.*
8 *Berroario, vel nuncio referēti ſe aliquē citaſſe, creditū, donec eius dictū reprobatū fuerit per contrarias probationes.*
9 *Berroarij relationi creditur præſtito iuramento.*
10 *Nuncij dicto ſi contradicant acta ſcripta per notariū, ſtatur actis ſcriptis.*
11 *Iudicis arbitrio ſtatur, an magis credendū ſit nuncio aſſerenti ſe citaſſe, vel citato dicenti ſe non citatum, vel non ita citatum.*
12 *Berroario, vel nuncio creditur in his, quæ explicitè refert.*
13 *Berroario conſtituto a iudice ad perquirendum delinquentes per vrbem, referenti ſe aliquem delinquentem inueniſſe, creditur, ſi delictum ſit ex minoribus.*
14 *Berroario, & nuncio creditur de excuſſione bonorū creditoris, hoc eſt, quando dicunt non reperiſſe bona, in quibus ſententiam exequi potuerint, vel nō inueniſſe in domo ſuppellectilia.*
15 *Berroario, & nuncio creditur, bona in quibus exequuta eſt ſententia, eſſe illius, contra cuius bona exequenda erat.*
16 *Berroarij teſtimonio pro Præſide in ſuo ſindicatu ſtatur.*
17 *Berroarij teſtimonio nō ſtatur, quādo eſt viliſſima perſona.*
18 *Berroarij teſtimonium contra Præſidem ſuum in ſindicatu validum eſt.*
19 *Berroarij ſi partim pro poteſtate depoſuerint, partim cōtra creditur eorum dicto in totum.*
20 *Berroarij teſtimonio fides per Præſidem adhibetur, niſi ſit vilis perſona, & de veritate eius vita ſit ſuſpectus.*
21 *Berroarij pro Præſide teſtificantur, ſi reuera ab eo receſſerint, ſecus ſi receſſuri.*
22 *Berroarij a teſtimonio dicendo reijciuntur.*
23 *Berroario quare fides ſit adhibenda, cum de ſua exequutione tractat.*
24 *Berroarij multum de fide diminuitur, propter eorū ſtatus viliſſimam conditionem.*
25 *Berroarij vti, qui dicuntur familiares poteſtatis gaudent priuilegijs, quibus præſes.*
26 *Berroario exequenti ſententiam iudicis de facto reſiſti poteſt, ſi modum excedat in capiendo bona.*
27 *Berroarius, quod ſibi a ſtatuto prohibitum eſt, ne accipiat pro exequutione ſententiæ, illud accipere nō poteſt etiam a ſponte dantibus.*

1 Berroarij teſtimonium in iudicio † nullā fidem facere tradidit Bal. in l. ēt ſub nu. 4. verſ. ſed reuoco. C. de teſtib. & ibi Saly. Ioan. And. in addit. ad Specu. in tit. de citatio. §. 1. verſic. ſed nunquid, & in d. tit. de contuma. §. 1, in addit. magna, & idē in c. cū parati de appel. vbi Ant. But. & Imol. & ibi Bal. & Iaſ. in l. age cū Gemin. nu. 11. C. de tranſact. Imo. in clem. ſi ante. col. 4. de dol. & contu. facit glo. in c. venerabilibus, §. ſecus in ver. in iud. de ſen. excō. in 6. Ang. in l. ſciendum. ff. de vſur. Alexan. in l. 3. ff. de teſta. Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra falſam. §. teſtium depoſitiones. nu. 115. verſ. quid de berroario. de proba. D. Steph. Aufre. tract. ſuo de teſtib. nu. 12.

2 Ratio eſt, † quia illi dicūtur viliſſimæ perſonæ, qui miſſiones, & executiones in tenutam faciunt, quales ſunt berroarij ita loquutus eſt Bal. in l. fi. in 8. q. in fin. C. de edic. diu. Adr. tol. nu. 47. l. fi. ff. de iudic.

Amplia primo, vt procedat nedū in ſeparatis ab eius
3 officio verum etiā in his, quæ illi ſunt coniuncta, † & quæ antecedunt, vt in mandato citādi aliquē, de quo ſibi non credit, niſi aliter conſtet, vt Bald. in tracta. de proba. in tit. de cita. & dila. quæſt. 10. Bar. in l. 1. §. cura. ff. de offi. præſc. vrb. Fely. in c. quoniam contra nu. 13.
* in fin. de prob. vbi dicit hanc * communem. Aret. in c. 1. col. 2. de iud. Sebaſt. Sapia. in l. fi. nu. 17. C. de edic. diu. Adr. tol. gl. & Doct. in l. ſicut proponis. la 2. quomodo, & quādo iud. Alex. in d. l. 1. §. cura. Fely. in c. 1. col. 6. verſ. cōcluſio. de iud. Io. Andr. in addit. ad Spe. in tit. de cit. §. 1. verſ. ſed nunquid credit. Io. de Imo. in l. ex conſenſu. §. cum, qui. ff. de appella. idem Imol. & Ant. de But. in c. cū parati. poſt gl. ibi de appel. Fely. in c. quoniā contra. de probat. & in c. 1. verſ. quarta con-
* cluſio. de iudic. vbi hanc dicit eſſe * communē Fran.
* de Aret. qui & ipſe hanc dicit * communē conſ. 34. relatus per apoſtil. ad Ang. de malef. in §. iudex cōmiſſit, ver. & benè not. Lud. & Alex. in l. ſciendū. ff. de ver
4 bo. obli. Bald. in l. his ſolis. C. de reuoc. don. † ſicut, nec credit notario in actis ſcribendi aliqd ſibi cōmiſſum Affli. dec. 317. per totum Guid. Pap. in q. 126. Alex. in conſ. 213. lib. 2. & conſ. 212. lib. 6. & conſ. 104. lib. 5. licet contrariū tenuerint aliqui, quos refert Iaſ. in §. quadrupli, Inſti. de act. tamē Bal. in l. fi. C. de exhi. reis dicit opinionem priorem eſſe de iure veriorem.

Secundo amplia, vt procedat etiam in iis, quæ pen-
5 dent, ſequunturq; ex illius officio, vt ſi dicat ſe citaſſe Titiū, qui reſpondit, nolle comparere, non enim creditur, illum ita reſpondiſſe. Bal. in addi. ad Spec. in tit. de ſentē. in ver. citatio debet eſſe legitima. Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de citatio. verſ. ſed nūquid, & in tit. de contuma. §. 1. But. & Imo. in cle. ſi ante. de dolo, & contum. gl. in c. venerabilib. §. ſecus de ſent. excō. lib. 6. faciūt d. Bal. in l. diuus in 1. lect. in 1. col. & ibi Ang. de in integ. reſt. Imol. in clem. ſi de dolo. & cōtu. & in d. c. venerabilis Paul. de Caſt. in conſ. 145. lib. 2. Corn. conſ. 97. lib. 3. Iaſ. in l. properandū. §. eo quidem. C. de iud. Ant. de But. in c. cum parati. de appell. Iaſ. in l. age cū Geminiano. C. de tranſact. Tiraq. in tract. de retra. conſang. in verb. lignager. §. 8. glo. 9. nu. 14.

In contrariam tamen ſententiam iuere gl. & Bart. in l. ex conſenſu §. fi. ff. de appel. & in l. fi. ff. de reſti. in integ. Bar. in l. res denūciationes. C. quomo. & quan. iudex Inn. in c. ad petitionem. de accuſ. Dec. in c. cum parati. nu. 12. de appel. Ioan. de Imo. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. Florian. in d. clem. ſi ante. in 8. quæſtio.

Hanc repugnantiā conciliāt Philip. Fran. & Abb. Panot. in d. c. cū parati, & ibidē Abb. Sicul. vt prima concluſio negans procedat, vbi non concurrit alia p̄-
6 ſumptio vltra dictū Berroarij, vel Nuncij, † ſed ſi concurrat aliqua præſumptio, vt quia citatus non cōparuit in termino, illi creditur, idē etiā ſi dictum ſuū ſit roboratū dicto alterius fide digni, ita Mathe. in auth. niſi nu. 10. C. de ſent. ex breu. reciran. Et eadem deciſio ſeruatur, ſi qd aliud referat, vt ſe fuiſſe verberatū, vel prohibitū exequi ſibi demandata, quia ſibi nō creditur, niſi aliter probet dictum ſuum, ad quod faciunt omnes ſupraſcriptæ auctoritates, quibus adde Bart. & Doct. in l. diuus. ff. de cuſto. & exhib. reo. in l. ea quidē. C. de accuſ. vbi p̄ſertim Sal. videas Hunc caſum nihil in ſe dubitationis cōtinere ſentit Boſſ. in ſua prax. cri. in tit. de nuncia n. 12. hancq; concluſionē ſequitē Tiraquel. de retract. conſang. §. 8. in gl. 9. nu. 19.

Primò

Primò limita hāc cōcluſionē, vt nō pcedat in his,
7 quæ ad illius officiū pertinent, † de quibus plenè cre-
ditur illius d.c.cū parati.c. prudentiam; vbi gl. de ap-
pel.l.apparitores.C.de exact.li.10.c.ſi fortè.65.diſt.c.
1.de teſti.cog. per quæ iura ita tenet. Spe.in tit.de cita
tione.§.ſequit.nu.6.ver.& vř, & ibi latè Io. And.l.ſi
quis decurio.C.de fal.Bar.in l.ſi librarius.ff.de reg.iur.

Hinc meritò colligitur, vt ſi berroarius, vel nūcius
8 referat ſe Titiū citaſſe† credať illius dictio donec re-
probatum fuerit per contrarias probationes, ita tradi-
dere Spe.& Io.And.vbi Bal.in l.vt pſectius. C.de ann.
excep.Card.in clem.1.in 9.q.de iudi.Bar.in extrau.ad
reprim.in ver.nunciū.Bar.in l.1.§.fi.ff.de offic. præſe.
vrb.Fel.in c.qm̄ contra.in 8.col.de probat. & in c. ad
petitionem. in 9. col. de accuſ. Paris de Put. in tract.
ſind. in ver. nuncius.Corn.in conſ.79.in litera B,in 3.
vol.Iaſ.in l.nec is.nu.10.de acq. hær.

Declaratur hæc limitatio, vt nō procedat ſimplici-
9 ter, † ſed præſtito iurō ante illius dictum atq; relatio-
nem, vt per citatos Doct.in d.limit.qui loquūtur hac
cōditione quibus addo Ang. in §. hi qui cauſas auth.
de ind.& in §.ſi quis autem.de eccleſi.tit. Ioan.de Ar-
nono in ſuo ſingul.20.vbi tn̄ cum gl. d.c. cum parati,
ſentit, ſatis eſſe illū ſemel iuraſſe in aſſumptione ſui
officij de omnib.legaliter faciēdis & adminiſtrādis.

Declaratur ſecūdò præfata limitatio, vt procedat,
ſi nuntius conuenit cū actis ſcriptis per Notariū, alio
10 qui ſi repugnet, verbi gratia, Notarius ſcripſit,† nun-
tiū retuliſſe, ſe citaſſe Titiū ad domū,& poſtea nūtius
dicit, ſe citaſſe (vt inquiunt) perſonaliter, de hoc fides
hr̄ actis ſcriptis per Notariū. Cyn.& Bal. in l.ſi qs de-
curio.C.de fal.Io.And.in addi. ad Spe.in tit. pe inſtr.
editio.§.reſtat.verſ.ſed ſi vnus. Io. de Imo. & alij Do-
ctor.in c.ad audientiā.de præſcr. Ang.in l.1.ff. quēad.
teſta.aperiātur.Abb.Fel.Dec.& Maria. Soc.in d.c.cū
parati.de appell.Ang.in Inſtit.de act.§.quadrupli.

Declaratur tertiò, vt procedat, quatenus nō hēt ci-
11 tatū contradicentē,† ſed ſi ille, quē dicit citatū, ſe nō
citatū, vel non ita citatū aſſerat, tūc ſtatur arbitrio iu-
dicis, cui magis credat, cōſiderata vtriuſq; natura, at-
que genere præiudicij, vt docuit Io. And.in addit. ad
Spec.in tit.de citatione.§.ſequitur.verſ.ſed nunqd cre-
ditur Saly.in l.abſentem. in 5.q. de accuſa. & in l.tres
denunciationes.verſ.ſed an credatur nuntio. C.quo-
modo & quan.iud.Maria. Soc.in rub. de dilat.art.16.
* vbi multos allegat, & dicit hanc * communē Io.And.
& Abb.Panorm.poſt alios in d.c.cum parati.
12 Declaratur quartò, vt procedat in his,† quæ expli-
citè refert, ſecus ſi implicitè aliquid habuiſſe dicat, vt
ſi retulit ſe citaſſe Titiū domi habitationis ſolitæ, &
deinde dicat implicitè, ſe illum prius pſonaliter perquiſi
uiſſe, vt fuit neceſſe, non enim illi de hoc poſtremò
fides eſt habenda, vt nos præmonuit Bar.in l.3.§.præ
tor ait.ver.ſed quid debet nuntius. ff.de damn. infect.
Ant.de Bur.in c.cauſam.col.pen. de dol. & cōtu. latè
Alex.in conſ.2. conſideratis his, li.3. Abb.in conſ.84.
lib.2.Rom.in conſ.414.in re præſenti.

Infertur ſecundò vt ſi berroarius ſit conſtitutus à iu-
dice, vt perquirat delinquentes per vrbem, tunc credi
13 illius dicto, † ſi referat inueniſſe aliquē delinquentē,
ſi tn̄ delictum ſit ex minoribus, vt quia inueuerit ali-
quē cū armis, vel ludentes alea. Bar.l.diuus.la 2.ff.de
cuſt.& exhibi.reor.Bald.in l.magis.§.illud. ff. de reb.
cor.qui ſub tutc.Egyd.Boſ.in ſua praxi crim. in tit.qn̄
de cri.cogno.tanquā noto. Aret.in conſ.antep. col.2.

Inferť tertiò, vt berroario, & nūtio credať de excuſ
14 ſione bonorū debitoris, id eſt, ſe † nō inueniſſe bona,
in quibus ſnīam exequi potuerint, vel nō reperiſſe in
illius domo ſupellectilia. Bar.in l.à diuo Pio §.in ven
ditione. verſ. ſed quæro qualiter. ff.de re iud.& Alex.
ibi nu.12.vbi multos idē ſentiētes adducit. ff.de verb.
oblig. Ang.in auth. hoc ſi debitor.in 2. & 3.col.C.de
pign.Bal.in l.1.C.quand.fiſ.vel priua.Bar.Cœpoll.in
l.rem amiſiſſe.ff.de verb. ſign.

Infertur quartò, vt berroario, & nuntio fides habea
15 tur, bona in quib.exequutus eſt ſnīam, eſſe illius, † cō
tra cuius bona exequenda erat, ſic voluere gl. Bald.&
Docto.in l.1.C.de priuil.fiſ.Salyc.in l.1.C. ne vx.pro
mari.probatur hæc concluſio in l.1.§.cura, ff.de offic.
præfec.vrb. Doct.in d.c. cum parati. de appel.Bart.in
extrau.ad reprimendum, in verſ. per nuntium.Ioā. de
Imol.in l.à diuo Pio.§. ſic quoque. C.de re iud Cyn.
in l.ea quidem.C.de accuſ. Bar.& Bal. in l.fi.C.de ex-
hiben.reis.Bal.in l.2.C. quando fiſ.vel priua. Alex.in
d.l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.idē tenet Pau. de Caſt.
in conſ.273.viſis,& conſideratis, niſi appareat contra
dictor, qui contrarium probet.
16 Secundò limita concluſionē non procedre,† qn̄ te
ſtimoniū fert contra Præſidē in illius ſindicatu, quia
tunc eius teſtio ſtatur, quia contra domeſticū poſſunt
produci, ita dixit Bal.d.l.etiam.nu.4. & per authorita
tes ſupra allegatas. Ang.in l.ſciendum.de viur.

Sublimita tn̄ hanc limitationem, non procedere,
17 † qn̄ berroarius eſſet adeò perſona vilis, vt eſſet ſu-
ſpectus ex vilitate vitæ, quia tunc ipſius teſtimonium
nullius eſt ponderis, ita Bal.loco ſupra citato, argum.
l.aut affinitat c. ff. de procurat. argum.l. cui eorum.§.
affinitatis. ff.de poſtul.

Tertiò limita, qn̄ pro Præſide ſuo in ſindicatu teſti
18 monium ferret, † nā tunc eius teſtimoniū etiam eſſet
validum, cū deſierit eſſe domeſticus, & familiaris il-
lius Poteſtatis.Bal.in d.l.etiam num 4. verſ.ſed quid è
contra. Ang.in l. ſciendum. ff.de viur. Alex.in l.4.de
teſtib.Lanfran.in c.quoniam contra.verſ.quid de ber
roario, de probat.

Sed obſeruandum eſt, vſq; eo hanc limitationem
19 procedere,† vt ſi partim pro Poteſtate depoſuerit, par
tim cōtrà, credatur omninò eius dicto, vt notabiliter
dixit Bal. in d.l. etiam. Idque ea ratione potiſſimum,
ne fides diuidatur.

Intellige tamen primò ſupraſcriptam tertiam limi
tationem cum illa declaratione, de qua in ſecunda,
20 † vt fides teſtimonio berroarij per Poteſtatem adhi-
beatur, niſi eſſet adeò vilis perſona, vt de vilitate vi-
tæ eſſet ſuſpectus, per iura ſupra alleg.

Intellige modò ambas ſupraſcriptas limitationes,
berroarium poſſe ferre teſtimoniū pro Poteſtate ſuo,
21 procedere, † dummodo penitus reuera à Poteſtate re
ceſſerit, ſecus verò ſi ſit receſſurus ab ipſo, quia eo ca-
ſu adhuc durat familiaritas. l.1. C.ſi rector proui. & l.
22 1.C.ſi quacunq; prædi.po.Bal.d.loco ſupra citato,†&
ideo à teſtimonio ferendo reijciuntur, vt regula gene
rali cautum eſt.l.2.C.de teſtib.

Quartò limita concluſionem non procedere, qn̄
23 de ſua executionē tractata deponit, † nam eo in caſu
ipſi berroario fides eſt adhibenda. Ratio eſt, quia cū
propter vilitatem ſtatus à teſtimonio dicēdo reijcia-
tur, vt ſupra dictum eſt, ſequitur, vbi viliſſima tractat,
ei fidem eſſe adhibendam, ita Bal. in l. edicto.nu.47.
C.de edict.diui Adr.tollen.

Verùm enim verò animaduertendū eſt pro decla-
ratione limitationū, in quibus dictū eſt, credi Berroa-
rio iis in caſibus, in quibus teſtimoniū ferunt, non eſ-
24 ſe teſtes fidei pleniſſimę,† cum eis multum de fide de
trahatur propter eorum ſtatus viliſſimā cōditionem,
authent.de teſtibus, verſi.ſancimus. in prin. & §. ſi cū
ignoti.& arg.tex.in l.fi.§.ſin autem. C.de iur. delib.&
§.oportet.de fid.inſtr. collat.8.

Concluſioni noſtræ & illud, quod ſequitur optimè
25 congruit, nam berroarij, tanquam † qui dicuntur fa-
miliares Poteſtatis, vt per Bal.in l.ēt.n.5.C.de teſt.gau
dent priuilegijs, quib. Poteſtas. Bald.in l.obſeruare.§.
proficiſci. in 8.q. in fi. ff.de offic. proconſ.& leg.ſicut
cæterorum familiares, arg.l.1.C.de epiſc.& cler.& l ſi
vnus.§.1. ff.de iudi.

Nec illud alienū eſt: etenim berroario exequēti ſen
tentiam

ſententiam iudicis, ſi modũ excedat in capiendo bona,
26 † põi de facto reſiſti, vt docuit Bar. per illum tex. in l.
pen C. de exact. & exequut. lib. 12. refert, & ſequit̃ Hip-
pol. Marſ. in l. fi. nu. 46. ff. de iuriſd. omn. iud. faciunt d.
Bar. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. Alex. in l. 1. §. itẽ ſi qs
cũ. ff. ne quis eum. Paul. de Caſt. in conſ. 192. Rom. in
l. 1. in 10. col. ff. de re iud. Flo. in l. quemadmodũ. §. Ma
giſtratus. ff. ad l. Aql. Amanel. de Cla. aquis in 23. ſing.
vbi ponderat ad id tres tex. l. defenſionis, & l. prohibi-
tum. C. de iure fiſc. & auth. vt non lic. §. finaũt ciuili.

Poſtremò loco addendum eſt, berroariũ ſi ſtatuto
prohibeatur certũ quid accipere pro exequutione ſen
27 tentiæ, † non poſſe illud accipere etiam à ſponte dan
tibus. l. vni. C. de ſalgamo. hoſpi. non præſtan. lib. 12.
l. fi. §. 1. C. de re milit. & in l. 1. in fi. C. de rapt. vir. & in
l. ſpem C. quæ res pig. oblig. poſſ. per quę iura ita tenet
Marſ. in l. vnius. §. ſiius. nu. 2. ff. de quæſt. & in l. vni. nu.
238. C. de rap. virg. & in l. lege Cornelia. §. conſtitutũ.
nu. 2. ff. ad l. Corn. de ſicar. vbi multos in idem conſen
tientes affert, vltra quos optimè deſeruit dictũ Bocr.
in deciſ. 134. nu. 10.

CONCLVSIO CXC.

ARGVMENTVM.

Beſtiarum legato relicto, an cenſeantur lega
ta eſſe animalia domeſtica, & manſueta.

SVMMARIVM.

1 *Beſtiarum legato relicto, non cenſentur legata eſſe animalia domeſtica, & manſueta.*
2 *Beſtiæ appellatione non veniunt, niſi animalia feræ naturæ, vt vrſi, leones, &c.*
3 *Animalia domeſtica ſi vocantur beſtiæ communi vſu loquendi regionis, tali ſignificatui, ſtandum eſt.*
4 *Verba debent accipi ſecundum vſum loquendi regionis, licet lex aliter ea interpretetur.*
5 *Statutum puniens dimittens beſtias ſine cuſtode, procedit et in dimittente ſine cuſtode pecudes.*
6 *Beſtiæ ſimplici appellatione venit fera, & manſueta.*
7 *Cicero beſtias vocat omne animal rationis expers.*

1 BEſtiarum legato relicto, † non cenſent̃ legata eſſe animalia dome-
ſtica, & manſueta. l. 1. §. beſtias. ff. de poſtul. & ibi latè
Ang. & Bar. Alex. in addit. ad Bar. in d. l. 1. §. remouet
qui allegat l. anniculus. in prin. ff. de verb. ſigni. & Syl-
ua. in conſ. 72. nu. 5. vol. 2. adde ad id tex. in l. 1. in verſ.
in beſtijs. ff. ſi quadr. pau. fecil. di. & text. in l. 2. in verſ.
vt igitur. ff. ad l. Aquil.

Cuius rei ratio eſt, quia ſtricta vocis ſignificatione
2 beſtię † nõ veniũt, niſi animalia feræ naturę, vt vrſi, &
leones, &c. Beſtias. n. inquit Vlpian. in d. l. 1. §. beſtias.
ff. de poſtulat. accipere debemus ex feritate magis, q̃
ex animalis genere. D. Matth. de Matheſ. ſing. 95. &
ibi doctiſſimè additio, q̃ incipit. Nota vnũ mirabile.

3 Primo limita cõcluſionẽ non procedere, † qñ cõi
vſu loquendi regionis animalia domeſtica vocarent̃
beſtiæ, q̃a tali ſignificatui ſtandũ eſt, nã in ſtatutis etiã
exorbitantib. & correctorijs iuris cõis verba debẽt ac-
4 cipi ſñ vſum loquendi regionis, † non obſtante, legẽ
aliter tale verbũ interpretari. argu. l. cum de lanionis.
§. aſinam molendinariã. ff. de fund. inſtr. & inſti. leg. l.
Labeo ff. de ſuppel. leg. Fel. in proce. n. decret. nu. 3. cũ
ſeq. vbi latè de hac concluſione, & Tiraq. de retract.
lignag. §. 2. in prin. nu. 5. cum ſeq. & Euerar. in loco ab
opinione vulgi. col. pen. verſ. & tertius caſus. ita et no
tat Nat. in conſ. 347. nu. 2. vol. 2. qui allegat Math. in
ſing. 96. incip. nota vnum notabile, referentem fabu-
lam cuiuſdã Aduocati allegantis rubr. C. de aſinis, &
beſtijs non habendis. lib. 12. & Albe. de Roſa. in d. §.
5 beſtias. & tandem concludit, † ſtatutũ puniens dimit-
tentes beſtias ſine cuſtode, procedere et in dimittente
ſine cuſtode pecudes. Idem et dicit ſequtus Socy. in l.
3. §. Nerua filius. ff. de acq. poſſ. ponderantem ibi text.
in verb. feras beſtias, nã ex quo adijcit hanc qualitatẽ
6 feras † innuit, ſimplici appellatione beſtiæ venire fe-
ram, & manſuetã, & ita ſequit̃ hoc Iaſ. in d. §. Nerua.
nu. 10. licet poſteà ſe remittat ad allegata per Bart. in
d. §. beſtias. ita et ſentit Syluan. in d. conſ. 72. num. 7.
7 † vbi dicit, Ciceronem beſtias vocare omne animal
rationis expers, vt de Natu. Deor. cũ dixit, beſtię aqua
tiles, vt crocodilli, fluuiatileſque teſtudines. & de ami
cit. Hoc apparet in beſtijs, volucribus, agreſtibus natã
tibus, ſuibus. cicuribus, feris. & in Tuſcul. quart. Aliæ
beſtiæ natantes ſunt, alię volucres, ſerpentes quędam,
quædam gradientes, & multis alijs in locis.

CONCLVSIO CXCI.

ARGVMENTVM.

Bibliæ auctoritas, atque fides ſummariè nar-
ratur.

SVMMARIVM.

1 *Bibliæ auctoritas quanta ſit energiæ, ac fidei.*
2 *Bibliæ ſcriptura ab ore omnipotentis Dei, ter optimi maximi excepta eſt, populoque electo data.*
3 *A biblia diſcedere ſcelus nefarium, ac morte piandum.*
4 *Biblia ſuper omnia fidem ter pleniſſimam facit.*
5 *Bibliæ litterulam, vel iota addere, vel diminuere non licet ſub æterna damnationis pœna.*
6 *Bibliæ auctoritas allegari poteſt ad cauſarum deciſionem.*
7 *Dicta prophetarum, & ſanctorum ad deciſionem cauſarũ allegari poſſunt.*
8 *Lex Moſaica allegari poteſt, & ꝓbat in deciſione cauſarũ. Quod declara, vt ibi.*
9 *Auctoritas legis cõdedæ cui data ſit à Deo optimo maximo.*
10 *Bibliæ auctoritates, & ſanctorũ Patrum ſi contrariantur dictis Papæ, vel Cæſaris interpretãtis legem, vel ſacram ſcripturam prævalent auctoritati Papæ, & Cæſaris.*
11 *Dicta ſanctorũ Patrũ ſi fundata ſunt auctoritate noui teſtamenti, vel veteris, prævalent etiã Cõſtitutioni Papali.*

1 BIbliæ auctoritas † quãtæ ſit energiæ, ac fidei
facilè ille diiudicabit, qui Chriſtianã
religionẽ vel ſummis labijs deguſtauerit. Nã cum bi-
blię ſcriptura ab antiqs ſanctis Patrib. ab ore omnipo
2 tẽtis Dei ter optimi Maximi † ad eruditionẽ, ac rectè,
iuſteque viuẽdi normã populo electo excerpta ſit, ac
poſteritati relicta, vt ſñ eam oĩa ſua geſta, & actiones
3 moderarentur, à qua cũ vel latũ † vnguẽ diſcedere ſit
ſcelus nefandũ, ac morte piandũ, nullus dubitet quin
4 ſuper oĩa fidem † ter pleniſſimã faciat, præcipuè cum
eidẽ ne minimã quidẽ literulã, vel iota addere, vel di-
5 minuere † ſub pœna æternæ damnationis non liceat.
Ioan. in Apocal. vlt. cap. certificari. extra de ſepultur.
Abb. in c. 1. nu. 4. extra de offic. delegat.

6 Et quod allegari poſſit ad cauſarũ deciſionẽ † pro-
bat tex. in c. cauſam, & ibi Abb. in 5. notab. de ele. 25.
diſt. c. 1. & c. fi. & c. cũ Apoſtolica, & ibi Abb. de his, q̃
fi. a prælat. not. Inno. in c. cum venerabilis. de excep. c.
ſunt nonnulli. in ver. tantorum Patrum 16. q. 1. & in
Sancta Romana 15. diſt. debet enim vſque ad vnum
iota ſeruari glo. in c. noli. 11. diſt.

Amplia primo vt procedat etiã in cauſis ciuilibus,
tex. eſt & ibi gl. in auth. vt iud. ſi quo ſuffra. §. cognitio
in ver. colloquiorum, q̃ glo. no. ad hoc Bal. in auth. ad

haec

hæc.C.de vſur.gl.in l.ſi cum venderet.§.fi. ff.de pign.
act.in l.cuſtodiam. ff.de peric.& cōmod. rei vend.gl.
in l.illud.ff de off.præſid.Bal.in rub.B.de fid.inſtru.

Secūdo amplia, vt ꝑcedat ēt in dictis Prophetarū,
7 † gl.in §.his igiť Inſti.de iuſti.& iur.& in auth. vt iudi-
ces ſine quo.ſuffra.col.2.in ver.illicitas,& in c.& ſi Iu
dæos.de iud.& ibi Io.Andr.& Hoſt. facit l.ſolēt.circa
fi.ff.de off.procōſ.& leg.& in l.ſi chorus.ff.de leg.3.&
c.ne tales,de cōſe.diſt.5.& in c.quemadm. de iureiur.

Tertiò ampliať, vt procedat in dictis ſanctorū Pa-
trū.tex. in c. licet, 10.diſt. in c.ſunt quidē.30.q.1.& in
c.magnæ.de vo.facit gl.in l.illud.ff.de offi.præſid.

Quartò ampliať, vt procedat ēt in lege Moſaica,
8 † quę & ipſa pōt allegari,& ꝓbari in deciſione cauſa-
rū.Cor.in conſ.65.ver.item ſuper prima prouincia,&
in conſ.130.lib.2.Saly.in ſuo conſ. ꝙ incipit, Matha-
ſias Hebræus.p l.in ſinagoga. C.de Iudæ. & l. Iudæos.
C.eo.Barb.in conſ.15.lib.2.Io.Cāpeg.in tract.de dot.
in vlt.q.Ant.de Roſ.in arbore cōſanguinitatis, in vlt.
q.ver.ſed nunc occurrit dubiū,Alex. & Iaſ.in l.1. ff.ſi
cert.per.Florianus in l.max.vitium.C.de lib.præt.

Hæc verò ampliatio declarāda eſt, vt ꝑcedat duo-
bus concurrentib. Primū, vt quæſtio ſit inter Iudæos,
quia ſi inter Iudæū,& Chriſtianum ſeruātur iura Ro-
manorū.l.Iudæi.C.de Iudæis.Secundū,quod lex Mo
ſaica loquatur ſpecificè in illo caſu: lex verò Roma-
norū nihil loquatur de hoc caſu, vel ſi diſponit, hæc
diſponit in genere; Moſaica verò ſpecificè, ita tenēt
omnes præcitati d.ampliatione quarta,in dictis locis,
& Fel.in c.Iudæi.in ver.ext.gl. de Iudæ.

Limitatur modò principalis cōcluſio, vt procedat
in quæſtionibus per leges, vel Canones nō deciſis, ſe-
cus in his, quarū deciſionē habemus in iure Cæſareo,
9 vel Pontificio,† auctoritas enim legis condendæ non
illis,ſed iſtis data eſt à Deo Opt. Max. c.tranſlato. de
conſt.gl.in ſumma 20.diſt.& ibi tex. in c.1.& ſeq.facit
clem.1.§.fi.de ſumm.Trin.& d. Archi. & Domi.in c.
Auguſt.26.diſt.Abb.in cap.1.de offi.iudi.deleg. & ibi
Fel.& in c.ne innitaris.de conſti.

Reſtringiť hæc limit. vt nō ꝑcedat in duob. caſib.
10 Prior eſt,† qñ dictæ auctoritates Bibliæ,& ſanctorū
Patrum aduerſantur dictis Pontificis. Max. vel Cęſa-
ris non legem condentis, ſed interpretātis legem, vel
ſacram ſcripturā,nam auctoritas ſummi Pont & Cæ-
ſaris cedit.Innoc.IIII.in c.per tuas.de ſimo. Abb.in c.
capellanus.de fer.Hoſt.in c.ſoler.de ſent.excom.in 6.
& ibi,Io.And.Arch.& Dom.in Sūma.20. diſt. niſi tū
interpretatio eſſet de neceſſarijs ad ſalutē, vt de fide,
& ſacramētis, qa in illis ſtatur interpretationi ſummi
Pont.qui ſi erat à ſolo concilio corrigitur. c.nulli fas.
19.diſt.c.ſi Papa.40.diſt.facit cle.1.§. fi.de ſumm.Tri.
ſentit Abb.in c.ne innitaris.de conſtit.

11 Poſterior caſus eſt, † ſi dicta ſanctorū Patrū eſſent
innixa auctoritati noui Teſtī, vel veteris,tunc.n. præ-
ualent ēt conſtitutioni Pontificiæ,glo.in c.de libellis.
in ver.illorū 20.diſt.tex.& ibi glo.in c.fi.36.q.2.Abb.
in c.qualiter,& qñ.il 2.de accuſ. Io.de Imo. in c.cum
cōtingat.in 7.not.de iureiu.And.Tiraq.ī trac.de iur.
* primog.q.40.Dec.in l.1.ff.ſi cert.pet.& * oēs Doct in
c.1.de offi.deleg.& in c.ne innitaris.de cōnſt. Iaſ.in §.
quædam.nu.67.Inſt.de act.Rom. in ſing.ſuo 685.

CONCLVSIO CXCII.

ARGVMENTVM.

Bibliothecæ legato an iudicandum ſit cum li
bris venire armarium.

SVMMARIVM.

1 *Bibliothecæ legato non iudicandum eſt, venire armarium,*
ſed tantum libros, ſed in hoc attenditur prius qualitas
& legantis, & legatarij.
2 *Scholaris legans alteri ſcholari bibliothecam, ex tali legato*
veniunt etiam libri.
3 *Stationarius legans alteri bibliothecam cenſetur ſentire ma*
gis de armario, quam de libris.

1 Bibliothecæ legato non iudicandū eſ-
ſe,venire armarium,† ſed
tñ libros,doctrina fuit inſignis Bar. in l.cum pater.§.
menſæ.in fi. de lega.2. & tex. in l.librorum.§. ſed etſi
Bibliotheca.& §.libris.& ibi Bar.de leg.3.

Sed in hoc tñ erit ſtatuendū inſpecta prius qualita-
te,& legantis,& legatarij,niſi aliter ex verbis legantis
2 de eius mente appareret, † nā ſi ſcholaris ſit q legat al
teri ſcholari, ex tali legato venirēt ēt libri, ita ait Bar.
in d.§.ſed etſi bibliotheca.ꝑ tex.in l. quod tñ Caſſius.
in fi.ff.eo.tit.& l.plenū.§.equitij.de vſu & habi. l. ſed
etſi ſuſceperit. §.1. ff.de iud. Si verò ſtationarius ſit, q
3 legat alteri,† tunc cenſeť ſentire magis de armario, q
de libris,ita ſentit idē Bar.in d.loco, per tex.in l. cū fi-
liofam. ff.eo.titu.de leg.3. primū tñ eſſet aduertendū
quomodo fuiſſet cōcepta carta legati, vt aduertit idē
Bar.ibidem,& tandem eſſet attendendus cōis vſus lo-
quendi illius regionis, vt in ſimili diximus in limita-
tione ad concluſionem,beſtiæ,periura ibi allegata.

CONCLVSIO CXCIII.

ARGVMENTVM.

Blanditiæ Principum inſtantiſſimę an metum
inducere dicantur.

SVMMARIVM.

1 *Blanditiæ Principum inſtātiſſimę metum inducere dicun-*
tur, & de illis conſtito, & probato metus probatus diciť.
2 *Blanditiæ Principum minis æquiparantur.*
3 *Blanditiæ qñ metū inducāt, & quādo non, vide remiſſiuè.*
4 *Blanditiæ, & rogamina iuſtum metum inducunt, ſi aganť*
a tyrāno ſolito ſæuire in eos, q ſuis pcibus non obtēperāt.
5 *Blanditię prelati, & ſuperioris, qui in ſuos ſubditos ſolet ſæ*
uire precibus, & votis non obedientes, metum inducunt.
6 *Princeps vel prælatus in dubio malè tractare ſuos ſubdi-*
tos non præſumitur.
7 *Metus non præſumitur ob reuerentiam, niſi concludenter*
probentur præceſſiſſe verbera, & minæ.
8 *Blanditiæ Principis ſimpliciter, abſq; ꝙ præceſſerint minæ,*
vel ꝙ conſuetus ſit tyrannicè ſæuire in eos, qui precibus
ſuis blandis non obtemperant, metum non inducunt.
Idem dicitur de iuſſu ſuperioris ibid.
9 *Blanditiæ, preces, ac perſuaſiones Principis, ſi ſunt importu*
næ, licet non faciant præſum metum, niſi præceſſerint mi
næ, tamen faciunt actum nullum.

1 Blanditias Principū vehemētiſſimas me
tum inducere,† & de illis con
ſtito,& probato,metū probatū dici.ſcriuere Imp.Gra-
tia.Valē.& Theo. & ab Accu. explicatū fuit in l.1.C.
ſi rect.prouin.idē tradidit gl.in l.1.in prin in ver. quē-
admodū,& ibi Pau.ff.ꝙ metu.c.cū inter R.de elect.&
ibi latè Imo.Bal.in c. quæſirū. & ibi Fel.nu.a.extr. de
off.& poteſt.iud.deleg.Imol.in c.petitio,in prin. extr.
de iureiur.gl.in l.1.in verſ.quædam.ff.quod iuſſ Bald.
in c.vnico.§.iniuria.de pace iuram.firmand.in verbo
feudo.Alex.in conſ.124.lib.1. Corſet.in ſuis ſingula-
2 ribus in verbo metus. Et ratio eſt, † nā blanditiæ Prin-
cipum minis æquiparantur, arg.gl.in l.1.C.ſi rect.pro
uin.& notat Fely.in c.1.de offi.deleg.vbi etiam decla
3 rat, quando blanditiæ inducant metum,† & quando
non. Etenim,vt inquit ille.

4 Ideò intellige concluſionē procedere,† ſi inter per-
ſonas non prohibitas donare facta fuerit huiuſmodi
donatio,& dummodo in ea talia verba fuerint aſſer-
ta. Bart.in l. ſi forte.ff.de caſtr.pecul. Caſtr.in l. Aquil.
ff.de donat.& in l.per diuerſas.C.mand.gl. & Doct.
præſertim Bart.in l.ſi donat.C. de collat. & in l. opti-
mam.C.de contrah.& commit.ſtip. & notat Mātu.
in conſ.51.nu.6.vol.1.& Neuiz. in conſ.8. nu. 16.

* Et hanc eſſe cōem opinionem atteſtatur Soc. Sen.
5 cōſ.295.nu.7.vol.2.†Verùm de probatione beneme-
ritorum videas plenè per Tiraq.in l.ſi vnquam.C. de
reuoc.donat.in verb.donat.largitus.nu.7.cū alijs vſq;
ad . . . quem omninò vide, nam alioqui vbi donatio
facta ſit inter perſonas prohibitas propter merita, nō
6 valet.niſi benemerita probentur aliter,†quàm per aſ-
* ſertionem donantis,vt per Doct.* cōiter in d.l. ſi do-
nat.& voluit Alex.in cōſ.43.col.2.vol.4.Dec. in cōſ.
20.vol.2.Iaſ.in cōſ.154.per tot.vol.2.& Anch.in cōſ.
242. vbi dicit,φ licèt donatio pp merita facta concu
7 binæ valeat,† tamen id intelligēdum eſt,ſi merita, &
ſeruitia ꝓbari poſſunt,aliàs ſecus, & vſq; eo dicit hoc
eſſe verū, vt nō ſufficerent verba narratiua inſtrī do-
nationis,vt ſi diceret,ſe donaſſe pro ſeruitijs, meritis,
& obſequijs, qa illa verba nō ſufficerent ad prædicta
8 probāda, † poſtquam prolata ſunt inter perſonas pro-
hibitas, talibus enim verbis fides non adhibetur, ſed
adiecta præſumuntur in fraudem legum, arg. l. eum
quis. §. pen. ff. de leg. 3.cum alijs multis adductis per
Rol.à Valle in conſ.98.nu.53.vol.1.

Primò amplia,vt procedat, ſi talia verba in genere
fuerint enunciata,vt pote dono pro benemeritis acce
9 ptis,† nā hoc caſu, ſi actum fuerit inter perſonas non
prohibitas facere donationē,huiuſmodi verba enun-
ciatiua probant benemerita, ita conſuluit Dec. conſ.
20.per tot.ita Iaſ.conſ.154.nu.4.vol.2.qui quidē con-
ſulētes aiunt,ita intelligi debere,d.l. ſi fortè,hoc eſt,
qñ in genere inter perſonas nō prohibitas hmōi ver-
ba enunciata ſunt,benemerita probant,& ita intelli
git Paul. Caſtr. in d. l. Aquil. vbi in genere loquitur.
Alex.in d.l.ſi donat.Fel.in c.ſicut.col.12. de re iud.&
Neuiz.in d.conſ.8.nu.16.vol. 1.

Sed contrarium huic opinion* conſuluit Barthol.
10 Soc.in conſ.295.vol.2.nu.7. & 8. † vt non probentur
per verba enunciatiua in genere prolata, ſed qñ ſpe
ciatim,& nominatim beneficia,& benemerita relata
ſunt,& idē ſequitur Bal.in l.illud.C.de ſacroſ.eccl. in
4.q.& in l.ſi.de exercito.act.& Oldr.in cōſ.5. incipiē.
Titius dedit.nu.1.& idē cōſuluit Iaſ.ſibimet cōtrarius
in cōſ.227.nu.8.& 9.& 10.fundamēto, ſed Rip. in l. ſi
vnquā. C.de reuoc.don.q.16.nu.37.approbat opinio-
nē,& cōſ.Dec.in d.conſ. 20.ex rationib. per eundem
Dec.ibid.adductis,quas ſequit̄ idē Rip. in d.l. ſi vnq̄.
C.de reuoc.dona. & ibi refellit,q̄ huic opinioni repu-
gnare videtur, & latè Iaſ.in cōſ.154. vbi ex rōnib. per
eū ibi allega. & adductis ponit falcē ad radices huius
dubię quęſtionis & ,ad hoc faciūt in hac 2.ampl.not.

Secundo amplia,ſi hmōi verba enunciata, & pro-
lata fuerint in actu inter pſonas ꝓhibitas illū facere,
11 †dūmodo ipſa benemerita expreſſa,& ſignificata fue
rint,quia tunc per talia verba benemerita probant̄, vt
placuit Bal.in d.l.ſi dona.& idem Bal.in lect.antiqua
in l.ſi.ff.de exerci.act.vbi limitat gl.in d.l. ſi donatio-
ne,procedere, qñ merita non fuerunt ſpeciatim enu-
merata in actu inter pſonas prohibitas illū actū face
re,vt ibi loquit̄.gl.ſi dicit ibi in vniuerſum facta men-
tio meritorū,ſecus ergo ſi ſpeciatim,& ꝓ hac allegat.
d l.Aquil.enim gl.in verb. meram. & idem vt̄ ſentire
Paul.Caſt,conſ.105. D.Huber. & expreſsè idē voluit
Iaſ.in d.conſ.154.n.4.vol.2.vbi ait,ita intelligi dictū
Bart.in d.l.ſi forte.aliorū idem dicentiū, ideſt, vt pro-
cedat, qñ generatim inter perſonas prohibitas bene-
merita enunciata fuerunt,ſecus ſi particulatim,& cla
rè commemorata fuerint,vt tunc,etiā ſi inter perſonas

12 prohibitas,probent,†illud verò obſerues,hmōi pecu-
liarem mentionem requiri ad probandum, beneme-
rita paria eſſe,& reſpōdere donationi, vt docuit Rip.
in d.l.ſi vnquam.d.q.16.C.de reuoc.donat.

Tertiò amplia,vt procedat, etiam ſi huiuſcemodi
merita fuerint vna cōprehenſione in actu inter perſo
nas prohibitas enunciata, vt in donatione facta inter
13 vir.& vxor. & filium, & patrem †quia tunc per talia
verba, dūmodò in illo actu interuenerit iuramentū,
benemerita probantur,ita Rip.in d. l. ſi vnquam.d.q.
16.& in conſ.9.col.ſi.lib.3.Grat. in conſ.7.nu.33.vol.
2.Corn.conſ.104.circ.prin.lib.2.& in add. ad Alex. in
tract.de præſ.reg.1.præſ.16.nu.2.Bal.in d.l.ſi donatio.
14 vbi inquit,† donationē factam filio per patrē cū iura
mēto,& in qua pater particulatim ſpeciem, & genus
meritorum exprimit,valet, & hr̄des donantis tenent̄
illi fidem habere,& Bal.ſequuntur Iaſ.ibi, & recētio-
res in repet.d.rub.de donat.int.vir.& vxo.§.50.nu.29.
15 & licet Bal. vt dictū eſt, loquatur † quando eſt facta
præcipua mentio meritorum,id ēt dicendū eſt,quan-
do ſolum facta eſt expreſſio meritorū in vniuerſum,
vt dicit Rol.à Val.in conſ.98.nu.52.vol.1.φ verò iu-
16 ramentum probet merita, † ēt in prohibito donare,
reſpondet Alex.in conſ.8.ad ſi. vol.2.Ang.in l.pen.§.
mulier. ff. ſol.matr. Iaſ. in repet. l. frater à fratre.ff.de
cōd.indeb.col.pe.in ſi.Io.Lup.in rub.de don.int. vir.
& vxo.cū alijs multis adductis per Neu.in cōſ.8.n.17.

Ad id tamē,φ diximus,animaduertas, merita pro-
17 bari iurō inter perſonas prohibitas,† vt inter patrem,
& filium, ſimpliciter illud vnum nō ſit intelligendū,
ſed ſalubriter,& incorruptè.nam ſi iuramētum appo-
natur ſuper benemeritis, donatio ipſa facta inter pa-
trem,& filiū ob benemerita tali iuramento non con-
firmatur, ſecus ſi iuramentum fuerit in primis appo-
ſitum ſuper ipſa donatione, & ita intelligendos eſſe
Doctores dicit Gra.in conſ.63.nu.26. vol.2.

Huius axiomatis ratio eſt,quia iurm̄ in hoc caſu ita ef-
18 ficit,vt ipſa donatio cenſeatur,† ac ſi facta fuiſſet in-
ter perſonas non prohibitas donare, quia cum iurm̄
ſit de iure diuino, vel naturali, patria poteſtas nō cō-
ſideratur,vbi illud interuenit, vt l. item in poteſtate.
ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur. Veruntamen φ cō-
* munis * ſit Doctorum opinio, † iurm̄ probare dona-
19 tionem inter patrem,& filium,tradit Rip.vbi ſup.nū.
35.& Ceph.in conſ.61.nu.21.vol.1.vbi tamen ſub nu.
6.limitat hanc cōem concluſ.non procedere, vbi cō-
currant duo defectus,ideſt, rei & perſonæ, φ donatio
excedat limites a iure præſcriptos,ſicq; facta inter p-
ſonas prohibitas,nam tunc ſtāte tali duplici defectu,
20 † donatio iuramento non corroboratur.niſi fortè, vt
inquit Dec. in conſ. 237. nu.3. verſ.nec dicatur, iurm̄
in tali donatione eſſet duplicatum,& geminatum,&
dicit Ceph.in d.conſ.61.nu.12.ſup.d. communē con-
cluſionem maximè ꝓcedere in donatione remunera
21 toria inter patrē,& filium, † in qua ſi benemerita ſint
eum iurō demonſtrata, illa neceſſariò non eſſe aliter
* declaranda,vt ēt de * cōi atteſtatur Bal. in l. ſi donat.
C.de colla.cū alijs adductis per Ceph. vbi ſup. nu. 14.

Secùs verò ſi nō interceſſerit iurm̄, vt idē Rip. ſen-
tit.nu.35.ponderando.d. Bar.in l. cum quis decedens.
22 § Titia.ff.de leg.3.vbi tenet,†aſſertionē benemerito-
rū ēt iuratā nō ꝓbare merita,qa ibi pluſupponit, iurm̄.
non robotare donationē int.vir.& vxo.φ præſuppoſi
* tū,cū hodie ſit falsū.qa *cōis eſt opinio,ipſū cōfirma-
re,vt idē Bart.in l.1.ff.de don.int vir.& vxor. Abb. &
23 Canonis.in c.cū cōtingat.ext.de iureiu.† ergo fit, vt
aſſertio beneficiorū,& benemeritorum probet bene-
merita, & in terminis idē decidit Tho. Grā.deciſ.73.
24 nu. 10.vbi expreſsè ait,† iuramentum inducere plenā
probationē meritorum, quod etiam placuit Barthol.
Cæpol.de ſimul.contract.in ſeptima præſum pt.idem
Capic.in deciſ.102.vbi affert exemplum de donatio-
ne concubinæ donantis clerici, quæ licèt regulari-
ter

25 ter adhuc durante concubinatu non valeat, † quia inter perſonas prohibitas,tamen locũ haberet,quando ob merita facta fuiſſet, & ipſa benemerita probẽtur per iuramentum dantis,vel aliundè,quam per aſſertionem donantis,& per hoc teſtatur Rom.cõſ.43. qui loquitur in donatione militis,vt ſupra de clerico,
26 †& ſic probatis benemeritis,donatarius non aſtringitur aliam probationem eorũ facere,vt Pariſ.conſ.73. nu.11.donatio iſta,vol.1.

Primò limita hanc ampliationem nõ procedere,ſi aliæ cõiecturæ,& præſumptiones concurrerent, quæ
27 redderent cõtractum ſimulatum, † quia hoc caſu nihil quoad benemeritorum probationes, vel ad firmitatem contractus tale iuramentum ſufficeret,vt gloſ. notab.in l.emptione.C.plus.val.quod agit. & c. & ibi Doct.& Zabarel.in c. ad noſtram.in 2. quæſt. ext. de
28 emptio.† nam iuramentum hoc caſu cẽſetur eiuſdem qualitatis,cuius eſt contractus,l.ſi.C.de non nu. pecu.& quod iuramẽtum tali caſu nihil proficiat, eſt conſ.Barba.29.nu.4. vol. 3.

Sublimita,vt tantũ procedat,ſi ſimpliciter iuratum eſſet(de non contraueniendo) ſecus ſi expreſsè fuerit iuratum omnia, & ſingula in iuramento cõtenta vera eſſe,quia tunc allegando ſimulationem non repugnaret iuramento,vel niſi iuramentũ ex interiori interueniſſet,quia tunc non obſtãtibus præſũptionibus probarentur benemerita, ſicque confirmaretur contractus,vt Bar.Cep.de ſimul.contract.2.præſump.nu. 46.cum ibi allegatis.
29 Sed in hoc diligenter obſerues,† ne imponatur aliqua clauſula inſolita,exempli gratia, apponatur illũ expreſsè iuraſſe, illa benemerita fuiſſe præſtita ſibi à tali,quia hoc caſu præſumitur fraus.arg. l. cũ allegas. C.de vſur.& ita ait Barba.conſ.29.nu.15. vol. 3.

Secundò limitatur tertia ampliatio,& omnia alia
30 ſupra notata,quando agitur de præiudicio tertij,† qa ſi hoc caſu iuramentum nihil releuat, vt c. quamuis. de pact.in 6.c.licet.ext.de iureiur.eo.lib.Alex.conſil. 55.col.2.vol.1.cũ ibi allegat. Ergo multo minus, vbi agitur de tertij præiudicio locum habere debent ſupradicta,cũ in eis preſupponatur non interueniſſe iuramentum. Et ſicut tunc probãtur benemerita quoad ipſum iurantem,vt patet per ſupra allegata iura, quæ negant,quando agitur de tertij præiudicio,ergo concedere videntur,quando tantum de præiudicio iurãtis agitur,arg.c.nonne bene dicimus.ext.de præſũp.l. cũ prætor.ff.de iudic.& ita dicitur per addit.in marg. ad Guid.Pap.in deciſ.95. in fi.
31 Sublimita,† ſi aſſertione Principis ipſa benemerita ſpeciatim enumerata,& iurata fuerint,quia tunc benemerita probãtur etiam quoad præiudicium tertij, nam propter ſingularitatem perſonæ creditur eis de cauſa,licet actum facere nõ poſſint ſine illa cauſa, vt ſentit Alex.in conſ.24.vol.4.Grat.in conſ.61. nu.58. vol.1.ita conſuluit Iaſ.in cõſ.227.col.7.verſ.9.vol, 2. & in conſ.101.nu.3.vol.3.vbi ſentit etiam ſi generaliter enunciata fuerint,cum ibi allegatis,ex quibus ẽt
32 ibidem ſentire videtur† probare in præiudicium tertij,etiamſi non interuenerit iuramentũ, & nõ à Principe pronunciata fuerint,ſed à quolibet alio,dũmodo benemerita ita nominatim dicta. & expreſſa ſint, quia tunc probant etiam quoad præiudicium tertij.

De Principe tñ contrarium videtur ſentire Ceph.
33 in conſ.168.nu.42.vol.2.vbi dicit non eſſe verum† cp vbi merita ſint ſigillatim nominata,de illis credi aſſertioni Principis,per Alex.& Dec.in d.l.ſi donatione.C.de collatio.quia fraus facilè fieri poſſe.

Tertiò limita,quæ ſupra dixi, id eſt, qñ enunciata fuerint in actu inter perſonas prohibitas illum facere,vt non procedat, quando huiuſmodi enunciatio fieret à Principe,vel à iudicibus, aut ab alijs habenti-
34 bus iuriſdictionẽ de publico,† quia tunc licèt faciat illam aſſertionẽ in actu, in quo liberè nõ poſſunt diſponere,tamen ſtatur eorum aſſertioni,& cõfeſſioni. Iaſ.in d.cõſ.227.col.3.verſ.10.vbi corroborat hoc dictum multis exemplis,vt ibi per eum, & idem cõſuluit idem Iaſ.conſ.101.nu.3.vol.4.vbi pro hoc allegat Bar.in l.ambarioſa.ff.de decret.ab ordin.faci.col. vlt. & ſequitur Bald.in c.paſtoralis.in princ.de offi.deleg. & hoc procedit etiam,vbi agitur de præiudicio tertij, vt idem in d.conſ.227.col.7. & idem tenet ex multis alleg.Dec.in d.l.ſi donatione.nu.30.C. de collat.

Quartò limita, ſi talia benemerita eſſent notoria,
35 † quia hoc caſu licèt eſſent enunciata in actu inter pſonas prohibitas,vel non, & in genere, vel in ſpecie probantur per talia verba.Iaſ.d.conſ.227.col.7.Hippol yt.Marſil.ſingu.610.non ſtatur.

Quintò limita,vt non procedat cõcluſio,qñ eſſent
36 præſumptiones,† & coniecturæ de aſſertis benemeritis,quia quoad eorum probationem ſtandum eſt tali aſſertioni,vt notat Sal.in l.ſi mr̃.C.de contrah.empt. Alex.cõſ.18.lib.3. & ſequitur Dec. in d l.ſi donatio-
37 ne.nu.31.† nã hoc caſu benemerita abſq; aliqua pbatione probantur p tales cõiecturas,vt in ſimili Bal.in l.iubemus.C.de ſacroſ.eccleſ.& ex multis allegatis p Alc.in add.in ſuo trac.de præſũ.reg.1.pſũmp.16.n.1.

Ampliatur ẽt hæc limitatio,vt ſi actus inter pſonas phibitas factus ſit,quia tunc ſi adſint veriſimiles cõiecturæ,ſufficiunt ad probationem benemeritorum, ita inquit Alc.de præſump.d.præſũp. 16.vbi pro hoc allegat vltra Sal.in d.l.ſi mater.& Alex.in d.conſ.18. etiam Dec.conſ.202.col.pen.& Ang.conſ.241.pater eius.Hippo.Marſi.ſing.610.nõ ſtatur aſſertioni.Bal. conſ.66.inter virũ.lib.1.& in l.ſi voluntate.C.de dot. promiſ.& hoc notabiliter dicit Dec.in d. l. ſi donatione.col.4. C. de collat.
38 Sextò limita concluſionem,vt non procedat,quãdo de modico preiudicio agitur,quia tunc aſſertioni partium de benemeritis ſtatur, etiam in materia, in qua non poteſt diſponere,ita Dec. in d. l. ſi donatione.nu.31.vbi pro hoc adducit Abb.in c.ſi.de probat. & ibi idem Dec.

CONCLVSIO CLXXXV.

ARGVMENTVM.

Benemerita quomodo probentur.

SVMMARIVM.

1 *Probatio coniecturalis, & præſumptiua probat benemerita.*
2 *Aſſertioni mariti dicentis ſe ex pecunia vxoris emiſſe, creditur,ſi coniectura,vel præſumptio concurrat, mulierẽ aliunde,quàm ex bonis mariti pecunias illas habuiſſe.*
3 *Aſſertioni mariti dicentis dotem fuiſſe numeratam ſtatur,quando aliqua præſumptio,& coniectura cõcurrit.*
4 *Veriſimile non eſt, maritum vxorem diu indotatam habere voluiſſe.*
5 *Coniecturæ legum non expreſſæ, nec definitæ iudicis arbitrio relinquuntur.*

1 Benemerita vt probentur ſufficit coniecturalis,† vel præſumptiua probatio, ſic loquutus eſt Iaſ. in conſ.154. colu.4. verſ.5.pro iſta parte, & clarius in conſ. 184. col. pen. verſ.de præmiſſis.lib.1.& magis clarè. Alc.tractat. de præſump.reg.1.præſump.16.nu.3.& reſponſ.584.verſ. 5.huic confert conſilium Bal.66 inter vir.& vxo.lib. 1.Bal.ſequutus fuit Tiraquel. in l. ſi vnquam.in verbo donatione.nu. 101.Salic.in l.mater. C. de cõtrah.
2 empt.qui dicit,† vt & ſi credendum non ſit aſſertioni mariti dicẽti ſe ex pecunia vxoris emiſſe,credi tñ,qñ aliqua cõiectura,vel præſumptio concurrit, mulierẽ

alium-

aliunde, quàm ex bonis mariti pecunias illas habere
potuiſſe. Idē voluit Soc.ſen. conſ.65.verſ. 20. probaſ.
col.5.latè Crau de antiquit.tempo.in 3.partic.primæ
part.princ nu.70.71. Bal.in l. vni.nu.7. C.de priuileg.
3 doc. eum docuit, † vt etſi non ſtetur aſſertioni mariti
dotem fuiſſe numeratam, credi tamen, qñ aliqua præ
ſumptio, & coniectura concurrit, vt quando maritus
iam eam diu domi aluiſſet, quia veriſimile non eſt, il-
4 lam † tandiu indotatam habere voluiſſe. Gram. deci.
103.nu.6. Neuiza.conſ.57.nu.3.in fi. Rol.à Vall.cōſ.
85.nu.43. lib.1. Verumtamen quia hæ coniecturæ le-
5 gum non ſunt expreſſæ † nec definitæ, iudicis arbitrio
relinquuntur. Tiraq.d. loco ſupra citato in verbo do-
natione, nu.102.in fi.& ſentit Alcia.d. præſum.16.nu.
3 & reſpon. 184.nu.3. dum citat l. etiam.§. 1. ibi, æſti-
mare debebit iudex.ff.de manumiſ.vindic.

CONCLVSIO CLXXXVI.

ARGVMENTVM.

Probandum eſſe, benemerita remunerationi eſſe paria, & reſpōdere rei donatæ, & quo pacto id procedat.

SVMMARIVM.

1 *Benemerita probari debent condigna eſſe remunerationi, & reſpondere rei donatę.*

2 *Donatio facta propter benemerita non valet, ſi ad numerum, & æqualitatem benemeritorum facta non ſit.*

3 *Præſtans inſigne officium remunerationem meretur.*

4 *Benemeritus dicendus eſt is, qui aliquod rarum præſtitit ſeruitium.*

5 *Benemerita filij non eſſe æſtimanda, ſi ſint obſequialia, ſecus ſi artificialia, & ex abundanti charitate procedentia.*

6 *Impius, inhumanus, reprehenſibilis eſt frater, qui fratrem ſecum habitantem, ac infirmitate periclitantem deſerit.*

7 *Frater alimentans fratrem, vel eius familiam facere cenſetur intuitu pietatis, & naturalis obſequij.*

8 † quę & ipſa põt allegari,& ꝓbari in deciſione cauſarũ.Cor.in conſ.65.ver.item ſuper prima prouincia,& in conſ.180.lib.2.Saly.In ſuo conſ. ꝙ incipit, Mathaſias Hebræus.ꝑ l.in ſinagoga. C.de Iudæ. & l. Iudæos. C.eo.Baib.in conſ.15.lib.2.Io.Cãpeg.in tract.de dot. in vlt.q.Ant.de Roſ.in arbore conſanguinitatis, in vlt. q.ver.ſed nunc occurrit dubiũ,Alex.& Iaſ.in l.1. ff.ſi cert.per.Florianus in l.max.vitium.C.de lib.præt.

Hæc verò ampliatio declarãda eſt, vt ꝑcedat duobus concurrentib. Primũ, vt quæſtio ſit inter Iudæos, quia ſi inter Iudæũ,& Chriſtianum ſeruãtur iura Romanorũ.l.Iudæi.C.de Iudæis.Secundũ,quod lex Moſaica loquatur ſpecificè in illo caſu: lex vero Romanorũ nihil loquatur de hoc caſu, vel ſi diſponit, hæc diſponit in genere; Moſaica verò ſpecificè, ita tenẽt omnes præcitati d.ampliatione quarta,in dictis locis, & Fel.in c.Iudæi.in ver.ext.gl. de Iudæ.

Limitatur modò principalis cõcluſio, vt procedat in quæſtionibus per leges, vel Canones nõ deciſis, ſecus in his, quarũ deciſionẽ habemus in iure Cæſareo,
9 vel Pontificio,† auctoritas enim legis condendæ non illis,ſed iſtis data eſt à Deo Opt. Max. c.tranſlato. de conſt.gl.in ſumma 20.diſt.& ibi tex. in c.1.& ſeq.facit clem.1.§.fi.de ſumm.Trin.& d.Archi.& Domi.in c. Auguſt.26.diſt.Abb.in cap.1.de offi.iudi.deleg.& ibi Fel.& in c.ne innitaris.de conſti.

Reſtringiᵗ hæc limit. vt nõ ꝑcedat in duob. caſib.
10 Prior eſt,† qñ dictæ auctoritates Bibliæ,& ſanctorũ Patrum aduerſantur dictis Pontificis. Max. vel Cęſaris non legem condentis, ſed interpretãtis legem, vel ſacram ſcripturã,nam auctoritas ſummi Pont & Cæſaris cedit.Innoc.IIII.in c.per tuas.de ſimo.Abb.in c. capellanus.de fer.Hoſt.in c.ſolẽt.de ſent.excom.in 6. & ibi,Io.And.Arch.& Dom.in Sũma 20.diſt. niſi tñ interpretatio eſſet de neceſſarijs ad ſalutẽ, vt de fide, & ſacramẽtis, qa in illis ſtatur interpretationi ſummi Pont.qui ſi errat à ſolo concilio corrigitur. c.nulli fas. 19.diſt.c.ſi Papa.40.diſt.facit cle.1.§. fi.de ſumm.Tri. ſentit Abb.in c.ne innitaris.de conſtit.
11 Poſterior caſus eſt,† ſi dicta ſanctorũ Patrũ eſſent innixa auctoritati noui Teſtã, vel veteris,tunc.n. præualent ẽt conſtitutioni Pontificiæ,glo.in c.de libellis. in ver.illorũ 20.diſt.tex.& ibi glo.in c.fi.36.q.2.Abb. in c.qualiter,& qñ. il 2.de accuſ. Io.de Imo. in c.cum cõtingat.in 7.not.de iureiu.And.Tiraq.ĩ trac.de iur.
* primog.q.40.Dec.in l.1.ff.ſi cert.pet.& * oẽs Doct in c.1.de offi.deleg.& in c.ne innitaris.de cõnſt. Iaſ.in §. quædam.nu.67.Inſt.de act.Rom. in ſing.ſuo 685.

CONCLVSIO CXCII.

ARGVMENTVM.

Bibliothecæ legato an iudicandum ſit cum libris venire armarium.

SVMMARIVM.

1 *Bibliothecæ legato non iudicandum eſt, venire armarium, ſed tantum libros, ſed in hoc attenditur prius qualitas & legantis, & legatarij.*
2 *Scholaris legans alteri ſcholari bibliothecam, ex tali legato veniunt etiam libri.*
3 *Stationarius legans alteri bibliothecam cenſetur ſentire magis de armario, quam de libris.*

1 Bibliothecæ legato non iudicandũ eſſe, venire armarium,† ſed tñ libros, doctrina fuit inſignis Bar. in l.cum pater.§. menſæ.in fi. de lega.2. & tex. in l.librorum.§. ſed etſi Bibliotheca.& §.libris.& ibi Bar.de leg.3.

Sed in hoc tñ erit ſtatuendũ inſpecta prius qualitate,& legantis,& legatarij,niſi aliter ex verbis legantis
2 de eius mente appareret,† nã ſi ſcholaris ſit q legat alteri ſcholari, ex tali legato venirẽt ẽt libri, ita ait Bar. in d.§.ſed etſi bibliotheca.ꝑ tex.in l. quod tñ Caſſius. in fi.ff.eo.tit.& l.plenũ.§.equitij.de vſu & habi. l. ſed etſi ſuſceperit. §. 1. ff.de iud. Si verò ſtationarius ſit, q
3 legat alteri,† tunc cenſeᵗ ſentire magis de armario, q de libris,ita ſentit idẽ Bar.in d.loco, per tex.in l. cũ filiofam. ff.eo.titu.de leg.3. primũ tñ eſſet aduertendũ quomodo fuiſſet cõcepta carta legati, vt aduertit idẽ Bar.ibidem,& tandem eſſet attendendus cõis vſus loquendi illius regionis, vt in ſimili diximus in limitatione ad concluſionem,beſtiæ,per iura ibi allegata.

CONCLVSIO CXCIII.

ARGVMENTVM.

Blanditiæ Principum inſtantiſſimę an metum inducere dicantur.

SVMMARIVM.

1 *Blanditiæ Principum inſtãtiſſimę metum inducere dicuntur,& de illis conſtito, & probato metus probatus dicitᵗ.*
2 *Blanditiæ Principum minis æquiparantur.*
3 *Blanditiæ qñ metũ inducãt,& quãdo non, vide remiſſiuè.*
4 *Blanditiæ, & rogamina iuſtum metum inducunt, ſi agantᵗ à tyrãno ſolito ſæuire in eos, q ſuis pcibus non obtẽperãt.*
5 *Blanditię prælati,& ſuperioris,qui in ſuos ſubditos ſolet ſæuire precibus,& votis non obedientes, metum inducunt.*
6 *Princeps vel prælatus in dubio malè tractare ſuos ſubditos non præſumitur.*
7 *Metus non præſumitur ob reuerentiam, niſi concludenter probentur præceſſiſſe verbera, & minæ.*
8 *Blanditiæ Principis ſimpliciter, abſq; ꝙ præceſſerint minæ, vel ꝙ conſuetus ſit tyrannicè ſæuire in eos, qui precibus ſuis blandis non obtemperant, metum non inducunt. Idem dicitur de iuſſu ſuperioris. ibid.*
9 *Blanditiæ, preces, ac perſuaſiones Principis, ſi ſunt importunæ, licet non faciant præſumi metum, niſi præceſſerint minæ, tamen faciunt actum nullum.*

1 Blanditias Principũ vehemẽtiſſimas metum inducere,† & de illis conſtito,& probato,metũ probatũ dici.ſcriuere Imp.Gratia.Valẽ.& Theo.& ab Accu. explicatũ fuit in l.1.C. ſi rect.prouin.idẽ tradidit gl.in l.1.in prin in ver. quẽadmodũ,& ibi Pau.ff.ꝙ iuſſu.c.cũ inter R.de elect.& ibi latè Imo.Bal.in c. quæſitũ. & ibi Fel.nu.2.extr. de off.& poteſt.iud.deleg.Imol.in c.petitio.in prin. extr. de iureiur.gl.in l.1.in verſ.quædam.ff.quod iuſſ Bald. in c.vnico.§.iniuria.de pace iuram.firmand.in verbo feudo.Alex.in conſ.124.lib.1.Corſet.in ſuis ſingula-
2 ribus in verbo metus. Et ratio eſt,† nã blanditiæ Principum minis æquiparantur, arg.gl.in l.1.C.ſi rect.prouin.& notat Fely.in c.1.de offi.deleg.vbi etiam decla-
3 rat, quando blanditiæ inducant metum,† & quando non. Etenim,vt inquit ille.

Eſt rogare Ducum ſpecies violenta iubendi.

Hinc Zeno cũ ab Antigono p literas obnixè fuiſſet
rogatus, vt ad illũ proficiſceretur, rñdens dixit, ſe id fa
cturũ, q iuberet Antigonus, niſi ætas obſiſteret, cum
tñ nõ iuſſiſſet Antigonus, ſed oraſſet, vt tradidit Dio-
ge. Laert. Id ẽt cõprobat Tacitus lib. 14. cum dicit de
Nerone loquens. Meretes ab eo, qui iubere põt, vim
neceſſitatis affert. Eodem pertinet illud Auſonij ad
Theodoſium Auguſt. in quadam epiſtola ad Paulũ.

Scribere me Auguſtus iubet, & mea carmina poſcit:
Pleni rogans, blando ius latet imperio.

Primò amplia multo magis concluſionẽ pcedere
in tyrãno, q ſolitus eſt ſæuire in eos, qui ſuis pcibus nõ
obtemperant, nã tunc blanditiæ inducunt iuſtũ metũ
4 in parẽre, † bona gl. in l. 1. ff. quod iuſſ. tenet Bar. in ſuo
trac. de tyranni. Abb. in c. Abbas. nu. 4. ext. de ijs q vi
metus &c. Fel. in d. c. quia quæſitũ. nu. 2. de offi. deleg.

Vnde Plato dicere ſolebat in epiſtola quã ſcripſit
ad Dionis propinquos. Preces tyrannorum neceſſita-
ti eſſe permittas. quod ex eo vſurpauit Cicero lib. epi-
ſtol. ad Attic. 9. cuius initium tuas. Mimus quoque eſt
in eam ſententiam elegantiſſimus:

Rogando cogit, qui rogat potentior.

Secundò amplia idem procedere in omni prælato,
5 & ſuperiore, † qui ſolet ſæuire in ſuos ſubditos precib.
ſuis, & votis non obedientes, vt intelligenda eſt gl. in
l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. act. non datur. Abb. d.
c. Abbas. nu. 4. ſub fin.

Limita primò non procedere in dubio, qa non præ
6 ſumit Princeps, vel prælatus † malè accipere ſibi ſub-
ditos ita placuit Io. Andr. in c. inſinuante. qui cler. vel
vouent. & ibi Abb. in fi. Fel. d. c. quia quæſitum. nu. 2.
ſub fi. qa in illis nec pſumitur metus ob reuerentiam,
7 † niſi concludenter probent præceſſiſſe verbera, & mi
næ, ſicut nec in patre & marito. Inno. in c. cũm matri-
monij. de off. dele. quẽ ſequit Zab. Abb. Sicul. Anch.
& Fel. Bar. in l. 1. §. quæ onerãdæ. & ibi Bolog. in prin.
l. ff. quar. rer. act. Bar. Bal. Ang. Alex. Franc. de Are. in
l. interpoſitas. C. de tranſ. Bal. in l. fi. ff. de cõd. ob turp.
cau. Bar. in l. metũ. & ibi Iac. de Aurelianis. C. q met.
cau. Cyn. & Bal. in l. 1. C. de bo. mat. Ang. Io. de Imo.
Alex. in l. ſi cum dotem. §. eo aũt tpe. ff. ſol. mat. Abb.
Sicul. in c. cũ contingat. in 1. not. de iureiur. & in cap.
nonne de præſumpt. Domi. in c. quis pacta, per illum
tex. & ibi Georg. Natt. ver. 2. nota. de pact. lib. 6. Inn. &
Abb. Sicu. in c. accedẽs de conuer. cõiug. Io. Fab. Bar.
Bal. Ang. Pau. de Caſt. Fran. de Aret. in l. ad inuidiam.
C. de his, quæ vi, me. cau. Ang. Aret. & Iaſ. in §. quadru
pli. Inſtit. de act. Bal. in conſ. 223. nu. 3. lib. 2.

8 Hinc euenit, † vt neceſſe ſit probare vltra blãditias
qualitates ſupraſcriptas, ideſt, vt pceſſerint minæ, vel
q ſoleat tyrannicè ſæuire in eos, qui precibus ſuis blã
9 dis non obtemperant, vt reſpondit Alex. conſ. 16. lib.
3. nu. 4. And. Barb. in c. 1. de off. dele. Inno. in c. peti. de
iureiu. Io. And. in c. inſinuãte, qui cler. vel vouen. vbi
Abb. in fi. huc ſpectat, quia idẽ dr de iuſſu ſuperioris,
etenim illo probato nõ dr probatus metus, niſi ſupra-
ſcriptæ qualitates probentur. Alex. in conſ. 16. libr. 3.
Petr. de Anch. conſ. 290. aliàs 300. viſa ſupraſcripta fa-
cti narratione. Ang. in conſ. 215. thema tale proponi-
tur. Domi. in conſ. 15. in 1. dub. Natt. conſ. 589. nu. 11.
& conſ. 616. nu. 4. Bar. in l. metum. C. quod me. cau. in
l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. col. 2. ver. 5. quæro.
ff. de ope. nou. nun. Abb. poſt alios in c. fin. de appella.
Rol. à Valle conſ. 27. lib. 3.

Reſtringitur primo hæc limitatio, vt nõ procedat,
ſi blanditiæ, preces, ac perſuaſiones ſint importunæ,
9 † quia tales licet in cauſa non ſint, vt præſumatur me
tus, niſi vt ſupra, tamen actum reddunt nullũ, qui per
eas factus probatur. c. petiſio. & ibi Inn. in prin. de iu-
reiur. quem ſequitur Gui. Pap. ſing. 463. Afſli. in deciſ.
Neap. dec. 69. nu. 5 vbi multos allegat, & plures ad id
alleg. Aym. Crau. in conſ. 10. nu. 17. quos ſequitur.

CONCLVSIO CXCIIII.

ARGVMENTVM.

Blaſphemia quàm graue ſit ſcelus oſtẽditur, atque quomodo probetur quis blaſphemus, & an idem teſtis eſſe poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemus conſuetus is dicitur, qui ſæpius, quàm bis, vel ter blaſphemauit.*
2 *Blaſphemandi conſuetudo non probatur per teſtem deponẽtem de vno actu, & alium de alio, quia ſinguli actus probari debent per duos teſtes.*
3 *Blaſphemus quis non dicitur per verba, quæ in communi vſu loquendi iniurioſa ſunt potius, quam maledicentia.*
4 *Peruſini per laſciuiam, & ebrietatem blaſphemant, & puniendi ſunt, ſed mitius.*
5 *Blaſphemare eſt, dicere, al diſpetto di Dio.*
6 *Blaſphemia reputatur in dominio Mediol. & inter atroces dicere, al diſpetto di Dio.*
7 *Conſuetudo Prouinciæ non tollit, quod blaſphemans in totum impunitus euadat.*
8 *Senatus Mediol. iubet reijci capitula, in quibus imputati de blaſphemia conſuetudinem probare volunt.*
9 *Blaſphemans ex conſuetudine loci non eſt puniendus.*
10 *Conſuetudo quamuis iniqua, & irrationabilis, tamen excuſat à pœna temporali.*
11 *Conſuetudo facit, quod illud, quod ſecundũm leges eſt delictum, non ſit delictum punibile temporaliter.*
12 *Luſor ſemper præſumitur blaſphemare, & blaſphemus eſſe.*
13 *Blaſphemator teſtis eſſe non poteſt.*
14 *Grauiſſimum ſcelus diuinam offendere maieſtatem.*
15 *Blaſphemator nec etiam eſt admittendus ad pprobandum contra perſonas teſtium.*
16 *Blaſphemator admittitur ad probandum contra perſonas teſtium in dominio Mediolanenſi, & etiam in ſupremis curijs Franciſ.*
17 *Imputatus de blaſphemia ſemper admittitur ad probandũ contra teſtes quicquid vult, prout in alijs criminibus.*

Blaſphemia quàm graue ſit ſcelus, nullus vnquam ſatis verbis aſ
ſequi queat. Etenim ſi eò grauius crimen illud cenſe-
tur, quò perſona grauior læditur, ſi tanto atrocius fla-
gitium illud vindicari ſolet, quanto dignitate præſtan
tiori iniuria fit, quod ſceleris genus, quibus exquiſitis
pœnis blaſphemiam coercendã cenſebimus, quo ſup
plicio blaſphemos dignos iudicabimus, qui nefariæ
linguæ virus in diuinam maieſtatẽ euomũt? qui Deo
Opt. Maxi. maledicere ſtudent? Qui cũ Deo beneficẽ
tiſſimo ob tot in ipſos collata beneficia gratias age
re deberent, diuinum numen execrationibus proſcin
dere conantur. Et ſanè qui diuinæ prouidentiæ male
dicit, pluribus ſuccumbat criminibus neceſſe eſt. Dei
enim contemptor & ingratus efficitur, hinc cõtentio-
nes, hinc iurgia, hinc cædes, hinc diuinarum, & huma
narum legum deſpiciẽtia. Præterea, vt inquit Prophe-
ta, Abyſſus abyſſum inuocat. Huius deteſtandi flagi-
tij quàm ſit atrocitas varia, & acerbiſſima mortis ge-
nera blaſphemis diuinitus illata, exemplo nobis eſſe
poſſunt. Iuliani enim Imp. theſaurarius, cum in gra-
tiam Imp. à fide defeciſſet, ſanguine ex toto corpore
per os emiſſo (conſpicatus enim vaſa in templo, in
qualibus vaſis, dixit, miniſtratur Mariæ filio?) miſerri-
mè perijt. Olympius Epiſcopus Arrianus, Carthagine
in Elyanenſium balneo lauans, cũ Trinitatem publicè
blaſphemaret, tribus ictus fulminibus cõſumptus eſt.
Antonius quidam Picens, iactando plurima in Chri-
ſtum & Virginem eius matrẽ, vermiculis acerbiſſimo

morbi

morbi genere abſumptus, animã expuit. Eunomius,
Theodoſiopolis in Armenia Epiſcopus fuit. Cum au
tem duce Gororane Perſæ eam ciuitatem obſiderent,
quidã regulus ad mœnia accedens, ne templis quidẽ
ſe parſurum dixit, & multa alia verba impia ſparſit.
Tunc Eṗs tormentum in eum dirigi iuſſit, in Dei, quĩ
blaſphemarat, nomine, quo ita regulus comminutus
fuit, vt Perſæ præ terrore obſidionem ſoluerint. Filius
mulieris Iſraelitidis præcepto Dñi lapidibus fuit ob-
ruptus, eo ꝙ nomen Dñi blaſphemaſſet. Leuit. 24. ob
blaſphemiam ſeruorũ Sennacherib Regis Aſſyriorũ
Angelus Dñi 185. millia hominum de exercitu eius
percuſſit. 4. Reg. 19. ob blaſphemiam Holofernes per
fœminæ manũ victus fuit. Iudith 12. ob blaſphemiã
Hieremiæ populus gladio & fame cõſumptus eſt. Hie
rem. 44. ob blaſphemiã Antiochus inſanabili & inui
ſibili plaga percuſſus eſt. 2. Machab. 9. ob blaſphemiã
Nicanor cũ armis ſuis ruit. 2. Macha. 15. Præclarè qui
dem Alphonſus Aragonũ, & Siciliæ Rex potentiſſi-
mus dicere ſolebat, propterea Deũ tantoperè in iſtos
ſæuire, ꝙ dum hoĩes decipiunt, interponant Deum ip
ſum tanq̃ ſceleris mediatorem. Ideoq; vt plurimũ vi-
uentes adhuc plecti in oculis hominũ, quos Dei noĩe
feſelliſſent, vt intelligant mortales, à talibus monſtris
maximè cauendum eſſe, quod Deum ipſum non tñ
poſt mortem, ſed etiam in ipſa vita haberent indubi-
tatum vltorem. Poſſem huc plurima alia, tũ noſtro-
rum, tum etiam exterarũ nationum iſtiuſmodi exem
pla afferre, ſed hæc in pręſentia ſatis, ad blaſphemorũ
impetum reprimendum, dicta ſint. Nos propius ad in
ſtitutum noſtrum, quomodo blaſphemus quis proba
ri poſſit, accedamus.
Blaſphemus igitur quis non probabitur, ꝙ bis, vel
1 ter diuinæ maieſtatis numen execratus ſit, † ſed neceſ
ſe eſt probare, illum ſæpius blaſphemaſſe, ita conſul-
uit Alex. conſ. 77. nu. 8. lib. 1. Dy. in l. 2., C. de reb. cred.
l. 3. C. de epiſ. audien. & ibi Doct. D. Marc. de Mantu.
ſing. 606. nu. 3. Alex. in l. capitalium. §. famoſos. ff. de
pœn. Fab. Monteleo. in ſua prac. crimi. par. 4. nu. 739.
Io. de Sel. tract. de iuramento, par. vlt. q. vlt. nu. 9. Me-
noc. de arbitr. iudi. caſ. 275. nu. 31. quem latè vide hãc
materiam examinantem.
2 Nec ſatis erit, ꝙ obſeruatione dignũ eſt, † ad probã
dum hanc cõſuetudinem, vnum teſtem deponere de
vno actu, alium de alio, ſed ſinguli actus probari de-
* bent per duos teſtes, ita dixit Alex. qui de * cõmuni
teſtatur in conſ. 72. lib. 1. quaſi per totum.
Primò amplies, & intelligas concluſionem proce-
dere, vt multominus is dicatur execrator, qui ſæpius
in verba prorumpit, quæ licet de ſui natura ſapiant
3 blaſphemiã, † tñ in cõi vſu loquendi loci, Ciuitatis,
vel Prouinciæ, potius ſunt iniurioſa, quàm maledicẽ-
tia, vt ſi quis dicat, Al diſpetto di Dio. l. quotiens. §. ſi
quis nomen. ff. de hæred. inſtit. Bal. conſ. quod incipit,
an dicatur maledicere. Fely. in procœm. decretal. in 3.
col. in fi. Io. de Arno. ſing. 4. nõ intendo. Ang. in l. his
verbis. §. 1. de here. inſtit. Petr. Gerard. de Petr. ſing. 83.
nu. 3. Iaſ. in l. 3. §. iurari. nu. 11. cum ſeq. ff. de iureiur. &
Dñs Clar. in d. §. blaſphemia, verſ. excuſari poteſt, vbi
etiam allegat. Bal. in l. accuſationem, nu. 11. C. qui ac-
4 cuſar. non poſſ. dicentem † in illis, qui execrantur per
laſciuiam & ebrietatem, vt conſueuere Peruſini, non
adeò immane ſcelus puniendi tamẽ ſunt, ſed mitius,
& idem de conſuetudine voluit Petr. Gerard. in ſin-
gular. 83. num. 2. de mente Papienſium, Ioan. de Ar-
nono in ſing. 4. nu. 2.
Illud verò animaduerſione dignũ non omiſerim,
dum nuper im mè dicebamus, ſi dicatur, al diſpetto di
5 Dio, nõ eſſe blaſphemare, † contrariũ iudicaſſe curiã
Burdegalen. vt per Boer. deciſ. 301. vbi in princi. dicit,
hanc opinionẽ eſſe veriorem, tàm ſecundũ Theolo-
gos, quàm ſñ Canoniſtas, & Legiſtas. Idem ẽt iudica
uit conſ. Neapolita. vt atteſtatur Gramm. in deciſ. 50,
& ſuper conſtit. Regni. fol. 114 col. 3. quem refert Di-
dac. in repet. c. quamuis. de pac. & dicit D. Clar. in ſua
pract. crimin. §. blaſphemia. verſ. ſed nunquid dicat,
6 † in dñio Mediolanenſi non ſolum haberi loco blaſ-
phemiæ, ſed ẽt connumerari inter atroces. & in verſi.
7 vlt. dicit, conſuetudinẽ prouinciæ non efficere, † vt ſic
blaſphemãs omninò impunitatẽ conſequat̃, imò in
eodem dñio Mediolanenſi Senatum iubere reijci, ca-
8 pitula, in quib. rei blaſphemiæ † velint huiuſmodi cõ
ſuetudinẽ probare, huc pertinet Imo. in l. his verbis. §.
1. de hære. inſti. qui reprehendit Alex. ɔ̃rũ ſententẽ.
Contrarium tñ eius, quod ſupradictum eſt, ſcilicet
9 conſuetudinem non excuſare † ſentit Bald. d. conſ. &
Ang. in loco ſupra citato, qui voluerunt, ex conſuetu
dine loci blaſphemantes non eſſe puniendos, ſecun-
dùm canonis decretum c. 2. de maled.
Huius ratio eſt, quia cõſuetudo quamuis parua, &
10 iniqua ſit, omniq; careat æquitate † tamen liberat à
pœna temporali, gl. not. & ibi Abb. in c. cũ venerabi-
lis, de conſuetud. quamuis non vindicet à pœna diui-
na, gl. in c. denique; 4. diſt. Rom. conſ. 464. incip. videtur
1. ſ. onte. Rom. ſing. 19. in prin. quòd vero cõſuetudo
11 faciat, vt illud † quod ſecundum leges eſt delictũ, nõ
ſit delictum pęna dignũ temporaliter, tradidit Rom.
in d. ſing. 19. & in ſingul. 384. & ibi in addi. allegantur
concordantes ad ſaturitatem.
Limita concluſionem locum nõ habere in luſore,
12 quia ille ſemper præſumit̃ blaſphemare, † & eſſe blaſ
phemus, ita ſingulariter decidit idem Petr. Gerard. de
Petr. d. ſing. 83. nu. 2.
Quæ quidẽ omnia diligenter obſeruanda ſunt, ete-
nim inſeruient ad reprobandũ teſtes, quia blaſphema
13 tor nõ põt eſſe teſtis in iudicio, † Rip. in l. admonẽdi.
nu. 180. verſ. idẽ blaſphemator. ff. de iureiu. Fely. in c.
2. in fi. de except. quos refert, & ſequitur Iac. Nouell.
in reg. 216. nu. 23. grauiſſimum enim ſcelus eſt offen-
14 dere † Diuinã maieſtatem, vt dicit Gram. in conſ. 12.
nu. 29. & 30. Dec. in conſ. 143. col. 9. Alex. in conſ. 152.
col. 4. incip. viſo proceſſu. vol. 5. Lanfr. de Orian. in re
petit. c. quĩ contra. in verſ. teſtium. 41. col. extr. de pro-
bat. & ꝙ teſtis eſſe non poſſit, probatur etiam arg. c. te
* ſtimonium. vbi Abb. & * omnes in c. ex parte, & in c.
ſuper eo. de teſtib. c. teſtes. 2. q. 7. c. & ſi teſtes. 4. q. 3. &
l. non poteſt. vbi Doct. ff. de iur. Io. de Amicis in conſ.
78. nu. 7. Alex. de Neuo. in conſ. 2. nu. 10. Rol. à Valle
in conſ. 63 nu. 25. vol. 2.
15 Quod quidem vſq; eo procedit, vt nec ẽt † ſit ad-
mittendus ad probandum contra perſonas teſtiũ, pro
ut dicit Paris de Put. in ſuo tracta. de ſindica. fol. 210.
poſt nu. 13. Illud quidẽ verum eſt, Dominũ Clarũ in
16 d. §. blaſphemia, verſ. reperio ẽt aſſerere, † ſupradictã
deciſionẽ Paridis in dominio Mediolanenſi non ob-
ſeruari, vt etiam non ſeruatur in ſupremis curijs Fran-
ciæ, teſte Boer. in d. deciſ. 301. in fi. & ideo ſemper ad-
17 mittitur reus blaſphemiæ † ad probandum contra te
ſtes, quicquid velit, vt in alijs criminibus.

CONCLVSIO CXCV.

ARGVMENTVM.

Blaſphemator quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphematorem quem eſſe per vicinum probatur.*
2 *Blaſphemare quis dicatur.*
3 *Blaſphemare dicitur maledicens Deo, vel alicui Sancto.*
Omne conuicium contumeliæ, vel maledictum prolatum in Deum, vel Sanctos eſt blaſphemia. ibi.
4 *Blaſphemiæ pœna locum non habet in eo, qui aliquod malum imprecatur alteri.*

5 *Blaſphemare dicit, qui turpia, & ſcelerata verba in Deū, vel Sanctos profert, vel cum contemptu de illis loquitur.*
6 *Blaſphemare an dicatur, qui iurat per corpus, capillos Dei vel ſimilia, vide remiſſiuè.*
7 *Blaſphemare dicitur maledicens irrationabilis, in quātum ſunt creaturæ Dei.*
8 *Blaſphemare nō eſt, dicere* ſe ci appontaſſe la noſtra dōna, me lo renderai.
9 *Peccatum eſt non reſtituere rem, quam quis reſtituere tenetur.*
10 *Blaſphemare dicitur is, qui aliquid potentiæ diuinæ detrahit.*
11 *Blaſphemare dicitur, qui attribuit Deo aliquid, quod ſibi non conuenit.*

Blaſphematorem quē eſſe ſi teſtis deponat
1 & rationē reddat, † quia ſum vicinus, hūc probare tradidit Purp. in l. 1. ff. ſi cert. pet. n. 108 blaſphemare autem is dicitur in Deū, vel Sanctos, ſi aliquid detrahat
2 potentiæ, † vel alteri qualitati, quæ eis conuenit, iuxta ſententiam Beat. Thomæ. 2. 2. q. 34. artic. 2. & in 4. ſēten. diſt. 22. art. 1. idem dicitur quis blaſphemare quo-
3 ties maledicit Deo, † vel alicui Sancto, nā omne conuitium, cōtumelia, vel maledictū prolatum in Deū, vel Sanctos eſt blaſphemia, vt dicit Bar. in l. itē apud
* Labeonem. §. conuitium. ff. de iniur. & de* communi atteſtat Aug. ad Ang. de Maleſ. in verbo verba iniurioſa. nu. 13. quem refert Pract. Conradi, fol. 409. nu. 25. & Didac. in reper. c. quamuis. nu. 8. de pact. Afflic. ſup. cōſt. Regni. lib. 3. in rub. de blaſphemātibus Deū, & Virginem, multa exēpla recenſet Dominus Clar. in ſua pract. crim. §. blaſphemia. in prin. vbi etiā dicit, quod licet Bar. ſenſerit etiam in homines poſſe dici blaſphemiam, tamen hoc non admittere communē vsū loquendi, vt dicit Boſſ. in tit. de inquiſitione, poſt
4 nu. 131. † & ideo in eo, qui aliquod malum imprecaretur alteri, nō haberet locū pœna blaſphemiæ. Præterea, & alibi dr̄ blaſphemare, qui turpia, & ſcelerata
5 verba in Deū, vel Sāctos profert, † vel cum cōtemptu de illis loquitur, gl. 25. diſt. in c. qualis. Bal. & Ang. in l. 1. C. ſi quis Imp. male. Ang. & Imol. in ſuis verbis. §. 1. ff. de hæred. Inſtit. Bart. in l. apud Labeonem. §. ſed quando adijcit. ff. de iniur. Bal. in l. ignorantia. C. de crim. ſtellio. Ang. de maleſ. in verb. iniurioſa verba.
6 An verò † qui iurat per corpus, capillos Dei, vel ſimilia dicatur blaſphemare. Bar. in auth. vt nō luxurien. cōtra naturam, ait per tex. ibi, & alium tex. in c. ſi quis per capillum. 22. q. 1. qui tex. id probant.
7 Quinimò dicitū quis blaſphemare, ſi maledicat† ratione carentibus, quatenus à Deo creata ſunt; nā eſt peccatum blaſphemiæ, ſecus ſi malediceret ſecundū ſe conſideratis, prout dicit S. Thom. 2. 2. q 76. quē refert Caſſā. in conſ. 1. nu. 54.
8 An verò is dicatur blaſphemare, ſi ita dixerit, † *ſe ci apontaſſe la noſtra donna, me lo renderai*, vide Corn. cōſ. 181. incipien. licet vol. 1. vbi negat, quādo ſcilicet talis teſtis teneretur reſtituere rem, illam ipſi blaſphe-
9 manti, † nam nō reſtituere, abſolutum eſt peccatum c. peccatum. de reg. iur. in 6. vndè non eſt dicendum, Beatam Verginem Mariam cōtra huiuſmodi reſtitutionem, velle ſe opponere, quia ſe opponendo opponeret ſe Dei iuſtitiæ, & ſic ipſi Deo, qui eſt iuſtitia, & etiam propterea peccaret, vndè peccando nō eſſet beata, ſequitur, vt huiuſmodi euitentur, illum ita dicendo non blaſphemare, quia nihil detrahit potētiæ
10 Diuæ Virginis, † cū is dicatur blaſphemare, qui aliqd potentię diuinę detrahit, vel alteri qualitati Deo, vel ſānctis ſuis inhærenti, vt Corn. d. conſ. 180.
11 Poſtremò etiam is dicitur blaſphemare, † qui attribuit Deo aliquid, quod ſibi non conuenit, vt conſuluit Barth. Soc. in conſ. 102. lib. 1.

CONCLVSIO CXCVI.

ARGVMENTVM.

Quid præſumendum ſit de binubo, cui ſint liberi prioris matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Binubus malè tractare præſumitur liberos primi matrimonij, quod exemplo probatur.*
2 *Binuba nō ſolū malè tractare præſumitū liberos priuignos ſed etiam bona, & vitam filiorum dare ſecundo marito.*
3 *Nuceria nouerca Firmum priuignum gladio dormiētem adoritur.*

1 Binubum præſumi liberos primi matrimonij malè acciperet colligere poſſumus ex l. non eſt enim. ff. de inoff. teſtam. Nō eſt enim inquit Maximus I.C. conſentiendum parētib. qui iniuriam aduerſus liberos ſuos teſtamēto inducunt: quod plerumque faciunt malignè circa ſanguinem ſuū inferētes iudicium nouercalibus delinimentis, inſtigationibusvè corrupti, quod quidem in Attilia Variola Romana cōtigit, quæ ab octogenario patre vndecimo die poſtquam is nouercam ei ſuperinduxerat, exhæredata fuit. Verum centum virali iudicio in paternis bonis reſtituta eſt: reſciſſo teſtamēto, ꝙ libidinoſus ſenex feciſſe putabatū, nouæ vxoris illecebris à recto ſenſu abalienatus. Fulg. lib. 7. c. 7.
2 Primò amplia concluſionē etiam in binuba, † quæ præſumitur non ſolū liberos priuignos male tractare, ſed etiam bona, & vitam filiorum addicere ſecundo marito. l. lex enim ꝗ §. lex. C. de adminiſt. tut. Luc. 11. nu. in l. quemadmodum. C. de agric. & cenſit. lib. de Pen. 145. & nu. 146.
3 Vt ferè ſolet eſſe omne nouercarum genus in miſeros priuignos. Vnam † tantummodo Nuceriā vxorem Nebij in præſentia referam, quæ cum Firmū priuignū maligno proſequeretur odio, filios ſuos ad inferendam ei mortem incendebat. Quod cum illi facere per pietatem abnuerēt, dormientē gladio adorta eſt, auctor Doſitheus apud Plutarchū. Sed in his recenſendis nunc non immorabor, hæc qui cognoſcere voluerit, adeat hiſtoricos vbiq; de hac re tradētes.

CONCLVSIO CXCVII.

ARGVMENTVM.

Bona conſumpta fuiſſe, quibus modis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona conſumpta & corrupta fuiſſe ſine culpa ſua probāt tutores, & alij habentes de eis reddere rationem, ſi probant, quod cōmuni vſu, & cōſuetudine ipſa tanto tēpore corrumpi ſoleant, & quod eo tempore poſſint eſſe corrupta, vel conſumpta.*
2 *Bona cōſumpta eſſe probatur per librum rationum, & iuramentum.*
3 *Bona eſſe conſumpta iudex officio arbitrari poteſt.*
4 *Bonorū conſumptio, et corruptio per tales quales probationes arbitrio boni viri, & per coniecturas probari poteſt.*

Bona quæ vſu conſumuntur, & corrumpūtur conſumpta fuiſſe ſine culpa ſua probāt tutores, & alij, qui de eis rationem reddituri ſunt
1 † ſi probant communi vſu, & conſuetudine talia bona intra definitum aliquòd tempus corrumpi ſolere, & illa ex tempore potuiſſe corrumpi, vel conſumi, vt

docte

doctè conſuluit Alex.conſ.45.nu.3.vol.1. Barto.in l. quod ad præſens.C.de muni leg.lib.10.qui allegat.l.fi. C.de alim.pupill.præſtan.repetit Ant.Corſet. in ſing. ſuo 183.in ver.mors.

Amplia concluſionem procedere, vt etiã conſum-
2 pta probari poſſint per libros rationum,† & iuramentum ſuum,ſecundum notata in l.diuus. ff. ſi quis plus q̃ per l.falc.& c.l.fi.§.in cõputatione.C. de iur.delibe. l.ſi quis pro redemptione.C.de donat.Bar.in l.1.§.officio.ff.de tutel. & rationib. diſtrahen. Bal.in rubr.C. de fid.inſtru.nu.18.col... & in l.in reſtituenda.C.de petit.hæred.& in l.1.col.vlt.C.de eden.

3 Secũdo amplia ex mente Bart.† vt ẽt hoc iudex ex ſuo officio arbitrari poſſit,bona eſſe conſumpta. Bar. in l.qui ſub cõditione.ff.de cõdi.& demon. & in l.nõ ignorat.C.de fruc.& lit.expẽſ. pulchrè Fede.de Senis conſ.119.nulli dubiũ.Accedãt huc notata per Bar. in l.cũ ſeruus.de ver.obl. Alex.cõſ.45.nu.3. ſub fi.vol.1.

Amplia tertiò, vt ſit quartus modus probandi talẽ conſumptionem,& corruptionẽ per tales quales pro-
4 bationes arbitrio boni viri, † & per cõiecturas. Bal. in l.4.C.de proba.gl.& Doct.in l.fi. §.in computatione. C.de iure delibe.per quæ hoc dixit Anton. Corſet. in ſing.ſuo 183.in verb.mors.in fi.

CONCLVSIO CXCVIII.

ARGVMENTVM.

In bonis ſibi hypothecatis quid creditori probandum.

SVMMARIVM.

1 *Bona ſibi hypothecata fuiſſe in bonis debitoris, ſi creditor dixerit,hoc probare tenetur.*
2 *Bona ſibi hypothecata fuiſſe in bonis debitoris creditor probare tenetur, quoad neceſſitatem deducendi dominium, ſed non probandi,& quare.*
3 *Dominium debitoris probatur per poſſeſſionem illius.*
4 *Creditor agens ad rem ſpecialiter hypothecatam probare debet dominium directò.*

1 Bona ſibi hypothecata fuiſſe in bonis debitoris ſi dixerit creditor,† hoc ꝓbare cõpellit, ſiue qui agit ad illa bona actione hypothecaria, ſiue contra ipſum debitorẽ,ſiue cõtra tertiũ poſſidentẽ habentẽ cãm à debitore ſiue lucratiuã, ſiue oneroſam ſiue ẽt contra tertiũ non habentem cãm ab illo, ita tenuit Bar.in l.rem alienã.ff.de pig.act. quẽ ſequit Ang.Aret.Inſtit.de actio.§.item ſeruiana. in gl.1.iuxta fit vbi dicit ita viu ſeruari,& ibi.nu.82.per tres col. Ita concludit prẽter in vno caſu,in quo diſtinguit,diſtinctionẽ tñ,& ſuam,& nouam dicit,opi. Bar.ſequit Roffre.indiſtinctè loquens in tract. ord.iudi.in 1.par. in tit.de actio.hypot.in 4.requi.Alex.in conſ.115. per tot.lib.6.laré Neguſ.in tract.de pig.in 3.memb.8.par. nu.6.cũ plurib.ſeq. apud quos doctores vidende ſunt reſponſiones ad rationes Saly.& Cyn.in l.cum res.C. ſi res alie. pig.da.fue.qui aliter ſenſerunt.

Limitaẽ præfata cõcluſio, vt ꝓcedat quoad neceſ-
2 ſitatẽ deducendi dominiũ, † ſed non probandi, non enim idem eſt in omnibus præfatis caſibus probandi modus,ſi.n.agat creditor cõtra ipſum debitorẽ,debet deducere dñium ipſius debitoris,ſi hypotheca eſt ſpecialis tpe, quo cõtracta eſt, ſi verò generalis, vt tunc, vel poſt illud tp̃s,quo illã habuit, ſicut ẽt ſi ageret cõtra tertiũ,ſed modus probandi dñium in hoc differt,
3 quia ſi agit contra ipſum debitorẽ, † ex eo probatum eſt dñium,quod probauit poſſeſſionem illius, cũ non poſſit referre quæſtionem dominij,ſi verò agit contra tertium, oportet probare per titulũ, & poſſeſſionem, vel aliter directè ita ſentiunt Bar. & omnes præcitati

Doct.vbi ſup.& Alex.in conſ.137.nu.4.lib.2.hanc cõ
* ſuetudinẽ ſeruari, & magis * communem eſſe circa eam Doctorũ ſententiam apparet ex deductis per Afflict.in decif.46.nu.1.& 2. & in dec.383. per totã,licèt dicat in Regno,& conſilio aliter ſeruari.

Verùm dum dicebamus,contra debitorem probari dñium ſola probata poſſeſſione illius,declarandũ eſt,
4 vt procedat,† qñ creditor agit ad rem ſpeciatim hypothecatam,ſecus ſi debitor generaliter tñ hypothecauit omnia bona, quia ſi tunc agitur ad certam rem, oportet probare dñium directò, quia põt referre quæſtionẽ dominij,ita Saly.in d.l.res aliena. C. ſi res alie. pign.obli.ſn, quem refert, illius opinionem comprobans lat.in d.§.item ſeruiana.nu.89.verſ.pręfata limitatur multum ſingulariter.inſtit.de actio.

CONCLVSIO CXCIX.

ARGVMENTVM.

Bona hæreditaria in bonis teſtatoris fuiſſe quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona hæreditaria in bonis teſtatoris fuiſſe dupliciter probatur.*
2 *Bona hæreditaria in bonis teſtatoris fuiſſe probatur, ſi oĩa deſcribantur in libello & inuentario hæredis, & deinde probetur illa per defunctum poſſeſſa fuiſſe.*
3 *Nuncius ſi referat ſe inueniſſe hæredem in poſſeſſione talis bonorum, præſumitur illa bona poſſeſſa fuiſſe tempore mortis per defunctum, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi.*
4 *In petitione hæreditatis ſufficit probare teſtatoris poſſeſſionem,ſeu etiam detentionem.*
5 *Dominium teſtatoris debet directò probare, qui ſuper eo ſe fundat.*
6 *Dominiũ nõ præſumitur ex titulo, & poſſeſſione defuncti.*
7 *Dominium probari debet reſtrictum etiam ad tempus mortis defuncti.*
8 *Dominium probatum dicitur probando titulum captũ ad translationem eius,& diutinam poſſeſſionem defuncti.*
9 *Poſſeſſionem probare ſufficit in iudicio rei vendicationis cõtra violentum poſſeſſorem.*
10 *Ius oritur ex longiſſima poſſeſſione defuncti.*
11 *Poſſeſſio excedens memoriam hominum habet vim tituli, & priuilegij etiam à Principe.*
12 *Dominium vtile acquiritur per poſſeſſionem triginta, vel quadraginta annorum,& directum per poſſeſſionem immemorabilis temporis.*
13 *Titulus habitus à priuato non ſufficit ad probationẽ dominij, ſed ſi habitus eſt à Principe ex certa ſcientia ſufficit, quia non tenetur quis docere de iure Principis.*
14 *Dominium in beneficialibus probatur, probata poſſeſſion auctoris tituli,& quod ipſe fuerit vltimus, & immediatus poſſeſſor.*
15 *Dominium ad probandũ, nõ ſufficit probare titulũ defuncti,quem defunctus habuit ab alio,ſed probari etiã debet dominium illius,à quo defunctus titulum habuit.*
16 *Dominium probare onus graue eſt.*
17 *Dominiũ probari poteſt per proclamationes, & bannimenta,& quomodo.*
18 *Dominium probaẽ per famã publicam, ſi ſumus in antiqꝫ.*
19 *Dominium probatur per coniecturas, & veriſimiles præſumptiones.*
20 *Dominium probatur per librum extimi communis.*
21 *Bonorum identitas probari debet in probãdo dominio, vt ſcilicet bona quæ petis, ſint illa,quæ poſſidebantur per defunctum tempore mortis ſuæ.*
22 *Bonorũ identitas probari debet ſaltẽ per conuenientiã duorum confinium antiquorũ cum nouis, etiã ſi res mutet qualitatem,puta quia exculta efficiatur nemoroſa.*
23 *Bonorum identitatem probare ſufficit per conuenientiam*

duorum confinium nouorum cum duobus ex quatuor antiquis, ſed ſi conſtat, quod alia duo conueniãt alio fundo, tunc non ſufficit, quia res in dubio deducta eſt.

Bona hæreditaria fuiſſe in bonis teſtatoris du
1 pliciter † ꝓbari poſſe, teſtis eſt Curt.iun.
in l.fi.C.de edict. diu. Adria.tollen.nu.78.
Primò vt oĩa bona deſcribantur in libello, & inuẽ-
tario hæredis, & poſtea probetur illa bona fuiſſe poſ-
2 ſeſſa † per defunctũ. ita docet prae.Pap.in forma libel
li, quo petitur hæreditas ex teſta. in verbo poſſidebat.
Secundo modo probari põt, id eſt, omiſſa ſpecifica
tione oĩum bonorum, vt ſcilicet permittatur nuncio,
vt illa bona ꝓquirat, iuxta gl. in l.1.in prin. ff.de eden.
allegata per D.Cur.iun.in d.l.fi. vbi ad hoc affert Sal.
in d.l.fi.& Pau.de Caſt.ibi. vbi ait, ſi nuncius retulit ſe
3 inueniſſe hæredẽ in poſſeſſione taliũ bonorũ, † præſu
mi, illa bona poſſeſſa fuiſſe tpe mortis per defunctũ,
& aſſerenti contrarium onus probandi incumbit.
Limitantur præfata, vt ſufficiant, quãdo hæres con-
uenitur ab alio, vel ſi alium conueniat petitio-
4 ne hæreditatis † in qua ſufficit probare teſtatoris poſ-
ſeſſionẽ, quinimò detentionẽ.l.& nõ tm̃. in prin.ff.de
peti.hær.per quẽ tex. ita tradit Paul.de Caſtr.in conſ.
138 in cauſa, quæ vertitur corã locumtenente patriæ
Fori Iuli, nu.1.lib.2.ſed agat rei vendicatione, cũ peti
tio hæreditatis non detur contra titulo poſſidentem.
l.hæreditatem.C.in qui.cauſa ceſſ.long.temp. præſcr.
5 † tunc quia innititur dominio teſtatoris debet illud
probare, vt conſultum fuit à Paul.in d.conſ.138. vſq;
eo, vt directò ꝓbare oportet de iure ciuili, vel gentiũ
acquiſitũ.l.in rem.la 1.ff.de rei vend.nec ſufficeret al-
legare titulum, & probare poſſeſſionem defuncti, quia
6 † ex hoc non præſumitur dominiũ. l.cũ res. C.de pro-
bat.l.ſed & ſi ſur.ff.commo.& ibi not. Ant.de Butr.&
Doct.oẽs poſt Cyn.& Bar.Abb.Siculus in c.cũ ad ſe-
dem.de reſtit.ſpolia.Imo.in c.illud.de præſum.Corn.
in cõſ.19.in litera R.& ſeq.lib.2.Pau.de Caſt.in cõſ.
297.certè ſi dictus magiſter Iacob.lib.2.& in cõſ.406.
ſatisfaciendo ſingulis.lib.1.Bar.in cõſ. quidã Mathio-
lus, vbi allegat Innoc.in c. cum cauſam de teſti.idem
Bar.in ſua diſput.incip.mulier habens amplum matri
monium, ver.circa tertium Socy. in conſ.39.nu.2. &
conſ.112.nu.2.& ſeq.lib.4. Bal.in l.nihil.C. pro hære.
Natr.conſ.292.nu.6.& conſ.296.nu.5.
Ampliatur principalis limitatio, vt vſq; eo ſit ne-
7 ceſſe probare dominiũ, † vt imò debeat probari reſtri
ctũ ad tempus mortis defuncti, ita declarat Bal.in l.1.
in prin.& in l.quemadmodum.§.1. ff de pig.& in l.2.
in fi.de adulte.& in l.& in perſona.vbi Saly.C.de pro
bario.Alex.in conſ.16.lib.5. Corn.in conſ.112.lib.4.
Soc conſ.56.lib.4. Alex.conſ.4.lib.2.& conſ.235.lib.
7.Ang.in conſ.229.
Declaranda hæc limitatio eſt, vt nõ procedat, ſi al-
8 legaret titulũ aptum ad tranſlationem dominij, † &
diutinam poſſeſſionem defuncti, vtrunq; probando,
quia ex hac poſſeſſione dicitur probatum dominiũ,
ita not.Bar.& Bal.in d.l.cum res.C.de probat.quos ſe
* quunt * oẽs ibi.Sed tñ animaduertas, vt iſta diuturni-
tas non debeat eſſe neceſſario decem annorum, ſed
arbitrio iudicis, ita dicit Bal.ibi in a.col.
Declaratur ſecundo loco eadẽ limitatio, vt non ꝓ-
9 cedat contra violentum poſſeſſorẽ, † contra quem ẽt
in iudicio rei vendicationis ſufficit probare poſſeſſio-
nẽ.l.ſi quis emptionis.§.ſed hæc.C.de præſcrip.30.vel
40.annor.Bar.in d.l.cum res.& in l.pen.C.eo.de ꝓba.
& ibi Bal.& Socy.in d.conſ.112.nu.22.lib.4.
Tertio loco explicatur, vt non ſibi locũ vendicet,
10 ſi probaret longiſſimam poſſeſſionẽ defuncti, † quia
ex tali poſſeſſione ius oritur.l.ſi qs emptionis.§.1.C.
de præſcrip.30.vel 40.annor.Bal.in l.nõ ignorat.verſ.
de iur.rerũ, C.qui accuſ.non poſſ.& eo magis, ſi ꝓbet
11 poſſeſſionem excedentem memoriã hominũ, † quæ
habet vim tituli. Alex.in conſ.24.lib.5.vbi ad idẽ alle-
gat tex.in c.ſerui.18.q.vlt.& l.2.§.item Labeo ait.ff.
de aqu.quot.& æſt.& c.contra morẽ.2.diſt.idem con-
ſuluit Oldr.in conſ.172.Dec.in conſ.496. poſt Bal.in
c.1.quæ ſint rega.in vſib.feud. vbi illud inſuper addit,
iſtiuſmodi poſſeſſionẽ habere vim priuilegij, & tituli
à Principe, Bal.in conſ.252.& hæc eſt differẽtia inter
poſſeſſionem 40. vel.30.annorũ, & non memorabilis
tpis, quia per illam acquiritur non directum, ſed vtile
12 dñium, † per iſtam autem directum, ita Fel.in rub.de
præſcr.in 3.fallen.Bal.& Alex.& poſt eos recentiores
in l.traditionibus C de pact. Dec.in conſ.85.col.2.&
conſ.496.ita vt probatio non admittatur contra dictã
præſcriptionem temporis non memorabilis Fel.poſt
Butr.quem refert in c.cum nobis col.3.verſ.ſcias etiã,
de præſcript. Alex.in conſ.13.col.3.
Declaratur quartò, ꝙ dictum eſt ſufficere ad proba
tionem dominij, & ꝙ bona fuerint in bonis, allegare
titulum, vt procedat ſi allegetur titulus habitus à pri-
13 uato † ſecus ſi à Principe, qui titulum dederit ex certa
ſcientia, non enim teneẽ docere de iure Principis, vt
tradidit Ang.in d.l.officiũ. ff.de rei vend. Socyn.in d.
conſ.89.verſ.primo, Iacob.de S.Georg.in d.l.traditio-
nib.C.de pact. Alex.in conſ.3.verſ.facit, quod no.lib.
6.Barba.in conſ.5.nu.9.lib.2.& cõſ.8.nu.17.lib.1.Iaſ.
in cõſ.27.nu.1.cum ſeq.lib.1.Petrus Beluga in Specu.
prin.in tit.de iuriſdictio.& mero impe.nu.7.Io.Fabri.
Inſti.de act.§.omnium.ver.nunc videamus.
Declaratur quintò, vt procedat in ꝓfanis, ſecus in
14 beneficialibus in quibus dr̃ probatum dominiũ, † ſi pro
betur poſſeſſ.auctoris tituli tui, vt ſi habes beneficium
ex titulo ſimplicis renunciationis, vel permutationis,
non cogeris probare, renunciantem eſſe dominũ, ſed
probato, ipſum fuiſſe vltimum, & proximum poſſeſ-
ſorem, habes quod tota mẽte petiſti, ſic decidit Rot.
deciſ.109.aliàs 4 de re. permut.in nou. Bellam. deciſ.
545.incip.non obſtantib. Lap.allegat.89. in Dei no-
mine.ver. venio ad ſecundum caput. Domin. in cap.
ſuſceptum.de reſcrip.in 6. Bellamer.deciſ.112.
Verùm ad id animum aduertas, vt ad probandum
15 dñium, bonaq; fuiſſe in bonis.per ſupradicta † nõ ſuf-
ficere probare titulum defuncti, quem defunctus ha-
buit ab alio, niſi etiam probetur dominium illius, à
quo titulum habuit, vt voluit Accur. in d.l.cũ res. C.
de probat.Pau.in conſ.134.iſte Martinus ex deductis
li.2.& in l.ſi quis ſeruo.vbi Iacob. de S. Georgio.ff.de
furr.& Alex.in conſ.4. ver.ſecundò videtur. lib.2.&
conſ.180.eod.lib.in conſ.71.lib.1.conſ.41.col.1.lib.4.
Cyn.Bar.Bal.Paul.& Alex.in l.ſi ſic.§.1.ff.de leg.1.
16 Sed qm̃ † graue eſt onus probandi dominium, pote
ris illud probare, ſi iuſſu iudicis proclamandũ, vel exi
lia promulgãda curabis, ꝙ ſi deprehendatur aliquis,
q aſſereret talia bona fuiſſe ſui dominij, vel alterius
anteq̃ poſſideretur per N. defunctum, cuius ipſe, eſt
hæres, debeat illud deduxiſſe, & probaſſe intra illum
17 terminũ, quem iudex aſſignare voluerit, † in quo ter-
mino ſi aliquis non cõpareat ex hoc dr̃ ſatis probatũ
dominium defuncti cũ enim non cõſtet, cuius fuerit
ante defuncti poſſeſſionem, dicendũ eſt, fuiſſe vacan-
tem, & vti talem concedi huic, qui illa poſſedit tanq̃
qui primus occupauerit, per l.1.in prin. vbi Socy.in 3.
not.ver.circa ſecundum, poſt Bar.& Franc. de Are.ff.
de acq.poſſ.ſequitẽ Alex. in conſ.4.lib.2.nu.10. Fran.
de Are.in conſ.45. verſ.ex his videtur, quamuis ipſi
Aret.& Alex.in d.l.rem quæ nobis.ff.de acq.poſſ.im-
pugnent Bar.hanc practicam tradentem in d.l.1.quẽ
ſaluat ibi Socy.in d.tertio not.& Iaſ.in verſ.ſecundo
principaliter.& in §.omnium.num.71.& Iacob.de S.
Georgio, in rub.ff.de rei vendicatione.
Alter, & ſecundus modus probandi dominiũ eſt ꝑ
18 famam publicã † ſi ſumus in antiquis, vt cõſultus trã-
dit Alex.in conſ.4.nu.10.lib.2.& in cõſ.116.perſpectis,
& conſideratis, lib.5.& in conſ.101.ſuper 1.dub.lib.7.
Aret.

Digitized by Google

Are.in conſ.37.qui loquunẽ in terminis fideicõmiſſi antiq.& Alex.in conſ.139.n.8.& ſeq.li.6. Are.in cõſ. 102.Ceph.in cõſ.137.nu.14.lib.1.Dec.in cõſ.42.nu.3. conſ.146.nu.17.& conſ.428.per totum,vbi videas.

19 Tertius probandi modus eſt † per cõiecturas,& veriſimiles præſumptiones,de quo latè traditũ eſt à Marian.Soc.iunior.in conſ.135. num. 14.& ſeq. lib.2.vbi multas congerit coniecturas ad id ſufficientes.

20 Quartus probandi modus eſt † per librum æſtimi communis, vt reſponſum fuit à Rom. in conſ.175. & ab Alba in conſ.6.nu.8.

Limitatur ſecundò principalis cõcluſio,vt ꝓcedat, ſi probata ſit(vt ita loquar)identitas bonorum, vt bo-
21 na,quæ nunc petis,ſint illa,† quæ poſſidebanẽ per defunctum tpe mortis illius,ſic docuit Bar.in l.demonſtratio falſa.ff.de cond.& demonſt.Io.And. in c.audi tis.de præſcript.quẽ ſequitur Alex. in cõſ.118.& 119. lib.1.Dec.in conſ.61. & cõſ.129. & conſ.156. quæ dẽt
22 probari ſaltem vt duo confines antiqui † cum nouis conueniant,vt placuit Bar.in d.l. demonſtratio falſa. & alios poſt eum ibi ſcribentes.Alex. in conſ.73.col. 2.lib.3.& conſ.38.lib.5.conſ.50 nu.13. & conſ.183.libro 6.Socy. in cõſ.54.nu.2.lib.4.& cõſ.89.col.5. verſ. ſed circa.lib.1.vbi dicit identitatem probari per dicta duo confinia conuenientia, etiã ſi res mutet qualitatem,vt quia ex culta efficiatur nemoroſa, eidẽ accedit Bal.in l.ex perſona.C.de probatio.Corne.in conſ. 165.lib.3.Cran.in conſ.112.nu.3.& in conſ.199.Pariſ. in conſ.59.nu.21.lib.3.& conſ.67.lib.2. Ruy.conſ.50. nu.12.lib.1.& conſ.143. lib.eo. & in conſ.115.nu.10. lib.5.& hanc dicit * communẽ Soc.in l.in teſtamẽto. la 1.ff.de cond.& demon.& in l.ſi qs in fundi vocabulo,in prin.col.2.verſ.2.cõcl.ff.de leg.1. Quod verũ eſt, nedum ſi res, quæ petitur, deſcribatur in inſtrumento antiquo cum duobus tm̃ confinibus, verùm etiam ſi cum quatuor, quorum duo tantùm nunc conueniant cum nouis,ſi credimus Paul.Caſt.in l.ſi in nomine.C. de teſta.verſ. ſed qualiter conſtare dicẽ, ſequiẽ Ruy. in d.cõſ.115.nu.10.li.5.Rim.in d.l. in noĩe. cui adhæret Pariſ in conſ.58. nu.25.lib.3.& Ruy. in cõſ.56.nu. 12.li.1.Alex.in d.l.ſi in nomine.col.1. qui limitat pulchrè vltimũ dictũ,vt ſcilicet ſufficiat probare duo noua confinia conuenire cũ duobus ex quatuor antiqs,
23 ſi nõ cõſtet,alia duo cõuenire alio fundo,† ſed ſi alia duo conueniãt alio fundo, tunc nõ ſatis eſt, qa res in dubio deducta eſt, vt ẽt docuit Spec. in tit.de loca.§. nunc aliqua.verſ.58.Bar. in l.emptor fundi.ff.pro empto. Oldr. in conſ.164 Alex.in conſ.35.nu.5. lib.7.in conſ.57.nu.1.& 2.eo.lib. vbi ſingulariter de hac materia. Abb.Sicul.in conſ.6.ver.venio ad quintum. lib.2. Bal.in c.1.in prin.verſ.ponc dicit Comes,de feu.guardiæ,& in conſ.75.Dominus Thomas.verſ. ad euidentiam præmittendum.lib.3. Ang.in l.officiũ ante ſi. ff. de rei vendi. Bald. in conſ.106. cum duob.ſeqq.lib.3. Mathe.de Affl.deciſ.40.nu.3.& 4.

CONCLVSIO CC.

ARGVMENTVM.

Affirmanti bona ex bonis patris ad filiũ perueniſſe onus incumbere probandi.

SVMMARIVM.

1 *Bona ad filiũ perueniſſe ex bonis patris ſi qs dixerit ꝓbare det & oſtẽdere illa fuiſſe hrẽditatis talis N. patris illius.*

1 Bona ſi quis dixerit ad filium perueniſſe ex bonis patris,debet hoc probare, † & oſtẽdere illa bona fuiſſe hæreditatis talis N.patris illius. Ita in terminis decidit Bal.in auth.ex teſtõ. verſ. decimũ capitulum.C.de collat.& Bal.in l cũ oportet.in prin. C.de bonis quæ libe.Alex.conſ.104.vbi latè hoc conſuluit nu.1.& vol.4.qui illum allegat.

CONCLVSIO CCI.

ARGVMENTVM.

Bona in contractibus deducta, quæ intelligantur.

SVMMARIVM.

1 *Bona in contractibus deducta ſi ſint, de ijs ſolùm debet intelligi quæ ſuperſunt,deducto omni ære alieno.*
2 *Bona regulariter, & in dubio intelliguntur ære alieno deducto.*

1 Bona in contractibus ſi deducta ſint, † nõ per hoc probaẽ ea oĩa omninò eſſe obligata,vel debita,ſed de ijs ſolũ debet intelligi,quæ ſuperſunt,deducto omni ære alieno, quia regulariter, & in
2 dubio bona intelliguntur † ære alieno deducto. l.mulier bona.ff.de iur.dot.l.ſubſignatũ.§.bona. & l.bonorum.ff.de ve b.ſigni.Alex.in conſ.222.nu.3.lib.6.Cuman.in conſ.30.nu.3.Capra in conſ.29.nu.8.in conſ. 143.nu.12.& in conſ.164.nu.7. Pariſ.in cõſ.95. nũ.11. vol.2.Rol.à Valle in conſ.8.nu.11.vol.2.

CONCLVSIO CCII.

ARGVMENTVM.

Bona prelati defuncti an quæſita præſumanẽ de bonis eccleſiæ, vel de bonis paternis.

SVMMARIVM.

1 *Bona prælati defuncti quæſita fuiſſe de bonis eccleſiæ, ſi quis dixerit,ei incumbit onus probandi.*
2 *Bona plati defuncti ſemper præſumunẽ quæſita de bonis eccleſiæ, ſi aliunde non conſtiterit, q Eps bona habuerit.*
3 *Hæredes prælati ſi reperiuntur in poſſeſſione bonorum per eum acquiſitorum, eccleſiæ incumbit probare illa fuiſſe quæſita de bonis eccleſiæ, & econtra, ſi eccleſia eſt in poſſeſſione, hæredibus prælati incumbit onus probãdi illa fuiſſe acquiſita de bonis proprijs prælati.*
4 *Bona prælati defuncti, ſi dubitatur, ex cuius bonis quæſita ſint, in dubio pro eccleſia præſumitur.*
5 *Acquiſita per prælatum cenſentur in dubio acquiſita intuitu, & nomine eccleſiæ.*
6 *Clericus poſt clericatum in dubio præſumitur acquiſiuiſſe intuitu beneficiorum, & eccleſiæ.*
7 *Promiſſio facta plato cenſeẽ in dubio facta intuitu eccleſiæ.*
8 *Diſpoſitio loquens in dote habet locũ etiã in dote promiſſa.*
9 *Declaratio voluntatis defuncti ad hæredem ſpectat, quia eſt eiuſdem poteſtatis cum defuncto, & perſona hæredis eadem habetur cum perſona defuncti.*
10 *Poteſtas declarandi voluntatem defuncti non tranſit ad eius hæredes.*
11 *Facultas declarandi voluntatẽ prælati defuncti tranſit ad ſucceſſorem, cum hoc concernat voluntatem dignitatis, quæ nunquam moritur.*

Bona prælati defuncti, ſi quis dixerit de bonis eccleſiæ quæſita fuiſſe,& alius dicat, de
1 bonis paternis † onus probãdi incũbit ei, qui dicit de eccleſiaſticis.ſi tñ conſtat ipſum prælatum ante ordinationẽ bona propria habuiſſe, vel cõſtat aliunde aliqua habuiſſe,vt c.ſint manifeſtè,& ibi Archi.& gl.12. q.1.& c.q cunqz. ead.cau.q.4. Aret.conſ.31.nu.1.& 6.
Verùm ſi non cõſtiterit,aliundè bona habuiſſe prę-
2 latũ,† ſemper pro eccleſia præſumitur, pulchrè Bald, in auth.

in authen. licentiam. nu. 3. verſ. reuoco in dubiũ C. de
epiſ. & cler. Barb. in conſ. 69. col. antepen. verſ. & 1. ex
eo. vol. 3. cum alijs adductis per Boer. in deciſ. 81. nu.
6. & per Rol. à Val. in conſ. 90. nu. 11. vol. 2. vbi etiam
aliter diſtinguit, ſecundùm gl. ſingul. in c. nulli. 12. q.
5. nempè, ſi hæredes prælati ſint in poſſeſſione bono-
3 rum acquiſitorum per prælatũ, † incumbere eccleſiæ
pbare illa fuiſſe quæſita de bonis eccleſiæ, & ècontra
ſi eccleſia ſit in poſſeſſione, hæredibus prælati probã-
dum eſſe, illa fuiſſe acquiſita de bonis proprijs præla-
ti, teſtando glo. in c. ſint manifeſte. 12. q. 1. & Ruin. in
conſ. 96. nu. 6. vol. 5. per c. 1. 12. q. 5. in fi. ibi, nec ei ſine
cognitione, &c. qui eſt nos. ſecundùm Bertr. in tract.
de epiſcopo, in 4. part. in tit. de poteſtate epiſcopi in
temporalibus circa res eccleſię. nu. 6.

Quod vero dicitur, ſi non conſtet de bonis prælati,
tunc præſumi, de bonis eccleſiæ acquiſiuiſſe.

4 Amplia primò, vt etiam procedat, ſi dubitetur, † qa
in dubio pro eccleſia præſumitur. Io. And. c. 3. de pe-
cul. clerico. Rom. conſ. 159. ſup. eo. nu. 4. & ſeq.

Secundò amplia, vſq; eo hoc dictum procedere,
5 vt etiam ea, quæ per prælatum acquiruntur, † cenſeã-
tur in dubio acquiſita intuitu, & nomine eccleſię, ita
traditum eſt a Bal. in d. auth. licentiam. nu. 3. Bar. in l.
cum ipſe. verſ. quæſit lex noſtra. C. de contra. emptio.
vbi dicit, res acquiſitas per prælatum, cenſeri acquiſi-
tas intuitu eccleſiæ.

Tertiò amplia, concluſionem procedere, vt etiam
procedat in clerico acquirente bona, nã in dubio cle-
6 ricus poſt clericatũ præſumitur acquiſiuiſſe, † intuitu
beneficiorum & eccleſiæ, vt eſt tex. cũ glo. in c. 1. ext.
de pecul. cler. gl. in c. 2. ext. de don. int. vir. & vxor. gl.
in c. ſint manifeſte. 12. q. 1. gl. & Doct. in auth. licẽtiã.
C. de epiſc. & cler. & in corpore vnde ſumitur, videli-
cet in auth. de eccleſia. tit. §. interdicimus. in fi. colla.
9. Panorm. in c. relatum. 2. nu. 11. extr. de teſtam. & ibi
gl. & Doct. & Cepol. in conſ. 51. nu. 3. in ciuil.

Quartò amplia, idẽ procedere in promiſſione facta
7 prælato, nam promiſſio facta prælato cenſetur in du-
bio facta intuitu eccleſiæ Lap. in allegatione 113.
nu. 2. Io. Andr. c. 3. de pecul. cleric. & ibi Doct. recen-
tiores, & antiqui, quos videas, & pro hac ampliatione
8 facit cõcluſio, † vt diſpoſitio loquens in dote habeat
locum etiam in dote promiſſa, in qua multos videas
concordantes allega. in addi. ad Lap. d. alleg 113.

Verùm circa hanc vltimã ampliationem non le-
uis, nec contemnenda dubitatio poteſt oriri. Nam ſi
Prælatus deceſſerit nõ declarata voluntate, an nomi-
ne eccleſię, an proprio, & de bonis patrimonij acqui-
ſiuerit, ad quos tranſibit facultas declarãdi, ad hęre-
des defuncti Prælati, an vero ad ſucceſſorem in Præ-
latura, & beneficio? Pro vtraque parte pugnãt aucto-
9 ritates, & in primis, † ad hęredes ſpectet declaratio, vi
detur tex. in l. hæredem. ff. de reg. iur. vbi dicitur, hęre-
dem eſſe eiuſdẽ poteſtatis cum defuncto. idem ſãxit
Imp. in auth. de iureiur. à mor. præſtit. in princ. vbi p-
ſona hæredis eadem habetur cum perſona defuncti.
Soci. conſ. 293. præſens. nu. 1. verſ. vnde dicatur, lib. 2.
Iaſ. & Iac. de Sancto Georgio in l. ſi deceſſerit, & ibi
10 Bar. nu. 1. ff. qui ſatiſd. coguntur. † & quod verò pote-
ſtas declarandi nõ tranſeat ad hæredes defuncti, vo-
luerunt Bart. in l. inter ſtipulantem. §. 1. nu. 3. & Alex.
nu. 8. ff. de verb. oblig.

In hac tamen controuerſia dicẽdum crediderim,
facultatem declarandi trãſire ad ſucceſſorem Præla-
11 tũ, cũ hoc reſpiciat voluntatem dignitatis, † quæ nũ-
quã moritur. c. ſi gratioſè. de offic. deleg. lib. 6. c. quo-
niam Abb. 12. q. 2. Dyn. in regul. delictũ, nu. 16. verſ.
item quæri poteſt, an ſucceſſor Prelati. Bar. in l. bono-
rum, nu. 5. ff. rem rat. haber. Caſſad. deciſ. 4. incip. mẽ-
talis reſeruatio col. 4. circa mediũ ſub tit. de reſeruat.
laię vide allegat. Lap. 114. & ibi addit.

CONCLVSIO CCIII.

ARGVMENTVM.

Bona per prælatum poſſeſſa, an in dubio præſumantur eſſe de menſa eccleſiæ, & quibus modis id probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona eccleſiæ per Prælatum poſſeſſa, in dubio præſumuntur eſſe de menſa eccleſiæ, & ipſi incorporata, niſi contrarium probetur.*

2 *Bona illa præſumuntur eccleſiæ, quorum dominium vtile, & directum ad ipſam ſpectat.*

3 *Bona, quæ conſueuere dari in feudum, vel emphyteuſim quare non dicantur de menſa eccleſiæ.*

4 *Bona conſueta dari in feudum, ſi detur caſus caducitatis, & reuerſionis ad eccleſiam, poſſunt iterum infeudari, tãquam ſi non ſint de menſa.*

5 *Bona feudalia reuerſa ad eccleſiam, ſi recenter coniungantur menſæ tanquam bona de menſa, non poſſunt dari in feudum ſiue in emphyteuſim.*

6 *Bona illa præſumuntur de menſa eccleſiæ, quorũ proprietas, & vtilitas fuit longiſſimo tempore penès eccleſiam.*

7 *Bona de nouo data, conceſſa, & donata eccleſiæ, quare dicãtur eſſe de menſa eiuſdem.*

8 *Bona illa dicuntur de menſa eccleſiæ, quæ alias in feudum, vel emphyteuſim data fuerunt, ſi aliqua de cã ad eccleſiã reuerſa Prælatus ſignificauerit, ipſa eſſe de mẽſa eccleſiæ.*

9 *Declaratio voluntatis Prælati, vt bona ſolita infeudari, vel in emphyteuſim dari reuerſa ad eccleſiam, ſint de mẽſa eccleſiæ, non ſufficit quoad eos, qui ob curſum temporis immerito ab emphiteuſi ſunt excluſi, & poſſunt petere de nouo inueſtiri, quia requiritur, vt per annum poſſederit vltra talem declarationem.*

10 *Feuda noua, vel de nouo aperta non dicuntur poſt anni curriculum.*

Nouæ nuptiæ dicuntur infra annum. ibi.

11 *Bona infeudata, & emphyteuticata reuerſa per magiſtratus ad id electos notata in libro aliarum poſſeſſionum, & rerum menſæ dicuntur eſſe menſæ incorporata, & eidem applicata.*

12 *Vnuſquiſque præſumitur eſſe talis, quales ſunt illi, quibus eſt connumeratus, vel inter quos eſt deſcriptus.*

13 *Bona reuerſa eſt ad eccleſiã, et poſſeſſa per 40. annos de iure canonico, & per 30. de iure ciuili ſunt omnino de mẽſa.*

14 *Prælatus poſſidendo per 10. annos, videtur in dubio declaraſſe bona incorporata, & acquiſita menſæ eccleſiæ.*

15 *Poſſeſſio decennalis inducit animum præſumptum acquirendi tã, & dominium de nouo, & eo magis in retinendo acquiſitum.*

16 *Bona, vt dicãtur de menſa eccleſiæ, ſufficit vt poſſeſſa ſint per ſolum anni curriculum.*

17 *Tempus, quod requiritur, vt bona dicantur de menſa eccleſiæ, cum non ſit a iure expreſſum, debet iudicis arbitrio terminari.*

18 *Bona non efficiuntur de menſa eccleſiæ, quando conſtat de aliqua cauſa, qua Prælatus diſtulit ea dare in emphyteuſim, vel feudum.*

19 *Bona durare dicitur conſueta infeudari, & emphyteuticari, ſi Prælatus diſtulit ea cõcedere aliquo legitimo impedimẽto diſtrictus, vel quia volebat inuenire feudatariũ, & emphyteutã, qui faceret conditionem eccleſiæ meliorẽ.*

20 *Bona quæ dicãtur eſſe de menſa eccleſiæ, vide et remiſſiue.*

Bona eccleſiæ per Prelatum poſſeſſa in dubio
præſumi eſſe de menſa eccleſiæ, & ipſi
1 inhærere, † niſi contrarium probetur, vnanimes tra-
didere Inn. & Hoſt. & Card. Florent. in c. 1. de cler qui
inueſt. fecit, cuius rei gratia, adeas ea quæ docuit Bal.
in d. c. 1. cap. vt ſuper. & ibi Hoſt. de rebus eccleſ. non
alienan. Cephal. in conſ. 162. nu. 6. vol. 2.

Verùm.

Digitized by Google

Verùm cum de hac materia multas Doctores ſta-
tuāt concluſiones. operæprecium duxi rem altius re-
petere, & per quaſdam poſitiones dilucidare.
Præſumuntur igitur, vt hinc exordiar, primò de mē-
2 ſa eccleſiæ illa bona, † quorum dominium vtile, &
directū ſpectat ad ipſam, iux. ſentent. glo. in clem. 1. in
verb. ad menſam, de exceſſibus prælatorum, quam
communiter ſequuntur Doctor. in c. vt ſuper. de re-
bus eccleſ. non alienand. & Abb. in c. 2. in 2. notab. de
feud. Mart. Laud. in c. 1. qui feud. dar. poſ. Vnde bona,
quæ conſueuere dari in feudū, vel emphyteuſim, non
3 dicuntur de menſa eccleſiæ, † cum eorum vtile domi-
nium dicatur tranſlatum in recipientem, vt de feud.
habetur per Raynald. in repet. c. imperialem, de pro-
hib. feud. alienat. per Feder. dum conatur tradere de-
finitionem feudi, cui videtur aſſentire Iul. Clar. in §.
feud. q. 4. & idem tenet Afflict. in prælud. feudor. nu.
69. Et ſi datur caſus caducitatis, & reuerſionis ad ec-
4 cleſiam, † poſſunt nouiter infeudari tanquam ſi non
ſint de menſa, per capitulum ſecundum. de feud. &
c. 1. in prin. qui feud. dare poſſ.
Intelligas tū iſtud procedere, ſi dicta bona reuerſa
illico darenī in feudū, vel emphyteuſim, ante appli-
cationē eorundem eccleſiæ, ſecus ſi prius adiungerē-
5 tur, & denuò coniungerenī menſæ: † quia tunc quāuis
bona de mēſa nō poſsēt dari in feudū, ſiue in emphy
teuſim, obſtat. n. cōtex. ī d. c. vt ſup. de quo ſtatim, in fi.
Secundò illa bona præſumuntur eſſe de menſa ec-
6 cleſiæ, † quorum bonorum proprietas, & vtilitas fuit
lōgiſſimo tempore penes eccleſiam, ſic habemus ab
Abb. in d. c. vt ſuper. & ibi Doctor. per c. videntes. 12.
q. 1. vbi talia bona deſeruiunt menſæ neceſſitatibus,
& vtilitatibus eccleſiæ.
Tertiò, bona quæ recens data, conceſſa, & donata
7 ſunt eccleſiæ, vel ſimili modo acquiſita, † dicūtur eſſe
de menſa eccleſiæ, quia videntur data, vt ſint de vtili-
tate, & in bonis ipſius eccleſiæ, & ob id de menſa, per
Innoc. & Abb. d. loco ſupra citato.
Quartò, ea dicuntur bona de menſa eccleſiæ, quæ
aliàs in feudum, vel emphyteuſim, data fuerunt, ſed
aliqua cauſa ad eccleſiam reuerſa, Prælatus apertè ſi-
8 gnificauerit, † bona illa eſſe de menſa eccleſiæ. Card.
Zabar. in c. 2. q. 13. de feud. Abb. in d. c. vt ſuper. nu. 10.
& in verſ. & dicendum eſt de reb. eccleſ. non alienan.
Bart. in d. l. ſi vacantia. num. 9. verſ. vel ſi Abbas. C. de
bon. vacan. lib. 10. Anch. in conſ. 156. propter tria. col.
2. verſ. pterea videtur Barb. in d. c. vt ſuper col. 2. verſi.
ſi verò loquimur. Claudius de Seyſello in Spec. feud.
pag. 251. verſ. tamen concludendo, & prudentiſſimus
Iacob. Menoch. in conſil. 79. num. 10.
Verumtamen id declarando, vt procedat tantùm
in ſui præiudicium, vt ſcilicet non poſſit ipſe infeuda-
9 re, vel in emphyteuſim dare, † ſed quoad alios, vt eos,
qui ab emphyteuſi ob curſum tēporis immeritò ſunt
excluſi, & poſſunt petere, vt iterum reinueſtiantur,
iuxta tradita per Bart. in l. 1. §. permittit. ff. de aq. quo-
ti. & æſti. Tiraq. de retract. conſang. in procem. nu. 41.
non ſufficiat talis declaratio, ſed requiritur, vt per an-
num poſſederit vltra talē declarationem, ita D. Clau.
vbi ſup. pag. 252. verſ. & illud Card. in c. 1. epiſcop. vel
Abb. Menoch. in d. conſ. 79. nu. 12. & per Arch. in c. 1.
35. q. 8. Bart. in l. ſi vac. C. de bon. vacan. lib. 10. vbi Io.
de Plat. referunt ſcribentes d. c. vt ſuper. Flor. in c. 2. de
feu. & ibi Abb. qui mouetur primò hac ratione, quia
ſolū noua feud. Prælatus infeudat, quæ nondū ſunt de
menſa eccleſiæ facta. i. quæ recenter ſunt aperta. c. 2.
10 de feud. ſed noua feuda, † vel de nouo aperta non di-
cunī poſt anni curriculum, vt in d. c. 35. q. 8. vbi nouæ
nuptię dīr infrà annū, nō poſteà. l. interdum. §. quor.
ff. de publ. eſt tex. in c. vt ſuper allegatus ſupra, vbi ait
Innoc. vt ſi archiepiſcopus retinuerit per annum iſta
bona penès eccleſiam, videatur illa mēſę applicaſſe,
Quintò bona infeudata, & emphyteuticata reuerſa
per prælatum, vel magiſtratus, ad id conſtitutos nota-
11 ta in libro aliarū poſſeſſionū, & rerum menſæ, † dīr
menſæ inhærere, & eidem applicata. Bart. & Ang. in
l. ſi vacan. & in l. ſi quādo. C. de bon. vacan. lib. 10. per
illos text. vbi res vacātes dīr fiſco incoporatæ per de-
ſcriptionē factam in libro illarum rerum, quę ſunt de
menſa, & D. Arch. dicit in c. cōtra morem. c. homo li-
brum. c. l ſid. 15. diſt. c. ſi Roman. 19. diſt. quem præſu-
12 mi eſſe talē, quales ſūt illi, quib. eſt cōnumeratus, † vel
inter quos eſt deſcriptus, ſentit Io. de Plat. in d. l. ſi va-
cā. nu. 3. Zab. in c. 2. q. 13. de feu. & in d. c. vt ſuper. col.
2. verſ. & ideò diſtingue, de reb. eccl. non alien. Anch.
in conſ. 156. col. 2. verſ. præterea videtur, Præpo. in c.
1. epiſc. vel Abb. Claud. Seyſ. in d. Spec. feud. pag. 251.
verſ. tamen concludo. Cur. iun. in tract. feu. par. 2. q. 5.
prin. in fi. Menoch. in d. conſ. 79. nu. 14. Par. de Put. in
tract. de feu. reintegr. ſub rub. res ſolita concedi quan-
do dicatur. nu. 7. Rumin. ſen. in conſ. 340. nu. 14. lib. 2.
13 Sextò bona, quæ reuerſa ad eccleſiam, † & poſſeſſa
de iure canonico per 40. annos, & p 30. de iure ciuili,
ſunt omninò de menſa, & minus no ſufficit ad id, ſic
edocuit Io. de Imol. d. c. vt ſuper. Iſer. in c. 1. col. 2. ver.
item bona titulata, de his, qui feud. dar. poſſ. Martin.
Laud. in c. 1. in princ. col. 1. in fi. epiſc. vel Abb. Ang.
in l. ſi vacant. col. 6. C. de bon. vacan. lib. 10. quorum
opinioni aduerſatur Barb. in d. c. vt ſuper col. 3. verſ.
& ideò mihi. de reb. eccleſ. non alienan. vbi ſequitur
hanc ſententiam, in dubio Prælatum poſſidendo per
decē annos videri declaraſſe animū ſuum bona ſi eſ-
14 ſe incorporata, † & acquiſita mēſæ eccleſiæ, nec ſuf-
ficere breuius tempus. arg. l. ſi filius. C. de petit. hæred.
l. qui in aliena. §. 1. ff. de acq. hær. eſt tex. in l. penult. C.
Commun. diuid. l. cum poſt. de iur. dot. vbi decenna-
lis poſſeſſio inducit animum præſumptum acquiren-
15 di ius, & dominium de nouo, † eo magis igitur debet
valere decennalis poſſeſſio in retinendo acquiſitum.
Tertia illorum fuit opinio, qui dixerunt, ad id ſuf-
ficere ſolū anni curſum etiam abſq; alio adminicu-
16 lo † inter quos fuerunt Archid. 35. q. 8. Flor. in c. 2. de
feud. & ibi Cardin. Zabarel. q. 12. & idem Card. in cō-
ſil. 34. colum. 1. verſ. item & alio reſpec. Abb. in c. vt
ſuper. num. 10. de reb. eccleſ. non alienā. Barb. in con-
ſil. 17. col. 6. in fi. lib. 4. Guid. Pap. deciſ. 150. Dec. in au-
then. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. Iul. Clar. in lib.
4. ſentent. §. feud. q. 13. verſ. ſed nunquid.
17 Quartò, & verior opinio fuit, ſententium, † vt cum
iſtud tempus non ſit à iure expreſſum, debeat iudicis
arbitrio terminari, quam opinionem finaliter tenuit
Card. in d. c. 2. q. 12. in fi. de feud. Claud. de Seyſello in
Specul. feudor. pag. 255. verſ. hæc coniectura. & Rim.
Sen. in conſ. 141. nu. 15. lib. 2.
Declaratur hęc concluſio, vt procedat, quando nō
conſtet de aliqua cauſa, quare Prælatus diſtulerit da-
18 re in emphyteuſim, vel feudum † nam ſi aliqua cau-
ſa conſtaret, non efficerentur bona de menſa eccle-
ſiæ, ſed durarent conſueta infeudari, vel emphyteuti-
cari.: puta quia iſta diſtulit aliquo legitimo impedi-
mento diſtentus: ita in ſpecie Anchar. in conſil. 156
col. 2. verſic. item & ſi vera eſſet. Iaſ. in epitom. feud.
par. 5. num. 150. Claud. de Seyſello in d. Specul. feud.
pag. 255. verſ. prædicta tamen, quos refert Menoch.
19 in d. conſ. 79. vbi aliam affert bonam cauſam, † ſcili-
cet ſi penes ſe retinuit quia volebat inuenire feuda-
tarium, vel emphyteutam, qui faceret conditionem
eccleſiæ meliorem, quam vellent facere illi, qui hu-
cuſque comparuerunt, & ibi etiam affert auctorita-
tes iſtius opinionis.
Hæc ſummatim dicta ſint pro declaratione huius
quæſtionis, quę nam bona eſſe dicantur de menſa ec-
20 cleſiæ, † ſi quis vltra requirat, adeat iuris Pontificij in-
terpretes in d. c. vt ſuper. & per Redoan. in ſuo tract.
de rebus eccle. non alienan. q. 3. §. facit ſub finem, nu.
22. & in ſeq.

con

CONCLVSIO CCIV.

ARGVMENTVM.

Bona quem non habere, quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona quem non habere probatur per librum æſtimi.*

2 *Probatio, quod quis bona non habeat, fieri debet per nuncios, & exploratores miſſos à iudice ad inueſtigandum.*

3 *Bona quē non habere probatur per librum æſtimi, & bona fuiſſe in bonis alicuius probatur per eundē librū æſtimi.*

Bona quem nō habere probari per librū æſtimi, †profitendo voluere Bar. & Alex. in
1 l. decē ſtipulatus. nu. 16. cum ſeq. de verb. obl. Sed Bal. Ang. Ful. & Imo. ibid. contrarium ſentiunt, id eſt, nō ſufficere probationem per librum æſtimi, ſed oporte-
2 re, vt probatio fiat per nuncios, †& exploratores miſſos à iudice ad inueſtigandum, per l. magis puto. §. ne paſſim. C. de reb. eor. & pro hac opinione Alex. in d. l. decē ſtipulat. adducit duas rationes, nu. 17. quę meo iudicio ſatis arrident. Tu adeas eundem pro cōciliatione harum opinionum quia ibi diſtinguendo conciliat. Et ſicuti quem non habere bona probatur per
3 librum æſtimi, †ita bona fuiſſe in bonis alicuius probatur per eundem librum æſtimi: vt reſpondit Rom. in conſ. 165. & Abb. in conſ. 6. nu. 8.

CONCLVSIO CCV.

ARGVMENTVM.

Si quis aſſerat bona ad hæreditatis debita ſoluenda non ſufficere, quomodo illi probandum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Bona non ſufficere ad ſoluenda debita hæreditatis, probatur per inuentarium ab hærede exhibitum aſſerente non eſſe, nec reperiri alia bona in hæreditate, & trāſfert onus probandi in aduerſarium.*

2 *Probatio per inuentarium, bona non ſufficere ad ſoluenda debita hæreditatis, non concludit neceſſario, prout concludere debet.*

Fundans ſe in negatiua illā debet ſufficienter probare. ibi.

3 *Aſſertio ſola etiam cum iuramento non eſt probatio, neq; probationis ſpecies.*

4 *Negãti bona non ſufficere ad debita, obſtat iuris præſumptio: quia quilibet præſumitur ſoluendo.*

5 *Aſſerenti æſtimationem beneficij non excedere ſummā expreſſam in impetratione, incūbit onus probandi, & aſſerēs reditus alicuius eſſe diminutos, dēt legitime probare.*

6 *Negatiuam allegans illam probare debet.*

7 *Præſumptio iuris transfert regulariter onus probandi negatiuam in aduerſarium.*

8 *Hæres præſumitur deſcripſiſſe omnia bona in inuentario alioqui præſumitur deliquiſſe, quod non eſt dicendum.*

9 *Negatiua probatur per ſcripturam, & dicitur coarctata ſcriptura, quæ per ſcripturam probatur.*

10 *Negatiua ſi non probaretur per inſpectionem inuentarij, fruſtra eſſet hæredi conceſſum beneficium inuentarij.*

11 *Negatiua quare probetur per aſſertionem hæredis.*

12 *Quæ conſiſtunt in animo, & facto aſſerentis probātur per aſſertionem ipſius iuratam.*

13 *Aſſerenti ſe non habere pecuniam creditur, quia hoc conſiſtit in facto proprio.*

14 *Probationi per inuentarium, bona non ſufficere ad ſoluēda debita hæreditatis, ſtatur etiam, quando agatur de magno præiudicio tertij.*

15 *Bona non ſufficere ad ſoluenda hæreditatis debita ſatis eſt probare per ſemiplenam probationem, dummodo agatur de modico præiudicio.*

16 *Creditores, & legatarij probare poſſunt ſubſtantiam defuncti eſſe maiorem, quam in inuentario per hæredem ſit deſcripta, & talis probatio poterit ſumi de domo hæredis.*

17 *Aſſerenti bona non ſufficere incumbit onus probandi, ſi fama vel opinio communis repugnet.*

18 *Res quæ probatur perueniſſe ad aliquem, præſumitur penes illum exiſtere, niſi probetur deperdita, vel diſtracta, & non ſufficit aſſerere rem apud ipſum non extare.*

19 *Hæredi aſſerenti bona non ſufficere, creditur, quando tantummodo agitur de pretio rerum, non autem quando agitur de æſtimatione bonorum.*

20 *Præſumptio pro inuentario per hæredem confecto eſt tanta, vt transferat onus probandi in aduerſarium.*

21 *Hęres fundatam habet intentionē ex inuentarij ſcriptura.*

22 *Quando aliquis ſuſtinet partes rei, reo ſufficit dicere, bona non ſufficere, & nihil aliud tenetur docere.*

23 *Hæres, ſi ex inſpectione inuentarij oſtendit tantum eſſe in bonis probat.*

24 *Bona fuiſſe in bonis eius, qui fecit fideicommiſſum, quomodo probetur, vide remiſſiue.*

25 *Bona illata, & inuecta ab inquilino in domum, ex quibus præſumantur fuiſſe inuecta vt ibi perpetuo remaneant, & ſic vt cenſeantur taciti obligata & hypothecata pro penſione domus, vide remiſſiue.*

Bona non ſufficere ad ſoluenda debita hæreditatis probari per inuētarium ab hære-
1 de exhibitum, aſſerente nō eſſe, † nec reperiri alia bona in hæreditate, & transferre onus probādi in aduerſarium, habuimus ab Imp. Iuſtiniano in l. fi. §. licētia. C. de iur. delib. & à Bar. in rubr. ff. de nou. ope. nunc. l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iur. codicil. in l. 1. §. ſi vſusfructus circa fi. ff. ad leg. falc. vnā tradidere Bald. & Sal. in d. l. cum de l. ff. de prob. voluere Ang. Imol. & Alex. in l. mutum. ff. de acq. hær. Imo. in l. cum ex cauſa. ff. de iud. meminit. Caſt. in l. maritū. ff. ſol. matr. docuere Bal. Ang. Io. de Imo. in d. l. fi. §. licētia. reſpōdere Aret. in conſ. 119. circa fin. & Caſtr. cōſ. 212. col. pen. vol. 1. cauit Rom. conſ. 276. in fi. non omiſit Io. Crot. in l. ſi cōſtāte. col. 13. & ſeq. ff. ſol. matrim. nec placuit Alex. conſ. 41. in fi vol. 2. & in conſ. 71. in fi. vol. 4. idem Alex. in conſ. 239. col. 3. vol. 6. cui accedit Guid. Pap. q. 143. idem ſenſit Iaſ. in §. item ſi quis. col. 35. Inſt. de act. iſtis adhæſit Goz. conſ. 94. col. 7. eādem ſententiam ſequutus eſt Caſſ. in conſuetud. fol. mihi 251. col. 2. conſultus reſpondit Aymo. conſ. 80. col. 3. voluit hoc idem Ant. de But. in c. fi. de probat. & in c. contingit. de fid. inſtr. placuit Soc. conſ. 104. in fi. vol. 3. nec ab hoc receſſit Cur. Iun. in conſ. 150. col. 4. glo. in l. cum de leg. ff. de probat. præcepit etiam Bar. in l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. & in l. decem. ff. de verb. obl. & latè Iaſ. videas in d. l. ſi conſtante, qui plurimos allegat, conueniunt cum iſtis Alex. cōſ. 102. col. 1. vol. 3. & ſcriptum reliquit Soc. conſ. 129. tota difficultas. col. pen. lib. 4. Ruin. in cōſ. 187. vbi* communē dicit, vol. 1. & in conſ. 116 vol. 2. Guid. Pap. q. 42. idē Ruin. conſ. 144. vbi de* communi etiā atteſtatur, vol. 1. prout* communem dicit in conſ. 109. vol. 3.

Contrariū ſenſere Iac. But. in l. actor. C. de probat. Imol. & Rom. & Alex. in l. cum de leg. col. 12. ff. eod. Paul. de Caſtr in l. Mæuia. §. fin. ff. eod Cuma. Aret. & Alex. in d. l. decem. col. 3. ff. de verb. obligat. Corn. in l. fin. §. licentia. vbi etiam Alex. & Iaſ. C. de iur. delib. Aret. in l. illa colum. penult. ff. de verb. oblig. Lancellot. Decif. in d. l. ſi conſtante. col. 1. & ibi Claud. colum. 5. & idem Claud. in l. decem. ff. de verbo. oblig. Mari. Soc. in conſ. 26. col. 3. vol. 2. Imol. Rom. Aret. Paul. de Caſt. & Alex. quos refert Iaſ. in l. ſi cō-
2 ſtante. col. 21. Ratio eſt, † quia huiuſmodi probatio

non

non concludit ex neceſſitate, prout debet conclude-re.l.non hoc.C.vnde legit. l.neq; natales.C. de pro-bat.c.in præſentia.extr.eo.tit.& ſenſit Calcan. cõſ.9. & verſ.8.voluit Franc.Curt.in cõſ.150.ſcripſit Crau. conſ.2.& Ruin.ſibi contrarius in conſ.154.vol.3.cõ-probatur porrò,quia qui negatiuę innititur debet illã optimè probare.l.in illa.& ibi Bart.ff. de verb.oblig. ſola autem aſſertio,nõ eſſe plura bona, etiam cum

3 iuramento,nõ eſt probatio,† neque probationis ſpe-cies.l.cum qui.ff.de iureiur.in princ.Bal.in c.1.§.con-uenticula.de pac.iur.firm.in vſib.feud.alioqui ſi ſola aſſertio probaret,eſſet in arbitrio aſſerentis proferre quod vellet,quod nõ eſt cõcedendũ l.maritus.§.fi.ff.ad l. falc.

Confirmatur ſecundò, quia contra negantẽ bona

4 nõ ſufficere ad debita,obſtat iuris præſumptio,† quia quilibet præſumitur ſoluendo,iuxta ſententiam gl.in c.bonæ.il 1.in verb.naturã. in fi. de elect. & probatur in l.ſi creditores.ff.de priuil.cred.

Accedat tertiò cõcluſio D.Alex.in l.ſi.de fundis. C.arbitr.tut.Panor.& Fel.in c.fi.de præſum.& Fel.in

5 c.ad aures.de reſcrip.vbi concludunt,† aſſerenti æſti-mationem beneficij non excedere ſummam expreſ-ſam in impetratione incumbere onus probandi.

Præterea aſſerens reditus alicuius eſſe diminutos, debet legitimè probare. §. quia verò iam legẽ ibi, & probet à patre fortuita diminutio, auth. de æqual. dot.

6 Ad hæc † quod allegans negatiuam debeat illam probare,vt infrà loco ſuo dicetur.

Quibus omnibus argumẽtis in contrariũ adductis non obſtantibus ſententiam Iaſ.in d.l.ſi conſtante.ff. ſol.matr.& Bart.in d.l.decem.de verb.oblig. aſſeren-tem,concluſionem ſupradictam procedere per l.fi.§. licentia.C.de iur.delibe.amplectendam duco.

Nec id ratione caret, nam hoc caſu pro aſſerente concurrit iuris præſumptio, vt tradidit Alex.in rub.de

7 nou.oper.nunc.†ſed præſumptio iuris transfert regu-lariter onus probandi negatiuam in aduerſarium.l. cum pater.§.rogo.ff.de leg.2.l.fi.C.de reuoc.donat.

Præſumptio enim eſt pro hærede,illũ omnia bona

8 deſcripſiſſe in inuentario, † cæteroqui præſumeretur deliquiſſe,quod non eſt dicendum.l.merito.ff. pro ſoc.

Iſtis addatur, quòd negatiua probatur per ſcriptu-ram,quia hic actus,de quo agitur, ſolet authẽticè de-

9 ſcribi, vnde dicẽ negatiua coarctata ſcriptura,† quæ per ſcripturam probatur,vt eſt text. & ibi recentiores in l.Titiæ textore.ff.de leg.1.l.ſi.C.de reb credit. Bar. conſ.39.Corn.conſ.191.& Soc.in d.conſ.129.Nam ſi negatiua nõ probaretur per inſpectionem inuẽtarij,

10 † fruſtra eſſet heredi cõceſſum beneficiũ inuẽtarij,qa alioqui non poſſet probare hanc negatiuam, hoc eſt in hereditate nõ eſſe alia bona, quia hmõi negatiua eſt vaga,quæq; non poſſit probari l.actor.C. de prob.

11 Secunda ratio eſt,†quod negatiua probatur per aſ-ſertionem hæredis, quia actus iſte negans conſiſtit in facto proprio ipſius negantis, qui nõ negat plura bo-na eſſe in hæreditate, ſed per inuentarium negat plu-ra repериſſe in hæreditate,hæc autem,quæ conſiſtunt

12 in animo,& facto aſſerentis,probantur† per aſſertio-nem ipſius iuratam,ſi credimus gl. in §. ſed iſtæ. Inſt. de actio.& in c.ſignificaſti.vbi Fel.de homicid. hinc dicebat Bal.conſ.318.incip.practica ſic ſe habet, lib.

13 1.credi aſſerenti ſe non habere pecuniam,† quia hoc conſiſtit in facto proprio, huic optimè adhiberi po-terit,quod decidit Caſt.in l.quicunque.C.de ſeru. fu-gitiu.& in l.ſeruos.C.de teſtib.

Et hanc dicit Ripa eſſe * communiorem opinio-nem in l.ſi conſtante.nu.18.ff.ſol.matr.Ruin.cõſ.39. col.3.vol.1.& conſ.137.col.2.eod.vol.vbi aſſerit hãc eſſe opinionem *communem.

14 Primò amplia concluſionem procedere† etiam quan-do agatur de magno præiudicio tertij,eſt tex.in l.fi.§. licentia.C.de iur.deliber. & de * communi atteſtatur Rip.in d.l.ſi conſtante.nu.18.ff.ſol.matr.

Secundò amplia,vt etiam ſufficiat probare per ſe-

15 miplenam probationem,† dũmodo agatur de mo-dico præiudicio,vt gl.in d.l.cum de lege.ff.de proba. Bart.& omnes in d.l.ſi conſtante.ſol. matr.

Quibus omnibus nõ obſtantibus,creditores & le-gatarij probare poſſunt maiorem eſſe ſubſtantiam,

16 quàm in inuentario per hæredem ſit deſcripta,† quæ quidem probatio poterit ſumi de domo hæredis, vt docuit Alex.in l.ſcimus.§.licentia.C.de iur.delib.nu. 1.& hæc eſt cõmunis opinio,vt ex allegatis per Her-cul.de probat.negat.nu.256.& Alex.in d.l.ſi cõſtã-te.mr.7.8.& 9.ff.ſolut. matrimon.

Primò limita concluſionem,niſi fama,vel opinio

17 communis obſtaret,† nam tunc onus probandi in-cumberet ipſi aſſerenti bona non ſufficere,vt colligi-tur ex dictis Bart.in l.is poteſt.col.pen.ff.de acq. hær.

Et ex hac limitatione infertur, vt ſi probaretur rem peruenisse ad aliquem, quia præſumitur penès illum

18 exiſtere,† niſi probetur deperdita, vel diſtracta, non ſufficit aſſerere rem apud ipſum nõ extare, ſic voluit Bart.in l.ſi quis ex argent.§.an verò hæredi.ff.de edẽ-do.Iaſ.in conſ.34.col.4.vol.1.vbi dicit iſtam conclu-ſionem non procedere, quando præſumptio eſt con-tra illum, qui neget.

Secundò limita,vt concluſio procedat tãtummo-

19 do, quando agitur de probando pretio rerum, † non autem quando agitur de probanda quantitate bono-rum,vt reſpondit Iaſ.ex mente aliquorum in conſil. 34.nu.6.vol.1. licèt ipſe eam impugnet, quem adeas.

Tertiò limita, quando dicitur res nõ extare ex cau ſa defenſionis,vt per Ruin.conſ.49.col. 2. & in conſ. 81. in fi.vol.5.

Si verò aliam opinionem,quæ concluſioni aduer-ſatur, ſequi velimus.

Primò limitanda eſt, illam non procedere confe-

20 cto inuentario per hæredem,†quia tanta eſt præſum-ptio pro inuẽtario per hæredem confecto,vt tranſ-ferat onus probãdi in aduerſarium,& ita procedit gl. in d.l.cum de leg.ff.de probat.& ita etiam intelligen-da ſunt omnia dicta Doctorum,qui dicunt hæredem

21 habere fundatam intentionem † ex inuentarij ſcri-ptura, vt dicit Paul.de Caſtr.conſ.212.col.pen. vol.1. & ita declarat Alex.in l.ſi cõſtante.col.12. & ibi Iaſ. col.21.Corn. in l. fin. §. licentia. vbi etiam Iaſ. C. de iure deliber. Ruin.conſ.49.col.1.& ſeq & conſ.82.co-lum.fi.vol.5.

Idem eſt,ſi alia præſumptio concurreret pro negã-te,ita declarat Fel.in c.ad aures col.4.de reſcr.Claud. in d.l.ſi conſtante.col.5.ff.ſol.matr. & in l. decem. ff. de verb.oblig.Lofre.in conſ.32.col.7. Mari.iun. cõſ. 26.colum.2.vol.2.Alc.de præſu.in 3.reg in 2.præſum.

Secundò limita non procedere,quando aliquis ſu-

22 ſtineret partes rei,quia tunc ſatis eſt dicere† bona nõ ſufficere, nec aliud tenetur docere, ſecus ſi ſit actor, ita Paul.de Caſtr.declarat glo.in d.l.cũ lege.in l.Mæ-nia.§.fi.ff.ſol.matr.& idem dicit Imol. & Rubr. ff. de nou.oper. nunc. & hoc videtur fuiſſe de mente Bart. in l.ſi verò. §. qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd.cog. Maria.Socin.iun.in conſ.26.col.3.vol.2.Alc.de præ-ſumpt.in 3.regula 2. præſumpt.

23 Tertiò limita, quando hæres ex inſpectione inuẽ-tarij oſtendit tantũ eſſe in bonis,vt cauit Lofr.in cõſ. 32.nu.10.& Iaſ.in conſ.34.col.4.vol. 1.

Quomodo verò probetur,bona fuiſſe in bonis eius

24 † qui fecit fideicõmiſſum, adhibendus erit Alb. in conſ.6.in 4.quæſito, incip. ſatis de hoc dictum ſup.

Bona autẽ illata, & inuecta in domũ ab inquilino, ex quibus præſumantur eſſe inuecta, vt ibi perpetuò

25 remaneãt,& ſic vt cenſeantur tacitè obligata,† & hy-pothecata pro penſione domus,conſulendus erit cõ-ſultiſſimus iuris vtriuſq; Iac.Menoch.de arbitr. iudic. lib.2.cent.5.caſ.441.& in trac.de adipiſc.poſſ.remed. 3.q.17.& q.161.

CON-

CONCLVSIO CCVI.

ARGVMENTVM.

Non probari, nec præſumi bona futura cõprehendi in obligatione, & diſpoſitione loquente ſimpliciter de bonis.

SVMMARIVM.

1 *Bona futura nõ probantur, nec præſumuntur cõprehẽdi in obligatione, & diſpoſitione loquẽte ſimpliciter de bonis.*

2 *Bonorum appellatione nunquam veniunt bona futura, quando de graui præiudicio agitur.*

3 *Diſpoſitio in pœnalibus non debet extẽdi ad bona futura.*

Bona futura nõ probari, nec præſumi comprehendi in obligatione, & diſpoſitione loquente ſimpliciter de bonis, †niſi id expreſsè dicatur, 1 ſed ſolùm præſentia, conſultum fuit ab Alba in conſ. 4. nu. 2. quod idem obſeruãt Doct. in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. & Alba in conſ. 4. nu. 2.

Amplia concluſionem potiſſimum procedere, qñ de graui præiudicio agatur, quia tũc appellatione bo-
2 norum †nunq̃ veniunt bona futura. arg. l. fi. C. quę res pig. obli. poſſeſs. & not. Bal. in conſ. 170. magnifica, & illuſtris. vol. 1. Dec. in conſ. 502. col. 3. cir. med. Bart. & Doct. in l. ſtipulatus. §. cum ſtipulamur. ff. de verb. oblig. cum alijs adductis per Crauet. in conſ. 139. nu. 7.

Amplia ſecundo concluſionẽ maximè procedere
3 in pœnalib. † nam in pœnalib. non debet extendi diſpoſitio ad futura bona, prout dicit Dec. in conſ. 445. nu. 65. cum ſeq. & Rim. ſen. in conſ. 136. nu. 12. vol. 1.

CONCLVSIO CCVII.

ARGVMENTVM.

Bona ſubiecta eſſe, quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona ſubiecta eſſe probatur ex eo, quod deſcripta reperiuntur in regiſtro, vel æſtimo.*

2 *Prædia cenſentur ex oneribus affecta per regiſtrationem.*

3 *Regiſtratio non tantùm præiudicat regiſtranti, ſed etiam omnibus cauſam ab eo habentibus.*

4 *Regeſtrum non ſolum præiudicat regiſtranti, verum etiã ſola patientia actus regiſtrationis.*

5 *Exemptus a taleis ſi patitur bona ſua deſcribi in æſtimo, ſibi præiudicat, niſi intra decem dies appellet.*

1 Bona ſubiecta eſſe, probari ex eo, ꝙ deſcripta reperianť in regiſtro, † vel æſtimo, adeò perſpicuum eſt, vt probatione nõ indigeat, nã per regiſtrationẽ cẽſeuť prædia eſſe oneribus affecta, & pro-
2 cis hypothecata † iux. ſent. Bal. in l. 1. §. quod ſi nemo. col. 2. verſ. ſuper 2. quod cuiuſ. vniuer. & in tit. de pace Conſt. verſ. nos Roman. col. 4. Alex. in conſ. 145. col. fi. vol. 2. Iac. de Sanct. Georg. in l. inter debitorẽ. ff. de pact. Dec. in conſ. 285. col. 2. in fi. Brun. in conſ. 49. circa finem. Rub. in conſ. 9. nu. 11. Cach. in deciſ. 91. nu. 4. Alber. in conſ. 34. nu. 11. Alba in conſ. 34. nu. 11. & Rol. à Val. in conſ. 32. nu. 1. vol. 1.

Quæ quidem regiſtratio non tãtùm præiudicat re-
3 giſtranti, † ſed etiam omnibus cauſam ab eo habentibus. vt reſpondit Brun. in conſ. 94. & in conſ. 103. col. 2. in fi. & Pariſ. in cõſ. 25. nu. 77. vol. 1. Quinimò, quod
4 maius eſt, non ſolùm regiſtrum regiſtranti, † verùm etiam ſola patientia actus regiſtrationis præiudicat.
5 Ideò † ſi quis ab oneribus ciuitatis immunis patiatur bona ſua deſcribi in æſtimo, ſibi præiudicat, niſi intra decem dies appellet, prout dicit Ang. in l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quand. appella. ſit, quod dictum pro ſingulari refert Alex. in conſ. 101. col. pen. verſ. 3. principaliter vol. 1. & in cõſ. 136. col. 3. vol. 2. Dec. in conſ. 638. col. 2. Balb. in trac. præſcrip. in 4. par. 4. par. princ. q. 30. col. 3. Corſet. in ſing. 269. & Crauet. in conſ. 293. col. 12. cir. fin. verſ. 9. conſidero.

CONCLVSIO CCVIII.

ARGVMENTVM.

Bona defuncti eſſe vacãtia quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona defuncti eſſe vacantia probatur, quãdo vocatis proximioribus primi gradus, qui illi ſuccedere debent ab inteſtato, nullus comparet in termino aſſignato.*

2 *Bona defuncti, quando ſunt vacantia, ij debent nominatim vocari, quos contingit prima cauſa ſucceſſionis.*

3 *Terminus ſtatuendus ijs, quos contingit prima cauſa ſucceſſionis ad deliberandum, velint adire, necne, debet eſſe minimum centum dierum, & ſi nullus comparebit, ſatis dicetur conſtare bona eſſe vacantia.*

4 *Tutor dabitur bonis per ſecundum decretum, quando in primo nullus comparuerit ad ſucceſſionem.*

Bona defuncti eſſe vacantia ex eo probari, qđ vocatis proximiorib. defuncti primi gra-
1 dus, qui illi ſuccedere debent ab inteſtato, † nullus ſtatuto tempore ſui copiam faciat, nos docuit Accur. in l. ſcimus. ff. ad Treb. Bart. in l. ſi bona. C. de bon. auth. iud. poſſid. & Afflict. ſup. cõſt. Regn. lib. 1. in rit. de offic. ſecr. num. 10. per l. 1. de ſucceſ. edict. l. ſi diu. ff. qui-
2 bus ex cau. in poſſeſ. eat. † Verùm illud obſerues, nominatim eos eſſe compellendos, ad quos prima cauſa ſucceſſionis ſpectat. vt in l. 1. ff. de vent. inſpic. quib. vocatis debet ſtatui terminus ad delibrandum, velit
3 adire, necne, † terminus erit minimum centũ dierum. l. 1. & l. 2. ff. de iur. delib. ſi nullus apparebit, ſatis ꝓbatum dicetur bona eſſe vacantia, vt d. gl. in l. ſancimus.

Limita hanc doctrinã, vt procedat quantũ ad miſ-
4 ſionẽ ex primo decreto, † quo aũt ad ſecundũ decretũ dabitur tutor bonis. l. 1. de curat. bon. dand. l. fi. de priuileg. cred. & not. gl. in l. ab hoſtib. in prin. ff. ex quib. cau. ma. Math. in l. ſi bona. C. de bo. auth. iud. poſſid.

CONCLVSIO CCIX.

ARGVMENTVM.

Bona omnia an allodialia, & libera eſſe præſumantur, & quomodo id probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona omnia præſumũtur allodialia, & libera eſſe, niſi probetur contrarium.*

2 *Bona eſſe feudalia, vel allodialia, an dignoſcantur ex ſola confeſſione, vel aſſertione.*

3 *Bona eſſe allodialia aſſerens, de iure communi habet intentionem fundatam pro ſe.*

4 *Feudum eſt quædam ſeruitus.*

5 *Quæſtio ſi inciderit inter filiam defuncti, & agnatos de feudo aſſerentes eſſe feudalia bona, & filia negante, filiæ dicto ſtatur aſſerentis eſſe allodialia, & per conſequẽs mittenda eſt in poſſeſſionem.*

6 *Feudalis res in dubio non præſumitur, ſed libera.*

7 *Feudalis res præſumitur, ſi de ea concurrat fama, & ſimus in antiquis.*

8 *Licèt in dubio res cenſeať libera, & allodialis, tamen quãdo fama in contrariũ cõcurrit, & ſumus in antiquis, & de facto alterius agitur, illa fama facit plenam probationẽ.*

9 *Bona feudalia eſſe probatur, ſi Princeps in reſcripto, vel* aliqua

aliqua alia ſcriptura, & inſtrumento per verba enunciatiua narrat eadem feudalia eſſe.

10 *Princeps in inueſtitura narrans bona feudalia eſſe, cenſetur plenè edoctus.*

11 *Verba ex certa ſcientia, & animo deliberato appoſita in decreto Principis operantur præſumptionẽ informationis.*

12 *Verba narratiua, in quibus Princeps nõ fundat intentionem ſuam, faciunt qualem qualem præſumptionem idẽ operantem, quod fama, & in antiquis ſufficeret pro plena probatione.*

13 *Geſta a Principe in ſuis terris, qui de facto ſuperiorem nõ cognoſcit, iudicantur ac ſi a ſummo Principe, ſeu Imperatore geſta eſſent.*

14 *Eccleſia concedens iuriſdictiones, vel pẽſiones præſumitur in dubio concedere in feudum.*

15 *Quando dubitatur de latitudine prædiorum feudalium præſumitur omnia eſſe feudalia, & eiuſdem qualitatis, & conditionis vbi nulla apparent notæ diuerſitatis.*

16 *Feudalis res præſumitur, quando eã poſſidens in præteritũ præſtitit aliqđ Principi territorij in ſignũ ſubiectionis.*

17 *Bona præſumuntur eſſe feudalia, ſi poſſideantur ab eo, qui præſtiterit ſeruitium perſonale.*

Bona omnia præſumi allodialia, & libera eſſe,
1 † niſi probetur contrarium, à nobis ſupra
traditum eſt in concluſione, Allodialis, & vltra ibi adducta ſequitur Paul. Caſtr. conſ. 180. nu. 1. vol. 1. & Bertr. conſ. 183. nu. 7. vol. 6. & idem in conſ. 163. nu. 1. vol. 5. & Pariſ. conſ. 20. nu. 1. & idem in conſ. 205. nu. 9. eo. vol. Dec. conſ. 413. nu. 7. & conſ. 468. nu. 6 & an ex ſola cõfeſſione, vel aſſertione bona eſſe feudalia
2 † vel allodialia dignoſcantur, multi tum profitendo, tum cõſulendo docuere, in primis Curt. iun. cõſ. 145. nu. 4. vol. 2. Ruin. cõſ. 155. 156. nu. 1. vol. 1. & cõſ. 154. nu. 4. vol. 4. Imol. conſ. 112. nu. 14. Corn. conſ. 165. nu. 30. vol. 2. Grat. cõſ. 9. nu. 152. vol. 1. Alc. reg. 2. de præſump. præſumpt. 3. nu. 1. & nu. 2. Pariſ. cõſ. 148. nu. 25. vol. 1. Mari. cõſ. 67. nu. 5. tit. 1. latè Dec. cõſ. 169. Caſſa. in cõſuet. in tit. de ſucceſſioni. §. 6. in verbo, & les enfans de ſes freuſ. nu. 5. fol. 251. ſentit Abb. in c. veniẽs. in 2. & 3. notab. de accuſ. Goz. in conſ. 7. col. 1. nu. 4. & in conſ. 47. col. pen. & conſ. 50. col. 1. nu. 8. Caut. conſ. 179. nu. 1. cum ſeq. Pariſ. conſ. 20. nu. 1. Ioan. Andr. & Doct. in c. nimis. de iureiur. & habetur in c. 1. & ibi gl. 1. Caſt. conſ. 163. incip. in cauſa. & Alex. conſ. 129. põderatis. in prin. 1. vol. & conſ. 13. viſis in princip. in 5. vol. l. actus. C. de ſeruit. & aqu.
3 Ratio eſt † quia is, qui aſſerit bona eſſe allodialia, de iure communi habet intentionem fundatã pro ſe, quia oĩa bona præſumuntur allodialia, & hoc ex regula, quæ ſeſe habet, omnes res præſumi liberas, niſi probetur ſeruitus impoſita, quia ab initio, & ab origine omnia ſunt libera, vt ſciuit Imp. Iuſt. §. fi. Inſtit. de ſeruit. Bal.
4 in c. cum omnes. col. 11. de conſti. † rem autẽ eſſe feudalem, vel emphyteuticam, eſt quædam ſeruitus, vt not. p gl. & Doc. in l. ſi cuius. ff. de vſufru. in prin. Bal. in c. 1. col. vlt. de cõtro. inueſt. & in c. ſignificauit. Io. And. & alij, in c. ſi de iureiur. Imo. in cle. 1. de iureiur.

Hinc inte optimo colligi poteſt, vt ſi quæſtio inci-
5 derit inter filiam defuncti, & agnatos, † vel dominũ de feudo quia aſſerãt agnati, vel dominus bona eſſe feudalia, filia verò neget, filiç dicto fides ſit habenda aſſerentis eſſe allodialia, & idcirco mittẽda eſt in poſſeſſionem, nam ipſa habet fundatam intẽtionem, cũ
6 in dubio res non præſumatur feudalis, † ſed libera, caſus eſt deciſus, c. 1. §. inter filiam. ſi de feud. fuer. con-
* trou. inter dom. & vaſal. & ibi Doct. omnes hãc deciſionẽ ornant, & maximè Bal. Prepoſi. Alex. & huic conuenit. l. cum res. C. de probar. pulchrè Goz. conſ. 7. nu. 4. Dec. conſ. 32. col. fi. & conſ. 269. col. 1. & conſ. 43. nu. 7. & conſ. 468. nu. 6. Alex. conſ. 15. nu. 1. vol. 5. & conſ. 129. nu. 1. lib. 1. conſ. 15. nu. 19.

Primò limita concluſionẽ non procedere, quãdo
7 pro eo, quòd res ſit feudalis, cõcurrat fama, † & ſimus in antiquis ita declarat Alex. conſ. 55. nu. 1. 6. lib. 5. p text. in c. ſi quis per 30. tit. ſi de feud. fuer. controu. inter. domi. & agn. Andr. Tiraq. in conſuet. dicto tit. de retract. §. 32. nu. 9. cum ſeq. Iaſ. in l. ſi prius. col. 14. ver. 2. limita. ff. de oper. nou. nunciatio. Caſſan. in cõſuetud. Burg. fol. 114. col. 3. Gozad. conſ. 50. col. 4.

Cuius rei ratio eſt, quia, licèt maximè in dubio res
8 cenſeatur libera, & allodialis, † tñ ſi fama repugnet, & ſimus in antiquis, & de facto alterius agatur, tunc illa fama facit plenã probationẽ, ſic obſeruauit Inn. & alij in c. veniens, & in c. quid per nouale. de verb. ſignif. Spec. in tit. de probat. §. 1. verſ. & nota quòd pſcriptus. & c. Inn. in c. cum cauſam. de iuram. calum.
Cin. in l. ſi quidem. C. ſol. matr. Bal. Ang. & Salic. in l.
* proprietatis. C. de probat. ita * communiter notant Doct. in l. atqui natura. §. cum me abſente. ff. de neg. geſt. Bal. in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ. & quando fama probet, infra dicetur in verbo. fama.
9 Secundò limita, niſi in reſcripto, † vel aliqua alia ſcriptura, & inſtrumento per verba enunciatiua Princeps narraret dicta bona eſſe feudalia, ex hoc enim probatur, eſſe feudalia, vt dicit idem Alex. in eodem conſ. 15. nu. 1. & 2. per tex. in clem. 1. de probat.

Declares præfatam limitationem, vt procedat, dũmodo in talibus narratiuis verbis Princeps fundet intentionem ſuam, vt quia illa ſic narrata conferant ad id, quod primo, & præcipuè diſponebatur per Principem in dicto reſcripto vel inſtrumẽto, ita habetur in d. clem. 1. ſecundum Laudunum ibi, quem refert, & ſequitur Io. de Imol.
10 Ratio eſt, † quia cenſetur Princeps eo caſu plenè edoctus de eo, quod narrat, & aſſerit. arg. d. clem. 1. & per ea, quæ not. Ioan. Andr. in c. nonnulli. de reſcrip. Card. Flor. in 9. q. quã allegat extrau. Clem. ſexti, quæ incipit prouidè attendentes.

Hanc vim hẽnt illa verba ex certa ſcientia, & aõ
11 deliberato apponi conſueta in decreto Principis, † quæ efficiunt pſumptionẽ informationis. l. ſed etſi qs. §. fi. & ibi not. Bar. & alij. ff. ſi quis caut. & Bart. in l. ſi dari. ff. de verb. obl. & in l. fi. §. itẽ quæſitũ. ff. de cond. indeb. Bal. in l. mater. C. de rei vend. & in rubr. C. de confeſs. & in l. 1. eod. tit. & in l. 2. in 7. q. fi. C. de reſcind. vend. Io. ab Imol. in l. à Titio. ff. de verb. oblig.

Quòd ſi eſſent verba narratiua facti ab alio, quàm ab ipſo Principe, vel à prædeceſſore ſuo prolata, nec cõſtaret, Principem plenè, & perfectè de ipſis edoctũ
* fuiſſe, tunc omnes * communiter affirmant, † talia nar-
12 ratiua, in quibus Princeps non fundat intentionem ſuam, facere tãtum qualemcunque præſumptionem eandem vim habentem, quã habet fama, adeò vt in antiquis tantum ſufficeret pro plena probatione per not. per gl. & Doct. in c. ſi Papa. in verb. probata. de priuil. in 6. & in c. cum olim. de cenſ. & plenè notat Ant. de Butr. in c. fi. de ſucceſ. ab inteſt. & notant Doct. in d. clem. 1. & Io. And. in reg. non licet in Mercurial.

Secundò declara ſupradictam limitationem, q vt procedat neceſſe ſit, ut Princeps, qui tale quid aſſerit, iſtiuſmodi ſit, qui ſaltem (ut cũ noſtris loquar) de fa-
13 cto ſuperiorem non cognoſcat, † quoniã geſta à talibus in ſuis terris iudicantur, ac ſi à ſummo Principe, ſeu Imperatore geſta eſſent, ut per Bart. in l. regula. ff. de pen. & in l. 3. in prin. ff. de minor. & in l. hoſtes. ff. de cap. & poſtlim. reuer. in l. quidam cõſulebam in fi. ff. de re iudi. l. infamem. in fi. ff. de publ. iudi. c. per uenerabilẽ. ext. qui fil. ſint leg. facit c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de uerb. ſign. & notãt Bar. in l. 1. §. de qua re. ff. de poſtul. Io. And. in add. ad Spec. tit. de inſtru. edit. §. porro. in addit. incip. Hæc ſubſcriptio.

Tertio limita concluſionem nõ procedere, quãdo eccleſia concedit alicui iuriſdictiones, uel pẽſiones,
14 † quia præſumitur in dubio cõcedere non libera, ſed in emphyteuſim, uel in feudum, ita docuit Bald. in

cad

cap.ad audientiam.in vlt.col.de præſcrip.refert,& ſe-
quitur Iaſ.in l.ſi prius.col.14.de oper. nou. nunc. latè
Curt.iun.conſ.158.num.1.Ruin.conſil.22. ſub nu. 7.
colum.4.

Quartò limita non procedere, quando dubitaſ de
latitudine prædiorum ſeudaliũ, nam tunc præſumi-
15 tur,tota eſſe feudalia,†& oĩa eſſe eiuſdem qualitatis,
& conditionis, vbi nulla apparent veſtigia diuerſita-
tis,vt declarat Iaſ.in conſ.235.in fi.vol.2. facit tex. in
c.1.in fi.& ibi gl.de controuerſ.inter maſc.& fœm.de
benef.& ibi Aluar.col.2. Zaſ.conſ.11.vol.1

Quintò limita concluſionẽ non procedere, quãdo
16 poſſidens rem † in præteritũ præſtitiſſet aliquid Prin-
cipi territorij,in quo bona à ſe poſſeſſa ſita ſunt,in ſi-
gnũ ſubiectionis,quia tũc res præſumitur feudalis,ſic
locutus eſt,& declarauit Affl.ſuper cõſt.reg. fol. 110.
col.4.poſt And.de Iſer.in lib.1.ſub rub.de offic.iuſtit.

Sextò limita,niſi quis præſtitẽt ſeruiiũ perſonale
17 Principi, † nam tunc bona à tali poſſeſſa præſumun-
tur eſſe feudalia.ita decidit Gram.deciſ.77.n.1.& ſeq.
refert,& ſequitur Cyn.in auth.ingreſſi.verſ.circa præ-
miſſa adhuc quæro.C.de ſacroſanc.eccl.

CONCLVSIO CCX.

ARGVMENTVM.

Bona inuecta, & illata in fundum condu-
ctum, quomodo probentur domino
fundi obligata pro penſione, & quo pa
cto id procedat.

SVMMARIVM.

1 Bona inuecta,& illata in fundum conductum ex eo,quod in fundum inuecta,& illata fuerunt,probantur domino fundi obligata pro penſione.

2 Bona omnia illata in fundum conductum cenſentur tacitè obligata domino pro penſione non obſtante expreſſa obligatione in alijs rebus, & etiam in aliquibus ex ipſis illatis. Idem dicit de illatis, & inuectis in molendinum.

3 Molendinũ,an ſit pdiũ ruſticũ,vel vrbanũ,vide remiſſiuè.

4 Bona inuecta,& illata in naui,vt vehantur,obligata ſunt pro fœnore nauis.

5 Bona illata,& inuecta etiam in porticum domus,& illi cohærentem cenſentur obligata domino pro penſione.

6 Merces illatæ, & inuectæ in domum, vel apothecam ad id conductam pro penſione obligata ſunt domino.

Horreum, & magazinum idem ſunt. ibid.

7 Merces non probantur obligatæ pro penſione,cum ſunt illatæ in domum conductam. Quod declara,& ibi.

8 Bona illata,& inuecta in fundum emphyteuticum pro penſione domus domino obligata ſunt.

9 Bona illata in domo conducta,vt ibi eſſent,quæ conductor poſtea aſportauerit,cenſentur obligata dño pro pẽſione.

10 Bona inuecta in domo conducta domino obligata ſunt,nedum pro penſione, verum etiam ſi deteriora facta ſint.

11 Bona in domum illata nedum a conductore primo, verũ etiam a ſub conductore obligata cenſentur primo locatori domino fundi.

12 Bona coloni partiarij illata in fundum conductum ſunt obligata domino pro penſione.

13 Actio ex obligatione datur etiam cõtra tertium poſſeſſorẽ.

14 Bona inuecta,& illata,nedum in fundũ vrbanum, verũ, et in ruſticum conductum pro penſione obligata ſunt.

15 Res,quarum dominus eſt conductor, & res alienæ, quas colonus poſſidebat mala fide,& inuexit in fundum conductum inſcio domino rerũ, an cenſeantur domino obligatæ pro penſione,diſtingue,vt ibi.

16 Pecunia,quã quis habet in arca,vt impendat in quotidianas neceſſitates, nõ cẽſet obligata dño pro pẽſione domus.

17 Pecunia,quam aliquis in arcà reconditã habet,ex qua nec obolum amoueret,ſed tenet locũ peculij, & ſupellectilis, cenſetur obligata domino pro penſione domus conductæ.

18 Veſtes quotidianæ,cũ nõ veniãt in expreſſa hypotheca, nec in tacita venire dẽnt. Idẽ dr de lecto,& de oĩbus his,quæ non veniũt in expreſſa generali obligatione, vt de ſcolariũ lib.& de militũ armis. Qđ tñ limita,& reſtringe,ibi.

19 Inſtrumenta,& chirographa creditorum pro penſione domus non cenſentur obligata domino.

20 Res in fundũ illatæ, & inuectæ, vt ibi perpetuò maneant, pro penſione obligatæ ſunt domino,& quanam ſint inuecta,& illata animo,vt ibidem permaneant vſq; ad finem conductionis,ſtatur arbitrio iudicis.

Bona inuecta; & illata in fundum cõductum
ex eo ꝓbari domino fundi obligata pro
1 penſione,† ꝙ in fundũ inuecta,& illata fuerunt, ſan-
xit Imp.Iuſt.Inſt.de act §.item ſeruiana.verſ.1.& 2.&
l.in prædijs.ff.in quib.cauſ.pig.& hypoth.contrah. in
l.ſi non inuecta.l.certi iuris.C.eo.tit.

Ampliatur primò,vt procedat,etiã ſi dñs pro dicta
pẽſione ſibi proſpexerit de obligatione in alijs rebus
etiam ſi in aliquibus tantùm ex ipſis inuectis, & illa-
2 tis, † nam ẽt omnes illatæ cenſentur obligatæ tacitè,
non obſtãte dicta expreſſa obligatione, vt ſenſit Bal.
in l.certi.iur.n.13. C.loca.quẽ referunt, & ſequuntur
Io.Fabr. Aret.& Iaſ.in d.§.itẽ Seruiana.Neg.in tract.
de pig.& hypoth.in 4.memb.2.par.nu. 138.

Amplia ſecundò,vt procedat etiam in illatis, & in-
uectis in molendinum,vt tradidit Bart.in d.l.certi iu-
ris.quem ſequitur Neguſ.vbi ſup.nu. 144.& quià dubi
3 tari conſueuit,† an molendinum ſit prædium ruſticũ,
vel vrbanum,de hoc latè ſcribit Tiraq.in tract. de re-
tract.conſang.§.1.glo.7.nu. 92.

Amplia tertiò,vt procedat etiam in inuectis, & il-
4 latis in naui,vt vehantur,quæ obligata ſunt † pro fœno
re nauis.Bal.in d.l.certi iuris.C.in quib.caſib.tac.cõ-
trah.oblig.Tiraq.in tract.de retract.conſang.§. 1. gl.
7.nu.89.Neguſ.vbi ſup.nu. 140.

Amplia quartò,vt procedat nedum in inuectis, &
5 illatis in domum, verumetiam in illatis † & inuectis
in porticum ipſius domus,& illi cohærentem.argum.
tex.in l.eo iure.§.1.ff.in quib.cau.pign. taci. contrah.
Neguſ.vbi ſup.nu.139.Bal.in d.l.certi iuris.facit: quia
legata domo venit,& porticus illi coniunctus.l.cæte-
ra.§.hoc Senatus.vbi Bart.& Iaſ.ff.de leg.2.

Amplia quintò in mercibus illatis, & inuectis in
6 domum,† vel apothecam ad id conductam, ſic docet
Bart.in l.ſi conſtante.in prin.in 3.q.3.par.princ.ff.ſol.
matr.& Bal.in l.vbi adhuc.in 8.col.C.de iur. dot. per
l.cum tabernam.in prin.ff.de pign. quem dicit multũ
ſingularem, hanc ſententiam approbat Conna. in lib.
4.iuris ciuilis.c.16 nu.8.Gozad.Inſt de act. in §. item
Seruiana.nu.23.& Zaſ.in nu. 20. ad quod plurimum
confert.l.3.ff.in quib.cauſ.pig.taci.contraha.præſup-
poſito quòd horreum,& area erant loci,in quib. mer
ces,& negotiationes exercebantur.l.quoties.ff.de pe-
cu.l.cum in plures.§.locator horrei.ff.loca. l. ſed etſi.
ff.de inſtit.act.& Alc.in l.non ſolùm.§.morte.nu.58.
ff.de ope.nou. nunc. aſſerit horreum, & magazinum
idem eſſe.

Verùm quia nonnulli in contrariam ſñiam deſcen-
7 derunt,merces non probari obligatas † cũ ſunt illatæ,
vt Bal.ſibi contrarius.in d.l.certi iuris.C.in quib.cauſ.
pig.tac.cõtrah.Alex.in d.l.ſi conſt.nu.35.ff.ſol.matr.
& ibi Crot.in 1.lect.n.36.Soc.in tract.fallen.reg. 192.
fallen.2.Neguſ.in tract.de pig.in 4.memb.2. part. nu.
153. ita poſſet contractus tolli.

Declara præfatam ampliationẽ,vt procedat in ſuo
caſu,quando fundus,& domus ad id cõducta fuit, ſe-
cus ſi conduxit ad habitationem propriã,licèt poſtea
intulerit merces,quas fortè alibi cõſueuerat colloca-
re,ꝗ qdẽ ꝓcedunt in primis per d.l. cum tabernam.

Amplia

Digitized by Google

8 Amplia ſextò, vt procedat etiam in rebus illatis† & inuectis in fundum emphyteuticum, vt per Bal. in d. l. certi iuris. num. 8. C. loca. quem ſequitur Ang. Aret. Inſt. de actio. in §. itē Seruian. nu. 1. ad quod pertinet, quia in iure noſtro talis contractus quandoq; appellatur, emphyteuticus. §. adeo. Inſt. de loca.

Amplia ſeptimò, vt procedat etiam dato, ſi cōdu-
9 ctor bona illata, vt ibi eſſēt, †poſtea aſportauerit. Bal. in l. certi iuris. C. loca. Ang. Aret. in §. item Seruiana. nu. 1. Inſt. de actio. Negul. in tract. de pigno. in 2. mēbro 4. par. nu. 142.

Amplia octauò, vt procedat vſque eo, vt nedum
10 pro penſione, verum etiā ſi deteriora facta ſint, †obligata ſint, per l. 2. ff. in qui. cauſis pig. taci. contraha. p quem text. ita dixit Bart. in l. ſolutam. §. ſolutum. ff. de pigno. actio. Neguſ. ſequitur in d. tract. in 2. mēbr. 4. par. nu. 129. Balduin. in comment. de pign. c. 6. col. 3. verſ. ſed obſtandum eſt. Conna. lib. 4. commentar. iur. cap. 16. num. 7.

Ampliatur nonò, vt procedat nedū in bonis illatis à conductore primo, verumetiam a ſubconducto-
11 re, †quæ etiam obligata cēſentur primo locatori domino fundi, vt tradidit Bart. in l. ſolutum. §. ſolutam. ff. de pigno. actio. & in l. ſed etſi lege. §. ſi colonus. ff. loca. Rom. in ſingul. 191. Neguſan. in tract. de pigno. in 4. memb. 2. part. nu. 135. Balduin. in comment. de pign. c. 6. col. 2. verſ. ſed & cum olim.

12 Ampliatur decimò, vt procedat etiā † in bonis coloni partiarii, ita ſentiunt vno cōſenſu Roffr. & Cyn. in d. l. certi iuris & poſt eos Bal. nu. 6. C. loc. & gl. in §. item Seruiana. in verſ. quis, Inſtit. de actio. vbi Ang.
* Aret. nu. 13. & Gomeſ. nu. 9. qui teſtatur de * communi, & ibid. Zaſius nu. 14. Florian. in l. 2. num. 3. ff. loca. Alex. in cōſ. 32. nu. 3. lib. 1. Soci. in tract. reg. regu. 192. limit. vltim. Barb. in rubr. extr. de loc. etiamſi dictus colonus aliqua certa ſpecie promiſſa colat. Bal. in d. l. certi. nu. 6. Rom. in ſuo ſing. 233. vbi multa iura ad id ſubtiliter ponderata adducit.

Amplia vndecimò, vt procedat, etiam ſi res huiuſ-
13 modi poſtea ſint alienatę, †quia etiam cōtra tertium poſſeſſorem datur actio ex dicta obligatione. l. 1. in prin. ff. de ſal. interdicto, qui loquitur in partu ancillæ obligatæ, qui caſus in vtranque partem diſputari poteſt. Et in primis quòd ad dicta bona detur actio contra tertium, voluere gl. cæterique Doct. in d. l. 1. & in l. 1. C. eod. tit. Neguſ. in d. tract. memb. 4. ſecundæ par. nu. 133. Balduin. in §. ſi interdictum. Inſt. de interdict. & in comment. de pigno. cap. 14. col. 2. Franc. Sarmētus in comment. de reddi. eccleſiæ, part. 3. c. 2. nu. 19.

Amplia duodecimò, vt procedat nedum in inue-
14 ctis, & illatis in fundum vrbanum †verumetiā in fun-
* dum ruſticum conductum. pro hac ſentētia eſt * cōis opinio Doctorum in §. itē Seruiana. Inſt. de acti. vbi glo. & Ang. nu. 12. & Iaſ. nu. 54. Gomeſ. nu. 13. Zaſius nu. 16. Io. Bapt. Aſinius in l. ar ſi quis. §. ſi colonus. nu. 38. ff. de relig. & sūpt. fun. q alios antiquiores allegāt.

Limitatur primò hæc cōcluſio ita ampliata, vt ꝓcedat in rebus, quarum dominus eſt conductor, ſecus ſi ſint res alienæ, quas colonus poſſidebat mala fide, & inuehit in fundum conductum inſcio domino re-
15 rum, ſed ſi bona fide poſſideret, † adhuc eſſēt obliga-
* tæ, & de * communi teſtatur Iaſ. in d. §. item Seruiana. nu. 53. Inſt. de act. quod dictum dicit eſſe originale gl. in l. item quia. in prin. in verſ. inuecta. ff. de pact. quam approbat ibi Ang. Aret. in d. §. item Seruiana. Bal. in d. l. certi iuris. C. loca. nu. 10. & ibi Salic. in 2. q. & Affl. deciſ. 184. Aſinius in l. at ſi quis. §. ſi colonus. in fin. ff. de relig. & ſumpt. fun. ſi verò poſſideat mala fide, & inuehantur ſciente, & patiēte domino rerum illarū, pugnāt vtrinque auctoritates. Inter quas primas ſibi vendicat Accur. auctoritas in d. l. certi iuris. C. loca. q ſentit eſſe obligatas, quem ſequitur Bar. in l. quę dot. in vlt. col. ff. ſol. matr. vbi Alex. Bald. in l. ſi ſine. C. ad Velleia. in 2. col. ver. quartò quæro. Alex. in l. Lucius. ff. ſol. matr. Salic. in l. inuitus. C. de procur. alij ſentire, nullam cōtrahi tacitā obligationem ſuper illis rebus, ex quibus fuere, Cyn. Ia. de Aret. Bal. & Salic. in d. l. certi iuris. C. loc. & Alex. in l. item quia. in prin. ff.
* ff. de pac. vbi Bal. & hanc dicit * communem Iaſ. in d. §. item Seruiana. nu. 54. Inſt. de act. & ibi Gomeſ. nu. 24. Neguſ. in tract. de pign. in 2. memb. 4. part. nu. 152. niſi tamen dominus pateretur res ſuas inuehi in fundum conductum, vt locator magis alliceretur ad locandum, quia videbat conductorē optimam habere ſupellectilem, & inſtrumenta, vel ni aliter dolo perferret, vt per Doctores in locis mox citatis.

Limitatur ſecūdò, vt procedat in rebus mobilibus,
16 & ſupellectilibus, † ſecus in pecunia, quā quis hēt in arca, vt impēdat in quotidianas neceſſitates, quæ nō cenſetur obligata. Gomeſ. Inſt. de act. §. itē Seruian. nu. 20. & Zaſius. n. 22. Crotus in l. ſi cōſtāte. in prima. lect. in nu. 96. & in repetitio. nu. 140. ff. ſol. matr.

Declaratur hæc limitatio, vt nō procedat in pecu-
17 nia, †quam aliquis in arca reconditam habet, ex qua nec obolum amoueret, ſed habet loco immobilium, & peculij, ac ſupellectilis, ita tradit Barb. in c. nulli. col. vlt. de reb. eccleſ. non alienan. Gomeſ. in §. item Seruiana. nu. 21. & Zaſ. nu. 22.

Limitatur tertiò, vt nō procedat in veſtimētis quotidianis, quæ cum non veniāt in expreſſa hypotheca,
18 †nec in tacita venire debēt, vt per Bal. in d. l. certi iuris. nu. 9. C. loca. Neguſ. in d. tract. de pign. in 4. mēbr. 2. par. nu. 151. Io. Faber. in d. §. item Seruiana. nu. 2. & Ang. nu. 1. in fi. vbi Zaſius nu. 22. ver. 5. inferas, vbi ex ſimilitudine rationis idem dicit tenēdum in lecto, & omnibus his, q̄ nō veniūt in expreſſa generali obligatione, quē ſequitur Affl. d. deciſ. 184. vt in ſcolarib. li-
* bri, & in militibus arma, & ibi idē tenet ante eū Ang.

Quæ limitatio debet reſtringi, vt procedat, q̄n adſunt alia bona mobilia illata, & inuecta, quæ poſſunt obligari, nā alioqui & illa obligarentur, quia tūc ceſſat priuilegiū, ne illa huiuſmodi obligētur, priuilegiū inquā, l. obligatione generali. cū l. ſeq. ff. de pign. q̄ iura ita declarat Petraſancta. in ſuo ſing. 35. dictum eſt, quē in ſimili ſequit̄ Zaſ. in d. §. itē Seruian. n. 22. ad fi.

Limitatur quartò, vt non procedat in inſtrumētis,
19 & chirographis creditorum, † quæ nō cenſentur obligata, nec nomina debitorum, ita tenet Iaſ. qui teſta-
* tur de * communi in d. §. itē Seruiana. nu. 40. vbi alios allegat, quibus addē Neguſ. de pign. in 4. mēbr. 2. par. nu. 153. verſ. octauò limita.

Limitatur quinto & vltimò, vt ꝓcedat, ſi res in fundum illatæ, & inuectæ ſint, vt ibi perpetuò maneant,
20 †alràs ſecus. l. debitor. ff. de pign. l. in prędijs. §. 1. illud autem perpetuò declarant Doctores, id eſt, per totum tempus cōductionis, vt per Iaſ. in d. §. itē Seruian. nu.
* 35. vbi teſtatur de * cōmuni, & idem ſentientes in medium adducit, ſubiūgens ſtari arbitrio iudicis, quænā inuecta, & illata ſint eo aīo, vt ibi permanerent vſq; ad finem cōductionis, quē ſequitur nunquā ſatis laudatus ille Menoch. de arbitr. iud. in cent. caſu 441. vbi allegat Neguſ. in trac. de pign. in 2. mēb. 2. par. n. 128.

CONCLVSIO CCXI.

ARGVMENTVM.

Bona mulieris an dotalia, vel paraſernalia eſſe præſumantur.

SVMMARIVM.

1 *Bona mulieris præſumuntur eſſe paraſ. rnalia, ſi ſuper illis non apparet de dotis conſtitutione.*
2 *Mulier habet patrimonium triplicis generis.*
3 *Dotiſt mariti.*

4 *Ma-*

4 *Maritus cenſetur procurator vxoris in bonis paraphernalibus eiuſdem.*

Vbi nulla dos eſt conſtituta,ibi paraphernalia eſſe non poſſunt ibi.

5 *Maritus non eſt procurator in bonis penes vxorem retentis, nec ipſi traditis.*

6 *Maritus in bonis paraphernalibus vxoris intelligitur habere tacitam adminiſtrationem.*

7 *Mulier ſi contradicat, non poſſunt eius bona paraphernalia à viro adminiſtrari.*

8 *Qualitas viri,& eius cōditio,& facultates attēdendæ ſunt, vt præſumat bona vxoris nō eſſe omnia paraphernalia.*

9 *Bona vxoris,quę per maritum adminiſtrantur tanquam maritum,dotalia præſumuntur.*

Bona mulieris non ex eo probātur in dotē data,quòd marito ſunt tradita, & illa ad-
1 miniſtrat,ſed† præſumunt̃ eſſe paraphernalia, ſi non apparet de dotis cōſtitutione ſuper illis bonis,ſi fides eſt habenda cōſulenti Alex.in conſ.144.p tot.quem latè differentem videas.Bal.in conſ.69.factū tale eſt nu.11. vol. 5. & Ceph. in conſ.122.nu.17.vol.1.& in conſ.157.nu.1.vol.2.Dec.conſ.521.nu. 8. verſ. venio ad ſecundum,qui loquitur in fortioribus,ſcilicet, qn̄ mulier tradidit bona per hæc verba,ad habēdū, gaudendū,& vſufructuandū ſupra dotem.Alex.in conſ. 142.lib.7.Paul.de Caſt.in conſ.60.lib.2.& in auth. p̄tereà.C.vn.vir.& vxor.vbi Dec.Flor. in ſua diſput. 1. Corn.in cōſ.227.lib.4.Rom. in conſ. 314. Dec.conſ. 521.Iaſ.in l.ſi cōſtāte.ff.ſol.matr.Hipp. Marſ. in ſing. ſuo 638.Bal.in conſ.68.lib.2.aliàs eſt conſ.102. lib.4. Bar.in diſp.ſua,quæ incipit.Mulier habens amplum matrimonium.Bal.in auth.res quæ,verſ. ſed nūquid. C.cōmun.de leg.Ang.in l.1.ff.ſol.matr. quod eſt verum, etiam ſi mulier nullam dederit dotem viro, ita conſuluit Alex.in d.conſ.144.lib.5.

Vt autem termini (vt cum noſtris loquar) & vocabula artis iuridicæ rudioribus nota fiant,ſciendū eſt,
2 †mulierem habere patrimonium triplicis generis, vt ait Bal.in cōſ.ſuo incip.ſciendū, quòd mulier. Alex. in conſ.42.lib.1.nu 2.& in cōſ.42.lib.2. Affl. in deciſ. 44.Iaſ.in conſ.197.lib.2.Dec.in conſ. 521.

3 Primò habet dotem†quæ eſt mariti,arg.l.doce ancillam.C.de rei vend.l.in rebus.C.de iure dot.cū alijs adductis per Dec.in conſ.521. nu. 1.

Secundò habet bona,quę à noſtris vocantur paraphernalia,quę ab vxore marito extra dotē tradūtur,
4 †in quibus maritus procurator vxoris cēſetur,arg.l.ſi, C.de pact.conuen.adeò vt vbi nulla dos eſt conſtituta,ibi paraphernalia eſſe nō poſſint, vt reſpōdit Alex. in conſ.144.circa primum.col.2.poſt medium,vol.5.

Tertiò habet bona penes ſe retēta,nec marito tra-
5 dita,†in quibus maritus nō eſt procurator, arg. l. maritus.C. de procur. & in iſtis bonis vir nullā habet adminiſtrationem,vnde ſi agit, cauet de rato ꝓ muliere,arg.d.l. maritus. Sed pro paraphernalibus non ca-
6 uet,quia in illis intelligitur† habere tacitam adminiſtrationem,arg.d.l.ſi.C.de pact.conuen.& ibi glo. Et dicit Bal.maritum cogi reddere rationem, quatenus conuertiſſet in vſus proprios,quia debuit conuertere in vſum cōem,vt in d.l.ſi.& in l.ſtipulata.§.1.ff.de donat.inter vir.& vxor.& notat latè Alex.in d.cōſ.144. lib.5.per totum.Ceph. in conſ. 122. in prin. vol. 1. &
7 Nat.in conſ.75.vol.1.vbi tamē ſub nu.3.dicit†ſi mulier repugnet,nō poſſe bona paraphernalia à viro adminiſtrari,arg.l.hac lege.& ibi Bal.C.de pact.cōuen.

Limita concluſionem non procedere, quando ex
8 qualitate perſonarum aliud præſumendum eſſet, vt cū qualitas viri,& eius conditio,& facultates ita merebantur.l.quæro.l.ſiue generalis.ff.de iur.dot.ſecundū Bar.in l.ſi cōſtante.in 4.q.3.par.ff.ſol.matr. Bal.in l.ſi.C.de ſēt.q̄ ſine cert.quāt.& in l.ſi ante.ff.ſol. mat. & Bal.conſ.69.nu.2,vol.5.Alex.d.cōſ.144.n.1.vol.5.

Limita ſecundò cōcluſionē non ꝓcedere in bonis vxoris,quæ p maritum adminiſtrantur tanq̄ maritus,
9 †quia talia bona dotalia p̄ſumūtur,arg.l.quæuis.ff.de iur.dot.l.pen.in prin.& l.ſi.ff ſol.mat.& notat Bar.in l.ſeruus dotalis,in ſi.ff.eo.& Silu.in cōſ.95.n.1.vol.2.

CONCLVSIO CCXII.

ARGVMENTVM.

Vidua adminiſtrās pupilli bona,an ea,quæ penes ipſam fuere inuenta,ex bonis pupilli quæſita præſumantur.

SVMMARIVM.

1 *Bona penes viduam reperta habentem adminiſtrationem pupillarem,præſumuntur ex bonis pupilli eſſe quæſita.*

2 *Coniectura,& præſumptiones legibus expreſſæ tantæ ſunt energiæ,vt omnino dicantur liquidiſſimæ probationes.*

3 *Vidua ſe acquiſiuiſſe aſſerens,ſed non ex bonis,& pecunia adminiſtrationis curæ pupillaris,hoc probare tenetur.*

4 *Vidua ſi habuit bona propria,vnde potuerit acquiſitionem facere,& pupillus ſit inops, nō præſumit, ꝗ acquiſiuerit ex bonis,& pecunia adminiſtrationis curæ pupillaris.*

5 *Mulier an ſemper præſumatur acquiſiuiſſe bona intuitu mariti,vide remiſſiuè.*

1 Bona penes viduam reperta habentē adminiſtrationem pupillarē† preſumi ex bonis pupillis eſſe quæſita, & intuitu dictæ adminiſtrationis,reſpondit Pariſ.conſ.80.nu.12.lib.1. qui hāc aſſe-
* rit * communem eſſe opinionem. Ang.conſ.141. nu. 2. per totum, quod cōſilium Angeli tanquam ſingulare refert,& ſequitur Præpoſitus in c. ſignificauit. in ſi.ext.de dona.inter vir.& vxor.Cur.ſen.conſ.24. nu. 2.Alex.conſ.82.nu.14. perſpectis. lib.2. Franc. Aret. conſ.31. per totum. quem vide.

Et iſta cōcluſiō inniti videtur l.quintus.ff.de dona. inter vir.& vxor.& l.etiā. C. eo. de donat.inter vir.& vxo.& iſtud ſēſit Bal.in l.cum oportet.& ibi Salic. in prin.C.de bon.quæ lib.& Alber.de Roſat.in d.l. etiā. C.de donat.inter vir.& vxor.Barb.in c.1.de pecul.Io. Crot.in repet.l.frater à fratre.charta 9.col. 2. q. 32. ff. de condi.indeb. confirmant etiam recentiores adducētes aliàs deciſiones in tract.Silu. nupt.fol.68.col. 1. verſ.ſecundo.Primò amplia, qui hoc modo ampliat diſpoſitionem d.l.quintus.& d.l.etiam.C.de donat.

Et ratio eſt, ne cōtra eā habeatur ſiniſtra ſuſpicio, & vt à delicto liberet̃, vt reſpondit Ang.cōſ.141.n.2.

Hæ verò coniecturæ, & præſumptiones tantæ ſunt
2 energiæ,†eo quòd legibus sūt expreſſæ in d.l.quintus, & d.l.etiam,vt omninò dicantur liquidiſſimę probationes.l.ſi quis locuples.in ſi.ff. de manumiſſ. teſta. l. licet Imperator.de lega.1. cum alijs allegatis p Ang. & Alex.in l.1.C.de teſta.mili.& per Dec.in rubr. ext. de proba.nu.24.vſque eo,vt onus probandi in aduerſarium transferat præciſè.

3 Vnde infertur,†vt vidua,quę ſe acquiſiuiſſe,ſed nō ex bonis,& pecunia adminiſtrationis curæ pupillaris aſſeueret,hoc probare compellatur.Pariſ.cōſ. 80. nu. 13.lib.1.Hercul.de proban. negat. fol.23.nu.26.verſ. 27.infertur, &c.

Quod verò ſum dicturus, obſeruatione dignū eſt, nam concluſio procedit, dummodo non occurat cā,
4 †cur aliundè talem acquiſitionem facere potuerit, quòd habebat propria bona,& pupillus erat inops,vt nō potuerit aliquid ſupereſſe ex illius redditibus de-
* ductis impenſis,ita Doctores* omnes dictis locis ſuprà citatis,& præcipuè Ang.in d.conſ.141.

An aūt in dubio ſemper mulier præſumatur acqui-
5 ſiuiſſe bona†intuitu mariti,dicetur fuſius infrà in cōcluſ.Mulier.& in concluſ. Vxor.

CON-

CONCLVSIO CCXIII.

ARGVMENTVM.

Bona reperta in domo viri, an præſumantur eſſe viri, an vxoris, & quo pacto vxor ſua eſſe probare poterit.

SVMMARIVM.

1 *Bona reperta in domo viri præſumuntur viri eſſe propter præeminentiã, & mulier aſſerens ſua eſſe probare debet.*
2 *Bona ſua eſſe probare poterit mulier per ſcripturam priuatam viri.*
3 *Bona reperta in domo viri, cum non poſſit clarè probari, an illius, an mulieris ſint, ſufficit probatio per coniecturas, & præſumptiones.*
4 *Mulieris ſunt veſtes, & alia, quæ eidẽ cõueniunt, vt pectines, belleta, & ſimilia, & contrariũ dicens, probare det.*
5 *Bona paraphernalia vxoris, eiuſdem ſunt, alio nõ ꝓbato.*

Bona reperta in domo viri preſumuntur eſſe viri propter quandam emphaſim. Hinc
1 fit, vt cum mulier ſua eſſe bona aſſerat, † debeat hoc probare, alioqui non admittetur. ita ſingulariter decidit Math. Matheſ. in l. 1. C. de priuileg. fiſ. nu. 3.
2 Primò probare hoc in caſu poterit mulier † illiuſmodi bona eſſe ſola per ſcripturam priuatã viri, arg. l. ſi ego. §. dotis. ff. de iur. do. Ang. Imo. Rom. in l. qui iure familiaritatis. ff. de acq. poſſ.
3 Prætereà cum non poſſit id clarè probari, † ſufficit probatio per coniecturas, & preſumptiones. argum. l. conſenſu. C. de repud. Bart. Soc. conſ. 128. nu. 3. vol. 1.
Primò limita concluſionem non procedere, quando ex qualitate rerum oritur præſumptio pro mulie-
4 re, alio non probato, † vt in veſtibus muliebribus, & in alijs, quæ conueniunt mulieri, vt eſt ipſius mũdus, pectines, vnguenta, fuci, & huiuſmodi, his enim in caſibus, qui repugnare voluerit, non eſſe mulieris, hoc probare debet. arg. l. hoc legatum. ff. de leg. 3.
Secũdò limita concluſionẽ non ꝓcedere in bonis
5 paraphernalibus vxoris, † q̃a in eis eſt fundata intẽtio mulieris, alio nõ ꝓbato, na ex eo, ꝙ ſunt in ipſius vſu præſumũtur eſſe ſua. l. quidã. ff. de cond. inſt. l. 1. ff. familercif. & dictũ eſt ſup. latè in verb. bona mulieris.

CONCLVSIO CCXIV.

ARGVMENTVM.

Bona reperta penès vxorem, an in dubio acquiſita præſumantur ex bonis mariti.

SVMMARIVM.

1 *Bona reperta penes vxorem in dubio præſumuntur acquiſita ex bonis mariti, vt euitetur ſuſpicio turpis quaeſtus.*
2 *Vxor acquirens nomine proprio tenetur reſtituere pretiũ marito, aut eius hæredibus.*
3 *Præſumptio iuris tolli non poteſt, niſi probetur contrarium.*
4 *Confeſſio mariti in inſtrumento acquiſitionis facta, quãdo dicit, acquiſita eſſe de bonis vxoris, nõ tollit præſumptionem, vt non ſint ex bonis ipſius, & ſimulata, & ficta præſumitur, & à lege ſuſpicioſa cenſetur.*
5 *Vxoris eſſe res probatur per ſcripturam priuatam mariti, in qua ipſe id confiteatur.*
6 *Vxor in inſtrumento acquiſitionis dicens ſe acquirere de pecunia propria, marito conſentiente, ſeu patiente, facit ceſſare præſumptionem, quod acquiſita ſint ex bonis mariti.*
7 *Confeſſio fauore dotis nec iuramento aſſertorio præiudicat marito.*
8 *Mulier ſi ſit hæres amplæ hæreditatis paternæ, vel aliundè bona habeat, quod emit nomine proprio, cẽſetur emiſſe de bonis Patris.*
9 *Vxor ſi ante contractum matrimonium habuit pecunias, & illas marito contracto iam matrimonio non aſſignauerit, ꝙ emit, acquirere non præſumitur ex bonis viri.*
10 *Intellectus l. quintus. ff. de dona. int. vir. & vxor.*
11 *Mulier aliquam artem habens, vt obſtetrix, ſine manu medeatur, vel textrix, quod acquirit, ſibi acquirit, quaſi ex propria induſtria partum, & ceſſare facit omnem ſuſpicionem turpis lucri.*
12 *Mulier obſequialia ſeruitia debet præſtare marito, non autem induſtrialia.*
13 *Vxor habens paraphernalia, quando maritus non eſt induſtrius, nec à diuitijs ſit inſtructus, quod ipſa acquirit ex bonis mariti acquirere non præſumitur.*
14 *Bona acquiſita dicuntur de pecunijs mulieris, ſi maritus confiteatur, vel proteſtetur ita eſſe, iurans proteſtationi ſtare, non contrauenire.*
15 *Filius, quod acquirit, acquirere præſumitur ex pecunia paterna, niſi pater aliter confeſſus, & iuratus fuit.*
Argumentum valet de vno ad alium. ibi.
16 *Confeſſio dotis receptæ ſapit reprobatam donationem.*
17 *Maritus ſoluto matrimonio, ſi agat contra vxorem, non debet in libello concludere, vt reſtituat bona, ſed pretium ſeu pecuniam per ipſam in dictis bonis impenſam.*

1 Bona reperta penès vxorem, in dubio præſumuntur acquiſita ex bonis mariti. † idq; ea ratione fit, vt euitetur ſuſpicio turpis quæſtus. vt in l. 5. ff. de donat. int. vir. & vxo. & ibi Doctor. & maximè Salic. & in l. etiam. §. fi. C. eod. idem etiam notat Cran. in conſ. 81. nu. 4. vbi etiam dicit, idcircò vxorẽ acquirẽtem nomine proprio cogi reſtituere pretium
2 marito, † aut eius hæredibus, vt traditum fuit à Bar. in l. vxor marito. C. de donat. inter vir. & vxor. quem refert, & ſequitur Bal. in conſ. 358. incip. ſuper eo quod quæritur. col. 11. lib. 3. Conſulas noſtram cõcluſionẽ ſupra relatam, bona penès viduam. atque concluſionem. Acquiſita per mulierem, & Pariſ. in conſ. 62. nu. 9. cum alijs ſupra in dictis concluſionibus allegatis,
3 vol. 1. vbi dicitur notabiliter, † huiuſmodi præſumptionem, cum ſit iuris, tolli non poſſe, niſi per ipſam mulierem probetur contrarium, vt etiam dicit Bart. in ſimili in leg. ſi quis ex argentarijs. §. prætor. ff. de eden.
Primò amplia concluſionem, vt procedat, licèt maritus dicat in inſtrumento acquiſitionis fuiſſe ac-
4 quiſita de bonis ipſius vxoris, † nam tunc per huiuſmodi confeſſionem mariti non tollitur talis preſumptio, cum facta ſit conſtante matrimonio, & in fauorem mulieris, ſicque ſimulata, & ficta præſumitur, & à lege ſuſpicioſa cenſetur, etiam ſi nulla alia contra mulierem concurrat iuris præſumptio, prout dicit Pariſ. in d. conſil. 62. num. 5. volum. 1. & cum ibi allegat. & latius de hac infra dicetur in concluſione, confeſſio mariti.
Scias tamen contrarium ſentire Cranet. in conſil.
5 61. num. 7. vbi dicit † per priuatam ſcripturam mariti, in qua confitetur, res eſſe vxoris, id vnum probari poſſe, tuncque non habere locum contextum in d. l. quintus. ſecundum Angel. Imol. & Roman. in l. qui iure familiaritatis. ff. de acquirend. poſſeſſion. & Salicet. in l. cum propria. C. ſi quis alteri. vel ſibi, vbi
6 quando vxor in inſtrumento acquiſitionis dicit, † ſe acquirere de pecunia propria, marito conſentiente, ſeu patiente, ceſſat præſumptio dictæ. l. quintus.
Prior opinio confirmatur ex eo, quod nec fauore dotis cõfeſſio præiudicat marito. l. 2. C. de do. cau. nõ numera. quod vſq; eo verum eſt, vt nec iuramẽto aſ-
7 ſertorio † confeſſio præiudicet. Cyn. in l. 1. C. de ſacro-

ſanct.eccleſ.Rom.in cõſ.44.Soc.in l.1.col.19.verſ.2.
concl.ff.de iureiur.& conſ.61.col.3.verſ. non obſtat.
lib.1.& conſ.65.col.7.verſ.ſed tamen, cod.lib. Ruin.
conſ.135.nu.9.lib.1.& conſ.54.lib.3.& conſ.142.lib.
1.gl.in l.3.C.plus vale.quod agi.vbi Bal Goz. in cõſ.
69.nu.11.Iaſ.in l.1.ff.de iureiu.& in §.item ſi in fraudem.col.2.verſ.vltimo premitte. Neuiz. in conſ.23.
Dyd.lib.2.var.c.7.nu.4.Imo.in cap.cum contingat.
de iureiur.Soc.in l.1.col.pen.verſ.ſed à premiſſo fundamento.ff.ſol.matr,

Primò limita concluſionẽ,ſi aliundè potuit mulier
8 dicta bona acquirere ,† vt ſi eſſet hæres amplæ hæreditatis paternæ. prout dicſit Doct.ſupra allegati in d.
concluſionibus ſuperioribus,& Barthol.Soc.in conſ.
249.nu.33.vol.2. cum ibi allegat. Ego enim in caſu,
licet aliquid emiſſet nomine proprio, cẽſetur emiſſe
de bonis patris,vt ibid. ſcripſit Soc. vel aliundè bona
haberet,vt tradit gl in c.manifeſtè 12.q.1.Bald.conſ.
67.lib.5.& Crauan d.conſ.61.nu.7.

9 Secundò limita,† ſi conſtaret,vxorem ante contractum matrimonium habuiſſe pecunias, nec illas contracto iam matrimonio aſſignaſſe,vt voluit Bal.in l.
fi.C.de pign.nu.3.& in l.ſi vxor.nu.4.C. de cond. inſert.& videas,quæ ſupra adducta ſunt in cõcl. acquiſita per mulierem,in 1.limitatione, & Alex. in conſ.
42.incip.in cauſa. nu. 2.

Nam diſpoſitio d.l.quintus.ſolum habet locum in
10 bonis,†quæ obuenerunt vxori poſt contractum matrimonium,ſecus ſi ante ipſum,matrimonium prout
dicit Bald. in l.vxorem.C. de cond.inſer.& in l.ſuper
hypothecis.C.de pign.& Crau.in d.conſ.61.nu.7.

Tertiò limita concluſionem, quãdo vxor haberet
aliquam artem,vt quod eſſet,aut obſtetrix, vel manu
11 mederetur, ſiue textrix † cuius exercitij cauſa pecunias aliquas coegiſſet,nam tũc omnis ſuſpitio turpis
lucri ceſſaret,& ideirco ſibi hoc acquireret , quaſi ex
propria induſtria partum.Iacob Nouel.in ſuis regul.
reg.69.Nec vllam vim facit, ſi dicatur , vxorem viro
debere laborare, cum hoc nõ ſit verum ſimpliciter ,
12 nam obſequialia ſeruitia debet præſtare marito, †nõ
autem induſtrialia,vt obſeruat Capra cõſ.72.nu.15.
Bal.in l.1.C.de legi.& in l.in vxorem C. de cõdit. inſert. reliqua vide ſupra in d. concluſ. Acquiſita in 4.
ampliatione, & de hac materia plenè vide D.Gabr.
in ſuis concl.tit.de præſumpt.concl.15.quem videas,
& Ang. conſ. 141. per totum , qui plenè hanc materiam tractat.idem Aret.conſ.31. vberius hanc materiam diſcuriens.

13 Quarto limita,† vt tunc etiam non habeat locum
diſpoſitio d.l.quintus,quando maritus non eſt induſtrius, nec ab opibus eſt inſtructus , præſertim ſi vxor
habeat paraphernalia prout dicit Bal.in cõſ.70. col.
2.circa med.lib.1.Corn.in conſ.129. col. 2. circa fin.
vol.1.& Crau.in d.conſ.61.nu.7.

Quinto limitatur, vt non procedat , ſi maritus cõ-
14 fiteatur , † vel proteſtetur , illa bona fuiſſe acquiſita
de pecunijs ipſius mulieris,iurans hoc verum eſſe , &
huic proteſtationi ſtare, nec cõtrauenire , quod iuramentum erit(vt noſtrorum verbis vtar)aſſertorium , &
non promiſſorium, vt in eadem fere quæſtione dicitur de patre,qui ita cõfeſſus; & iuratus fuit in filium ,
15 † qa cætero q præſumitr acquirere ex pecunia paterna. Ruin.in conſ.96. lib. 5. & argum. valet de vno ad
alium,vt per Segur.in l.1.§.ſi vir.ff.de acquir.poſſ. ſi-
16 cut etiam dicitur in confeſſione dotis receptæ,† quæ
alias ſapit reprobatam donationem , vt tradidit Inn.
in c.cum cõtingat.nu. 10.in 3.quæſt. de iureiur. Iaſ.in
concl.184.lib. 2. Pet.& Cyn.in l.1.C de ſacroſanct.
eccl.& Soc.iterum in conſ.66.nu.26.lib.1. Cortes. in
tract.iuramenti.priuileg.25. Aret. in conſ. 74. col. 3.
Soc.in conſ.61.nu.4.lib.1.Ruin.in conſ.69.col.fi.lib.
3.Curt.iun.conſ.95.col.2.verſ. quartam ſciuit cõcluſionem lib.3.Barb.in conſ.59.lib.2.Crau.in conſ. 81.
col.1.Alc.in d.c.cum contingat.nu.107. Bal.Nouel.
tract.dot.part.10.col. 5. Lup.in repet.rubr. de donat.
int.vir.& vxor.fol.50.col.1.Homod.in conſ.106.col.
fi. Ant.Petruc.in repet.l.1.ff.de iureiur. col. 6.nu. 26.
Rui.in conſ.132.nu.11.lib.4.Com.in conſ.70.nu. 7.
& conſ 71.lib.3.

Verùm ne erres in formando libellum,ſi fortè maritus ſoluto matrimonio agat contra vxorẽ,aduerte,
17 q.a non debes in libello concludere,† vt reſtituat bona,ſed precium, & ſic pecuniam per mulierem in dictis Bonis impenſam. l. & ſi de tuo.& ibi Bart.not.C.
de don.int.vir.& vx.l.1.& ibi Bal.C.ſi quis alteri. Bar.
in l.3.C.de fid.inſtr.& iur.haſt.fiſc.lib.10. Bal. in cõſ.
67 lib.4 Sighor.de Homod.conſ.122.Alc.in tract.de
præſump.par.3.præſump.26.nu.14.Ripa.in l.fœminæ.
in princ.nu.53.de ſecund.nup.Bart.& Io.de Plat.in l.
etſi inſtrumẽta.C.de fid.inſtr.Crot.in l.frater à fratre.
nu.120.ff.de cond.indeb.Pariſ.in conſ.50.nu.9.lib.1.
Rip.in reſpon.4. part.3.

CONCLVSIO CCXV.

ARGVMENTVM.

Bona vxoris quomodo præſumantur data
viro in dotem.

SVMMARIVM.

1 *Bona vxoris præſumuntur data viro in dotem , ſi vxor dixit ei, do tibi bona mea.*

2 *Mulier nubens dote non conſtituta viro , in dubio omnia bona ſua in dotem ipſi viro dediſſe cenſetur, quando viro congruit matrimonium.*

3 *Mulier, quando priori viro bona ſua in dotem dederat, & ſimpliciter ſecundo viro tradidit, tunc dos ipſa repetita videtur , ſi ex priore matrimonio non extant liberi.*

4 *Bona à muliere viro tradita præſumuntur eſſe paraphernalia, ſi apparet de quantitate in dote data, aliàs ſecus.*

5 *Bona vxoris tunc præſumuntur dotalia, quando per maritum adminiſtrata ſint tanquam mariti.*

Bona vxoris preſumĩ data viro in dotẽ,ſi vxor
1 dixit ei†do tibi bona mea , a ſianm proſequitur Rol.à Valle in quæſt. 72. ſtatut. de lucrand.
dot Curt.iun.In cõſ.154.nu.4.& gl in l.mulier bona.
ff.de iure dot.quæ inſuper addit,vt mulier nubens viro,dote non conſtitura , in dubio omnia bona ſua in
2 dotem ipſi vero dediſſe cenſeatur,†quando viro congruit matrimoniũ,cuius tamen gl. doctrina , vt Dec.
* refert in auth.præterea nu.6.C.vnde vir & Vxor.*cõ-
muniter reiicitur,& improbatur à Bart.in ſua diſput,
incipien. Mulier habens amplum patrimonium , tãquam contra legem concludens, in uno caſu tãtum
omnia bona ſua in dotem uiro dediſſe cenſeatur,ſci-
3 licet ,quando priori uiro in dotem dederat , † & ſimpliciter ſecundo uiro tradidit , quia tũc dos ipſa repetita uidetur ; ſi ex priore matrimonio non extant
liberi,alioqui ſecus eſt,prout etiam dicit Soci. iun. in
conſ.29.nu. 16.& ſequen.volum.1.

Aliter diſtinguit Ceph.in conſ.157.nu.1.vol.2. vbi
4 quærit,an bona viro tradita præſumãtur dotalia,† an
paraphernalia.& concludit ea eſſe paraphernalia , ſi
apparet de quãtitate in dote data , alioquin aliter dicendum eſt,ſecundum Bal.in l.ultima,uerſ. ſed numquid præſumitur.C.de ſenten.quæ ſi cer. quantita.

Aliam præſumptionem adducit Silu.in cõſ.95.nu.
5 1.uol.2.ubi dicit†bona uxoris tunc præſumi dotalia,
ſi per maritum adminiſtrata fuerint tanquam maritum ,

CON-

CONCLVSIO CCXVI.

ARGVMENTVM.

Bona officialis Principis, an acquiſita eſſe præſumantur de bonis ipſius Principis.

SVMMARIVM.

1 *Bona officialis Principis non præſumuntur acquiſita de bonis ipſius Principis, ſed id liquidè probari debet.*
Contrarium ſub num. 2.
2 *Bona in dubio præſumuntur empta de pecunia propria.*

Bona officialis, vel rectius magiſtratus princi-
pis non præſum. acquiſita fuiſſe de bo-
1 nis ipſius Principis, † ſed id liquidè probandum eſſe
placuit Bald. in auth. licentiam. nu. 4. C. de epiſco. &
cler. Apoſtil. ad Bal. in l. quiſquis. C. ſi cert. pet. & not.
Bertran latè in conſ. 151. nu. 6. vol. 6.
2 Ratio eſt, nam † in dubio bona præſumũtur empta
de pecunia propria, arg. l. & magis. ff. de ſolu. & notat
Rol. à Valle in conſ. 90. nu. 7. vol. 2. & Rumin. ſen. in
conſ. 136. nu. 2. vol. 1.

Contrarium tamen huic concluſioni ſentire videtur gl. in l. defenſionis facultas. C. de iur. fiſc. lib. 10.

CONCLVSIO CCXVII.

ARGVMENTVM.

Quid cenſendum ſit, ſi bona ſint intra fines Regni Prouinciæ, Ciuitatis, vel Caſtri ſita, an idcirco illius eſſe dicendum ſit, cuius eſt regnum, & cętera loca, & quo pacto id probandum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Bona intra fines Regni, Prouinciæ, Ciuitatis, vel Caſtri ſita cenſentur eſſe illius, cuius eſt Regnum, Prouincia, Ciuitas, vel Caſtrum.*
2 *Iuriſdictio domini poſſidentis ineſt toto territorio, ſicut ineſt nebula ſuper tota palude.*
Contrarium num. 3.
4 *Caſtra ex conſuetudine hodie dicuntur habere diſtincta territoria etiam quoad iuriſdictionem.*
5 *Bona omnia quæ ſunt intra fines comprehendi præſumuntur in venditione, niſi nominatim fuerint exempta.*
6 *Venditio non dicitur eſſe facta ad certã menſuram, ſi vẽdo tibi tale prædium pro mille, & dico eſſe tot iugerum.*
Idem dicitur de locatione facta ſub eadem verborum formula. num. 7.
8 *Legato venit quidquid eſt intra confines rei legatæ, dũmodo res finibus circũſcripta ſit tota in dominio teſtatoris.*
9 *Bona ſita intra confinia Caſtri cẽſentur eſſe eius, cuius eſt ipſum Caſtrum, etiam quoad proprietatem.*
10 *Bona ſita intra confinia Caſtri non cenſentur eſſe domini quo ad proprietatem.*
11 *Princeps non habet fundatam intentionem, vt res intra fines ſuos aliquibus conceſſæ ſint feudales.*
12 *Quidquid eſt intra fines prædiorum, præſumitur eſſe dominorum prædiorum, ſi fines eorum ſunt priuatarum perſonarum.*
13 *Loca incluſa in finibus Caſtri, Regni, Ciuitatis, vel Prouinciæ non præſumuntur eſſe domini.*
14 *Bona ſita in aliquo loco, ſi dubitetur cuius ſint territorij, præſumuntur eſſe illius, cui ſunt magis propinqua.*
15 *Bona in dubio non dicũtur de pertinentijs caſtri, licèt ſint iuxta illud, ſed agens debet probare eſſe pertinentia.*
16 *Res quæ ſunt intra fines Caſtri, Prouinciæ, vel Regni, ſi per aliquem poſſeſſa non ſunt, & ignoretur, cuius ſint, præſumuntur eſſe illius, cuius eſt Prouincia, vel Regnũ.*
17 *Bona immobilia ſi quæ ſint, quæ non reperiantur a priuatis occupata, præſumuntur eſſe illius vniuerſitatis, vel dominij, in cuius territorio reperiuntur.*
18 *Bona, quæ ſunt in territorio alicuius, aut ſunt domini vniuerſitatis, aut priuatarum perſonarum.*
19 *Quando pro rebus exiſtentibus intra fines domino præſtatur aliquod annuum, præſumitur ratione dominij præſtitum.*
20 *Bona ſi ad concedentem ſpectant, ſiue priuatũ, ſiue Principẽ, omnia quæ ſũt incluſa intra fines veniũt in conceſſione.*
21 *Dominus fundatã habet intentionẽ ſuam etiam quoad vnũ, vel duos, vel tres exceptos, quando oẽs homines qui cõmorãtur intra fines Ciuitatis, Caſtri, vel Regni aliquid ſoluerunt pro rebus per eos poſſeſſis in recognitione dominij.*
22 *Rem in feudum habens, quidquid eſt intra fines illius rei, cenſetur iure feudi habere, niſi aliud probetur.*

Bona intra fines Regni, Prouinciæ, Ciuitatis,
1 vel Caſtri ſita, cenſentur eſſe illius, † cu-
ius eſt Regnũ, Prouincia, Ciuitas, vel Caſtrum, vſque
eo, vt dominus Regni, Prouinciæ, Ciuitatis, vel Ca-
ſtri habeat intentionẽ fundatam. arg. l. ede ſacra. ff. de
contr. [illegible] quod etiam pleriq; ſcribẽtium vno
ore tradiderũt. vt Bal. in rub. C. eo. tit. q. 22. & poſt Caſ.
Soc. in l. 1. in prin. n. 27. in fi. ff. de acq. poſſ. Dec. in cõſ.
517. nu. 9. & in conſ. 528. nu. 2. Calc. in conſ. 100. nu.
15. verſ. & quod fortius eſt. Ruin. in cõſ. 26. col. 3. vol.
1. in cõſ. 40. col. 9. eo lib. in conſ. 53. nu. 4. & in cõſ. 92.
col. 5. lib. 4. Brun. in conſ. 24. col. 2. Gozad. in conſ. 50.
col. fi. Soc. iun. in cõſ. 65. nu. 68. & in cõſ. 68. nu. 6. vol.
1. Io. Fab. in l. 1. col. 2. C. de ſum. Trin. & fid. cath. Iaſ.
in l. rem quę nobis. col. 7. in fi. verſ. crederem. ff. de ac-
quir. poſſ. vbi ait hanc ſententiam viu. & conſuetudi-
ne eſſe receptam. Guid. Pap. ſing. 661. in fi. Spec. in tit.
de iuriſd. omn. iud. arg. c. quo iure. 8. diſt. c. 1. 23. q. 7. c.
ſi diligẽti. ext. de præſcr. Bocr. in ſing. in verb. præſum.
nu. 18. Caſſa. conſ. 18. nu. 22. item Bal. in l. imperium.
2 ff. de iuriſd. omn. iud. cuius ibidẽ hæc verba ſunt, † iu-
riſdictionem domini poſſidentis illud ineſſe toto ter-
ritorio, ſicut ineſt nebula ſuper tota palude, quem re-
fert, & ſequitur Pariſ. conſ. 16. nu. 22. col. 4. Ang. in l. ſi
fines. C. de euic. Aret. in conſ. 63. ad fi. Abb. in c. ſi dili
genti. in 2. notab. ext. de præſcr. & in c. nimis. col. 1. &
ſeq. de iureiur. Soc. conſ. 80. col. 2. verſ. 3. concl. & cõſ.
126. col. 2. in fi. Old. conſ. 156. in fi. deciſ. Neap. 267. in
antiq. Andr. de Iſern. in conſt. Reg. incip. ab officiali-
bus noſtris. & Anch. ibid. & ibi etiam Imol. Iac. de S.
Georg. in tract. feudo. in verbo deniq; vaſalli promi-
ſerunt. col. 3. & ſeq. Curr. iun. in conſ. 41. nu. 9. in conſ.
141. col. 1. in conſ. 158. num. 24. & in conſ. 184. num.
8. & Fely. in d. c. ſi diligenti.
3 Contrarium † etiam quoad iuriſdictionẽ non præ-
ſumi pro domino, voluit Guid. Pap. conſ. 213. ſentit
Andr. de Iſer. in c. 1. in fi. qualiter vaſallus iurare de-
beat fidelitatem, in vſib. feudo. Henric. Boic. in c. ſi di
ligenti. col. 1. in fi. & ſeq. vbi notabiliter dicit hãc præ
ſumptionẽ quoad ſolos Imperatores, nõ quoad alios
inferiores locũ habere. Card. in c. nimis. de iureiu. Pa-
4 riſ. conſ. 16. nu. 23. verſ. nam hodie, vbi ait † ex cõſue-
tudine hodie Caſtra, &c. dici habere diſtincta territo-
ria, etiam quoad iuriſdictionem, ſecundum Bart. in l.
pia m. ff. de damn. infect.

Primò amplia concluſionẽ procedere, vbi cõfinia
appoſita ſunt rei vẽditæ, nã in huiuſmodi vẽditione omnia
bona quæ ſint intra ipſos fines cõprehendi in vendi-
5 tione præſumuntur, † niſi nominatim fuerint exẽpta.
l. æde ſacra. §. 1. ff. de cõtrah. emp. l. ſi fines. & ibi An-
gel. C. de euict. latè Dec. in cõſ. 247. nu. 2. incip. facit.
obſerues ẽt vſq; eo hãc ampliationẽ procedere, vt eiuſ-
dẽ ſit iuris in vẽditione bonorũ facta cũ ſuis cõfinib.
cui adiecta fuit certa mẽſura, nã eo caſu vẽditio nõ re
ſtringitur ad illũ nu. adiectũ, ſed extẽditur ad oĩa bona
intra confinia poſita tanquã certũ corpus, & hãc eſſe.

* aſſerit * communem opinionem. Dec. d. conſ. 347.
nu.1.Oldr.conſ.197.in conceſs.in fi.notat Barto. in l.
6 Iulian.§.ſi Titius.ff. de act. empt. vbi ait † ſi vendam
tibi tale prædium pro mille ; & aſſeuerem eſſe tot iu-
gerum, non dici eſſe eo caſu factam venditionem ad
certam menſuram. Alex.conſ.7.in princ.incip. Videtur
fortaſſe.lib.3.Corn.conſ.59.licet videatur.lib.4. Soc.
conſ.32.placet concl.lib.4.& conſ.vlt.lib.3.

7 Secundò amplia idem procedere † in locatione fa-
cta ſub ea verborum formula,qua diximus venditio-
nem initam,vt tradidit Caſt.in l.ſi venditor.ff.de act.
empt.& per Doct. ſup. immediatè citatos.

Tertiò amplia idem procedere in legato, in quo ve-
8 nit,quicquid eſt intra confines rei legatæ, † dummo-
do res finibus circumſcripta ſit tota in dominio teſta
toris,vt reſpondit Crau.conſ.105.nu. 1. ſub fin. Oldr.
conſ.197.nu.3. Alex.conſ.54.lib.4.Alex.conſ.95. col.
pen. ad fin.

Quartò amplia concluſionem vſq; eo procedere,
vt huiuſmodi bona ſita intra confinia caſtri,&c.cen-
9 ſeantur eſſe eius,cuius eſt ipſum Caſtrum, † etiã quo-
ad proprietatem,ſecundùm quoſdam.Bal.in rubr.C.
de contrah.empt.in 10.q.quẽ refert, & ſequitur Caſſ.
conſ.18.nu.22.Hoſt.in c.ſi diligenti. vol.1. verſ. item
argum.de præſcript.Soc.in l.1.col.4.in fi.ff.de acquir.
poſſeſ.& conſ.15.vol.3.col.2.Gozad.conſ.80.nu. 28.
Ruin.conſ.26.nu.7.lib.1.Caſtr.in l.1. & ibi Doctores
recentiores de acq.poſſeſs. Pariſ.conſ.27.col.2.& col.
22.vol.1.Idem ſentit Io.Faber. in l.cunctos populos.
col.2.C.de ſum.Trin.Soc.conſ.166.col.2.verſ.3.con-
cluſ.Albert.Brun.in conſ.34.col. 2.

10 Contrarium huic ampliationi † ideſt, non cenſeri
eſſe dominum quoad proprietatem,ſenſerũt Abb. in
c.ſi diligenti.in 2.notab.de præſcr.Oldr.conſ. 177. in
fi.Corn.conſ.248.in fi.vol.2.Aret.in l.1.ff. de acquir.
poſſeſs.deciſ.Neapol.267.Andr.de Iſer.in c.1.§.inſu-
per filius.nu.17.de feud.alien.Feder.in conſtit.Regn.
incip.ſi dubitatio.nu.3.Hẽrich.Bohic.in d.c.ſi diligẽ-
ti.col.1.& ſeq.Caſſan.in conſuetud.fol.320.col. 3. &
ſeq.Barb.conſ.66.col.2.vol.3.Afflict.ſuper conſt. fol.
172.col 4.Paul.de Caſtr.in conſ.179.col.2.vol.1. ſen-
tit Aret.in conſ.15.in 2.col.verſ. ex his etiam inferen
dum.Soc.expreſsè in conſ.127.col.3. verſ. aliquando
& tertiò.Curt.iun.conſ.158.col.4.in fi.Prob.in addit.
ad Io.Monach. fol.42.col. 3.

11 Inde fit, † vt nec Princeps habeat fundatam inten-
tionem,vt res intra fines ſuos aliquibus conceſſę ſint
feudales,vel eſſe præſumantur. Abb.in d.c.nimis.col.
1.de iureiur.col.1.& 2.Hoſt.in c.fi.in 1.col. Iacob. de
S.Georg.in tract.feud.in verſ.denique vaſalli promi-
ſerunt.col.3.& ſeq.

Conciliando autem has contrarias opiniones di-
12 cas,† aut loquimur in finib.prædiorum, quæ ſunt pri-
uatarum perſonarum, & tũc procedit quarta amplia-
tio ſup.allegata,vt nimirum eo caſu præſumatur eſſe
dominorum prædiorum,quicquid eſt intra fines præ-
diorum.

Aut loquimur de finibus Caſtri,Regni, Ciuitatis,
13 vel Prouinciæ,† & eo in caſu non præſumitur pro do
mino quoad loca incluſa in finibus. Ita hoc declarat
Soc.conſ.127.col.1.in fi.& ſeq.Caſſa. in conſuet. fol.
320.colum.3.

Quintò amplia,vt etiam bona ſita in aliquo loco,
14 ſi dubitetur,cuius ſint territorij † præſumantur eſſe il-
lius,cui magis propinqua ſint, vt dicit Ang. in l. ſanæ
inſulæ.ff.de iniur.& latè Rui.in conſ.53.nu.4.vol. 4.

In contrariam tamẽ videtur deſcendere ſententiã
Ceph.in conſ.230.n.13.vol.2.vbi inquit, in dubio bo
na non dici de pertinẽtijs Caſtri, licèt ſint iuxta illud
15 † ſed agentem debere probare eſſe pertinentia,vt lo-
quutus eſt,& ſentit Oldr.in conſ.164.Bart.in l.ſi ſit.§.
1.in fi.ff.de leg.1.Alex.in conſ.43.in prin.vol.1. Clar.
in cõſ.55.nu.19.vol.4.Aret.in conſ.pe.col.1.verſ. pu-
mum probatur,& omnes in l.3.§.incertam,& in l.lo-
cus.ff. de acquir. poſſeſſ.

Sequendo igitur poſteriorem opinionem, quæ ma
gis eſt communis.

16 Primò limitanda eſt,eam procedere,† niſi res,quę
ſunt intra fines Caſtri,Prouincię,vel Regni nõ eſſent
per aliquem poſſeſſę,& ignoraretur,cuius eſſent,quia
tunc præſumuntur eſſe illius,cuius eſt Prouincia,Re-
gnum,&c.ita notabiliter decidit Paul.de Caſt. in l.1.
in prin.& ibi moder.ff.de acq.poſſeſ.dicens, ſi aliqua
ſint bona immobilia, quæ non reperiantur à priuatis
occupata,præſumi eſſe illius vniuerſitatis, vel domi-
17 nij † in cuius territorio reperiuntur,cuius cõcluſionis
ſubtilem reddit rationem.D.Barth.Soc.in d. l. 1. tuẽ-
do. d.Paul. Caſtr. quia cum olim fuerint termini ap-
poſiti, & per dictam appoſitionẽ fuerint dominia di-
ſtincta, fuerint etiam bona ex hoc occupata, quæ cũ
non appareant fuiſſe prius à priuatis apprehenſa fue
rũt acquiſita domino illius vniuerſitatis, per d.l.1. de
acq.poſſ.& per gl.in l.hoc iur.ff.de iuſt. & iur. tũ quia
bona,quæ ſunt in territorio alicuius, aut domini ſunt
18 vniuerſitatis † aut priuatarum perſonarum.c.1.§. itẽ
ſi quis.& ibi Bal.quib.mod.feud.amitt.& in c.cũ Ber-
thold.ext.de iudic. ſi ergo non apparent eſſe priuato-
rũ,præſumũtur eſſe domini,cuius eſt territoriũ, ſum-
pta præſumptione à prima dominiorum diſtinc. Ca-
rol.Rui.conſ.26.nu.7.vol.1.Cur.iun.conſ.158.nu.22.
quem omninò videas, & præcipuè eo caſu procedit
doctrina, quãdo non ſolùm quis habet iuriſdictionẽ,
ſed etiam eſt dominus agrorum,qui ſũt in territorio.
Cur.d.conſ.158.n.25.& ſeq. Rui.conſ.74.nu.4. lib. 2.

Contrarium tamen huic opinioni fuit Aret. in l.rẽ
quæ nobis. col.2.& l.1.in 2.not.ff.de acq.poſſ.

19 Secundò limita,quñ pro re quæ ſit intra fines,† dño
pręſtatur aliquod annuũ,nam eo caſu pręſumitur rõne
dominij pręſtitum,vt reſpondit Aym.Crau. conſ.15.
nu.1.ita Spec.in tit.de loca.§.nunc aliqua. q 86.

Illud quidem verum eſt,vt ſi bona ad concedentẽ
20 ſpectarẽt,ſiue priuatum,ſiue Principem,† omnia quę
ſunt incluſa intra fines,deſcenderent in conceſſionẽ,
ita Alex.conſ.107.nu.2.Rui.conſ.74.nu.1.& 2.Oldr.
conſ.187.Pariſ.conſ.4.col.1.vol.4.Rui.conſ. 108. nu.
23.& 24. quem omninò vide lib. 2.

Tertiò limita,niſi omnes homines, qui commorã-
tur intra fines ciuitatis, Caſtri, vel Regni(vno, vel
duobus,vel tribus exceptis)aliquid ſoluerẽt pro rebus
21 per eos poſſeſſis in recognitione dominij, † quia etiã
quoad illos vnum, vel duos, vel tres dominus habet
fundatam intentionem, ita dixit Caſſan. in conſuet.
fol.220.col.4.& ſeq.qui etiam voluit in conſ.vt ſi cõ-
ſtiterit aliquem habere rem in feudum, quidquid ſit
22 intra fines illius rei cenſeatur iure feudi habere,† niſi
aliud probetur.Iaſ.in conſ.235.in fi. vol. 2.

CONCLVSIO CCXVIII.

ARGVMENTVM.

Bona communis fuiſſe, quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona communia fuiſſe probatur per inſtrumentum diuiſionis,quia alias non fuiſſent diuiſa. Contr. nu. 2.*

1 Bona fuiſſe communia probari † per inſtrumẽ-
tum diuiſionis poterit, nam alioqui non
fuiſſent diuiſa.arg.l.1.vbi gl.ff.fam.er.l.2.vbi Bart. &
Bal.C.com mu.diui.cũ alijs adductis per Rub. in cõſ.
154.nu.5.& per Bart.Soc.in conſ.46.nu.1.vol.3.

2 Contrariũ tñ † vr̃ colligi ex l.prędia.cũ ibi not.ff.de
acq.poſſ.Spec.in tit.de empt.& vend.§.ſciendũ. verſ.
ſi verò non res.& Bal.in l.iudicia.C. de rei vendic.

CON-

CONCLVSIO CCXIX.

ARGVMENTVM.

Si quis aſſerat bona non adeſſe mobilia, vt immobilia alienentur, id probare debet.

SVMMARIVM.

1 *Bona mobilia aſſerens non adeſſe ad hoc, vt deueniatur ad alienationem immobilium, hoc probare debet.*

2 *Res immobilis vendi nõ poteſt, quando æs alienum tolli poteſt ex venditione rerum mobilium.*

3 *Interlocutoria iudicis prius requiritur, per quam declaretur non extare mobilia ad hoc, vt alienatio rerum immobilium fieri poſſit.*

1 Bona mobilia ſi quis nõ adeſſe dixerit, ad hoc †vt ad alienationem bonorum immobiliũ deſcendatur, hoc probare debere reſpondit Pariſ. in conſ. 99. nu. 4. 5. 6. vol. 1. & Hercul. de proband. negat. nu. 26. verſ. 16. infertur fol. 23. col. 2.

2 Ratio eſt, quia vendi nõ poteſt res immobilis, † qñ æs alienum tolli poteſt ex venditione rerum mobiliũ arg. l. magis puto. §. nõ paſſim. & §. in primis. ff. de reb. cor. iure igitur ac merito non adeſſe bona mobilia prius probari debet, & clarum eſſe iudici per diſcuſſionẽ bonorum, quod adeò verum eſt, vt notabiliter Ang. dixerit in auth. de eccleſ. re. immo. alie. col.
3 5. † interlocutoriam iudicis præcedere debere, per quã declaretur nõ extare mobilia, alioqui irrita erit alienatio rer. immob. vt concludit Pariſ. vbi ſup. nu. 6.

CONCLVSIO CCXX.

ARGVMENTVM.

Bona fuiſſe alicuius quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona alicuius fuiſſe probari poteſt, ſi ſumus in antiquis per publicam vocem, & famam.*

2 *Bona fuiſſe in bonis alicuius, quõ probetur, vide remiſſiuè.*

1 Bona alicuius fuiſſe probari poſſe, ſi ſumus in antiquis per publicam vocem, † & famã conſultus reſpondit Franc. Aret. cõſ. 37. nu. 1. & in cõſil. 102. & multis ſequentib. quem omninò videas, & ita dixit Hoſt in c. quid per nouale. de verb. ſig. gl. ordin. in c. 1. de præſump. lib. 6. Ant. de But. & recentiores in c. veniens. 1. de teſtib. Bal. in l. 3. C. de prob. & in l. conuenticula. C. de epiſc. & cler. vbi teſtatur Barto. hoc ſentientem, & optimè congruit tex. in l. ſi arbiter ff. de prob. gl. in l. atqui natura. §. cum me abſente. ff. de neg. geſt. Alex. in conſ 139. nu. 8. & 9. vol. 6. & Ce-
2 phal. in conſ. 137. nu. 14. vol. 1. † quomodo verò probetur, fuiſſe bona alicuius, adeas ſupra cõcluſionem, bona fuiſſe in bonis defuncti, vbi hanc materiam latius proſequuti ſumus.

CONCLVSIO CCXXI.

ARGVMENTVM.

Bona eſſe acquiſita è re Patris quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona eſſe acquiſita ex ſubſtantia Patris, quomodo probatur, vide remiſſiuè.*

2 *Bona empta per filium cenſentur acquiſita de bonis paternis, ſi tempore emptionis filius habitabat cum patre, nec eſſet adeò induſtrius, vt induſtria ſua aliquid lucrari potuiſſet.*

1 Bona eſſe acquiſita è re Patris, † quomodo probetur conſulendus erit Accurſ. in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. in verbo, ex eius ſubſtantia. & not. Rol. à Valle in conſ. 90. nu. 8. vol. 2. vbi dicit
2 † bona empta per filium tunc cenſeri acquiſita ex bonis paternis, ſi tempore emptionis filius habitabat cũ patre, & iſtiuſmodi eſſet, nec adeò induſtrius, vt induſtria ſua aliquod lucrari potuiſſet, per gl. Bart. & alios in d. l. cum oportet. per Alex. in conſ. 15. col. pen. vol. 13. & in conſ. 31. col. 2. vol. 4. per Abb. in conſ. 36. col. 1. vol. 2. per Soc. in conſ. 161. in princ. & in cõſ. 61. col. 1. vol. 4. & Corn. in conſ. 174. col. 2. vol. 1. in conſ. 182. col. 2. eo. vol. & in conſ. 154. vol. 2.

CONCLVSIO CCXXII.

ARGVMENTVM.

Bonus quomodo quilibet præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Bonus quilibet præſumitur, niſi euidenter de contrario conſtet.*

2 *Bonus quilibet eſt naturaliter, ſecundum præſumptiones naturæ.*

3 *Bonus præſumitur, qui à bona patria oriundus eſt, vel natus à bonis parentibus.*

4 *Electus ad eccleſiam, ſi probetur eſſe venatorem ſit interpretatio, vt id animi gratia faciat, vel ſi probetur natura ad iram, & indignationem eſſe procliuem, id accipitur ex iuſta cauſa hoc facere.*

5 *Bonitatis præſumptio valere non debet ad ius alienum perimendum, aut minuendum.*

6 *Bono viro credendũ eſt, vbi non agit̃ de p̃iudicio alterius.*

7 *Bonus cum ſuo damno non præſumitur bonus.*

8 *Bonus quilibet eſſe debet, etiam ſi de bono opere lapidaretur*

9 *Bonus quis non p̃ſumitur, quando agitur de vtilitate aĩæ.*

10 *Præſumitur in dubio magis, quod quis commiſerit delictũ quam non.*

11 *Bonitas non p̃ſumitur, neq; integritas, qñ agitur de aliquo promouendo ad beneficium eccleſiaſticũ, cum quilibet homo naſcatur filius iræ, & ſeruus ad malum, & ideo rogari debet de vita bona, & adhiberi aliqualis inſtructio.*

12 *Bonus quis non præſumit. qñ ex actibus præcedentis vitæ ſuæ oritur aliqua coniectura doli, & prauitatis, niſi poſſet probari, virtutibus vacaſſe, appoſito ſpatio triennij.*

13 *Bonus quis non præſumitur in his, quæ ſonãt in factum, & ad quæ quis tenetur vigore contractus.*

14 *Bonus licet quis præſumatur, nõ tamen præſumitur optimus, & ſi ſtatuto caueatur, vt ad probationem alicuius negocij teſtes debeant eſſe optimi, ſeu optimæ opinionis illa qualitas declarari, & probari debet.*

15 *Bonus licet quis præſumatur, non tamen ſi ſtatutũ requireret teſtem omni exceptione maior.*

16 *Bonus quilibet non ſolum præſumitur, ſed etiam præſumitur, bonæ exiſtimationis, & famæ.*

17 *Bonus facultatibus quilibet non præſumitur.*

18 *Qui alicuius delicti labe fuit imbutus, is famę & opinionis integrę non eſt pręſumundus.*

19 *Bonus non eſt ille pręſumendus, qui rei illicitę operã dedit.*

20 *Qui ſemel fuit malus, ſemper malus pręſumitur in eodem genere mali, vel ſimili.*

21 *Inquiſitus de furto ſi habet contra ſe teſtes deponentes, conſueuiſſe committere homicidia, incendia, vel ſacrilegia, non per hoc poterit torqueri, quia requiritur, vt probatio ſit in eodem genere mali.*

22 *Pręſumptio prioris malitię ceſſat, ſi quis poſt delictum honeſte triennio vixerit.*

23 *Quis talis pręſumitur, qualis olim fuit, vide ibi remiſſiuè.*

1 **Bonum** quemlibet præſumi, niſi † dilucidè aliter conſtet, ſancitum eſt in c. du-
dum. & in c. fi. extr. de præſ. & in c. 1. in ver. exiſtimare
ext. de ſcrut. & in l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. 2. in l.
meritò. ff. pro ſoc. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba. l.
omnimodo. C. de inoffic. teſtam. Crau. in conſ. 60. nu.
7. Grat. in conſ. 41. nu. 14. vol. 2. per tex. in l. cum pater.
§. rogo. ff. de leg. 2. & in conſ. 46. nu. 20. eo. vol. Purp. in
l. 1. ff. ſi cer. pet. nu. 18. iſta verò eſt præſumptio naturę,
2 † quia naturaliter quilibet eſt bonus. vt dicit glo. in l.
fi. ff. quod met. cauſ. Ang. in l. ſciendũ. in fi. ff. de verb.
oblig. ſequitur Alc. in tract. ſuo de præſump. in 3. reg.
pręſump. 2. nu. 1. & reg. 2. pręſump. 8. nu. 1. Soc. in con-
ſil. 1. incip. omnipotens Deus adſit. col. 1. lib. 1. Hip-
pol. de Marſ. in l. 1. nu. 67. C. de ſica. Dec. in l. milites.
nu. 23. C. de militar. teſta. Maria. Soc. in conſ. 83. nu. 3.
vol. 2. & in conſ. 89. nu. 3. eod. vol. Bertrand. in conſil.
120. nu. 10. vol. 7. c. mandato. extr. de pręſump. Caſſan.
in conſuetud. tit. de droict. & appat. &c. §. 5. nu. 25. fol.
146. Gramm. in conſ. 30. nu. 9. & adeò hoc eſt verum,
quod inquit glo. in c. ne quis arbitretur. 27. quæſt. 2. vt
verba in alienum ſenſum torqueãtur, vt quis dicatur
bonus, quam ſequitur Marſil. in conſ. 2. nu. 9. & Rol. à
Val. in conſ. 96. nu. 10. vol. 2.

Primò amplia concluſionem potiſſimum proce-
3 dere, ſi ille ſit bona natus patria, † vel ex bonis paren-
tibus ortus, vnde verſus.

Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri.
Qualis erit mater, filia talis erit.

arg. l. quod ſi nolit. §. quia mancipia, vbi gl. & Docto.
ff. de ædilit. edict. & notat Ioann. de Amicis in conſil.
86. nu. 13. & in conſ. 134. nu. 10.

Verumtamē, quod ad illud de patre diximus, lon-
ge ſecus ſenſit Demoſthenes, qui dicere ſolet à viris
egregiis, proinde quaſi fato quodam id accidat, im-
probos procreari filios. In quam ſententiam iſtud eſt
etiam Euripidis in Heraclidis.

Vnum forſan inter plurimos inueneris, qui patre
non ſit nequior. Illud quoque Homericæ Mineruæ.
Telemachum alloquentis lib. 2. Odyſſ.

Pauci enim filij ſimiles patri ſunt.
Plures peiores, pauci autem patrum meliores.

Propterea Elius Spartianus in vita Seueri Imp. Cō-
ſtat (inquit Diocletianum alloquens) Auguſte, nemi-
nem propè magnorum virorum optimum, & vtilem
filium reliquiſſe. Qui quidē Spartianus ibidē multis
cōprobat exemplis, & eſt apud Vale. Maxim. lib. 3. c.
5. tit. de his, qui à præclaris parentibus degenerarunt.

Secundo amplia, vt procedat concluſio, ēt ſi pro-
betur talem, qui electus fuit ad regendam eccleſiam,
4 eſſe venatorem, † nam hoc accipitur, vt animi cauſa
id faciat, vel ſi probetur ad iram, & indignationē na-
tura eſſe procliuē, interpretatio fit iuſta de cauſa hoc
feciſſe, vt habemus ab Innoc. c. dudum. 2. nu. 2. de ele-
ctio. Fel. in c. fi. col. 3. de pręſump. Huius verò amplia-
tionis meminit Soc. in reg. 39.

Primò limita concluſionē non procedere, qñ agi-
tur de pręiudicio tertij, nam ad ius alienum perimen-
5 dum, aut minuendum † valere præſumptio bonitatis
non debet, vt ſcitè tradidit Fel. in c. fi. ext. de pręſump.
Abb. in c. cum in iure de offic. deleg. in prin. & glo. in
c. ſi quis. 50. diſt. & gl. in c. ſtatutũ. in verbo ab aliquo.
de elect. in 6. & Alc. d. tract. de præſump. reg. 3. præſ. 2.
nu. 2. vbi ait, ita limitari. Accur. doctr. in l. Titio fund.
6 ff. de cond. & demonſt. † placuit. n. ibi Accur. vt creda-
tur bono viro, nam iſtud non procedere, vbi ageretur
de præiudicio alterius, ita reſpondit Dec. in cōſ. 445.
nu. 61. idem Petr. Benint. in deciſ. 67. nu. 19. Si quis ve-
rò eſt, qui multorum prudentum auctoritates ad hāc
rem congeſtas videre ſtudeat, adeat Crau. in ſuo con-
ſil. pro genero. num. 63.

Secundo limitatur, vbi quis præſumeretur bonus
7 cum † illius detrimento, tum enim non præſumitur
bonus, id voluere iuris interpretum coryphęi. Accur.
& Bart. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiu. Fel. in d.
c. fi. de præſ. Abb. in c. cum in iure de offic. deleg. Dec.
in c. ad hæc. col. 2. de appel. Grat. in d. conſ. 46. nu. 22.
vol. 2. nam quæ inuenta ſunt, vt proſint, non Vlpian.
debent nocere, vt colligere eſt ex reſponſo in l. legata
inutiliter. ff. de leg. 1.

Ad hæc limitatio non placet Alc. in d. reg. 3. pręſu.
8 2. nu. 4. Nam inquit quilibet debet eſſe bonus † etiam-
ſi de bono opere lapidaretur. c. qualiter, & quando. 2.
ext. de accuſ. notata in c. clericis. ext. de vit. & honeſt.
cleric. & rationē reddit Alc. in d. loco dicens, pręſum-
ptionem pręd ictam non eſſe inductam ſimpliciter in
fauorem alicuius, ſed dimanat generaliter ex natura.

9 Tertiò limita, quando agitur vtilitas animæ, † quia
tunc non præſumitur bonus, vt gl. in c. 1. de reſcrip. &
ibi Fel. Anch. in conſ. 179. incip. prima facie. nu. 7. &
Fel. in c. cum in iure. ext. de offic. deleg. nu. 2.

Cuius rei rō eſt, quia in dubio pręſumitur magis quis
10 quod cōmiſerit delictũ, † quàm contra. vt Anch. cō-
ſuluit. d. conſ. 179. nu. 7. Alc. d. præſum. 2. nu. 5.

Quartò limita, qñ agit̃ de aliquo ꝓmouendo ad
bñficiũ eccleſiaſticũ, qa tūc cũ qlibet homo naſcat̃
filius irę, & ſeruus ad malũ, integritas nō ꝑſumit̃, neq;
bonitas. Hinc fit, vt ab eo accuratè ſit inquirendũ de
11 vitę integritate, & aliqua ex parte id dicendũ ſit, † ſtā
Card. in cle. 1. in 2. not. de cōceſ. ꝑb. & ſequit̃ Fel. in d.
c. cũ in iur. nu. 5. ext. de offic. deleg. & hāc limitationē
notauit Petr. Duen. in reg. 75. in 1. limit. & Alc. d. reg.
3. præſ. 2. n. 6. vbi dicit hāc nō eſſe limitationē ad cō-
cluſ. qa hoc caſu ēt ꝑſumit̃ bonus, licèt lex nō ſit cōtē-
ta hac ſola ꝑſumptione, ſed qd vlterius reqrit, vt ſup.

Sublimitatur hæc limitatio in iam promoto, vt per
ſupra allegatos Doctores, & præter eos. Archid. in c.
actor. 6. q. 1. & Dec. in c. 2. extr. de elect. nu. 7.

Quintò limitatur, quãdo illius ante actæ vitæ actio-
12 nibus oritur aliqua coniectura doli, † & prauitatis, vt
monuit Bald. in l. 1. ante fin. C. ſi quis omiſſ. cau. teſta.
& §. ſancimus. auth. de teſtib. & l. de minore. §. pen. ff.
de q. & id confirmat regul. ſemel malus. de reg. iur. in
6. Alc. in ead. præſump. 2. nu. 7.

Sublimita hāc limitationē, niſi poſſet ꝓbari illū ho-
neſtis actionib. vacaſſe triũ annorũ interpoſito inter-
uallo. vt auth. de monach. §. ſanc. & Salic. in l. minorē.
in 2. col. verſ. ſtat ergo concluſ. C. de in integ. reſtit.
Bart. in l. Caſſ. ff. de ſenat. & can. in c. inſinuatũ. ext. de
ſimo. Lud. Rom. in cōſ. 225. col. 2. Iaſ. in l. ſi prius. col.
pen. ff. de ope. no. nũc. Imo. in c. cum deputati. de iud.

13 Sextò limita concluſionē non procedere † in his, q̃
ſonant in factum, & ad quæ quis tenetur vigore con-
tractus. argum. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. &
notat Grat. in d. conſ. 46. num. 21. volum. 2.

Septimò limita, vt licet qs ꝑſumat̃ bonus, nō tamē
ꝑſumat̃ optimus, vnde ſi ſtatuto caueatur, vt ad pro-
14 bationē alicuius negotij teſtes dēant eſſe optimi, † ſeu
optimę cōditionis, dēt illa qualitas declarari, & ꝓba-
ri, ꝓut dicit Ang. in l. 2. §. in dicin. ff. quēad. teſta. aper.
& Ang. de Aret. in §. itē verbor. Inſt. de inutil. ſtipul.
Alex. in conſ. 8. vol. 1. Soc. in conſ. 274. Dec. in conſil.
* 321. col. pen. Alc. loc. ſup. cita. vbi dicit hāc eſſe *com
munē opinionē. Petr. Duen. in reg. 75. in 4. lim. Hipp.
de Marſ. in ſing. 187. & Cep. in conſ. 57. nu. 8. in ctim.

15 Amplia prædictā limitationē, † ēt ſi ſtatutũ requi-
reret teſtē omni exceptione maiorē, nā licet quis pręſ-
ſumatur bonus, non tamen in tali caſu præſumeretur
omni exceptione maior, ita voluit Dec. cōſ. 27. col. 4.

Sublimites id, ſi ſtatutum diceret, vt eſſet bonę exi-
ſtimationis, nam licèt eſſet bonus, contingere tamen
pōt, vt à ciuibus ſcelere contaminatus habeatur, tum
16 verò neceſſe non eſt, vt illud probetur † quia quilibet
non ſolũ ꝑſumitur bonus, ſed ēt præſumitur bonę exi-
ſtimationis, & famæ, vt cauit Calliſtr. in l. pen. §. 1. ff.
de var. & extr. cogn. & Vlp. l. quantæ. §. fi. ff. de public.

Octauò

Octauò limitatur cõcluſio non habere locũ quo-
17 ad facultates, † quia non quilibet præſumitur bonus
* facultatibus, ut tradidit glo.* communiter approbata in l.ſi uerò.§.qui pro rei qualitate.in uerbo dubitetur ff.qui ſatiſdar.cog.& ibi Iaſ.nu.15.& hanc limitationem ponit Pett.Duen.in reg.75.in 2. limitatione.

Nonò limitatur, quando contra eum eſſet aliqua
18 infamia, uel præſumptio, † quia is famæ, & opinionis integræ non eſt præſumendus, q alicuius delicti labe ſit contaminatus, ut inſigniter dicit Lucas de Penna in l.hac lege.C.de proxi.ſacr.ſcri.lib.12.in prin.& in l.2.C.de bon.uac.lib.10.quē refert Afflict.ſup. conſt. Reg.lib.1.in rub.de feri.& ſalar.nu.65.prout etiã ille
19 non eſt bonus præſumendus † qui rei illicitæ operam dedit, iuxta ea, quæ obſeruauit Accur.in l.1.C.de ſic. & Bart.in l.Aurelius.§.idem quæſiit.de lib.leg.atque Alex.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter.col.3.ff.de uerb. obl. & Marſ.in d.l.1.de ſicar.& Grat.in cõſ.93.nu.17. vol. 1.Duen.in d.reg.65.num.3.in 3.limitat. & per notata per Bernard Diaz. in regul. 140.

Decimò limita concluſionem non procedere, qñ
20 quis ſemel fuerit malus, † nã ille ſemper præſumitur malus in eodem genere mali, vel ſimili, arg.c. ſemel malus.de reg.iur.in 6.l.non omnes.§.à barbaris.ff. de re milit.Marſ.in pract.§.diligenter.num.100.Alc. in tract.de præſump.reg.2.præſup.7.nu.2.1.limit.Ceph. in conſ.82.nu.34.vol.1.Nat.in conſ.362.nu.8. in cõſ. 420.nu.40.& in cõſ.42.nu.21.vol.2.& in cõſ.42.nu. 5.vol.1.Cacher.in dec.Pedem.88.nu.27.Io.de Amic. in conſ.116.nu.7.Rimin.ſen.in conſ. 91.nu. 22. vol.
21 2.Alex.in conſ.5.vol.1.vbi dicit † reum furti, cui teſtes obiiciãt, illum homicidam, incendiarium, vel ſacrilegum eſſe, iccircò quæſtionibus nõ poſſe ſubiici, quia requiritur, vt probatio ſit in eodē genere mali, alioqui nulla eſt, vt placuit Bar.in l.ſi cui, §.iiſdem.ff. de accuſat.in l.Caſſius.ff.de ſenat.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætor.q.7.ff.de oper.nou.nunc.Bal.in l.fi.in fi.C.de his, qui per met. iud.non appel.vide latè Fel. in cap.fin. de pręſumpt.

Sublimita tamen hanc limitationem nõ procede-
22 re, ſi poſt delictu honeſtè triennio vixerit, † quia ex hoc ceſſat prioris nequitiæ præſumptio, prout dicit Ang.in auth.de monachis.ibi, triennalis temporis teſtimonium, & hanc ſublimitationem eſſe in primis notandam dicit Gul.de Bened.in repet.c.Raynutius. in §.qui cũ alia.matr.contr.nu.274.Sal.in l.ſi minorem. C.de integ.reſt.mino.idē Salic.& Alex.in l.ſi fideiuſſor.§.ſi ſatiſdatũ.ff.q ſatiſd.cog.Dec. in cõſ. 163.col. 8.in prin.verſ.quarto nõ deponit.Imol.in c. cũ deputati, de iud.Iaſ.in l.ſi prius.col.15.in princ.ff. de oper. nou.nũc.& Cur. iun.in l.1.nu.36.C.de ꝓhib.ſeq pec.
23 An autem quis talis præſumatur, † qualis olim fuit, adhibendi erunt in conſilium prudentes omnes, in l. cum quidam.l.pater.§.rogo.de leg.2. & infra ſuis locis commodius dicetur, & vide latè differentem Fel. in ſuo reper.in litera bonus quis præſumitur.

Vberius verò hãc concluſionem explicantē adeas Illuſtriſ.Card.Albanũ in addit.ad Bar.in l.meritò.ff. ꝓ ſoc.vbi prędictam cõcluſionē ampliat. 12.modis.

CONCLVSIO CCXXIII.

ARGVMENTVM.

Maior ne fides teſtibus habēda ſit, bonum eſſe quem, non malum aſſerentibus.

SVMMARIVM.

1 *Bonum quem eſſe, teſtes ſi aſſerant, ipſis magis creditur, quam deponentibus malum.*
2 *Bonum quem eſſe deponens, ſi reddit rationem ſcientiæ, quia eſt vicinus, probat.*
3 *Bonum nõ præſumitur de malo, nec econtrà maliũ de bono.*
4 *Bonum omne factum rectè præſumitur.*
5 *Malum omne factum, prauè ſemper pręſumitur, actũ, niſi ratione perſonæ contraria omnino oriatur præſumptio.*
6 *Bonus nõ præſumitur, quē pater minus idoneũ iudicauit.*

1 Bonum quem eſſe teſtibus deponentibus magis credi † quàm malum aſſerētibus, conſuluit Anch.conſ.253.ſub nu.3. verſ. in iſta veritate dico, arg.c.fi.de præſump.& not.in c.ſi fortè. de elect.lib.6.& huius doctrinæ auctor fuit Inn in c. veniens.de præſump.vbi ait, vbi teſtes ſunt contrarij, nos debere ſequi illos, ꝓ quibus facit præſumptio iuris.Tiraq.etiã meminit in tract.de præſump. §. 1. verbo bonæ fidei, gl.2.fol 8.verſ.ſed quid in dubio.

2 Quòd ſi reddat rationem ſcientiæ, † dicens, quia eſt vicinus, probat, vt notant Bar.& Alex.in l.1.ff.ſi cert. pet.& ibi Purpur.nu.42.

3 Prout bonũ nõ præſumitur de malo, † nec econtrà malum de bono, vt animaduertit Spec.tit.de præsũp. §.ſpecies.nu.10.circa fi.c.nonnulli.in fin.46. diſtinct. vide latè Iac.de Bel.in l.omnimodo.C.de inoffi.teſt.

4 Sicut ēt nunc bonum † factũ rectè præſumitur, arg. c.in præſentia.extr.de renunc.& c.ſi.ext.de pręſump. c.abiit.9.q.3.l.1.C.de commit.& contrah. ſtipul.

Amplia item concluſionem procedere in malo,
5 quia omne malum factũ, † prauè ſemper præſumitur actum.c.1.ext.de pręſump.l.nam luſus.ff.ad l.Aquil. c.ſi quis non iratus.15.q.1.& c.1.ca.cauſa.quæ cõcluſio omninò vera eſt, niſi ratione perſonæ contraria omninò oriatur præſumptio, d.c.cauſa 15.q. 5.c.non omnes.Spec.in tit.de præſump.§.ſpecies.nu.10.

6 Rurſus verò bonus non præſumitur, † quem pater minus idoneum iudicauit, arg.l.pen.in fi. ff. de curat. furio. nam & aliàs talis videtur eſſe infamis infamia facti, vt l.ea quę.C.de his qui not.infam.Luc.de Pen. in l.vnica.C.de quæſtor.lib. 12.

CONCLVSIO CCXXIV.

ARGVMENTVM.

De bona fide an in dubio præſumatur, niſi probetur mala, & quomodo id procedat.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides in dubio præſumitur, niſi probetur de mala.*
2 *Actor, qui proponit emiſſe rem bona fide, non tenetur illam probare, ſed aduerſarius, qui bonam fidem negat.*
3 *Bona fides in dubio præſumitur etiam ſi is, qui poſſideat, nullum titulum poſſidendi habeat. Contra. nu. 12.*
4 *Bonam fidem quod quis habeat, & non habeat titulum, ſimul ſtare poteſt.*
5 *Bona fides nõ præſumitur in dubio, ſi alius poſſeſſor antiquior appareret.*
6 *Mala fides nocet.*
7 *Dominia rerum propter publicam vtilitatem nõ ſunt omni tempore indiſtincta, ſiue incerta.*
8 *Locupletari non decet cum alterius iniuria, & damno.*
9 *Bona, vel malæ fidei in materia, ſtãdum eſt potius iuri canonico, quam ciuili.*
10 *Intellectus ad Bart.in l.vlt.C.vnde vi.*
11 *Vera mala fides nunquam tollitur, neque purgatur per aliquem temporis lapſum, & longiſſimum, & memoriã hominum excedentem.*
12 *Bona fides non præſumitur, niſi adſit titulus.*
13 *Quod ſuum non eſt, debet quis ſcire eſſe alienum.*
14 *A communi opinione, quæ bene probetur in iure, numquã recedendum eſt.*
15 *Sciens rem occupatam ſuam non eſſe pro certo ſcire debet ad alios eam rem pertinere.*

16 *Credens rem ſuam eſſe, & illã poſſidẽs eſt in bona fide, licet non habeat titulum, vt quia intellexerit fuiſſe maiorum ſuorũ, ſeu anteceſſoris ſui, vel alio modo ad eũ ſpectare.*
17 *Bona fides oriri poteſt ex iniuſtis, & temerarijs cauſis.*
18 *Bona fides eo magis pſumitur, quò agit de dãno euitãdo.*
19 *Bona fides in dubio præſumitur, dummodo allegetur.*
20 *Bonam fidem allegare omittens, omninò ſuccumbit.*
21 *Præſcriptio præſumpta omnino allegari debet.*
22 *Bonæ fidei allegationẽ ſufficit præſumi tacitè ex deductis.*
23 *Bona fides ad hoc vt præſumatur, ſufficit allegare difficultatem probationis.*
24 *Bonæ fidei probatio ſufficit, vt fiat poſtquam concluſum eſt in cauſa.*
25 *Bona fides ſemper præſumitur, & allegari non debet in præſcriptione, cuius memoria vſurpari non poſſit.*
26 *Bona fides quando requiritur per ſtatutum, tunc nõ præſumitur, ſed opus eſt, vt probetur per quædam ſimilia.*
27 *Bonam fidem arguit poſſeſſio longi temporis.*
28 *Coniecturæ ſi appareant, ex quibus arguatur de bona fide, ad probationem bonæ fidei ſufficiunt abſque alia probatione, etiam quando ſtatutum bonam fidem requirit.*
29 *Bona fides non præſumitur in præſcriptione ſeruitutum, niſi aliqua iuſta cauſa oſtendatur credulitatis.*

1 Bonam fidem in dubio præſumi,†niſi pbetur de mala, reſpondit Vlp. in l. merito.ff. pro ſoc. & ſanè plerunq; credendum eſt, inquit I.C. eum qui partis dominus eſt, iure potius ſuo vti, q̃ furti conſilium inire. Idem docuit Accurſ. in l. ſuper. in ver. probatur. C. de præſcr. long. temp. l. pen. C. de euict. gl. in c. fi. de præſũpt. Bal. in d. l. ſuper, col. 3. verſ. illud autem. & ibi Ang. gl. in c. fi. ver. bona fide, & in c. ſi diligenti. in verbo bona fides. de præſcrip. Calc. in conſ. 99. col. 5. in fi. Inn. in c. nihil. col. 2. ver. nam creditoribus hæreditarijs. de elect. Alex. in cõſ. 200. col. 2. verſ. præterea in dubio. vol. 2. Innoc. in c. ſi diligẽti. circa princ. verſ. bona fides, & in c. vigilanti. in princ. verſ. & dicitur. de preſcr. Ant. de But. in d. c. ſi diligẽti. col. 2. ver. quæro quomodo probet. Bar. in l. quemadmodum. col. 1. in fi. nu. 3. ver. nota ex hoc. C. de agric. & cenſ. §. 2. Inſt. de vſucap. Arch. in c. 1. in verſ. bona fides. de præſcr. in 6. Barb. in cõſ. 41. col. 10. ver. ad hoc põt reſponderi. Ceph. conſ. 130. nu. 11. vol. 1. & in cõſ. 253. nu. 47. vol. 2. Neuiz. in conſ. 27. num. 24. Alex. de Neuo. in conſ. 98. nu. 2. Ferdin. Vaſq. illuſt. cõtrouerſ. lib. 2. c. 79. nu. 15. vbi de communi atteſtatur. Boer. in dec. 42. nu. 35. Alc. reg. 3. præſump. 5. latè Did. Couar. de ſpõſ. 2. par. c. 3. §. 1. nu. 4. & in regul. poſſeſſor. 2. par. tit. 6. §. 8. nu. 2. de regul. iur. eruditiſſimus Menoch. de recup. poſs. remed. 8. num. 64. Anch. in conſ. 142. nu. 6. & iſta eſt communis opinio, vt per Claud. in l. Celſus. nu. 77. ff. de vſuca. Cor. in conſ. 136. col. 1. in princ. verſ. ſufficit enim. vol. 2. Dec. in l. nõ hoc. nu. 5. C. vnde legit. & ibi Iaſ. col. fi. verſ. facit, quod licet Abb. in c. grauis. col. 3. ver. ſi verò nõ cõſtat. de reſt. ſpol. Alc. tit. de præſump. in 3. regul. in 5. præſump. facit Rot. in deciſ. 24. fuit dubitatum in nouis.

2 Hinc fit,† vt actor, qui proponit emiſſe rẽ bona fide, non teneatur illã probare ſed aduerſarius q negat bonam fidem, vt tradidit Roffre. in ſuo tract. de libel. in 1. part. in rubr. de actio. publ. nu. 6.

Amplia cõcluſionẽ procedere, etiam ſi is, qui poſ-
3 ſideat,†nullum titulũ poſſidẽdi habeat, vt notat Bar. in l. Celſus. nu. 17. ff. de vſucap. iuxta ſnĩa in Accur. in l. ſi quis emptionis. in verbo renuerit. iuncto tex. C. de præſcr. 30. vel 40. annorũ. glo. in §. 1. Inſt. de vſuc. verſ. quæ bona. gl. in c. ſanctorum. in verb. ſacræ, & ibi Panor. de præſcr. Alex. conſ. 201. col. 2. lib. 2. Corn. conſ. 130. lib. 1. Cur. Iun. conſ. 72. & Soc. in cõſ. 38. in cã dominorum. lib. 3. Dec. conſ. 376. nu. 6. & in cõſ. 209. nu. 3. cũ multis alijs allatis à Tiraq. in tract. de preſump. §. 1. verſ. bona fide. gl. 2. fol. 8.

Vnde rectè dicere conſueuerat Bart. in eo nuper à
4 nobis adducto loco,†ſi ſimul poteſt ſtare, vt quis non habeat titulum, & habeat bonam fidem, ſecundũ gl. in l. ſi quis emptionis in verbo renuerit, iuncta tex. C. de præſcr. 30. vel 40. annorum. ergo ita debemus præſumere, cũ iſtiuſmodi preſumptio ſit humanior. Alc. tract. de præſump. præſumpt. 5. reg. 3. nu. 2.

Limita primò hanc ampliationẽ non procedere,
5 †ſi alius poſſeſſor antiquior appareret, p l. fi. C. vnde vi. Bar. in d l. Celſus. nu. 17. ff. de preſcr. Alc. loco ſup. cit. põderando ijs, quæ antecedũt loquutũ fuiſſe, Iaſ. de preſcriptione tẽporis, cuius initij non extabat me-
6 moria in contrarium, & tamen in d. col. pen. vult,†vt noceat mala fides, eandẽ opinionẽ ſequitur Alex. in cõſ. 13. col. 4. in fi. Crau. in cõſ. 146. nu. 12. & alijs ſeq.

Ratio conciliandi has contrarias opiniones in co ſita eſt, vt prior opinio procedat de iure ciuili, quod ius conſiderauit rigorem ex conſtitutionibus hominum ſuadentibus aliquas publicas vtilitates, quæ eſt
7 primò, † ne dominia rerum eſſent omni tempore indiſtincta, ſiue incerta. l. 1. ff. de vſucap. Deindè vt finis litib. facilius imponatur. l. fi. ff. de vſu ius verò Pontificium cõſiderauit naturalem æquitatem diuinæ di-
8 ſpoſitioni conueniẽtem † qua cauetur, ne cũ alterius iniuria, & dãno locupletemur. l. iure naturæ. ff. de reg. iur. Dyn. in c. malæ fidei poſſeſſor. n. 2. de reg. iur. in 6.

Verùm in hac materia ſtandum eſt potius iuri ca-
9 nonico,†quã ciuili, vt habetur in d. reg. poſſeſſor malę fidei, de reg. iur. lib. 6. tradit Rom. in conſ. 275. ante fi. verſ. & prædicta ſunt ſeruãda, lib. 2. in cõſ. 51. col. 2. in fi. lib. 5. Dec. cõſ. 144. col. 3. circa med. ver. præterea iſte. Iſta verò reſponſio penitus ea, quę obijciũtur, nõ videtur auferre, non enim Bar. dicit in d. l. ult. C. unde
10 ui, † poſt triginta annos poſſe quẽ præſcribere cum mala fide, nam ſi hoc ſentiret, perperã ſentiret, inſpecta diſpoſitione iuris canonici, cui (ut dictum eſt) ſtãdum eſt, ſed inquit Bart. præſumptionẽ malæ fidei pcedentẽ tolli p curſum triginta annorum. Vult ergo Bart. ſecus eſſe in mala fide uera, nõ præſumpta, quia uera mala fides nunquã tollitur, neq; purgatur p ali-
11 quẽ tpis lapſum, & longiſſimũ,† & memoriam hominũ excedentẽ, ut cũ ex inſtrõ, uel teſtib. appareret, ſciẽter aliquẽ emiſſe rẽ alienã, ita doctiſſimè, & elegãter conſulendo ſenſit Aret. in d. cõſ. 153. incipit conſultatio, add. ad Bar. in l. fi. C. unde ui. Av. Crau. in conſ. 146. & in tract. de antiq. temp. in 4. par. ſectio. materia iſta, nu. 20. fol. 159. in his, qui ſunt paruę impreſſionis.

Secundò limita, niſi ius tali poſſeſſioni cõtradiceret, c. 1. de præſcrip. lib. 6.

Contrarii huic primæ ampliationi fuere Inn. in c.
12 per tuas, & ibi Bald. de teſt. †uolentes, ut immò non præſumatur bona fides, niſi adſit titulus, quod idem placuit Imol. in reper. l. fi. in 5 col. de preſcrip. & dicit Fel. in c. ſi diligenti, de præſcr. hanc opinionem iure
13 poſſe defendi per text. in l. fi. C. unde ui, †quia omnes ſcire debent, quod ſuum non eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere, ut inquit Imp. Iuſt. ibi.

Verùm his non obſtãtibus nunquam à communi
14 opinione eſſe recedendum, conſulerẽ, utpotè, † quæ bene probet in iure in l. ſi qs emptionis. C. de præſcr. 30. uel 40. anno. & in c. 1. de preſcrip. in ſexto.

Nec ullam uim facit ratio per diſſentientes adducta, quia d. l. fi. loquitur in eo, qui ſcit rem occupatã
15 ſuam non eſſe pro certo, nam tunc debet ſcire, † ad alios eam rem pertinere.

Ampliatio uerò ſupra notata eſt intelligẽda in eo, qui rem eſſe ſuam ignoret, immò credat eſſe ſuam & in bona fide, licèt non habeat aliquem titulum, ut qa
16 aliquis ei dixerit, † fuiſſe maiorum ſuorum ſeu anteceſſoris ſui, uel alio modo ad eum ſpectaſſe.
17 Quòd autẽ fides poſſit oriri ex iniuſtis,† & temerarijs cauſis, ſequuntur Alex. & recentiores. Bart. in d. l. Celſus. Bal. in l. 1. & gl. ibi. C. ubi cau. ſtat. Alex. conſ. 125. in 3. col. 4. Andr. Sicul. conſ. 17. in pen. col. lib. 2. Felin.

Felin.in c.cum contingat.in 3. col.de reſcr.& in d.c.ſi
diligenti.in 2.col. Iaſ.in l.ſi id quod. in 8. notab. ff. de
iuriſdict.omn.iudicum.

Amplia ſecundò concluſionem principalẽ potiſſi-
mum habere locum, quando agitur de damno euitā-
18 do,† quia tunc eò magis bona fides pręſumitur, prout
dicit Bal.poſt Inn.in c.per tuas.col.1.ext.de teſt. mul-
ta tradit Alciat.in tract.de præſump.reg.3. præſumpt.
5.& Cephal.in conſ.139.nu.11.vol. 1.

Primò limita ſupradictam concluſionẽ principa-
19 lem procedere,† dummodo allegetur, motus auctori
tate I. C.in l.ſi adulterium cũ inceſtu.§.idem Pollio-
ni.ff.de adult. Bal.in d.l.ſuper. C.de præſcrip. Alex.in
conſ.57.nu.5.vol.7.& in conſ.177.nu. 12.vol.6. Crau.
in conſ.258.nu.23. Calca.in conſ.28.incip. illud affe-
ram,nu.18. Ang.in l.cũ qui.§. publiciana. ff.de publi.
vbi inquit, ſis tamen cautus in allegãdo bonam fidẽ,
aliàs ſuccumbes.gl. in c.ſi quis per triginta. in tit. ſi de
feud.fuer.controuer.

20 Quæ limitatio vſq; eo procedit, † vt omittens talẽ
allegationẽ omnino ſuccumbat, iuxta ſñiam Bart. in
l.cũ quid.col.vlt.vbi ẽt Bal.ff.ſi cert.pet.per tex. in l.ſi
adulteriũ.§.idem Pollioni.ff.de adult. Anton.Bur.in
c.ſi cautio.extr.de fid.inſtr. Fran.Aret.in l.qui in alie-
na.§.1.ff.de acq.hær.Ang.in §.ſed iſtæ.col.11.Inſtitu.
de actio.Cepol.in tract.ſeruit.vrb.præd.c.2.col.2. vbi
dicit ſe vidiſſe in hoc plures errare. Iaſ. in l. non hoc.
col.fi.C.vnd.cog.Ioan.Bap. Ferret.in conſ.61.nu.13.
Ro.in cõſ.77.incip.Reuerẽde pater. & ex multis alijs
adductis p Tiraq.in tract.de præſcr.in verb.bona fide
fol.9.§.1.gl.2.& ibid.fol.12.vbi reprehendit Barba.in
conſ.41.nu.8.vol.1.& in alijs multis conſ.per eum ibi
allegatis, in quibus Barba.contrarium ſequitur.

Amplia iſtam intelligentiam maximè procedere
21 in præſcriptione præſumpta, † quia omninò allegari
debet, prout dicit Affli.ſupr.conſti.Reg.fol.mihi 120.
poſt num. 31.

Nec omittemus illud obſeruatione dignum, ſatis
eſſe allegationem bonæ fidei præſumi tacitè ex dedu
ctis, vt ſi quis aſſerat ſe fundum poſſediſſe tanq̃ ſuum,
22 † vel pro ſuo, quia hoc caſu dicetur allegatam fuiſſe
bonam fidem, vt voluit Alex.in conſ.201.lib.2. & ſe-
quitur Dec.in conſ.267.

Quinimò ſufficit allegare difficultatem probatio-
23 nis, † ad hoc, vt præſumatur bona fides, ita reſpondit
Romanus in d.conſ.77.poſt principium.

Adeò vt nec requiritur, vt talis probatio fiat in ini-
24 tio cauſæ, ſed ſufficit ſi fiat, † poſtquam cõcluſum ſit
in cauſa, quæ fuit ſententia Panormitani, in c.dudum
il 1.col.2.de elect. Alex.in l.1.col.1. C.vt quæ des.ad-
uoc.par.& Dec.in conſ.266.

Sublimita tñ ſupradictam limitationẽ non proce-
dere in p̃ſcriptione, cuius memoria vſurpari non poſ-
25 ſit,† nã tunc bona fides ſemper præſumitur, & allega-
ri non debet, vt per tex.in c.1.de præſcr.in 6. & ibi Do
ctor.& per Affl.in deciſ.239.in fi.cum multis alijs ad-
ductis per Rol.à Valle in conſ.3.nu.95.vol.1.

Secundò limita, ſi ſtatutũ requirat bonam fidẽ, q̃a
26 tunc non præſumitur, ſed opus erit † vt probeẽ per q̃-
dam ſimilia, ita Calcan.in conſ.58.incip. illud afferã
in medium. quem ſequitur Tiraq. in d. ſuo tracta. de
præſcrip.d.verſ.bona fide.cod.§. & gl.fol.9. & Cæph.
in conſ.227.nu.58.vol.2.

Sublimita prædictam limitationẽ, vt non p̃cedat,
27 ſi appareant aliquæ coniecturæ, † ex q̃bus bona fides
colligi poſſit, vt poſſeſſio longi temporis, vel ſimilia,
nã tunc huiuſmodi coniecturæ ſufficiũt abſq; alia p̃-
28 batione, † etiam q̃n ſtatutum requirat bonam fidẽ,
ita reijcit dictũ Barbat. Aymo Crauet.in ſuo tract. de
antiq.temp.1.parte, verbo quæritur ẽt num. 40. & 41.
Bar.& Doct.in l.Celſus.C.de vſucap. hãc vero mate-
riam latè Tiraq.proſequutus eſt tit.de præſcrip.glo.2.
verſ.ſed quod in dubio.cum all.verſ.ſeq.

Tertiò limita in pręſcriptione ſeruitutum, nã in ta-
29 li præſcriptione bona fides nõ præſumitẽ,† niſi aliqua
iuſta cauſa oſtendatur credulitatis, vt obſeruat glo.in
l.1.§.hoc interdicto.C.de iri.actuq; pri.Cy.in l.1.& 2.
C.de ſeruitu.& Calcan. in conſ.53.nu.1.

CONCLVSIO CCXXV.

ARGVMENTVM.

Bona fides quomodo pręſumatur ex diuturnitate temporis triginta, vel quadraginta, annorum.

SVMMARIVM.

1 *Bonæ fides præſumitur ex diuturnitate temporis 30. vel 40.annorum, & ſic ex præſcriptione.*
2 *Præſumptio malæfidei vř purgari ex curſu 30.annorum.*
3 *Mala fides allegari non põt poſt lapſum longiſſimi tẽporis.*
4 *Mala fides præcedens non tollit præſumptionẽ bonæ fidei acquiſitam per ſpatium 30.vel 40.annorum.*
5 *Mala fides nocet in præſcriptione.*
6 *Malæ fidei poſſeſſor de iure canonico nõ p̃ſcribit in æternũ.*
Poteſtas ſuprema non eſt præſcriptibilis.nu.7.
7 *Poteſtati Imperatoris non præſcribitur, niſi per tp̃s antiquiſſimũ, cuius initij memoria non extat in contrariũ.*
8 *Græci non potuerunt præſcribere contra ſuperioritatẽ Romanæ eccleſiæ cuiuſcunq; temporis propter malã fidem.*
9 *Mala fides opponi poteſt vſque ad triginta annos, & millia millium.*
10 *Intellectus ad Bar.in l.fi.C.vnde vi.*
11 *Mala fides præſumpta allegari non poteſt poſt 30. annos.*
12 *Bona fides præſumitur apud omnes perſonas præſcribẽtes eandem rem ſucceſſiuè, excepta prima illa perſona, quæ incepit præſcribere.*
13 *Bona fides inducitur etiam ex actu nullo ſtante temporis poſſeſſione.*
14 *Bona fides præſumitur ẽt ex præſcriptione, 10. annorum.*
15 *Malæ fidei præſumptio ſi eſt fortior præualet præſumptioni bonæ fidei non obſtante curſu temporis.*
Vna præſumptio tollit aliam, & fortior tollit debilitorem. ibidem.
16 *Præſumptio, quod coniunctus, familiaris, & vicinus præſumatur ſcire facta cõiuncti præfertur illi præſumptioni, quod per ſpatium triginta, & quadraginta annorũ præſumatur bona fides.*
17 *Mala fides, quæ inducitur ex ſtatuto, non tollitur ſpatio tanti temporis.*
18 *Error iuris etiam ſi proſit in pręſcriptione longi temporis, non tamen prodeſt, quando ille titulus ẽſt reprobatus à iure per ſtatutum.*
19 *Bonæ fidei præſumptio non inducitur, licet malæ fidei præſumptio ceſſet tanti temporis ſpatio.*
20 *Bona fides præſumitur ex curſu 30.annorum, vbi agitur de modico tertij præiudicio.*
21 *Bona fides licet præſumatur ex curſu 30.& 40. annorum admittitur tamen cõtra eandem pręſumptam probatio in contrarium.*
22 *Lex licet conferat vim tituli antiquitati temporis, ceſſat tamen eius prouiſio, quando apparet de expreſſa prouiſione hominis, vt ſi contrarium appareat per inſtrumenta producta per aduerſarium.*
23 *Lex quomodo prębeat efficacitatem tituli antiquitati, & lapſui temporis.*
24 *Bona fides ceſſat, quando apparet de titulo reprobato, & mala fides apertiſſimè arguitur, quę pręſcriptionem in ęternum impedit.*
25 *Probatio contra pręſumptionem iuris admittitur per indirectum.*
26 *Probari per indirectum poteſt, antiquitatem tanti temporis vim tituli non habere.*

Bonam

Bonam fidem præſu'ni ex diuturnitate tpis
triginta vel quadraginta annorum,
1 † licq; ex præſcriptione, multi tum docuere, tñ cōſul-
uere vt Innoc.& alij in c.2. de reſtit.in integr. Abb.&
alij in c.ſi diligenti.de præſcrip.Doct.in l.Celſus.ff.de
vſuca.Alex.in conſ.71.nu.1.lib.1.& in conſ.203.n.12.
vol.6.& in cōſ.4.nu.3.vol.7. Aymo Crau.in ſuo trac.
de antiq.temp.in 4.par.verbo materia iſta, num.21.&
multis ſeq.Rimi.Sen.in conſ.288.num.19. & in conſ.
246.nu.25.vol.2.in conſ.93.nu.47.& ſeq.vol.1.
2 Ratio eſt,† quia ex curſu 30.annorū vr̄ purgari præ
ſumptio malę fidei, prout dicit Bar.in l.fi.in fi.C.vnde
vi.Dec.in conſ.267.col.3.poſt med.& in cōſ. 272.col.
5.circa mediū.Iaſ.in §.ſed iſtæ.col.19.nu.100.Inſtitu.
de act.& in conſ.57. col.fi. in fi.in conſ.72. col.2. poſt
med.lib.10.& in cōſ.209.col.2.circa fi.lib.2.Curt.iun.
in conſ.52.col.4 Pau.de Caſt.in conſ.169.viſo quodā
3 proceſſu.colu.2.lib.1. vbi ait † poſt lapſum longiſſimi
temporis malam fidem allegari non poſſe, ſimiliter
Corn.in conſ.96.col.fi.lib.4.voluit bonam fidem ſim
pliciter præſumi ex lapſu longiſſimi temporis.Cępol.
in tracta.de ſerui.vrba.prædior.c.20.nu.2.& 3.
4 Amplia vſq; eo cōcluſionē procedere,† vt nec ma
la fides præcedens tollat præſumptionem bonæ fidei
per ſpatium 30.vel 40.annorū acquiſitam, hincq; cō-
ſequatur, vt nec huiuſcemodi præſcriptioni obſter, vt
tradit Dec.in l. traditionib.col.3. circa med. nu.11.&
ſeq.C.de pact.& conſ.496.col.2.circa mediū,& conſ.
638.col.1.in fi.allegat Saly. in l.2.col.fin. C.de ſeruit.
idem ſentit Ioann. Zenob.de Vbal. inter conſ. Bal.in
conſ.37 .verba reſcripti, circa fi.verſ.non obſtant ea,
quæ dicuntur. lib.3. & nouiſſimè Boer. deciſ.39.nu.7.
vbi ſimpliciter hoc dictum referr.
7 In contrariū verò † vt immò noceat mala fides in
tali præſcriptione, deſcendit ſententiā gl. in c.1.in gl.
pen.in verſ.niſi, de præſcrip.lib.6.& ibi Franc.col.fin.
quā gl.refert,& ſequitur deciſ.Neapol.deciſ.368. col.
4.verſ. & ideo voluit. idem voluit Ang. de Aret.in §.
6 furtiuæ.circa prin.Inſtit.de vſucap.vbi † de iure cano-
nico poſſeſſor malæ fidei non præſcribit in æternum,
idem placuit Abb.in c.fi.in 1.notab.de conſtit.vbi re
quiri bonam fidem, vt quis præſcribat contra ſupre-
mam poteſtatem Imperaroris,& tñ tali poteſtati non
7 præſcribitur, niſi per tp̄s antiquiſſimum, † cuius initij
memoria non extet in contrariū, vt hr̄ in l. imperiū.
ff.de iuriſd.om.iud. Imo pleriq; volunt, talem poteſta
tem ſupremam non poſſe præſcribi, idem vult Domi.
in c.ſacr.ſanct.22.diſt.quē refert,& ſequitur Feli.in c.
8 cū nobis.col.1.de præſcr.inferens † Gręcos nō potuiſ-
ſe præſcribere contra ſuperioritatem Romanæ eccle
ſiæ cuiuſcunq; temporis, propter malā fidem, eandē
opinionem ſequitur Bertach. in 3. part. ſui repertorij,
in verbo præſcriptio quomodo cauſatur.verſ.fin. Or-
land.de Curt. inter conſilia Calca.in conſ.6. col.pen.
9 circa med. vbi ait † malam fidem opponi poſſe vſq;
ad 30. annos,& millia milliū, idem ſentit Bartho. de
Vulpis inter conſ.Calcan.conſ.58.col.2. ante mediū.
Iaſ.in conſ.24.col.pen.ante med.lib.3. latiſſimè con-
ſuluit Aymo Crau.conſ.147.per totū: vbi, eo modo,
quo dictū eſt explicat Bar.in d.l.ſi.C.vnde vi.& ꝙ di
10 ctum Bar.† non procedat, vbi verè conſtatet de mala
fide aliter, quàm per præſumptionē, tenet Aret.in cōſ.
353.conſultatio. Additio ad Bar.in d.l.fin.C.vnde vi.
Quod ſi oēs Doctores cum Bart. opinione ſentientes
accuratè,& optimè inſpiciātur, videbimus illos loqui
in mala fide præſumpta. & hinc eſt, ꝙ Paul. Caſtr. in
11 conſ. 169. col. 2. † voluit malam fidem allegari non
poſſe poſt 30. annos, debear intelligi de mala fide
pręſumpta, non vera. Crau.de antiq.temp.par.4.§.ma
teria. nu.21. ex his igitur adductis firma manet & ſta-
bilis concluſio noſtra ſupraſcripta.
12 Secundò amplia concluſionē procedere,† vt pręſu
matur bona fides apud omnes perſonas præſcribētes
eandem rem ſucceſſiuè, excepta prima illa perſona, q̄
incepit præſcribere, vt tradit Gem.in c.1.col.2.de præ
ſcr.lib.6.Peruſ.in col.3.n.8.& pract.Papienſ.in forma
libell.in confeſſo.in gl.ſeruitus. col.6.nu.23. latè Iac.
Mandell.conſ.64.nu.55.& 56.quem vide.
13 Tertiò amplia concluſionē procedere vſq; eo, † vt
ſtante tanti temporis poſſeſſione etiam ex actu nullo
inducatur bona fides, ſic conſuluit Ruin. conſ.31.nu.
25.verſ.præterea quamuis vol.1.& conſ.69.col.fi.ver.
& quamuis.eod.volum.
14 Quartò amplia concluſionē locum ēt habere † in
præſcriptione 10.annorū, vt reſpondit Dec. conſ.266.
nu.5.& Dec.conſ.267.nu.5. & 4. & conſ.232. num.9.
Alex.conſ.142.conſideratis diligenrer.lib.1.& conſi.
24.ponderatis his.lib.5. & conſ.69.d.lib.5.
Primò limita concluſionē non procedere, ſi p̄ſum
ptio malæ fidei eſſet fortior, quia tunc non obſtante
dicto curſu tpis præſumptio malæ fidei fortior pręua-
15 leret, nā vna præſumptio tollit aliam † & fortior tol-
lit debiliorem.l.pen.ff.de reſtit.in integ. Fel.in c.vigi-
lanti.in fi.ext.de præſump. Bald.in conſ.249.ante fin.
ver.ſcias, ꝙ mala fides, vol.3.Boer.in deciſ.211.n.18.
par.1.Crau.d.trac.de antiq.temp.par.4.§. materia.nu.
21.Corn.conſ.136.col.fi.verſ. & per hoc.vol.2. Aret.
conſ.102.col.1. veluti ſi præſcribens erat coniunctus,
vicinus, vel familiaris, prout decidit Alex.in conſ.46.
col.3.vol.6.& rationem eſſe dicit Grat. in conſ. 125.
16 n.4. vol.1.quoniam iſta pręſumptio,† vt coniūnctus
familiaris, & vicinus præſumatur ſcire facta coniun-
cti, præferrur illi præſumptioni, vt per ſpatium 30.&
40.annorum præſumatur bona fides, cum (vt dictum
eſt) vna præſumptio tollat aliam.
Secundò limita concluſionē, niſi mala fides indu-
17 cerēt ex ſtatuto,† nā eo caſu non tolleretur ſpatio tā-
ti tpis.l.quemadmodum.C.de agric.& cenſit.cap.qui
contra iura. de reſcripr. Bar.in l. ſed ſi lege. §.ſcire.de
petit hæred. latè Ruyn.conſ.41. num.28.& 31.vol.1.
18 Alex.conſ.72.vol.2.vbi ait, † ēt ſi error iuris proſit in
præſcriptione longi temporis, hoc non procedere, qñ
ille titulus eſt reprobatus à iure per ſtatutum.
Tertiò limita concluſionē, quia licet ex tanti tpis
19 ſpatio ceſſet præſumptio malæ fidei,† non tñ induci-
tur pręſumptio bonę fidei: vt docet Bar.in d.l.ſed ſi le
ge.§.ſcire.de peti.hær.& ita tenuit D.Abb.ī c.de quar
ta.de præſc.& gl.in c.1.de his quæ fi.à Præl.ſine cōſen
ſu Capit.& in c. apoſtolicæ. de donat.& in c.cura.de
iure parro. Pau.de Caſt.in conſ.74. incip. quia fruſtra
diſputatur, circa fin.verſ.2.ratio,& Ruyn conſ.41.nu.
30.& ſeq.Alex.conſ.134.nu.15.vol.2.
Quartò limita, vt q̄uis pręſumat̄ bona fides ex cur-
20 ſu 30.annorum,† hoc nō eſt intelligendū, vbi agitur
de modico tertii p̄iudicio, iuxta ſnīām Anto.de Butr.
in c.cum eccleſia.col.vlt.ext. de cauſa poſſeſſ. & pro-
priet.qui ſic intelligit notata per Innoc. in c.2.de reſt.
in integ.& nouiſſimè Ruyn.d.conſ.41.nu.22.lib.1.
Verùm, vt prædicta concl.clarius eluceſcat, nōnul
21 la ſunt obſeruanda. Primùm,† ꝙ licet pręſumatur bo
na fides ex curſu 30. &c. vt ſupra dictum eſt, contra
tamen huiuſmodi bonam fidem præſumptam proba
tio contraria poteſt admitti, quæ varijs modis fieri po
teſt, per confeſſionem partis, auth.ſed iam neceſſe. C.
de donat.ante nupt.l.fi.ff.quod met.cau.
Secundò loco, nā licet lex vim & robur titulo anti
22 quitati tanti tpis, attulerit, hoc tñ eſt verum,† qñ ceſ-
ſat prouiſio humana, ſed qñ liquidò cōſtat de expreſ
ſa cautione hominis, vt ſi contrarium appareat per in
ſtrumenta producta ab aduerſario, ceſſat legis proui-
ſio, vt refert Crau.d.loco ſupra citato, nu.13.
Tertiò, nā lex cōfirmat, & probat quidem titulum
23 antiquitatis illius temporis, † & lapſum eiuſdē, atq;
præſcriptionem tam antiq̄, modò tñ cetera omnia ad
præſcriptionem apta,& habilia pręcedant, vt præſcri-
bens ſit capax iuris, quod præſcribitur, vt ſit in bona
fide,

fide,vel præſumpta ,qa quoties de aliquo diſputatur, omnia habilia aliunde putantur.l. qui teſtamento.in prin.ff.de teſta.c.1.de ætate,& qualitate.

24 Verùm † quãdo apparet de titulo vitioſo,& reprobato,ceſſat bona fides,& mala fides apertiſſimè arguitur,quæ præſcriptionẽ in æternum impedit,vt dictum eſt ſuprà per regulam,poſſeſſor.de reg.iur.in 6.

Quartò contra præſcriptionem iuris,qualis eſt hęc
25 de qua in præcedenti concluſione agitur, † admittiť probatio in contrariũ per indirectũ, vt vtar verbis gl.
* ſing.& * communiter approbatæ.in clem.1.de prob. ꝙ gl.inſignem & ſingularem refert, & ſequitur Socy. in conſ.242.col.2.in fi.verſi.quoniam ad hoc videbatur poſſe reſponderi.lib.2.& cõſ.191.col.2.in fi. verſ. contraria ratio ceſſat.lib.2. modò licet directò nõ admittať quis ad probandũ antiquitatẽ tanti tpis vim tituli,non admitteť tñ per indirectum, dicendo. Non
26 recuſo,† nec diſſimulo,quin antiquitas tanti tpis vim tituli non habeat,ſed aſſero illum titulum hic nõ nocere,quia præſcribens fuit in mala fide, ad probandũ adduco titulum hunc expreſſum,per quẽ apparet cõtractum fuiſſe contra expreſſam iuris prohibitionem, & contra ius quodammodo naturale &c.

Huiuſmodi enim probationes, & id genus aliæ admittuntur in contrarium,vt habemus à Crau. in d.tracta.loco ſupra citato,nu.14.

CONCLVSIO CCXXVI.

ARGVMENTVM.

Bonam fidem ex coniecturis præſumi,& probari.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides præſumitur, & probatur ex coniecturis, vt ex poſſeſſione longi temporis.*

1 Bonam fidem præſumi, & probari ex coniecturis,† vt ex poſſeſſione longi temporis, colligimus ex Pauli reſponſo in l. 1.§. ſi ſeruus. ff.acq.poſſ.quẽ refert,& ſequiť Alex.in conſ. vltimo. vol.1.notant Bar.& Doct.in l.Celſus.ff.de vſucap.Pariſ.in conſ.112. nu.52.vol.1. Alba.in conſ.28. num.3. Crau.de antiq.temp.par.1.§.quæritur etiam,nu.40.& 41.Bal.in conſ.20.nu.4.& 5.vol.5.Dec.in conſ.266.in conſ.ſeq.& in conſ.275.Aret.in conſ.130.Rol.à Val. in conſ.3.nu.94.vol.1.Socy.Iun.in conſ.144.num.48. vol.1.Affl.deciſ.369. nu.8.

CONCLVSIO CCXXVII.

ARGVMENTVM.

Bona fides an probetur per iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides probatur per iuramentum aſſerentis ſe aliquid feciſſe,cum ea,quæ conſiſtunt in conſciẽtia,& animo tantum,per iuramentum probentur.*

2 *Bonam fidem alleganti etiam cum iuramento nõ creditur, ſi nullus præcedat titulus,vel ſi allegetur reprobatus.*

3 *Bona fides aſſerta non probatur cum iuramento, quando præſumptio iuris eſt contra aſſerentem ipſam.*

4 *Præſumptio iuris eſt,patremfamilias ſcire ea, quæ in domo fiunt.*

5 *Bonam fidem ſi iurare vellet adoleſcens ludens cũ virgine in tenebris,ei non creditur,& quare.*

6 *Bonam fidem allegans etiam cum iuramento non creditur ſi contrarium probetur quod probari poſſit.*

7 *Bonam fidem iurans, ſi ſit homo nequam, nec fide dignus & malè audiret,ei non creditur,etiam iuranti.*

1 Bona fides præterea probatur per iuramẽtum aſſerẽtis ſe aliquid feciſſe,† nam ea, quæ in mente,& animo ſita ſunt,tantum per iuramentum probantur,vt latè dixi ſupra in concluſione,animi ꝓbatio,& ꝗ bona fides per iurm probetur,tradidit glo. notabilis in c.ſignificaſti, extra de homicid. & in l.atqui natur.§.ſi cũ me abſente.verſ. cõmittat.ff.de neg. geſt.Iaſ.in §.ſed iſtæ.nu.90.inſtit. de actio. & ibid.Iaſ. nu.22.vbi ponit infra ſcriptas limitationes.

Primò limita concluſionẽ nõ procedere, ſi nullus præcedat titulus bonam fidem alleganti, ẽt cum iuro
2 non creditur,† exempli gratia,ſi quis interrogatus cur hanc rẽ poſſideat,ipſe rñderet, ſe neſcire titulum, ſed bonam fidem habere,ipſi fides non habebitur, vt docuit Bar.in l.1.§.hoc interdictum.ff.de itinere, actuq; priua.& idem ſi adduceret titulum reprobatũ, & non bonum,Zaſ.in d.§.ſed iſtæ.nu.23.inſtit.de actio.

3 Secundò limita, vt non procedat, † ſi pſumptio iuris eſſet contra aſſerentem bonã fidẽ ,quia tunc iuro non probareť bona fides aſſerta,vt voluit Bar. in l.inter oẽs.§.rectè.ff.de furt.vtpotè ſi nota fuerit facta citatio domi ſuę & ille vellet iurare ſe ignoraſſe, & ſic
4 bonam fidẽ,ſibi non crederetur,† nam præſumptio iuris eſt, patremfamilias ſcire ea, quæ in domo fiunt, vt l.ſi tutor.C.de peric.tut.vel ſi adoleſcens luderet cum virgine in tenebris, vellet iurare bonam fidem ei non
5 crederetur,† quia præſumptio eſt contra eum, nam à iuuene, & cupido non creditur reddita virgo, vt Zaſ. d.loco ſupra citato nu.23.

Tertiò limitatur non procedere,ſi contrariũ probe
6 tur,† quod probari poſſit, vt traditum fuit à Bart. in l. 2.ff.pro empt.Inno.& ceteri in c.quia propter.§.illud. de elect.& per not. per Zaſ.in d.§.ſed iſtæ.

Quartò limita concluſionẽ, vt non procedat, ſi iurans bonam fidem eſſet homo nequam, nec fide di-
7 gnus,maleq; audiret,† nam tunc ei non crederetur ẽt iuranti,vt voluit Bal. in l.funus.in 3.oppo. C. de furt. gl.in d.c.ſignificaſti.ext.de homicid.idem Bal. in l.1. col.1.verſ.quintum exemplum.C.de ſumma. Trinit. & fid.catho.& Ang.in l.quę iudicio.ff.de accuſ.quos ſequitur Zaſ.in d.§.ſed iſtæ.nu.24.

CONCLVSIO CCXXVIII.

ARGVMENTVM.

Bona fides quo pacto præſumatur ex titulo.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides præſumitur ex titulo.*

2 *Bona fides ipſo iure præſumiť probata ſtante aliquo titulo.*

3 *Bona fides ſtatim præſumitur oſtenſo titulo.*

4 *Bona fides præſumitur etiam in titulo iniuſto, & ex temerarijs rationibus acquiſito.*

5 *Bona fides quomodo inducatur.*
Poſſeſſio prædeceſſoris prębet iuſtum titulũ,& errorẽ.ibi.

6 *Bona fides præſumitur etiam ſine titulo, dummodo pręceſſerit ſpatium longi temporis, vt 30.annorum.*

7 *Simul ſtat,vt quis non habeat titulum,& tamen ſit in bona fide.*

8 *Bona fides ad hoc,vt pręſumatur, oportet, vt quis iuſtũ titulũ habeat, & quod longo tempore fuerit in poſſeſſione.*

9 *Tempus longum ad bonam fidem pręſumendum arbitrio boni viri,ſeu iudicis relinquendum eſt.*

10 *Mala fides etiam poſt 30.annos poteſt allegari,ſi poſſidenti reſiſtit ius commune.*

11 *Bona fides pręſumitur in pręſcriptione longiſſimi tẽporis, etiam ſi poſſeſſio ſit contra ius.*

12 Bona

12 *Bona fides præſumitur etiã ſine titulo, quando agitur poſſeſſorio.*

13 *Bonam fidem ſine titulo non præſumi, opponere quis non poteſt, niſi dominus, vel antiquior poſſeſſor. Contrarium ibi.*

1 Bonam fidem † præſumi ex titulo colligere eſt ex Imp pp. Dioclet. & Maximiani reſcripto in l. pen. C. de euict. & ex Vlpian. reſponſo in l. Celſus. vbi plenè Bar. col. pen. ff. de vſucap. & ex c. ſi diligenti. ext. de præſcrip. & c. 1. eod. tit. in 6. Cyn. & Doct. idem voluere in l. ſuper longi. de præſcri. longi. temp. reſpondit Alex. in conſ. 134. num. 15. lib. 2. & in conſ. 94. nu. 10. d. lib. 2. & in conſ. 24. nu. 16. vol. 7. & in conſ. 134. nu. 2. vol. 7. Alben. conſuluit in conſ. 84. nu.
2 3. & in conſ. 64. nu. 62. vbi inquit † ipſo iure bonam fidem præſumi probatam, ſtãte aliquo titulo, quod idẽ ſenſit Dec. in conſ. 266. col. fi. nu. 5. Natt. in conſ. 456. nu. 16. vol. 2. & in conſ. 16. nu. 9. in conſ. 38. nu. 4. & in conſ. 230. nu. 2. vol. 1. Mant. in conſ. 297. num. 2. vol. 1.
3 vbi dicit, † bonam fidem ſtatim præſumi oſtenſo titulo, vt dixit Soc. iun. in conſ. 50. nu. 29. vol. 4. & in cõſ. 47. nu. 3. vol. 2.

Amplia concluſionẽ vſque eo procedere, vt ẽt ha-
4 beat locũ in titulo inualido, & † ex temerariis rationibus acquiſito, quod inſigniter dicit Bal. in l. 1. in fi. C. vbi cauſa ſtatus & c. quẽ refert, & ſequitur Albenſ. in d. conſ. 64. n. 63. idẽ Bal. in l. precib. col. 6. C. de impub. & in l. fi. num. 45. C. de exeq. lib. 10. Dec. in conſ. 272. col. pen. nu. 9. Abbas in conſ. 55. in cã, quæ ad pſens. in fi. lib. 2. Natt. in conſ. 72. nu. 7. vol. 1. Cacher. in deciſ. Pedemon. 160. nu. 6. Curt. iun. in conſ. 168. nu. 85. Mantua. in conſ. 297. nu. 10. vol. 1. Alex. in conſ. 75. viſis põderatis. lib. 4. & Bar. in l. 1. circa fi. C. de ſeruit. & in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actu. priua. & in l. Celſus. verſ. dic ergo. ff. de vſucap. & Rimin. ſen. in conſ. 282.
5 nu. 30. vol. 2. vbi dicit † ẽt bonam fidem induci ex eo, ꝙ maiores mei, vel auus, vel proauus dixerunt ſe emiſſe, vel titulum habuiſſe, ex hoc enim manat iuſtus error ad præſcribendum, prãterquam quod etiam poſſeſſio prædeceſſoris præbet iuſtum titulum, & errorẽ, vt in c. cura de iure patro.

Secundò amplia, vt ẽt bona fides præſumatᷣ ſine ti-
6 tulo, dummodo præceſſerit ſpatium longi tpis, † vt 30. annorũ, prout dicit Bar. in l. fi. in fi. verſ. item iſta allegatio. C. vnde vi. Bal. in l. pen. C. quib. nõ obna. long. temp. præſcrip. Cyn. in l. ſuper longi. & ibi Ang. col. 3. verſ. tu autem dicas. C. de præſcrip. long. tempo. Alex. in diſputat. ſua incip. Sigiſmundus. col. 31. Arch. in c. 1. verſ. bona fides de præſcrip. in 6. Innoc. in c. 2. col. 3. verſ. itẽ nota, ꝙ licet. de in integ reſtit. Abb. in c. ſi diligenti. col. 3. de præſcrip. Aret. conſ. 105. col. pen. ſub nu. 7. verſ. illud ẽt non lateat. incip. in cã & quæſtione, & cõſ. 153. incipit, conſultatio propoſita. in fi. col. fin. verſ. non obſtat, ſi dicat aliquis. Nicell. concord. 154. Imol. in l. Celſus. col. 3. in prin. verſ. & p pdictis. Rui. cõſ. 44. nu. 17. & conſ. 115. nu. 6. & in conſ. 118. num. 4. vol. 4. Dec. conſ 267. nu. 5. Pariſ. cõſ. 266. nu. 88. vol. 3.
7 ſtat enim ſimul † vt quis nõ habeat titulũ, & tñ ſit in bona fide, ſecundũ Bart. in l. Celſus. ff. de vſucap. per gl. in l. ſi quis emptionis, in ver. tenuerit. C. de præſcri. 30. vel 40. annor. quam ſequitur Alcia. in tract. de præſum. pt. reg. 3. præſum. 5. nu. 21.

Hinc tñ ſententiæ aduerſari videtur Bomb. in cõſi. 29. vbi dicit, ad hoc vt præſumatur bona fides neceſſe
8 eſſe, † vt quis iuſtum titulum habeat, & ꝙ longo tempore fuerit in poſſeſſione, & ita videtur innuere, ſine titulo non dari bonam fidem, licet præceſſerit ſpatiũ longi temporis, per multas auctoritates per eum alle-
9 gatas, vbi etiam aſſerit † prædictum longum tempus arbitrio boni viri, ſeu iudicis relinquendum eſſe.

Intellige ſecũdam ampliationem, vt nõ procedat, ſi poſſidenti reſiſtit ius commune, quia tunc ẽt poſt
10 30. annos † poteſt allegari mala fides, docuit Bar. in l. quemadmodũ. col. 1. in fi. verſ. nota ex hoc. C. de agr. & cenſit. lib. 11. Arch. in c. 1. in prin. de præſcrip. Innoc. in c. 2. nu. 6. verſ. item nota, quòd licet. de in integ. reſtit. & ibi Ioan. And nu. 6. Abb. in c. bonæ. 2. nu. 21. de poſtul. prælat. Imo. in d. c. 2. col. fi. verſ. item aduerte. Domini de Rot. deciſ. 268. incip. collatio, in nouis, aliàs 7. de iurepatro.

Limitanda eſt hæc intelligẽtia ad proximã ampliationẽ, non procedere in præſcriptione longiſſimi tem-
11 poris, † quia tunc præſumitur bona fides, ẽt ſi poſſeſſio ſit contra ius, vt reſpondit Abb. conſ. 102. num. 1. verſ. & primò circa articulũ qui teſtatur. Imo. in c. 2. de in integ. reſtit. huc ſpectat, ꝙ obſeruat Bar. in l. quæritur. C. vnde vi. & vt probari in c. cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſſio. & propriet. Alex. conſ. 110. nu. 6. lib. 1. per l. 3. §. ſi ſeruus. de acquir. poſ. quod ſequitur Rayn. conſ. 118. nu. 2. ſub verſ. nec obſtat. vol. 4.

Tertiò amplia concluſionẽ tũm maximè, pcedere, qñ agitur poſſeſſorio, quia tunc præſumitur bona
12 fides † ẽt ſine titulo, vt traditum fuit à Dom. c. 1. col. 2. verſ. ſed pone. de præſcr. in 6. Inno. in c. 2. vol. 3. verſ. ſed ſi agitur. & ibi Ioan. And. v. r. & quãuis. & Card. nu. 6. & Imo. col. fi. verſ. itẽ aduerte. de reſtit. in integr.

Quartò amplia prædictã concluſionem, vſq; eo pcedere, vt exceptio in cõtrariũ, id eſt, bonam fidẽ ſine
13 titulo non pſumi, nõ poſſit opponi, † niſi per dñm, vel antiquiorem poſſeſſorẽ, ita Bart. in l. fi. col. 3. verſ. ſed contra pdicta oppo. C. vnde vi. & in l. Celſus. col. 4. ver. ſed contra hoc, & ibi Bald. nu. 85. & in l. Celſus. col. 4. ff de vſuca. Alex. in conſ. 200. col. 2. verſ. pterea in dubio. vol. 2. Abb. in c. ſi diligenti, col. 3. verſ. examinemus nunc. de præſcr. & ibi Anto. de But. col. 2. verſ. quomodo. Bal. in l. 1. col. 3. verſ. aut loquimur reſpectu. C. vnde vi. & in l. ſuper longi. verſ. nunc habemus. de præſcrip. Pract. Papien. in reſpon. rei conuen. & oppo. except. præſcrip. nu. 16. Ruy. conſ. 129. col. fi. vol. 4.

Ab hoc diſſenſit Imo. in c. ſi. col. 4. ver. ſed aduerte, de præſcrip. Fel. in c. ſi diligẽ. col. 2. verſ. ſi tu diceres. & col. 5. verſ. & dixit Bar. eo. tit. Imol. in l. Celſus. col. 2. ver. itẽ adde. & ibi Claud. col. 7. verſ. itẽ obiecit Bar. ff. de vſuca. Alex. cõſ. 192. col. 1. ver. non obſtat, vol. 2. Ang. Aret. in §. ſi qs à nõ dño. n. 4. Inſtit. de rer. diuiſio.

CONCLVSIO CCXXIX.

ARGVMENTVM.

Bonam fidem præſumi ex titulo renunciationis & diuiſionis.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides præſumitur ex titulo renunciationis.*

2 *Bona fides ex titulo diuiſionis præſumitur, qui efficax eſt ad inducendam præſcriptionem.*

1 Bona fides inſuper præſumitur ex titulo renunciationis, † vt tradit Dec. in conſ. 265. vol. 4. ſub fi. Ratio eſt, quia bona fides ex titulo vero, vel falſo præſumitur, vt ſupra dictum eſt, & notat Bar. in d. l. Celſus. verſ. dic ergo. ff. de vſuca. ſequitur Abb. in conſ. 55. in cauſa, quæ ad præſens. in fin. & in conſ. 22. incip. quidã Ioan. lib. 2. Alex. in cõſ. 75. incip. viſis põderatis. col. pen. li. 4. Bal. in l. 1. circa fi. C. de ſeru. & in conſ. 200. incip. viſo, & diſcuſſo. col. 1. volu. 2. & videas, quæ ſupra diximus in concl. præcedenti.

2 Præterea præſumitur ẽt ex titulo diuiſionis, † qui titulus efficax eſt ad inducendam præſcriptionẽ, prout dicit latè Dec. in conſ. 266. nu. 5. facit tex. in §. 1. Inſti. de vſucap. l. ſi quis emptionis. in princ. C. de præſcrip.

30.vel 40.annorum,in l. præſcriptio. C.quib. non obſter long. temp. præſcript. & ſcribit Alex.in conſ.24. pooderatis his.lib.5. allegat notata in l. cum ſolus. ff. de vſucap.& in l.1.C.communia vtriuſ.iudic.

CONCLVSIO CCXXX.

ARGVMENTVM.

Bona fides in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus probari poteſt per hiſtorias,& quomodo.*
2 *Iuriſpatronatus probatur per literas inciſas in marmore, vel lapidibus templi.*
3 *Bona fides probatur per famam, & ipſa præſtat iuſtum titulum ad præſcribendum.*
4 *Bona fides præſumitur ex authoritate Principis.*
5 *Bona fides cauſatur ex dicto,& verbis ſuperioris.*

Bonam fidem in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus probari poſſe per hiſtorias
1 narrãtes eos,† qui te anteceſſerunt, fundamẽta iecisse illi eccleſiæ,dixit Purpur.in l.1.nu.154. ff.ſi cer.pet.& idẽ tradidere recentiores oẽs Auinionenſes in c.cum eccleſia Sutrina ext.de cauſ.poſ.& ꝓprie.col.21.verſ.
2 tertia coniectura ꝙ quidẽ illa ratio confirmat † quia iuſpatronatus probaẽ per literas inciſas in marmore, vel lapidibus tẽpli, ſecundùm Bal. conſ.310. lib.5.de quo literis infra dicetur in concl.iuſpatronatus.

3 Ad hæc probaẽ ẽt bona fides per famã † quæ quidẽ fama præſtat iuſtum titulũ ad præſcribendũ, prout dicit Bar.in d.l.Celſus.ff.de vſuc.in l.2.§.hoc interdicto ff.de itin.actuq; pri. cũ ſimilib. & Alc.in cõſ.403.n.5.

4 Prout præſumitur ẽt † ex auctoritate Principis, ita docuit Matth.de Affl.in feudal.in titulo quæ ſint Regalia per Imper.Feder.nu.127. vbi teſtem laudat Bal. in l.1.C.de furt.& quod idẽ obſeruat Fely.in conſ.24.
5 nu.2. vbi dicit, bonam fidem dimanare ex dicto, † & verbis ſuperioris,teſtando Bar.in d.l.Celſus.ff. de vſucap.& gl.in l.Titio fundus.ff.de condi.& dem.

CONCLVSIO CCXXXI.

ARGVMENTVM.

Bona fides quomodo in dubio præſumatur in poſſidente,& ex poſſeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides in dubio præſumitur in poſſidẽte, & ex poſſeſſione,niſi probetur contrariũ præcipue ſi habet titulum verum, vel putatiuum etiam ex errore iniuſto.*
2 *Bona fides in dubio præſumitur in poſſidente, etiã ſi poſſeſſor ſit ſine titulo, dummodo ius non contradicat.*
3 *Titulus putatiuus etiam ex errore iniuſto procedit quo ad acquiſitionẽ fructuum,non autem quoad vſucapionem.*
4 *Error in titulo debet eſſe probabilis,alias vſucapio non procedit.*
5 *Intellectus gl.in l.1.C.vbi cauſ.ſtat.& l.igitur.§.poteſt.ff. de liber. cauſ.*

1 Bona fides in dubio præſumitur in poſſidente, & ex poſſeſſione, † niſi probeẽ cõtrariũ, vt argumento eſſe poteſt Venulei reſpõſum in l.pen. ff.de euic.gl.in c.diligenti.ibi Doct.de præſcrip.Abb. in c.ſanctorum.eo.tit.gl.in c.cũ eccleſia.ext.de cauſ. poſ. & propr. Alex. conſ.200.col.1.2. vol. & conſ.35. col.pen.vol.4.Franc.Curt.conſ.82.col.2.

Iſtud aũt intelligendũ eſt, ſi habeat titulum verũ, vel putatiuum,ẽt ex errore iniuſto.l.igitur.§.põt.ff.de libera.cauſ.& l.ſicut.§.primò,ff.de vſucap.& ita tenet
* Bar.in l.Celſus.ff.de vſucap.d.titu.& eſt * communis opinio,ſicut Atteſtatur Aleiat.tract.de præſump.3.regula præſumpt.5.nu.1. vbi eã ſequitur, & ad ea rñdet, quæ contrariũ ſentientes obiiciunt, & inſignis Doct. D.Io.Franc.Balb.in d.l. Celſus.col.33.verſ.2. conclu. & Barbat. in conſ.4. incip. illud afferam in medium, vol.1.& Soc.Iun.in conſ.76.nu.60.vol.1.

2 Amplia concluſionẽ, vt ẽt procedat, † ſi poſſeſſor ſit ſine titulo,dummodo ius nõ contradicat, prout dicit Balb.in l.Celſus.de vſucap.par.3.verſ.tertia cõcluſio,
* vbi atteſtatur de * cõmuni, Couarr. in reg. poſſeſſor. de reg.iur.tit.6 §.6.nu.2.part.& Cur. Sen.in cõſ. 61.n. 5.vbi alleg.gl.in l.ſi quis emptionis tit. in verſ. tenuerint.C.de præſcr.30.annor.Ang.in l.ſuper longi.C.de præſcr.long temp.Bal.in repet.l.1.col.4.C.vnde vi.

3 Limita ꝙ ſupra dixi, † ſufficere titulum putatiuum ẽt ex errore iniuſto, vt vſq; eo procedat quoad acquiſitionem fructuum nõ aũt quoad vſucapionẽ,ita me docuit Iino.in l.ſi.C.vnde vi.& hãc opinionẽ arbitraẽ veriorem Alcia.loco ſupra citato,nu.5.pro quo addu
4 cit tex.in l.ſi.C.pro ſuo,† qui requirit: vt error in titulo ſit probabilis,alioqui vſucapio nõ procedit, & hoc eſt de mente gl.in l.1.C.vbi cau.ſtat. quæ ſi diligenter inſpiciatur,probat contra Bar. dum requirit glo.quaſi poſſeſſionem 30.annorum. quando ſeruus ex iniuſtis cauſis crederet ſe liberum eſſe, & tamẽ ſi ꝑſumeretur bona fides,ſatis eſſet quaſi poſſeſſio 20.anno.l.2.C.de long.temp.præſcr. quæ pro liber.

5 Nec obſtat l.igitur.§.põt.ff.de liber.cau.q a † ibi nõ probaẽ poſſeſſionem inductã ex tali errore iniuſto ſatis eſſe ad vſucapionẽ, ſed ſimpliciter talis vtitur commodo poſſeſſoris quantũ ſit ad inſtruendũ iudiciũ, vt ibi habetur.& ratio eſt: q a quoad illud cõmodum ſatis eſt,ne ſit in mala fide,licet non habeat bonã: inter hæc enim eſt dare mediũ,vt dicit Bar. in l.ſed ſi lege. §.icite. ff.de pet.hær. Pau.de Caſt.conſ.289.in vlt.col. Alc.in d.tract.de præſum.reg.3.præſump.5.nu.5.

CONCLVSIO CCXXXII.

ARGVMENTVM.

Bonam fidem an per depoſitionem vnius teſtis probari, & cur.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides probatur per depoſitionem vnius teſtis.*
2 *Bona fides per indicia probari poteſt.*

1 Bonam fidem per depoſitionẽ vnius teſtis † probari, conſuluit Iaco. Mandell. conſ.28.nu.3.Alex.conſ.54.nu.9.vol.6.gl. & Doct.in l.ſi quis.C.ad leg.Iul. maieſt.& in l.maritus. ff.de q. & plenè Bar.in l.2.§.item Cornelio. ff.de quæſtionib.& in l.admonendi.poſt gl.ff.de iureiur.& Alex. cõſ.187. nu.8.vol.2. Bald.in l. Celſus.ff.de vſucap. Ang. in l.ſi quis.de præſcript.30.anno.& Io.de Imol.in repet.c.ſi. in 2.char.de præſcrpt.

2 Ratio eſt, † quia cũ bona fides per indicia probari poſſit.l.pen.vbi Bal.C.de euict.& Bar.in l.Celſus.col. 4.nu.18.meritò etiam per vnum teſtem probatur,prout etiam dicit Abb.in conſ.102.col.1.

CON-

12 *Bona fides præſumitur etiã ſine titulo, quando agitur poſ-
ſeſſorio.*
13 *Bonam fidem ſine titulo non præſumi, opponere quis non
poteſt, niſi dominus, vel antiquior poſſeſſor.*
Contrarium ibi.

1 Bonam fidem † præſumi ex titulo colligere
eſt ex Impp. Dioclet. & Maximian.
reſcripto in l. pen. C. de euict. & ex Vlpian. reſponſo
in l. Celſus. vbi plenè Bar. col. pen. ff. de vſucap. & ex c.
ſi diligenti. ext. de præſcrip. & c. 1. eod. tit. in 6. Cyn. &
Doct. idem voluere in l. ſuper longi. de præſcri. longi.
temp. reſpondit Alex. in conſ. 134. num. 15. lib. 2. & in
conſ. 94. nu. 10. d. lib. 2. & in conſ. 24. nu. 16. vol. 7. & in
conſ. 134. nu. 2. vol. 7. Alben. conſuluit in conſ. 84. nu.
2 3. & in conſ. 64. nu. 62. vbi inquit † ipſo iure bonam fi-
dem præſumi probatam, ſtãte aliquo titulo, quod idẽ
ſenſit Dec. in conſ. 266. col. fi. nu. 5. Natt. in conſ. 456.
nu. 16. vol. 2. & in conſ. 16. nu. 9. in conſ. 38. nu. 4. & in
conſ. 230. nu. 2. vol. 1. Mant. in conſ. 297. num. 2. vol. 1.
3 vbi dicit, † bonam fidem ſtatim præſumi oſtenſo titu
lo, vt dixit Soc. iun. in conſ. 50. nu. 29. vol. 4. & in cõſ.
47. nu. 3. vol. 2.

Amplia concluſionẽ vſque eo procedere, vt ẽt ha-
4 beat locũ in titulo inualido, & † ex temerariis rationi
bus acquiſito, quod inſigniter dicit Bal. in l. 1. in fi. C.
vbi cauſa ſtatus & c. quẽ refert, & ſequitur Albenſ. in
d. conſ. 64. n. 63. idẽ Bal. in l. precib. col. 6. C. de impub.
& in l. fi. num. 45. C. de exeq. lib. 10. Dec. in conſ. 272.
col. pen. nu. 9. Abbas in conſ. 55. in cã, quæ ad p̃ſens. in
fi. lib. 2. Natt. in conſ. 72. nu. 7. vol. 1. Cacher. in deciſ.
Pedemon. 160. nu. 6. Curt. iun. in conſ. 168. nu. 45. Man
tua. in conſ. 297. nu. 10. vol. 1. Alex. in conſ. 75. viſis põ
deratis. lib. 4. & Bar. in l. 1. circa fi. C. de ſeruit. & in l. 1.
§. hoc interdicto. ff. de itin. actu. priua. & in l. Celſus.
verſ. dic ergo. ff. de vſucap. & Rumin. ſen. in conſ. 282.
5 nu. 30. vol. 2. vbi dicit † ẽt bonam fidem induci ex eo,
ꝙ maiores mei, vel auus, vel proauus dixerunt ſe emiſ
ſe, vel titulum habuiſſe, ex hoc enim manat iuſtus er-
ror ad præſcribendum, præterquam quod etiam poſ-
ſeſſio prædeceſſoris præbet iuſtum titulum, & errorẽ,
vt in c. cura de iure patro.

Secundo amplia, vt ẽt bona fides præſumat̃ ſine ti-
6 tulo, dummodo præceſſerit ſpatium longi tpis, vt 30.
annorũ, prout dicit Bar. in l. fi. in fi. verſ. item iſt. alle-
gatio. C. vnde vi. Bal. in l. pen. C. quib. nõ obiic. long.
temp. præſcrip. Cyn. in l. ſuper longi. & ibi Ang. col. 3.
verſ. tu autem dicas. C. de præſcrip. long. tempo. Alex.
in diſputat. ſua incip. Sigiſmundus. col. 31. Arch. in c.
1. verſ. bona fides de præſcrip. in 6. Innoc. in c. 2. col. 3.
verſ. itẽ nota, ꝙ licet. de in integ. reſtit. Abb. in c. ſi dili
genti. col. 3. de præſcrip. Alex. conſ. 105. col. pen. ſub
nu. 7. verſ. illud ẽt non lateat. incip. in cã & quæſtione,
& cõſ. 153. incipit, conſultatio propoſita. in fi. col. fin.
verſ. non obſtat, ſi dicat aliquis. Nicell. concord. 154.
Imol. in l. Celſus. col. 3. in prin. verſ. & p̃ p̃dictis. Rui.
cõſ. 44. nu. 17. & conſ. 115. nu. 6. & in conſ. 128. num. 4.
vol. 4. Dec. conſ. 267. nu. 5. Pariſ. cõſ. 266. nu. 88. vol. 3.
7 ſtat enim ſimul † vt quis nõ habeat titulũ, & tñ ſit in
bona fide, ſecundũ Bart. in l. Celſus. ff. de vſucap. per
gl. in l. ſi quis emptionis, in ver. tenuerit. C. de præſcrip.
30. vel 40. annor. quam ſequitur Alcia. in tract. de præ
ſum. pr. reg. 3. præſum. 5. nu. 21.

Hinc tñ ſententiæ aduerſari videtur Bomb. in cõſ.
29. vbi dicit, ad hoc vt præſumatur bona fides neceſſe
8 eſſe, † vt quis iuſtum titulum habeat, & ꝙ longo tem
pore fuerit in poſſeſſione, & ita videtur innuere, ſine
titulo non dari bonam fidem, licet præceſſerit ſpatiũ
longi temporis, per multas auctoritates per eum alle
9 gatas, vbi etiam aſſerit † prædictum longum tempus
arbitrio boni viri, ſeu iudicis relinquendum eſſe.

Intellige ſecũdam ampliationem, vt nõ procedat,
ſi poſſidenti reſiſtit ius commune, quia tunc ẽt poſt
10 30. annos † poteſt allegari mala fides, docuit Bar. in l.
quemadmodũ. col. 1. in fi. verſ. nota ex hoc. C. de agr.
& cenſit. lib. 11. Arch. in c. 1. in prin. de præſcrip. Inno.
in c. 2. nu. 6. verſ. item nota, quòd licet. de in integ. re-
ſtit. & ibi Ioan. And. nu. 6. Abb. in c. bonæ. 2. nu. 21. de
poſtul. prælat. Imo. in d. c. 2. col. fi. verſ. item aducrte.
Domini de Rot. deciſ. 268. incip. collatio, in nouis,
aliàs 7. de iure patro.

Limitanda eſt hæc intelligẽtia ad proximã amplia
tionẽ, non procedere in præſcriptione longiſſimi tem
11 poris, † quia tunc præſumitur bona fides, ẽt ſi poſſeſ-
ſio ſit contra ius, vt reſpondit Abb. conſ. 102. num. 1.
verſ. & primò circa articulũ qui teſtatur, Inno. in c. 2.
de in integ. reſtit. huc ſpectat, ꝙ obſeruat Bar. in l. quæ
ritur. C. vnde vi. & vr̃ probari in c. cum eccleſia Sutra-
na, de cauſa poſſeſſio. & propriet. Alex. conſ. 110. nu.
6. lib. 1. per l. 3. §. ſi ſeruus. de acquir. poſ. quod ſequitur
Rayn. conſ. 118. nu. 2. ſub verſ. nec obſtat. vol. 4.

Tertiò amplia concluſionẽ iũm maximè p̃cede-
re, qñ agitur poſſeſſorio, quia tunc præſumitur bona
12 fides † ẽt ſine titulo, vt traditum fuit à Dom. c. 1. col.
2. verſ. ſed pone. de præſcr. in 6. Inno. in c. 2. col. 3. verſ.
ſed ſi agitur. & ibi Ioan. And. v. r. & quãuis. & Card.
nu. 6. & Imo. col. fi. verſ. ite aducrte. de reſtit. in integr.

Quartò amplia prædictã concluſionem, vſq; eo p̃-
cedere, vt exceptio in cõtrariũ, id eſt, bonam fidẽ ſine
13 titulo non p̃ſumi, nõ poſſit oppõni, † niſi per dñm,
vel antiquiorem poſſeſſorẽ, ita Bart. in l. fi. col. 3. verſ.
ſed contra p̃dicta oppo. C. vnde vi. & in l. Celſus. col.
4. verſ. ſed contra hoc, & ibi Bald. nu. 85. & in l. Celſus.
col. 4. ff. de vſuca. Alex. in conſ. 200. col. 2. verſ. p̃terea
in dubio. vol. 2. Abb. in c. ſi diligenti. col. 3. verſ. exami
nemus nunc, de præſcr. & ibi Anto. de But. col. 2. verſ.
quomodo. Bal. in l. 1. col. 3. verſ. aut loquitur reſpectu.
C. vnde vi. & in l. ſuper longi. verſ. nunc habemus. de
præſcrip. Pract. Papien. in reſpon. rei conuen. & oppo.
except. præſcrip. nu. 16. Ruy. conſ. 129. col. fi. vol. 4.

Ab hoc diſſenſit Inno. in c. fi. col. 4. ver. ſed aducrte,
de præſcrip. Fel. in c. ſi diligẽti. col. 2. verſ. ſi tu diceres.
& col. 5. verſ. & dixit Bar. eo. tit. Imol. in l. Celſus. col.
2. ver. itẽ aduc. & ibi Claud. col. 7. verſ. itẽ obiicit Bar.
ff. de vſuca. Alex. cõſ. 192. col. 1. ver. non obſtat, vol. 2.
Ang. Aret. in §. ſi qs à nõ dño. n. 4. Inſtit. de rer. diuiſio.

CONCLVSIO CCXXIX.

ARGVMENTVM.

Bonam fidem præſumi ex titulo renunciationis & diuiſionis.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides præſumitur ex titulo renunciationis.*
2 *Bona fides ex titulo diuiſionis præſumitur, qui efficax eſt
ad inducendam præſcriptionem.*

1 Bona fides inſuper præſumitur ex titulo renun
ciationis, † vt ſẽſit Dec. in conſ. 265. vol.
4. ſub fi. Ratio eſt, quia bona fides ex titulo vero, vel
falſo præſumitur, vt ſupra dictum eſt, & notat Bar. in
d. l. Celſus. verſ. dic ergo. ff. de vſuca. ſequitur Abb. in
conſ. 55. in cauſa, quæ ad præſens. in fin. & in conſ. 22.
incip. quidã Ioan. lib. 2. Alex. in cõſ. 75. incip. viſis põ-
deratis. col. pen. li. 4. Bal. in l. 1. circa fi. C. de ſeru. & in
conſ. 200. incip. viſo, & diſcuſſo. col. 1. volu. 2. & vide
ea, quæ ſupra diximus in concl. præcedenti.

2 Prætcrea præſumitur ẽt ex titulo diuiſionis, † qui ti
tulus efficax eſt ad inducendam præſcriptionẽ, prout
dicit latè Dec. in conſ. 266. nu. 5. facit tex. in §. 1. Inſti.
de vſucap. l. ſi quis emptionis. in princ. C. de præſcrip.

30. vel

Digitized by Google

30.vel 40.annorum,in l. præſcriptio. C.quib. non obſtet long. temp. præſcript. & ſcribit Alex.in conſ.24. ponderatis his.lib.5. allegat notata in l. cum ſolus. ff. de vſucap.& in l.1.C.communia vtriuſ.iudic.

CONCLVSIO CCXXX.

ARGVMENTVM.

Bona fides in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus probari poteſt per hiſtorias, & quomodo.*
2 *Iuriſpatronatus probatur per literas inciſas in marmore, vel lapidibus templi.*
3 *Bona fides probatur per famam, & ipſa præſtat iuſtum titulum ad præſcribendum.*
4 *Bona fides præſumitur ex authoritate Principis.*
5 *Bona fides cauſatur ex dicto, & verbis ſuperioris.*

Bonam fidem in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus probari poſſe per hiſtorias
1 narrãtes eos,† qui te anteceſſerunt, fundamẽta ieciſſe illi eccleſiæ,dixit Purpur.in l.1.nu.154. ff.ſi cer.pet.& idẽ tradidere recentiores oẽs Auinionenſes in c.cum eccleſia Sutrina ext.de cauſ.poſ.& ꝓprie.col.21.verſ.
2 tertia coniectura,ꝙ quidẽ illa ratio confirmat † quia iuſpatronatus probatũ per literas inciſas in marmore, vel lapidibus tẽpli, ſecundùm Bal. conſ.310. lib.5.de quo literis infra dicetur in concl.iuſpatronatus.
3 Ad hæc probatũ ẽt bona fides per famã † quæ quidẽ fama præſtat iuſtum titulũ ad præſcribendũ, prout dicit Bar.in d.l.Celſus.ff.de vſuc.in l.2.§.hoc interdicto ff.de itin.actuq; pri. cũ ſimilib. & Alc.in cõſ.403.n.5.
4 Prout præſumitur ẽt † ex auctoritate Principis, ita docuit Matth.de Affl.in feudal.in titulo quæ ſint Regalia per Imper.Feder.nu.127. vbi teſtem laudat Bal. in l.1.C.de furt.& quod idẽ obſeruat Fely.in conſ.24.
5 nu. 2. vbi dicit, bonam fidem dimanare ex dicto, † & verbis ſuperioris,teſtando Bar.in d.l.Celſus.ff. de vſucap.& gl.in l.Titio fundus.ff.de condi.& dem.

CONCLVSIO CCXXXI.

ARGVMENTVM.

Bona fides quomodo in dubio præſumatur in poſſidente, & ex poſſeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides in dubio præſumitur in poſſidẽte, & ex poſſeſſione, niſi probetur contrariũ præcipuè ſi habet titulum verum, vel putatiuum etiam ex errore iniuſto.*
2 *Bona fides in dubio præſumitur in poſſidente, etiã ſi poſſeſſor ſit ſine titulo, dummodo ius non contradicat.*
3 *Titulus putatiuus etiam ex errore iniuſto procedit quo ad acquiſitionẽ fructuum, non autem quoad vſucapionem.*
4 *Error in titulo debet eſſe probabilis, alias vſucapio non procedit.*
5 *Intellectus gl.in l.1.C.vbi cauſ.ſtat.& l.igitur.§.poteſt.ff. de liber.cauſ.*

1 Bona fides in dubio præſumitur in poſſidente, & ex poſſeſſione, † niſi probet̃ cõtrariũ, vt argumento eſſe poteſt Venulci reſpõſum in l.pen. ff.de euic.gl.in c.diligenti.ibi Doct.de præſcrip.Abb. in c.ſanctorum.eo.tit.gl.in c.cũ eccleſia.ext.de cauſ. poſ.& propr.Alex.conſ.200.col.1.2.vol.& conſ.35. col.pen.vol.4.Franc.Curt.conſ.82.col.2.

Iſtud aũt intelligendũ eſt, ſi habeat titulum verũ, vel putatiuum,ẽt ex errore iniuſto.l.igitur.§.põt.ff.de libera.cauſ.& l.ſicut.§.primò,ff.de vſucap.& ita tenet
* Bar.in l.Celſus.ff.de vſucap.d.titu.& eſt * communis opinio,ſicut Atteſtatur Alciat.tract.de præſump.3.regula præſumpt.5.nu.1. vbi eã ſequitur, & ad ea rñdet, quæ contrariũ ſentientes obiiciunt, & inſignis Doct. D.Io.Franc.Balb.in d.l. Celſus.col.33.verſ.2. conclu. & Barbat. in conſ.4. incip. illud afferam in medium, vol.1.& Soc.Iun.in conſ.76.nu.60.vol.1.
2 Amplia concluſionẽ, vt ẽt procedat, † ſi poſſeſſor ſit ſine titulo,dummodo ius nõ contradicat, put dicit Balb.in l.Celſus.de vſucap.par.3.verſ.tertia cõcluſio,
* vbi atteſtatur de * cõmuni, Couarr. in reg. poſſeſſor. de reg.iur.tit.6.§.6.nu.2.part.& Cur. Sen.in cõſ. 61.n. 5.vbi alleg.gl.in l.ſi quis emptionis tit. in verſ. tenuerint.C.de præſcr.30.annor.Ang.in l.ſuper longi.C.de præſcr.long.temp.Bal.in repet.l.1.col.4.C.vnde vi.
3 Limita ꝙ ſupra dixi, † ſufficere titulum putatiuum ẽt ex errore iniuſto, vt vſq; eo procedat quoad acquiſitionem fructuum:nõ aũt quoad vſucapionẽ,ita me docuit Imo.in l.fi.C.vnde vi.& hãc opinionẽ arbitrat̃ veriorem Alcia.loco ſupra citato,nu.5.pro quo addu
4 cit tex.in l.fi.C.pro ſuo,† qui requirit: vt error in titulo ſit probabilis,alioqui vſucapio nõ procedit, & hoc eſt de mente gl.in l.1.C.vbi cau.ſtat. quæ ſi diligenter inſpiciatur,probat contra Bar. dum requirit glo.quaſi poſſeſſionem 30.annorum. quando ſeruus ex iniuſtis cauſis crederet ſe liberum eſſe, & tamẽ ſi pſumeretur bona fides,ſatis eſſet quaſi poſſeſſio 20.anno.l.2.C.de long.temp.præſcr. quæ pro liber.
5 Nec obſtat l.igitur.§.põt.ff.de liber.cau.q̃a † ibi nõ probatũ poſſeſſionem inductã ex tali errore iniuſto ſatis eſſe ad vſucapionẽ, ſed ſimpliciter talis vtitur commodo poſſeſſoris quantũ ſit ad inſtruendũ iudiciũ, vt ibi habetur.& ratio eſt: q̃a quoad illud cõmodum ſatis eſt,ne ſit in mala fide,licet non habeat bonã: inter hæc enim eſt dare mediũ,vt dicit Bar. in l.ſed ſi lege. §.ſcire.ff.de pet.hær.Pau.de Caſt.conſ.289.in vlt.col. Alc.in d.tract.de præſum.reg.3.præſump.5.nu.5.

CONCLVSIO CCXXXII.

ARGVMENTVM.

Bonam fidem an per depoſitionem vnius teſtis probari, & cur.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides probatur per depoſitionem vnius teſtis.*
2 *Bona fides per indicia probari poteſt.*

1 Bonam fidem per depoſitionẽ vnius teſtis † probari, conſuluit Iaco. Mandell. conſ.28.nu.3.Alex.conſ.54.nu.9.vol.6.gl. & Doct.in l.ſi quis.C.ad leg.Iul. maieſt.& in l.maritus. ff.de q. & plenè Bar.in l.2.§.item Cornelio. ff.de quæſtionib.& in l.admonendi.poſt gl.ff.de iureiur.& Alex. cõſ.157. nu.8.vol.2. Bald.in l. Celſus.ff.de vſucap. Ang. in l.ſi quis.de præſcript.30.anno.& Io.de Imol.in repet.c.fi. in 2.char.de præſcrpt.
2 Ratio eſt, † quia cũ bona fides per indicia probari poſſit.l.pen.vbi Bal.C.de euict.& Bar.in l.Celſus.col. 4.nu.18.meritò etiam per vnum teſtem probatur,prout etiam dicit Abb.in conſ.102.col.1.

CON-

CONCLVSIO CCXXXIII.

ARGVMENTVM.

Quomodo quis probetur bonæ cõditionis.

SVMMARIVM.

1 *Bonæ conditionis quem eſſe, ſi teſtis deponat, & reddat rationem, quia ſum vicinus, probat.*

2 *Bonæ conditionis quem eſſe probat etiam teſtis deponens ſuper diuitijs, vel paupertate, vel fama, ſi eſt vicinus.*

3 *Ratio ſcientiæ teſtis, quia ſum vicinus, non ſufficit, vbi agit̃ de probatione eorum, quæ in genere ſciri non poſſunt.*

4 *Teſtes regulariter debent ex neceſſitate concludere.*

Bonæ cõditionis quem eſſe ſi teſtis deponat, & reddat rationem: quia ſum vicinus
1 † hunc probare, docuere Bar. & Alex. in l. 1. ff. ſi certũ pet. & ibi Purpur. nu. 92. verſ. ex qua. Alex. in conſ. 50. col. pen. nu. 17. Fel. in c. literis. col. 1. de præſump. Bart. in l. de ætate. ff. de min. & in l. ſi cui. §. hiſdẽ. de accuſa. Bal. in auth. quas actiones. in fi. C. de ſacroſ. eccl.

Amplia cõcluſionem procedere etiam, ſi teſtis de-
2 ponat ſuper diuitijs, vel paupertate, † ſiue fama; nam in iis, quæ in vniuerſum ſciri poſſunt, qualia ſunt prædicta, ſufficit prædicta ratio atteſtationis, vt habemus à Bal. in l. ſi. §. 1. col. 6. C. de iur. delib. Rom. conſ. 245. in vltimo dubio, Purpu. in d. l. 1. nu. 93. & 94. ff. ſi cert. pet. Alex. d. cõſ. 50. nu. 18. & per alios ſupra allegatos, quos ibidem refert Alex.

Limita concluſionem non procedere, vbi ageretur de probatione aliorũ, quo generaliter ſciri non poſ-
3 ſunt, † vel in quibus nõn ſufficeret probatio præſumptiua, tunc ratio ſcientiæ teſtis, quia ſum vicinus, non ſatis eſſet iuxta ſententiã Alex. in conſ. 50. nu. 17. Bar. in l. conuenticulam. C. de epiſc. & cler. & idem in l. 1. ff. de ſer. fugit. Bal. in l. teſtium. C. de teſtib.

4 Nec id ratione caret, nam † teſtes regulariter debẽt neceſſariò concludere. l. non hoc. C. vnde cog. cap. in præſentia. ext. de probat.

CONCLVSIO CCXXXIV.

ARGVMENTVM.

Bonitas, & bona qualitas alicuius quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bonitas, & bona qualitas alicuius probatur, ſi teſtis deponens ſuper illis dicat, ſcio talem illius eſſe qualitatis, quia expertus ſum.*

2 *Teſtibus deponentibus de bonitate magis ſemper creditur quam aliter deponentibus.*

3 *Teſtes deponentes de bonitate debẽt alijs præferri, & quare.*

4 *Teſtes deponentes de bona fama alicuius præferuntur teſtibus de mala aſſerentibus.*

5 *Præſumptio naturalis cõcurrit cũ probatione bonæ famæ.*

6 *Teſtes duo clerici ſi teſtificantur contra me, & duo laici pro me, creditur laicis deponentibus me non deliquiſſe, licet clerici ſint digniores.*

7 *Teſtimonium virorum dignius eſt teſtimonio fœminarum.* *Teſtimonium mulierum quo caſu præferatur teſtimonio virorum. ibi.*

8 *Præſumptio bonitatis procedit etiam quando adſunt coniecturæ ſceleris alicuius, & malæ famæ.*

9 *Bonitas eſt propagata ex origine, & habitudine naturæ, ſed malitia non, & ideò magis pro ea præſumendum.*

10 *Vulneratus ſi culpat aliquem à quo dicat ſe vulneratum fuiſſe, talis culpatio culpato non nocet, & ſi a culpatione liberetur, prodeſt culpæ liberatio.*

11 *Bonitatem, ſeu bonam famam pro ſuæ intentionis fundamento allegans, illam probare tenetur.*

Bonitatem, & bonã qualitatẽ alicuius probari ex eo, ſi teſtis depo-
1 nens ſuper illis † dicat, ſcio talẽ illius eſſe qualitatis, quia expertus ſum, voluit Ang. auth. de monach. §. 1. verſ. & hoc ad quæſtionem. & §. cogitandum. verſ. nõta. ex conuerſatione bona, nu. 8.

Præſertim cũ in dubio magis ſemper credit̃ teſtib.
2 deponentibus de bonitate, † quàm aliter aſſerentibus iuxta ſnĩam Fel. in c. fin. col. 3. de præſum. Crau. conſ. 6. nu. 63. vbi hanc reddit noſtræ concluſionis rationẽ, quia teſtes deponentes de bonitate debent alijs præferri, eo ꝙ deponant ea, quæ magis naturæ conueniãt
3 † & eidem magis amica, & conſentanea ſint prout ẽt dicit Bal. in c. In noſtra. in prin. de teſt. Inno. in c. cum P. col. fi. de accuſat. idem Crau. in conſ. 38. nu. 7. vbi eadem omninò verba repetit, & allegat in conſ. 20. nu. 6. in conſ. 145. nu. 15. & in conſ. 151. num. 20. Innoc. & Doctor. in c. auditis. de præſump. in c. eccleſia Vulteranã. de elect. Abb. in c. cum P. col. fin. de accuſ. Corn. in conſ. 219. col. fi. lib. 1. in conſ. 176. circa fi. & in cõſ. 261. col. 9. lib. 4.

4 Ex ijs illud exijt, vt † teſtes deponẽtes de bona fama alicuius p̃ferant̃ teſtib. de mala aſſerentibus, ſi credimus Bal. in conſ. 166. incip. proponitur, ꝙ ex quodam inſtr̃o. in fi. lib. 2. & in cõſ. 77. col. 2. lib. 3. pulchrius in conſ. 348. nu. 4. quæritur, an per ſolam diffamationẽ. col. 1. poſt mediũ lib. 5. Card. in c. tua. ext. de ſpõſ. quẽ refert, & ſequit̃ Curt. in trac. de teſtib. concl. 48. incip. magis credit̃. Goza. in conſ. 13. nu. 28. Ancha. in conſ. 233. in q̃one presbyteri. circa fi. Cor. in conſ. 209. col. fi. lib. 1. in cõſ. 176. circa fi. lib. 4. pulchrè Aymo Crau. in cõſ. 6. nu. 63. & ſeq. Marſi. in conſ. 18. nu. 4. & in cõſ.
5 44. nu. 20. & ratio eſt, † quia cũ tali ꝓbatione cõgruit præſumptio naturalis, prout dicit Rol. à Val. in conſ. 63. nu. 363. nu. 39. vol. 2. & gl. in fortiorib. terminis in c. cleric. 71. diſt. vbi dicit, ſi duo teſtes clerici teſtificantur cõtra me, & duo laici pro me, fidem haberi laicis
6 deponentib. me non deliquiſſe, † licet clerici dignitate antecellant laicos, q̃ gl. ſequit̃ Abb. in c. ex literis, in pẽn. not. de probat. in c. ad noſtram. eo. tit. Marſ. in cõſ. 2. nu. 19. in cõſ. 41. nu. 42. & in conſ. 65. nu. 45. vbi
7 ẽt ipſe inquit, ꝙ licet teſtimonium virorũ, † ꝙ eſt dignius illo fœminarũ præferat̃ teſtimonio mulierum, tñ hoc locum non habet, ſi teſtimonium fœminarũ tenderet in fauorem rei, & illud virorum in fauorem actoris, quia hoc caſu præfertur teſtimonium mulierum, vt etiam reſpondit Gram. in conſ. 45. & nu. 40.

8 Amplia concluſionẽ ſupra fortuitò deductã, † ideſt præferri præſumptionem bonitatis, etiam qñ vrgeant coniecturæ ſceleris alicuius, & malæ famæ, vt tũc præſumatur etiam pro bonitate, & nõ pro facinore, vt inſigniter dicit Bal. in d. conſ. 398. nu. 4. vbi hanc reddit rationem, dicens, ꝙ bonitas propagata eſt ex origine,
9 & procliuitate naturæ, nequaquam aũt ſcelus, † hinc fit, vt magis ſit pro illa, etiã quando adſint cauſæ nequitiæ, quàm pro hac præſumendum, argum. l. fi. §. ſin autẽ aliquis, ibi, quia potiora. C. de edict. diui Adrian. tollen. & idẽ Bal. in c. in noſtra. de teſtib. Inno. in c. cũ P. col. fi. de accuſ. Crau. conſ. 6. nu. 63.

Quibus reſpõdet optimè ꝙ ſingulariter voluit idẽ Bal. in l. 1. circa finem. C. communia de leg. vbi ſi vulneratus culpam vulneris in aliquem conferat, à quo aſſeueret ſe vulneratum fuiſſe, hæc culpatio illi, cuius
10 culpæ tribuitur, † non nocet, & tñ ſi ab illa culpatione liberet eum, proderit ei culpæ liberatio, cuius axioma pro ſingulari refert, & ſequitur Iaſ. ibi circa finẽ, &

idem

idem Iaſ. in l. de dic. in prin. col. fi. ff. qui ſatiſd. cogan. Alex conſ. 24 col. 4. lib. 2. & conſ. 124. col. 2. vol. 6. nu. 11. Cr. iuet conſ 6. nu 64.

Limita tñ prædictam concluſionẽ non procedere, ſi bonitatẽ, aut bonam famã pro ſuæ intẽtionis funda
11 mento quis alleget, † quia tunc illa ei neceſſario pro-
banda eſt, prout de communi atteſtatur Dec. in c. 1. nu. 2. de probat Fel. in c. cũ in iure. de offi. deleg. & in c. 1. nu. 11. de præſump. Affl lib. 1. cõſtit. rub. 17. nu. 25. Hippol. ſing. 487. & in rub. nu. 44. C. de probat.

CONCLVSIO CCXXXV.

ARGVMENTVM.

Bonam famam deponentibus, an magis credatur, quàm de mala atteſtantibus, etiam ſi illi ſint pauciores numero.

SVMMARIVM.

1 *Bonam famã teſtibus deponentibus magis creditur, etiam ſi illi pauciores ſint numero, quam illis, qui de mala atteſtantur.*
2 *Nemo delinquere præſumitur.*
3 *Teſtes duo ſuper infamia deponentes præferuntur alijs contrarium aſſerentibus.*
4 *Quando ſunt duæ famæ contrariæ, vna alteram abſorbet, & attenditur poſterior.*
5 *Famæ duæ contrariæ ſi concurrant eodem tempore, illa potior eſt, quæ habet originem ab honeſtioribus, credibilioribus & quæ melioribus probatur indicijs.*
6 *Famæ duæ ſi concurrant, illa præferenda eſt, quæ fundatur in indicio meliori.*
Quando in eodem loco ſunt contrariæ opiniones, credi debet opinioni rationabiliori. ibi.

Bonam famã alicuius teſtibus deponentib. magis credi, ẽt ſi illi magis exigno
1 ſint numero, † quàm illis, qui de mala fama atteſtantur, conſultus rñdit Bald. in conſ. 166. incip. proponitẽ, qꝫ ex quodam inſtr̃o. in fin. vol. 2. & in conſ. 77. col. 2. vol. 3. Corn. in conſ. 261. col. 9 vol. 4. Anchar. in conſ. 189. nu. 7. per textum in c. cum in tua. vbi etiam Card. de ſponſal. refert, & ſequitur Innoc. in cap. qualiter, & quando. de accuſat. circa med. & notat idem Inno. in tit. de præſcrip. Abb in c. cum oportet. in fi. de accuſa. nu. 10. Fel. in c. cum contingat. col. 2. de reſcrip. Socy. in conſ. 54. col. 2. vol. 3. Crau. in conſ. 276. nu. 12. Hippolyt. in l. de minore. § plurimùm. col. 17. de quæſtio. Alex. in conſ. 150. col. 5. vol. 5. Venaſt. in conſ. 7. Mantua. in conſ. 67. col. 1.

2 Et ratio iſtius concluſionis eſt, † quia nemo præſumitur delinquere, argum. l. merito. ff. pro Soc. & notat Natt. in conſ. 362. nu. 11. vol. 2.

Ab hac ſñia receſſit Roma. in conſ. 167. nu. 10. vbi
3 ait, duos teſtes ſuper infamia deponentes † p̃ferri alijs contrarium aſſerentibus etiam mille, idem etiã ſenrit Archi. in c. omnib. 2. q. 4. Salyc. in l. ea quidem. in vlt. charta, in 1. col. q. 11. C. de accuſ.

Notatione dignum illud circa concluſionẽ noſtrã perpetuò menti teneas, vt cum ſint duæ famæ cõtra-
4 riæ, † vna alteram abſorbeat, attendatur poſterior, ita Fely. docuit in c. cum oportet. col. 1. verſ. & adde. extr. de accuſationib. Alex. conſ. 24. nu. 20. & 21. lib. 2. vet, nec obſtat;

Quòd ſi eodem tpe concurrant duæ famæ contra-
5 riæ, † illa eſt potior, quæ habet originem ab honeſtioribus, & fide dignioribus viris, quæq; validioribus indicijs probatur, vt voluit Fely. in d. c. cũ oporteat. col. 9. ſub nu. 6. Alex. d. cõſ. 24. nu. 19. Bal. in c. 1. §. ſi an ſi q. feud. dar. poſſunt. vbi dicit, q̃ ſi concurrãt duæ famæ,
6 illa præferenda eſt, † quæ indicio meliori innitatẽ, iſtis addas Imo. & Bar. poſt Bal. in l. ſi poſt. in vlt. col. ff. de acq. hær. vbi dicit, ſi in eodẽ loco eſſent contrariæ opiniones, vt tunc debeat credi opinioni rationi magis congruenti, ſic Archid. in c. omnib. in 2. vol. 2. q. 5.

CONCLVSIO CCXXXVI.

ARGVMENTVM.

Bona fama quomodo per teſtes probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona fama per teſtes etiam ſingulares probatur.*
2 *Mala fama ſaltim per duos teſtes probari debet.*
3 *Bona fama probari poteſt per iuramentum propinquorũ.*
4 *Fama qualiter probetur, vide remiſſiuè.*

1 Bonam famã porro probari † p teſtes ſingulares rñium ſuit ab Alex. in cõſ. 51. verſ. nec eſt curandũ. nu. 5. refert, & ſequitur Bar. in l. de minore. §. plurimum. in verſ. ſed quid ſi teſtis. de quæſt. & idẽ Bar. in l. de minore. §. tormẽta. d. tit. Cor. in conſ. 34. col. pen. vol. 2. Franc. Curt. in conſ. 64 col. 3. Fel. in c. cũ oporteat. n. 6 de accuſ. Inn. in c. qualiter, & qñ. de accuſ. Spe. in tit. de accuſ. & inquiſit. §. nunc tractemus. verſ. ſup. p̃batione. Bald. in l. 1. C. de teſtib. per notata in l. crimẽ. §. ſi ff. de teſtib. Hippo. de Marſ. in l. de minore. §. plurimùm quoq;. nu. 40. cum multis ſeq. ff. de quæſtio. & Crau. in conſ. 63. nu. 33.

Limita hanc concl. non procedere in mala fama,
2 † quia illa ſaltim per duos teſtes probari debet, vt canit Rolan. à Valle in conſ. 7. nu. 53. vol. 1.

Quinimò iſtis adiungere poteris, bonam famã pro-
3 bari poſſe, non ſolùm per teſtes, † ſed etiam per iuramentum propinquorum, vt Placuit Fel. in c. cũ oporteat, ſub nu. 6. de accuſat. per c. cum in tua. in 6. notab. de ſponſali quem vide.

4 Et vt rem in pauca conferam, quomodo † probetur fama, habes ab Anch. in repet. c. canonũ. in 41. char. verſ. ſubijcio ſimilem quæſtionẽ, de cõſtit. & ab Alex. conſ. 24. col. 5. verſ. non obſtat. lib. 2. & conſ. 5. col. 2. verſ. nec obſtat ad hoc. & conſ. 77. col. 1. in fi. 1. vol. ab eod. Alex. in conſ. 51. in col. 2. nu. 5. verſ nec eſt curandũ. vol. 1. latiſſimè hæc tradentem conſulas Hippoly. Marſ. in l. de minore. §. plurimùm quoq;. ff. de quæſt. Sal. in l. ea quidẽ. d. tit. C. Bart. addas in l. 3. ff. de teſtib. adhibeas Anto. de Butr. in c. veniens. de teſtib. videas Bald. in c. ſuborta. vltra medium. de re iudi. inſpicias Alex. conſ. incip. ſuper primo, in 6. col. in fi. lib. 2. nec omittas Io. de Anan. in cõſ. ſuo 1. circa vlt. col. quæras ab Alex. in d. l. de minore. §. plurimũ quoq;. de quæſt. à Fely. ſciſciteris in c. veniens. de teſtib. roges Abb. in c. cum oporteat. num. 10. de accuſ. & poſtremò hæc te docebit Ang. in conſ. 309. nu. 2.

Huius concluſionis argumentũ vberius à nobis infrà ſuis locis explicabitur. hic igiẽ vberius nõ progrediemur, ne bis idem repetatur, lectori illuc te reijcio.

CONCLVSIO CCXXXVII.

ARGVMENTVM.

Bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas præſumi, & probari ob temporis antiquitatem petitam.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas præſumitur ob temporis antiquitatem petita infra annum.*

2 Bonorum

2 *Bonorum poſſeſſionem agnouiſſe debito tempore probare debet qui eam allegat.*

3 *Bonorum identitas quomodo probetur, vide remiſſiuè.*

1 **Bonorum** poſſeſſio ſecundū tabulas præſumitur† ob temporis antiquitatem petita intra annū ab Imp. Conſtant. colligere
eſt in l.fi.C.qui admit.propter antiq. tēp.gl.& Doct.
in l.1.in ver.ratam.C.eo.tit.Paul.de Caſt.in cōſ. 365.
incip. ne ſub æquiuoco.col.2.cir.med. verſ. dicet aliquis.lib. 1.Cor.in conſ.94.col.fi.lib.2.n.15.& 16.Crauet.de antiq.tēp.par.3.verbo vidimus in genere.n.42.
Bonorum vero poſſeſſionem agnouiſſe debito tē-
2 pore probare debet, qui eam allegat,† vt §.ſi.inſtitut.
de bon.poſſeſs.Barbat.Dec.Curt.iun. & cæteri magis
* communiter in rubr.C.qui admit.& Ceph. in conſ.
82.num.55.vol. 1.
3 Bonorum autem idētitas quomodo probetur † videndus erit Rim.ſen.in conſ.254.nu.11. cum ſeq. vbi
dicit per coniecturas probari poſſe. prout etiam tradit Ceph.in conſ.223.nu.53.vol.2.Bart. in l. demonſtratio falſa.ff.de cond.& demonſt.in l.forma.de cēſib.in l.ſi in rē.ff.de rei vendic.& Abb.poſt Io. Andr.
in c.auditis, de præſumpt. & ad hanc concluſionem
multa adhibere poteris à nobis tradita ſup.in concluſione, bona fuiſſe in bonis defuncti.

CONCLVSIO CCXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Non probari bonorum poſſeſſionem corā Prætore legitimè agnitam fuiſſe per patientiam longi temporis.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum poſſeſſionem coram Prætore legitimè agnitam fuiſſe, non probatur per patientiam longi temporis.*

2 *Patientia non poteſt adaptari Prætori.*

3 *Donatio non præſumitur ex poſſeſſione longi temporis pacifica, & ſine vlla contradictione.*

4 *Patientia, nec authoritas prætoris nihil habet commune cum poſſeſſione.*

5 *Bonorum poſſeſſionem filij pater præſumitur ratificaſſe, ſi paſſus eſt ipſum per decennium poſſidere.*

1 **Bonorum** poſſeſſionem coram Prætore legitimè agnitam fuiſſe †non
probari per patientiam longi temporis.docuit Bald.
in l.ſi eius.nu.3.C. de legit.hæred. & c. & hanc reddit
2 rationem.Bal.d.loco,quia patientia † non poteſt adaptari Prætori,quod idem voluit Ang.in cōſ.94.nu.
5.verſ.ex teſtamentis, vbi affirmat prædictam cōcluſionem.per l.fi.C.qui admit.ad bon.poſſ. & per Bald.
in rub.d.tit.& glo.Inſtit.de hæred.qualit.& different.
in verb.ad legitimam.Rapha.in d.l.fi.C.cod.titul. &
Alex.in d.rub.C. cod. tit.
Primò amplia cōcluſionem etiam locum habere
3 in donatione, † quia ex poſſeſſione lōgi temporis pacifica, & ſine vlla conditione facta non præſumitur
inſinuatio facta donationis.Ratio eſt, quia nihil ha-
4 bet cōe patientia,† nec authoritas Prætoris cū poſſeſſione. Bal.in d.l.ſi eius.nu.3.Fel. in c.ſicut de re iud.
Limita concluſionē non procedere in bonorum
poſſeſſione filij, quem Pater eſt paſſus per decēnium
poſſidere,qui filius agnouit bonorum poſſeſſionē co-
5 ram iudice, † eo q͞ Pater præſumitur dictā bonorum
poſſeſſionē filij ratam habuiſſe,ita notat.in l. 1.ff. qui
admit.ad bon.poſſ.quod d.Bal.tanquā ſingulare mēti tenēdum docet.in d.l.ſi eius.nu.4.C.de leg.hær. eſt
cōtex.in l.qui in aliena.§.1.ff.de acq.hær. & declarat
Camil.Plautius in l.1.verſ.ſi ratā.nu.16.C.qui admit.

Contrariam huic limitationi ſequuti ſunt ſententiā
multi in d.l.1.verſ. ſi ratam, C. qui admit.præſertim.
Iac.Balduin.Bal.Iac.Nig.nu.11.Zuccard.num.85.&
Dec.nu.80.qui nitiur has inter ſe conciliare opiniones.nu.81. quorum ſnīa multis innitit̄ rationib.Primò loco,certum eſt, ratihabitionem intra id tempus
fieri debere,quo actus ipſe geri poteſt.l.bonor.ff.rem ra.hab.l. vlt. ff. quis ord. in bonor. poſſ. ſerue.elapſo
igitur tempore fruſtra fit ratihabitio.d.l.vlt. §. quæri.ff.quis ord.in bon.poſſ.ſerue.& fruſtra præſumitur.
Præterea, & illud vim facit,nam lapſo anno pater
filio expreſsè iubere non potuiſſet,vt petat,quia omnino eſt excluſus.d.l.vlt.ff.quis ordo.ergo nec tacitè.
l.cum quid.ff. ſi cer.pet. quocirca qui poſt illud tēpus
tacuit,non videtur ideò tacuiſſe, vt conſenſum præſtet ſed quaſi excluſus tacuit. Abb. in c.peruenit. nu.
8.de emp.& vend.Zuccar.d.l.1. nu. 85.
Poſtremò, & id maximè vrget trāſacto enim tempore ius petēdæ bonorum poſſeſſionis ad alium pertinere incipit,primo excluſ.d.l.vlt.ff.quis ord.in bon.
poſſ.ſeru.l.1.§.quib.ff. de ſucceſs. edict. igitur in alterius præiudicium ratihabitio induci poteſt gl.& Bar.
in l.ſi indebitum.§.fi. ff. rem rat.hab.
Verùm diligenter intuēti patebit, iſtam limitatio-
* nem noſtram,quàm ab omnibus *communi conſenſu recipi teſtatur nunquam ſatis laudatus idem doctiſſimus Camil. Plautius præceptor meus. in d.l. 1.
verſ. ſi ratam. nu. 25. C. qui admit.non labefactare,
ſed potius reſtringere.
Sequendo igitur hanc limitationem noſtram.Primò ſublimitanda erit, vt non procedat, quando de
magno alterius præiudicio agitur cæterùm inter patrem, & filium tantum vigebit præſumptio,ita intelligitur.l.ſi filius.C.de petit.hered.Iaſ.in d.l.1. col. 5. limit.4.Alex.conſ.1.lib.4. Balb.de præſcript.par.3.partis princ. q. 10. num. 10. recentiores omnes in d. l. 1.
ita Bartol. in l.cum de in rem verſo. ff. de vſur. num.
7.quamuis ab hoc diſſentiat idem Camil. Plau. in d.
l.1.verſ.ſi ratam.num.26.C.qui admitti. Secundo loco ſublimitatur habere locum,quando filius poſſidere cœpit, antequam tempus, quo adiri poteſt, labatur, & præſcriptionem impleuit, eo lapſo ſecus eſt,
& ita procedit.d.l ſi filius. C.de petit. hæred. & l. qui
in aliena.§ ſed ſi non adierit.ff de acquirend. hæred.
& ſic durante tempore ad adeundum poſſedit per
longum tempus. hoc tamen in bono poſſeſs.locum
habere non poteſt,quę intra annum agnoſcenda eſt.
Ideo hoc caſu talem oportet, vt cœperit poſſidere,
antequam tempus agnoſcendi bon.poſſeſ.præſtitum
lapſum ſit, vt poſſeſſio initium validum habeat. Sal.
Cor.Rimin.& Dec. num. 80. in d.l.1. lapſo tempore
non prodeſt,quia filius iam excluſus eſt.l.vlt.§.quæri.ff.quis ord.in bon.poſſeſ.ſerue. ideò fruſtra rata habetur.d.l.vlt.§.quæritur.ius enim ſemel amiſſū amplius
non reparatur.l. vlt. C. de condit. inſer. Tertiò ſublimitatur non procedere, ſi conſtat lapſo anno proximiorem agnouiſſe,quaſi ad ſe deuolutā, tunc in præiudicium iſtius non præſumitur ratihabitio,nec agnitio filij ex tempore,per ea,quæ tradit Bart.in d.l.cum
de in rē verſo.ff.de vſur.Sublimitatur quartò, vt procedat, dummodò cum diuturnitate temporis poſſeſſio continua non interpolata concurrat.ita procedit
d.l.ſi filius.C.de peti.hære.& d.l.quæ in alieno.§. ſed
ſi non adierit.ff. de acq. hær. alioquin ſolum tempus
hoc non efficit,quia non eſt modus tollendæ,nec inducendæ obligationis.leg. obligationum. §. placet.
ff.de actionibus,& oblig.
Vltimò loco limitatur,dummodo conſtet,petitionem filij fuiſſe factam coram iudice, alioqui ſecus
eſt, quia patientia & diuturnitas nihil habent commune cum licentia iudicis.Fel.in cap.ſicut.de re iud.
Bald.in l.4. C.de legit. hæred.

CON-

CONCLVSIO CCXXXIX.

ARGVMENTVM.

Bouem perijſſe quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bouem perijſſe diuino iudicio probatur per corij præſentationem, & per duos teſtes fide dignos, omni exceptione maiores.*
2 *Bouem mortuum eſſe quis probare debeat, an dominus, qđ culpa ruſtici, an ruſticus, quòd caſu fortuito, vide remiſſiuè, & diſtinguē, vt ibi.*
3 *Caſus qui regulariter non ſolent contingere abſque culpa, qui ſint.*
4 *Caſus regulariter contingentes abſque culpa qui ſint.*

Bouem periiſſe diuino iudicio quo pacto ꝓbetur, adeas latè tradētem id Alex. conſ.158.per totum lib.2.vbi ait. Bouem periiſſe diui
1 no iudicio probari, † per corii præſentationem, & per duos teſtes fide dignos, qui ſint omni exceptione maiores, qui nec ſint familiares coniuncti, vel domeſtici, quem omninò vide d.conſ.nu.2.

Quod ſi cognoſcere aueas, quis mortuo boue pro-
2 bare debeat, an dñs, quod culpa ruſtici, † an ruſticus, ꝙ caſu fortuito, conſulas Silua.in cõſ.29. nu.2.vol.1. vbi dicit, adhuc litem ſub iudice eſſe diſtinguit tñ ipſe hoc pacto. Quòd interdum quis cõuenitur, & vult ſe excuſare per caſum, qui regulariter non ſolet contingere abſque culpa, prout eſt furtum, vel incendiū,
3 vel captiuorū † aut animaliū fuga, quæ aliquis ſuſceperat cuſtodienda, & ſimilia, & tunc dicit oēs conuenire, & congruere illum, qui vult ſe excuſare non abſolui probata amiſſione, ſeu interitu, niſi probet etiā ſine culpa ſuarē illam periiſſe, aut non inueniri, nam amiſſio prædicta orta à furto, vel incendio, aut fuga, fert præſumptione iuris culpā contra eū, apud quē res eſt amiſſa, igitur ſi non doceat de non culpa ſuccumbit, cū præſumatur amiſſio doloſa, interdū quis cõuenitur ad rem, & vult ſe purgare allegando amiſſionē illius rei ꝑ caſum, qui regulariter contingere ſolet
4 abſq; culpa eius, † vt eſt incurſus hoſtium, & latronū, vel inundationes aquarum, & in his ſufficit conuēto probare caſum, ꝙ ſi aduerſarius adducat culpā, ipſam debet probare, cum præſumptio ſit, periiſſe ſine culpa, & iſte eſt caſus mortis incidentis in captiuum, vel in beſtias commiſſas cuſtodiæ alicuius, & in his, vt ēt carceri præpoſitus, vel cuſtos animalium, ſi dictū per eos ſit captiuum mortuum in cuſtodia vel animalia mortua, & exhibeatur cadauer illius carcerati, vel corium animalis mortui, ſufficit ad abſolutionē ſibi, vt excuſetur, eum tamen videas. Reliqua huc ſpectantia vide dicta in concluſione, Animal, & fuſius dicentur in concluſione, Equus.

CONCLVSIO CCXL.

ARGVMENTVM.

Breuitas termini in iudice quid probet, & qđ in alijs breuitas actus.

SVMMARIVM.

1 *Breuitas termini iudicis iniquitatem arguit, & probat.*
2 *Breuitas tpis in termino iudicis infert non potuiſſe interuenire debitam cauſæ cognitionem & reddit actum nullū.*
3 *Breuitate temporis rationes non rectè redditæ cenſentur.*
4 *Breuitas actus facit præſumi conſilium datum alicui, vt faciat, quòd illicò fecit.*

1 Breuitatem termini iudicis iniquitatē arguere, † & probare ſanxit Summus Pontif.in c.ad petitionē.exr.de accuſ. Inno. & Doct. docuere in c.1. de dilatio. Aym. Crau.rñdit conſ.103.nu.10.idē in conſ.132.nu.17.per l.meminerint.C.vnde vi.l.fi.C.ſi per vim, vel alio modo.

Amplia primò concluſionē, vt ēt propter tēporis breuitatem appareat, non potuiſſe adhiberi debitam
2 cauſæ cognitionem, † hinc fit, vt actus reddatur nullus, l.ex ſtipulatione.cū ibi notat.per Bar. C.de ſent.c. cū ex his.de in integ.reſtit.& idem Bar. in l. prolatam in fi.C. eo.tit. Spec.in tit.de ſent. prolat.§. quomodo. ver.itē oppono ꝙ iudex. & not.Anr.de Butr.in c.iurgantiū.de re iud. & c.veſtra. de cohab. cler. & mulie. & c. poſt electionē. de conceſ. præb. & dicit expreſsè Bal. poſt Cyn.in procem. Digeſt.in §.itaq; in fin.latè Alex.cõſ.218.nu.9.lib.2.& idem Alex. in l.magis puto §.vbi decretū.ff.fundi.de reb.cor.Iaſ.in l.nec quid quam.§.vbi decretum.ff.de offic.proconſ. Pet.Anch. conſ.25.Pariſ.conſ.125.nu.22.vol.1.

Secundò amplia, vt etiam propter breuitatem tem
3 poris † rationes non rectè redditæ cēſeantur, ſic cauit Card Pariſ.conſ.96.nu.6.vol.1.

Quinimò breuitas actus facit præſumi conſiliū da-
4 tum alicui, † vt faciat, ꝙ illicò fecit, veluti, ſi Titius remotis arbitris Seiū ſit alloquutus, & ignoretur, quid ei dixerit, & ſtatim Seius aliquem occidat, profectò ex breuitate temporis, & tali colloquio præſumitur, Titium Seio conſuluiſſe, vt illum interficeret, argum. l.ſi ventri.§.fi.ff.de priuileg. credi. & Bar. & Ang.ibi. Bal.in l.1.C.de ſeru.fugit. & Bal. in l.multū.C. ſi quis alteri vel ſibi. Alex.conſ.69.nu.5.lib.2. vbi affert exēplum ſimile, quem omninò vide.

CONCLVSIO CCXLI.

ARGVMENTVM.

Breuitas temporis quomodò faciat præſumi dolum, & fraudem.

SVMMARIVM.

1 *Breuitas temporis facit præſumi dolum, & fraudem.*
2 *Breuitatis temporis cauſa nullæ redduntur ſententiæ latæ præcipiti feſtinatione.*
3 *Sententia ferri debet cum cauſæ cognitione.*
4 *Breuitas temporis arguit non fuiſſe adhibitam cauſæ cognitionem.*
5 *Breuitate temporis fit nulla ſententia interlocutoria lata præcipiti feſtinatione.*
6 *Breuitate temporis nulli fiunt etiam proceſſus, quando præſumitur cognitionem aliquam ſaltem legitimam non potuiſſe adhiberi.*
7 *Breuitas temporis acta vitiat etiam in arbitrarijs.*
8 *Tempore indigemus in omnibus actis, vt aliquid maturius agamus.*
9 *Breuitate temporis etiam Principis ſententia vitiatur.*
10 *Veritas lenta eſt, & omnia cunctatur, iniquitas omnia præcipiat.*
In labyrinthum erroris incidit, qui prius iudicat, quàm intelligat. ibi.
11 *Breuitas temporis non vitiat ſentētiam, nec facit præſumi dolum, vel fraudem, quando iudex potuit illa temporis breuitate eſſe inſtructus.*
12 *Breuitas temporis non vitiat ſentētiam in cauſa criminali, quando iudex condemnando reum ad mortem, eſt inſtructus de veritate facti.*
13 *Breuitas temporis ſententiæ non nocet, quando mora damnum afferret.*
14 *Breuitas temporis non vitiat ſententiam interlocutoriam, quæ nullius, aut modici eſt præiudicij.*
15 *Breuitatis commendationes vide remiſſiuè.*

Breuitas tẽporis in cauſa eſt, vt præſumatẽ dolus frausvè, ideſt, iudicẽ dolo-
1 sè verſatum eſſe†adeò feſtinanter procedendo, vt in
l.ſi ventri §.in bonis.ff.de priuileg.credit. & in l.filiæ
meæ.ff.ſol.matr.& in c.officij. extr. de elect. & notat
Anch.in conſ.285.incip tria princ.col.2.Mãt. in cõſ.
309.nu.1.vol.1.Paul.de Caſtr. in conſ.174.col.2.in fi.
lib.1.Crau.conſ.153.nu. 1. & 2.
2 Primò amplia concluſionẽ vſque eo procedere†vt
etiam nullæ reddantur ſententiæ latæ præcipiti feſti-
natione ob temporis breuitatem.l.2.& l.fi.C.de ſent.
ex breuic.recitan.l.prolatam,vbi Bart.C. de ſent.l.4.
de accuſat.l.meminerint.C.vnde vi.l.fi.C.ſi per vim,
vel alio modo.c.eccl.S.Mariæ.de cõſt. c. nos in quẽ-
3 quam.2.q.1.Ratio eſt,† quia ſententia ferri debet cũ
cauſæ cognitione,vt dicit Crauet.in d.cõſ.153. nu. 2.
4 Et breuitas temporis arguit † non fuiſſe adhibitã cau-
ſæ cognitionem,prout dicit Nat.in conſ.214. nu. 11.
vol.1.Bar.in l ex ſtipulat. C.de ſent.& interloc.omn.
iudic.Butr.in c.eccl.S.Mariæ. de conſtit. cum multis
alijs adductis per Iaſ.in conſ.21.nu. 5. vol.1.
Primò amplia prędictam ampliationem procede-
5 re†etiam in ſententia interloquutoria.l.à procedẽre.
C.de dilat.Bar.in l.nec quidquam.§.vbi decretum.ff.
de offic.proconſ. & in l. quod iuſſit. col. pen. ff. de re
iudic.Alex.conſ.33.col.fi.lib.1.Calc.conſ.115.col.1.
in fi.Crau.d.conſ.153.nu. 2.
Secundò amplia concluſionem procedere vſq; eo
vt etiam nulli fiant proceſſus propter temporis bre-
6 uitatem,†nam tunc præſumitur cognitionem aliquã
ſaltem legitimam non potuiſſe adhiberi,arg.c. cũ ex
literis.extr.de in integr.reſtit.Spec.in tit.de ſent.præl.
§.quomodo.verſ.item opponitur, quòd iudex. Ant.
in c.a.iurgantium.de re iudic.& in c.veſtra de coha-
bitatione cleric.& mulier.Bat.in l.prolatam,in fi.C.
de sẽt.& Cyn.& Bal.in procem.Digeſt.in antep.col.
Tertiò amplia etiã idem procedere in arbitrarijs,
7 †quia etiam in his breuitas temporis acta vitiat:vt re-
ſpondit Anch.conſ.36.viſa quadam petit.col.2.n.3.
Ratio eſt,quia in omnibus actis tẽpore indigemus
8 †vt aliquid maturius agamus, ſic dixit Anch. d.loco
per le.cum hi.§.ſi Prætor.ff.de tranſact.c. poſſent.de
in integrum reſtit.Crau.d.conſ.153.nu. 2.
Quartò amplia,vt etiam Principis ſententia in vi-
9 tio ſit†ex temporis breuitate.c.cum ex literis. de reſt.
in integr.Dec.conſil. 544.col.2.circa med. Crauet.d.
conſ.153.Veritas enim tarda eſt,& omnia cunctatur,
10 iniquitas autem† omnia præcipit. c. inter hircum de
pœn.diſt.3.Et in labyrinthũ erroris incidit, qui prius
iudicat,quã intelligat, vt legitur in c.ſciendũ 29. diſt.
Limita hanc concluſionem ita ampliatã non pro-
cedere, quando iudex potuit illa temporis breuitate
eſſe inſtructus, quia tunc breuitas temporis nõ vitiat
11 ſententiam,†nec facit præſumi dolum vel fraudem
c.iurgantium.in verb.celeri ſententia.cum ibi notat.
ext.de re iud.Alex.conſ.213.nu.3.vol.7.Bal.cõſ.204.
lõgum thema.col.2.lib.3.ibi, quòd iudex ſtatim põt
procedere ad ſententiã Crau.conſ.179.nu.1.Imol. in
clem.Paſtoralis,in 3.col.de re iud.c.cum Bertholdus
de re iudic.melius in c.iurgantium.eod.tit.
Amplia hanc limitationem etiam locum habere
12 in cauſa criminali peragendo reum,† quando eſt in-
ſtructus de veritate facti,ita Bal.conſuluit in terminis
in cõſ.204.lõgum thema.col.2.ad fi.lib.3.vbi aſſerit,
iudicem illico poſſe ſentẽtiam proferre in cã, in qua
de vitæ diſcrimine agitur,vt tandem morti adiudice-
tur reus, qñ de tota facti ſerie eſt edoctus, vt ſi reus ſit
faſſus crimẽ,quẽ refert,& ſequit̃ Crau.d.cõſ. 169.n.1.
Secundò amplia prædictam limitationem etiam
13 procedere,†quando mora damnum afferret,nã tunc
breuitas temporis ſententiæ nõ nocet, ita in terminis
Crau.conſuluit d.cõſ.169.d.nu. 1.& Bal.d.conſ.204.
colum. 1.

Quòd idem etiam procedere in ſententia interlo-
14 quutoria velim obſerues,†quę nullius,aut modici eſt
præiudicij.l.quanto magis.ff.de iureiur.Crau.d.conſ.
169. num. 1.
Verumtamen ſi alia multa de breuitate intellige-
15 re tibi ſit cordi†vidcas Afflict.ſup.conſtit. Regn. lib.
2.in rubr. de cauſis in iudicio cito decidendis.

CONCLVSIO CCXLII.

ARGVMENTVM.

Bullæ falſitas quando arguatur.

SVMMARIVM.

1 *Bullæ falſitas an ex eo arguatur, quòd contra ſignaturam expedita ſit.*
2 *Bullæ falſitas non arguitur, quando agitur de ætate, & quare.*

1 **Bullæ** (quod diploma Cicero vocaret) falſitas ex eo arguitur,† quod contra ſigna-
turã expedita ſit.Rebuf.in ſua praxi benef.in formul.
de diſpenſ ratione ætat.in princip.nu. 12.
Limita hanc concluſionẽ non procedere, quando
agitur de ætate, verbi gratia, ſi quis in ſupplicatione
dicat, ſe eſſe annorum 23. & antequam expediantur
bullæ eſt annorũ 25.poteſt omitti defectus ętatis,nec
poterit opponere pars aduerſa malè expeditas, qa nõ
2 ſecundum ſupplicationem, † nam hoc erat introdu-
ctum in fauorem impetrantis,vt ætatem exprimeret,
cui fauori pars,cum ſit legitimæ ætatis,poteſt renun-
ciare.c.ſi diligenti.de foro competen.Rebuff.d.loco
ſuprà citato d.nu. 11.

CONCLVSIO CCXLIII.

ARGVMENTVM.

Bullæ imperfectæ an fides ſit adhibenda.

SVMMARIVM.

1 *Bullæ imperfectæ nulla fides eſt adhibenda.*
2 *Bulla imperfecta propriè Bulla vocari non poteſt.*
Teſtamentum illud propriè non dicitur, quod iure perfectum non eſt. ibi.
3 *Expeditio nulla, & nec efficax perindè, eſt ac ſi non ſit in rerum natura.*
4 *Iudex non accipit iuriſdictionem, niſi literis expeditis.*

1 **Bullæ** imperfectæ nullam fidem adhibẽdam eſſe†Rebuff.auctor eſt in ſua praxi be-
neficio.tit.quæ contra bull.oppo.poſſ.nu.21. Nã im-
perfecta bulla propriè bulla vocari non poteſt, ſicut
2 teſtamentum illud propriè non dicitur,†quod iure p-
fectũ non eſt,licet minus propriè teſtamenta ea quo-
que vocemus,q̃ falſa ſunt, iniuſta,aut irrita,vel rupta
l.2.§.1.ff.quemadmodum teſtam.aperiant.l.Polla.in
fi.C.de his quib.vt indignis l.fin.ff. quemadmodũ te-
ſtam.aperian.Alex.conſ.215. viſis probationibus. in
princ.vol.2.num.1. vbi ait expreſsè bullam imperfe-
ctam,bullę nomine non eſſe dignam,citat l.Polla.in
fi.C.de his quibus vt indign.§.pen. Inſti.quẽadmod.
teſtam.aperian.
3 Tum quia expeditio nulla,& nec efficax† perindẽ
eſt,ac ſi non ſit in rerum natura.c.inter.de tranſlatio.
epiſc.& tradunt recentiores in auth.ſed nouo iure.C.
de ſeru. fugit.
Accedat,quòd iudex non accipit iuriſdictionem
4 †niſi literis expeditis,vt eſt deciſ.17.tit.de cõceſ.præ-
ben.in nouis,late Gomeſ.in regul.Cancell.reg.de nõ
iudican.iux.form.ſup.q.10.nu.2.quem vide.

CON-

CONCLVSIO CCXLIIII.

ARGVMENTVM.

Bullam ſuam producens actor poſt terminũ ad articulandum,ſi non conſtet de die abſolutionis,an in dubio præſumatur, ante terminum fuiſſe perfectam.

SVMMARIVM.

1 *Bullam ſuam ſi producat actor poſt terminũ ad articulandum,& non appareat de die expeditionis,in dubio præſumitur quod ſit ante terminum expedita.*
2 *Bullis menſem appoſitum ſufficit,& quomodo.*
3 *Actus in dubio debet præſumi expeditus legitimo tempore ad effugiendum contumaciam.*
4 *Actus ille præſumitur,factus prius,qui fieri debuit, vt valeat,quando duo actus reperiũtur facti eodem tempore.*
5 *Poſſeſſoris beneficij triennalis poſſeſſio ſufficit pro titulo colorato acquirendo.*
6 *Adminiculum quodlibet ſufficit ad tuendam poſſeſſionem alicuius.*

1 Bullam ſuam † ſi actor producat poſt terminum ad articulandum (vt cum noſtris loquar) nec conſtet de die expeditionis,in dubio præſumi ante terminum fuiſſe expeditum,idq; vt euitetur nullitas, latè Gomeſ. proſequutus eſt in regul. Cancellar.tit.de vtriuſq; ſignatur. cõpen.nu.54. Calder.conſ.2.de pecul.cleri.& addit Gomeſ.d. loco Ro
2 tã voluiſſe † ſatis eſſe in bullis menſem eſſe appoſitũ per ſcribã. vt in vna Gebenen. beneficiorũ, de menſe Martio 1520.ſtatuit Rota, nam dicta cauſa terminus ad articulandũ fuerat ſeruatus de menſe Decembris, & actor produxit bullas ſuas poſt terminũ ad articulandum, ſed bullæ tergo erat appoſita per ſcriptorem iſta ſyllaba De,quæ ſignificat,menſe Decembri, non tñ apparebat de die expeditionis, voluerunt Dñi per hoc actorem excuſari.Nam licet illa appoſitio mẽſis neceſſariò non concludat expeditionem fuiſſe factã
3 ante terminum ad articulandũ,† nihilominus, vt euitetur contumacia,debet præſumi actus in dubio abſolutus legitimo tempore,iuxta notata per Bar. in l.nõ ſolùm.§.ſed & reprobati.de oper.noui nuntiat.

Nam qñ duo actus reperiuntur facti eodem tpe in
4 dubio ille actus præſumitur factus prius,† qui fieri debuit, vt actus valeat, ſic reſpondit Alex. conſ. 114. in cauſa,& lite.nu.7.in 4.vol.per merito.ff.pro ſoc.Bald. in l.cum teſtamento.§.hæc verba. ad fin. ff.de hæred. inſtit. quod dicit memoria dignum Alex. in l. diuortio.in 4.col.ff.ſolut.matr. & idem Alex.pro ſingulari illud dictum adducit in l.3. C.de codicil. & in cõſ.81. lecto,& diſcuſſo.in 4.col.lib.3.& Iaſ.in l. hac conſultiſſima.in 1.& 2.col.C.qui teſta. fac.poſſ. Fel.in c. paſtoralis.col.4.de reſcrip.Dec.conſ.10.col.11.

Bulla autẽ penſionis abſoluta pro illo,qui reſigna-
5 uerat eidem poſſeſſori beneficium, ꝙ poſſidet,† ſufficit poſſeſſori triennalis poſſeſſio pro titulo colorato acquirendo,ita in terminis eſt dec. Rotæ in nouis, in tit.de reſtit.ſpolia.dec.17.incip. item fuit dubitatum, & deciſ.19.eo.tit.& facit deciſ.245. incip. nota quòd vbi in antiq.& deciſ.Bellam. 183.aſſertioni.
6 Huius rei ratio eſt, quia † ad tuendam poſſeſſionẽ alicuius quolibet adminiculum ſufficit,ſic docuit Gomeſ.in reg.Cancellar.regul.de triennal. poſſeſſore q. 39.num.2.

CONCLVSIO CCXLV.

ARGVMENTVM.

Bullæ deperditæ tenor, quomodo probari debet.

SVMMARIVM.

1 *Bullæ deperditæ tenor per teſtes expertos,practicos,& litteratos probari poteſt.*
2 *Teſtibus deponentibus,bullam deperditam,plena fides adhibenda erit, probatis ſiniſtris caſibus,puta excidij vrbis, vel incendij.*

Bullæ cuius iactura facta ſit, tenor per teſtes, qui vſum, & conſuetudinem calleant,
1 & literarum periti ſint, probari poteſt,† qui bullã,bullarumq; regiſtrum,ſupplicationẽ, ſupplicationumq; regiſtrum amiſſa eſſe deponunt, vt tempore excidii vrbis,vel propter incendium, ſeu alios iſtis ſimiles ſini-
Reſtringe ſublimitationem prædictam ſecundum Menoch. in d. caſu 321. num. 9. procedere tantũmo-
15 do quoad impenſarum refectionem † à qua hæ cauſæ ſemiplenæ probationis non liberant calumniatorem, vt cõſultum fuit ab Abb. conſ. 78. in fi. lib. 1. cui adhæſit Boſſ. in ſuo tract. crim. tit. de accuſat. nu. 28. vbi tamẽ declarat iſtud intelligi debere, niſi magna, & pluſquam iuſta eſſet cauſa.

Quò autem ad pœnam, ſiue ſupplicium ſimile in
16 caſu, in quo ſuccumbit, teneretur accuſator nõ probans querelam dicendum eſt, per ſemiplenam probationem excuſari, & ad eam non teneri, vt per eundem Menoch. vbi ſuprà nu. 33.

Poterit

Poterit tamen nihilominus accuſator calumnio-
17 ſus conueniri † actione iniuriarũ, ita reſpondit Alex.
cõſ. 11. nu. 4. lib. 2. quod etiam multis probare nititur
Soc. ſen. conſ. 118. col. vlt. lib. 1. Anch. conſ. 325.
Secundò ſublimita prædictam limitationem non
procedere in eo, qui calumniari conſueuit. Spec. tit.
de accuſa. nu. 22. verſ. item quod ſemel, allegat. l. 2. ff.
18 ad Turpil. † quia tunc ſemel malus ſemper præſumi-
tur malus. c. ſemel malus. de reg. iur. in 6. & ſequitur
non excuſari hoc caſu, quia illa ſemiplena probatio,
19 quæ elidebat illam præſumptionem calumniæ † à cõ-
traria præſumptione tollitur, ita declarat But. & Fel.
in c. 2. de calum. & eos eſt ſequutus Menoch. d. caſu
321. num. 17.
Tertio ſublimita, vt nõ procedat, quando ipſe reus
ad ſui defenſionem aliquid probauit, quia nihilomi-
20 nus non obſtante ſemiplena illa probatione † præſu-
mitur calumniator, cum dicta eius ſemiplena proba-
tio per probationem contrariam fiat . . . ita Fel. in d.
c. 2. in 3. notab. de cal. Menoch. d. caſu 321. nu. 18.
Secundò limita principaliter concluſionem non
procedere in illo, qui habebat teſtes ſe iactãtes extra
iudicium, quòd deponerẽt in fauorem illius, qui po-
ſteà in iudicium producti dixerunt nihil ſcire, vel de-
21 ponunt omnino diuerſum, quia ex iſta iuſta cã † accu
ſator non præſumitur calumniator, cum cõſtet ab ip-
ſis teſtibus illum deceptum fuiſſe, tum enim procul-
dubio liberãdus eſt, vt tradidere Io. And. c. 1. in fi. de
elect. in 6. Abb. in c. 2. n. 5. & ibi Fel. in 3. notab. de ca-
lum. Bal. in l. nõn ignorauit. C. de fruct. & lit. expenſ.
Alex. in d. l. properandum. §. ſin autem alter. nu. 18. &
ibi Iaſ. poſt nu. 19. verſ. ſexta concl. C. de iud. Menoc.
in d. caſu 177. num. 11. & caſ. 321. nu. 19. Iulius Clar.
lib. 5. ſententiarum iuris. §. fi. q. 62. verſ. ſed pone, nu.
8. vbi teſtatur de * communi poſt Abb. & Contra.
quos allegat.
Tertiò limita, vt non procedat concluſio, quando
accuſator probauit ſe audiuiſſe à perſonis fide dignis
22 accuſatum patraſſe delictũ, de quo in querela † quia
tunc non præſumitur calumnioſè agere, ſed tunc ex-
cuſatur à calumnia. ita Bar. in l. athletas. §. calumnia-
tor. nu. 3. ff. de his, qui notant. infa. & in l. 1. nu. 7. verſ.
eſt & alius. ff. de hæred. inſt. qui ſentit eſſe fide dignos
amicos, & conſanguineos in l. 1. in prin. ff. ad Turpil.
Iaſ. conſ. 144. lib. 2. in fi. Abb. in d. c. 2. nu. 6. & ibi Fel.
in 3. notab. de calum. Menoch. d. caſ. 321. nu. 21. vbi
** atteſtatur hanc eſſe magis ** communem opinionẽ,
quidquid dixerit Cyn. in l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iud.
allegat Soc. ſen. conſ. 118. col. pen. ver. nec obſtat. lib.
1. à qua opinione ipſe Soc. non recedit.
Quartò limita non habere locum in eo, qui accu-
ſat aliquẽ de eo delicto, de quo iam erat infamia no-
tatus, propter enim illam præcedentem turpitudinis
23 notam † excuſatur accuſator ab hac præſumpta ca-
lumnia, & calumniator non præſumitur licèt in pro-
batione deficiat. ita Bart. in d. l. athletas. §. calumnia-
tor. nu. 3. verſ. puto autem. ff. de his, qui notãt. infam.
Abb. conſ. 78. nu. 1. verſ. ſed non ſtando in verbis. lib.
1. Cortet. ſing. in verb. pęna, incip. licèt iuſta. in fi. idẽ
Abb. in d. c. 2. nu. 5. & ibi Fel. nu. 2. de calum. Bat. in l.
2. C. ſi ſent. vel li. li. 10. vbi admonet eſſe menti tenen-
dum, facit c. primum circa fi. de elect. lib. 6. ſecũdùm
Abb. in c. cùm contingat. de reſcrip. nu. 4. vbi refert il-
lud dictum Bart. & ita millies obtentum fuiſſe tradit
Bart. in l. cum quidam. §. quod dicitur, nu. 2. ff. de acq.
hæred. quem ſequuntur relati per Clar. in ſua pract.
crim. §. fi. q. 72. poſt nu. 8. verſ. & dicit Bat.
Quintò limita, vt non habeat locũ, quando accu-
ſatio facta eſt de delicto atroci, nefando, & inſigni,
24 † tunc enim & ſi non probetur accuſatio, tamen ac-
cuſans non præſumitur calumniator, ne de calumnia
teneatur, ſed propter atrocitatem delicti excuſatur, ꝙ
ſimiliter comprobatum fuit, vt ab Abb. in d. c. 2. nu. 5.
& ibi Fel. nu. 6. Spec. cõſ. 118. nu. 11. lib. 1. qui tradunt
exemplũ in delicto falſæ monetæ. ex l. pen. C. de falſ.
mon. glo. in d. l. athletas. §. calumniator. ff. de ijs, qui
notant. infam. Soc. tamen d. conſ. 118. declarat iſtud
debere intelligi in accuſantibus illos, qui occultè in
locis priuatis, & ſecretis huiuſmodi delictum patra-
25 runt, † ſecus ſi accuſant exercentes publicè officium
ſignandi æs, & publico munere ſibi demandato, quia
tunc non probando delictum, accuſatores tenentur
de calumnia, vt ibi per eum.
Secundò ibi nu. 12. declarat limitationẽ prædictã
procedere tñ quoad excuſationem calumniæ, vt per
allegat. gl. in d. §. calumniator, non aũt, quoad actio-
26 nem iniuriarum in eos † qui publicè in itinere viato-
res adoriuntur, ꝙ delictum dicitur atrociſſimum, vt
patet ex Caliſtrati reſponſo in l. capitalium. §. famo-
ſos. ff. de pęn. & tamen accuſatores, qui defecerunt in
27 probationibus non excuſant † ab actione iniuriarũ.
Quæ autem delicta atrocia dicantur, conſulas Me-
noch. de arbitr. iud. caſ. 289.
Sextò limita, vt non procedat in muliere, quę pro-
28 pter morbum ſexus excuſatur † & ſi non probauerit
accuſationem. Menoch. d. caſ. 321. nu. 32. per tex. in l.
1. §. accuſatorem. verſ. at quando Papin. & verſ. meri-
to. ff. ad Senatuſc. Turpil. & ex Harmenopol. lib. 1. tit.
de mulier. verſ. mulier, quæ ab accuſatore.
Contrarium prædictæ limitationi apertè reſpõdit
29 Alc. conſ. 11. n. 4. lib. 1. verſ. ſuper ſecundo dubio † vbi
pro delicto publico, ꝙ propoſuit mulier, & non pro-
bauerit, teneri eam ſcribit eadem pęna, qua venit pu-
niendus accuſatus, inquit auctoritate Imp. in l. fin. C.
de calum. & in l. fi. C. de accuſa. pro alijs verò caſibus
puniendam eſſe extra ordinem arbitrio iudicis, ac ẽt
30 poſſe actione iniuriarũ conueniri † & vi illius actio-
nis teneri ad omne dãnum, & intereſſe dicti accuſati
ex iuribus per eum ibi d. conſ. 11. allegatis.
Verùm pro conciliatione harum opinionũ diuer-
ſarum dici poſſet, vt opinio Alc. fortaſſe procedat in
publica meretrice, vt in caſu ſibi propoſito d. conſil.
11. vbi propter infamiam illius perſonæ, cõtra quam
omnis mala, & ſiniſtra præſumptio videtur poſſe in-
31 duci † reſpondit, teneri ad prædictas pęnas non pro-
bando accuſationem propoſitam in iudicio. Altera
verò opinio procedat in muliere honeſta, & probatæ
32 vitę, & famę, quæ pp fragilitatem ſexus excuſatur † ſi
non probet accuſationẽ intentatam, quippè ꝙ in illã
oĩs generis improbitatis cadat ſuſpicio, quia ſemel
malus ſemper malus prçſumendus. c. ſemel malus. de
reg. iu. in 6. in hanc verò perturbationum muliebriũ,
& imprudentiæ cadat præſumptio, quæ excuſationẽ
meretur, vt in ſuperiori limitatione dictum eſt.
33 Vel ſecundò dici poſſet † Alex. d. conſ. 11. loqui in
muliere, quæ erat in vera calumnia, ſupponit enim in
caſu ſuo cõſtitiſſe de accuſati innocẽtia, tũ ex in quę-
ſtione eius, tũ verò ex plurium teſtium atteſtationi-
bus, limitatio verò loquitur de muliere, quæ erat in
prçſumpta calumnia, nempè quia non probauit deli-
ctum. Vnde non videtur poſſe fieri argumentũ ex il-
lo ad caſum propoſitum, cum non ſit par vtriuſq; ca-
lũniæ ratio, vt per Clar. d. §. fi. q. 67. poſt numerũ quar
tum. verſ. pro reſolutione huius articuli.
Septimò limita, concluſionẽ nõ procedere in ijs,
34 qui accuſãt, vel ex neceſſitate officij † vt in tutore, vel
propter ingentem dolorem, vt in patre, vel matre ac-
cuſantibus aliquem de morte filij, & ècõtra, vel vxor
de morte viri, & rurſus. l. mater. l. calumniantes. C.
de calumn. tradit Paul. Girlan. ſuo tract. cauſarum
crimin. tit. de calumniator. §. quæro. num. 3. cum ſeq.
Clar. d. quæſt. 62. nu. 6. in fin. & per Dec. d. c. 2. extr. de
calum. item quod dicitur de ijs, qui accuſant ratione
officij, poteſt exemplũ afferri in caſu quotidiano, nẽ-
35 pè in eo, qui tenetur † denunciare maleficia cõmiſſa,
vel in Ciuitate, vel in Comit. vt per Girl. vbi ſup. n. 7.
Octauo

Digitized by Google

Octauò limita, vt licet contra nõ probantẽ dedu-
cta,& propoſita vrgeat calumniæ præſumptio, non
36 tamen iſta eſt præſũptio iuris,& de iure † quin contra probari poſſit, ita colligit Bart. ex Marcelli reſponſo in l. 1. ff. ad Turpil. poſt nu. 6. et eſt gl. in l. 1. ſuper verb. tranſactionis in fi. C. de plus petit. & ibi Bal. poſt nu. 5. verſ. non obſtat hęc lex. & ait Bar. in l. non ignorat. in 1. oppoſ. C. de fruct. & lit. expẽſ. Bal. etiam dixit in auth. generaliter nu. 13. verſ. 2. quæritur, vtrum. C. de epiſcop. & cleric. Spec. in §. nunc de expenſ. poſt nu. 20. verſ. quid ſi eſt talis,& verſ. nam eo ipſo. tit. de expenſ. & poſt nu. 8. verſ. hoc vult. ibi, vnde lata ſententia abſolutoria,& in §. ſequitur nũ. 24. ver. in ſumma nota. tit. de accuſat.

Quòd ſi probauerit publicam vocem eſſe,& famã,
37 accuſatum deliquiſſe † vel id intellexit à viris fide dignis ſatis erit, vt poſſit à calumniæ præſumptione liberari, ſic aſſeuerauit Bar. in d. l. 1. ſub n. 6. verſ. poteſt enim eſſe. ff. ad Senatuſconſ. Turpil. & dixit in l. athletas. ff. de fal. & hoc ipſe verum arbitratus eſt in d. l. 1. & dixit Bal. in l. qui non probaſſe. num. 4. Cod. de calumniatoribus.

38 † Fama enim excuſat à calumnia, ſicut excuſat à dolo, vt l. miles. §. mulier. & ibi not. ff. de adul. & Bal. vbi ſupra.

Intellige tamen iſtud vt verum ſit tantùm in illis perſonis, quibus licet accuſare ex ſola ſuſpicione, tũc
39 enim iſtæ perſonę excuſatione dignę ſunt † per famã, quæ præceſſit, quia fama inducit ſuſpicionem, vt l. iuſtiſſimos. de offic. rect. prouinc. ſecus verò eſt in illis perſonis, quibus non eſt permiſſum accuſare ex ſola ſuſpicione, nam tunc licet fama adſit, non tamen hæ perſonæ excuſantur, vt apertè declarauit Bald. in d. l. qui non probaſſe. nu. 4. C. de calum.

Secundò intellige, vt tunc fama excuſet, quãdo ſu-
40 mus in calũnia præſumpta, † ſecus eſt, quando ſumus in vera calumnia, tunc enim apertiſſimi iuris eſt, nedum famam, ſed nec etiam aliam probationem excuſare, vt tradidit Bal. in d. l. qui nõ probaſſe, ver. vbi aũt dixi,& adducit l. fi. C. eo. de calum. ſex alias limitationes ſubminiſtrabit tibi Fel. in c. 2. de calum. cõſulas eum.

Vltimò limita, ſi alia præſumptio non obſtet, vi-
41 delicet, quòd habuerit iuſtam cauſam accuſandi, & litigandi, vt quòd oſtenderit errorem iuſtum, & in l. miles. §. mulier. ff. ad l. Iul. de adult. & ibi vide DD. Nam cùm dicta præſumptio calumniæ non ſit iuris, neque de iure, admittitur probatio in contrarium ita ait Bart. in l. 1. ff. ad Turpil.

42 Et in qbus caſibus † non præſumatur calumnia, cõſulas gl. ſingularem in l. athletas. §. calumniator. ver. ex vtraq; part. ff. de infam. & ibi Bar. in 1. col. ver. quę autem ſunt. Abb. Fel. & alios, c. 2. ext. de calum.

CONCLVSIO CCLIV.

ARGVMENTVM.

Campſor eiuſq; libri quod probationis genus faciant.

SVMMARIVM.

1 *Campſor deponens pro alio ſemiplenam probationẽ facit.*
2 *Campſoris ſemiplena probatio perficitur ex libris illius productis pro tertio, qui ſimpliciter ſemiplenè probant.*
3 *Duæ ſemiplenæ probationes poſſunt iungi ſimul,& facere plenam probationem.*
4 *Probatio dicitur facta efficax, ſi vnus teſtis probet veritatem,& alius probet famam.*
5 *Probationes, quæ ab vno,& eodem teſte originem habent, an faciant plenam probationem.*
6 *Campſor, qui publicè artem factitet,& qui artem bona fide exercere iurauerit, cum eius libris plenam probationẽ facit.*
7 *Campſoris liber ſi contineat data,& accepta ſemiplenam probationem facit.*
8 *Campſoris publicè artem exercentis liber regulariter ſemiplene probat pro tertio,& contra tertium.*
9 *Campſoris liber ſemiplenè probat in ſpectãtibus ad artem illius, non autem in alijs actibus.*
10 *Mercatorum libri, quando ipſi etiam ex conſuetudine nõ iurant artem ſuam ſine fraude exercere, nec plenè probant, nec vllam fidem faciunt.*
11 *Liber ſi ſit plurium mercatorum, plenam fidem facit.*
12 *Liber conſcriptus ex neceſſitate officij publicè iniuncti plenam fidem facit.*
13 *Libris gabellariorum, vel quæſtorum publicorum credendum eſt, non ſecus ac inſtrumento publico manu notarij publici conſcripto.*
14 *Liber ſi ignoretur cuius ſit, nullam fidem facit.*
15 *Aduerſus libros mercatorum, ſeu campſorum poteſt contrarium probari, etiam ſi teſtator diſpoſuerit, vt de re quapiam ſtetur libris rationum.*
16 *Conſuetudo, vt libris campſorum fides adhibeatur, probari debet.*

1 Campſorem deponẽtem pro alio facere ſemiplenam † probationem, aſſeruere * omnes in l. admonẽdi. ff. de iureiu. vbi precipuè Bar. poſt nu. 28. Caſtr. poſt nu. 44. Fulgo. nu. 28. Rom. nu. 67. col. 12. ver. item in quantũ. Alex. poſt nu. 32. col. 10. verſ. circa finem verò, dicens cum Bart. ibi * omnes tranſire excepto Rom. Iaſ. nu. 70. & in repetitionẽ eiuſdem legis poſt nu. 112. verſ. ſi autẽ non erat. Firm. in d. tract. de gabel. 4. p. poſt nu. 6. verſ. contra tertium autẽ liber mercatoris probat ſemiplenè,& reſpondit Rui. conſ. 81. nu. 7. lib. 5.

2 Quæ ſemiplena probatio † perficitur ex libris illius productis, qui ſimpliciter ſemiplenè probant, productis pro tertio, iuxta ſententiam Bar. & alior. in l. quædam. §. nummularios. de eden. Bal. & Alex. in l. 1. C. de eden. & per alios repetentes in d. l. admonendi. vbi Iaſ. nu. 405. col. 5. teſtatur de * communi & Fel. in c. 2. poſt nu. 32. extra de fid. inſtru. quæ duæ ſemiplenæ
3 probationes poterunt iungi ſimul † & facere plenam probationem, ſecundum Bar. & alios in d. l. quędam. §. nummularios. Rui. d. conſ. 81. nu. 8. lib. 5.

Huc illud pertinet, nam ſi unus teſtis probet ueritatem ipſe idem,& alius teſtis probet famam, coniun-
4 ctis iſtis probationibus, † facta dicitur efficax probatio, doctrina eſt Bald. in l. Gallus. §. ille caſus. nu. 1. in fi. ff. de lib. & poſthum. quod uti ſingulare, ac mirabile in utuque notandum ſcribit ibi Alex. poſt nu. 14. ubi tamen ipſe hoc non putat uerum, rationibus ibi per eum adductis, ſed recẽtiores, ueluti Iaſ. Soc. & alij Baldi deciſionem tuentur ibi,& in d. l. admonendi. ff. de iureiurand.

Aduerte tamẽ quod hoc quod proximè diximus, duos nihilominus haber teſtes, ſed concluſio ſupra relata in effectu loquitur de probationibus, quæ ab uno,& eo-
5 dem originem habent † ex qua emergit, ut unus teſtis faciat plenam probationem contra l. iuſiurãd. C. de teſtib. quod eſſe abſurdum, probat Iaſ. d. §. ille caſus,& ibi Soc. poſt nu. 4. uerſ. præterea reſpõdeo, ubi allegat gl. communiter approbatã in c. licet ex quadam. in uerſ. ab uno, extra, de teſti. ex quibus cõcluſio quæ in fine precedẽtis traditur ualde periculoſa apparet.

Verũtamen intelligas hanc concluſionẽ locũ ſibi
6 uendicare in cãpſore † qui publicè artẽ factitet, quiq; artẽ bona fide exercere iurauerit, quod profectò in eo uerum non eſſet qui priuatim arti campſoris operam daret, ut tradidit Alex. in d. l. admonẽdi, nu. 34. & 35. per arg. notat. in l. quædam. §. nummularios. ff. de edẽ. quo in loco aſſeuerat cũ Bart. Baldũ conuenire in rub. C. de fid. inſtrum. uerſic. ſequitur uidere de ſcripturis,

mercato-

mercatorum,etiam explicat dictum Bar.eſſe verum,
7 quando liber ille contineret data† & accepta,& dicit ad hoc facere text.in l.rationes.iuncta l.ſi quis ex argentariis.§.cogentur.ff.de edendo.quod idem voluit Iaſ.d.l.admonendi.poſt nu.8.verſ.quintò limita atq; idem Iaſ.in repet.eiuſdem l.poſt nu.115.ver.& quod liber rationum,& poſt nu.120.verſ.tu tamen ad hoc, & ſequitur Firm.in d.tract.de gabell.in 4.part.nu.5. ver.quæro ſucceſſiuè quid de libris mercatorum.

Quæ quidem commodius explicata fuere ſupra in concluſione,apocha, & opportunius examinabũtur in concluſione,liber mercatorum, illuc igitur te reijcio, & ad concluſionem gabellariorum liber.

Nec id mirum eſt,ſi campſor deponens ſemiplenè probet,cum & eius campſoris librum publicè artem
8 exercentis† regulariter ſemiplenè probare pro tertio, & contra tertium docuerit Bart.in l.admonendi,nu. 28.cum quo tranſire* magis communiter Doctores teſtatur Iaſ.in repet.d.l.admonendi.poſt nu.281.col. 47.verſ.tertio caſu. Abb. etiam meminit in conſ.81. videtur quominus col.1.verſ.quod autem filia teneret.volum.1.tradit Bertachi.in ſuo tract.de gabel. in 4.part.nu.2. cum ſeq.

Quòd quidem limitandũ eſt,tantum procedere in
9 ſpectantibus ad artem campſoris† ſecus in alijs actibus ab arte alienis,vt ſi ſit mercator pannorũ,in libro autem ſit ſcriptum de aliquo depoſito,vel mutuo,eo enim caſu nullam probationem facit, vt ſenſere Iaſ. & Cur.in d.l.admonẽdi,nu.40.quẽ refert, & ſequitur Purp.in d.l.admonẽdi.nu.210.reſpondit Rom.d.cõſ. 204.pro diſcutienda.nu.3.arg. optimo in l. idem ait. §.eo modo.ff.naut.caupo ſtabul.& in cõſ.205.in pũcto propoſito.poſt nu.3.citat Io.And. hoc elegãter terminantem in addit.ad Spec.tit.de inſtr.edit.§.nũc dicendum Aret conſ.33.conſultatio, poſt princ. Iaſ. & Dec.in l.age cũ Gemin.nu.4 C.de tranſact. Iaſ.poſt Ludo.& Alex.in d.l.admonẽdi.in 1.lect.poſt nu.81. verſ.ſecundò limita,Dec.in c.1.nu.30.ver.ſecũdò talis cõſuetudo. de prob. & idem.Dec.conſ.40.viſo tenore.n.3.Hipp.ſing.560.habemus.nu.1.Fel.in c.cæterum.poſt nu.8. verſ.4. per id quod conſuluit, de iud. & in c.poſt ceſſionem.nu.4. de probat. & in c.2. poſt num. 26. de fid. inſtrum.

10 Secundò loco limitare poteris,† quando mercatores etiam ex conſuetudine non iurarent artem ſuam ſine fraude exercere,non enim tũc probant, nec plenè nec vllam fidem faciunt,vt elicere eſt ex his, quæ adduxit Curt.in d.l.admonendi.d.nu.40. & ſenſit ibi Rom. ſub nu. 56.

Tertiò præterea ſic limitabis,iſtud locum ſibi non
11 vendicare, quando liber ſit plurium mercatorũ,† nã tunc fidem plenam facere ſcripſit Iaſ. in l. ſi quis ex argentarijs.§.cogentur.nu.3.ff.de edend.Bal.protulit in c. quoniam cõtra falſam.in 13.col.de probat. & ſi ſcriptura vnius facit ſemiplenam probationẽ,eo magis igitur ſcriptura duorum faciet plenam,ſiue vterq; ſcripſerit,ſiue vnus,& alter ſubſcripſerit,vel obſignauerit,vt traditum eſt à Iaſ.loco citato.

Ad hęc quartò limites id procedere in iis,q aliquã artem publicam abſq; officio exercent,illorum nãq;
12 ſcriptura ſemiplenè tñ probat† verũ ſi liber ſit conſcriptus ex neceſſitate officij publicè iniũcti, tũc plenam fidẽ facit,vt tradit Bar.d.l. nuda ratio.nu.7.in fi. ff. de don. quod põt exẽplo declarari in libris gabellariorum,vel quæſtorum publicorũ,quibus eſſet ple-
13 nè credendũ,nõ ſecus ac ſi eſſet inſtrumentũ publicum manu Notarij publici cõſcriptum, vt meminit. Bal.l.2.C.de conuẽ.fiſci deb.lib.10.Ale.& Soc. ſẽſere,quos refert Rip.d.l.admonẽdi.nu.130.vbi ꝓpterea tuetur Bar.ne ſibi ipſi cõtrarius arguatur,cũ quo* cõiter ſẽtire Doct.fidẽ facit Iaſ.d.l. admonẽdi. col.47.vt retulimus ſupra in prima huius cõcluſionis limitat.

Inſuper iſtud quintò limitabis,vt procedãt pręfata, quãdo liber apparet ſcriptus ab eo,cuius eſſe dicitur,
14 & partes confitẽtur,† nam ſi ignoretur,cuius ſit, nullam tunc fidem facit,ſed eſt confugiendum ad comparationem literarum, quæ iſto caſu plenam fidem facerent,vt monuit Bart.d.l.admonendi.d.nu. 29. & d.l.nuda ratio.nu.9.Corn.conſ.19. litera I. vol. 2. & hoc ſequi* communiter Doct.probat idẽ Iaſ. d. l. admonendi,& poſt nu.112.verſ.ſubdit vlt.Bar.in repet. vbi dicit,cum hac Bar.doctrina magis* communiter Doctores trãſire,ac tuet ibi Ripa n.130.in fi.& 131.

Poſtremò,& ſexto loco limitandum erit,vt aduer-
15 ſus libros huiuſmodi† poſſit cõtrariũ probari, et ſi teſtator diſpoſuerit, quòd de re quapiã ſtet libris rationũ,& ideo ſit illis credẽdũ, vt ſcriptũ reliquit Tiraq. in tract.de retract.§.4.gl.1.nu.9.authorẽ laudat Abb. in conſ.51.videtur primò ſtandum.lib.1.& Alex.cõſuluit in cõſ.68.incip.quanq̃ ſup vacatione.in fi.li.2.

Ea verò,quæ diximus, ſic declarare tibi licebit, vt quãdo libri campſorum,& ſimilium perſonarũ acci-
16 piunt robur probationis à conſuetudine,† non à iure communi,illos producentes in ius probent talẽ conſuetudinem,quòd conſuetũ ſit ipſis fides adhiberi,vt confirmauit Firm.in d.tract.de gabel.in 4.par.nu.4.

CONCLVSIO CCLV.

ARGVMENTVM.

Cancellatio inſtrumẽti an,& quomodo probet inſtrumentum cancellatum.

SVMMARIVM.

1 *Cancellatio inſtrumenti ſine teſtibus facta etiã manu eiuſdem notarij in margine ipſius non probat inſtrumẽtum cancellatum.*

2 *Cancellatio, ſiue interlineatura diei appoſita in inſtrumẽto ſuſpicionem falſitatis inducit.*

3 *Cancellatio appoſita in inſtrumento,ſi nulla interuenit auctoritas iudicis in ea, inducit ſuſpicionem falſitatis.*

4 *Cancellatio ſententiæ immeritò præſumitur facta, ſi non conſtet cauſa cancellationis.*

5 *Cauſa cancellationis in banno cancellato ſubijci debet, ac perſona,cuius auctoritate id fit.*

6 *Cancellatio actorum habet vim ſententiæ,ſi iudex cancellationis cauſam apertè declaret.*

Cancellatio inſtrumenti ſine teſtibus facta etiam manu eiuſdẽ notarij in margine ipſius inſtrumenti appoſita non
1 probat inſtrũ cãcellatum,† etiam ſi dicat, ſic deletũ partibus conſentiẽtibus, petente altera parte indè inſtrumẽtũ ſumi,vt docuit Io. And.ad Spe.in §.oſtẽſo, ver.illud quoq; præterea dũ non eſt,ſuper verbo verior eſt,tit. de inſtr.editio.& hoc idẽ placuit Caſtr. in d.l.vnus,nu. 5. verſ. quod ergo ſi notarius.C.de teſta. Ale.in d.l.ſi vnus.reijciẽs ſe ad d.Io. And.in d.§.oſtẽſo.poſt nu.5.in fi. cui adhæret ipſe Ale.in d.l.ſi vnus, poſt n.8.ver.ſed ſi eſſet extrauagãt.d.D.Io. And.vbi ſup.cuius opinionẽ ꝓpius ad veritatẽ accedere aſſerit

Iſtud verò ſic extẽdas,cãcellationẽ,ſiue interlineaturam,vt appellãt,diei appoſitã in inſtrumento non
2 ſolum nõ probare,ſed potius † ſuſpicionem falſitatis inducere,vt animaduertit Bar.in l.1.§. fin. de bonor. poſſ.ſ[?]m tabul.& in l.ſi vnus,vbi plenè Doctor. C. de teſta.vberrimè iuris Põtificij ꝓfeſſores in c. ex literis. extr.de fid.inſtr.conſultus reſpondit Alex.cõſ. 14. nu. 3.& 4.vol.6.l.ſi.ff.de edẽ.c.inter dilectos.de iid. inſtr. ibi cũ dicit,quædã literæ in eo erant &c.docuit Spec. in tit.de reſcript.§.1.igitur.verſ.itẽ excipitur cõtra reſcriptũ,ꝙ eſt cãcellatum,tradidit Inn.in c.1.d. tit.de fid.inſtr.pleniſſimè per Socin.conſ.267. viſis publico inſtr.col.6.verſ.quoniam ad prædicta.vol.2.

Potiſ-

3 Potiſſimum verò prædicta concluſio ꝓcedit † cum
nulla interuenit auctoritas iudicis in litera prædicta,
iuxta ea, quę obſeruat Bart. in l. Imperat. ff. de ſtat. ho-
mi. & in l. ſi librar. ff. de reg. iur. Fel. d. c. ex literis. num.
6. extr. de fid. inſtrum. vbi poſt citatos ait, ſic de facto
* ſeruari, latè Pariſ. conſ. 28. nu. 10. cum ſeq. lib. 2.
Quòd & illud nobis exemplo eſſe poteſt, nam can-
4 cellatio ſententiæ immeritò præſumitur facta † dum
nō conſtet cā cancellationis, quod fuit pronunciatū,
Bal. in c. ſuper. nu. 18. verſ. ꝙ ſi conſtat ſententiā latā,
de re iud. & in l. ſi non ſortè. §. adeò. ff. de cond. indeb.
poſt nu. 1. verſ. & nota; quòd in cancellatione banni,
vbi aſſeuerauit in bāno cācellato neceſſe eſſe, vt cau-
5 ſæ cācellationis † ac perſona, cuius auctoritatę id fiat,
ſubijciatur, hoc idē illud cōfirmat, ꝙ ipſemet ſcripſit
in l. ſi pręſes. in fi. C. quō, & quando iudex. actorū can-
cellationē vim habere ſententiæ, modò tñ iudex can-
6 cellationis cām † apertè declaret, quibus eſt finitimū
axioma. Abb. in conſ. 7. tria circ. 1. dub. poſt nu. 3. col.
2. verſ. nec cancellatura debiti facta in lib. cler. vol. 2.
Nell. in trac. bann. in 3. par. ſecundi temporis. q. 74. nu.
75. verſ. ſed circa idem, quibus cōcinit Marſ. ſing. 340.
cautè agant banniti. nu. 4. verſ. ſuas; quòd quis præſu-
mitur indebitè, & iniuſtè cancellatus.

CONCLVSIO CCLVI.

ARGVMENTVM.

De cancellatione inſtrumenti, vel teſtamenti, quid ſit præſumendum.

SVMMARIVM.

1 *Cancellatio inſtrumenti, vel teſtamēti præſumitur in dubio facta voluntate teſtatoris, & ſic teſtamentū nihil valet.*

2 *Cancellatio proprie dicitur, quæ facta fuit cum calamo oblique per folium in morem crucis.*

3 *Differentia, quæ inter verbum, circumducere, inducere, & cancellare, eſt in modo, non in effectu.*

4 *Cancellatio ſi ſit in loco ſuſpecto, & ſubſtantiali teſtamenti, adeo eſt efficax, vt illud inſtrumentum nullam faciat probationem.*

5 *Inſtrumentum præſumitur falſum, ſi deprehenditur varietas, cum primò eſſet ſcriptum vnum, & poſtea illud raſum, & aliud ſcriptum.*

6 *Cancellatio inconſulto, & propter incuriam præſumitur inducta fuiſſe fauore libertatis, quando teſtamentum continet legatum libertatis.*

7 *Cancellatio præſumitur propter incuriam inducta, quādo legatum eſt factum ad pias cauſas.*

8 *Cancellatio præſumitur facta voluntate teſtatoris, ſi penes ipſum reperitur inſtrumentum.*

9 *Cancellatio præſumitur ab eo inducta, penes quem inſtrumentum reperitur.*

10 *Cancellatio exiſtimatur facta creditoris voluntate, ſi inſtrumentum æs alienum continet.*

11 *Cancellatio ſi tendit ad fauorem tertiæ perſonæ, inſtrumētum non præſumitur cancellatum voluntate teſtatoris.*

Cancellationem inſtrumēti, vel teſtamenti præ-
1 ſumi in dubio factam voluntate teſtatoris, † & ſic te-
ſtamentum nihil valere, locupletiſſimi mihi teſtes
ſunt Bart. Alex. & Iaſ. in l. ſi vnus. C. de teſtam. tradit
Lanfanc. in c. quoniam contra. in verb. inſtrumēto-
rum productiones. num 49 in fi. de prob. Pariſ. reſpō-
dit in conſ. 28. nu. 45. lib. 2. Rub. Alex. in conſ. 95. nu.
4. & animaduertit Achil. perſonal. in tract. de adipiſ.
poſſeſs. num. 136. & præſumi velle diſcedere inteſta-
tum, auctor eſt. Bald. in l. noſtram. C. de teſtam. nu. 1.
quod idem conſulendo ſenſit Alex. conſil. 14. vol. 6.
nu. 2. & 3. & num. 9. & idem Alex. conſ. 104. volum. 7.
num. 6. quem vide. Paul. de Caſtr. conſ. 131. dubium
facit. volum. 2. & Albenſ. in conſ. 34. par. 2.
2 Et vt voces quoque declarentur, ſciendum eſt, † cā-
cellationem propriè dici, quando facta fuit cum ca-
lamo obliquè per folium in morem crucis inductā,
ita voluit Accur. in l. ſi quis libertatem. in verſ. indu-
catur. ff. de pet. hær. vbi ponit differentiam inter ver-
bum circumducere, inducere, & cancellare, ad idem
glo. in l. inductum. C. de ſolut. & de verbo, cancellare
tradit Alex. d. conſ. 14. nu. 9. vol. 6. Bart. in l. cancella-
3 uerat. nu. 3. ff. de ijs, quæ in teſtam. del. † Iſta tamē dif-
ferentia eſt in modo, non in effectu. Barto. d. l. ſi quis
libertatem. num. 6.
Amplia, ſi ſit cancellatio etiam in parte illius teſta-
mēti, ſed in loco ſuſpecto, & ſubſtantiali, quia huiuſ-
modi cancellatio adeò eſt efficax, vt illud inſtrumē-
4 tum † nullam faciat probationem nec plenam, nec
ſemiplenam, niſi illud cancellatū per id, quod in eo-
dem inſtrumento continetur non deletum, cōſtet id
eſſe verum, & eadem manuſcriptum, vt Bal. in d. l. ſi
vnus. nu. 4. C. de teſtam. probat id per c. cum venera-
bilis. extr. de relig. domib. arg. l. cum pater. § . cum im-
5 perfecta. ff. de leg. 2. cæteroqui ſecus eſt, nam † præſu-
mitur falſum ex eo, quòd deprehenditur varietas, cū
primò eſſet ſcriptum vnum, & poſteà illud raſum, &
aliud ſcriptum, arg. l. ſcripturæ. ff. de fide inſtr. & l. qui
falſa. ff. de teſtib. & ita tradit Alex. conſ. 14. nu. 10. &
11. lib. 6. & conſ. 104. nu. 3. vol. 7.
Limita primò concluſionem non procedere, quā-
do teſtamentum contineret legatum libertatis, quia
6 fauore libertatis præſumitur inconſulto † & propter
incuriam inductam fuiſſe lituram. l. proximè. in prin
cip. ff. de his, quæ in teſta. delentur. & Iaſ. in d. l. ſi vnus
nu. 7. Bartol. d. l. proximè. §. 1. & Alex. d. l. ſi vnus. poſt
num. 7.
Amplia prædictam limitationem etiam locū ha-
7 bere, quando legatum † eſſet factum ad pias cauſas, vt
idem voluit Bart. in d. l. ſi vnus. quem ſequuntur ibid.
Ang. & recentiores, & idem Bart. Bald. & Imol. in d.
l. proximè. §. 1. ff de his, quæ in teſta. delent. idem vo-
luit, & ſequitur Iaſ. in d. l. ſi vnus. nu. 8. Lud. Roma. in
repet. auth. ſimiliter. in r. ſpeciali piæ cauſæ. C. ad leg.
fal. & Nicol. Euerard. in ſuis locis legalibus, in loco à
liberta. ad piam cauſam verſ. 4. iſtud facit.
Secundò limita, vt procedat, qñ inſtrumentum re-
8 peritur penes ipſum teſtatorem, † tunc certè præſumi-
tur eius voluntate factam lituram, ſecus ſi penes ter-
tium reperiatur, ꝙ placuit Bal. Fulg. & Paul. de Caſtr.
* in l. 1. ff. de his, quæ in teſt. delent. & hæc eſt * commu-
nis opinio Doctorū in d. l. ſi vnus. ſicuti ibi atteſtatur
Iaſ. nu. 9. & ratio eſt, quia cancellatio præſumitur ab
9 eo inducta † penes quem reperitur inſtrumentū. l. ma-
iorem. & ibi Cyn. Bal. & Sal. & alij. ff. de falſ. quos re-
fert, & ſequitur Iaſ. in l. ſi vnus. nu. 9. C. de teſtam.
Quòd poſtremū limite circūſcribendū eſt, nō ha-
bere locū in inſtro, ꝙ æs alienū contineat, quia can-
10 cellatio in eo facta † exiſtimat creditoris voluntate,
ſiue reperiatur penes eū, ſiue penes tertiū, moti aucto-
ritate. I. C. in l. chirographū. ff. de probat. & I. C. in ſi
fullo. §. qui tab. ff. de furt. & ibi per Bart. & alios, & in
** l. Lab. ff. de pact. & ita magis ** cōiter ſentire Docto-
res, fidem facit Alex. in d. l. ſi vnus. poſt nu. 7.
Iſtius ſecundę limitationis, quod primo loco dixi-
mus, ſic eſt ſublimitandum, vt procedat, qñ ipſa can-
11 cellatio tendit ad fauorem ipſius tertiæ perſonæ † nō
enim tunc præſumitur deletum volūtate teſtatoris,
ſecus verò ſi nullum fauorem conſequeretur ex illa
litura ille tertius poſſeſſor, eo namq; caſu procedit ēt
præſumptio in teſtatore, ita ꝓſitendo explicauit Alc.
d. l. ſi vnus. nu. 7. ad materiā verò cancellationis latè
tradērē cōſulas Cor. cōſ. 118. n. 1. li. 4. Doc in c. ex lit.
de fid. inſt. in c. inter dilect. & in c. fin. de crim. falſ. &
in c. cū olim. el 2. de priui. gl. Spec. & alios relatos per
Ale. d. l. ſi vnus. poſt n. 6. ver. & de hac mate. C. de teſ.

CON-

CONCLVSIO CCLVII.

ARGVMENTVM.

Cancellariæ regulæ quomodo probent.

SVMMARIVM.

1 *Cancellariæ regulæ probant tanquã conſtitutiones locales.*
2 *Cancellariæ regulæ non ligant in vniuerſum omnes.*
3 *Cancellariæ regulæ ſtatuta quædam ſunt, ſiue conſtitutiones, quæ ad certum locum pertinent.*
4 *Lex an ſit vniuerſalis, an ſingularis cognoſcitur ex loco.*
5 *Cancellariæ regulæ conſtituunt ius, quod ſingulos, & non vniuerſos attingit.*
6 *Naturæ legis generalis ea eſt, vt ſit perpetua, & ſtabilis, ſed cancellariæ regulæ vna cum authore ſuo deficiunt.*
7 *Cancellariæ regulæ conditæ tantum fuere, vt inſtrueretur cancellaria, & eius magiſtratus in literis expediendis.*
8 *Lex communis, eo quòd vbique publicatur, omnes ligat, & non poteſt allegari ignorantia.*
9 *Cancellariæ regulæ in curia tantum publicantur, & ibid. tantummodo obſeruantur.*
10 *Sententia lata contra legem communem etiam non deductam, nec in iudicio allegatam, eſt ipſo iure nulla, ſed ſententia lata contra regulam cancellariæ valet, & tenet.*
11 *Lex vt vniuerſè liget, oportet, vt a Principe dilucidè mãdetur omnino obſeruari.*
12 *Cancellariæ regulæ probare non poſſunt, tanquam ius cõmune, ſed locale.*
13 *Cancellariæ regulæ non ligant, niſi prius gratia præcipua impetrentur, vt allegari, & produci poſſint.*
14 *Statuta particularia quam primum ſunt publicata, & in vnum volumen redacta ligant ſuos ſubditos.*
15 *Cancellariæ regulæ certis finibus circumſcriptæ ſunt, vt niſi prius impetrentur, non poſſint allegari.*
16 *Cancellariæ regulæ conſtituunt ius generale etiam extrà curiam.*

Cancellariæ regulas probare tãquam cõſtitutiones locales nõ
1 autẽ tanquã† conſtitutiones generales conſuluit Ancha. cõſ. 297. nu. 1. & 2. incip. efficacib. Iaſ. in l. 1. n. 29. ff. ſi cer. pet. Bar. de Belen. in c. ex parte col. 3. de feud. Card. Zabarel. conſ. 99. in fi. Dec. in c. 1. nu. 1. in 2. lec.
2 extra, de conſti. & hinc fit, vt non ligẽt† in vniuerſum omnes vt traditum fuit à Gomeſ. in proœ. reg. cancel. q. 2. nu. 1. per multis rationibus adductus. Etenim hę regulę ſtatuta q̃dam ſũt, ſiue quędam conſtitutiones,
3 †quæ ad certum locum pertinent, vt patet ex earum titulo: vocatũ enim regulę cancellarię, cuius quidem denominationis cauſa fit eius loci gratia tũ dicũtur enim regulę reſpicientes ea, quę in dicto loco tractãtur; quẽadmodũ ex ſigno cognoſcitur, quale quidq; ſit. Doctor. in §. teſtes. inſtit. de teſtam. Bal. in l. cõputationes col. fi. C. de fid. inſtr. ita lex an ſit vniuerſalis
4 † an ſingularis cognoſcitur ex loco, ea enim quę rebus accidunt, plurimũ conferunt, vt intelligatũ quale, quidq; ſit l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mili. Bal. in l. fi. C. exec rei iudi. cũ ergo dictio adiecta, cãcellariæ, præſeferat certũ locũ, dicendũ erit regulas prædi-
5 ctas cõſtituere ius, q̃ ſingulos, †non q̃ vniuerſos attingat, qualitas. n. adiecta diſpoſitioni ita eam afficit ſiũ qualitatis adiectæ naturã, vt eſt tex. in terminis. §. ſed ius quidem ciuile. Inſt. de iur. natu. gent. & ciuil. c. ſtatutum de elect. lib. 6. & quando lex ad certum locum pertinet, illos, qui ſunt extra locum non ligat c. 1. & c. 2. de conſtit lib. 6. l. fi. ff. de iuriſd. omn. iud.
6 Secundam ſubiungit idem Gomeſ. rationẽ, quia ea eſt natura legis vniuerſalis, vt ſit perpetua, & ſtabilis. ſed, ita, vt e. perpetui edicti. C. de edẽ. Mil. in ſuo reper. in verb. lex. §. 2. Archid. in c. donatum. 1. q. 2. ſed hæ vna cum autore ſuo deficiũt, vt patet in proœm. verſ. ſuo tempore duraturæ. Anch. d. conſ. 297. nu. 2. quinimò hæ regulæ tantum conditæ fuere, vt inſtrueretur
7 cancellaria, †& eius magiſtratus in literis expediẽdis, vt patet ex regulis Ioannis XXII. & Benedicti, quod cum ita ſit, non debet actus agẽtis operari quidpiam præter ius propoſitum. c. ſi Sacerdos. de offi. ordin. & vulgata l. non omnis. ff. ſi cert. pet.

Tertiò Gomeſ. ratio ea eſt, nam lex communis, eo
8 quod vbique publicetur omnes ligat, vnde non † poteſt tunc allegari ignorantia, vt patet in auth. vt factę nouæ conſtitutiones, per totum. cap. 1. de poſtul. pręl. c. nouit. de ſent. excom. Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. cum ſimilibus, ſed cum regulæ cancellariæ tantum in curia publicentur, ſequitur tantum-
9 modo † eas ibidem aſſeruari, idque ne ſequatur abſurdum, quòd nimirum illi obligarentur illis regulis, apud quos non eſſent publicatæ. c. 2. de conſtit. & c. 2. eod. titul. libro 6.

Quartò loco illud adducit, quia videmus ſentẽtiã latam contra legem communem etiam nõ deductã,
10 nec in iudicio allegatam † eſſe ipſo iure nullam. l. cũ prolatis. ff. de re iudi. c. cum rite. extr. eo. tit. tamen ſẽtentia contra regulam cãcellariæ lata valet, & tenet, Felyn. in cap. 1. de re iudi. & ita ſeruat Rota.

Quinto illud confirmat: nam adde, vt lex vniuerſè
11 liget, oportet Principẽ dilucidè † hoc mandare, vt lex obſeruetur omninò, vt fuit animaduerſum in l. neq; Dorotheum. C. de decurio. lib. 10. huc ſpectat cõtex. in c. 1. de conſti.

Hæ, & iſtis ſimiles Gomeſij rationes in mediũ afferri poſſent ad probandum regulas cancellariæ non
12 probare † tanquam ius commune, ſed locale, vt dictum eſt, quæ fuſius proſequentem dictum Gomeſ. in d. q. 2. conſulas, quas cauſa breuitatis hic omiſimus.

Et quod autem dictum eſt in concluſione regulas probare tanquam ius locale, &c.

Primò limita hoc ex mente Gomeſ. d. loc. ſupraci-
13 tato, vinculum vt plurimum non ligare † niſi prius gratia præcipua, & certa quadã formula, & ceremonia impetrentur, vt allegari, & produci poſſent prędictæ regulæ. Gomeſ. d. loco. nu. 4.

Ex quo videtur inferri poſſe vinculum ſingulare, & præcipuum dictatum adeò debile eſſe, vt nec ſtatutis ſingularibus comparari poſſit. Nam ſtatuta parti-
14 cularia quàm primum ſunt publicata † & in vnũ volumen redacta ligant ſuos ſubditos, vt tradũt *omnes in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. c. 1. de conſt. lib. 6. quod ſic non procedit in reg. cancel. quæ adeò cãcellatæ ſunt, & certis finibus circunſcriptæ, vt licet regu-
15 læ publicentur, & in vnum volumen redigantur † nõ tamen per hoc vinculum aliquod inficiunt, nec poſſunt allegari, niſi prius impetrentur, vt d. eſt ſupra, ſed hæc late traderem adhibeas. Gomeſ. d. loc. nu. 4. cum ſeq. vbi poſt relatos concludit *communem eſſe opinionem, iſtas regulas conſtituere ius generale etiam
16 extra curiam † arbitratur tamen fœdere diſtinctionis poſſe cõciliari opiniones, vt ibi per eũ in fi. & videas inf. in concluſ. reg. cancellariæ, & de hac materia latè glo. ad reg. cancel. 26. incipien. item attendens,

CONCLVSIO CCLVIII.

ARGVMENTVM.

Canonis præſtatio quid probet.

SVMMARIVM.

1 *Canonis præſtatio probat ſubiectionem.*
2 *Canon ſi longo tempore ſolutus eſt pro aliquo fundo, probat fundum eſſe emphyteuticum.*

3 Quod

3 *Quod tempus ſufficiat in ſubiectione perſonali, vel in iure reali propter canonis præſtationem.*
4 *Canonem qui ſoluit triennio, præſumitur etiam retro ſoluiſſe.*

1 Canonis præſtatione † probare ſubiectionem habemus à Matth. ab Affli.
in feud. tit. de controuerſ. inter maſc. & fœm. nu. 22.
faciunt tradita per Bart. l. litibus. nu. 2. C. de agric. &
cenſit. lib. 11. vbi dicit, quòd ſi canon longo tempore
2 ſolutus ſit pro aliquo fundo † probari fundũ eſſe emphyteuticũ. hoc voluit idem Bart. in l. cum de in rem
verſo. ff. de vſur. Abb. c. quod tranſlationem. poſt nu.
4. de offic. leg. idem Abb. c. peruenit. per tot. ext. de cẽ
ſib. & conſ. 74. in prin. 1. par. Fel. poſt citat. c. cum M.
Ferrar. de conſtit. idem Fel. c. cum Bertold. nu. 28. de
ſent. & re iud. Iaſ. l. 2. nu. 192. C. de iur. emphy. & Do-
* ctores * communiter in l. ſi certis annis. C. de pact.

Et iſta præſtatio, ſi agatur de ſubiectione perſonali, videlicet iure vaſallagij, ſiue homagij (vt cum no-
3 ſtris loquar) † requirit tempus 30. annor. ſed ſi agatur
de iure reali, videlicet, quia quis poſſedit rem vti feudalem, & canonem præſtitit, ſufficit decẽnium, vt ex
traditis per Clar. §. feudum. q. 19. vbi in vtroq; dicto
* teſtatur hanc eſſe Doctorum * receptam ſententiam,
* & de * communi quoq; teſtatur Viuius inter cõmunes opiniones. §. emphyt. verſ. ſoluens alicui.

Quòd ſi quis canonem ſe ſoluiſſe triennio proba-
4 uerit † præſumitur etiam retrò ſoluiſſe, ita conſulẽdo
cauit Barthol. Soc. cõſ. 145. nu. 4. vol. 1. & pro hoc faciunt notata per Petr. Duen. in reg. incip. apocha.

Ad id verò late à nobis tradita conſulas in cõcluſione, ſolutio, & in concluſione, emphyteuſis per annuam ſolutionem, in 1. ampliat. ad hoc ſolet adduci.
l. quicunq;. C. de apoch. publ. lib. 10. & ſenſere glo. &
* * communiter Doctor. in l. 2. C. de iur. emphy. prob.
Viuius inter cõmunes opiniones. §. emphyt. in prin.

Ad hanc concluſionem vide vndecim ampliationes, & tres limitationes, quas refert Gabriel. tit. de præ
ſumpt. concl. 11. per totum.

CONCLVSIO CCLIX.

ARGVMENTVM.

Canonicus quomodo quis probetur, & præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Canonicum quem eſſe probatur per ſcripturam.*
2 *Scriptura requiritur ad probãdum titulum beneficij, qui propter ordines conceditur.*
3 *Canonicum quem eſſe poteſt probari per teſtes.*
4 *Quo caſu probatio canonici poſſit per vnum teſtem fieri.*
5 *Canonicum legitimè fuiſſe inſtitutum probatur, oſtendẽdo diu in eccleſia prò canonico manſiſſe, concurrente ſaltem fama viciniæ.*
6 *Canonicus præſumitur legitimè inſtitutus ex antiquitate temporis.*
7 *Canonicum quem eſſe probatur ex diuturnitate temporis, etiam abſq; aliqua probatione tituli, vt inſtitutionis, vel confirmationis, ſiue in poſſeſſorio, ſiue in petitorio.*
8 *Matrimonium probatur per diutinam cohabitationem decem annorum accedentibus alijs adminiculis.*
9 *Tempus adeo inducit præſumptionem tituli, vt quis nihil aliud cogatur oſtendere.*
10 *Titulus non præſumitur in beneficijs eccleſiaſticis ex temporis diuturnitate.*
11 *Poſſeſſor beneficij quocunq; tempore illud poſſederit, ſemper cogit ad oſtendendũ titulũ, ſi ordinarius illud petat.*
12 *Beneficia non poſſunt præſcribi, & nullus in iis iuuatur temporis diuturnitate.*
13 *Periculoſum eſt iudicare de ſententijs maiorum inter ſe diſſidentibus.*
14 *Poſſeſſio, ſi antiqua eſt, præſumitur pro titulo, quem poſſidens non cogitur oſtendere.*
15 *Decennio poſſediſſe debet, qui vexatur à prælato ſuper titulo, & triennio, qui ab alio.*
16 *Canonicus eſſe non præſumitur, etiam qui nominatur à Pontifice Maxim.*
17 *Papa, ſi nominet quẽ ſub titulo dignitatis, per hmõi nominatione nõ pſumitur ipſum approbare in illa dignitate.*

1 Canonicum quem eſſe, vt probetur † requiri de iure ciuili ſcripturã, ſcriptum reliquere Petr. & Cyn. in l. ſi qua per
calumn. C. de epiſc. & cler. nam aiunt, ſicuti requiritur ſcriptura de iure ciuili ad probandum ordinis cle
ricatus, vt notatur inf. in concluſ. clericatus per teſtes
2 † ea debet requiri ad probandum titulum beneficij,
qui propter ordines conceditur. c. cum ſecundùm. de
3 præbend. ſed de iure canonico poteſt probari † per teſtes. vt reſpondit Alex. conſil. 107. nu. 7. vol. 7. quem
videas, qui plurima adducit, & conſulas d. concluſionem, clericatus, in 1. limitat. & Rebuff. in ſua pract.
benef. in forma literarum cenſuræ. nu. 23. cum ſequẽ.
vbi aliam affert diſtinctionem, nẽpè, quia aut ex hoc
alteri infertur magnum præiudicium, veluti ſi litigarent ſuper beneficio, & tunc, vel per ſcripturam, vel
etiam per duos teſtes debet fieri probatio clericatus,
quando probaretur amiſſio ſcripturæ, vel quando nõ
eſt facta ſcriptura ratione impedimenti, aut non infertur magnum præiudicium, vt in clerico peregrinãte, & tunc, & per inſtrumentum, & per teſtes fiet pro-
4 batio, vt per eum. † Quinimò iſto caſu probatio poterit per vnum teſtem fieri. Bal. & Fel. c. licèt vniuerſis,
in fi. ext. de teſtib. Rebuf. vbi ſup. nu. 24. Port. li. 1. cõmu. opi. cõcl. 5. faciũt tradita per Crau. cõſ. 282. n. 15.

Prætereà, ſi quis aliquem canonicum legitimè fuiſſe inſtitutum probare velit, id cõmodè facere poterit
5 † ſi diu in eccleſia pro canonico manſiſſe, concurrẽte ſaltem fama viciniæ oſtenderit, vt conſuluit Alex.
conſ. 79. nu. 14. vol. 1. qui rationem ſubiungẽs, ait propter temporis diuturnitatem præſumi legitimè fuiſſe
6 inſtitutum, & omnia ſolennia requiſita, † inſtitutione
præceſſiſſe, quod ſine controuerſia probatur per l.
* quam Bart. & * omnes Doctores arbitrantur in hac re
ſingularem, & inſignem, in l. ſi filius. C. de petit. hæredit. & ibi Bal. & idem Bal. in l. qui in aliena. §. ſed & ſi
non adierit in 1. notab. ff. de acq. hæred.

7 Illud ampliabis, vt verũ ſit † etiam abſq; aliqua probatione tituli, vt inſtitutionis, vel confirmationis, ſiue in poſſeſſorio, ſiue in petitorio, qđ latè proſequit
Tiraq. in tract. de præſcript. in verb. decem annorum.
verſ. 6. eiuſdem farinæ, qui comprobat id per c. illud
de præſump. vbi per diutinam decem annorum coha
8 bitationem ait probari matrimonium † accedẽtibus
alijs adminiculis, quem contex. Ant. Card. Flo. Imo.
Panor. & Fel. trahunt ad matrimoniũ ſpirituale, id eſt
vt ad probationẽ tituli, inſtitutionis, vel cõfirmationis ſufficiat longo tpe quem poſſediſſe bñficiũ, & habitũ fuiſſe pro poſſeſſore, hæc Tiraq. d. loc. ſup. citato.

Vnde tempus, vt illi aſſerunt, inducit præſumptio-
9 nem tituli † adeò vt quis nihil aliud cogatur oſtẽdere, quod idem ſpeciatim ſenſit Hoſt. in c. licèt in verbo officij, vna cum Pano. ibi. col. pen. & Fel. col. 4. nu.
10. verſ. 3. concl. de ſimo. Paul. de Caſt. in conſ. 202. in
cauſa confinium. verſ. breuiter ſi bene. lib. 1. Dec. in
conſ. 36. exemplum inſtrumenti. col. 3. verſ. 5. non interuenit, & in conſ. 118. viſo inſtrumẽ. & in conſ. 135.
ad inſtificationem. Io. Corſ. in ſing. ſuo, in verb. titul.
Reſpondit Fed. de ſen. in conſ. 61. vacante quodam
prioratu. poſt nu. 2. verſ. contra hæc opponit epiſcop.
& conſ. 234. incip. prin. ſuper 1. puncto. poſt nu. 3. ver.
prætereà quicquid facit Pap. & decidit Affli. dec. 268.
nu. 10.

nu. 10. & meminit Caſſad. in reg. cancel. deciſ. 8. & ꝓ-
bauit Rub. Alex. in conſ. 13. nu. 7. atq; reſpōdit Rim.
in conſ. 319. nu. 31. vol. 2. atq; Ferre. in conſ. 218. ult.
1. cōſultiq; Gabriel. in conſ. 190. nu. 7. idē ſenſit Ant.
Gabr. in concluſ. lib. 1. tit. de præſump. concluſ. 1. nu.
17. vbi & contrariū ſentientes adducit, ſed præter hos
Tiraq. in d. loco de præſcript. verb. decem annor. ver.
ſextò eiuſdem farinæ ad nauſeam ferè plurimos ad-
ducit, nos verò opportunius hæc tradeınus in concl.
titulus, vbi iſtius rei propria ſedes eſt, & nōnulla atti-
gimus in concluſione, beneficium, ad quæ te reijcio.

Huic ſententiæ prædictæ de acquiſitione tituli, ve-
luti ex diametro repugnat (vt aiunt) quod ſcribit Bal.
in c. ex parte. in prin. de teſt. vbi per illū tex. animad-
10 uertit † ex temporis diuturnitate nō præſumi titulum
in beneficijs eccleſiaſticis, quod idem voluit Bald. in
l. malè agitur. C. de præſcr. 30. ann. & in l. non muta-
tur. C. de lib. cauſ. dum dicit, communem errorem, de
quo in l. Barbarius. ff. de off. prætor. operari tm̄ in tē-
poralibus, non autē in ſpiritualibus, vt obſeruat Inn.
in c. nihil de elect. & reſpondit Soc. in conſ. 270. nu. 2.
vol. 2. atq; conſuluit Bombin. in conſ. 29. & tradidit
Ang. in l. ſi maior. nu. 2. C. commun. diuid. & idē Bal.
in c. contingit. col. 7. ver. quæro nūquid titulus eccle-
ſię de dolo & contuma. vbi in hanc deſcendit ſniām
11 † poſſeſſorem beneficij quocunq; tempore illud poſ-
ſederit, ſemper compelli ad oſtendendum titulum, ſi
ordinarius illud petat, & idem cōſ. 209. caſus talis eſt,
vbi dicit, nullum in beneficijs iuuari tp̄is diuturnita-
12 te, † quia non poſſunt præſcribi, per d. c. ex parte. &
Soc. qui elegantiſſimū Bal. dictū exiſtimat in d. l. non
mutatur. in conſ. 59. viſo elegantiſſimo. col. 2. ver. cir-
ca quartam dubitationē. lib. 1. Iaſ. in l. ſi certis annis.
col. 1. verſ. facit quod notatur. C. de pact.

Qua in re diligens lector facilè poterit obſeruare
Bal. vt aliàs ſæpe, ſibi fuiſſe contrarium, cū aliter ſē-
ſerit in l. qui in aliena. ff. de acq. hær. & in l. ſi filius. C.
de petit. hæred. & in l. ſine poſſideris. C. de prob. & ali-
ter in allegatis ſupra auctoritatibus.

Verum vtra complectēda ſit opinio, aliorum eſto
13 iudicium † præcipuè cum periculoſum ſit iudicare de
ſententijs maiorum inter ſe diſſidentibus, vt ait Frā-
c. ſ. Aret. cōſ. 155. ſtatim in ingreſſu, & tradidit Tiraq.
de præſcrip. verb. decem annorū. §. 1. gl. 4. verſ. in qua
re Bal. vt vides.

Quapropter mihi ipſe ſatis in præſentia feciſſe vi-
debor, ſi aliorum opiniones, & ſententias retulero, vt
cuiuſcunq; optio ſit, illam opinionē, quæ magis ſibi
æqua, & ratione fulta videbitur, ſequi.

* Communis nihilominus videtur opinio † vt ſi poſ-
14 ſeſſio antiqua ſit, præſumatur pro titulo, ideo nō co-
gitur poſſidens oſtēdere, vt per Fel. d. c. licèt Heli. nu.
20. verſ. 3. conclu.

Sed quęro in propoſita quæſtione, quod dicatr̄ lon-
gum tempus: Reſpon. quòd ſi quis uexatur à prælato
requiritur decennium, ſi vero ab eo, qui non ſit præ-
15 latus, † ſufficit triennium ad defenſionem poſſidētis,
iuxta regulam cācellariæ de triennali poſſeſſore, ita
Fel. d. c. licet Hel. nu. 11.

Verumtn̄ ad id conſulas concl. noſtrā, titulus, vbi
uberius hæc explicata fuere, atq; nonnulla animad-
uerſa ſupra in concl. Benef. quā, ſi placuerit, uidebis.

Cùm igitur iſtis rationibus quis probetur canoni-
16 cus † non tamē ſi Pontifex Maximus quempiā cano-
nicum nominet, iccircò canonicū eſſe præſumetur:
licet. n. ſummus Pontifex quē ſub titulo cuiuſlibet di-
gnitatis, etiam ex certa ſcientia, uerbo, conſtitutione,
uel literis nominet, honoret, uel quouis alio modo
accipiat, non tn̄ ꝑ huiuſmodi nominationē in illa di-
17 gnitate † ipſum nominatum approbare præſumitr̄, nec
quequam ei noui iuris tribuere, ut ſancitū eſt in cle.
fi. §. ſimiliter quoq; iuxta gl. ſuper uerb. approbare. de
ſent. excom. ut tradidit Io. de Silua in tract. de benef.
q. 10. par. 3. n. 16. uerſ. pro ſolutione pręſentis quęſtio-
nis. hoc idē aſſeruit diſtinguendo, Bonicontius filius
Io. Andr. in tract. paruulo de priuil. cler. nu. 14. & la-
tius hæc proſequutus eſt Ioan. Andr. in reg. non licet
actori. de reg. iur. in 6. vbi ex profeſſo examinat quæ-
ſtionem. & ſub nu. 5. in hanc deſcendit ſententiā, no-
minationem illam ſaltem facere pręſumptionem, vt
impediatur iuriſdictio iudicis ſecularis pro remiſſio-
ne clerici capti.

Ad hęc illud etiam in cōtrouerſia verſatr̄, an cano-
nicus, qui ſe reſediſſe aſſerit, an capitulum, quod id ab
illo factū negat, atq; an ille, qui canonicum non ritè
ingreſſum, an ipſe, q affirmat, illud probare debeat, ad
quod conſulēdus erit Fel. in c. ex literis. nu. 2. de pro-
bat. & Paul. de Leaza. in diſput. capitulum petit.

CONCLVSIO CCLX.

ARGVMENTVM.

Canonicus an teſtis eſſe poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus regularis nō poteſt in iudicio teſtimonium perhibere.*
2 *Teſtamentum, in quo monachus abſq; ſui ſuperioris licentia eſt teſtis, poteſt impugnari.*
3 *Monachus pro mortuo habetur mundo.*
4 *Monachus ſi mortuus præſumatur, id intelligi debet quoad matrimonium.*
5 *Monachi, vel conuerſi cuiuſuis religionis teſtes eſſe nō poſſunt iniuſſu illius, cui ſubſunt.*
6 *Canonici admittuntur in teſtes, quando agitur de cauſis propriæ eccleſiæ.*
7 *Canonicus poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui canonicatus.*
8 *Canonici teſtimonio minor, vel maior fides eſt adhibenda, prout eius ad cauſam ſtudium patietur.*
9 *Canonicus teſtificari poteſt pro collegio, & capitulo.*
10 *Canonicus teſtis etiam eſſe poteſt in cauſa ſuæ præbendæ.*
11 *Canonicus regularis in teſtamento ad pias cauſas teſtis eſſe poteſt.*
12 *Canonicus religioſus, & quilibet alius clericus iniuſſu ſui Prælati teſtimonium dicere non debet in cauſis priuatorum.*
13 *Depoſitio canonici religioſi ſine auctoritate ſui Prælati coram iudice ſeculari, vel alio, valet, ſi ſponte deponat.*

1 Canonicum regularem † non poſſe te-
ſtimonium in iudicio ꝑ-
hibere, tradidit Spe. tit. de teſtam. verſ. item excipitur,
quòd eſt monachus, cui aſſentit Ang. in auth. de mo-
nach §. cogitandū, & Inſt. de teſta. §. teſtes. & ibi not.
& gl. in §. 1. Inſtit. de iur. ꝑſona. in verb. aut ſerui, verſi.
itē de monacho. idē Spec. d. tit. de teſte, ver. qd de mo-
nacho, & ver. itē ꝙ eſt clericus, idē ſequutus eſt Dom.
Nell. à S. Gemin. tract. de teſtam. nu. 22. eidē ſniæ ſub-
ſcripſit Ant. de Butrio. c. cum nuntius. de teſtament.
quod placuit Campeg. in ſuo tract. de teſtib. reg. 91. cap.
monachi. vbi gloſſ. fin. quæſt. 1. cap. 2. de poſtul. c. non
magno, ne cler. vel monach. l. 3. §. in bellis. iuncta gl.
ſuper verb. ceſſerit. ff. de re milit. cap. quid ergo. 11. q.
3. & ibi gloſ. fin. Stephan. Aufrer. in tract. de reprobat.
teſti. nu. 13. verſ. canonicus regularis non poteſt. Ioā.
Fab. in §. teſtes. nu. 3. Inſt. de teſta. quo in loco inquit,
2 teſtamētū poſſe impugnari † in quo monachus abſq;
ſui ſuperioris licentia eſt teſtis. gloſ. in authen. de teſt.
in §. ſi verò dicatur ſeruilis. ſuper verb. ita ſit. circa fi.
verſ. item quid de monacho. cap. ſuper prudentia. in
fi. 14 q. 2. rationem affert gl. in d. auth. tit. de teſtib. §.
ſi verò dicatur. in verb. ita ſit, circa finem, verſ. item
3 de monacho. volens eam eſſe, quod † monachus pro
mortuo habetur mundo.

Diuerſum ab hac re videt voluiſſe Accurſ.in auth. ſi teſtis productus dicatur,ſuper verb. impleat. C. de teſt per l. 1. ff. de teſtib.& idem Accurſ tradit in §.cogitandum.ſuper verb.teſtes.in auth.de monach.quo in loco illud accuratè obſeruat, ꝙ & ſi monachus mortuus præſumatur id tamen intelligi debet quoad matrimoniũ,vt in §.ſi aũt.co.tit.de monach.in auth.

Cōc rdes hos efficere poteris, vt prior ſnīa locum ſibi vēdicet de iure canonico,vt ibi allegata, & ꝑ tot. tit. ne cleric. vel monach. quod animaduertit apoſt. ad d.gl.in verb.teſtis.§.cogitādũ.poſterior vero,vt ꝑcedat de iure ciuili vt cauetur in d. gl. & ibi apoſtil.

Amplia cōcluſionē, etiam locum habere in quolibet alio monacho,vel conuerſo,aut alterius cuiuſuis
5 religionis† quoniam teſtes eſſe non poſſunt iniuſſu illius,cui ſubſunt,arg.d.c.monachi.26.q.1.c.2.de poſtul.c.nō magno.ne cler.vel monach.Steph. Aufrer. tract.ſuo de reproba.teſti.nu.22.& ver.canonicus regularis non poteſt. num. 13. conſulas latè docentem Campeg.tract.de teſtib.reg.91.cum aliquot ſeq.

Primò limita concluſionē,vt vera non ſit,quando
6 agitur de cauſis propriæ eccleſiæ† in quibus canonici admittũtur in teſtes,vt ſancitum eſt in auth. ingreſſi. C.de ſacroſ.eccl.& ibi gl. 14.q.2.per totum,& ibi glo. Ang.in auth.de monach.§.cogitandũ.Ant.de Butr. in ſuo repert.in d.teſtis. in col. 28.allegat notabiliter auth.ſi dicatur.C.de teſt.in gl.Cāpeg.d. tract.reg.93.
7 Secūdò limita,vt canonicus poſſit eſſe teſtis† in cā ſui canonici,teſtis eſt ad id glo.& ibi Sicul.& Fel.nu. 4.ver.not.quod canonicus.c.cum R.de off.deleg.ſup verb.cum ſint eius ſocij.Steph.Aufrer.d.tract.de teſt. poſt n.13.verſ.adde ꝙ canonicus.D.Nell.à S Gemin. d.tract.de teſtib.nu.22.cum allegatis ibi per eum.

Verumtamen minor, vel maior fides eis eſt adhi-
8 benda † prout illorum ad cauſam ſtudium patiet, nã eorum vox eſt funeſta,quam reprimi potius, quã audiri oportet.c.placuit.2.q.7.l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler.Crot.in ſuo tract.de teſtib.nu.75.& Aufre.vbi ſupra poſt d. nu. 13.

Tertiò limita,vt poſſit teſtificari canonicus ꝑ Col
9 legio,† & Capitulo.c.inſuper.& ibi Imo.nu.3. de teſt. cuius rei ea videtur eſſe ratio, quia ipſi reddunt teſtimonium vt ſinguli,non vt vniuerſitas, vt tradit Inn. d.loco, & videas ea, quæ à nobis dicta fuere ſuprà in concluſione, Abbas. Quod tamē eſt intelligendum, dummodo ipſe non agitet in cauſa,vt ſuprà dixi in d. concluſ.Abbas,& conſulas infra concluſionem, clericus.& concluſionem,Monachus.

Quartò limita, vt etiam canonicus teſtis eſſe poſſit
10 in†cauſa ſuæ præbendæ, vt dictum eſt ſupra in concluſione Abbas, & dicetur infra in cōcluſione clericus,tradidit Bal.ratione canonici regularis, in addit. ad Spec.d.tit.de teſt. verſ. Monachus.

Quintò fallit cōcluſio,etenim canonicus regularis
11 in teſtamento ad pias cauſas† teſtis eſſe poteſt,ita docuit Bal.in d.l.1.pen.col.C.de ſacroſ.eccleſ.& in repet. comprobat id per auth. de monach. Campeg.in ſuo tract.de teſtib.reg.94.in 4. limit.quod corroborat argumento à minori ad maius,nã ibi aſſerit,Monachũ poſſe eſſe teſtē ad pias cās, ergo multo magis canonicũ,cũ in illo non ſit tanta religionis, & voti aſtrictio.
12 Sextò declara, quia licèt canonicus religioſus† & quilibet alius clericus teſtimonium dicere non dēat in cauſis priuatorum, & vbi aliter veritas haberi non poſſit, id ſine licentia ſui Prælati fieri non debeat. c. quanquam.14.q.2.Nihilominus ſi ſponte deponit ſine auctoritate ſui Prælati coram iudice ſeculari, vel
13 alio iudice nō ſuo† valet eius depoſitio. Abb.in c.cũ nuncius.nu.3.& 4.extra de teſtib.& ibi Fel.nu.3.gloſ. Abb.& alij in c.1.in gl.fin.de iur.calum.Rol.à Valle conſ.24.nu.77.cum ſeq. lib. 1.

CONCLVSIO CCLXI.

ARGVMENTVM.

Canonizatio quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Canonizationis probatio difficilis.*
2 *In canonizatione quæ requirantur.*
3 *Canonizandus quis non eſt ob ſanctitatem ſolum.*
4 *Peccatum eſt dare eleemoſynam propter inanem gloriam.*
5 *Bonitas vitæ in quibus conſideratur.*
6 *Superbis Deus reſiſtit, ſed humilibus dat gratiam.*
7 *Quæ requirantur ad probandum vitam laudabilem confeſſoris canonizandi.*
8 *Ad canonizandum aliquem non ſufficit ipſum fuiſſe eximiè doctum, vel prudentem,vel præter omnes in omni ſcientiarum genere peritiſſimum.*
9 *In martyribus canonizandis quæritur tantum de miraculis,& de cauſa propter quam paſſi ſunt.*
10 *Sanctitas vitæ ſufficit ad meritum animæ canonizandi.*
11 *Cauſa, propter quã quis patitur,vt canonizetur,debet eſſe à Sancta Romana eccleſia approbata, & confirmata.*
12 *Permulti hæretici crudeliſſimum genus mortis perpeti nō dubitarũt potius,quàm à peruerſa ſua hæretica opinione diſcedere.*
13 *Sententia mortis omnium terribilium maximè horribilis, horrifica,& formidabilis.*
14 *Multi catenis circumuincti dum cremarentur, canere nō ceſſarunt, donec mors vocem abrumperet.*
15 *Georgius Cella Nouarienſis ciuis Bononiæ hereſeos cōuictus,ſpreto tormenti terrore,& ſpacio ad ſalutem retinendã,obſtinatè in hæreſi permanens,carmina ſemp decãtauit,donec vnaquæq; pars corporis ſui cõbuſta fuit.*
16 *Anglici cuiuſdam hæretici impium facinus,qui etiã viuus igne torreri,quàm à nefaria hæreſi deſiſtere, maluit.*
17 *Georgius Seruiæ,quę Meſię pars eſt,Princeps,dixit ſe malle regno priuatum laqueo vitam finire, quàm à paterna auorum ſuorum religione diſcedere.*
18 *Viri animo fortiores eſſe ſolent.*
19 *Iuuenculi,ac mulieres permulta non minus ad mortē conſtanti animo ſe præpararunt, quàm ſi ad nuptias, vel ad ſaltus prodijſſent.*
20 *Separatio extrema corporis,& animæ quàm ſit contraria naturæ exemplo Domini noſtri Ieſu Chriſti oſtenditur.*
21 *Duarum mulierum Bohemarum conſtantia in ſceleratæ diſciplinæ inſtituto.*
22 *Margarita Tridentina fratris Dulcini hæreſiarchæ cōiunx crudeliter comburi maluit,quàm ſcelus,quod profitebatur deſerere.*
23 *Corpora damnatorum apta aduſtioni.*
24 *Miracula probari debent ad ſanctum canonizandum.*
25 *Miraculum ex Deo fit cum vitæ bonitate eius, per quem ipſe id operatur.*
26 *Miracula aliquando fiunt per malos arte quadam magica,& diabolica.*
27 *Miraculis ſtatim non eſt credendum,eo quod aliquando etiam fiunt à ſceleratis hominibus.*
28 *Appollonij Thianei magnæ operationes,quæ miracula appellabantur.*
29 *Arphaxat,& Zoroes magi,ꝑ Dijs ſe venditarunt in Nad dauer urbe Aethiopiæ, factis miraculis clari.*
30 *Mirandum facere,donum eſt Spiritus ſancti.*
31 *Iannes, & Mambre Aegyptij magi coram Pharaone quæ miracula fecerint.*
32 *Pythoniſſa quædam ad uitam reuocauit Samuelem precibus Saulis regis.*
33 *Miracula magorum non miracula ſunt, ſed præſtigia propriè dicuntur.*
34 *Miraculum accidit præter rerum naturam.*
35 *Teſpetion Gymnoſophiſtarum in Aethiopia Dux magicis artibus effecit,ut arbor Vlmus Apollonium ſalutaret.*

36 *Miraculum ex hominum meritò contingere debet, nō vi verborum.*
37 *Miraculum debet eſſe apertum, non autem latens.*
38 *Miraculum ad corroborationem fidei eſſe debet.*
39 *Teſtes ſuper miraculis diligentiſſimè ſunt examinandi, & ſigillatim inducendi.*
40 *Miraculorum frequentia probari debet à pluribus teſtibus, quàm duobus.*
41 *Teſtes examinari nō debent ſimul, ſed quilibet ſeparatim, & ſeorſum, vnuſque poſt alium.*
42 *Teſtibus ſuper miraculis debet adhiberi diligens inquiſitio ſingularum circumſtantiarum.*
43 *Miracula ad canonizandum aliquem non ſolum probari debent in vita facta, ſed etiam poſt mortem.*
44 *Vincētij Ferrarienſis ordinis Prædicatorum mors, & canonizatio, & Bernardini Senenſis ordinis S. Franciſci canonizatio quo tempore ſequutæ ſint.*
45 *Bernardinus Senenſis, & Vincentius Ferrarienſis ſeptem annis ante mortem miraculis claruerunt.*
46 *Miracula plura requirūtur ad canonizandum aliquem.*
47 *Margarita Belgica Louiano oriunda, ob eius in caſtitate conſtantiam crudeliter occiſa, in flumenque rapidiſſimū proiecta, contra rapidiſſimos fluctus viſa fuit mirabili ſplendore natare.*
48 *Virguncula Parmenſis miracula quędam, licèt admiranda, non tamen ad canonizationem ſufficientia.*
49 *Miraculum vnicum ad canonizationem nō ſufficit, ſed plura deſiderantur, & ante, poſt mortem in perſona canonizandi diuina gratia facta.*
50 *Canonizare ſanctos poteſt ſolus ſummus Pontifex.*
51 *Pontifex Max. Dei Opt. Maxim. perſonam & vices gerit in terris.*
52 *Deus, & Pontifex Max. vnum, & idem tribunal faciūt.*
53 *Summus Pontifex eſt ſupremus Dei Vicarius, iſque mentitur, qui aliter ſentit.*
Pontifex Max. eſt ſuper omnes, & ſuper omnia in ſpiritualibus. ibid.
54 *Summum Pontifex Vti Vicarius Chriſti, qui canonizat ſanctos in eccleſia triumphante, ſic canonizat ſanctos in eccleſia militante.*
55 *Canonizatio ſanctorum iure, ac meritò ad ſummū Pontificem pertinet.*
56 *Epiſcopus non poteſt ſanctos in ſua diœceſi canonizare.*
In canonizatione non requirit conſenſus Cardinaliū. ibi.
57 *Pontifex in canonizatione errare non poteſt, ſicut nec in cæteris, quæ reſpiciunt fidem eccleſiæ.*
58 *Quæ in canonizatione obſeruanda ſint.*
59 *Miracula hodie Deus raro operatur.*
Miracula ſunt veriora ſigna ſanctitatis alicuius. ibi.
60 *Miracula interdum etiam fiunt ab improbis hominibus.*
61 *Circa maiora maius periculum verſatur.*
62 *Miraculorum operatio frequens creſcere debet, famâ de operibus percrebreſcere, & in cordibus Chriſtianorum opinio ſanctitatis, anteaquam quis canonizetur.*
63 *Pont. Rom. quæ facere debeat, quando continuis ſupplicationibus, fama, & miraculorum continuatione eidem inſtatur pro canonizatione alicuius, vide vſq; ad finem concluſionis.*
64 *Summus Pontifex compellitur ad requirēdum conſilium epiſcoporum, vbi de fide agitur.*
65 *Qui non ſunt ſcripti in matricula, ſunt tanquā priuati.*
66 *Militibus ſcriptis in matricula ſolum danda ſunt priuilegia militaria.*
Mercator non deſcriptus in matricula, non gaudet priuilegio mercatorum. ibid.
67 *Qui non reperitur ſcriptus inter alios de vniuerſitate, non præſumitur eſſe de vniuerſitate.*
68 *Canonizari, nec adſcribi aliquis poteſt ad ordinem, & dignitatem Apoſtolorum.*

Quàm difficilis, & arduæ probationis ſit, vt quis in canonizatorum numerū re-
1 ferri dignus cenſeatur† facilè id ille diudicabit, q va-
ria hominum; & ſtudia, & appetitus, quibus aguntur,
inſpexerit. Tantò enim canonizationis eſt probatio
difficilior, quantò canonizatorum veneratio magis
colenda eſt, & obſeruanda. Multi quippè viſi ſunt, &
in dies (Dij melius faxint) videmus quamplurimos, q
nomini perpetuo ſtudentes, ſe & quotidianis vigilijs,
& abſtinentia continua conficiunt, vitæ ſuæ neceſſa-
ria ſubducētes, diſciplinis, ac ſupplicijs aſperrimis ſe
quaſi mactant, & quauis deniq; vitæ duritia, in dies
magis affligantur acerbiſſimè: quorum tñ meritum
apud Deum ter Opt. Max. exiguum eſt, aut omninò
nullum. Idq; ea ratione potiſſimum, quod ipſe, cū ſit
ſcrutator (ſm Prophet.) cordium, & renum, omnia in
iſtiuſmodi præter animi integritatem, & ſinceritatē
reperiat. Inanis enim gloriæ appetitus ſæpè hominē
tranſuerſum agit, & ad huiuſmodi vitę acerbitatē, &
vt quiduis etiam patiatur, compellit, quàm, vt ſinceri,
& boni quid ſupponat, tantū ſiquidem eſt relinquē-
di quidpiam poſteritati, quod de ſe dicatur, poſtquā
è viuis excellerit, deſiderium.

In hac ergo difficilis probationis materia ex mul-
tis pauca, idq; qua poteſt fieri breuitate perſtringam.
Duo in primis, vt qs canonizetur, probanda eſſe cē-
2 ſeo, vitæ preteritæ ſanctitas, & integritas,† Deīq; eius
perſonæ, ſiue vitā, ſiue mortem miraculis illuſtraſſe.
Nec in hoc ſola ſanctitas vitæ quoad actū canonizā-
di ſufficit, quoniam facilè contingere poteſt, vt ficta,
vel ſimulata ſit, vt ſuprà diximus, nec rectū reſpiciat
finem, ſed potius appetitu inanis gloriæ bonum ſe ſi-
mulabat, vt diceretur bonus, licèt reuera non eſſet, vt
ſunt hypochritæ, vt ſanctiſſimè ſcripſit D. Matthæus
7. c. Incedūt induti pellibus ouium, intus aūt sūt lupi
rapaces. Vnde hmōi vita non eſt meritoria, imò de-
meritoria, & contra tales exclamat Paulus dicēs; Vi-
de quantum bonum eſt charitas, ſi ita martyriū feri-
mus, vt noſtras velimus reliquias ab hominibus libe-
rari, & ſi opinionē vulgi ſectantes, ſanguinē intrepidi
fuderimus, & ſubſtantiam noſtram vſq; ad medicra-
tē propriam dederimus, huic operi non tam præmiū,
quàm pœna debetur, & perfidię magis tormenta sūt,
quàm corona victoriæ. cuius opinioni patrocinatur,
3 eandē ſniam tenens† ſcilicet, quòd ob ſanctitatem ſo
lam quis non ſit canonizandus, frater Auguſtinus de
Ancona in ſumma de poteſt. eccl. q. 15. dub. 2. de quo
trāsūptiuè in c. vide 1. q. 1. ideò dicit ibi gl. dare elee-
4 moſynam propter inanem gloriā† peccatū eſſe, argu.
c. militare. 23. q. 1. Vndè dr̄ in Euangelio Matthæi 6.
cum facis eleemoſinam, noli tubi canere ante te, &
eodem loco in fi. Neſciat ſiniſtra quod faciat dextra.
Et hæc bonitas vitæ cōſideratur in multis laboribus,
5 in morib. caſtis† in ſtrenuis actibus. c. miramur. verſi.
nec poteſt de eius morib. 61. diſt. & hoc oportet præ-
sēti teſtificatione prædicari, & bonæ famæ præconijs
nō taceri. c. quatuor 12. q. 2. ſicut. n. homines fama bo
nos cæteri obſeruant in vita, & venerantur, rurſus ve-
rò q fama mali habētur, ſpernūt, & abhorrent. Vndè
ſi ſummus Pontifex illū canonizaret, q fama bonus
non haberetur, nedū non venerarentur, illū fideles ꝙ
deberent, ſed irriderēt, vt inquit D. Frater Auguſtinus
in ſum. de poteſtat. eccle. q. 15. in 3. dubio. Maximè ēt
quęri dēt de ſimplicitate, & humilitate, quia ſuperbis
6 Deus reſiſtit† humilibus autem dat gratiam. Iac. 4.
Item debet inquiri, an in vita perſecutiones paſſus
fuerit. c. omnis qui. 7. q. 1. & an paſſus ex charitate, c.
fin. incip. ibi adunat. d. 7. q. 1. & d. c. vide quantum bo-
num. Iſta probantur per Doctor. in cap. 1. de reli. &
vener. ſanct. per Ioan. Andr. & alios Doct. in c. vnico,
eod. tit. in 6.
Ad probādum verò vitam laudabilem canonizā-
7 di in cōfeſſoribus adduci poteſt† ꝙ dicitur de epiſco-
po confirmando, ſecundum Hoſt. in ſumma de elec.
§. qui eligitur. verſ. canon tamen antiquus, cuius hæc
verba ſunt, nam debet eſſe natura prudens, docilis,

moribus temperatus, vita caſtus, ſobrius ſuis negotiis
ſemper cauẽs, humilis, miſericors, literatus, affabilis,
in lege Domini inſtructus, in ſcripturarum ſenſibus
acutus, in dogmatibus eccleſiaſticis exercitatus, &
ante omnia fidei documenta ſimplicibus aſſerẽs, ſci-
licet, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, & c. c.
qui epiſcop. 23. diſt. c. fi. 50. diſt. Non tamen ſufficeret
8 ad canonizandum aliquem † ſi fuerit eximiè doctus,
vel prudens, vel præter omnes in omni ſcientiarum
genere peritiſſimus, dicuntur enim tales non in vni-
uerſum in ſe boni, quales oporteret eos eſſe, qui dent
generaliter omnibus prodeſſe, cuiuſmodi ſunt sãcti,
ſed ſunt in ſe præcipuè boni illo bono intellectus, &
ſimilium, ita dixit frater Auguſt. de Anco. in ſumma
de poteſt. eccl. q. 15. dubio 1. vbi etiam dubio 5. ſentit
nec ob donum prophetiæ debere quẽ canonizari. In
9 martyribus. n. non fit tanta examinatio † ſed quæritur
tantùm de miraculis, & cauſa, propter quam paſſi sũt
arg. c. catechumenum, & c. baptiſmi vicẽ. de conſecr.
diſt. 4. ſecũdum Hoſt. in ſum. de reli. & vener. ſancto-
rum. verſ. & hæc intelligas ſufficit tamen iſta ſancti-
10 tas vitæ † ad meritum animæ canonizandi, ſecundũ
Auguſtinum in c. teneamus. 1. q. 1.

Nec fruſtra additur cauſa, propter quam paſſi ſunt.
Non. n. eſt reſpiciendum ad ſupplicij genus, vel tor-
mentorum aſperitatem, niſi cauſa, propter quã quis
11 patitur à S. Romana eccleſia approbata, † & confir-
mata ſit. Quot. n. hiſce noſtris infeliciſſimis, ac deplo
randis temporibus vidimus, qui blãditiis, falſiſq; hæ-
reticorum doctrinis in fraudem pellecti, & ſeducti,
laqueiſq; diabolicis irretiti, quoduis etiam crudeliſſi-
mum genus mortis perpeti non dubitarũt, quàm vel
12 latum quidem vnguem † à peruerſa ſua hæretica ſca-
bie diſcedere. Non paucos equidem audi in medijs
ignibus carmina, hymnoſq; nõ Deo creatori ſuo, ſed
Diabolo, cui sẽper decepti ſeruierant, modulaſſe, ac
alacri fronte, lætoq; animo geſtientes, ſententiã mor
13 tis † quæ omnium terribilium maximè horribilis,
horrifica, & formidabilis eſt (vt ait Plato) ſuſti-
nuiſſe, qui cum iam igne feruentiſſimo, catenis circũ-
uincti cremarentur, canere non ceſſarunt, donec ca-
14 tenis iam candentibus medij ſcinderentur, † ac mors
ipſa vocem abrumperet. Qualis fuit Georgius Cella
Nouarienſis ciuis, qui cum Bononiæ hęreſeos conui-
ctus eſſet, eũq; nec promiſſa, nec minę à propoſito de-
ducerẽt, vt viuus combureretur, damnatus fuit. Itaq; in
sũma pyra ſine laqueo vllo cõſtitutus veſte feno de-
libuta amictus eſt, vt tormẽti aucto terrore facilius à
ſuo propoſito reuocaretur. Verùm cum in ſententia
perſtaret, vt ad pęnitentiã quoq; regreſſus relinquere-
tur, in vna pyra prius cõiectus ignis, ita eã ſenſim ſuc-
cendebat, vt adhuc ſpacij per multũ Georgio ad ſalu
tẽ retinendam, ſi eum pęniteret, daret. Cæterùm quo
periculũ magis augebat, eo obſtinatius in hęreſi per-
15 manẽs † & carmina sẽper decãtãs, paulatim, donec vl
la pars ſupfuit, cõbuſtus eſt. Ful. li. 3. c. 3. Egn. li. 3. c. 3.

Pertinaciſſimus et fuit in malo ꝓpoſito ætate nr̃a,
dum iſta in manibus haberemus nõdũ typis impreſ-
ſa, qdã Anglicus hæreticus, qui Romę in Baſilica di-
ui Petri dũ publicè ſacerdos manè ſacra de more per-
agit, audacter, & impudẽter ſacrũ calicẽ è ſacerdotis
manib. abripuit, in mediũq; tẽplũ, vbi frequẽtiſſimè,
vt rei diuinæ intereſſent, cõuenerãt hoĩes, ꝓiecit. Qđ
cũ, vt Chriſtianã religionẽ probro afficeret, ſe auſum
fuiſſe, aſſereret, ſeq; ꝓ falſa religione ſua oĩa tormen-
16 torũ genera perpeſſurũ cõfirmaret † in media pyra ſu
di alligatus, cũ nunq̃ à duob. ſocietatis Ieſu integer-
rimis patrib. Anglicis à nefaria ſuperſtitione, q̃ pro-
fitebatr̃, abduci, & ad ſanctiſs. Chriſtianã religionẽ re
uocari poſſet, abſciſſa prius impia manu, qua deteſtã-
dũ ſcelus aggreſſus erat, viuus exuri, & torreri maluit.

Quin etiã Georgius Seruiæ, quæ Meſiæ pars eſt, Prin-
ceps, ac dominus, cũ Græcorum errorem ſequeretur,
in catholica fide hortatus à Io. Capiſtrano celeberri-
mo Minorum fratrum concionatore, vt ad Romanę
17 eccleſiæ dogma veniret, dixit † ſe malle regno priua-
tũ laqueo vitã, finire quã à paterna, auorũq; ſuorũ re-
ligione diſcedere. Fulg. lib. 6. c. 4. Neq; hoc ſpectacu-
18 lum in viris ſolũ, † qui animo fortiores eſſe ſolẽt, ſed
proh dolor, in iuuenculis, ac mulieribus tenuioris, &
imbecillioris naturæ quoties editũ eſt? Hæ etenim nõ
minus ſe ad mortem generoſo, conſtantiq; animo p̃-
19 parabant, † quàm ſi ad nuptias, vel ad ſaltus prodirẽt.
Cùm tamen, quàm naturæ illa extrema corporis, &
aĩę ſeparatio ſit cõtraria, ſatis Dñi noſtri Ieſu Chriſti
exẽplo doceamur, qui cũ iam mortis hora à Deo Pa-
tre ab æterno decreta immineret, ſudore ſanguinis
20 aqua mixta, † vt diuinæ hiſtoriæ teſtãtur, manauit, &
tñ hæc omnia, vt maiori, tum probo, tum etiã animæ
fęliciſſimæ diſpendio afficiantur, ſupplicia ſuſtinent.

Legimus enim in Bohemia, poſt Vinciſlai Regis
mortem, Gallum quendam, natione Piccardum no-
uæ hæreſis ſcelus in eam intuliſſe. Is Adami nomine
inter ſectatores vſurpato, cũ adoptiuum ſe Dei filiũ
appellaret, atq; redigere gentem ad primos hominũ
ritus vellet, inſtituit, vt nudi degerent, ac promiſcuus
fœminarum vſus eſſet. Cuius turpitudinis magnitudi-
nem abominatus Io. Ziſca, qui eo tẽpore magna ex
parte Bohemorum genti imperabat, gentẽ hanc, quę
Litmericij amnis inſulã incolebat, adortus, occidio-
21 ne deleuit, † ſuperſtitibus tantũ fœminis duab. quod
eas grauidas eſſe inuenerit. Hæ aũt, cũ neq; poſt par-
tum diſcedere à ſceleratæ diſciplinæ inſtituto vellẽt,
& propterea ſupplicio ſuccenſis ignibus rogo iniectę
afficerentur, carmina modulantes nunquam, donec
eas vita defecit, canere deſiuerunt. Egnat. lib. 3. c. 3.
Fulg. lib. 3. c. 3. Parem quoq; obſtinationi cõiunctam
Nouariæ patientiã oſtendit Tridentina mulier Mar-
garita nomine, fratris Dulcini hæreſiarchę coniunx,
cuius hæreſis haud multum abhorrebat ab ea, de qua
nuper dictum eſt, in eam ſectam, cum ingentẽ traxiſ-
22 ſet numerum, comburi maluit † quàm ſcelus, quod
profitebatur, deſerere, id quod Bonifacij Octaui Põ-
tificatu actum fuit. idem ibidem.

Vult quippè Deus interdũ huiuſcemodi hoĩes ob-
duratos ac hęreticę prauitatis laqueis irretitos, & hoc
in ſeculo torqueri, grauiora tñ animę reſeruãs in futu
ro ſupplicio, poſtq̃ corpora eorum aptiora erũt cõbu-
23 ſtioni, dicente ſcriptura † & erunt corpora damnato-
rũ apta aduſtioni. Vt è contrario legimus multis ſan-
ctorũ Patrũ, & hoc in ſeculo ꝓſpera illis cõtigiſſe oĩa
& tñ poſt hãc vitã frui illa æterna beatitudine, & fęli
citate nunq̃ intermoritura, ſed ad reliqua pergamus.

Secundo, vt dictum eſt ſuperius, ad ſanctum cano-
24 nizandum debent probari miracula, hoc eſt † vt Deus
eius ſiue mortem, ſiue vitam nonnullis miraculis il-
luſtrauerit. Caſſan. Catalogo gloriæ mundi 3. par. c.
pen. verſ. 2. D. Troyl. Maluit. tract. de canonizat. ſan-
cto. §. aggredior. in prin. eſt tex. diui Auguſt. regiſtra-
tus in c. teneamus. 1. q. 1. & ibi Doctor. Ad probatio-
nem verò miraculi quatuor in primis probantur.

25 Primò, † vt ex Deo fiat cum vitæ bonitate eius, per
quem Deus id operatur. Troyl. d. loco ſup. citato. n. 6.
alioquin ſimplex miraculũ nõ ſufficeret, qñ miracu
26 la aliquando fiunt per malos arte quadã magica, † &
diabolica. d. c. teneamus. 1. q. 1. c. nec mirum. in 2. col.
26. q. 5. Vndè dicit gl. in verb. miraculi, in c. cũ ex in-
27 iũcto. de hæret. ſtatim nõ eſſe credẽdũ miraculis † eo,
quod aliquando etiam fiunt, ut dictũ eſt, à ſceleratis
hominibus, ut latè proſequitur Troyl. loco ſup. citat.
Vt fuit Apollonius Tyaneus, q plurima prædixit fu-
tura, q̃ ita (ut prædixit) euenerunt, qui cæcos, claudos,
atq; ab immundis ſpiritib. uexatos quibuſdam præſti-
gijs ſanauit. Hic Epheſum urbem graui peſte laborã-
tem liberauit. Hic cũ in Palatio publicè cuſtodiretr̃,
apud Domitianũ accuſatus, ab eius cõſpectu euanui

atque

atq; Puteolis eo die inuentus eſt, quo Comitē promi-
28 ſerat, atq; vt illic ſe expectaret, mādarat. † Hic ētiā im-
perāte Nerone, cum in Tiglini manu libellus eſſet, in
quo eius accuſatio cōtinebatur, prodigioſe effecit, vt
apertus liber nulla in parte ſcriptus inueniretur. Fulg.
lib. 8. c. 2. Philoſtratus in vita Apollon. relat. li. 13. c. 4.
Huiuſmodi fuerunt Arphaxat & Zoroes magi, qui ſe
29 p Diis venditarant † in Naddauer vrbe Aethiopie, fi-
ctis miraculis clari. Infinita hmōi ſuperſtitioſorū ho
minū multitudo, qui ſimulatis quibuſdam miraculis
miſeras hominū mentes decipiunt. Ex hoc igitur cō-
ſequitur, vt neceſſe ſit vt illi per quos Deus miracula
operatur, impetrauerint à Deo, quæ mandat. c. ſi quis
præpoſtera. 10. diſt. & hoc caſu procedit illud ꝙ dicitᷣ
30 † facere miraculum donum eſſe Spiritus ſācti, vt c. q̄-
rendum. de pœnit. diſt. 2. & ibi notatur, alioquī nō eſt
miraculū, vt in diuinis monumentis ſcriptis eſt cōſe-
cratum de Ioanne, & Mambra Aegiptiis Magis, qui
coram Pharaone diuinum numen, quo Moyſes vte-
31 batur, prodigiorū magnitudine auſi laceſſere † vt vir-
gæ, quas habebant, ſerpentes viderentur, atq; vt aqua
cruentaretur, naſcerenturq; ranæ, fecerunt. Exod. c. 7.
de quibus latè in c. nec mirū 26. q. 1. Et vti legitur de
32 Pythonyſſa quadam † quæ ad vitē reuocauit Samue-
lem precibus Saulis Regis, de quo agitᷣ primo Regū.
c. 28. quæ quidem ficta fuit vitæ reſtitutio, & nō vera,
33 qualis illa vera fuit Lazari, quæ prædicta omnia † &
his ſimilia nō miracula ſunt, ſed præſtigia propriè di-
cuntur. c. reuera. & ibi Arch. de conſecra. diſtin. 2.

Secundò requiritur, vt præter rerum naturā id acci-
dat, ſicut dictū eſt de virga Moyſis mutata in ſerpen-
34 tem, reliquorum magorum virgas † ēt in ſerpētes cō-
mutatas deuorante, de qua habetur Exod. 7. 8. 14. 16.
17. & c. reuera. de conſecra. diſt. 2. & c. cū ex iniuncto.
de hæret. ſimile eſt de Aſina loquente ad Balaam, de
qua legitur Ioſue c. 3. & 4. & Deuter. 8. c. latè Troyl. d.
loco ſupra allegato, n. 40. Illud verò ꝙ legitᷣ de The-
ſphetione magicis artibus effectum eſt. Hic etenim
Theſphetion Gymnoſophiſtarū in Aethiopia Dux
35 † pcepit arbori vlmo, vt Apolloniū ſalutaret. Illa ſa-
lutauit, diſtincta qdem voce, ſed fœminea, auctor eſt
Philoſ. in Appollo. vita, & Volat. li. 13. c. 4. Anthrop.

36 Tertiò requiritur, ne vi verborū † ſed ex hominum
merito illud cōtingat. Nam panis, & vinū poteſtate,
& virtute verborū tranſſubſtantiatur in corpus, & sā-
guinem Domini. c. cū Matth. ext. de celebra. miſſ. ſed
37 requiritur, vt † miraculū ſit apertum, nō autem latēs,
& credibile, vt eſt Eucharistia. Troyl. d. loco nu. 41.

Quartò requiritur, vt miraculū ſit ad corroboratio-
38 nē fidei. † Herba enim miniſterio, & induſtria homi-
nis tranſit in vitrū, ſed nihil hoc ad corroborationem
fidei. Ideò ad canonizationem alicuius, niſi hęc qua-
tuor cōcurrerent in miraculi probatione, nō pdeſſet,
quia non eſſet miraculū, ſed potius miraculoſū, vt di-
cit Io. And. in c. vnico. de reliq. & vener. sāct. in verbo
ſedis. cir. fi. & Hoſt. in ſūma de reliq. & vene. sāct. verſ.
item quærēdū eſt de miraculis. Arch. d. c. tenemus.
1. q. 1. Hoſt. Io. Andr. & alij in c. venerabili. de teſt. ex.
& ibi Bal. Troyl. d. loco ſupra alleg. n. 42. cū ſeq. Caſſ.
catalog. glor. mundi. 3. par. c. pen. & de his quatuor re-
quiſitis in miraculo vide ſingul. gl. in c. vnico. in ver-
bo, ſedis Apoſtolicæ. ſub ſing. lib. 6.

Super huiuſcemodi miraculis, (quæ vt dictū eſt) om
39 nimodè ad canonizationem alicuius requirūtur † te-
ſtes diligētiſſimè ſunt examinādi, & ſigillatim indu-
cēdi, vt cautum eſt in c. venerabili. de teſt. latè D. Go-
fre. in ſua ſum. de reliq. & vener. ſanct. Henric. Ferrād.
in Apoſtil. Guid. Pap. q. 84. c. miramur. circ. fi. 61. diſt.
Bar. tract. de teſt. §. qualitas. nu. 56. cum ſeq. Frāc. Cur.
in tract. de teſtib. concluſ. 37. num. 80. ibi. Nec ſufficit
aliquem deponere de vno miraculo, & alterū de al-
tero, teſtatur Abb. conſ. 42. incip. ex multis agitatis. ex
latè traditis à Troyl. d. loco citato, nu. 60. vbi ex au-
ctoritate in d. c. ne mirum. 26. quæſt. 3. Vincent. in d.
40 cap. venerabili. de teſtib. aſſerit, requiri † vt frequen-
tia miraculorum probetur à pluribus teſtibus, quàm
duobus, & idem miraculum per eoſdem teſtes, idque
factum eſſe tali die per inuocationē talis ſancti oſtē-
dendum eſt. Nec ſufficit probare vnum miraculum
eſſe factū per duos teſtes, & aliud per alios duos, & c.
Nā tales dicuntur diuerſa probare, nec inter ipſos in
eodem actu conueniūt. Troyl. d. loco citato, vt inſtit.
de duob. reis. §. 1. & c. ex quadam. extr. de teſtib. Nec
41 etiam debēt teſtes ſimul examinari † ſed quilibet ſe-
paratim, & ſeorſum, & vnus poſt alium, cæteroqui ir-
ritum eſſet teſtimonium, vt ait inſigniter. Io. Andr. in
d. c. venerabili. verb. ſigil. quem refert, & ſequitur D.
Troyl. loc. ſup. cit. nu. 54. debetq; fieri diligens inqui-
42 ſitio † ſingularum circunſtantiarū, de quib. in c. cauſ.
de teſt. quod comprobat Bart. in d. ſuo tract. de teſt. §.
qualitas ſine ſubſtantia. nu. 56. Nec præterea ſatis eſt,
ſi probentur miracula ante mortem, in vita facta, ſed
43 neceſſe eſt et miracula poſt mortē canonizandi † ar-
gumentis planū facere, ita Troyl. in d. loc. ſup. allega.
nu. 73. Hoſt. in ſum. de reliq. & venera. ſanct. Io. And.
in c. vnic. de reliq. & vener. ſanct. li. 6. & ibi latè gl. in
verb. ſedis, cir. fi. quæ in terminis hoc ſpeciatim tradit
quod idem colligi poteſt ex 84. q. Guid. Pap. dum tra-
44 ctat de canonizatione ſanctorum † Vincēij Ferrar.
ordinis Prædicatorū qui mortuus eſt anno a Natiui-
tate Do 1415. & canonizatus anno 1455. Romę à sū-
mo Pontifice Calixto Tertio. & Bernardini Senē. or-
dinis S. Frācis̄ q canonizatus fuit anno Iubileo 1450.
45 a Pontif. Max. Nicolao Quinto † quos aſſerit ſeptem
annis ante mortē clariuiſſe miraculis. Nec inſup vni-
cū miraculū ad canonizandū aliquem ſufficit, ꝙ aut
ante mortē, aut poſt mortē permittente gratia diuina
46 cōtingit † ſed & plura requirūtᷣ miracula, & ſimul ea,
de quibus agitur in gl. ſing. in d. c. vnico in fi. de reliq.
& venerat sācto. in 6 Audiuimus ēt aliquot hiſce nō
ſtris tēporib. in quorū mortē mire Chriſtus operatus
eſt, inter quos vel illa adoleſcētula Margarita noīe,
natione Belgica, celeberrimo Louanio oriūda Prin-
cipem locum obtinet, quæ ardentiſſimo ſemper zelo
caſtitatem cum foueret, vt mēs ipſa ſoli Deo tanquā
ſponſo ſuo per amorē copularetur, & vt melius cogi-
taret ea, quæ Dei ſunt, vtq; corpore ſancta eſſet ſicuti
erat ſpiritu, quod virginibus conuenire ait D. Paul. 1.
ad Cor. 7. ab omniū conſuetudine ſe abſtinuit, q̄ cum
ita vitā caſtè degeret, inuidus tantę caſtitati aduerſa-
rius Diabolus, quā plurimos in eius fœdum amorē, q
illius animum ad libidinem occulta carnis ſtillatio-
ne illicerent, excitauit, quo factū eſt, vt illi ęitro amo
ris perciti, cū animum libidinoſum explere facto nō
47 poſſent † vt illam noctu oppreſſam, atque crudeliter
occiſam, in flumen rapidiſſimum, quod Diliā vocāt,
proiecerunt. Cuius corpus caſtum indignum ſanè ta-
li ſepultura contra rapidiſſimos fluctus contrarijs vn-
dis mirabili ſplendore natauit, qui tantus erat, vt to-
tam Ciuitatem mirificè quaſi Sole quodā meridiano
illuminaret, ac omnes in ſummā admirationē rape-
ret, nihilominus canonizata nō eſt. Plura nāq; vt di-
ctū eſt ſupra, ad canonizationē requirūtur, hęc ſiqui-
dē, & id genus alia meo quidē iudicio cōtingere poſ-
ſe videntur, & iſtiuſmodi improrū tantę effrenatę li-
bidinis diuina Maieſtas multum ſcelus non patitur,
ſed debitas ſuis facinoribus pœnas luent, ꝙ quoties
cōtigerit permiſſu diuino, facilè ille nouerit, q ſacros
libros, vel à primo (quod aiunt) limine ſalutauerit.

Cui non diſſimile eſt illud, quod de Virgūcula illa
Parmēſi memoriæ traditum eſt, quæ cū inceſtuoſum
patrui ſui concubitum conſtantiſſimo aīo recuſaret,
48 ab eodem truculenter cæſa occubuit † è cuius caſtiſ-
ſimo corpore poſtquā à crudeliſſimo illo ſicario hu-
mo iniecta contectū eſt, geminę faces noctu ſplendi-
diſſimæ, viſæ ſunt, adeo quidem ardētes, vt oēs illas

loci incolas mirum in modum in admirationem ſui
traherent, quę nec fulgere deſtiterunt, donec à Reue-
rend. Parmenſi Epiſcopo corpus illud, vt par erat, ho
norificentiſſimè humatum eſt. ex cuius ore puriſſima
lilia ſuccreſcere viſa fuere. Hæc, & ſexcēta alia in me
dium afferre poſſem, ſi fuſius hæc repetere noſtri eſſet
inſtituti, huiuſcemodi tamen miracula licèt admirā-
da ſint, ad canonizationē tñ non ſufficiunt, vt ex bul
la illa Leonis Sum. Pontiſ. X. quæ in canonizatione
S. Franciſ. de Paula ordinis fratrum minorum inſtitu
toris, anno à Natiuit. Dom. 1519. ipſis Cal. Maij pro-
mulgata fuit, ſatis dilucidè conſtat, quam refert Lau-
ren. Zurius in ſuis hiſtor. 2. par. in vita D. S. Franciſ. de
Paula, quā vide copioſè. Ex qua colligi videtur vni-
49 cum miraculum † ad canonizationem non ſuffice-
re, ſed deſiderari plura, & ante, & poſt mortem in
eius perſona diuina gratia facta, quibus etiā accedere
debent ea, quæ ſuperius in primo requiſito poſita sũt.
Reliquum eſt, vt paucis oſtendatur quis canonizare
poſſit, & quæ formula in eadem obſeruari debeat. Et
ad prius quod attinet, breuiter dicendum eſt, ſolum
50 Sum. Pōtifi. † canonizare poſſe ſanctos, & iſta eſt opi
nio Panor. & Imol. in c. fi. de feriis. per tex. in c. 1. in fi.
de reliq. & venerat. Sancto. Vbi clarè cauetur, ne quis
ſine præcipua Sum. Pontifie. auctoritate canonizare
poſſit. Idem ſequitur eſt Imol. in c. venerabili. de te-
ſtib. extra Hoſt. in ſumma eod. tit. de reliq. & venerat.
S. Ant. Flor. in 3. par. ſuæ ſummæ. tit. 22. c. 5. §. 5. & pro
hac opinione. Io. Andr. in c. vnic. eo. in verb. ſedis. de
reliq. & venerat. ſanct. in 6. vbi adducit quinq; ratio-
nes poſt d. gl. quæ ibi videri poſſunt, latè D. Troyl. in
d. tract. de canoniza. ſancto. §. ſequitur. nu. 6. quib. ac-
51 cedat, quòd Pontif. Max. † Dei Optimi Maximi per-
ſonam, & vices gerit in terris, vt ſancitum eſt in c. 4.
de tranſlat. Epiſ. in c. vt noſtrum. vt eccleſ. benef. ſine
diminut. conferant. c. fundamenta. §. docet. de elect.
lib. 6. clem. 1. §. 1. de Magiſt. Spec. tit. de lega. §. nunc
eſt ſciendum. verſ. 89. & glo. in verb. quod Deo. in c.
ſerpens. de pœn. diſt. 1. Et idem ſentit Tho. in trac. ſuo
contr. Græco. errores. q. 71. quo ad reſtē laudat Chry-
ſoſtomum, in primis verò diſt. 83. dicit Hoſt. in c. quā-
52 to. de tranſlat. epiſc. † Deum, & Pontificē Maximum
vnum. et idē tribunal facere, & tradit Bal. in l. Barbar.
Pilip. ff. de offic. prætor. Sum. Pōtiſ. eſſe ſupremū Dei
53 Vicarium † eumq; mentiri, qui aliter ſentit, quinimò
in poſtremis verbis aſſerit, Pontif. Max. eſſe ſuper om-
nes, & ſuper omnia in ſpiritualibus. Et cùm ſit Vica-
rius ſupremus Dei, & ſit in locum eius in hoc terrarū
orbe ſuffectus, tanquam ſapiat naturā eius, qui cano-
nizat ſanctos in eccleſia triumphāte, ſic canonizabit
54 ſanctos † in eccleſia militāte, & iſta eſt * cōis opinio,
* vt dicit Imol. in d. c. fi. extr. de fer. Et ita etiā ſentit Io.
de Turre Crem. in c. 1. de cōſecr. diſt. 3. vbi dicit cano-
55 nizationem ſanctorum iure, ac meritò † ad Summū
Pontif. triplici ratione, quas ibi videas, pertinere, latè
proſequitur Caſſ. catalog. glor. mund. par. 3. 47 conſi-
deratio. idē voluit Auguſt. de Anco. in ſumma de po
teſt. eccleſ. q. 14. in 1. dub. vbi reſpon. contrarijs. arg. &
in 2. dub. ibi tenet in tantum Sum. Pontif. hoc ſpecta-
56 re † vt nec epiſcop. poſſit ſanctos in ſuo diœceſi cano
nizare. Nec in hoc requiritur conſenſus Cardinaliū,
vt docuit gl. in verb. contingeret. in d. c. fundamenta.
in §. decet. de elect. in 6. cui etiam adhęret Io. And. &
Do. in c. ſi ſuper eo. de hæret. lib. 6. Sal. in rub. C. de le-
gib. allegans Archid. in c. quæ ad perpetuum. & in c.
ſunt quidam 25. q. 5. & in c. quāuis. de offic. ord. in 6. &
frater Aug. de Anc. in ſumma de poteſt. eccl. q. 14. in
3. dub. Reliqua cōſulas apud Caſſ. d. loc. ſup. citat. &
vſq; eò tenenda eſt hec concl. vt ēt aſſeuerandum ſit,
57 Sūm. Pōtific. † in hoc errare nō poſſe, ſicut nec in cę-
teris, quæ reſpiciunt fidem eccleſiæ, præalleg. frater
Auguſt. de Anco. in d. ſua ſum. de poteſt. eccl. d. q. 14.
in 4. dub.

Supereſt, vt de forma canonizationis dicamus, vi-
deamuſque quæ obſeruentur. Hæc verò, quæ ſequun-
tur plerunq; obſeruari ſolent.

Primò igitur expectandū eſt, donec aliqui probatæ
vitæ, honeſtiſque moribus viri rē Sum. Pontiſ. ſignifi-
58 cent, vt Diuum in Sanct. num. referat † idq; nō ſemel,
ſed diuturnis precib. poſtulent, efflagitent, inſtent, vr-
geant, ꝙ idem de cōceſſione, & petitione pallij vſur-
pari ſolere, obſeruatum eſt in c. quidā cedendi, ext. de
renunc. c. cum petitam. de elect. Non. n. ſtatim pmo-
ueri ad perficiēdam iſtiuſmodi inquiſitionem Rom.
Pontif. ſed potius expectare conſueuit, quandiū pul-
ſetur, & an fama de hac re percrebuerit, & verū mira-
cula in dies magis augeantur, & cōtinentur, antequā
inquiſitionem committat, & id quidem iure, ac meri
59 tò præſertim propter tria. Primò † quia miracula ho-
die Deus raro operat, vt dicit S. Auguſt. in lib. de ve-
ra relig. quæ miracula ſunt veriora ſigna ſanctitatis
60 alicuius. Deindè, ꝙ miracula interdum ēt fiant † ab
improbis hominib. vt d. eſt ſup. per c. te ncanius. c. nec
mirum. 26. q. 5. gl. & c. cum ex iniuncto. ext. de hæret.
Bal. in c. venerabili. de teſtib. ext. Vnde cauēdum eſt,
ne populus decipiatur. vt in c. fi. ext. de reliq. & vene-
61 ra. ſanctor. Poſtremò, quia cir. maiora † maius pericu
lum verſatur, ideò cautius eſt agendum, & diuturna
tarditate, & cōſiderata maturitate. c. quieſcamus 40.
diſt. c. miramur. 61. diſt. c. nuper. 7. q. 2. c. vbi periculū.
in prin. de elect. in 6. & in l. 1. §. ſed & ſi quis. ff. de car-
bon. edict. Tertiò vt differendo, & procraſtinādo cre-
62 ſcat frequens operatio miraculorū † & fama de ope-
ribus illius percrebeſcat, in cordibuſq; Chriſtianorū
opinio ſanctitatis, & firmetur, atq; roboretū, ad id con
ſulas fratrē Auguſt. de Anco. in ſum. de poteſt. eccleſ.
q. 16. dub. 2. licet non ita latè id deducat.

Secundùm requiſitum eſt, vt ſi ſupplicationib. cō-
tinuis vrgeant, & fama, & miraculorum continuatio
63 in dies magis vires accipiat, ſoleat Rom. Pōtif. † hoc
referre ad fratres, & ad aliquos epiſcopos Patriæ il-
lius, qui dicitur ſanctus, vel ad alios bonæ frugi, inte-
gerrimæq; vitæ viros in conſultationem proponere.
vt diligēter inquirant de fama, de pietate, ſanctitate,
& religionis cultu populi, & de miraculis, & alijs, quę
ſunt eidem nūciata in vniuerſum, & non ſpeciatim,
& quoad famam, & non quoad veritatem, & vt lite-
ris mādent, quæ euenerint, & an eis videatur, vt ſuper
veritate eorundem ſit inquiſitio committenda.

Tertiùm eſt, vt ſi tales reſcribant talia, per quæ vi-
deatur requiſitionem veritatis eſſe committendā, re-
quirat iterum ſummus Pontifex fratrum conſilia, &
diffiniat, vtrum ſit inquiſitio committenda, necne.

Quartùm, quòd ſi inquiſitio ei cōmittenda videa-
tur: denuo reſcribat eiſdem, vel alijs, vt iterum veri-
tatem requirant, primò de fama, deindè de vita, po-
ſtremò de miraculis exactè, diligēter, fideliter, & pru
denter, ſecundum articulos, & interrogationes, quæ
ſub bulla ſua tranſmittit, de quo notatur in c. venera-
bili. de teſtib. extra, et quod inuenerint, remittant ſub
ſigillis proprijs incluſum.

Quintùm, vt remiſſa inquiſitione committat exa-
minatio in curia aliqbus capellanis, vel alijs, pbatis,
& conſultiſſimis viris, qui etiā componant rubricas.

Sextùm, vt rubricæ ita compoſitæ exacta diligētia
examinentur à Pontif. Max. & eius fratribus, & requi
rat Summus Pontifex conſilia eorundem, an ſcilicet
videantur probata talia, propter quæ ſit canonizatio
non immeritò facienda.

Septimùm, ꝙ ſi Pontif. Max. videbitur eſſe facien-
dam, hoc diffinit ſecreto inter fratres, & ad id perti-
net, quod per ſimilitudinem dicitur de ſubſtantia, &
forma electionis, vt obſeruant Doctor. in c. quia pro-
pter. de elect. & ibi glo. in verb. maior.

Octauum, vt in vnum conuocatis Epiſcopis, qui
ſunt præſētes in curia, narret publicè in cōſiſtorio ea,
quæ

Digitized by Google

quæ acta ſunt,& probata, ſecreta definitione iā facta ſuppreſſa & requirat cōſilium Prælatorū,huc ſpectat gl.in verb.cōſilio,in c. Anaſtaſius, 19. diſtin. vbi aſſe-
64 rit † ſummum Pontificem compelli ad requirēdum conſilium Epiſcoporum,vbi de fide agitur,quā gloſſam ſequuntur ibi Dominic.& Cardinal.idem etiam cōfirmat,quod dicit Panor.in c. ſignificaſti. de elect.

Nonum,ſtatuitur certa dies,vt omnes conueniant ad aliquod templum,in quo accendētur cerei multi, templiq; parietes in ſplendido apparatu aulæis obrēduntur,omniaq; argento,veſte omni apparatu,ornatuque videantur,illucque conueniant, ſummus Pōtifex proceſſum recitans,& probata, populum obſecrationibus roget, vt ad Deum preces fundat ipſumque imploret, ne eos labi in hac re patiatur.

Decimū,vt flexis genibus pia & religioſa fiat oratio,& cantet hymnus, Veni ſanctę Spiritus,vel alius, ſiue antiphona,quæ tunc congruat.

Vndecimum,vt ſurgat ſummus Pōtifex ab oratione, & definiat illū,de quo agitur,ſanctum eſſe,& ſanctorum catalogo aſcribendū, & ad hoc cōfirmandū doctrina eſt Accurſ.inſignis in l. eos. in verb. qui. C.
65 de officio mag.milit. qui ait † eos,qui non ſunt ſcripti in matricula eſſe tanquam priuatos. Ideò dicit Ang. in auth.de mand. princ. §. penul. incipiente ſi quidē. poſt gloſ.ibi.in d verb.collat. 3. ſolum militibus ſcri-
66 ptis in matricula † dāda eſſe priuilegia militaria. Vndè tradidit Bald.in l.diximus.in fin.ff.de excuſat. tut. mercatorem non deſcriptum in matricula non gaudere priuilegio mercatorum, hoc idem adiuuat cap. ſi Romanorum. 16.diſtinct.vbi probatur,eū,qui non
67 reperitur ſcriptus inter alios de vniuerſitate † nō præſumi eſſe de vniuerſitate.

Duodecimum,& vltimum requiſitū eſt, vt præcinatur,Te Deum laudamus,& celebret ſummus Pontifex rem diuinā ſolemniter in honorem illius Sācti, ꝙ idē fit,peracta epiſcopi electione, ſecundū Spe. tit. de elect.§.1.verſ.cōſequēter.c.de hymnis.de cōſecra. diſt.1.de his vide late D.Troyl. d.ſuo tract. de canonizat.§.reſtat quartū.& Caſſan.catalog. glor. mund. c.vltimo.& frater Auguſtinus de Anco.in ſumma de poteſt.eccleſ.q.16.in ſecundo dubio. quos vide.Illud etiam ſciendum eſt,ad ordinem,& dignitatem Apo-
68 ſtolicam † non poſſe aliquem adſcribi,nec canonizari,vt per d.fratrem Auguſt.vbi ſupra in quarto dubio.

Et hic eſt vſus,q in praxi ſolet obſeruari, & quāuis nōnihil ab inſtituto recedere videamur,nihilominus in gratiam ſtudioſorū lectorum praxim actus ſolēnizationis canonizationis paucis aſcribere volumus.

CONCLVSIO CCLXII.

ARGVMENTVM.

Cantus quomodo probentur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis dicens ſe vidiſſe aliquem bene cantare, nihil probat.*
2 *Cantus,& ſonus ſub auditionem cadunt, & aſpectu percipi non poſſunt.*
3 *Vndecim,quæ oculorum ſenſu percipiuntur.*
4 *Oculorum ſenſus ad cæteros omnes eſt quaſi generalis,illiq; ſub iſto comprehenduntur.*
5 *Oculorum ſenſus communis eſt vnicuique ſenſui.*
6 *Nomine viſus corporis ſenſus intelligitur.*
7 *Teſtis dicens ſe Titium vidiſſe promittere, optimè probat.*
8 *Teſtis deponens per hac verba,vidi tale vinum eſſe dulce,& talem rem duram,vel mollem,quæ alio ſenſu percipiuntur,rectè probat.*
9 *Senſus viſus adaptatur ad omnem ſenſum.*
10 *Veritas magis oculata fide, quam per aures animis hominum infigitur.*

1 Teſtem dicentem † ſe vidiſſe aliquem benè cantare,nihil probare, auctor fuit Bal.in c.cum cām.de teſt.nu.53.cantus etenim, & ſo-
2 nus aſpectu percipi non poſſunt † ſed ſub auditionem cadunt,nā quę oculorū ſenſu percipiuntur,vndecim
3 tātūmodo ſūt ex mēte Philoſophi † pulchritudo,lux, tenebræ,color,corpus,figura,remotio,propinquitas, motus,& quies. Et cum nullum horum ſub auditionem cadat,ſequitur,vt malè deponat,ſic Bal.d. loco.

Tuum tamen lector hac in re eſto iudiciū. Etenim vt aliter ſētiam,illud ſuadere vr̄, nam oculorū ſenſū
4 ad cæteros oēs eſſe quaſi generalē ſenſū, † illosq; ſub iſto cōprehendi,auctor eſt idem Bal.in addit.ad Spec. tit.de teſte.col.2.verſ.viſus eſt quaſi.p Cin. in l.teſtiū. & in l.nomen.C.de teſt.id ēt ſentit Bar.in §.hinc.nobis col.3.verſ.ſed non obſtat,ꝙ dicit hic,in authē.de hæred.& Falci.quod integrè arbitratus eſt Guid.Pap.
5 in ſing 462 §.ſenſus viſus.ad hæc † vnicuiq; ſēſui eſſe coēm oculorum ſenſum tradidit Alouiſ. de Albert.
6 in ſing.156.ſenſus viſus.vnde nomine viſus † corporis ſenſus intelligi cōſirmauit Spec.in §.1.nu.53.verſ.quā nomine viſus,tit.de teſte.Hinc rectè colligebat Bart. in tract.de teſt verſ.teſtis dixit.nu.16.teſtem dicentē,
7 ſe Titium promittere vidiſſe,† hunc optimè probare, quod idem proſequitur Bar.in d tract.de teſt.in verb. vinū.nu.34.eadē permotus ratione, quia oculorū ſēſus ad omnes alios corporis ſenſus ſpectat, vt ibi per eum.quotidie n.inquit Bart.in d. tract.de teſtib.verſ. teſtis dixit,nu. 16. dicimus, vidi tale vinū eſſe dulce,
8 † & vidi talē rē eſſe duram,vel mollē,& ſimilia, cum alio ſenſu percipiantr̄,quē ſequit̄ Guid. Pap.in d.ſing. 642. vbi id pro eximio,& ſingulari tradit,ſenſū viſus
9 † adaptari ad omnem ſenſum,ideò teſtem dicentē,q. vidi,in vtroque ſenſu probare,motus auctoritate glo. in c.teſtes,ſup. verb.quæ nouerunt,& viderūt.3.q.9.& Arc.in l.ꝙ meo.§.ſi vēditorē.ff.de acq.poſſ.quam gl. adducit etiam idem Alouiſ.de Albert.in d.ſing.156.

Quod fortaſſe ea ratione corroborari poteſt.nā, vt
10 inquit Imper.in §.6.Inſt.de grad.cognat.† magis veritas occulata fide,quam per aures animis hominum infigitur,quam rationem probauit Io. And. in addit. ad Spec.in rub.in principiō. Tācredus poſuit. tit. de excu. tent. circa fin.

CONCLVSIO CCLXIII.

ARGVMENTVM.

Capellania honoris quomodo per teſtes probari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Capellania honoris ſeu protonotariatus quare non probetur per teſtes.*
2 *Capellania honoris non probatur per teſtes,etiamſi per ipſos probaretur poſſeſſio.*
3 *Poſſeſſio nihil operatur in his, quæ conceduntur ex ſolius Principis priuilegio.*
4 *Capella ſummi Pontificis de iure ſcripturam nō requirit.*
5 *Teſtes deponentes de poſſeſſione,eo quod viderint aliquem inſignibus,& ornamentis capellaniæ honoris indutum, fidem faciunt.*
6 *Signum oſtendit ſignatum,ſicut ſtigmata militem,habitus monachum,& clericum, purpura regem, ſtola ſacerdotem,toga aduocatum,bircus ruſticum.*
7 *Talis quis præſumitur,qualis in habitu reperitur.*
8 *Priuilegia ſummi Pontificis viuæ vocis oraculo conceſſa ſolent in publicas tabulas referri, & in matriculam redigi.*
9 *Capellania honoris non probatur per teſtes, etiamſi deponerent, ſe non opinari,ſed ſcire capellanum honoris eſſe talem,quia adfuerunt in curia,dum ille creatus fuit.*

10 *Teſtimonium bonum eſt, quod de actu, quod oculis cerni, vel auribus hauriri differt.*

11 *Capellania honoris non probatur per verba narratiua ſummi Pontificis.*

12 *Narratiua ſummi Pontificis non probat, quando innititur facto alieno non autem proprio.*

13 *Familiaritas probari debet, etiam ſi ſummus Pontifex aſſerat in literis ſuis quem familiarem Cardinalis.*

14 *Ad probandum quem fuiſſe Papæ capellanũ, ſufficit producere gratiam, in qua id narretur.*

15 *Capellanatus probatur quando in gratia narratur, illum per cuius obitum vacauit beneficium, fuiſſe capellanum ſummi Pontificis.*

16 *Confeſſio facta in epiſtola tranſmiſſa probat contra ſcribentem, & pro non ſcribente.*

17 *Allegans ſe gratiã peculiariter à Põt. Max. ſub certa verborum formula obtinuiſſe, debet illam producere, cum nihil faciat, probando narrata per teſtes.*

18 *Communis opinio inducit præſumptionem, quę transfert onus probandi in aduerſarium, ſi poſſeſſor petit abſolutionem, non autem adiudicationem.*

19 *Capellania honoris probatur per teſtes, ſi adducatur probabilis cauſa impedimenti, quod de dicta ſuſcriptione fidem facere non potiſt.*

20 *Capellania ſatis probatur per ſupplicationem aduerſarij, in qua impetrat beneficium morte Titij, quem narrat fuiſſe capellanum.*

21 *Verbis narratiuis ſummi Pontificis etiam de facto alieno creditur quoad aliquod præparatorium.*

22 *Narratiuę Papę creditur quoad effectu obtinẽdi adiudicationem, vel et quoad effectum obtinendi commiſſionẽ.*

23 *Narratiuæ, & aſſertioni Papæ ſtatur etiam de facto alieno in his quę ſunt parti præiudicij.*

Capellaniam honoris ſeu protonotariatũ ſiue auditoriatũ

1 Rotæ, † non probari per teſtes, pluribus non eſt à nobis confirmandum; etenim cum de ea communiter ſcriptura cõfici ſoleat, quæ facilè poteſt haberi, hinc fit, vt probatio per teſtes videatẽ captioſa, ſic decidendo ſenſit Egid. Bellam. deciſ. 432. incip. capellania. & deciſ. 433. poſſeſſio, & deciſ. 610. licet. & deciſ. 612. & 613. & ſequitur Caſſan. de conſuetu. Burg. tit. *des juſtices & droicts.* §. 6. nu. 13. ver. aduerte ad id, fol. 70.

2 Amplia prędictam concluſionẽ procedere † etiam ſi per teſtes probaretur poſſeſſio qui dicerẽt ſe vidiſſe illum indutum cappa, & roccheto, ita diremit Bella. deciſ. 433. quia in his, quę conceduntur ex ſolius Prin-

3 cipis priuilegio † nihil operatur dicta poſſeſſio, ſic tradidit Bella. d. deciſ. 433. deciſ. 611. cũ deciſ. 612. actor.

Verùm vt aliter ſentiam, illud ſuadere videtur, nã

4 ſummi Pontificis capella † de iure ſcripturã nõ requirit, quoniam Pont. Max. qui capellanos creat intercedente bulla eos non creat, ſed illos recipiendos curat à camerario, & in numerum aliorum redigendos, qui cappa, roccheto, & bireto eos ornat, vt ait Bella. dec. 611. in princ. & Aene. de Falcon. in tract. reſeruat. 3.

5 principali. q. nu. 16. ꝙ cũ ita ſit, videtur † teſtes de poſſeſſione deponẽtes, eo quòd viderint illũ inſignib. & ornamentis capellaniæ honoris indutũ eſſe, quæ niſi prædictis capellanis concedi ſolent, fidẽ facere, inſpecta præcipuè rõne ſupradicta, cũ (vt ait Bal. in c. cum, nu. 2. extr. de probatio.) ſignum oſtẽdat ſignatũ, ſicut

6 ſtigmata militem. l. ſtigmata. C. de fabricẽs. † habitus monachum, & clericũ. c. ſi iudex. de ſent. excom. lib. 6. chlamis militem, purpura regem, ſtola ſacerdotẽ, toga aduocatum, bricus ruſticũ cucull a monachũ, vt legitur, & notatur in l. 1. C. nul. licet. in frẽ. equeſtrib.

7 lib. 11. ex quibus infertur † quòd talis quis præſumitur, qualis in habitu reperit. c. in audientia. de ſẽt. excom.

Contrariũ tamen deciſum eſt, idq; propter præſũptam calumniam, vt voluit Bellam. d. deci. 611. in fi.

Accedat huc, quod ſũmi Pontificis priuilegia viuæ vocis oraculo concesſa ſoleãt in publicas tabulas re-

8 ferri, ac ſub certa forma † in matriculam redigi, cuius exemplum facilè haberi poteſt, cum in archiuio ad perpetuam rei memoriam cuſtodiantur, & hinc eſt, quod teſtes in poſſeſſione habitus nihil probẽt, cum poſſeſſio in his, quæ conceduntur ex ſolius Principis, vel ſummi Pontificis priuilegio nihil operetur, adeò vt abſurdum ſit, illam allegare, ut cauit Bellam. in d. deciſ. 611. in princ. item dec. 746. licet obſeruet, cuius etiam meminere Io. Andr. & Arch. in procem. lib. 6.

Sub ampliã vſque eo prædictam ampliationẽ pro-

9 cedere † etiam ſi teſtes deponerent, ſe non opinari, ſed ſcire talem eſſe capellanũ honoris, quia adfuerint in curia, dũ ille creatus fuit capellanus, ſi credimus Bellam. deciſ. 613. Nec huic rei refragatur, ꝙ Bart. in ſuo tract. de teſt. docuit, hoc teſtimonium eſſe bonum, ꝙ

51 cedat,quòd Pontif.Max.† Dei Optimi Maximi perſonam, & vices gerit in terris, vt ſancitum eſt in c.4. de tranſlat.Epiſ.in c.vt noſtrum.vt eccleſ.benef. ſine diminut.conferant.c.fundamenta.§. docet. de elect. lib.6.clem.1.§.1.de Magiſt. Spec.tit. de lega. §. nunc eſt ſciendum . verſ. 89. & glo.in verb.quod Deo.in c. ſerpens.de pœn.diſt.1.Et idem ſentit Tho.in trac.ſuo contr.Græco.errores.q.71. quo ad teſtẽ laudat Chryſoſtomum,in primis verò diſt.85.dicit Hoſt.in c.quã-
52 to.de tranſlat.epiſc.† Deum,& Pontificẽ Maximum vnum.et idẽ tribunal facere,& tradit Bal.in l.Barbar. Pilip.ff.de offic.prætor.Sum. Põtif. eſſe ſupremũ Dei
53 Vicarium † eumq; mentiri,qui aliter ſentit,quinimò in poſtremis verbis aſſerit,Pontif.Max.eſſe ſuper omnes,& ſuper omnia in ſpiritualibus. Et cùm ſit Vicarius ſupremus Dei, & ſit in locum eius in hoc terrarũ orbe ſuffectus,tanquam ſapiat naturã eius, qui canonizat ſanctos in eccleſia triumphãte, ſic canonizabit
54 ſanctos † in eccleſia militãte,& iſta eſt * cõis opinio, vt dicit Imol.in d.c.fi.extr.de fer. Et ita etiã ſentit Io. de Turre Crem.in c.1.de cõſecr.diſt.3.vbi dicit cano-
55 nizationem ſanctorum iure, ac meritò † ad Summũ Pontif.triplici ratione,quas ibi videas,pertinere, latè proſequitur Caſſ.catalog.glor.mund.par.3.47 conſideratio.idẽ voluit Auguſt.de Anco.in ſumma de poteſt.eccleſ.q.14.in 1.dub.vbi reſpon.contrarijs.arg.& in 2.dub.ibi tenet intantum Sum.Pontif. hoc ſpecta-
56 re † vt nec epiſcop.poſſit ſanctos in ſuo diœceſi canonizare. Nec in hoc requiritur conſenſus Cardinaliũ, vt docuit gl.in verb.contingeret.in d.c. fundamenta. in §.decet.de elect.in 6.cui etiam adhęret Io.And.& Do.in c.ſi ſuper eo.de hæret.lib.6.Sal.in rub.C. de legib.allegans Archid.in c.quæ ad perpetuum. & in c. ſunt quidam 25.q.5.& in c.quãnis.de offic.ord.in 6.& frater Aug.de Anc.in ſumma de poteſt.eccl.q. 14. in 3.dub.Reliqua cõſulas apud Caſſ.d.loc.ſup.citat. & vſq; eò tenenda eſt hęc concl.vt ẽt aſſeuerandum ſit,
57 Sum.Põtific.† in hoc errare nõ poſſe,ſicut nec in cęteris, quæ reſpiciunt fidem eccleſiæ, præalleg. frater Auguſt.de Anco. in d.ſua ſum.de poteſt.eccl.d.q.14. in 4. dub.

Supereſt,vt de forma canonizationis dicamus, videamuſq; quæ obſeruentur.Hæc verò,quæ ſequuntur plerunq; obſeruari ſolent.

Primò igitur expectandũ eſt,donec aliqui probatæ vitæ,honeſtiſque moribus viri rẽ Sum.Pontif.ſignifi-
58 cent,vt Diuum in Sanct.num.referat † idq; nõ ſemel, ſed diuturnis precib.poſtulent,efflagitent,inſtent,vrgeant,q; idem de cõceſſione, & petitione pallij vſurpari ſolere,obſeruatum eſt in c.quidã cedendi,ext.de renunc.c.cum petiram. de elect. Non.n.ſtatim pmoueri ad perficiẽdam iſtiuſmodi inquiſitionem Rom. Pontif.ſed potius expectare conſueuit, quandiu pulſetur,& an fama de hac re percrebuerit, & vtrũ miracula in dies magis augeantur,& cõtinentur, antequã inquiſitionem committat, & id quidem iure,ac meri-
59 tò præſertim propter tria. Primò † quia miracula hodie Deus raro operat,vt dicit S.Auguſt. in lib. de vera relig. quæ miracula ſunt veriora ſigna ſanctitatis
60 alicuius. Deindè, ꝙ miracula interdum † fiant ab improbis hominib.vt d.eſt ſup.per c.teneamus.c.nec mirum.26.q.5.gl.& c.cum ex iniuncto. ext. de hæret. Bal.in c.venerabili.de teſtib.ext. Vnde cauẽdum eſt, ne populus decipiatur.vt in c.fi.ext.de reliq.& vene-
61 ra.ſanctor. Poſtremò,quia cir. maiora † maius periculum verſatur, ideò cautius eſt agendum, & diuturna tarditate,& cõſiderata maturitate.c. quieſcamus 40. diſt.c.miramur.61.diſt.c.nuper.7.q.a. c. vbi periculũ. in prin.de elect.in 6.& in l.1.§.ſed & ſi quis.ff. de carbon.edict. Tertiò vt differendo, & procraſtinãdo cre-
62 ſcat frequens operatio miraculorũ † & fama de operibus illius percrebeſcat, in cordibuſq; Chriſtianorũ opinio ſanctitatis, & firmetur,atq; roboret,ad id conſulas fratrẽ Auguſt.de Anco.in ſum.de poteſt.eccleſ. q. 16.dub.2.licet non ita latè id deducat.

Secundùm requiſitum eſt,vt ſi ſupplicationib. cõtinuis vrgeant,& fama, & miraculorum continuatio
63 in dies magis vires accipiat,ſoleat Rom.Põtif.† hoc referre ad fratres, & ad aliquos epiſcopos Patriæ illius,qui dicitur ſanctus,vel ad alios bonæ frugi, integerrimæq; vitæ viros in conſultationem proponere. vt diligẽter inquirant de ſama,de pietate, ſanctitate, & religionis cultu populi,& de miraculis, & alijs,quę ſunt eidem nũciata in vniuerſum, & non ſpeciatim, & quoad famam,& non quoad veritatem, & vt literis in dent,quæ euenerint,& an eis videatur, vt ſuper veritate eorundem ſit inquiſitio committenda.

Tertium eſt,vt ſi tales reſcribant talia , per quæ videatur requiſitionem veritatis eſſe committendã, requirat iterum ſummus Pontifex fratrum conſilia , & diffiniat,vtrum ſit inquiſitio committenda , necne.

Quartùm, quòd ſi inquiſitio ei cõmittenda videatur denuo reſcribat eiſdem , vel alijs, vt iterum veritatem requirant,primò de fama, deindè de vita , poſtremò de miraculis exactè,diligẽter,fideliter, & prudenter,ſecundum articulos, & interrogationes, quæ ſub bulla ſua tranſmittit,dc quo notatur in c. venerabili.de teſtib.extra,et quod inuenerint, remittant ſub ſigillis proprijs incluſum.

Quintùm, vt remiſſa inquiſitione committat examinatio in curia aliquibus capellanis , vel alijs, pbatis, & conſultiſſimis viris, qui etiã componant rubricas.

Sextùm, vt rubricæ ita compoſitæ exacta diligẽtia examinentur à Pontif.Max.& eius fratribus,& requirat Summus Pontifex conſilia eorundem , an ſcilicet videantur probata talia, propter quæ ſit canonizatio non immeritò facienda.

Septimùm, ꝙ ſi Pontif.Max. videbitur eſſe faciendam , hoc diffinit ſecreto inter fratres, & ad id pertinet, quod per ſimilitudinem dicitur de ſubſtantia, & forma electionis,vt obſeruant Doctor.in c. quia propter.de elect.& ibi glo.in verb.maior.

Octauum , vt in vnum conuocaris Epiſcopis, qui ſunt præſẽtes in curia,narret publicè in cõſiſtorio ea,

quæ

Digitized by Google

quæ acta ſunt & probata, ſecreta definitione iā facta ſuppreſſa & requirat cōſilium Prælatorū, huc ſpectat gl. in verb. cōſilio, in c. Anaſtaſius, 19. diſtin. vbi aſſe-
64 rit † ſummum Pontificem compelli ad requirēdum conſilium Epiſcoporum, vbi de fide agitur, quā gloſſam ſequuntur ibi Dominic. & Cardinal. idem etiam cōfirmat, quod dicit Panor. in c. ſignificaſti. de elect.

Nonum, ſtatuitur certa dies, vt omnes conueniant ad aliquod templum, in quo accendētur cerei multi, templiq; parietes in ſplendido apparatu aulæis obtēduntur, omniaq; argento, veſte omni apparatu, ornatuque videantur, illucque conueniant, ſummus Pōtifex proceſſum recitans, & probata, populum obſecrationibus roget, vt ad Deum preces fundat ipſumque imploret, ne eos labi in hac re patiatur.

Decimū, vt flexis genibus pia & religioſa fiat oratio, & cantet hymnus, Veni ſanctę Spiritus, vel alius, ſiue antiphona, quæ tunc congruat.

Vndecimum, vt ſurgat ſummus Pōtifex ab oratione, & definiat illū, de quo agitur, ſanctum eſſe, & ſanctorum catalogo aſcribendū, & ad hoc cōfirmandū doctrina eſt Accurſ. inſignis in l. eos. in verb. qui. C.
65 de officio mag. milit. qui ait † eos, qui non ſunt ſcripti in matricula eſſe tanquam priuatos. Ideò dicit Ang. in auth. de mand. princ. §. penul. incipiente ſi quidē. poſt gloſ. ibi. in d verb. collat. 3. ſolum militibus ſcri-
66 ptis in matricula † dāda eſſe priuilegia militaria. Vndè tradidit Bald. in l. diximus. in fin. ff. de excuſat. tut. mercatorem non deſcriptum in matricula non gaudere priuilegio mercatorum, hoc idem adiuuat cap. ſi Romanorum. 16. diſtinct. vbi probatur, cū, qui non
67 reperitur ſcriptus inter alios de vniuerſitate † nō præſumi eſſe de vniuerſitate.

Duodecimum, & vltimum requiſitū eſt, vt præcinatur, Te Deum laudamus, & celebret ſummus Pontifex rem diuinā ſolemniter in honorem illius Sācti, q̄ idē fit, peracta epiſcopi electione, ſecundū Spe. tit. de elect. §. 1. verſ. cōſequēter. c. de hymnis. de cōſecra. diſt. 1. de his vide latè D. Troyl. d. ſuo tract. de canonizat. §. reſtat quartū. & Caſſan. catalog. glor. mund. c. vltimo. & frater Auguſtinus de Anco. in ſumma de poteſt. eccleſ. q. 16. in ſecundo dubio. quos vide. Illud etiam ſciendum eſt, ad ordinem, & dignitatem Apo-
68 ſtolicam † non poſſe aliquem adſcribi, nec canonizari, vt per d. fratrem Auguſt. vbi ſupra in quarto dubio.

Et hic eſt vſus, q̄ in praxi ſolet obſeruari, & quāuis nōnihil ab inſtituto recedere videamur, nihilominus in gratiam ſtudioſorū lectorum praxim actus ſolēnizationis canonizationis paucis aſcribere volumus.

CONCLVSIO CCLXII.

ARGVMENTVM.

Cantus quomodo probentur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis dicens ſe vidiſſe aliquem bene cantare, nihil probat.*
2 *Cantus, & ſonus ſub auditionem cadunt, & aſpectu percipi non poſſunt.*
3 *Vndecim, quæ oculorum ſenſu percipiuntur.*
4 *Oculorum ſenſus ad cæteros omnes eſt quaſi generalis, illiq; ſub iſto comprehenduntur.*
5 *Oculorum ſenſus commune eſt vnicuique ſenſui.*
6 *Nomine viſus corporis ſenſus intelligitur.*
7 *Teſtis dicens ſe Titium vidiſſe promittere, optimè probat.*
8 *Teſtis deponens per hæc verba, vidi tale vinum eſſe dulce, & talem rem duram, vel mollem. quæ alio ſenſu percipiuntur, rectè probat.*
9 *Senſus viſus adaptatur ad omnem ſenſum.*
10 *Veritas magis oculata fide, quam per aures animis hominum infigitur.*

1 Teſtem dicentem † ſe vidiſſe aliquem benè cantare, nihil probare, auctor fuit Bal. in c. cum cāuſa. de teſt. nu. 53. cantus etenim, & ſo-
2 nus aſpectu percipi non poſſunt † ſed ſub auditionem caduntur, nā quæ oculorū ſenſu percipiuntur, vndecim
3 tātūmodo ſūt ex mēte Philoſophi † pulchritudo, lux, tenebræ, color, corpus, figura, remotio, propinquitas, motus, & quies. Et cum nullum horum ſub auditionem cadat, ſequitur, vt malè deponat, ſic Bal. d. loco.

Tuum tamen lector hac in re eſto iudiciū. Etenim vt aliter ſentiam, illud ſuadere vr̄, nam oculorū ſenſū
4 ad cæteros oēs eſſe quaſi generalē ſenſū, † illosq; ſub iſto cōprehendi, auctor eſt idem Bal. in addit. ad Spe. tit. de teſte. col. 2. verſ. viſus eſt quaſi. p Cin. in l. teſtiū. & in l. nomen. C. de teſt. id ēt ſentit Bar. in §. hinc. nobis col. 3. verſ. ſed non obſtat, q̄ dicit hic, in authē. de hæred. & Falci. quod integrè arbitratus eſt Guid. Pap.
5 in ſing 462 §. ſenſus viſus. ad hæc † vnicuiq; ſēſui eſſe coēm oculorum ſenſum tradidit Alouiſ. de Albert.
6 in ſing. 156. ſenſus viſus. vnde nomine viſus † corporis ſenſus intelligi cōfirmauit Spec. in §. 1. nu. 53. verſ. qui nomine viſus, tit. de teſte. Hinc rectè colligebat Bart. in tract. de teſt. verſ. teſtis dixit. nu. 16. teſtem dicentē,
7 ſe Titium promittere vidiſſe, † hunc optimè probare, quod idem proſequitur Bar. in d. tract. de teſt. in verb. vinū. nu. 34. eadē permotus ratione, quia oculorū ſēſus ad omnes alios corporis ſenſus ſpectat, vt ibi per eum. quotidie n. inquit Bart. in d. tract. de teſtib. verſ. teſtis dixit, nu. 16. dicimus, vidi tale vinū eſſe dulce,
8 † & vidi talē rē eſſe duram, vel mollē, & ſimilia, cum alio ſenſu percipiantur, quē ſequit̄ Guid. Pap. in d. ſing. 642. vbi id pro eximio, & ſingulari tradit, ſenſū viſus
9 † adaptari ad omnem ſenſum, ideò teſtem dicentē, q. vidi, in vtroque ſenſu probare, motus auctoritate glo. in c. teſtes. ſup. verb. quæ nouerunt, & viderūt. 3. q. 9. & Arc. in l. q̄ meo. §. ſi vēditorē. ff. de acq. poſſ. quam gl. adducit etiam idem Alouiſ. de Albert. in d. ſing. 156.

Quod fortaſſe ea ratione corroborari poteſt. nā, vt
10 inquit Imper. in §. 6. Inſt. de grad. cognat. † magis veritas occulata fide, quam per aures animis hominum infigitur, quam rationem probauit Io. And. in addit. ad Spec. in rub. in princip. Tācredus poſuit. tit. de excu. ſent. circa fin.

CONCLVSIO CCLXIII.

ARGVMENTVM.

Capellania honoris quomodo per teſtes probari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Capellania honoris ſeu protonotariatus quare non probetur per teſtes.*
2 *Capellania honoris non probatur per teſtes, etiamſi per ipſos probaretur poſſeſſio.*
3 *Poſſeſſio nihil operatur in his, quæ conceduntur ex ſolius Principis priuilegio.*
4 *Capella ſummi Pontificis de iure ſcripturam nō requirit.*
5 *Teſtes deponentes de poſſeſſione, eo quod viderint aliquem inſignibus, & ornamentis capellania honoris indutum, fidem faciunt.*
6 *Signum oſtendit ſignatum, ſicut ſtigmata militem, habitus monachum, & clericum, purpura regem, ſtola ſacerdotem, toga aduocatum, bricus ruſticum.*
7 *Talis quis præſumitur, qualis in habitu reperitur.*
8 *Priuilegia ſummi Pontificis viuæ vocis oraculo conceſſa ſolent in publicas tabulas referri, & in matriculam redigi.*
9 *Capellania honoris non probatur per teſtes, etiamſi deponerent, ſe non opinari, ſed ſcire capellanum honoris eſſe talem, quia adfuerunt in curia, dum ille creatus fuit.*

10 *Teſtimonium bonum eſt, quod de actu, quod oculis cerni, vel auribus hauriri differt.*
11 *Capellania honoris non probatur per verba narratiua ſummi Pontificis.*
12 *Narratiua ſummi Pontificis non probat, quando innititur facto alieno non autem proprio.*
13 *Familiaritas probari debet, etiam ſi ſummus Pontifex afferat in literis ſuis quem familiarem Cardinalis.*
14 *Ad probandum quem fuiſſe Papæ capellanũ, ſufficit producere gratiam, in qua id narretur.*
15 *Capellanatus probatur quando in gratia narratur, illum per cuius obitum vacauit beneficium, fuiſſe capellanum ſummi Pontificis.*
16 *Confeſſio facta in epiſtola tranſmiſſa probat contra ſcribentem, & pro non ſcribente.*
17 *Allegans ſe gratiã peculiariter a Põt. Max. ſub certa verborum formula obtinuiſſe, debet illam producere, cum nihil faciat, probando narrata per teſtes.*
18 *Communis opinio inducit præſumptionem, quæ transfert onus probandi in aduerſarium, ſi poſſeſſor petit abſolutionem, non autem adiudicationem.*
19 *Capellania honoris probatur per teſtes, ſi adducatur probabilis cauſa impedimenti, quod de dicta inſcriptione fidem facere non poteſt.*
20 *Capellania ſatis probatur per ſupplicationem aduerſarij, in qua impetrat beneficium morte Titij, quem narrat fuiſſe capellanum.*
21 *Verbis narratiuis ſummi Pontificis etiam de facto alieno creditur quoad aliquod præparatorium.*
22 *Narratiuę Papę creditur quoad effectũ obtinẽdi adiudicationem, vel et quoad effectum obtinendi commiſſionẽ.*
23 *Narratiuæ, & aſſertioni Papæ ſtatur etiam de facto alieno in his quę ſunt parui pręiudicij.*

CAPELLANIAM honoris ſeu protonotariatũ ſiue auditoriatũ
1 Rotæ, † non probari per teſtes, pluribus non eſt à nobis confirmandum; etenim cum de ea communiter ſcriptura cõfici ſoleat, quæ facilè poteſt haberi, hinc fit, vt probatio per teſtes videatũ captioſa, ſic decidendo ſenſit Egid. Bellam. deciſ. 432. incip. capellania. & deciſ. 433. poſſeſſio, & deciſ. 610. licèt. & deciſ. 612. & 613. & ſequitur Caſſan. de conſuetu. Burg. tit. *des iuſtices. & droicts.* §. 6. nu. 13. ver. aduerte ad id, ſol. 70.
2 Amplia prędictam concluſionẽ procedere † etiam ſi per teſtes probaretur poſſeſſio qui dicerẽt ſe vidiſſe illum indutum cappa & roccheito, ita diremit Bella. deciſ. 433. quia in his, quę conceduntur ex ſolius Prin-
3 cipis priuilegio † nihil operatur dicta poſſeſſio, ſic tradidit Bella. d. deciſ. 433. deciſ. 611. cũ deciſ. 612. actor.
Verùm vt aliter ſentiam, illud ſuadere videtur, nã
4 ſummi Pontificis capella † de iure ſcripturã nõ requirit, quoniam Pont. Max. qui capellanos creat intercedente bulla eos non creat, ſed illos recipiendos curat à camerario, & in numerum aliorum redigendos, qui cappa, roccheito, & bireto eos ornat, vt ait Bella. dec. 611. in princ. & Aene. de Falcon. in tract. reſeruat. 3.
5 principali. q. nu. 16. ꝙ cũ ita ſit, videtur † teſtes de poſſeſſione depõẽtes, eo quòd viderint illũ inſignib. & ornamentis capellaniæ honoris indutũ eſſe, quæ niſi prædictis capellanis concedi ſolent, fidẽ facere, inſpecta præcipuè rõne ſupradicta, cũ (vt ait Bal. in c. cũm, nu. 2. extr. de probatio.) ſignum oſtẽdat ſignatũ, ſicut
6 ſtigmata militem. l. ſtigmata. C. de fabricẽs. † habitus monachum, & clericũ. c. ſi iudex. de ſent. excom. lib. 6. chlamis militem, purpura regem, ſtola ſacerdotẽ, toga aduocatum, bricus ruſticũ cucculla monachũ, vt legitur, & notatur in l. 1. C. nul. licer in frẽ. equeſtrib.
7 lib. 11. ex quibus infertur † quòd talis quis præſumitur, qualis in habitu reperitũ. c. in audientia. de ſẽt. excom.
Contrariũ tamen deciſum eſt, idq; propter præſũptam calumniam, vt voluit Bellam. d. deci. 611. in fi.
Accedat huc, quod ſũmi Pontificis priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa ſoleãt in publicas tabulas re-
8 ferri, ac ſub certa forma † in matriculam redigi, cuius exemplum facilè haberi poteſt, cum in archiuio ad perpetuam rei memoriam cuſtodiantur. & hinc eſt, quod teſtes in poſſeſſione habitus nihil probẽt, cum poſſeſſio in his, quæ conceduntur ex ſolius Principis, vel ſummi Pontificis priuilegio nihil operetur, adeò vt abſurdum ſit, illam allegare, ita cauit Bellam. in d. deciſ. 611. in princ. item dec. 746. licèt obſeruet, cuius etiam meminere Io. Andr. & Arch. in procem. lib. 6.
Subamplia vſque co prædictam ampliationẽ pro-
9 cedere † etiam ſi teſtes deponerent, ſe non opinari, ſed ſcire talem eſſe capellanũ honoris, quia adfuerint in curia, dũ ille creatus fuit capellanus, ſi credimus Bellam. deciſ. 613. Nec huic rei refragatur, ꝙ Bart. in ſuo tract. de teſt. docuit, hoc teſtimonium eſſe bonum, ꝙ
10 de actu † quod oculis cerni, vel auribus hauriri differit, cum hoc dictũ Bar. locũ habeat, quã probabiliter actus nõ potuit fieri, quin præſens hoc viderit, vel audierit. facilè enim contingere potuit, teſtes in templo fuiſſe, nec quid in ſummi Pontif. capella fiat, cernere potuerint. ſic placitũ eſt Bella. d. loco, deciſ. 613. in fi.
Secundò amplia prædictã concluſionem, vt nec ẽt
11 huiuſmodi capellania honoris probetur per † verba narratiua ſummi Põtificis, exempli gratia, ſi Põtifex Maximus præbendam vacantem conferat tanquam reſeruatã morte capellani honoris, talia verba narratiua ſummi Pontificis non probant, ꝙ ſit capellanus ille, cuius morte vacat talis prębenda, niſi aliàs ꝓbetur, ſic ſtatuere Domini de Rot. deciſ. 107. nota ꝙ vbi, in antiq. arg. clem. ſi ſummus. de ſent. excom. c. ſi Papa, de priuil. li. 6. cuius ratio eſt, nam hoc caſu innititur ſũ-
12 mus Pontifex facto alieno, nõ autẽ proprio † & ideò narratiua eius non probat, vt d. deciſ. 196. nota ꝙ vbi in antiq. & Bellam. deciſ. 253. ſi Papa narrãs, & deciſ. 145. licet verba, & deciſ. 125. ſi appellatus, deciſ. 158. Monach. Rot. deciſ. 697. dic. ꝙ ſi aliqua, & 272. nota qualiter, in antiq. Boniſ. de Virtelli in cle. 1. col. 3. de prob. nu. 39. vbi in terminis tenet, ꝙ ſi Papa cõferat aliquod bñficiũ tanquam reſeruatũ p obitũ talis capellani, non ſtatur eius aſſertioni, quia iſtud de capellano non eſt de facto proprio, cũ potuit eſſe, quod prædeceſſor non fecerit eum capellanũ, vide gl. 1. in cle. 1. de præben. & ibi Arch. Nicol. Boer. deciſ. 328. quæritur, poſt nu. 7. & Ale. in cõſ. 112. Viſa copia. nu. 6. vol. 7. Corn. ẽt cõſ. 139. pro deciſ. poſt nu. 34. lib. 1. ſequitur Pauin.
13 in extrauag. ad omnis. col. 8. dicens non ſatis eſſe † ſi ſũmus Põtifex aſſerat quem familiarem Cardinalis in literis ſuis, ſed debet probari illa familiaritas. ſic aſſeuerauit Lap. alleg. 67. incip. clement. ſi ſummus. nu. 2. & ſeq. quam allegat. citat Pariſ. in conſ. 136. ſtãte, poſt nu. 31. vol. 4. idẽ proſequitur Tiraq. de vtroq; retract. par. 1. gl. 14. §. 1. nu. 49. ſecus autẽ eſſet, vbi de facto ꝓprio quid aſſereret, vel ſuper hac narratiua fundaret intentionem ſuam Lap. d. alleg. 67. nu. 2. Verũ de hac materia latius dicetur infra in concluſ. Papa, & dictũ eſt ſupra in concluſ. Aſſertio, vel Atteſtatio Papæ.
Diuerſum ab hac ſecũda ampliatione videtur voluiſſe Bella. in deci. 596. ſi A. cõtra B. in qua expreſſè habetur, quod ſi quis contra aliquẽ velit probare talẽ
14 fuiſſe Papę Capellanum † ſufficit producere gratiã, in qua narretur talem eundem fuiſſe capellanum.
Hanc contentionẽ hunc in modum ſedare poterimus, vt prædicta deci. 596. Bella. ꝓcedat, quã narratiua Papæ producitur contra impetrantẽ gratiam, in qua narratur illum, per cuius obitum vacauit beneficiũ,
15 fuiſſe Cappellanum Summi Pontificis, eo n. caſu † ꝓbat capellanatus. Ratio ſuppetit, quia talis narratiua inducit cõfeſſionẽ partis impetrãtis, & iccircò in eius præiudiciũ probat, vt ex d. deciſ. 596. colligitur, & per ea quæ animaduertit Io. And. in c. cũ in poſitionibus de iureiur. lib. 6. ſecus verò quando ipſe impetrãs vellet ꝓ ſe vti gratia prędicta, & ex narratiua huiuſmodi
ſimplici

ſimpliciter inducere capellanatū cōtra aduerſariū, quia tunc non ſufficeret, neque probare ſuam volūtatem, vt voluit Rot.dec.197. & alijs ſupra adnotatis, nec id
16 mirum videri debet,† cum & alias cōfeſſio in epiſtola tranſmiſſa facta probet contra ſcribentem, & non proſcribente, vt habuimus à Bart. in l.nuda.nu.10.de dona. & à Bar.deciſ.182.nu.6.

Tertiò amplia concluſionē & locū habere in peculiari gratia à Summo Pontifice viuæ vocis oraculo conceſſa, nam allegans quis ſe gratiam peculiariter à Pontifice Maximo ſub certa verborū formula obti-
17 nuiſſe,† & de narratis dans articulos, petēs eos admitti ad probandū per teſtes, nihil facit, niſi producat gratiā, dummodo eam de regiſtro poſſit faciliter habere Bellamd.dec.61.in fi.ſed de hoc vide in cōcl.Gratia.

Limita primò concluſionē non procedere, ſi poſ-
18 ſeſſor peteret abſolutionē,† non aūt adiudicationem tunc enim communis opinio inducit præſumptionē, quæ transfert onus probandi in aduerſariū, ita cēſuit Bellam.dec.612. ſub fi.l.ſiue poſſideris. C.de proba.& ſcriptis mandauit Cyn.in l.actor.C.de prob.

Secundò limita, niſi adducantur probabilis cā impe-
19 dimenti, † quod de dicta inſcriptione fidem facere non poteſt, ſic monuit Bellam.d.deciſ.611.

Tertiò limita concluſionē, nam licet per teſtes capellania honoris, vt ſupra dictū eſt, non probetur, tū
20 per ſupplicationem aduerſarij † in qua impetrat beneficium morte Titij, quē narrat fuiſſe Capellanum, capellania ſatis probatur iux. ſentēt. Bellam.dec.599. & ſupra dictū eſt in contrario ſecundæ ampliationis.

Quartò limita, vt non procedat, quo ad aliquod pparatoriū, quia tunc creditur verbis narratiuis Sum-
21 mi Pontificis † etiā de facto alieno, vt in ſimilib. terminis dixit Bellam. dec. 42. ad effectū obtinendi, in quo loco habet, vt etſi, quo ad effectū obtinendi adiudicationē non ſufficiat probare aliquem collectorem, vel ſub collectorē per literas Pontificis Maximi narrantes eū ſub collectorē, tñ hoc ſufficit quantum ad effectum obtinendi commiſſionem, qua committitur Auditori, ne obſtante petitione petitorij, ſi repēriat fuiſſe ſub collectorem, procedatur ſuper vtroque:
22 † quia quātum ad iſtum effectum creditur narratiuæ Papæ, & ita dicit procedere opinionem Pauli, & glo. in clem. 1. de probat. ad cuius ſentētiæ comprobationem vltra eum pertinet, quia hic videtur agi de quodam pauco præiudicio, & in his, quę ſunt paruī præiu-
23 dicij, aſſertioni, & narratiuæ Papæ ſtatur † etiam de facto alieno ſecundum Abb. c.cū oporteat. col. 4. de probat. & ibi Fely. col.3. in 4.notab. & infra dicetur in concluſ. Papæ aſſertio.

CONCLVSIO CCLXIIII.

ARGVMENTVM.

Caprarius, quid probare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Caprarius debet pbare, capras ſine dolo ſuo abactas fuiſſe.*
2 *Caprarium fuiſſe in culpa lex præſumit, ſi capræ abactæ fuerint.*
3 *Culpam, vel dolum alterius allegans probare debet, alioqui ſuccumbit.*
4 *Culpa purgatur, eo quod non probatur contrarium.*
5 *Caprario ſufficit pbare caſum, quo pbato excuſat à pęna.*
6 *Caprario obligato ad ſpeciem ſufficit tantum probare interitum, vt excuſetur à pœna.*
7 *Caprarius licet portet pelles animalium, & ex eis conſtet de interitu, non tamen excuſatur à pena, niſi probet caſum mortalitatis, vel alium caſum fortuitum.*

1 Caprarium debere probare capras ſinē dolo ſuo † ab actas fuiſſe reſpondit Iulianus in l. ſi quis fundum.§. Imperator. ff.locat.ſi capras latrones (inquit Iureconſultus) citra tuam fraudem ab egiſſe probari poteſt, iudicio legati caſum præſtare nō cogeris. idem dixit Accurſ.in l. cū ita.§.fi.in verb.hæredis.ff.de leg. 2.vbi gl. ſuper verbo nec dolo.Bal.in d.l.ſi quis.§.ſi colonus,& ea eſt ratio,
2 vt dicunt ibi Bar.& Bal.† quia lex præſumit caprariū fuiſſe in culpa ab eis, quæ vt plurimum euenire ſolēt, ſecus aūt in alijs caſibus, quia qui culpam, vel dolum
3 alterius allegat, † debet pbare, alioqui ſuccumbit, de qua re locus eſt ordinarius in l.creditor. C.de pig.act. & in l.ſi quis ex argentarijs.§.pen.ff.de eden. & in terminis reſpondit Lau.Syluan.in conſ.46. vide celeberrimè.nu.8. verſic. vel & ſecundo. Vndè idem ibidem colligit, ſecus eſſe in cuſtode aſini, q de interitu eius non tenetur, nec in eo præſumitur culpa, niſi probetur rationibus, & iuribus ibi adductis, & purgatur cul-
4 pa, eo quod non probatur † contrariū, ita docuit Bal. in d.l.ſi quis fundum, in prin.de mente Ricard.& Guliel. Et tengimus de caprario in concl. Appellans tenetur probare.

Intellige ſufficere caprario probare caſum, quo p-
5 bato † excuſatur à pœna, licet non pbet abfuiſſe dolum eius, nā poſtquam eſt probatus caſus, qui dicit dolum cōmiſſum a caprario, ipſe hoc atteſtans probare debet, vt tradidit Bal. in d.l.cum ita.§.ſpecies nominatim.verſ.in ea.gl.ff.de leg.2.

Quinimo in obligato ad ſpeciem ſufficiet tm̄ pro-
6 bare interitū † licet non probet per teſtes caſum fortuitū, vnde ſatis erit, ſi talis probet, rē fuiſſe peremptā, vt q̄a teſtes dixerint, q̄ viderint animal mortuum per aggreſſurā latronum, vel per aliū caſum fortuitū, vt idem ſenſit Bal.in eo loco modo à nobis allato.

Non tñ, (vt iam diximus) ſic erit in caprario por-
7 tante pelles animalium, † quia licet ex eis conſtet de interitu, tamen, niſi etiam probet caſum mortalitatis, vel alium caſum fortuitum, non excuſatur, & hoc ratione priuati officij, quo tenetur ad cuſtodiam, ſicut & hac eadē ratione nō excuſantur cuſtodes carceris, & ſimiles publico munere fungentes, in quo tenent ad cuſtodiā, vt latè id tradidimus in cōcluſione, carceratus, & ſenſit Bal. in eo loco in fi. & ponderat Laur. Syluan.in d.conſ.46. poſt nu.8.ibi, minus etiā obſtat, & in concluſione, Caſus, hæc proſequemur.

CONCLVSIO CCLXV.

ARGVMENTVM.

Carceratus aufugiens fractis carceribus, an pro confitente reo habeatur.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus carceribus detentus fractis vinculis aufugiens habetur pro confitente reo.*
2 *Carceratus è carceribus aufugiens in cauſa eſt, vt verum illud crimen cenſeatur, pro quo detinebatur.*
3 *Carcerato aufugienti poteſt pronunciari ſententia ac ſi verè fuiſſet in iudicio confeſſus.*
4 *Carcerati, qui aufugerunt, ſi capiantur, poſſunt ſtatim puniri, tanquam ſi confeſſi eſſent crimen, propter quod erāt in carcere.*
5 *Carceratus aufugiens pro confitēte reo hr̄, etiamſi in carcerem non eſſet coniectus, ſed ſolùm vinculis coerceretur.*
6 *Ariſtomenes Meſſenius captus à Lacedęmonijs in vinculis coniectus, ad ignem ſe acclinauit, & combuſtis vinculis ſolutus cuſtodes occidit.*
7 *Hegeſiſtratus Eleus ferratis ſoleis vinctus dimidium pedē præcidit, & exemptus cōpedibus, ſubruto muro, periculum*

conſ.57.nu.5.Io.And.in addi.ad Spec.titu.de pſump. §.ſpecies.verſ.violenta,dum dixit, ēt arreſtatū in ciui
11 tate,† vel palatio pro crimine haberi pro confeſſo, ſi recedat, ſeu aufugiat, ſic decidit Guido Papæ q.253. incip.ſi quis diremit,ita arreſtatum dici propriè carceratū ēt quoad alia, vẽporè, quod celebrati ab eo con-
12 tractus reſcindanť † ac ſi in ipſo carcere celebrati fuiſſent, ꝙ eſt notandum maximè in regionibus tramontanis,vbi iudices huiuſmodi præcipiunt arreſta.

Sextò amplia concluſiouem,vt procedat ēt in eo q effregit carcerē, & iam exibat, & interim fuit captus
13 † perinde enim eſt,ac ſi perfectè aufugiſſet,quod placuit Boer.d.dec.215.num.12. quem refert & ſequitur Menoc.de arbitrar.iudic.caſ.301.num.11.ſecundùm Iacob.de Beluiſ.in tractatu criminum,tit.de quæſtio. fol.89.col.1.pro quo allegat.l.quid ſit fugitiuus.§.idē Celſus.ff.de ædilit. edicto.

Quinimo concluſio vř procedere in carceratis cōſpirantibus de erumpendo, & aufugiendo carcerem
14 re adhuc integra nec abſoluta, † ſed patefacta, tunc enim habentur pro confeſſis,& cōuictis,vel in arctiores carceres detruduntur,& ita procedit tex.d.l.in eos. cui innititur hæc concluſio. At vbi res optatum ſuē conſequuta eſt tunc non tũ habentur pro confeſſis, & conuictis pro delictis,de quibus arguuntur, ſed in-
15 differēter † puniunť pœna capitis,iuxta l.1.ff. de effractio.& l.ſi quis aliquā.§.miles. ff.de pœn. & l.milites. §.eius qui. ff. de re milit. prout iſta poſt longū ſtudiū tenet Albe.d.l.in eos quem refert & ſequitur Boſſ.tit. de carcer.nu.5.& tit.de effracto. carcerum nu.1.

Septimò amplia, vt prædicta cōcluſio locū habeat ēt in eo ſolo,qui vi carceris fores frangendi efficit, vt carcerati refugiāt, ii enim eadē pœna puniendi ſunt,
16 qua puniēdi erant † q aufugerunt, ꝙ probař in l.1.C. de iis,q latro.Bar.in l.ſed eximēdi.§.itē ſi qs.in fi.ff.ne qs eū q in ius vocat.Ang. in l.1.§.itē ſi qs in fi.ff.d.rit. Vbi fortius affirmauerūt,nō eſſe habendā rationē, an is aufugiens fuerit iuſtè, vel iniuſtè in carcerē coniectus,idē reſpondit Alex.conſ.35.nu.4.in fi.lib.2.

Quàm ampliationē Menoch.d.caſu 301.nu.16.intelligit hoc modo,vt nimirū effractor puniatur ea pœna, qua puniendus erat is fugiens non inſpecto fine, ſed ſola accuſatione,& imputatione conſiderata,quē d.loco conſulas latius,qui id factū eſſe ait ea ratione, vt comprimeretur horum effractorū audacia.

Octauò amplia, vt concluſio locū ſibi vendicet in
17 inſtigatore,fautore,& conſultore † qui ſuaſit carcerato,vt aufugeret,ex d.l.1.C.de his,qui latr.But. & cæteri in c.1.de offic. deleg. & Alex. d.conſ.35.nu.4.lib.2. Boer.d.dec.215.nu.3.& 4. & 16. & vide multa per eū ibi allegata.

Nono amplia,vt procedat ēt in eo,qui effregit carcerem,vt aliqui ex debitoribus fugerent,is enim effra-
18 ctor † tenetur loco illorum debitorū,vt ſanxit Imperator Conſtantinus in l.quoties.C.de exact.tribut.lib. 10.Bar.tract.de carcer.nu.18.Nec vlterius quæritur,ſi illi carcerati eſſent verè debitores, necne. Nec.n.huic effractori datur facultas, ſi probare vellet carceratos illos verè non fuiſſe debitores, ita inſigniter obſeruauit Ang.in l.ſed eximendi.§.item ſi quis.in fi.ff.ne qs eum.Cæpol.conſ.14.col.3. in fi.& Marſ. in praxi criminali.§.attingam.nu.48.Ioan.de Anan.conſ.55.in fi.Iaſ.conſ.27.nu.1.lib.3.

Quinetiam amplius addit Boer. q.217. nu.12. poſt multos, vt etiā ſi is debitor, qui fugit, denuò capiatur
19 † & in carceres coniiciať,per hoc non liberari, qui illius fugæ cā fuit,aut ei de fuga auctor fuit,ſed cogi ad perſoluendū pro eo totum æs alienū. Doct.in l. quoties.C.de exactor.tribut.lib.10.& præcipuè Saly.qui ad hoc illam legem allegat in l.in bonæ fidei.col.5.verſ. tene tñ mem.ti.C.de reb.credit. & in l. admonēdi.col. 5.verſ.tene tamē cordi.& ibi eum ſequiť Lud. Rom. & Iaſ.fol.16.col.4. Boer.d. loco citato ſupra, quē refert,& ſequitur Menoch.d.caſ.301.nu.23.

Primò limita, concluſionē non procedere in eo, q carcerem aufugit,forſitan aperta ianua, & ſic ſine vi-
20 la effractione, nam is non hř pro conuicto † ſed iudicis arbitrio eſt puniendus,ita ſcribunt Ang. in l.verū. ff.de furt. Alber in l.ſuccurritur.ff.ex quib.cauſ.maio. quos ſunt ſequuti Boer.dec.215.num.13.15.& 21.Didac.Couar.lib.1.var.reſol. cap.2.nu.11. in fi. qui allegat Gulie1.Cune.Iacob.But.& Alber.in l.ſuccurritur. ff.ex quib.cauſ. maior.l.1. ff.de effracto Raphal. Comenſ.cōſ.105.Fel.in c.nullus. nu.4. de præſum. Marſ. in prax.crim.§.attingam.nu.37.num.45. vbi affirmat talē ita fugientem non teneri pro cōfeſſo, quod Menoch.d.caſu 301.nu.3.ait eſſe menti tenendum.

Secundò limita concluſionē non procedere in eo,
21 qui aufugit, † & deinde reuerſus eſt, is enim non pōt vt effractor puniri, ita permulti tradidere, vt Bal.in l. 1.C.de ſeru.fugi. Marſ.in l.q falſam.nu.41.ad l. Corn. de falſ.in l.is qui cū telo nu.54.ff.ad l.Cornel.de ſica. & in rub.ff.de fideiuſſo.nu.441.Cur.ſen.in l.admonēdi.nu.159.& ibi etiam Rip. nu. 169. de iureiur. Alex. in addi.ad Bar.in d.l.in eos.ff. de effract.quod dicit eſſe
22 menti tenendum pro retentis † ſeu arreſtatis in Palatio,vel ciuitate recedentibus & ſtatim redeuntibus,illos non incidere in pœnam. ſed nulla auctoritate id probat,verum pro hac adde bonum tex.in l.diuortiū, in fi.ff.diuer.ibi,in breui reuerſa eſt vxor, non diuertiſſe videnť.Canon.in c.vulgaris.§.diuortium de pœnit. diſt.1.& l.nihil intereſt. ff.de capt. & poſtli.reuerſ.dū ita reſpondit Florentinus. Nec enim ſatis eſt corpore domū quem rediſſe,ſi mente alienus eſt, quē Bar.cō-
23 mendat ad id †.vt quis ibi eſſe dicatur, vbi habet animum reuertendi,vt etiam conſuluit Corn. conſ.244. 2.vol.Boer.dec.215.num.17.qui multa accumulat in vtranque partem,vbi nu.18. ad fi. teſtatur quod ſupra
* relatum eſt.* communis teneri,teſtatur quoq; de* cō-
* muni Clar. in pract.criminali. §.fin.q.21. verſ. tertio autem modo,in fi.nu.28.

Verumtamen animaduertendū eſt,eū ſic aufugien-
24 rem † minori pœna puniendū eſſe, per tex. ſingularē in l.ſi adulterii cum inceſtu.§.Imperatores.ff.de adul. & hanc limitationem refert Boer. d.deciſ.215.nu.19. ſe vidiſſe obſeruari in curia propter audaciam, & temeritatem cuſtodiarum reprimendam, argu.l.ſi quis aliud.§. qui abortionis. ff. de pœn. illud inſuper addit
25 idem Boer. interdum vidiſſe obſeruari † huiuſmodi exeuntes ſtrictius, & arctius in carcere aſſeruari, & ita dicit eſſe faciendū Iaco. Beluiſ.in tract. de maleſi.tit. de q.fol.89.col.3.verſ.quæritur.quem refert,& ſequitur Boer.d deciſ.215.nu.19.& ſeq.

Tertiò limita, concluſionē non procedere in iniu-
26 ſtè,& indebitè in carcerem coniecto † is enim, & vi fores carceris, vel parietes effringere impunè pōt, ita tradidit Paris de Put.in ſuo tract. ſindic.in §. carcerē. quem eſt ſequutus Ripa in l.admonendi.num.171. de iureiur.Menoc.de arbitra.d.caſu 301.nu.14.& eſſe
* * communem Doctorum theoricam dicit Rolan.à Valle conſ.7.nu.47.vol.1. quem refert Clar. in pract. crim.§.fi.q.21.nu.26.

27 Amplia hāc limitationem, vt ēt iniuſtè captus † in foro conſcientiæ carceres euadere poſſit, ēt ſi inde cuſtodi detrimentum aliquod contingat, imo ſi mortē aliter euadere nequeat,cuſtodes carcerum tutè interficere poterit ita latè multorū auctoritatib. cōfirmat Didac.Couar.lib.1.variar.reſolu.c.2.nu.11.& 12. Licitum eſt enim iniquis principibus,& iniuſtis iudicibus
28 reſiſtere, † cum aliter mortem quis euadere non pōt. Arch.in c.cum homo.23.q.5.Alex.in l.1.§.itē ſi quis ff.ne quis eum, qui in ius vocat. Dyn. in regula quod quis,de reg.iur.in 6. notatur in l. prohibitū, & in l.defenſionis facultas. C. de iur. fiſc.lib.10. latè Caſſan. in conſuetu.Burgun.rub.1.§.7.verſ. notanter.nu.3. Hippolyt.de Marſ.in l.1.nu.48. ff.de quæſt. Gramm.conſ. 51.nu.

Digitized by Google

§ 1. nu. 6. & nu. 7. latè Boer. in d. deciſ. 215. num. 32. & Ang. de maleſic. verbo præſente d. car. & ibi latè Auguſt. In addit. adde Neuiz. conſ. 61. nu. 37. & Menoch. d. caſu 301. nu. 15.

Quartò limita, concluſionē non habere locum in
39 muliere auſugiente de carceribus † cauſa euitandæ libidinis, talis enī fuga non eſt punibilis, ſed mulier eſt excuſata, ita Bal. l. 1. nu. 11. C. de adi. acti. & inter cōes opiniones refert Viuius. §. fugiens à carcere. in fi.

Ex quibus omnibus ſupradictis ampliationib. facilè colligere quis poterit, quando quis dicatur captus, & ſuper his concluſiones certas ſibi conſtituere poterit, & hanc materiam latè docentem conſulas Boer. dec. 215. quia latiſſimè ipſam examinat.

Quibus omnibus adde etiam, eum dici carceratū,
40 † qui tenetur in aliqua ciuitate ſub cautione, ſic decidit Gram. dec. 14. nu. 3. & 4. Iaſ. in l. ſi pecuniam. §. ſi acceptit. nu. fin. ff. de condi. cau. dat. cauſ. Ang. in l. qui in carcerem. ff. quod met. cauſ. Adde Capic. dec. 153. vbi contrariū ſequit̄, niſi habeat talis cuſtodias, & q̄ dicta ſunt ſupra in hac ead. concl. in 5. ampliatione, vide q̄ diximus in concl. fuga carcerati. & vnāquanq; cōcluſionē, & limitationē ipſarum adinuicē aliis huiuſce pſentiū annectas, quas libuit duplicare, vt dilucidius in vtroq; ipſarum verbo habeas claras reſolutiones.

CONCLVSIO CCLXVI.

ARGVMENTVM.

Carceratum mortuum inuentum præſumi culpa cuſtodis è vita migraſſe.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus mortuus inuentus præſumitur mortuus culpa cuſtodis, niſi aliud probetur.*
2 *Qui ad cuſtodiam tenetur, vel publici, vel priuati officij ratione, non ſufficit ei probare interitum, niſi & caſum fortuitum probet.*
3 *Quomodo ſuccurratur cuſtodi carcerum, ſi aliquis ex carceratis in carcere moriatur.*
4 *Mulier carcerata ſi grauida inueniatur, culpa cuſtodis præſumitur.*
5 *Mortuus in carcere dicitur mortuus in cruciatu, & ſic nō culpa cuſtodis.*
6 *Carcer eſt ſpecies torturæ.*
7 *Omnes ferè confitentes tempore confeſſionis in carceribus detinentur.*
8 *Carcer torturæ ſpecies dicitur, quādo quis in illo ponitur, vt non comedat, donec confiteat̄, vel ſit datus pro pęna.*
9 *Carcer durus, & arctus æquiparatur quæſtioni, quādo alimenta denegatur carcerato, vel quando in hieme iubet illum nudum permanere, donec confiteatur.*
10 *Carceratus, ſi è carceribus fugeret, præſumitur culpa cuſtodis aufugiſſe.*
11 *Ferrum, venenū, & ſimilia non præſumuntur poſſe in carcerem inferri, niſi culpa, & negligentia cuſtodis.*
12 *Anaxagoræ, Codri, & Diodori fuga è carceribus.*
13 *Carceratus ſi ſibi ipſi necem intulerit ſpōte, præſumitur cuſtodis culpa id accidiſſe.*
14 *Nicie Athenienſis, & Demoſthenis mors ſibi ipſi in carceribus illata aſcribitur culpæ cuſtodis.*
15 *Cleomenes, & alij ſub cuſtodia traditi mutuis in carcere vulneribus ſe ne caperet, & incuria cuſtodis ſe ipſos occidiſſe præſumuntur.*
16 *Cuſtos carcerum non tenetur de fuga carcerati fugientis cum altero ex cuſtodibus.*
17 *Carceratus non tenetur de morte carcerati, quando iuſſu dominorum, vel magiſtratuum in carcere occiſi ſunt.*
18 *In carcere plurimi connumerantur.*
19 *Cuſtos non tenetur de fuga carcerati, quando cuſtodiuerit ea ratione, qua ſolent cuſtodiæ cuſtodiri in eo loco.*

1 Carceratus inuentus mortuus pſumit̄ mortuus culpa cuſtodis † & eius, qui carceribus præfectus eſt, niſi aliud probet̄, vt docuit Accur. nōnullis in locis in primis in l. cū ita legat. §. ſpēi, ſup verb. nec dolo, in fi. ibi, aut nunquid, & diligētia quoque exigenda eſt ab herede, ꝙ verius eſt, iuncta glo. ibi ſuper verb. diligentia, verſ. ſed hic dixit teneri. ff. de leg. 1. l. fi. §. ergo ſi caſu cuſtodia. iuncta gl. ſuper verb. probandū eſt. ver. ſed eſt ſpeciale. ff. de cuſtod. & exhib. reo. quã gl. ſequit̄ Paris de Put. in trac. ſindic. in verb. mādauit Rex Poteſtati, nu. 15. ver. ſi carceratus reperiatur, & in verb. an poteſtas, nu. 5. dū allegat gl. in §. ſpecies. Alci. in tract. de præſum. præſump. 15. nu. 4. reg. 3. verſ. fallit etiam per d. l. fi. C. de cuſtod. reorū Cataldi. de Bon. Compag. in tract. de ſindicatu, nu. 182. ver. adde ꝙ cuſtos carcerum tenetur probare. Boer. deciſ. 216. ad ſecundum venio. & breuiter quod ſic nu. 1. Marſ. in l. qui falſam. nu. 117. verſ. quod ſi reperitur carceratus mortus. ff. de falſ. & conſ. 52. miſericordia Domini. col. 19. verſ. quod ſi reperitur carceratus. nu. 36. & Bal. in d. §. ſpecies dicit, obligatum ad ſpeciem probantem interitum liberari, & ſi non pbet caſum fortuitū, quod non procederet tū in eo, qui ad cuſtodia tenet̄, vel publici, vel priuati officij ratione,
2 † quia nō ſufficit ei probare interitum, niſi & caſū fortuitū pbet, & ita eſſe in carceris cuſtode, argētario, & caprario, pelles animaliū ad domū domini afferente; & refert, & ſequit̄ Boer. hoc dictū Bal. in d. deciſ. 216. nu. 2. Ang. in trac. malef. in verb. fama publica in quarta carta, verſ. primo ſciendū eſt, ꝙ carcer regulariter, ibi, ſecundo quæro, carceratus reperitur mortuus, refert, & ſequitur Marſi, in prac. crimin. §. attingam. nu. 51. verſic. ſcias etiam, quod mortuus, & vr̄ ſentire Iul. Clar. in ſua pract. crimin. q. 46. lib. 5. §. fin. verſi. ſed in
3 hoc pposito, dum docet † quomodo ſuccurrat̄ cuſtodi carcerū, ſi aliquis ex carceratis in carcere moriat̄. Iac. de Belui. in d. trac. iudicial. nu. 129. ver. ſed nunquid ſi reperiat̄ mortuus, & Boer. d. dec. 216. in fi. ibi, tenebitur pbare. Tho. Gram. vot. 29. nu. 15. verſ. dū modo ipſe pbet. Marſ. in prac. crim. §. diligenter. nu. 93. ver. ipſe cuſtos debet probare, put ſi mulier carcerata im-
4 pregnata inueniatur † culpa cuſtodis præſumit̄, dicit Boer. d. dec. 216. col. 3. poſt nu. 3. verſ. & hoc verum.

Verum prædictæ concluſioni vr̄ obſtare illud, nam
5 mortuus in carcere dr̄ mortuus in cruciatu † & ſic nō culpa cuſtodis, ita Bal. in l. 1. in fi. nu. 6. verſ. in contrarium videtur. C. qui non poſ. ad liber. peruen. per l. 1. C. de Cuſtod. reor. ſequitur, & refert Marſ. conſ. 29. ſolamen omnium num. 35. verſ. quod mortuus, & conſ. 125. æternæ lucis. nu. 18. verſ. quod mortuus.
6 Cuius ratio eſt, † quia carcer eſt ſpecies torturæ, vt dicit Bal. in l. ſi clericus. poſt nu. 6. verſ. canoniſtæ dicunt, ꝙ ſic C. de epiſ. audien. refert, & ſequitur Marſ. in d. conſ. 29. nu. 34. & d. conſ. 125. nu. 17. verſ. imò carcer dr̄. Franc. Caſon. in trac. crim. c. 9. tit. de captur. & carcer. nu. 8. ver. ratio quia carcer eſt. fol. 426. & tit. de tormentis, c. 12. nu. 8. fol. 417. Franc. Herculan. trac. de cautio. de non offenden. c. 35. num. 5. per l. item apud Labeonem. §. quæſtionis. ff. de iniur. quam tū rationē non videtur approbare Iul. Clar. in ſua prac. crim. lib.
7 5. §. fi. q. 64. verſ. ſed an forte; vbi inquit † omnes ferè confitentes tēpore confeſſionis in carceribus detineri, quæ ſi dicerentur metu extortæ, deſtruerentur ferè omnes criminales proceſſus.

Nam tunc forſan pōt dici torturę ſpecies, qn̄ ponit̄
8 quis in carceribus, vt nō comedat † donec confiteat̄, vt dicit glo. d. §. quæſtionis. d. l. item apud Labeonem ſuper verb. dicunt. ff. de iniur. vel fuerit carcer datus pro pęna, vt dicit Cataldin. de Boncompag. in d. trac. ſindic. nu. 103. ver. ad quod carcer dr̄ mala manſio, & ſic intelligere Ang. in d. l. item apud Labeonem. d. §. quæſtionis ſecus ſi ſolum ad cuſtodiā ibi ponatur, & ſic intelligi pōt ſupradicta contraria opinio, & ſic et decla-

declarat Iac. de Beluiſ. in pract. iudicial. nu. 5. ver. iux-
9 ta hoc quæritur, vbi dicit† durum, & arctum carcerẽ
æquiparari quæſtioni, quando alimenta denegantur,
donec confiteatur carceratus, vel in hieme iubet illũ
nudum permanere, donec cõfiteatur, per d. l. itẽ apud
Labeonem d. §. quæſtionis.

Amplia cõcluſionem etiam procedere, qñ carce-
10 ratus è carceribus fugeret † præſumiť culpa ipſius cu-
ſtodis aufugiſſe. Fran. Aret. cõſ. 28. conſultiſſimè Do-
mine. in prin. & per totũ, vbi ẽt dicit, ferrũ, venenũ, &
11 ſimilia nõ præſumi poſſe in carcerẽ inferri † niſi cul-
pa, & negligẽtia cuſtodis. Boer. d. dec. 216. col. fi. verſ.
& niſi de hoc appareat. Iaſ. conſ. 27. cuſtodes carcerũ.
verſ. qñ incarceratus aufugit, vol. 3. per Bar. in l. ſi quis
ex argentarijs. §. pen. ff. de eden. & p dictas gl. in d. cõ-
cluſ. allegatas. Paris de Put. d. trac. ſindicat. in verb. an
poteſtas. nu. 4. Alc. d. tract. de præſũp. poſt nu. 4. d. præ-
ſump. 15. verſ. & eodẽ modo ſi carceratus, d. reg. 3. p l.
carceri. ff. de cuſtod. & exhibit. reo. Franc. Crem. ſing.
100. erãt duo cuſtodes, verſ. quilibet dicere, & Boer. d.
dec. 216. poſt nu. 3. verſ. tum ẽt cõtra ipſum cuſtodem
præſumitur qñ ferrũ &c. Tho. Gram. d. voto 29. n. 16.

Vndè merito debuiſſet cuſtos ille ſuſtinere culpam
12 †fugæ Anaxagoræ, Codri, & Diodori, q cũ Epheſio
rum tyrannũ Hegeſiam compedibus vinctum inter-
feciſſent, per vimq; raptim in arcẽ Scardiniorũ miſ-
ſi, & ſeipſos liberauerũt accerſita Philurina, cuius au-
xilio vſi vincula diſſiparunt, & ſeruilib. veſtimẽtis in-
duti per noctẽ quaſi ſerui è carcere egreſſi funt, & ve-
ſtimentis ſecundũ longitudinẽ diſſectis, ea cõnexue-
runt, ſeſeq; de mœnibus demiſerunt. Diodorus ſubito
decidens ex alto, clauduſq; factus, in eo loco remãſit.
captuſq; factus poſteà & ipſe ſe liberauit Polyen. lib.
2. nunquã. n. funes in carcerem potuiſſent ferri, ſi cu-
ſtos nuncios euntes, & redeuntes exploraſſet optimè.

13 Subamplia ẽt locũ ſibi vendicare, †ſi carceratus ſi-
bi ipſi necẽ intulerit: ſpontè præſumitur enim cuſto-
dis culpa id accidiſſe, ſic rñdit Herẽnius Modeſtinus
in d. l. vlt. ff. de cuſtod. & exhib. reor. ſed ſi cuſtodia, in-
quit I. C. ſe interfecerit, vel pcipitauerit, militis culpæ
aſcribitur, ideſt, caſtigabiť. Cuſtos igitur Niciæ Athe-
nienſis, & Demoſthenis fortiſſimorum Ducũ, mortis
ipſorũ culpam ſuſtinebit, q cum infeliciter aduerſus
14 Syracuſanos pugnaſſent †captiui ducti, & in carcerẽ
coniecti, ſibi ipſis mortẽ conſciuerũt, vt eſt apud Plu-
tarch. ſic ẽt ille cuſtos pœna dignus fuit. Nã Cleome-
nes ad Ptolomeum Regem (ab Antigono victus) fu-
giens, à Nicagora quodã apud Regẽ ſuſpectus factus,
cuſtodię cũ quibuſdam alijs traditus eſt, qui tñ ſe om-
nes mutuis inflictis in carcere vulneribus necauere,
15 idem Plut. incuria enim cuſtodis † ſe ipſos occidiſſe
præſumuntur, qui antequàm in cuſtodias illi cõijce-
rẽtur, debuiſſent ab illo cuſtode excuti accuratè, fer-
rumnè alicubi occultatũ haberent, vel venenũ in car
cerem ab aliquo illatum ſit, q à ita factũ ſit, culpa, &
negligentia cuſtodi aſcribitur, inſigniter admonuit
Aret. conſ. 38. n. 1. & 2. & eſt cõtextus inſignis in l. car
ceri, in fi. ff. de cuſto. reor. q & tradidit Boſſ. poſt cita-
tos ab eo in ſuo tract. crim. tit. de carcer. nu. 2. & 8.

16 Limita primò ampliationẽ non obtinere vim, †qñ
carceratus cũ vno ex cuſtodibus carcerũ aufugiſſet,
vt d. l. fi. §. nã cũ cuſtod. ff. de cuſt. & exib. reor. Crem.
d. ſing. 100. verſ. ſed tu dicas contrariũ. Rom. ſing. 30.
ſi dicat ſtatutum, & conſ. 365. vt res clarior. poſt nu. 4.
verſ. ſm ad idem text. ſing. Marſ. in repet. rub. de fide-
iuſſor. q. 17. poſt nu, 143. ver. & teneas menti, quod ne-
dũ, & nu, 163. ver. vbi eſt text. Boer. deciſ. 217. quoad
tertiã quæſtionẽ, & vť dicendum, col. 3. nu. 7. verſ. 2. li-
mitatur, per l. fi. verſ. incertum. ff. de cuſtod. reor.

17 Quòd idẽ locũ hẽret, †qñ iuſſu dominorũ, vel ma-
giſtratuũ carcerati in carcere occiſi fuiſſent, vt in D.
Io. Baptiſta qui iuſſu Herodis Regis in carcerẽ cõie-
ctus ibidẽ decollatus eſt. Matth. 14. & Mar. 6. & Ari-
ſtobulus, atq; Alexander Herodis primi Iudęorũ Re-
gis filij, qui à parente propter falſam ſuſpicionem in
18 carcere ſunt necati Fulg. lib. 5. c. 6. †vt Theramenes,
& Socrates Philoſophi Athenienſes, q in carcere ve-
neno, & cicuta iuſſu magiſtratuum sũt extincti. Cic.
in Tuſcul. quæſtio. quod in multis alijs videre eſt, qui
iuſſu Regum, Imperatorũ, vel Pręſidẽ in carcere occi
ſi ſunt, qualis fuit Eumenes Cappadociæ, atque Pa-
phlagoniæ Rex, Ariſtonius, C. Marius. Q. Cæpio, Sy-
phax Rex Numidarũ. D. Agatha, Romanus martyr,
& alij plurimi. Tunc igitur cuſtos non debet culpam
ſuſtinere, cum dominorum iuſſu id factum ſit.

Secundò limita dictam ampliationem non habe-
19 re locum †quãdo cuſtos cuſtodiuerit ea ratione, qua
ſolet cuſtodiæ cuſtodiri ibidẽ, vt animaduertit Boer.
d. decl. 217. quoad tertiam quæſtionem, & videtur di-
cendum, col. 2. nu. 5. verſ. quam limitat primo, & ante
eum reſpondit Bal. conſ. 32. nu. 2. in fi. vol. 3.

CONCLVSIO CCLXVII.

ARGVMENTVM.

Carceratus, an teſtis eſſe poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus ſi pro teſte adhibetur, nihil contra reum proba-
re poteſt, & quare.*
2 *Homicidium commiſſum à nobili Cremonenſi in vinculis
detento nõ potuit probari ab alijs, qui in carceribus de-
tinebantur.*
3 *Captiui licèt plenè non probent, tamen indicium faciũt ad
torturam.*
4 *Cõiectus in carcerem ob crimen, quod infamiæ notam eius
vitæ inureret, non poteſt eſſe teſtis.*
5 *Teſtis carcerati indicio ſaltem ſunt, vt quis poſſit torqueri.*
6 *Teſtis quem epiſcopus incluſit in cuſtodias pro iuriſdictio-
ne ſua, poteſt admitti pro ipſo epiſcopo.*
7 *Teſtis ab epiſcopo in cuſtodiam datus etiam contra ipſum
epiſcopum poteſt teſtimonium ferre.*
8 *Carceratus de crimine non ſuſpectus, ſed ob aliam cauſã
detruſus in carcerem poteſt eſſe teſtis.*
9 *Incarceratus teſtis poterit adhiberi in teſtamento ad pias
cauſas, etiam ſi ſit contruſus in carcerem pro maleficio.*

Carceratus ſi teſtis adhibebitur, hũc ni-
1 hil contra reum † probare
poſſe, eſt cautum in c. ſi teſtes omnes. §. leg. Iul. de vi
cauetur, & ibi gl. ſuper verb. in vinculis. 4. q. 2. & 3. &
in text. l. 3. §. leg. Iul. ff. de teſt. & ibi gl. quæ dicit, iſtos,
qui in cuſtodia incluſi ſunt, repelli, vel quòd nota tur
pitudinis alicuius illorum vitæ inuſta ſit, licèt nõ ſint
infames, vel quia præſumũtur, quod falſum teſtimo-
nium pro aliquo dicerent, qui promitteret eis ſe eos
à vinculis liberaturum. Huic conſentaneum eſt illud
Spec. in tit. de teſt. §. 1. verſ. item quia carceratus, con-
tra quem &c. & Albe. in d. §. leg. Iul. refert Azonem,
dũ publicè è ſuggeſto profiteretur, dixiſſe, ſe quendã
honeſto loco natum Cremonenſem protegiſſe, qui
furore percitus, dum in vinculis detineretur, famulũ
2 ſuum trucidauit, eò quòd ab alijs † qui in carceribus
detinebantur, homicidiũ contra illum nobilem non
potuerit probari, nec ppterea in illũ animaduerti, in
cuius ſnĩam cæteros prudentes deſcendiſſe dixit, cu-
ius Azon. ſnĩæ adſtipulatur contex. in d. §. leg. Iul. ſe-
cundùm Alber. de Malet. in tract. de teſtib. c. 2. nu. 48.
vbi nu. 49. duas affert cautiones contra hanc ſenten-
tiam Azon. videlicet 1. vt magiſtratus duos, ad ſum-
mus tres è carceribus eximat, qui poſteà deponant de
tali homicidio, poſterior eſt illa cautio, vt homicidã
3 iudex ad quæſtionem poſtulet, quia † licèt illi captiui
plenè non probent, tñ, vt ille torqueatur, indicio sũt,
vt fuit animaduersũ à Bar. in d. l. de minore. §. tormẽ-
ta, in l. maritus. ff. de q. & ex alijs p Malet. ibi adduct.

Intelli-

cultate, vel dignitate, nulli mirum videri debet, ſi fa-
cilè eis fides habeatur, illos hanc habere facultatem.
Huius rationis auctor eſt non minus dignitate, quàm
doctrina clarus Abb. in c. quod ſuper his. & ibi Fel. de
fid. inſtru. vt iam ſupra attigimus.

Diuerſum ab hac ſententia ſenſit Barba. in tract. de
præſtãt. Card. 1. q. 2. partis, quo in loco per multa iura
nititur euertere communem hanc ſententiam, tenẽs
ꝙ etiam in his quæ competunt iure ordinario legatio
6 nis † non credatur legato. & idẽ eſt arbitratus in repet.
l. ſciendum. col. 62. & 63. ff. de verb. obli.

Primò loco ampliare poteris, vt ẽt procedat cõclu-
ſio in procuratione, quæ venit iure ordinario ex offi-
7 cio legationis, etenim tũc credit̃ legato de latere † exi
gente procurationẽ ipſam, adeo vt non cogat̃ literas
oſtẽdere, ꝙ quidem intelligendũ eſt in prouincia ſuæ
legationis, & ẽt extra prouinciam, quia poteſt exige-
re, & ei creditur ſine literis, ita poſt Hoſtienſ. declarat
Domini. à Sancto Gemi. in c. 1. col. pen. de offic. lega.
& ibi ſequitur Philipp Franc. col. 2. & in hac re diſcri
8 men eſt inter legatum de latere, & alios legatos, † qa
alius legatus, ſiue natus, ſiue miſſus, non exigit procu-
rationes in ſua ꝓuincia, niſi hoc hẽat in cõmiſſione,
* iuxta ſn̄iam * omnium Doct. in d. c. 1. de offic. legat.

Præterea ſecũdo loco concluſionẽ extẽdere lic po-
9 teris, vt ẽt ei fides habenda ſit in his † quæ illi coram
ſignificat, ad quem ſe fuiſſe miſſum aſſerit, ita tradidit
Fel. in c. quod ſuper his. col. 2. nu. 8. in fi. de fid. inſtr.

Tertiò amplia, vt ẽt credatur Cardinali legato in
10 his, quæ geſta ſunt corã eo, tanq̃ † coram legato, vt ſi
fabricatus fuiſſet proceſſus corã Cardinale, tunc enim
fides adhibetur de actitatis coram ipſo, ad id teſtis eſt
Bal. in l. ſi qua per calumniam. poſt nu. 5. ver. addo ta-
mẽ. C. de epiſ. & cler. Fel. in c. ſicut. de ſentẽn. excom.
ver. limita iſtam gl. vbi addit vnum, tunc fidem habe
ri dicto Cardinalis, ſi iureiurando cõfirmatum fuerit.
Bellam. dec. 183.

Quartò amplia, vt etiã credatur legato à latere in
11 his † quæ de conſuetudine ſolita ſunt concedi ipſi le-
gato de latere, licet non veniant in generali cõmiſſio
ne, vt obſeruauit Abb. in c. ad eminẽtiam. nu. 2. extra
de ſent. excommu. & ibi Fel. Abb. in c. quod etiam ſu-
per his. de fide inſtru.

Quintò amplia, vt ex cõſuetudine in Romana cu-
12 ria recepta fides habeat̃ † aſſertioni legati indiſtin-
ctè, ſic inquit gl. in clem. 1. in verb. reſeruaſſe. de ꝓba.
in fi. teſtatur ad id c. ſuper his. de fid. inſtru. ex mente
Io. Andr. ibi, & Abbatis. ita conſultus reſpondit Ale.
conſ. 106. nu. 13. lib. 2. & quod de conſuetudine dixi,
intelligas de ea, quę approbaretur, ſic intellexit Aret.
in c. cum à nobis. col. 3. ver. ſed certè. de teſtib.

Sublimita hanc prędictam ampliationem, vt locũ
13 tantum habeat in Cardinalibus, † quibus ordinariè
creditur in ſibi commiſſis à Papa, non aũt in alijs, ſic
confirmauit Bellamer. in conſ. 16. vbi dicit, ita vidiſſe
iudicari in curia per tres ſentẽtias definitiuas, teſtem
laudat Soci. conſ. 99. nu. 13. vol. 3.

Sextò amplia, ꝙ ſi Cardinalis aſſerat ſe habere mã-
datum ſuper ijs, quæ non ſolent venire in generali cõ-
miſſione, & ea exerceat, non oſtenſis literis mandati,
14 † ei credatur, dũmodo ſæpius tales actus exercuerit,
præſumitur enim habuiſſe mandatum, & valebunt
actus ratione cõis erroris, & præſumptæ voluntatis, vt
voluit Steph. Aufrer. in addit. ad Capel. Toloſ. q. 464.
nu. 2. nec abhorruit à mente Bal. in l. exemplo. in fin.
C. de probat. notat. c. ex literis. de reſtit. ſpol. Bal. in l. ſi
qua per calumniam. C. de epiſ. & cler. cui adhęſit Lu-
doui. Rom. in l. ſciendum. ff. de verb. obli.

Primò limita concluſionẽ non procedere in Cardi
15 nale aſſerente ſe habere cõmiſſionẽ in his, † in quibus
requirit̃ facultas peculiariter cõceſſa, quę non veniũt
in generali commiſſione, conſentiens eſt Bal. Imo. &
Fely. in hac re voluntas in c. quod ſuper his. col. 2. de
[illegible]
fide inſtru. & alio in loco ſcriptum reliquit Bal. in l. ſi
qua per calumniã, circa fi. C. de epiſ. & cle. id præterea
vnanimes plurimi ſcripſere prudentes. p̄ſertim Dom.
in c. 1. col. fi. de offi. leg. in 6. Spec. in tit. de leg. §. ſuper-
eſt videre, nu. 16. verſ. quidam tñ. quo in loco cõſulit
16 propterea, vt quicunq; à legato recepit † quod ad eũ
iure legationis non pertineat, ſiue fuerit diſpenſatio,
vel aliud, habeat ſub manu publica tenorem literæ, ꝑ
q̃ talis poteſtas ipſi legato eſt cõmiſſa ſpeciatim, arg.
comm, quæ habentur in c. cũ ex iniuncto. §. quod ſi
fortè. de hæret. Abb. in c. quod ad tranſlationem poſt
nu. 10. in fi. de offi. deleg. & in c. ad eminentiã. de ſent.
excomm. & Abb. in conſ. 94. in 2. dub. vol. 2. Paul. de
Caſt. in l. 1. C. de mand. Prin. & ibi Dec. col. 2. num. 18.
17 vbi † in reſeruatis ſummo Pontifici non eſſet creden
dũ Cardinali, latè Corn. cõſ. 155. in fi. vol. 1. Pari. cõſ.
2. col. 1. nu. 9. vol. 2. latè Cap. Toloſ. q. 463. itẽ ſummo Pon-
tifi. nu. 1. vbi in his, quæ requirunt ſpecialẽ cõmiſſionẽ
18 † non credit̃ in alterius præiudiciũ, gl. ſing. in c. ſicut.
de ſent. excomm. vbi Abba. poſt gl.

Sublimita hanc limitationẽ prędictam, qñ legatus
19 identidem huiuſmodi ſpecialia exercuiſſet † tunc. n.
ei crederetur, ſi nos credimus Fel. in c. cum in iure pe-
ritus. col. 4. de offi. deleg. hoc idem probauit Bal. in l.
exemplo. in fi. C. de probat. cui conſulendo albũ cal-
culum addidit Cald. in conſ. 2. titu. de offic. delega. &
hinc eſt, vt ſcripſerit Dec. in l. vnica. C. de mand. Prin-
cip. ſupradicta non procedere, quãdo legatus eſſet in
quaſi poſſeſſione exercendi reſeruata.

Secundò limita, vt nulla fides habeatur Cardinali
20 aſſerenti ſe delegatum † ſeu cauſam ſibi commiſſam
viuæ vocis oraculo, ſic à iuris Pontificij Principibus
traditum eſt, vt ab Inno. in c. cum olim. 3. de priuileg.
Ant. de Butr. Imo. & Fel. in d. c. quod ſuper his. col. 2.
in fin. & ſeq. Abb. in c. præterea. col. 2. de dilat. Capel.
Toloſan. q. 464. nu. 1. in prin.

Tertiò limita, vt nõ credatur Cardinali in his, quæ
21 tertij præiudicium † concernunt, ſic fuit conſtitutum
in Capel. Toloſ. d. q. 464. & ibi apoſtil. quod quidem
multi tũ profitendo, tum ẽt conſulendo docuere. vt
Pariſ. conſ. 136. col. 3. nu. 31. vol. 4. Aymo Crau. conſi.
104. col. 1. nu. 5. Abb. in c. ſicut. de ſenten. excomm. &
in gl. q̃ gl. pro notabili ad hoc refert, & ſequitur Dec.
in c. cauſam quæ. ad fi. de offi. deleg. tradit Iaſ. in l. cũ
filiusfamiliàs ſtichũ. in prin. col. pen. ad fi. ver. quia ẽt
Cardinali. ff. de verb. obli. & latius in repetiti. l. admo-
nendi. nu. 189. verſ. adde ẽt, ꝙ dicto Cardinalis. ff. de
iureiur. Abb. in conſ. 94. in 2. dubio huc ſpectat, quod
* conſuluit Alex. conſ. 112. lib. 7. nu. 2. vbi * cõi mente
ab oĩbus eſſe probatũ tradit, & cõſulendo ſenſit Curt.
Iun. cõſ. 61. col. 5. nu. 13. in fi. Corn. cõſ. 155. in fin. vol.
1. Bar. in l. diuus. ff. de cuſto. reor. Dec. cõſ. 463. in cã q̃
nomine cameræ, nu. 10. verſ. & alicui cũ Cardin. l.

Ex hoc illud exijt, vt non credat̃ ſummo Pontifi-
22 cio † aſſerenti ſe habuiſſe commiſſionem viuæ vocis
oraculo à ſummo Põtifice, ita deciſum fuit in Capel.
Thol. d. q. 464. cuius ſn̄iæ ſubſcripſit Gozad. conſ. 41.
col. pen. nu. 5. ſecus vero in his, quæ principaliter non
inferunt præiudiciũ, vt notat Ang. in conſ. 18. & in
l. quæcunq;. §. fin. ff. de publ. Dec. in l. 2. col. pen. C. de
mand. Princip. Diuerſam ſn̄iam vident̃ tenuiſſe DD.
de Rot. in vna Romana inter canonicos, & beneficia
tos Sancti Petri coram Contareno anno 1540. menſis
Octobris, vt annotauit Put. deciſ. 3. lib. 1. circa t. de ꝓ-
bat. quo in loco ſcriptum reliquit, quod Cardinali aſ-
ſerenti aliquid in præſentia Papa credendũ ſit, etiam
vbi ageretur de præiu. tertij citat Inn. & Fely. in c. ſup
his. de fid. inſtru. & alios, quos videre poteris.

Quarto limita cõcluſionẽ, vt nulla fides adhibeat̃
23 dicto Cardinalis † aſſerẽtis aliquẽ eſſe ſuũ familiarẽ,
ea de cã, vt de ipſius beneficijs poſſit diſponere, ita te-
nuit Sarnen. in reg. de impetrat. per obitũ Card. q. 13.

Quod verò pertinet ad concluſionẽ obſerues tum
maximè

Digitized by Google

maximè credendũ eſſe Cardinali aſſerenti de cõmiſ-
ſione ſibi facta à Pontifice Maximo, quãdo ſummus
24 Ille Pontifex eſt præſens† ad quem facilè confugere
quiſque poteſt, quia tunc non eſt præſumendum ipsũ
mẽtiri, ſic permultis placuit, vt Imol. in d. c. quod ſu-
per his. & ibi Fel. col. 3. de fid. inſtr. latè proſiçendo, &
conſulendo tradit Iaſ. in repet. l. admonendi, nu. 189.
de iureiur. & in conſ. 145. col. 2. vol. 4. & in conſ. 104.
col. 1. & ſeq. vol. 1. Barb. in tract. de præſtan. Card. in 2.
par. in 1. q. facit Gram. conſ. 54. nu. 1. Pariſ. cõſ. 11. nu.
117. col. fi. & conſ. 132. nu. 20. col. pen. vol. 4.

Quorum conſenſus Dec. non deterruit, quin id ip-
ſum apertiſſimè reprobarit in l. 1. col. 2. de mãd. Prin-
cip. nu. 6. confirmat id auctoritate Bart. in l. prohibi-
tum C. de iure fiſc. lib. 10.

Cuius ſnīæ maiorem in modum concinit illud, nã
25 gratia Papæ, vel Principis† non probatur, niſi p ſcri-
pturam, vt aſſerit Bella. deci. 746. licèt obſeruet. & cũ
multis per nos allegatis in ſuperiori cõcluſione, cum
ageremus, quomodo probaretur capellania honoris,
& in concluſione, gratia, infra diſcutiẽda. l. vnica. C.
de mand. Princip. Bart. in l. vni. C. de ſuperind. lib. 10.
hoc tamen locum nõ habet, quãdo Princeps in eadẽ
ciuitate moratur, tum enim ſine vllo negotio mãda-
ti exemplum habere poſſumus, vt voluit Spec. tit. de
probatio. §. videndum. verſ. auditorib. quem refert, &
ſequitur Rom. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. Iaſ. in
conſ. 145. col. fi. vol. 4. & in l. ex quacũq; col. 1. in fi. ff.
ſi qs in ius vocat. non ier. Bal. in l. aliqñ, q. 4. ff. de offic.
pſid. Gram. cõſ. 54. nu. 17. & Gram. dec. 36. n. 26. & 27.

Vbi ampliant hanc doctrinam vſq; eo procedere,
vt etiam magiſtratui crederetur, etiam cum maximo
26 præiudicio tertij † quãdo Princeps, vel ſuperior eſſet
in illo loco præſens, quem vide d. deciſ. 36. nu. 26. &
27. & conſ. 54. nu. 17.

De materia aũt legati à latere agemus plenius in cõ
cluſione, legatus, vbi ꝓpria eſt huius argumẽti ſedes.

Huc quàm plurima poſſem in mediũ afferre, quibus
cõcluſionem, cum ampliare, tum etiam limitare mi-
hi eſſet integrum. Verum Ant. Gabriel. me hoc one-
re leuauit, hæc enim doctiſſimè proſequutus eſt in ti-
tulo de probatio. concluſ. 3. quæ omnia huc tranſcri-
bere ſuperuacaneũ duxi, te igitur lector illuc reijcio.

CONCLVSIO CCLXIX.

ARGVMENTVM.

Cardinali in quibus, & quomodo credatur.

SVMMARIVM.

1 *Cardinali in his creditur, quæ aguntur coram eo in cauſa ſibi commiſſa.*
2 *Cardinalibus duobus iuratis teſtibus maior adhibetur fides, quam ſeptuaginta alijs.*
3 *Cardinalis aſſertioni non ſtatur, quando aſſerit quid vt teſtis.*
4 *Cardinali non creditur in iudicio deponenti ſine iuramẽto præmiſſo.*
5 *Cuicunque viro bono quantacunque ſit vitæ integritate non creditur ſine iuramento.*
6 *Cardinalis aſſertiones, ſeu cuiuſuis viri boni, licèt plenam probationem non faciant, inducunt tamen quandam præſumptionem.*
7 *Cardinali creditur, cum alium habet conteſtem.*
8 *Cardinalis aſſertioni in iudicio etiam ſine iuramento fides adhibetur, dummodo nihil contra obijciatur.*
9 *Inſtrumento notarij imperialis ſtandum eſt, ſi contra illud non opponitur.*

1 Cardinali fidẽ adhiberi in his, quæ agun-
tur coram eo† in cauſa ſibi cõ-
miſſa, decidit Bella. deciſ. 181. aſſertioni. DD. de Rot.
deciſ. 714. aliàs 54. nota quòd nõ creditur, in antiq. de
prob. & in deciſ. 96. aliàs 5. nota, ꝙ reſeruationũ. in fi.
eo. ti. de prob. c. cũ dilectus, de accuſ. & ibi gl. in verb.
hodie autem, gl. in c. ſicut nobis. in verb. alio modo.
de ſent. excom. & eſt contextus in c. cum olim. cũ ibi
notat. de priuil. & videas ea, quę in ſuperiori cõcluſio
ne dicta ſunt in ampliationibus, cui alludit illud Bal.
2 dictũ in l. iuſiurãdum. C. de teſtib. † ꝙ duobus Cardi-
nalibus iuratis maior adhibetur fides, quã 70. alijs te-
ſtibus, vt retulit Fel. in c. ſicut. nu. 4. de ſent. excom.

Limita primò, concluſionẽ non procedere, quãdo
3 Cardinalis quid aſſerat vt teſtis, nam tunc† eius aſſer-
tioni non ſtatur, ſic traditum eſt à Bellam. deciſ. 628.
Cardinalis, & deci. 629. nulli etiam, vbi ait, nulli cre-
di, etiam ſi eſſet Romanæ eccleſię Cardinalis. l. iuſiu-
rãdi. C. de teſtib. c. tuis. c. nuper. cum ibi notatis. c. etſi
Chriſtus, extr. eod. tit.

Secundò limita, concluſionem vſq; eo non proce-
4 dere, vt nec etiam† credatur Cardinali in iudicio de-
ponenti, ſine iuramẽto pręmiſſo, vt placuit Io. Crot.
tract. de teſtib. par. 7. nu. 1. arg. l. iuſiurandi. C. de teſti.
c. cum olim. verbo quærendum. de priuileg. c. tuis, ex-
tra de teſt. Panor. in d. c. cum olim. nu. 5. qui hanc do-
5 ctrinam extendit etiam in quocunq; viro bono† quã-
ta maxima ſit vitæ integritate, vel quantuncunq; be-
ne audiat etiam in fauorem eccleſiæ, vt voluit Abb.
d. loco, & c. nuper. extra de teſtib.

Primò ſublimita hanc limitationem, quòd quãuis
depoſitiones Cardinalis, ſeu cuiuſuis viri boni pro-
bationẽ plenam non faciant, tñ inducunt aſſertiones
6 prædictorum† quandam pręſumptionem, ſic docuit
idem Abb. d. loco nu. 6. & ita intelligit Abb. ibi. Inn.
in d. c. cum olim. cum dicit, aſſertionibus Cardinaliũ
credendum eſſe, intelligi debere quoad quandã præ-
ſumptionem inducendam, non autem quòd plenam
fidem faciant, hoc probat per d. c. cum olim. vbi ſum-
mus Pontifex põderat dicta teſtium, vltra depoſitio-
nem Cardinalium, quibus ſuffragatur, quod in hanc
rem fuit obſeruatũ in c. cum à nobis. de teſtib. & c. ꝙ
ſuper de fid. inſtr. quem vide.

7 Secundò ſublimita† niſi aliũ habeat conteſtẽ, nam
tunc creditur Cardinali, vt ait Bellam. deciſ. 728.

Tertiò ſublimita, vt fides habeatur Cardinalis aſ-
ſertioni in iudicio, etiam ſine iuramento, dummodo
8 † nihil contra obijciatur, iuxta ſententiam eiuſdem
Bellam. in deciſ. 540. ſi pars, vbi in ſimili, ſi nõ oppo-
9 nitur contra inſtrm notarij Imperialis† ſtandũ eſt ei,
adeò vt nec iudex debeat requirere ꝓbationẽ nota-
riatus, litterarum, & ſigni, poſtquam pars nõ opponit.

CONCLVSIO CCLXX.

ARGVMENTVM.

Caſtrum vt probetur alicuius vrbis eſſe ter-
ritorij, & cum ſit intermedium duarũ ci-
uitatũ, cuius præſumatur, & an illud poſ-
ſidens prædiorum adiacentium poſſeſſio-
nem habere cenſeatur.

SVMMARIVM.

1 *Caſtrum eo ipſo probatur eſſe territorij alicuius ciuitatis, quod ſubijt onera illius, vel ibi perſoluit collectas.*
2 *Caſtrum duabus ciuitatibus interiacens in dubio præſumitur eſſe iuriſdictionis illius, cui eſt magis propinquũ.*
3 *Caſtrum, vel villa intelligitur in dubio eſſe de iuriſdictione magis adiacentium, niſi aliud oſtendatur.*
4 *Vicinitas, & aptitudo ſunt dominij argumenta.*
5 *Ad Principem ſolum ſpectat de finibus tractare, & non ad alium.*

6 Vicinitas

6 *Vicinitas, vel longinquitas quare non efficiat, vt præſumatur locum eſſe magis vnius, quàm alterius.*
7 *Caſtri poſſeſſionem habens non cenſetur etiam poſſeſſionem habere prædiorũ, ſeu aliarum rerum à caſtro pẽdentiũ.*
8 *Caſtri, qui poſſeſſionem habet, prædiorum adiacẽtiũ non cenſetur poſſeſſionem habere, quando ſunt res ſeparatæ.*
9 *Poſſeſſio iuris canonicalis, vel præbendalis, non extenditur niſi ad apprehenſa, & poſſeſſa.*
10 *Poſſeſſionem vnius fundi nomine præbendæ, vel decimæ accipiens, acquirit poſſeſſionem generalem in iuribus, nõ autem in corporalibus.*
11 *Caſtri poſſeſſione apprehenſa acquiritur omnis iuriſdictio etiam in cohærentibus ad caſtrum.*
12 *Qui per partem itineris it, totum ius vſurpare videtur.*
13 *Poſſeſſione apprehẽſa vnius rei, cẽſetur acquiſita poſſeſſio aliarũ rerũ, cũ agitur de acquiſitione iuris vniuerſalis.*
14 *Acquiſitio partis, quæ ab ipſo toto diuelli nequit, ratione indiuiduæ rei extenditur ad totum.*

Caſtrum probari eſſe territorij alicuius ciui-
tatis eo ipſo, quòd ꝓbetur, illud ſubijſſe onera illius
1 ciuitatis † vel ibi perſoluiſſe collectas, traditum fuit à
Caſſan. de conſuetudine Burgũdiæ. tit. des iuſtices, &
droict. §. 1. verſ. multa alia. nu. 10. 11. & 12. fol. 23. col.
2. quod etiam sẽſit Bal. in l. data. in 16. col. C. q accuſ.
non poſſ. ver. ſuper iſta cadit teſtimonium, idem Bal.
in l. 3. C. de natural. liber. eundem Bal. refert & ſequi-
tur Alex. conſ. 43. incip. de celerrima expeditione re-
quiſitus. in fi. nu. 3. in 1. vol. ita etiã tenet Fel. in c. cum
Bertol. in pen. col. ext. de re iud. per tex. in §. ſi quis ex
qualibet. auth. quibus modis natura. effici. ſui. collat.
7. & huc reſpexit Bar. in conſ. 42. Viſa inquiſitione fa-
cta contra Franciſcum Vecennium de Aſſiſio. in fin.
vbi inquit, quem dici eſſe de tali porta, vbi vocatr ad
munera, & eſſe de Aſſiſio, & ibi vocari ad munera.

Præterea ex propinquitate illud optimè probare po-
terit, etenim caſtrũ, quod duabus ciuitatibus interia-
2 ceat † in dubio præſumi eſſe iuriſdictionis illius, cui
magis eſt propinquum, docuit Hieron. de Monte in
tract. de finibus regẽd. c. 83. nu. 2. quod etiam proba-
uit Mart. Lau. in tract. de Caſtellania. in 7. q. argum. l.
adeo. §. inſula. ff. de acq. rer. dom. §. inſula. Inſt. de rer.
diuiſ. & habetur per Parid. de Put. tit. de feud. reinteg.
in c. an ſi Dominus Baroniæ, nu. 4. pag. 107.

Iſtis conſonanea ſunt, quæ memoriæ mandauit
Alex. in apoſtil. ad Bart. in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda.
nu. 3. in addit. quæ incipit, Guliel. de Cuneo. ff. de pig.
act. vbi habetur, vt cum diſputetur de iuriſdictione,
3 ſeu confinibus caſtri, vel villę † intelligantur in dubio
eſſe de iuriſdictione magis adiacentiũ, niſi aliud oſtẽ-
datur, prout ẽt voluit Bal. in c. cum olim. de preſcrip.
nu. 1. per text. in d. c. olim. verbo, adiacentibus.

4 Cuius ratio eſt, quia vicinitas † & aptitudo ſunt do-
minij argumentá, vt ſcriptũ reliquit Bal. in c. cauſam
col. 3. verſ. item dicit Inn. de probat. & idem tradidit
Hier. de Monte d. loco nu. 3. vel ſecundùm Cal. conſ.
90. incip. quia iſta. q. nu. 16. quando caſtrum locatum
eſt in confiniis duorum territorium, & dubitetr, cuius
5 ſit, confugiendum erit ad Principem, † quia ad eum
ſolum ſpectat de finibus tractare, & non ad alium, ita
ſenſit Alber. de Roſate in l. ex quacunque. ff. ſi quis
ius dicent. non obtemp.

Contraria tamen in hac re fuit mente Brun. in cõſ.
109. nu. 3. dicens, vicinitatem, vel longinquitatem nõ
6 efficere, vt præſumatur, locum eſſe magis vnius † quã
alterius, quia conſtat aliquas ciuitates longa, & latio-
ra habere territoria, & aliquas parua, & anguſta, ali-
quas verò nulla, per ea, quæ animaduerſa fuere in c.
fœlicis. §. ciuitas. de pœnis. lib. 6. prior tamen ſenten-
tia propius ad veritatem accedit, ad id tamen conſu-
las ſupradictam concluſionem noſtram, bona intrà
fines, cum concluſione ſequenti.

Iſtis igitur rationibus adductus, ſi quis caſtrũ alicu-
ius eſſe territorij probauerit, nõ cõtinuò ꝓbatum erit,
vt cũ caſtri poſſeſſionẽ habuerit, prædictorũ adiacẽ-
tium poſſeſſionẽ habere cẽſeatur, cũ caſtri poſſeſſio-
7 nẽ habentẽ † non cenſere ẽt habere poſſeſſionẽ ꝑdio-
rum, ſeu aliarum rerũ à caſtro pendentiũ, conſuluit
Iac. Mandel. conſ. 78. nu. 12. & 13. ſentit Bart. in l. 3. in
fi. prin. verſ. aliàs ſi ille nõ traderet, &c. ff. de acq. poſs.
prout clarè tradit Innoc. ad quẽ Bart. ſe remittit. in c.
dilect. col. 1. in fi. de capel. monach. & in c. dilecto. in
fi. de offic. Archid. per reſponſum Celſi in l. q meo. §.
fi. ff. de acq. poſs. atq; reſpondit Alex. in conſ. 43. de ce-
lerrima expeditione. nu. 1. vol. 1. quod & latè conſul-
tus reſpondit Burſ. conſ. 46. num. 26. quo in loco citat
Dec. Pariſ. Crau. Ruin. Cur. Iun. Brun. & quàm plures
* alios ab eo ibi congeſtos, vbi etiam * communẽ dicit.
8 Intellige iſtud poſtremũ tum maximè ꝓcedere † qñ
ſunt res ſeparatæ, vt tradidere gl. in d. l. 3. in princip. in
verb. quẽlibet. in fi. Alex. ibi nu. 22. Andr. de Iſer. in c.
1. in ead. col. in tit. quid ſit inueſt. per l. qui abſentem.
in fi. ff. de acq. poſs. per l. 1. §. veteres. ff. d. tit. Rot. deci.
277. ex quib. in nou. verſ. ſed quãtum. vbi dicitur, poſ-
ſeſſionẽ iuris canonicalis, vel præbendalis, non exten-
9 di ad alia † niſi ad apprehenſa, & poſſeſſa, quia vt in-
qt Pau. in l. 3. §. 1. ff. de acq. poſ. in reb. ſeparatis, & cor-
poralib. ſeu diuiſibilib. tantùm acquiritur, quantum
apprehenditur, iuxt. ſentent. Dyn. in c. 1. de reg. iur. in
6. Bal. qui ſequitr d. Dyn. in l. 2. col. 2. verſ. ſuper tertio
puncto. C. de ſeruit. & aq. dicẽs eum, qui accipiat poſ-
ſeſſionẽ vnius fundi nomine præbendæ, vel decimæ
10 † acquirere poſſeſſionẽ generalem in iuribus, nõ aũt
in corporalibus, in quibus corpora in ſpecie cõſiſtũt,
& vltra ſuos limites non extendunt. l. fi. C. de præſcr.
long. temp. cuius pronunciatum profitẽdo ſequutus
eſt Anch. in c. 1. in 2. q. de reg. iur. in 6. Mil. in ſuo re-
pert. verſ. poſſeſſio rei, & latè tradentẽ conſulas An-
char. in regul. ſine poſſeſſione. col. 19. de reg. iur.

Iſtud vltimo loco dictum ſic velim limites, vt non
11 habeat locum quoad iuriſdictionem, † nã apprehẽſa
poſſeſſione caſtri ab eo, qui habebat iuriſdictionem,
q is voluit in me transferre, acquiro oẽm iuriſdictio-
nẽ, ẽt in cohærentibus ad caſtrum, vt docuit Alex. in
d. l. 3. nu. 22. ſub fi. ff. de acq. poſſeſ. per l. ſi ſtillicidij. §.
12 fi. ff. quemadm. ſeruit. amitt. vbi cauit Paul. cum † qui
per partẽ itineris it, totũ ius vſurpare videri, hoc idem
multis alijs placuit, vt Bar. in d. l. 3. ff. de acq. poſ. Ang.
in l. 1. §. ſi quis hoc interdictum, cum §. ſequen. ff.
de itin. actuq; priu. & vidè latè Alex. d. loco ſupra
alleg. nu. 23. cum aliquot ſequentib. ſed hæc tradentẽ
latius conſulas Old. conſ. 121. per totum, & conſ. 11.
Lud. Rom. conſ. 444. nu. 3. & 5. Franc. Aret. conſ. 119.
Bal. conſ. 482. lib. 4. & conſ. 71. lib. 1.

Secũdò limita ſecus eſſe in corporalibus, vt ſerui-
tutibus, vel iuribus vniuerſalibus, ſic profitendo ſcri-
pſit Præpoſ. in c. 1. col. pen. quid ſit inueſtitura, vbi cõ-
cludit, quod cum agatur de acquiſitione iuris vniuer-
13 ſalis, apprehenſa poſſeſſione vnius rei † cenſetur acq-
ſita poſſeſſio aliarum rerum, confirmat id per ea, quæ
obſeruauit Inn. in c. in literis. de reſt. ſpol. Iaſ. in l. 3. in
princ. ff. de acq. poſ. & ibi Alex. d. loco, nu. 23. ac Bart.
quoque per l. quotiens. ff. de ſeruit.

Accedat huc, quod vbi præſcribitur, vel acquiritur
pars, quæ ab ipſo toto diuelli nequit, tunc præſcriptio
14 † vel acquiſitio partis extẽditur ad totum ratione in-
diuiduæ rei, per id, quòd notat Innoc. in c. cum in tua
de decim. & per eundem in c. dilectus. de capel. mo-
nach. ita notat Corſet. in cap. bonæ. 2. in apoſtill. ad
Abb. ſuper 3. notab. de poſtulat. prælatorum. arg. l. ſi
ſtillicidij §. fi. cũ l. ſeq. ff. quemadm. ſeruit. amitt. Feli.
in c. auditis col. 2. in 4. declaratione, de præſcrip. Mil.
in repert. in verbo poſſeſſio rei corporalis, quæ alle-
gat. c. fi. col. 48. ver. reſtat vltimo videre. extra de cau-
ſa poſſeſ. & propr.

Verùm fuſius de hac re dicetur in cõcluſione probanda, & in concluſione, poſſeſſio, infra, quæ tibi, lector, ſi opus erit, videnda erunt.

CONCLVSIO CCLXXI.

ARGVMENTVM.

Caſum fortuitum quis probare cogatur.

SVMMARIVM.

1 *Caſum fortuitum allegans, illum probare debet.*

2 *Caſum fortuitum tam actor agens, quàm reus excipiens probare habet.*

3 *Caſus plerunq; contingere ſolet culpa eius, qui ad cuſtodiam tenetur.*

4 *Caſus eſt quid facti.*

5. *Caſum fortuitum probare debet, vbicunque quis tenetur ad cuſtodiam ratione officij, ſiue publici, ſiue priuati.*

6 *Caſum fortuitum allegans, non ſolum illum probare debet, ſed ſe omni culpa caruiſſe.*

7 *Caſum allegans, de culpa tenetur, non probato, quod culpa caruerit.*

8 *Caſus qui ſine culpa præcedente euenire non conſueuerit.*

9 *In caſibus, qui regulariter ſine culpa euenire ſolent, probata amiſſione, caſus præſumitur, niſi culpa probetur.*

10 *Caſus fortuiti quandoque facto naturæ, quandoque facto hominis dicuntur contingere.*

11 *Conductori, pecudum aſſerenti eas ſibi fuiſſe abactas, credendum non eſt, niſi probauerit caſum furti.*

12 *Aſſerenti amiſiſſe pecuniam, & ex hoc non potuiſſe impertire ſociis, credendum non eſt, niſi probet caſum fortuitũ.*

13 *Caſus fortuitus per iuramentum probatur, concurrente qualitate perſonæ arbitrio iudicis.*

14 *Caſus ſuperueniens, vt quis citatus comparere intra terminum ſibi aſſixum non poſſit, probatur per iuramentum.*

15 *Caſus ſuperueniens, vt citatus comparere non potuerit, relinquitur arbitrio iudicis.*

16 *Caſus fortuitus non poteſt ſolo iuramento probari, quando quis vult ſe excuſare propter ipſum, cui ratione contractus tenebatur.*

17 *Caſus per iuramentum probare poteſt, qui non tenetur ex contractu.*

18 *Actor allegans caſum pro fundamento ſuæ intentionis, aliter, quàm per iuramentum illum probare debet.*

1 Caſum fortuitum allegantem † debere illũ probare, teſtis eſt Paril. in conſ. 1 ,6. nu. 2. & 3. vol. 4. Bart. Alex. Bald. & alij in l. ſi quis ex argentarijs. an verò. ff. de edendo. vbi dixit Bart. tam in actore agente, quàm in reo excipiente id procedere,

2 † cum vtriuſq; intentionis fundamentum ſit, cui accedit Franc. Aretin. conſ. 85. poſt num. 14. verſ. præterea dato, quod in principio locationis, & idem reſpõdit Alex. in conſ. 58. circa primum quæſitum. nu. 6. vol. 1. Afflict. in l. ſi creditor. nu. 2. C. de pact. & habetur. §. fi. inſt. quib. mod. re contrah. oblig. reſpõdit Bal. cõſ. 476. factũ tale, eſt col. 2. nu. 2. lib. 1. & ſenſit Ang. in l. eum qui. § itẽ. ff. commod. Bart. & alij in l. ſi credi tor. C. de pig. act. Corn. conſ. 105. nu. 1. lib. 1. & conſil. 318. eo. vol. Rom. conſ. 395. vt res clarior. per totum. Dec. in conſ. 552. nu. 7. Gozadin. conſ. 63. nu. 2. Socy. in conſ. 24. nu. 4. lib. 1. Anch. conſ. 316. nu. 4. Bart. conſ. 93. num. 4. vol. 3.

3 Nec id ratione caret † nam plerunque caſus eius culpa contingere ſolet, qui ad cuſtodiam tenetur, ſic Vlp. in l. cum duob. §. damna, quæ. ff. pro ſoc. §. præterea. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig. Barthol. Cæpol. conſ. 18. ſtatutum Vincentiæ. col. 2. ſatis lime. Corn. conſ. 28. nu. 4. [illegible] in hac conſultatione. lib. 3. §. effracturæ. ff. de offic. præf. vigil. Itẽ † quia caſus eſt, quid
4 facti, & facta non præſumuntur, niſi probentur, vulgata l. in bello. §. facti. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.

Primò amplia concluſionem procedere, vbicunque quis tenetur ad cuſtodiam ratione officij ſiue publi-
5 ci † ſiue priuati, vt reſpondit Nat. conſ. 79. nu. 2. vol. [illegible]

Secundò amplia, vt non ſolùm debeat probare caſum fortuitum, qui illum allegat, ſed & ipſe etiam
6 probare cogatur † omni culpa caruiſſe, ita ſinc docuere Bart. Alex. & Iaſ. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an verò. ff. de edend. Paril. d. conſ. 1 ,6. nu. 5. vol. 4. quo non probato præſumptio eſt culpam præceſſiſſe talem ca-
7 ſum, quo caſu tenetur caſum allegans † de culpa. l. ſi creditor. l. creditor. l. ſi nulla. C. de pig. act. l. cũ duob. §. de damna. ff. pro ſoc. l. ſi vẽdita. ff. de peric. & comm. rei vend. canoniſtæ in c. ex. de commod. & habetur in §. quod ſi fuerit. Inſtit. de emp. & vend. Bart. in l. ſi vt certo. §. ſed interdum. ff. commod. Corn. conſ. 108. in princ. vol. 1.

8 Limita, vt procedant præfata in his caſibus † qui ſine culpa præcedẽte faciliè euenire nõ conſueuerũt, vt in furto, incẽdio, fuga ſeruorum, vel aliorũ, qui dubuerunt cuſtodiri, ſecus in iis, qui ſine culpa regulariter euenire ſolent, vt vis hoſtium, impetus aquarum, & ſimilia, in quibus probata amiſſione, pſumitur ca-
9 ſus † niſi culpa probet. Bart. in d. l. ſi quis ex argentar. §. an verò hæredi. nu. 4. cũ quo Ang. Fulg. Abb. & alios ſimpliciter tranſire fidẽ facit ibi Iaſ. col. fi. & inter cõmunes opiniones refert Franc. Turza. concl. 185. nu. 23. in fi. cũ ſeq. Vnde poſſe in materia colligi aliquorum iuriũ declaratione dicebat Bello. §. itẽ is cui. nu. 11. Inſt. quib. mod. re con. ob. Salic. in l. ſi creditor. nu. 2. C. de pig. act. & in l. quæ fortuitis. C. eo. ti. vbi tamẽ
10 ait † quod iſti caſus fortuiti dupliciter dñr cõtingere, quandoque facto naturæ, quãdoq; facto hominis, vt per eũ.

Ex hac concluſione inferas, quod ſi conductor pecudum aſſeruerit, eas ſibi fuiſſe abactas, ei credendũ
11 non ſit † niſi probauerit caſum furti, ita reſpondit Alex. conſ. 118. vol. 1. & conſultus eſt Bertr. conſ. 98. nu. 4. vol. 3. Quòd intelligere debes, ſi deponat de identitate pecudũ, vt tradit Bar. in l. Senatus. ff. de accuſat.

Secundò infertur, vt aſſerenti amiſiſſe pecuniam, & ex hoc non potuiſſe impertire ſociis, nõ ſit credẽ-
12 dum † niſi probet caſum fortuitum, vt docuit Socy. conſ. 24. nu. 40. vol. 1. & ſcripſit Bald. in l. ſi creditor. C. de pignor. actio.

Ille igitur, qui caſum fortuitum allegauerit, illud probare debebit, ſed inueniẽdæ ſunt rationes, quibus id poſſit probari. Caſum ideo fortuitum probari per
13 iurm † concurrente qualitate perſonæ arbitrio iudicis voluere Bart. Alex. & Iaſ. & ſimul * omnes ſcribentes in l. non exigimus. §. quod diximus. ff. ſi quis caut. vbi dicitur de caſu ſuperueniente; vt quis citatus cõparere intra terminũ ſibi aſſixum nõ poſſit, talis enim
14 caſus † probatur per iurm. idem Bar. ſcripſit in l. ſcire. §. ſufficit. ff. de excuſ. tut. tradit Alex. in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis caut. & eſt conſultus conſ. 51. vol. 2. ſcripſere Doct. in l. ſi quis fundum. §. imper. ff. locati. voluit Bald. in l. teſtem. C. de teſtib. & in l. ſicut. C. de fid. inſt. prodidit Abb. in c. 2. de depoſ. & conſuluit Alex. in conſ. 58. circa primum quæſitum, nu. 6. vol. 1. ide Bart. in d. § quod diximus. ff. ſi quis caut. late Cor. conſ. 318. nu. 3. & 4. lib. 4. qui plurimos ibi cumulat. Rom. conſ. 295. incip. vt res clarior. Archid. c. 1. poſt
15 nu. 1. de dol. & contum. in 6. vbi dicit † id arbitrio iudicis relinquẽdum, conſiderata qualitate perſonæ, & honeſtate, & modo impedimenti, fama, & alijs adminiculis, & inſpecta difficultate probationum. Marſil. de minor. §. plurimum quoq; nu. 67. ff. de q. Alex. vbi teſtatur de * communi. d. §. quod diximus. nu. 1. & 2.

16 Limitabis illud poſtremum non procedere † quando quis vult ſe excuſare propter caſum fortuitũ, cui ratione contractus inniti tenebatur, nã tunc non põt hoc ſolo iuramento probari, ſed tamẽ in pdicta concluſio hẽt locum, quando quis non tenebatur ex cõ-
17 tractu, nam † tunc ſufficit iurm, vt auctor eſt Bar. in l. ſcire

Digitized by Google

ſcire oportet.§.ſufficit.ff.de excuſ.tut. qui allegat. gl.
in l.ſi.C.de fid.inſtr.Spec.ponit iſtam quęſtionem.tit.
de appell.§.nunc breuiter.ver.quod ergo. vbi in hāc
deſcendit ſententiam inſpecta qualitate perſonę, pro-
cedere concluſionem, cui adhæſit. Cuman.in l.2.§.
quod diximus.ff.ſi quis cautio.quod Bart. d. loco ſu-
pra citato dicit menti eſſe tenendum.

Id verò,quod diximus,eum qui non tenetur ex cō-
tractu,poſſe caſum per iuramentum probare, intelli-
gēdum eſt procedere in reo,qui ſolùm iudicis officio
tenebatur,ſecus in actore, qui allegās caſum pro fun-
18 damento ſuę intentionis aliter † quam per iuramen-
tum illum probare debet.ſic ſcripſit Salic.l.ſi.num.6.
C.de fid.inſtr.& ante eum docuit Bartol.in d.l.ſi quis
ex argentarijs.§.an verò hæredi.nu.1.& ſeq. vbi ma-
nifeſtiſſimis probationibus cogi probare rem amiſiſ-
ſe,ait per tex.in l.ſi creditor.C.de pig. actio.

CONCLVSIO CCLXXII.

ARGVMENTVM.

Caſus naufragij,furti,& ſimiliū debent probari, & quo pacto.

SVMMARIVM.

1 *Caſus fortuiti,naufragij,rapinæ,& ſimiles non præſumun-tur,niſi probentur.*
2 *Caſus naufragij probandus eſt ab eo, qui illud propoſuit, & per teſtes commodè probari poteſt.*
3 *Caſus manifeſti perfectam requirunt probationem.*
4 *Teſtes de caſu in loco,vbi incidit,examinari debēt, & eorū depoſitiones faciunt poſtea fidem coram iudice legitimo.*
5 *Examinatio teſtium contra rapientem ex naufragio fieri poteſt in loco naufragij, & probat.*
6 *Caſum,vbi quis patitur, ibidem curare debet examinādos teſtes,qui poſtea fidem facient coram iudice ſuo.*
7 *Teſtes in loco non apto examinari poſſunt, vbicunque neceſſitas imminet propter periculum mortis,vel abſentię in loco longinquo.*
8 *Teſtes de caſu poſſunt etiam examinari ſuper articulis à iudice repulſis,& reprobatis.*
9 *In examinatione teſtium ſuper caſu non eſt neceſſe citare partem,quæ fortè loci longinquitate diſiuncta eſt.*
10 *Caſum probare ſatis eſt ex naturali iuſtitia, non attenta ſolemnitate ciuili.*
11 *Caſum naufragij probare intendens, probare debet intra annum, quia poſt non eſt audiendus,*
Mercator rationem reddere debet omni anno, ibi.
12 *Mercatores,ſi aſſerant ſe damnū ſuſtinuiſſe furti,vel naufragij,aut ſimiliū, debent facere de hoc fidē intra annū.*
13 *Omnes exceptiones ſunt perpetuę,etiamſi actio ſit annalis.*
14 *Suſceptor ſpecierum publicarum tenetur de earum amiſſione,niſi intra annum caſum probauerit.*
15 *Familiares,& domeſtici in ſubſidiū admittuntur in probatione caſus fortuiti per teſtes facienda.*
16 *Domeſtici teſtes recipiuntur, vbicunque veritas aliter haberi non poteſt.*
17 *Caſus furti probari poteſt per coniecturas, præſumptiones, & veriſimilitudines,quæ alias non eſſent validæ ad plenam probationem.*
18 *Caſus clandeſtini,& occulti per coniecturas probantur.*
19 *Caſus furti, vel pignoris ſubrepti quomodo probetur.*
20 *Clamor, ſeu vociferatio nocturna contra latrones, vbi aliud veſtigium non apparet, non probat furtum.*
21 *Caſus furti ſi pbādus eſt,hoc permittit dēt iudicis arbitrio*
22 *Furtum qua ratione probetur,vide remiſſiuè.*

1 Caſum fortuitum,naufragii,rapinæ,& ſimi-
lia non præſumi†niſi probentur,do-
cuit Abb.in c.ſi vero.1.nu.8.de ſent.excōm.Dec.cōſ.
552.nu.7.per text.in l.ſi creditor.C.de pig. actio. Bal.
cōſ.476.nu.6.vol.1.& quo debet probare, ſcilicet ca-
ſum emergentem,& ſine ſua culpa illum accidiſſe, vt
monuit Bal.in d.l.ſi creditor.C.de pigno. act. & vide
quæ in ſuperiori concluſione ſunt adducta.

Cum igitur nō præſumitur naufragium, ab eo erit
2 probandum,qui illud propoſuerit † quod p teſtes cō-
modè poterit probari,vt tradidit Bar.in l.2.C.de nau-
frag.lib.11.n.7.vbi teſtatur Cyn.in l.ſi creditor.C. de
pign.act. ſic ſēſit Capel.Tolo.q.448.nu.2.ita docēdo
voluit Ale.de Imo.in l.2.§.q diximus.ff.ſi qs cautio.
& conſulēdo ſequutus eſt Alex.cōſ.54.lib.2. in eādē
deſcēdit ſnīā Spe.tit.de pig.in prin. verſ. ſed qualiter.
3 Cū enim iſte ſit de caſibus manifeſtis † nimirum ſi
perfectam requirit probationē Bar.l.ſi quis ex argen-
tarijs.§.an vero hęredi.nu.3.ff.de eden.& non ſufficit
perfunctoria,& imperfecta probatio Nat.cōſ. 79. poſt
nu.2.lib.1.

Amplia concluſionem,vt in probatione huiuſmōi ca-
ſus vel cuiuſcunq; vt incēdij,furti,rapinæ, & ſimiliū,
vbi caſū qs patitur,ibi debēt examinari teſtes de caſu
4 in loco vbi incidit†quæ teſtiū depoſitiones poſteà fa-
ciunt fidē corā iudice legitimo,ita Bart.in d.l.2.C.de
naufrag.lib.11.Capel.Tolo.q.458.n.2. ſequitur Ant.
Corſ.ſing.48.incipit in loco vbi aliqs in verb.teſtis. n.
* 1.vbi dicit hanc eſſe practicā, quam ēt* mirabilē nū-
cupauit Bart. d.l.2.nu.2. & ad hoc erunt teſtes idonei
nautæ,& miniſtri nauis,vt reſpōdit Soc.iun.in cōſ.17.
omnipotēs Deus ſupradictæ cauſæ,n.5.in prin.vol.1.

Secundo amplia idē procedere, ſi quis vellet pba-
5 re † contra rapientem ex naufragio,quia huiuſmodi
examinatio fieri poteſt in loco naufragij, & probat.
ſic dixit Ang.in l.2.C.de naufrag lib. 11.in addit. ad
Bar.ibi.nu.6.cuius ſententiæ acceſſit Paulus de Caſtro
in l.ſi creditor.C.de pign.actio.

6 Tertiò amplia,vt in loco, † vbi patitur quis aliquē
caſum,curet ibid.examinandos teſtes,qui poſteà fidē
facient coram iudice ſuo,ita conſuluit Crau.conſ.2.
nu.7.vol.1.hoc idem Alex. ad addit. Bart.ad d.l.2.C.
d.tit.q inſigne,& ſingulare arbitratus eſt Ant. Corſ.
in ſuo ſing.371.in verſ.teſtis.18.inc.p.in loco vbi quis
patitur.

Sed obſeruādum eſt,hanc ampliationem ſemper
eſſe veram,vbicuq; neceſſitas imminet,vt teſtes exa-
minentur à parte propter periculum mortis, vel ab-
7 ſentiæ in loco longinquo,quoniam etiā eo caſu† po-
terunt teſtes in loco non apto examinari, ſecundum
Do.de Rota concl.120.in annq.& hoc ſequitur Lu-
dou.in l.ſi vero.§.de viro.ff.ſol.matr.in fall.54.addit.
ad Lanfr.de Oran.in c.quoniam contra. §. cōfeſſio-
nes.nu.2.verſ.quia forenſes. extr. de probat.

Quartò amplia, vt non ſolum teſtes poſſint exami
nari,ſi periculū,vel mortis,vel abſentiæ, vt dictū eſt,
8 immineat,ſed etiā poterūt teſtes examinari†ſuper ar-
ticulis à iudice repulſis,& reprobatis,ſic diremere D.
Rot.dec.90.iudex appellationis.in nou. Ludo.Rom.
in d.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol. matr. quod pronuncia-
tū maxima obſeruatione dignū cenſet, quinimò aſ-
ſerit,ſe ita conſuluiſſe apud Vincentiam, cui aſſentit
Ale.in add.ad Bar.in d.l 2.C.de naufra.li.10.n.3 & 4.

Quintò amplia concluſionem vſq; eo procedere,
9 vt in †examinatione teſtiū non ſit neceſſe citare par-
tem,quæ fortè loci longinquitate diſiuncta eſt, vt aſ-
ſeuerauit Bart.in l 2.& ibi Alex.tit.de naufrag.C.lib.
10.in annotat.ad Bart. qui dicūt hoc eſſe mirabile di-
ctum,& ſic intelligēda eſſe.l.ſcire oportet. §. ſufficit,
vbi dicit ſatis eſſe probare caſum ex naturali iuſtitia,
hoc eſt,ſecundū ius gentium, in quo in ore duorum,
10 vel triū ſtat omne verbū†non attenta ſolēnitate ciui
li,obſeruauit Hippol.de Marſ.in ſing.24. & fuit deci-
ſum in Capel.Toloſ. vt ex eius dec.447. itē fuit quæ-
ſitū,qdam Sempr.vbi ēt apoſtilla latè ſic ēt tradit an-
te Gul.in l.2.§.q dicimus.ff.ſi quis caut.ita quoq; ca-
uit Bart.in l.contumac.ff.de re iud.& idem Barto. &

Imol.ſcripſere in l.quæſitum.ff.eod. Ant.de Butr.etiã
docuit in.c.querelam.de procur.per gl.in c.quenquã.
4.q.3.& Azo in ſum.de dilatio.Bal.in l.1.ff.eo.tit.de
prob.Arch.& Io.Andr.in c.1.de dol.& contum.in 6.
Bal.& Cyn.in l.ſi cum gl.in verb.ſanctum. C. de fide
inſtr.per Io.Andr.in addit.ad Spec.in tit.de appell.§.
nunc breuiter.verſ.quid ergo.Ant.de Butr.in c.ex ra
tione.de appellat.per Ang.in l.ſi.ff.de feriis.Bart.in l.
ſi quis ex argentariis.§.pen.ff.de edend. Bart.in l. qui
accuſare.C.eo.tit.Ant.Corſet.ſing. 18. in verb. teſtis.
latè videas Alex. hæc proſequentem in l.ait Prætor.
§.ſi debitorē.in fi.ff de his.quę in fraud. cred.Fel. c.20
nu.10.verſ.quartò fallit,extra de teſtib. Gabr. poſt ci-
tatos,tit.de citationibus,concl.1.nu.352.ver.18.limi-
ta.vbi etiam ampliat hæc procedere in quolibet alio
caſu occurrenti in remotis partibus.

11 Limita concluſionem nõ procedere† niſi intra an-
nũ ꝓbauerit de cauſa naufragij,vt ſupra, ſecus ſi poſt
annũ nam tum non erit audiendus,& hoc illud con-
firmat, quòd mercator dēt reddere rationem omni.
anno. l. neminem.C.de ſuſcept.& archa.lib.10.& ibi
Bar.nu.1.Vnde intra annũ dēt facere fidē, & hæc re-
ſtrictio eſt mirabilis,vt atteſtatur idē Bart.in d.l.2. C.
de naufrag. nu. 5. pro his,q ſuas pecunias mercatori-
bus erogant,vt inter ſe communicent lucrũ,& dam-
num.Nam hi mercatores,ſi aſſeruerint ſe damnũ ſu-
12 ſtinuiſſe furti,vel naufragij,aut ſimilium† debent fa-
cere de hoc fidē intra annũ,alioq non audientur,ſed
licèt hoc videaē innuere tex.in d.l.2.C.de naufrag.&
ſequatur idē Capel.Tolo.q.447.itèm fuit, quæſitum,
quidam Sempronius,vbi cũ apoſtilla ibi late traditũ
eſt,tñ Ang.in eadem l.2.nõ probat hoc Bar.axioma,
reddens rationes,quia ſi hoc eſſet verum,ſequeretur,
ꝙ actio de naufragio eſſet perpetua,& exceptio eſſet
tēporalis,quod eſt falſum contra omnes iuris regulas
13 †nam omnes exceptiones ſunt perpetuæ,etiã ſi actio
ſit annalis l. pen.ff.de do.excep.& idē ſequit Steph.
Aufrer.in add.ad Capel.Tolo.d.q.448.& Io.de Plat.
& Iac.Rebuſ.dicunt illam l.procedere in caſu præci-
puo,& ſingulari,fauore fiſci in ſuſceptore ſpecierum
14 publicarũ,† vt videlicet teneatur de earũ amiſſione,
niſi intra annum caſum probauerit,ſecus autē eſſe in
priuato,quia defenſiones(vt dictum eſt)sũt perpetuę.

Illud verò animaduertas in probatione caſus for-
tuiti per teſtes facienda in caſu,quo dictum eſt ſupra,
15 admitti familiares† & domeſticos in ſubſidiũ.ita vo-
luit Io.de Plat.in præallegata l.2.C. de naufrag. & in
l.3.C.d. tit. lib. 10. latè Aufrer.in addit. ad q. Capell.
Toloſ.q.448.nu.2.ſub fi.Gabri.tit. de teſtib, concl. 9.
nu.87,verſ. primò infertur. vbi poſt citatos tradit, vt
16 vbicunq; veritas aliter haberi nõ poſſit† teſtes dome
ſtici recipiantur, & iſtud pro regula habetur in c. ve-
niens.el.2.in fi.& ibi gl.extr.de teſtib.& alibi ſæpè,vt
per eundem Gabriel.eo.tit.de teſtib.concl. 7.

Caſus etiã furti, cũ inter caſus fortuitos connume-
retur,probatione indiget, qui quidem poterit proba-
17 ri ꝑ coniecturas,ſeu præſumptiones,† & veriſimilitu-
dines & tales,quæ aliàs non eſſent validæ ad plenam
probationem,conſulius reſpondit Alex.conſ.53.lib.
2.per totum,ita notat Bar.quem alij ſequuntur in l.ſi
quis ex argentarijs.§.an verò hæredi.ff.de edend. vbi
inquit ſufficere ꝓbare per coniecturas caſus clãdeſti-
18 nos† & occultos,puta furtũ,vt ꝓbando fractas fuiſſe
fores,famulũ fugã arripuiſſe,& id genus alia,arg.l.hõ
oēs.§.à barbaris.ff. de re milit. & obſeruat Cy. in l.ſi
creditor.in fi.ff.de pign.act.Fede.de ſen.cõſ.119.nul-
li dubiũ eſt,allegat c.Michael.de filijs pſby.& in c.3.
loco.de pb.l.ſi vicinis.C.de nupt.c.veniens.2.de teſt.

Attendendũ tamen eſt illud,quod dicit Bart.ſuffi-
cere fugam famuli,qui caſus vr,vt notat.Bart.in d.l.ſi
quis ex argentarijs.§.antepen.& idē Bar.in l. ſi qñ.ad
fi.C.vnde vi.& Spec.in tit.de furt.verſ.pen.vbi quærit
Spe.de eo,cui res aliqua pro pignore ſit tradita, & il-
la fuerit ſibi ſubrepta.Reſpondet ſibi,quòd ... probā-
19 do,tali nocte irrupiſſe latrones in hoſtium ſuũ† & il-
lud fregiſſe,ſic Io.And.tit.de locat.vel ꝓbabit ſe vo-
ciferatũ fuiſſe,vel ingentē clamorē edidiſſe noctu,&
qñ latrones irruerũt in domũ,ſeq; ſurrexiſſe, & dixiſ-
ſe tale pignus ſibi fuiſſe ſubreptũ.clamor tñ,ſeu voci
feratio nocturna,dà alli ladri,vbi aliud veſtigiũ non
20 appareret† nõ probaret furtũ, aliàs enim multæ frau-
des poſſent fingi.Spec.tit.de pign.in prin.ꝙ vti ſingu-
lare dictũ refert Iaſ.d.l.ſi quis ex argentarijs.§. prætor
ait.col.pen.ff.de edē.Boſſ.tit.de furt.in prin. poſt n.2.

* Verumtñ *communis Doctorum fuit traditio,vt ſi
probandus ſit caſus,vel ablatio, hoc debere permitti
21 iudicis arbitrio,† qui inſpecta facilitate probationis,
vel difficultate,& conſiderata perſonæ qualitate, in-
terdum exiget plenam probationem; aliquando nõ,
vt traditum fuit ab Ang. in l.ſi.ff.de fur.& Bal.& Sal.
in l.1.C.de dilatio.in l. quæſitum. ff. de re iud. Alex.
conſ.52.nu.3.lib. 2.

Aduertendũ tñ eſt,Bar.& Doct.præcitatos nõ loq
de indicijs contra furē, ſed de probando ipſo furto.
veluti quia vult quis ſe tueri per amiſſionē rei, vt per
Boſſ.tit.de fur.in prin.nu.2.vbi ſubdit conſtare debe-
re de rebus,licèt non requiratur probatio quantitatis
explicitæ quæ ꝑ iuramentũ probari poterit,vt per eũ.
22 Verùm† qua ratione probetur furtũ conſulas Spe.
tit.de pign.in prin.verſ.ſed qualiter. Pariſ. conſ. 156.
nu.2.& 3.vol.4.Bald.conſ.476.factum tale,nu.5.libr.
1.Corn.conſ.318.nu.4.lib.4.& fuſius à nobis explica-
bitur in concluſione furtum, infra.

CONCLVSIO CCLXXIII.

ARGVMENTVM.

Cataſtrum licet regulariter non probet, bona tamen in illo deſcripta illius dicuntur, cuius eſt cataſtrum.

SVMMARIVM.

1 *Cataſtrum, ſiue liber æſtimi regulariter non probat.*
2 *Aeſtimum non probat nec dominium, nec poſſeſſionem.*
3 *Aeſtimum probat, quando agitur inter perſonas in illo comprehenſas.*
4 *Cataſtrum quando producitur vna cum ſolutione cenſui, & collectarum quid probet.*
5 *Cenſus, & collectæ deſignant ſubiectionem, & probant caſtrum, vel villam eſſe territorij illius, cui ſoluitur.*
6 *Cataſtrum vbi per ſe ſine ſolutione producitur, nõ probat.*
7 *Cataſtro ſi res deſcripta reperiatur tanquam alicuius, non per hoc tendit in illius præiudicium, qui non conſentit.*
8 *Cataſtrum in argumento eſt, vt bona in illo deſcripta illius ſint, cuius cataſtrum eſt.*
9 *Cataſtrum hominis priuati non plenè probat.*
10 *Cataſtrum plenè probat contra eum, qui eſt dominus rerũ in ipſo deſcriptarum.*
11 *Cataſtrum inuectum penes illuſtres perſonas plenè probat.*
12 *Cataſtrum plenè probat, ſi inter ſcripturas publicas collocatum ſit, & ei præſit publicus magiſtratus.*
13 *Cataſtri, ſiue libri æſtimi cum aſſeruentur in archiuio publico, dicuntur ſcripturæ publicæ.*
14 *Cataſtri, ſiue æſtimi libri dicuntur authentici.*
15 *Cataſtrum, quando habitum eſt pro publico, vel authentico probat.*
Authoritas antiquitatis magna eſt, & vim legis obtinet ibi.
16 *Vetuſtas ſemper pro lege habetur.*
17 *Cataſtrum probat, quando agitur inter perſonas eiuſdem territorij, ſecus ſi contra alios.*
18 *Cataſtrum probat cõtra tertium, dummodo adfuerit ſcripturę cataſtri.*
19 *Cataſtrum inducit præſumptionem in gratiam eius, cui ſunt bona deſcripta.*

Cata-

1 Cataſtrum †ſiue librum æſtimi regulariter nō, probare optimi ferè quiq; ſcribentes docuere, vt Fel. in c. cum cauſam.
nu. 2. de prob. Aymo Crau. tract. de antiq. temp. §. 4.
limitatur. nu 71. par. 1. fol. mihi 96. Hieron. de Monte
in tract. de finib. reg. c, 64 per totum. Pariſ. conſ. 104.
nu. 169. qui dicit communi prudentū ſententia fuiſſe receptum, vt æſtimum non probet nec dominium
2 †nec poſſeſſionem, vt l. ſi pater, vbi plenè ſcribētes. C.
de rei vend. & per Bald. in l. quidam in ſuo. ff. de condit. inſt. Alex. conſ. 10. col. 2. verſ. non probantur. in
4. lib. & per Bal. in l. ſolemnibus. C. de rei vend. Soci.
conſ. 6. licèt. col. 3. n. 81, lib. 4. Dec. conſ. 156. perfecto,
plenè per Corn. conſ. 304. per totum, lib. 1.

Sic verò eſt accipienda concluſio, vt procedat quādo agitur cōtra tertium, nā eo caſu nihil probat æſti-
3 mum† ſecus verò quādo agitur inter perſonas in illo
æſtimo comprehenſas vt reſpondere Pariſ. conſ. 104.
nu. fi. & Alex. d. cōſ. 10. nu. 6. lib. 4. & tradidit Hieron.
de Monte, d. c. 64. nu. 6. & 7.

Limita concluſionem non procedere, quando cataſtrum producitur vnà cum ſolutione cēſus, & collectarum, tunc etenim probat locum, vel villam ſol-
4 uentem cenſum, vel collectas eſſe† de dominatu loci
illius, cui ſoluuntur, quod placuit Hier. d. c. 64. nu. 4.
ſecundum Alex. in cōſ. 35. viſo proceſſu, nu. 4. vol. 4.
per §. ſi quis igitur ex qualibet, in auth. quib. mod. natur. effic. legit. & ibi per gl. in verſ. perſoluatur, & per
Bal. in l. 3. C. de natural. liber. vbi illius contex. auctoritate motus obſeruat, per cēſus, & collectas deſigna-
5 ri ſubiectionem† & per eam probari caſtrum, vel villam eſſe territorij illius, cui ſoluuntur, & per l. 3. verſ.
ſub quo vicus, vel poſſeſſio cēſeatur. C. de iure emph.

Secus vero eſſet, vbi cataſtrum per ſe ſine ſolutio-
6 ne produceretur† non enim probaret, ſecundum Feli.
in c. cum cauſam. nu. 2. & paſſim per totum, de prob.
vbi dicit, ſi res deſcripta reperiatur in cataſtro tāquam
7 alicuius, per hoc non tendere in illius præiudiciū† qui
non conſentit quod idem voluit Aymo Crau. de antiq. temp. §. 4. limita. nu. 71. Alex. conſ. 62. in cauſa, &
lite. nu. 16. vol. 7. & conſ. 77. viſo proceſſu. nu. 21. vol.
6. Lanfr. de Orian. in c. quoniam contra falſam. verſi.
teſtium. nu. 163. de probat.

Quod quidem cataſtrum, licèt (vt diximus) regulariter non probet, attamen non leue, nec mediocre probationis ſignum, & argumentum eſt, bona in illo de-
8 ſcripta† illius eſſe, cuius eſt cataſtrū, licèt nō plenè probet, vt latè proſequitur Mandel. Albēſ. cōſ. 34. nu. 11.
& 12. Hiero. de Monte d. tract. de fi. regen. c. 64. nu. 8.
Alex. conſ. 92. viſo proceſſu, nu. 5. vol. 2. Soc. cōſ. 89. nu.
21. vol. 1. Pariſ. cōſ. 53. primo dicendum. nu. 21. vol. 1.

Sed velim animaduertas, iſtud verum eſſe, quando
9 agitur de æſtimo† vel cataſtro hominis priuati, qa eo
caſu non plenè probat, ſic conſulit Barbat. conſ. 6. n.
10. lib. 2. huc adhibeas ea, quæ ſuperius dicta ſunt.

In primis iſtud ſuperà nobis dictum limitabis, vt
10 plenè probet cataſtrum cōtra eum, qui eſt† dominus
rerum in cataſtro deſcriptarum, ita Barb. in d. conſ. 6.
nu. 10. Bal. in l. rura. C. de omni agro deſer. lib. 11. l. cēſualibus. C. de donat. & Cy. in l. ſolemnibus. C. de rei
vend. gl. in c. ſi Papa. de priuileg. in 6.

Secundo loco limitabis iſtud poſtremum, etenim
cataſtrū, vel librum æſtimi inuentum penes egregias
11 †& illuſtres perſonas, quales ſunt Marchiones, plenè probare, auctor fuit Barb. conſ. 6. nu. 9. lib. 2. Hieron. de
Monte d. tract. de fi. c. 64. in fi. Bar. in l. rura. C. de omni agro deſer. lib. 11. vbi dicit, quoſdā ex fratribus inſcribenda curaſſe nomina aliorum fratrū in cataſtro,
per huiuſmodi cataſtrū ipſis fratribus ſcriptis. acquiſitum fuiſſe dominiū, ſicut illis, quos tenor inſtrumēti deſignat, comprobat id per l. cenſualis. C. de donat.

Tertiæ limitationi dabit locus, illū plenè probare
12 †ſi inter ſcripturas publicas collocatus ſit, & ei præſit
Magiſtratus publicus, & conſueuerit ei fides haberi,
vt reſpondit Barb. conſ. 6. nu. 10. & 11. Alex. conſ. 92.
nu. 6. lib. 2.
13 Huius ratio eſt, quia † cum aſſeruentur in archiuio
publico, habētur, & dicuntur ſcripturæ publicæ, auth.
ad hæc. C. de fid. inſtr. & ibi Bar. gl. & Doct. in c. cum
cauſam. de probat. quod vero iſtiuſmodi libri æſtimi,
14 ſiue cataſtri† dicantur authentici, dicit Ioā. Andr. in
addit. mag. verſ. quantum ſupplementum. & Bald. in
rubr. de fid. inſtr. in pen. col. & l. exemplo. C. de prob.
& idem Alex. conſ. 12. nu. 1. vol. 4. l. in fraudē. §. quotiens. ff. de iur. fiſc.

Quartò præterea loco limitare poteris, quando ta-
15 le cataſtrum diu habitū ſit pro publico, † vel authē-
tico, ſic Barb. d. cōſ. 7. nu. 13. cum allegatis ibi per eū,
Ratio eſt, qui auctoritas eſt magna antiquitatis, cum
vim legis obtineat. l. 2. ff. de aq. plu. arcen.

In ſumma inquit Paul. I. C. tria ſunt, per quæ inferior locus ſuperiori ſeruit. lex, natura loci, vetuſtas
16 †quæ ſemper pro lege habetur, minuēdarum ſcilicet
litium cauſa, idem conſtituit Imper. in l. teſtamenta.
C. de teſtamētis. l. ſancimus. eo. tit. c. cum dilectus. de
fid. inſtrum.

Illud uero obſeruatione dignum non præteribo,
omnes has limitationes locum habere, & procedere
quādo agitur inter perſonas eiuſdem territorii, ut ait
17 Barb. conſ. 6 nu. 10. †ſecus uerò ſi agatur contra illos,
qui non ſunt in illius dominatu, argu. l. regula. §. pen.
ff. de iur. & fact. ignor.

Poſtremò limitabis, ut etiam probet contra tertiū,
18 dummodo adfuerit† ſcripturæ cataſtri. l. ſolemnibus,
& ibi Doctores. Alex. in l. pretia rerū. col. 3. ff. ad leg.
Falcid. quem refert Marian. Soc. conſ. 61. nu. 2. uol. 3.
Dec. in c. cum cauſam. col. 2. in princ. ſuper gloſſ. 1. de
prob. latè Doct. in l. decem. ff. de uerb. oblig.

Nec illud tibi è memoria elabatur, etenim licèt cataſtrum non probet ordinariè, tamē inducit præſumptionem in gratiā eius, cui sūt bona deſcripta. Marian.
Soc. conſ. 61. nu. 3. ubi teſtem laudat Bart. in d. l. decē.
Pau. de Caſtr. in d. l. ſolemnibus. & Bar. in l. rura. C. de
omni agr. deſer. lib. 11. Corn. in conſ. 333. nu. 3. & cōſ.
172. videtur. uol. 1. & fuſius hæc agentur infra in concluſione, Confines per æſtimum, & in concluſione,
Liber.

CONCLVSIO CCLXXIV.

ARGVMENTVM.

practi.crim.in verb.illegitimi,in fi.ver. quod & pro-
ſequitur latè D.Vinc.in d.deciſ.189.nu.4.& ſeq.

Quintò loco limitare poteris, vt ſibi locũ non vẽ-
22 dicet † de rigore iuris,vt loquutus eſt Io. And.in c. lit-
teris.de ſentent.excom.in 6.& voluere Domini Rot.
deci.264.aliàs 8.Nota quod talis eſt opinio Rotæ,tit.
de cau.poſſeſſ.& propriet. in antiq. Etenim licet poſ-
ſeſſio clericatus ſine alia probatione tituli inducat
præſumptionem,vt tradidit gl. magna c. ſuper his. de
accuſa. tamen in beneficialibus talis præſumptio nõ
23 ſatis eſt † ad iudicãdum beneficium,niſi verus titulus
probaretur,vt c.1.de re iud.lib.6.quod quidẽ obſerua
uit Inn.in c.illud.nu.3.de præſump.vt per Rot. deciſ.
8.de cau.poſſeſ.& propriet.aliàs 264.in antiq.

Verumtamen ſecus eſſet de æquitate, quia ſecun-
24 dum eam ſemper conuenit obſeruari, † præſertim ſi
aſſertus clericus diu fuerit in poſſeſſione clericatus,
arg.l.3.ff.ad Macedon.l.Barbarius.de offic.prætor.&
d.deciſ.8. aliàs 264.

Sublimita, vt illud procedat etiam ex ſummo iu-
re, ſaltem ad tuẽdum clericum aſſertum in poſſeſſio-
25 ne, † quia ſemper præſumitur pro poſſeſſore,niſi con-
trarium probetur, vt animaduerſum fuit in capitulo
ex inſinuatione de pcurat. quibus haud dubiè reſpõ-
dent ea,quæ obſeruauit Arch.in c.2.de confeſſ.lib.6.
& refert Rota d.deciſ.8.de cau. poſſ. & proprie. aliàs
deciſ.264.in antiq.

CONCLVSIO CCCIII.

ARGVMENTVM.

Clericatus per quot teſtes probari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus per duos teſtes,qui actui interfuerint, probari poteſt, ſi litteræ amiſſæ ſint.*
2 *Probatio per duos teſtes legitima dicitur.*
3 *Clericatus per duos teſtes probari poteſt,quando non agitur de materia obiectiua,vel quando probare intendens non patitur defectum natalium.*
4 *Clericatus etiam per vnum teſtem probari poteſt,quando tractatur de nemini præiudicium afferendo.*
5 *Clericatus probatio per duos teſtes fieri debet, quando lis eſt in iudicio ſuper aliquo beneficio.*
6 *Presbyter non poteſt ſe talem probare, niſi per litteras.*
7 *Clericalis tonſura probatur per vnum teſtem.*
8 *Scriptura non eſt de ſubſtantia actus,nec regulariter alterius contractus.*
9 *Clericatus de iure ciuili non poteſt probari, niſi per ſcripturam.*
10 *Conſtitutio Imperatorum, vt clerici & monachi, qui ad almam vrbem proficiſcuntur, literis epiſcopi,quorumlibet eorum muniti ſint,vt pro clericis,& monachis habeantur.*
11 *Clericatus probatur per teſtes, maximè quando dicitur ſcripturam amiſſam eſſe.*

Clerica-

1 **Clericatum** probari poſſe per duos te-
ſtes† qui actui interfuerint
ſi litteræ clericatus amiſſæ ſint, ſancitum eſt in c. 2. &
c. 3. ex. de cleri pereg. Alex. conſuluit conſ. 107. nu. 7.
vol. 7. & tradidit Bal. num. 4. verſ. iſta gl. in c. licet pri-
mo de teſtibus, & ibi Felin. in fi. verbis Guid. Pap. ſēſit
in quæſt. 474. & Matth. de afflic. voluit in conſtitutio.
Neap. in lib. 1. rub. 3. conſtit. de Apoſt num. 12. vbi ait
2 † huiuſcemodi probationē per duos teſtes dici legiti-
mam, idem præterea dicit gl. in auth. quib. mod. nat.
li. effic. §. quoniam. in verbo legitimis. Idem tenent.
Cyn. & Alb. in l. ſi qua per calumniam. & ibi Bald.
C. de epiſc. & cleric.
Amplia primò, vt probari poſſit etiam per vnū te-
ſtem, vt ait Afflict. loco ſupra citato, & facit tex. in c.
cum itaq; de conſe. diſt. 4 gl. fi. in c. licet vniuerſis. de
teſt. gl. in c. nuper in ver. niſi iuratus, de teſt. & atteſta-
tur Bal. in d. c. licet vniuerſis. nu. 4. extr. de teſt. tenue-
runt Dom. de Rot. vt per Guidobo. deciſ. 133. ibi tū
id procedere ſcribit, quando non agitur de materia
3 obiectiua. † vel quādo is qui quærat probare clerica-
tum non patitur defectum natalis. Petraſancta ſing.
49. incip. nota regulam. nu. 3. Iaſ. in reper. l. admonen-
di. nu. 198. de iureiur. vbi illam reddit rationem, quia
iſte actus ex ſui natura principaliter non præiudicat,
& in l. reſcript. nū 7. C. de prec. imper. offer. Hipp. in l.
1. §. idem Cornelio. n. 7. ff. de q. Felin. c. licet vniuer-
ſis in fi. verſ. de teſt. Caſſan. in cōmet. Burg. fol. 72. col.
1. Gui. Pap. d. deciſ. 474. Iaſ. conſ. 120. iuridica, in prin.
vol. 4. ſequitur Rebuff. in tract. nominat. q. 14 nu. 52.
4 Intellige illud tamen procedere† quando tractare-
tur, vt nemini præiudicium afferatur, & extra iudi-
cium, vt celebrare poſſet, vel alia ſacra exercere, ſiue
aliquod aliud ſimile non præiudiciale tertio probare
per vnum teſtem ſe eſſe clericum. Secus verò in iudi-
cio, vt quando ſit lis ſuper aliquo beneficio, quia tūc
5 ſaltem per duos teſtes † probatio fieri debet, & per
Rebuff. in tract. de nominatio. d. q. 14. nu. 72. quod ſi
fuerit presbyter, non potuit ſe talem probare, niſi per
6 litteras, quia ſemper ſolet de eo fieri ſcriptura, † niſi
probaretur impedimentum quare illa ſcriptura tunc
haberi non poſſit, vt per Mil. in repert. in verb. proba-
tio capellanatus, quem ſequitur Rebuff. vbi ſupra.
Valeret tamen probatio, ſi inſtrumētum ordinum
diceret, epiſcopum vltramontanum, quem vocant
portatilem, de licentia & mādato epiſcopi illi ordi-
nes contuliſſe, quia potuit tunc in actu ordinū inter-
ueniſſe, maximè ſi ſigillatæ ſunt literæ ſigillo epiſco-
pi. Card. in c. Albert. de teſt. Felin c. ſicut. col. 12. de re
iudic. ſequitur Rebuff. loco ſupra citato, vbi etiā ſcri-
bit, quòd de anno 1414 die 27 Martii fuit remiſſus q-
dam Ambroſius Mabnſet tāquam clericus ad epi-
ſcopū Pariſienſem, licet non oſtendiſſet litteras tōſu-
ræ, ſed per informationem & teſtes de illa apparebat.
7 Sed tamen animaduertendum eſt Dd. † qui vnum
teſtem ſufficere aſſerunt, loqui de clericali tōſura, vt
Bal. docuit in d. c. licèt. vniuerſis, & Gerard. de Petra-
ſancta in ſing. 49. & Boer. in deciſ. 171. nu. 24. cuius rei
8 illa videtur ratio † quia ſcriptura non eſt de ſubſtātia
illius actus, prout nec regulariter alterius cōtractus,
verum ad hanc materiam Ripam conſulas in c. de-
cernimus. num. 4. de iudic. vbi id vberrimè explicat,
atque Felin. in c. cum cauſam. de teſtib.
Limita, vt prædicta cōcluſio non procedat de iure
9 ciuili, † quia illo iure nō poteſt probari clericatus, niſi
per ſcripturam, ita cōſtituere Imper. Theodoſ. & Va-
lentinia. in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſcop. &
cleric. Præterea inquiūt Imp. iubemus, vt omnes cle-
rici atq; monachi, qui de ſuis ciuitatibus ad hāc almā
vrbem eccleſiaſtici negotii, vel religionis cauſa, pro-
ficiſcuntur, litteris epiſcopi, qui vnuſquiſq; eorum iter
10 facientes obſequitur, muniti adueniant, ſcituri, quòd
ſi citra hāc fiduciam acceſſerint, ſibimet imputabūt,
quod non clerici, vel monachi eſſe putabuntur. vbi
Iac. de Butr. in c. legum. 2. q. 1. tradit latè Rebuff. in
practic. ſua benef. tit. de forma. līte. tonſ. nu. 22. & 24.
Guid. Pap. q. 582. incip. Reperitur inſtrumentum pu-
blicum. nu. 2. verſ. Item cum aliquis dicit ſe fore cle-
ricum. Caſſa. de cōſuet. Burg. tit. de iuſtices & droicts.
§. 6. fol. 7. nu. 12. Didac. Couar. pract. q. c. 33. num. 3. &
hoc ordinario iure procedit. Ea autē quæ à nobis ſu-
perius allata ſunt procedunt de iure canonico, vt tra-
didere Petr. Bal. Cyn. & Saly. in d. l. ſi qua per calum-
niam. quo iure per teſtes clericatum probari ſācitum
eſt in c. 2. & c. 3. de cler. peregrinant. atque ita decidit
Nicol. Boer. d. dec. 171. nu. 23. & 24 & reſpōdit Alex.
11 in d. conſ. 107. nu. 7. vol. 7. † tum maximè quando di-
citur ſcripturam amiſſam eſſe, vt ſupra dictum eſt, ſic
Rebuf. in ſua prac. benefic. tit. de litteris tonſuræ. nu.
23. arg. l. teſtium. in fi. ff. de teſtib. Huc ſpectant ea, quę
tradidit Iaſ. in repet. l. admonendi, nu. 186. verſ. vnus
tamen caſus, de iureiur. Guid. Pap. in deciſ. 474 incip.
de materia priuilegii clericalis, vbi adducit notatu di-
gna in hac materia. l. ſolennibus. C. de fid. inſtrum. id
enam voluit Did. Couat. pract. quæſt. c. 13. nu. 3. nam
hoc caſu per teſtes probari poteſt, vt dictum eſt, per
quoddam ſubſidium.

CONCLVSIO CCCIV.

ARGVMENTVM.

Clericatus ex diuturna poſſeſſione, an pro-
betur.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus probatur ex diuturna poſſeſſione.*
2 *Teſtes producti in depoſitione antiquæ poſſeſſionis clerica-
tus quid deponere debeant.*
3 *Clericum quem non eſſe aſſerens, probari debet.*
4 *Prælatus, vel alius, vbi fuit longo tempore in poſſeſ-
ſione, non poteſt admitti contra eum exceptio defectus
tituli.*
5 *Tolerantia longi temporis probari debet in probando or-
dinem.*
6 *Clericatum auctoris ſui probabit, qui probauerit, eum
fuiſſe per triennium pro clerico habitum.*
7 *Succeſſor non arctatur probare titulum anteceſſoris, neque
diſpenſationem.*
8 *Clericatus probatur ex diuturna poſſeſſione ad hoc, vt
quis in eius poſſeſſione manuteneatur.*
9 *Legitimus quis non præſumitur, quatenus ad [illegible] adiu-
dicetur beneficium, niſi ſe legitimum pro[illegible].*
10 *Clericatus poſſeſſio ſi deducta eſt, leuat onere probandi.*
11 *Præſumptio ſemper debet allegari.*
12 *Pro clericatu ex tempore non præſumitur, quando non eſt
probata, neque deducta poſſeſſio.*
13 *Clericatus non probatur ex diuturna poſſeſſione celebran-
di miſſas.*
14 *Litteræ ſacerdotis non ſufficiunt in probatione ordinum,
ſed aliæ litteræ oſtendi debent.*
15 *Titulus non præſumitur ex lapſu temporis antiquiſſimi,
quando producitur titulus expreſſus, qui ſit nullus, nec
validus.*
16 *Qui vult conſequens, vult & antecedens.*
17 *Collatio ordinaria pendet a ſola voluntate ordinantis, ni-
ſi præcedant requiſita iuris.*
18 *Præſumptio eſt pro ſuſceptione ordinum inferiorum, ſi
interceſſerit decennium.*
19 *Clericus quando eſt actor, vt ſibi adiudicetur benefi-
cium, non ſufficit ei diuturna clericatus poſſeſſio, ſed
docere debet de clericatu per ſcripturam, aut teſtes in
ſubſidium.*
20 *Clericatus omnino per ſcripturam, vel per teſtes probari
debet, ſi*

debet, ſi clericus ad beneficiũ admitti velit, Subamplia, vt ibid.

21 *Clericatus defectum opponens probare cogitur.*

22 *Nominatio Sum. Pontif non eſt valida probatio pro clericatu, ſi vendicando beneficium quis aſſerit ſe clericũ.*

1 **Clericatus** prætereà ꝓbatur † ex diuturna poſſeſſione, vt cũ quis diù
deſeruierit in beneficio tanquam promotus, & ſi miſ-
ſas celebrauerit, vel euangelium decantauerit, vt fuit
obſeruatum in c. illud de præſ. & caſu Paul. de Caſt.
in conſ. 202. in cã conſiniũ. nu. 3. lib. 1. & huic ſniæ cõ
gruit, quod notat Dec. in d. conſ. 135. nu. 1. & cõſ. 152.
2 Ad id tamen animũ aducrtas † ſi teſtes producan-
tur in depoſitione huius antiquæ poſſeſſionis nõ ſuf-
ficere, vt ſimpliciter deponant, iſtiuſmodi ſacerdotẽ
miſſas celebraſſe, ſed requiritur, vt deponant de ipſa
diuturnitate, ideſt diu miſſas celebraſſe, vt conſultus
reſpondit Aym. Crau. conſ. 134. nu. 41. cum aliquot,
ſeq. & cõſ. 39. nu. 5. & idem Crau. de antiq. temp. in 3.
par. verſ. vidimus in genere, ſol. 127. nu. 30. & ſeq.
Præterea obſerues, conditionem viq; eo procedere,
3 † vt aſſerenti quem clericum non eſſe incubat onus
probandi illud, quod dictum eſt, firma manente, diu
ipſũ in ſacerdotio deſeruiſſe, ita iſtud dirremere DD.
de Rot. in deciſ. 4. aliàs 84. Nota vbi contra aliquem
excipitur, tit. de prob. in antiq. ſic etiam Fel. nu. 19. &
Innoc. in c. ſuper his. de accuſ. col. 4. poſt nu. 10. verſ.
ſed quid dices, ſi excipiantur, non eſt ſubdiaconus, &
idem Innoc. in princ. in c. innotuit. & ibi quoq; Hoſt.
Anch. Panor. nu. 6 verſ. ex gl. ext. de eo qui ord. fur. ſu
ſce. quorum ſententiæ ſubſcripſit Rom. in l. in illa. nu.
3. & 4. la 1. ff. de verb. oblig. cum multis alijs collectis
à Tiraq. in tract. præſcrip. § 1. per decem annos glo. 4.
verſ. 17. & idem DD. de Rot. in deciſ. 264. alias 4. de
cau. poſſeſ. & prop. Nota, quòd talis eſt opinio, in an-
tiq. Panorm. in c. fraternitati. de cler. non reſiden. nu.
4. Anton. de Butr. in c. inter quatuor. de cler. pereg. &
in c. peruenit. de empt. & vend. His quoq; ad ſtipula-
tur, quod voluit Abb. in c. nihil. col. fi. de elect. dicens
4 vt † vbi prælatus. vel alius fuerit longo tẽpore in poſ-
ſeſſione non poſſit admitti contra eum exceptio de-
fectus tituli, & ita debet intelligi Rot. in deciſ. 331.
nota cum poſt alias 6. de except. in antiq. qui refert di
ctum Compoſt. in d. c. nihil de elect. vt procedat ſcili
cet, quando prælatus fuit longo tempore in poſſeſſio-
ne, vt tunc non admittatur contra eum exceptio de-
fectus tituli. Idem admittit Fel. in c. 1. de lit. conteſt.
& in c. illud col. 3. de præſump. Gemin. conſ. 91. Præ-
5 mitto, quod poſſeſſori, dum voluit † in probando or-
dinem requiri, vt probetur tolerãtia longi temporis.
Idem Fel. in c. ſuper his col. pen. de accuſ. poſt Inno.
ibi, Dec. in conſ. 118. viſo inſtrumento. vol. 2. latè ſaſ.
vbi multa cumulat in l. ſciendum. col. 8. in 4. limita-
tione principali. C. qui admit. & plura etiam alleg.
Fel. in c. Alberic. col. 2. de teſtib.
Amplia ex mente DD. de Rota, vt ad probandum
6 clericatum ſui authoris † ſufficiat probare auctorem
fuiſſe per triennium pro clerico habitum, ſic diremere
re DD. Rotæ in deciſ. 2. de fil. presbyt. nu. 7. 8. in nou.
incip. voluerunt DD. quod opinio.
7 Subamplia, vt nec arceatur ſucceſſor probare titu-
lum anteceſſoris, neque diſpenſationem, ſi ageretur
de ſubreptione diſpenſationis factæ cum anteceſſo-
re. Rot. d. deciſ. 2. d. nu. 8. & Anch. conſ. 409.
Primò limita prædictam concluſionem, vt proce-
8 dat quantum ad id, † vt quis manuteneatur in poſſeſ-
ſione ſui clericatus, non autem ad iudicandum cleri-
catum, & ratione eius beneficium poſſeſſum. ita deci
dit Rot. deciſ. 4. de cauſ. poſſeſ. & propr. aliàs 264. in
antiq. talis eſt opinio. Dicens talem præſumptionem
non efficere, vt poſſit adiudicari titulus beneficij, vel
clericatus, niſi verus probetur titulus, moti auctorita-
te context. in c. 1. de reg. iur. in 6. in d. ita ſenſit Rot.
deciſio. 142. aliàs 1. in antiq. Nota quòd non præſumi-
9 tur, tit. de præſump. dicens † non præſumi quem legi-
timum quantum ad hoc vt admittatur ad beneficium,
niſi probet ſe legitimum, ſecus quantum ad illud, vt
quis manuteneatur in poſſeſſione, quia præſumitur
legitimus, niſi contrarium probetur. Et hoc etiã tra-
dit Rot. deciſ. 40. alias 7. Nota vbi reus eſt in poſſeſ-
ſione, tit. de proba. & deciſ. 412. alias 13. Nota quod
clericus exiſtens eo. tit. de probatio. in antiqui.
Secundò limita concluſionem, vt procedat, quan-
do aliquis eſt in poſſeſſione clericatus, & eſt deducta
10 dicta poſſeſſio, † quia tunc leuat onere probandi, ita
probat tex. in c. ſi iudex laicus. de ſent. excom. in 6. &
probatur in §. commodum. Inſt. de interdic. & gene-
11 rale eſt axioma, † vt ſemper præſumptio debeat alle-
gari, quod habetur in cl. 1. m. appellanti. de appella. &
in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Portioni, &
ibi Bart. nu. 14. ff. de adult. Secus quando non eſt pro-
12 bata, neque deducta poſſeſſio clericatus, † quia tunc
non procedit hæc deciſio, vt ex tempore præſumatur
pro clericatu.
Tertio limita tribus alijs modis, quos habuiſti ſup.
in concl. Abb. in 2. intelligentia, cum aliquot ſeque-
tibus, quæ huc referre non cenſui, ne bis idem repeta-
tur quod penitus eſt abſurdum.
Quartò limita, vt non procedat cõcluſio in ſupe-
rioribus ordinibus, pro quibus non præſumitur ex poſ-
ſeſſione, ſi non conſtaret de ordinibus inferioribus,
13 † nam etſi diu miſſas celebraſſet, tamẽ ex hac diuturnna poſſeſſione nõ probaret clericatus, vt in terminis
ait Reb. de forma mãdati in pract. benef. nu. 25. vbi in-
quit, nõ ſufficere oſtendere literas ſacerdotij, niſi alias
et literas ordinum oſtenderet, quia per ſaltum poſſet
14 eſſe promotus. c. 1. de cler. per ſalt. promot: † aliòquin
fruſtra conficeretur ſcriptura de quolibet ordine, ſi per
ipſam non eſſet probandum niſi eſſet integritas ordi
nantis, qđ ſenſit Panor. in c. niſi de preb. poſt nu. 3 ver.
vbi dicit, quod ſi quis probet ſe ſimile ordinatum atq;
Fel. in c. ſuper his. nu. 29. verſ. ex quib. de accuſ. & ſe-
quutus eſt Præpoſ. in c. ſolicitudo 52. diſt. col. 2. Caſ.
tradidit in conſuet. Burgũd. rt. des iuſtices, & droict.
§. 6. fol. 70. nu. 12. verſ. vide etiam, & per ſimilitudinẽ
idem conſuluit Bellamer. in conſ. 16. col. 10. in prin.
15 vbi ait † non præſumi titulum ex lapſu temporis an-
tiquiſſimi, cuius initij memoria non extet in contra-
rium, quando producitur titulus expreſſus, qui ſit nul-
lus nec validus, tunc enim ſtamus expreſſo, vt reſpõ-
dit Aym. Crau. conſ. 134. nu. 44. & 45. vbi latè, & cau-
tum reliquit Paul. de Caſt. conſ. 81. in cauſa quæ ver-
titur. col. 3. ad fi. nu. 3. lib. 2. & conſultus reſpõdit Dec.
conſ. 13. col. 1. nu. 2. & conſ. 36. col. 3. ad fi. nu. 5. Curt.
iun. reſpondendo ſenſit in conſ. 130. col. 2. ad fi. Abb.
conſulendo voluit in conſ. 61. col. fi. nu. 6. verſic. item
antiquitas. lib. 1. quibus concinit, quod animaduertit
idem Crau. in trac. de antiq. temp. in 3. par. §. vidimus
in genere. nu. 28. fol. 127. Nec obſtat, nec etiã me mo
uet, ſi quis dicat, cũ probatur de ordine maiori, & ſa-
cerdotali præſumi debere præceſſiſſe ordines mino-
16 res, per illud axioma, qđ circumferri ſolet, vt † qui ve-
lit conſequens velit, & antecedens ad illud. l. ad lega
tum. l. ad rem mobilem. ff. de procur. etenim reſpõde-
tur, id procedere in his, quę pendent à mera volũtate
diſponentis, ſecus in alijs, vt in hoc caſu, nam ordina-
17 tia collatio pendet † à ſola voluntate ordinantis, niſi
præcedant requiſita iuris, ergo &c. vt tradidit Aymo
Crat. in d. conſ. 134. nu. 45. Præterea, quod ex maiori-
bus ordinibus non præſumantur minores, conſuluit
Bella. in cõſ. 30. col. 2. in fi. teſtatur Inn. in c. 1. de cler.
pereg. & hoc dilucide docuit Bar. in l. illud. ff. de acq.
hær. moti auctoritate context. in c. 2. de cler. peregr.
Sublimita nõ procedere, ſi interceſſiſſet decennium
18 † nam tunc eſt præſumptio pro ſuſceptione ordinũ,

inferiorum, ſic placuit Franc. Aret. in addit. ad Caſtr.
in l. illud. ff. de acq. hæred. adducit ea, quæ obſeruata
fuere in l. qui in aliena. ff. eodem, & à recẽtioribus in
l. ſciendum. ff. de verb. oblig.
Quintò limita, vt cõcluſio ſolùm procedat in poſ-
ſeſſore beneficij, vel abſoluatur à petitione actoris,
vel vt manuteneatur in poſſeſſione, licèt non doceat
19 de clericatu per ſcripturam aũt teſtes † ſecus quando
huiuſmodi clericus eſt auctor, vt ſibi adiudicetur be-
neficiũ, quia eo caſu non ſufficeret ſibi hæc diuturna
clericatus poſſeſſio, ſed neceſſe eſt vt cõſtet de cleri-
catu ꝑ ſcripturã, aut per teſtes in ſubſidiũ, cæteroqui
beneficiũ ſibi vt idoneo, adiudicari non põt, ita deci-
ſum fuit à DD. Rotæ deci. 17. de probat. aliàs 312. no-
ta ꝙ clericus, & deci. 1. de præſump. aliàs 34. in antiq.
nota quòd non præſumitur, quibus adhæſit Rebuf. in
tract. nomi. in 22. & 23. q. prin. pag. 154. num. 13. quos
omnes ad idẽ refert & ſequit. Aymo Crau. in tract. de
antiq. tẽpor. in 3. par. ſectio. vidimus in genere. nu. 33.
Quod autem dictũ eſt in ſuperiori limitatione ne-
ceſſe eſſe omnino per ſcripturam, vel ſaltem ꝑ teſtes
20 probare clericatum, † ſi ad beneficium admitti velit.
Primò ſubamplia, vt procedat, etiamſi ab alio ter-
tio non opponatur, ſed de habilitate tantũ illius per-
quiratur ab exequutore impetrationis beneficij ob-
tentæ in forma, ſi dignum, &c. non enim præſumitur
ſubeſſe hæc qualitas clericatus, cum extrinſecus ad-
ueniat, quæ non præſumitur, vt ſæpiùs ſupra dictũ eſt
c. cum nobis. ex. de elect. Ioan. Andr. in Mercurial. in
reg. non licet actori, de regul. iur. in 6. ſecus ſi à tertio
21 opponatur defectus clericatus, † quia ipſe cogitur ꝓ-
bare, alioquin punitur, vt in c. 1. & c. vt circa. de elect.
lib. 6. c. cum dilecti. in antiq. Card. Zabarel. in clemẽ.
vnica. q. 4. de excep. Io. de Imol. & Felin. in c. ſi. nu. 4.
poſt Abb. ibi nu. 5. & 6. de præſump. latè Nicol. Boer.
deciſ. 171. nu. 15. & 16. quem vide.
Secundò ſubamplia, vt procedat, ẽt ſi ſummus Põ-
tifex illum nominauerit clericum in tali collatione
22 beneficij, † q̃a hmõi nominatio non eſt valida ꝓba-
tio pro clericatu, ſi vẽdicando beneficium ſe clericũ
afferat, ita voluere Io. And. in Mercur. in reg. nõ licet
& Pet. de Anch. & Frã. in c. ſi iudex laic. de ſen. excõ.
in 6. & affatim traditũ eſt à Boer. in d. deciſ. 171. n. 12.

CONCLVSIO CCCV.

ARGVMENTVM.

Clericatus an per literas Epiſcopi, & alijs hic enumeratis modis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus per literas epiſcopi probatur.*
2 *Literæ epiſcopi fidem faciunt probabilem & verã, ſi obſi-
gnatæ ſint ſigno authentico, & ad talia cõſueto, vel ma-
nu ipſius ordinarij ſubſcriptæ, vel ornatu teſtium.*
3 *Clericatus probatur per litteras ꝓmotionis ad diaconatũ.*
4 *Clericatus non probatur ex nominatione ſummi Pontifi-
cis, vel epiſcopi in literis collationis beneficij.*
5 *Clericatus probatur etiam per indicia, & argumenta.*
6 *Clericatus probatur ex confeſſione partis.*
7 *Confeſſio aduerſarij non probat titulum in beneficialibus,
ſed bene quoad obtinendum in poſſeſſorio.*
8 *Probatio tituli lenior ſufficit in poſſeſſorio, ſecus quando
agitur in petitorio.*
9 *Confeſſio aduerſarij licèt non probet plenè in beneficialibus,
ſufficit tamen ad imponendum ſilentium confitenti.*
10 *Confeſſio partis ſufficit ad coadiuuandum titulum.*
11 *Clericatus probatur per famam concurrentibus aliquibus
adminiculis.*
12 *Clericatus illegitimè nati probatur per famam concurren-
tibus alijs coniecturis.*
13 *Clericatus illegitimi non probatur ex ſola fama.*
14 *Præſumptio eſt contra illegitimum, & ad illam enitẽdam
tenetur ipſe oſtendere litteras ſuæ diſpenſationis.*
15 *Clericatus probatur per ſolam aſſertionem Cardinalis di-
centis quem eſſe clericum.*

1 Clericatum ꝓbari per litteras epiſco-
pi † atteſtantis ſe cõtuliſſe
ordines illi, qui clericũ ſe aſſerit, latè proſequitur Fel.
in c. poſt ceſſionem, nu. 3. & nu. 15. ver. fallit 7. de pro-
batio. Petr. de Belluc. in ſuo Spec. princ. Gram. deciſ.
81. num. 1.
Hoc tamẽ ſic intelligas procedere, dummodo ob-
ſignatæ ſint ſigno authentico, & ad talia conſueto ip-
2 ſius ordinarij † vel epiſcopi, & ſubſcriptæ fuerint ma-
nu teſtium, ſic enim faciunt fidem probabilem & ve-
ram, iuxta ſententiam Fel. in d. c. poſt ceſſionem, nu.
3. de probat. Hæc tamen fuſius, & vberius explicabũ-
tur in concluſione, litteræ epiſcopi, infrà.
3 Amplia cõcluſionem procedere † vt etiam probe-
tur clericatus per litteras promotionis ad diaconatũ,
quamuis in illis dicatur, illum ordinẽ non fuiſſe col-
latum à proprio epiſcopo, nam ꝑ huiuſmodi literas
ad diaconatũ ꝓbat̃ clericatus, vt traditũ eſt in addi-
tionib. ad deci. Rotæ. 2. de filijs presbyt. in nou. n. 14.
Limita vt non procedat, ſi epiſcopus, vel ſummus
Pontifex in literis collationis bñficij nominet ipſum
4 aſſertum clericum ſimpliciter, † quia ex hac nomina-
tione in huiuſmodi literis facta non probatur cleri-
catus, vt voluit Petr de Anch. in c. ſi iudex laicus. de
ſent. excom. in 6. & ibi Philipp. Franc. in §. non ſic, &
Io. Andr. in Mercurial. in reg. nõ licèt. in 6. cuius opi-
nioni ſe reijcit Matth. Afflict. in conſti. Neap. conſt.
Apoſtatantes. rub. 3. lib. 1. nu. 12. ver. & an per litteras,
quòd verò literæ huiuſcemodi beneficij non probẽt
clericatum, ſequitur Ale. in l. ſi prius. ff. de nou. oper.
nunc. nu. 38. & Bald. in l. ſi qua per calumniam. C. de
epiſc. & cler. quem ibi communiter DD. ſequuntur,
vt atteſtatur Thom. Gram. d. deciſ. 8. nu. 4.
De his literis epiſcopi quando probent, & quando
non, dicetur latius in ſuo loco, & conſulas Felin. &
DD. hæc vſque ad nauſeam tradentes in c. poſt ceſ-
ſionem. de probatio.
Præterea nõ ſolũ per epiſcopi literas, ſed etiam per
5 indicia † & argumenta probatur clericatus, vt cautũ
eſt in c. inter quatuor. & ibi gl. in verbo ꝑ argumenta,
de cleri. peregr. & ſeq. Nicol. Boer. d. deciſ. 171. nu. 25.
6 His addas, clericatũ probari † ex confeſſione partis,
vt conſuluit Aymo Crau. conſ. 93. nu. 4. quem latè id
examinantẽ conſulas, & profitẽdo ſcripſit in c. 1. col.
2. de eo qui mit. in poſſ. lib. 6. & ibi Philip. Fran. col. 4.
Rot. deciſ. 433. in antiq. incip. nota ꝙ tũ quid, tradit
Milis in reper. in verb. probari non poteſt titulus, &
in verb. poſſeſſor recuperã. agẽs in bñficialibus, dicẽs
7 † ꝙ confeſſio aduerſarij non probat titulũ in benefi-
cialibus, ſed bene quoad obtinendum in poſſeſſorio.
Limita, vt tantum concluſio procedat, quãdo agi-
8 tur de poſſeſſorio † in qua ſufficit lenior tituli proba-
tio, ſecus autem eſſet, quãdo ageretur in petitorio iu-
dicio, vt ſibi adiudicaretur beneficium, ita decidunt
in terminis DD. Rotæ deci. 408. fuit dubitatum, vtrũ
confeſſio, in nou. Crau. d. loco ſup. citato. Bella. deciſ.
183. aſſertioni Cardin. & eſt dec. Capel. Toloſ. q. 423.
item fuit quæſitum, vtrum in cauſis beneficialibus,
tradit Felin. in c. olim. col. vlt. in princ. verſ. limita 2.
poſt nu. 10. de reſcrip.
Illud verò animaduerſione dignum in hac re non
9 prætericrim, vt etſi confeſſio partis † nõ probet plenè,
vt dictum eſt, in beneficialibus, adeò vt non ſufficiat
ad iudicationem beneficij, ſufficit tamen ad impo-
nendum ſilentium confitẽti, ita cauere DD. de Rot.
deci. 245. Nota, ꝙ vbi poſitio. in antiq. de poſit. & cõ-
10 feſ. aliàs deciſ. 44. de teſt. in antiq. inſuper † ſufficit ta-
lis cõfeſſio ad coadiuuandum titulum, vt inſigniter
dixit

dixit glo.in c.pen.in verſ. ſi non appareat.de reſcript. lib.6.quam pro ſingulari notat Barbat.in c.tuæ.colu. 10.vt lite non conteſta.Fel.in c.olim.col.pen. & ſeq. nu.9.& 10.de reſcrip.Crau.d.conſ.93.nu.4. & 6.

Illud inſuper ſubiungam, clericatum probari per
11 famam† concurrentibus aliquibus adminiculis, ſic Papazo.in addit.ad deciſ.DD.Rotæ deciſ. 2. de filijs presbyter.nu. 13. in nou.aſſerens ita fuiſſe obtentum per DD.de Rot.in vna Leodienſ. decanatus.

12 Quod ibi ampliatur etiã procedere in † illegitimè nato concurrentibus alijs coniecturis, vt tenuiſſe pariter dictos DD. affirmauit Peregr.in ſuis deciſ.deciſ. 26.lib. 2.ſecus eſt, vbi concurrat ſola fama, nam tunc
13 ex ea non probatur† clericatus illegitimi, vt idẽ DD. diremere die 23 Octobris.1542.in vna Calagurgitan. denogron.Proponente Domino de Thaniſ. vt refert Put.deciſ.363.lib.1.vbi atteſtatur ita Rot.ſeruare per conſ.Gem.91.idem eſt teſtatus Guidobon.deciſ.135.
14 & Chiſan.deci.26.ratio eſt, † quia præſumptio eſt cõtra illegitimum, & propterea tenetur oſtendere literas ſuæ diſpenſationis, vt per Biſignetum deciſ. 2. de probat.& Papaz. vbi ſupra.

Nec ſilentio præteribo, clericatum etiam probari
15 per ſolam aſſertionem Cardinalis† dicentis, quẽ eſſe clericum, teſtis mihi eſt ad hoc Bal.in procem.decretal.in prin.nu.23.teſtatur Arch.in c.nihilominus.90. diſt.Cætera huc ſpectantia commodius examinabũtur infra in concluſione, ordinatus.

CONCLVSIO CCCVI.

ARGVMENTVM.

Clerico teſti quantã fides habeatur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ratione presbyteratus eſt magis idoneus teſtis, quã laicus.*
2 *Teſtimonium quatuor clericorum par eſt cum teſtimonio ſex laicorum.*
3 *Clericus dicitur quodãmodo teſtis omni exceptione maior.*
4 *Clerico tanta fides habetur, vt nõ poſſit repelli a teſtimonio dicendo pro ſua eccleſia abſque iuſta cauſa.*
5 *Clerici non ſolum repellendi non ſunt à depoſitione teſtimonij, ſed omnino cogendi tam pro ſua eccleſia quã contra eam, deficientibus alijs probationibus.*
6 *Clericus non poteſt teſtificari cõtra laicum in cauſa criminali, in qua de agitur pœna ſanguinis.*
7 *Clericus teſtificari poteſt in cauſa criminali, vbi de pœna ſanguinis non agitur.*
8 *Quilibet de vniuerſitate recipitur pro teſte, ſi aliquis de vniuerſitate accuſet prælatum.*

Clericum rõne presbyteratus eſſe magis
1 idoneũ teſte† quam laicũ, voluit gl. in c.monachus, in verbo compendia.77. diſt. vbi dr̃ tantum par eſſe teſtimonium quatuor clerico-
2 rũ† quam ſex laicorum, quod idem cõſulendo ſequit̃ Soc.conſ.28.col.3.circa princ.Dec.tradidit in cap. ex literis.col.2.n.24.de probat. ꝙ verò teſti clerico magis credatur, reſpondit Alex.conſ.43.col.1.nu.5. vol. 7.quos oẽs refert, & ſequitur Crau.conſ.169. num. 3. Dec.conſ.109.ante fi.nu.4.verſ.non obſtat, ꝙ abſoluatur.Caſtr.conſ.143.viſo proceſſu, & atteſtationib. col.fi.n.3.ver.itẽ adeſt 2.frater Bartholomæus, lib. 2.

3 Amplia, vt etiã is dicatur quodãmodo teſtis † omni exceptione maior, ſic cauit Aymo.d.conſ.169. nu.4. in fi.ver.Ant.de Butr.ſenſit in c.2.ext.de elect.& Frã. Cur.conſuluit concl.10.de teſtib.& idem Butr.tradidit in c.cum nũcius, nu.5.de teſtib.Guid.Pap. decidit in q.65.nu.1.Cor.id vidit in conſ.135.nu.7.vol.2.Fel. idem docuit in d.c.cum nuncius, nu.3.cum gl. ibi.

Cui quidem clerico tanta fides habetur, vt etiam
4 nõ poſſit repelli † à teſtimonio dicendo pro ſua eccleſia abſq; iuſta cauſa, vt ſancitum eſt in c.cum nũcius. de teſtib.cum ſupra allegatis auctoritatibus.c. 1.in ſi. cum gl.ibi.item ciuili iure, niſi in cauſa eccleſiæ ſuæ, & c.2.§. poteſt etiam, verſ. ſed pro eccleſia, quæ mater & c.14.q.2.& ibi gl.1 verſ.ſed eccleſiæ tantũ, Spe. §.1.ver.ſed nunquid rector, nu.23.tit. de teſte.Dec.in c.3.loco.nu.17.de probat.

Iſtud velim ſic amplies, vt non ſolùm repellendi
5 non ſint clerici à depoſitione teſtimonij † ſed omninò ſint cogendi tam pro eccleſia, quàm contra eam deficiẽtibus alijs ꝓbationibus, ſic habuimus ab Inn. in d.c.cum nuncius, arg.c.quiſquis metu. 11.q.3.& à Curt.in ſuo tract.de teſtib.concluſ.49 nu. 97.

Poſtremò loco à nobis traditum limitabis nõ pro-
6 cedere in cauſa criminali † nam contra laicum in ea non poteſt teſtificari clericus, quod placuit glo. in c. teſtimonium.11.q.1.c.de cætero.extr.de teſtibus, arg. contrariorum, quod verum eſt in ea cauſa in qua agẽretur de pœna ſanguinis, ita concludit Abb.in 1.not. & cæteri ſcrib.in d.c. de cætero, & ita debet intelligi tex.in d.c.teſtimonium, quem ſic intelligit glo. in c.
7 1.51.diſtinct. in verbo ad ſacerdotium † ſecus autem in cauſa criminali, vbi de pœna ſanguinis non ageretur.c.quandoq;.14.q.2.ſecũdum Abbat.in d.c.de cætero.in 1.not.& Butr.in d.c.dilecto.de teſtib. cogen.

Verùm iſtud ſublimitabis, niſi aliquis de vniuerſi-
8 tate accuſaret prælatum † tunc enim quilibet de vniuerſitate recipitur pro teſte, ita cautum eſt in ſecũda, q.7.c.lator, & meminit Innoc.in d.c.cum nuncius, de teſtibus.

CONCLVSIO CCCVII.

ARGVMENTVM.

Clientulus, an poſſit eſſe teſtis pro ſuo patrono.

SVMMARIVM.

1 *Clientulus non eſt idoneus teſtis pro patrono ſuo.*
2 *Clientulus repellẽdus eſt a teſtimonio propter affectionem, quæ regulariter repellit teſtem a teſtificando.*
3 *Teſtis nõ eſt omni exceptione maior, in quo eſt præſumpta affectio.*
4 *Clientulus teſtis eſſe poteſt finita clientela.*

1 Clientulum nõ eſſe idoneũ teſte† pro patrono ſuo tradidit Specul.in tit.de teſt.in prin.nu.13.verſ. quid ſi olim fuit, quem refert, & ſequitur Campeg.in ſuo tract. de teſt. reg.19.eiuſdem ſententiæ acceſſit Alberic.de Malet. tract.de teſtib.num.39.qui ad id adducit.l. recipiendũ.§.furta.ff. de pœnis, qui §. furta nõ ꝓbat (vt arbitror) concluſionem noſtram, quia loquitur de clientulo commorante in domo patroni, quod in clientulis noſtri temporis verum eſſe non poteſt, qui vt plu-
2 rimũ non commorantur in domibus patronum † ſed ea ratione illũ potius à teſtimonio repellendum eſſe videtur propter affectionem, quæ regulariter repellit teſtem à teſtificando, vt tradidit Campeg. in tract. de teſti.in reg.312.per tex.in l.fi.ff.de teſt.eodem ea pertinent quæ ſcripſit Curt.in tract. de teſti. concluſ. 30.
3 num.66.† vbi dicit, teſtem non eſſe omni exceptione maiorem, in quo ſit præſumpta affectio.

Limita concluſionem, vt procedat tantum quan-
4 diù quis eſt cliens, nam finita clientela † teſtis eſſe poteſt, ſic voluit Spec.d.loco ſupra allegato, num. 13.verſ.quid ſi olim fuit, argum.l.3.§.affinitatis.ff.de poſtulan.

CONCLVSIO CCCVIII.

ARGVMENTVM.

Codicilli probatio quo pacto fiat.

SVMMARIVM.

1 *Codicillus, quando agitur, quo pacto factus ſit, per duos teſtes probatur.*
2 *Legatum validum & obſcurum poteſt coram duobus teſtibus declarari.*
3 *Quod a teſtatore dictum fuit, & à notario prætermiſſum, poteſt per teſtes probari, vt ſuum ſortiatur effectum.*
4 *Teſtes duo ſufficiunt in declaratione voluntatis teſtatoris.*
5 *Teſtes, qui admittuntur in teſtamento, admittuntur etiam in codicillis.*
6 *Mulieris teſtimonium idoneum eſt in codicillis.*
7 *Legatarius licet in teſtamento admittatur, non tamen admittitur in codicillis.*

Codicillus vt probetur, licèt ad ſolemnitatem ipſius requirantur
1 quinque teſtes. l. fi. C. de codicill. † tamen quãdo agitur, quod hoc pacto, vel illo ſit factus, ſufficiunt duo
teſtes, vt dicit Guid. Pap. cõſ. 118. circa definitionem
proceſſus ſub nu. 6. verſ. & licèt quò ad ſolemnitatẽ,
teſtem ad id adducit gl. & ibi Azo. & DD. in l. cõparationes. C. de fid. inſt. in verbo duobus. l. hæredes palam. ff. de teſtam. quæ glo. loquitur id de teſtamento,
2 rndit Alex. in cõſ. 54. nu. 3. lib. 3. dicens† legatum validum & obſcurũ poſſe coram duobus teſt. declarari.
per gl. ordinariam in l. hæredes palam. §. 1. ff. de teſta.
* quam *cõmuniter fore receptã à noſtris ibi teſtatur.
Indubitati enim iuris illud eſt, ꝙ fuit à teſtatore di-
3 ctum† & à notario prętermiſſum poſſe ꝑ teſtes ꝓbari,
vt ſuum ſortiatur effectum, ita dilucidè tradit Pau. de
Caſt. in cõſ. 18. nu. 2. vol. 2. & ante eum cauit Rom. in
conſ. 38?. nu. 7. in fi. & ſi agatur de declaratione volũ-
4 tatis ipſius teſtatoris† duo profecto ſufficiũt teſtes, vt
poſt allegatam gl. in d. l. palam. §. ſi quid poſt factum
teſtamentum, placuit Signor. in conſ. 188. nu. 19. cui
aſſentit Oldr. in conſ. 297. nu. 7. & obſeruauere Bar. in
d. §. ſi quid poſt factum teſtamentum, nu. 4. & Caſtr.
nu. 13. ſcribit Soc. ſen. in cõſ. 91. nu. 10. vol. 2. & idem
tradidit Soci. iun. in conſ. 189. nu. 30. vol. 3. & profitẽdo docuit Bar. in l. cũ proponebatur, nu. 3. ff. de leg. 2.
5 Huc accedat in codicillis eoſdẽ teſtes admitti,† qui
admittuntur in teſtamento, vt ſcripſit Crot. in ſuo
tract. de teſtib. par. 2. nu. 1. & 2. vbi hoc limitat in muliere, quæ licèt in teſtamento non ſit teſtis idonea, ta-
6 men in codicillis eſt idoneum† eius teſtimonium, teſtatur gl. in l. fi. C. de codicillis.
Quod idem arbitratur etiam procedere in legata-
7 rio, qui non admittitur in codicillis† licèt in teſtamẽto admittatur, ea ratione, quia in codicillis totum negotium agitur inter teſtatorem, & legatarium, eandẽ
opinionem ſequitur Soc. in l. ſi quis ita. in fi. ff. de reb.
dub. & Bal. in l. ſi q. ff. de teſta. ſed Petrus de Moncad.
in addit. ad Crot. vbi ſupra cõtra ſenſit, motus auctoritate Imperat. Zenonis, qui id dilucidè ſanxit in l. dictantibus. C. de teſtam. inducendo vt ibi per eum, tamen in fi. ſuæ ſententiæ propter auctoritatem illorũ
virorum non firmat pedes, ſed ipſe quæſtionẽ relinqt
cogitãu, prout ego etiam aliorum iudicio relinquo.

CONCLVSIO CCCIX.

ARGVMENTVM.

Cogitatio quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Cogitatio mentis probatur per ſolam confeſſionem.*
2 *Cogitatio mentis aliter quam per confeſſionem probari poteſt.*

Cogitatio mentis quo pacto probetur, ſi quis à me ſciſcitetur, huic† per
1 ſolam confeſſionem poſſe probari ex Bald. ſententia
reſpondebo, in l. ſi quis non dicam, col. 1. verſic. iſtud
tamen fallit in hæreſi. de epiſcop. & cler. & fuit animaduerſum in l. 2. ff. de interrog. act.
2 Non tamen† ſola confeſſio probat cogitationem,
verum etiam aliquando colligi poteſt ex alijs ſignis
quàm per cõfeſſionem, vti in perceſebri illa l. trincũ.
ff. de verb. obliga. vbi ſtipulatio aliàs per ſe inualida,
eſt efficax ratione cogitationis, quæ cognoſcitur ex
certis illius ſtipulationis indicijs, latè Zaſ. ibid. & cõſulas ea quæ diximus in cõcluſione, animus, vbi quã
plures formauimus huius rei concluſiones.

CONCLVSIO CCCX.

ARGVMENTVM.

Cognatus an teſtimonium dicere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Cognatus licèt dicendus ſit perſona domeſtica, non tamen à teſtimonio dicendo repellendus eſt.*
2 *Cognatio ſpiritualis maior eſt, quam vinculũ adoptionis.*
3 *Compater, & patrinus prohibentur eſſe teſtes.*
4 *Quilibet admittitur ad teſtimonium dicendum, qui nõ reperitur expreſſè prohibitus.*

Cognatus licèt quodammodo ſit dicendus perſona domeſtica, arg. l.
1 vnicæ. C. de emenda. propin. † non tamen icircò à
teſtimonio dicendo eſt reijciẽdus, ꝙ placuit Spe. tit.
de teſtib. in prin. nu. 14. verſ. ſed nũquid agnati, quem
refert Albert. de Malet. tract. de teſt. nu. 4. quæ cõcluſio ꝓcedit tantũ in cognato carnali, quia ſi loqueremur de cognatione ſpirituali, fortaſſe ſecus eſſet dicẽ-
2 dum, nam maior eſt† cognatio ſpiritualis, quàm vinculum adoptionis, gl. eſt not. in c. qui dormierit. 30.
quęſtio. 2. & in cap. Pitatium. triginta. quæſtio. tertia
& ad hoc conſulendus erit Curt. in tract. de teſtib. in
ſua concluſ. 30. præterea, quod tam compater, quam
3 patrinus† prohibeantur eſſe teſtes, dixit Bal. in l. generaliter. per illum tex. ff. de in ius vocan. cuius ſententiæ
adhæſit. Sali. in l. teſtis idoneus. ff. de teſti. id quod falſum eſt, nam compater & patrinus non repelluntur à
teſtimonio, ꝙ illa ratio confirmat, nã edictũ de teſti-
4 bus eſt prohibitoriũ certarum perſonarum, † quilibet
ergo admittitur, qui nõ reperitur expreſſè prohibitus
l. 1. cum gl. ff. de teſt. & gl. in l. quoniam. in gl. fi. C. de
hæreti. & manich idẽ ſenſit Bar. in conſ. 92. incip. in
quæſtione vertente inter D. Simonẽ, nu. 8. Bal. & Sal.
ſibi aduerſantes in l. parentes. C. de teſt. Alex. in l. generaliter, nu. 5. ff. de in ius vocãd. & multis alijs allatis à Iaſ. in l. apertiſſimi, ſub nu. 8. vbi iſtud diligenter
eſſe obſeruãdum aſſerit, C. de iudicijs, & in d. l. generaliter. in 1. col. ff. de in ius voc. ſed leuiter attigiſſe ſit
ſatis, cum latius hæc docuerimus in concluſionibus,
coniunctus, & conſanguineus, ad quas te reijcio.

CONCLVSIO CCCXI.

ARGVMENTVM.

Coitus impotentia quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Coitus impotentia probatur per confeſſionem viri in ſui præiudicium.*

Coitus

Digitized by Google

2 *Coitus impotentia ad hoc, vt diſſoluat matrimonium, requiritur, quod durauerit per triennium.*

3 *Statutum de lucranda dote vxore mortua, non habet locũ in eo, qui propter impotentiam coire non poteſt.*

4 *Coitus impotentia vbi probatur per alia ſigna vrgẽtia, & manifeſta, non requirit triennalem cohabitationem ad matrimonii diſſolutionem.*

5 *In certis non eſt opus aliqua temporis coniectura.*

6 *Mulier ſi tempore contractus matrimonij aſſerat ſe virginem, & poſtea fateatur ab alio corruptam, non eſt audiẽda, vt potè, quæ alleget ſuam turpitudinem.*

7 *Matrimonium dirimi poterit, ſi per inſpectionem viri ſtatim patebit de eius impotentia.*

1 Coitus impotentia probari per confeſſionẽ viri † in ſui præiudicium, clarius eſt, quàm vt à me probetur. Quod feciſſe Antoniũ Caracallam ex morbo impotentem legimus, nam cũ Virginem Veſtalẽ Clodiam læſã ſtupraſſe diceretur, & illa viua ſepellienda eſſet, clamauit, ipſum Antoniũ ſcire ſe virginem eſſe, quodq; propter impotentiã virũ ſe præſtare non potuerit. Xiphilinus in Antonino; iſtiuſmodi verò impotentia nõ præſumitur præceſſiſſe matrimoniũ, niſi conſtet, nunquam fuiſſe cõſumatũ, quia tunc præſumitur præceſſiſſe, ſed tñ obſerues,
2 ad hoc, † vt matrimoniũ diſſoluatur ob hanc coeundi impotentiam requiri iſtiuſmodi impedimentũ duraſſe per triennium, vt de omnibus quæ dixi teſtatur Iaſ.conſ. 58 per tot. & 59 etiam per totum, vol. 1, vbi concludit, ſtatutum de lucranda dote vxore mortua non habere locum in eo, qui propter impotentiam
3 † coire nõ poteſt, licet vxorem traduxerit domũ, quãuis iura ſuper tali tempore inter ſe repugnare videãtur, nam decretalis 1. quæ incipit, accepiſti. de frig. & malef. tradit de ſeſqano, lex, in cauſis. C. de diuor. aſſerit de biennio, & in d. tit. de frigid. eſt decret. laudabile, quæ loquitur de triennio, quod etiam habetur in auth. de nupt. §. per occaſionẽ, collat. 4. quæ duo iura corrigunt alia iura, quæ loquuntur de alio tempore, quã de triẽnio, & ita tenſit Hoſt. in nono impedimẽto matrimonii poſt aliquas ſolutiones Doctorũ ſup d. tpe relatas. Ideò ꝙ dictũ eſt, de cohabitatione per trienniũ intelligendũ eſt vbi frigiditas, & impotẽtia
4 per alia ſigna vrgentia ꝓbari non pôt, † ꝙ ſi alia ſigna manifeſta appareant, nõ requirit triennalis cohabitatio, ita ſcripſit Panor in c. 1. ſub nu. 5. de frigid. & malef. motus auctoritate Summi Põtificis in d. c. laudabilem. verbo, ſi frigiditas prius probari non poſſit. eo. tit. de frigid. quæ abundè proſequitur Brunell. in ſuo tract. de ſpõſ. & matrim. 28 cõcl. limit. 2. nu. 17. vbi ait propter frigiditatem, aut aliam impotentiam non requiri cohabitationem triennalem, quãdo impotẽtia eſt naturalis, ac omnibus notã, vt q a viro, vel mulieri deſint membra genitalia, aut ſi habeat, ſint omninò
5 inutilia, cũ in rei illa poteſt eſſe ratio, † quia in certis non eſt opus aliqua temporis coniectura. l. cõtinuus. §. cum ita de verb. oblig. Notum eſt, & illud vulgare, q a hodie conſtat, hodie ſine vllã tpis dilatione agat. l. ſi is à quo. ff. vt in poſſ. legato. ſic ſentiũt Inn. n. 1. vbi nu. 2. dat tria argumenta ad frigiditatem probandã, de qbus dicemus in cõcl. frigiditas, & in concl. impotẽtia. & Io. And. Henr. Boich. in c. 1. de frig. & malef.

Quinimò aſſerunt Doctores in d. c. 1. vt ſi tpe con-
6 tractus matrimonii † mulier aſſereret ſe virginem, ac poſtea fateatur ſe ab alio fuiſſe corruptam, non eſſe audiendam, vt potè, quæ alleget ſuam turpitudinem. arg. l. cum profitearis. C. de reuoc. don.

Quo circa, ſi (vt dictum eſt ſuprà) ex aliis ſignis certis conſtare poterit de impotẽtia, dẽt inſpici vir: ſi ve-
7 rò p eius inſpectionem ſtatim de virio patebit † illico poterit matrimonium dirimi, ſic voluit Brunel. d. loco. Hoſt. & Io. And. in d. c. 1. de frig. & malef. Quod ẽt locum ſibi vendicat, ſi mulier fuerit vidua, & cũ alio cõcubuerit, vbi d. ſſic. ſ. or viru probatio futura eſt, vt dixere Doct. in d. c. 1. & Brunel. d. limit. 2.

Quo modo autẽ probetur impotentia, infra ſuo loco examinabitur fuſius in concl. impotentia.

CONCLVSIO CCCXII.

ARGVMENTVM.

Coitus quo pacto præſumatur, atque probetur.

SVMMARIVM.

1 *Coitus præſumitur, quãdo vnà cubauerint vir, & mulier, & in eodem thoro quis cum puella iacuerit.*

2 *Paria ſunt, quem iacuiſſe cum muliere, & cum ea coitionem feciſſe.*

3 *Coitus præſumitur etiam in conſanguineis, ſi vnà cubauerint.*

4 *Coitus præſumitur in conſanguineis remotioris gradus, ſi viſi fuerint ſimul dormire.*

5 *Clandeſtina dormitio arguit contra ſimul dormientes.*

6 *Contra conſanguineos præſumitur, ſi ſimul nõ habitẽt, & ſimul occulte deprehendantur, q. actũ inſolitũ faciant.*

7 *Coitus præſumptio tollitur in affinibus, & conſanguineis proximioris gradus.*

8 *In clerico, qui intra ſepta domus ſuæ continet matrẽ, filias ſuſceptas ante clericatum, & ſorores, ſeu germanas, nihil ſeui criminis exiſtimari fœdus naturale permittit.*

9 *Coitus non præſumitur in fratre cum ſorore, nec in conſanguineo cum conſanguinea.*

10 *Ratio generalis efficit, vt dictũ extendatur ad caſũ ad quẽ alias non adaptantur verba etiam in materia ſtricta.*

11 *Lex extenditur ad omnes cauſas, quibus adaptatur ratio legis.*

12 *Cubatio manifeſta ceſſare facit omnem malam, & ſiniſtrã ſuſpicionem.*

13 *Contrahens matrimonium à legibus prohibitum, præſumitur per errorem id fecere.*

14 *Falſitas, & corruptio non præſumitur in teſte, cui palam elargita eſt pecunia, vt veritatem dicat.*

15 *Babyloniorum, Parthorum, Aegyptiorumq; ac aliorum dirum, & deteſtabile inſtitutum circa coitum cum cõſanguineis proximioribus!*

16 *Coitus non præſumitur in valetudinario, & qui ex aſpectu arguatur frigidæ eſſe naturæ.*

17 *Argumentum ab oppoſitis valet.*

18 *Coitus præſumptiones ex eiuſdem domicilij habitatione, & inſimul cubatione, non tantæ ſunt fidei, quin aliæ præſumptiones in contrarium admittantur.*

19 *Coitus ex coniecturis, & præſumptionibus probari poteſt.*

20 *Coitus coniecturæ quæ ſint.*

21 *Coitus probatur, cum vir ad mulierem frequenter accedere conſueuit, & cum moratur ſolus cum ſolâ, & nudus cum nuda.*

22 *Coitus, & copula carnalis directè nõ poteſt probari, etiam ſi deprehenderetur in loco nudus cum nuda.*

23 *Coitus poteſt probari per iuramentum viri dicentis ſe cum muliere concubuiſſe.*

24 *Mulieri iuranti ſe à viro cognitam fauore matrimonij fides habetur.*

25 *Mulieri licet contrarium probare, quando vir per iuramentum aſſerit, ſe cum ipſa concubuiſſe.*

26 *Coitus præſumitur, quando diu quis cum aliqua muliere habitauerit.*

1 Coitum præſumi, ꝙ vnà cubauerint vir, & mulier, † et in eodẽ thoro quis cum puella iacuerit, à nobis dicendũ eſt moti auctoritate tex. in c. literis. de præſump. & in c. præterea, de teſt. atque in c. nec aliqua 27. q. 1. vnde dicere poſſumus, veneream coniunctionem, & coitum probari ex eo, ꝙ

Digitized by Google

aliqui ſimul iacuerint in eodem loco,& hæc paria vi
2 dentur,iacuit quis cum muliere,† & cum ea coitionẽ
fecit,vt tradidit Accurſ.in l.Caij Caſſij.ff. de fideicõ-
miſs.lib.in gl.1. quam gl.ad hoc etiam affert Bald. in
c.1.col.6.in §.vel ſi cũ filia.quib.mod. feud. amittat.
Alex.in conſ.77.incip.in cauſa, & lite inter Luciam
vxorem. col.1.nu.2. verſ.accedit etiam id quod vol.
7.& quòd ſi vnà cubauerint,probetur coitus,reſpõdit
Paul.Caſt.cõſ.45.licèt per ſupraſcriptum.col. fi. poſt
nu.10.verſ.3.poſſet quis.lib.1.vbi citat illud Ouidij,

A Iuuene, & Cupido credatur reddita virgo?

Alex.& Doct.in l.1.ff.ſi cer.pet.poſt nu.19.verſ. exẽ-
plum in probatione actus copulæ.Abb.in c.liter. vbi
Fel.de præſump.& idem Fel.in c.præterea.

3 Amplia,cõcluſionem etiam locum habere† in cõ-
ſanguineis,quia contex.in d.c.liter. de præſumpt. lo-
quitur in conſanguineis, & tamen arguit inceſtum,li
cèt in conſanguineis nihil ſæui criminis exiſtimari
fœdus naturale permittat, vt conſtituere Imperato-
res Honor.& Theod.in l.eum qui probabilem. C. de
epiſcop.& cler.& in l.ſi qui.C.de adult.gl.1.c.1. de co
habita.cler.& mulier.ſuper verbo canones, & glo.1.
in l.non aliter.ff.de vſu.& habit.

4 Quæ ampliatio tum maximè locum habet† quan-
do cõſanguinei remotioris gradus viſi ſunt ſimul dor
mire,vt conſuluit Crau.cõſ.321.ſub nu.1. in fi. idque
occultè,& clandeſtinè, locisq; ſecretis, & ad hoc pa-
5 ratis; & commodis † ex qua clandeſtina dormitione
arguitur contra eos, vt colligere eſt ex Pauli reſpõſo
in l.fi.ff.de ritu nupt.& ex reſcripto Imperat. Seueri,
& Anto.in l.1.C.de interd.matr.Nam,qui malè agit,
odit lucem.c.conſuluit.de offic.deleg.c.Anaſt.19. di
ſtinc.l.1.cir.med.ff.de ventr.inſpic.Bar.in tract.q.vtil.
coram domino.col.3.verſ. quibus auditis aduocatũ.
6 Tum etiam locum habet prædicta ampliatio, † quã-
do illi conſanguinei ſimul non habitarent,nã hoc ca
ſu,cũ ſimul occultè deprehendant, præſumitur con-
tra eos; quia actum inſolitum faciunt,& ex actu inſo
lito præſumitur dolus,vt docuere Accurſ.in glo.1. &
Bald.in l.ſi quis ſub conditione.in fi. verſ. item al-
legatur hæc glo.ff.de condit.inſtitut.

Primò limita concluſionem nõ procedere in affi-
7 nibus,† & conſanguineis proximioris gradus, à qui-
bus coitus præſumptio tollitur, quod apertiſſimè ſci-
uere Imperatores in l.eum qui probabilem.C.de epi-
ſcop.& cler.& in l.ſi qui. C.de adult. ex quibus iurib.
probatur,ratione proximitatis,& coniunctionis ſan-
guinis depelli, & purgari omnẽ ſuſpicionem coitus
inceſtuoſi,Imperatores.n.in l.eum, qui probabilem,
8 loquuntur in clerico† qui intra ſepta domus ſuæ con-
tinet matrẽ,filias ſuſceptas ante clericatũ,& ſorores,
ſeu germanas,in his enim(inquiunt Imperatores) ni-
hil ſæui criminis exiſtimari fœdus naturale pmittit,vt
& ſupra docuimus.

Subamplia pdictam limitationẽ etiam locũ habe
9 re in omnib.caſib.in quib.militat eadem ratio† vti in
fratre cũ ſorore, cõſanguineo cum conſanguinea,ſic
Crau.d.conſ.321.nu.1. nam iura prædicta loquuntur
in vniuerſum,nec excipiunt cãm, q vna cubauerint,
ergo gñraliter vr intelligenda.l.de pretio.ff. de publ.
l.actio.ff.de calumn.l.reg.§.ſi quis.vbi Bart. in princ.
& Bal.verſ.item ſi princip.leg.ff.de iur.& fact. ignor.
l.cum pater. §. dulciſs.ff.de leg.2.l.nomen debitoris.
§.fi.ff.de leg.3.Bar.in l.pater filiũ.§.fundũ.in fin.poſt
nu.5.ff.de leg.3.Bal.in l.volunt.C.de fideicõ. quini-
10 mò(quod maius eſt)ratio generalis efficit,† vt effatũ
extendatur ad caſum,ad quẽ aliàs non adaptant ver-
ba,& in materia ſtricta,vt tradidit gl.in cle.1.de elec.
ſuper verb.homines.& cauit Corn.conſ.273.col.2.in
fi.lib.4.reſponditq; Gemin.in conſ.39.col.1.vbi inqt
11 legem extendi ad omnes cauſas,† quibus adaptatur
ratio legis,licet lex ſtrictius loquatur in parte diſpoſi
tiua,permotus auctoritate.d.gl.in d.clem.1. de elect.
Curt.ſen.conſ.81.col.4. verſ.& in propoſito noſtro.

Secundò ſubamplia prædictã limitationem l cũ
habere, etiam ſi cõſanguinei proximioris gradus viſi
fuiſſent ſæpius ſimul dormire, dummodo palã id fe-
12 cerint,† quia ex manifeſta cubatione ceſſare videtur
omnis mala, & ſiniſtra ſuſpicio,vt cauit Triphonius
in l.non exiſtimo.ff.de adminiſt.tutor.Crauet.d. cõſ.
321.nu.2.Vnde ſi quis contrahat matrimonium à le-
13 gibus prohibitũ,† vt quia inter coniunctos,palã præ
ſumitur per errorẽ id facere, vt ille reſpondit Papin.
in l.ſi adulterium cum inceſt.§.1.ff.de adulter. Quòd
etiã per ſimilitudinẽ cõfirmari põt, nam ſi elargiatur
14 teſti pecunia palam,vt veritatẽ dicat † non pſumitur
in eo falſitas,neq; corruptio,vt voluit Bal.in c.fi.poſt
nu.11.verſ.iux.prædictã, de appel.& Dec.cõſuluit in
cõſ.189.col.8.poſt n.13.ver.itẽ dr,in ver.inſup acced.

Verùm hæc mala ſuſpicio non ceſſaret in Babylo-
nijs,quorum inſtitutum fuit,vt cũ parentibus filij, cũ
ſororibus frater coirent,atq; ex eis ſobolem gignerẽt.
In qua etiam ſententia Chryſippum fuiſſe legimus
apud Alex.ab Alex.lib.1.c.24.& ita Parthis,quorum
deteſtabile,& dirum inſtitutum fuit,ſed in regio tan-
tùm ſtemmate, vt non niſi ex filio, & matre genitus
regnum capeſſeret.Fulg.li.9.c.1.& in Aegyptijs, qui
15 ſororum amoribus, coniugijsq; implicari † atq; cum
his paſſim matrimonia inire ſolent.Alex.ab Alexã.
in lib. 1. c.24. Multi præterea inuenti ſunt,qui nullo
habito diſcrimine(honor ſit auribus) cum matre, cũ
ſorore,cum nepte,cum vxoris ſorore, & mulieres itẽ
dem cum patre, cum fratre, cum patruo,cum mariti
patre,& multis alijs ſiue proximiorib.ſiue remotiori-
bus,clàm,& palam turpiter coirent: vt paſſim videre
eſt apud hiſtoricos, quæ ſi recenſere vellem, honor
eſſet præfandus nec ſine magna hominũ, & fœmina-
rũ ignominia poſſent cõmemorari.in iſtiuſmodi igit
pſonis nẽ pſũptiones ſanguinis cõiunctionis,vel aliẽ
nullæ erũt.nec erit vlla dubitatio,qn,et ſi cũ sãguinẽ
4 cili procedere, † quando iſti teſtes ſe referrent ad aliquod inſtrumentum dictæ vniuerſitatis ſuper præmiſſis, vt reſpondit Bal. in d. conſ. 10. d. nu. 5. vol. 5. ac etiā quando in conſequentiam commodum ad eos peruenturum eſſet, vt Alex. d. conſ. 68. poſt nu. 15. verſ. cū ergo. d. vol. 2. & Burſ. in d. conſ. 77. col. 4. verſ. 6. facit. d. l. omnib. d. vol. 3. alia ad hunc propoſitū potes videre in conclu. noſtra, Ciuis, & concluſ. Clericus.

CONCLVSIO CCCXIX.

ARGVMENTVM.

Collegium quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Collegium probatur ex cōmuni ſigillo, communi tractatu area communi, refectorio & dormitorio. ac ex fraternitate, & familia communi.*
2 *Collegium tres faciunt.*
3 *Collegium omne præſumitur licitum, niſi probetur licitū.*
4 *Collegium, & fraternitates, vt vocant, battentiū, an dicantur loca pia, & collegia approbata.*
5 *Collegiatum quem non eſſe probat ur, quādo cohortales dicunt ipſum non eſſe ex eorum numero.*

Collegium ſi quis probare velit, id cōmodè facere poterit, ſi probabit omnes ex collegio communi ſigillo vti, prætere-
1 reà ei ex communi tractatu id colligere licebit † ſuſuper q poſſideant arcā cōem, adhuc, quod habeāt cōmune refectorium, & dormitorium, poſtremò ex cōi fraternitate, & familia rectè poterit animaduertere, q pluribus pſequitur Barb. in cōſ. 17. pręclarè, in prin. & nu. 3. cū ſeq. verſ. q ſigna, p quæ cognoſcimus. vol. 1. tradit ēt Rip. lib. 2. reſponſ. c. 10. de reſcrip. ver quō ſcitur collegiata, vel non, ex vſu cognoſci, &c. idē aſſerit Luc. de Pen. in l. leges. C. de curial. lib. 11. vbi remiſſiuè docet, quot hoīes cōſtituāt collegiū, vel congregationē, ad q cōſulas tex. in l. Nera. ff. de verb. ſig.
2 vbi Marcel. ex ſnīa Priſci † tres facere collegiū tradit, &

ibi glo.

ibi gl.& gl.in rub.ff.de colleg.illic.vbi Bar.& idē Bar.
in l.fi.poſt n.3.eo.tit.Chriſtoph.Port.in §.ſi grex.poſt
nu.1.verſ.addit tertium,Inſtit.de leg.gl.fi.in l.ſicut.in
prin.ff.quod cuiuſq; vni.nomi.& Barba.d.conſ.17.nu.
15.& 17.verſ.modo ſi ſunt,vol.1.& Inn.in c.1.de ele.
in prin.vbi Bal.nu.3.& idē Bald.in rub. de elect.nu.2.
idē Bald.in rub.C.pro ſocio poſt nu.1.verſ.ſed de eſſe
iſtius.Rip.lib.2.reſpon.c.10. de reſcr.nu.4.& ſeq.Vn-
dè ſcias formare articulos in illud probandū, cætera
vide,quæ diximus in concl.Eccleſia collegiata.

Qui igitur ita probabit, ſciat non idcircò collegiū
3 illud honeſtè poſſe dici conſtitutū, ſed,† collegiū om
ne præſumi illicitū, niſi probetur licitum, vt reſpon-
dit Martianus I.C. in l.1.poſt prin.ff.de colleg.illicit.
& in l.3.§.in ſumma.eo.tit.cuius reſponſum ſequutus
eſt Luc.de Pen.in l.quemadmodū.C.de agric.& cēſi.
lib.11.verſ.198.Cotta tamē in ſuis memorabil.verbo
collegia, & declarans locū illum Iuriſconſulti.in d.l.
1.non ſemper arbitratur collegia illa ſodalitia eſſe in
4 honeſta,& illicita,& ibi loquitur de collegijs, † & fra
ternitatibus battentium,vt eius verbo vtar,an talia di
cantur loca pia, & an ſint collegia approbata, quod
ibi negat ex ſingulari dec. Bald. in conſ.162. quidam
Franc.in 4.dub.lib.5.

Quòd ſi ꝓbato collegio, collegiatum quē non eſſe
vellet probare,ex hoc probabit,ꝙ curiales,vel cohor
5 tales, quos vocant † dicant ipſum non eſſe ex eorum
numero,quod ait Bar. eſſe obſeruatione dignum in l.
nemini liceret.§.non aliter.C.de aduoc. diuerſ.iudic.
& in l.hoc iure.ff.de verbo.oblig.adducit.l.rura.C.de
omni agro deſer.& Bar.in l.1.C.de colleg.lib.11.

CONCLVSIO CCCXX.

ARGVMENTVM.

Colonus,an pro domino teſtis eſſe poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Colonus teſtis eſſe non poteſt pro domino.*
2 *Colonus aſcriptitius,& mercenarius, qui cum ſibi libuerit non poteſt recedere,teſtis eſſe non poteſt pro domino.*
3 *Colonus partiarius,qui non eſt domeſticus,& nō dicitū productus è domo producentis, pro domino teſtis eſſe poteſt.*
4 *Coloni noſtri temporis ſunt idonei teſtes pro dominis, & cō tra dominos.*
5 *Colonis teſtibus quanta fides ſit adhibenda, à iudice inueſtigandum eſt.*
6 *Coloni teſtes ſine vllo diſcrimine probant,quando non agitur de eorum emolumento,& commodo.*
7 *Coloni teſtari poſſunt pro domino,eo ita iubente,nedum de proprietate, ſed etiam de poſſeſſione fundi, quando ſunt coloni,& laboratores in poſſeſſione de qua agitur.*
8 *Colonus pro domino teſtis eſſe poteſt, quando de re minima tractatur.*
9 *Colonus partiarius,ſi adhibebitur in teſtem, rectè probabit pro domino ſuo, quando agitur de proprietate alicuius rei,non autem de fructibus.*
10 *Coloni,ſi plures ſunt,probant pro domino.*

1 Colonum pro domino teſtem eſſe † non
poſſe. colligere eſt ex gl. in §.
pater.in fi,in verb.in ea re Inſtit.de teſta. & conſuluit
Bal.conſ.293.nu.8.col.3.verſ. quantū ad tertiū. Alb.
de Roſa.tradidit in l. etiā. C.de teſtib. Steph. Aufrer.
monuit in tract.de teſtib.nu.21.verſ.colonus. Spe.ſen
ſit d.tit.de teſt.§.1.verſ. item excipitur, poſt nu. 11.&
nu.ſeq.Soc.rñdit conſ.135.num.6.vol.2.& conſ.146.
nu.11.& 12.vol.1.Campeg. voluit in trac.de teſtib.re
gu.14.Crot. cenſuit eo.tract. par.4.nu.142. Medic.in
ſuis regulis in reg.5. atq; conſultus reſpondit Alex. in
conſ.32.viſo puncto,& dubijs,nu.2.& ſeq.vol.1.& in
conſil.116.num.16.volum.4.

Primò limita, & intellige concluſionē procedere
2 de colono aſcriptitio,& mercenario, † qui nō poteſt,
cum ſibi libuerit,recedere,& ita vr̄ intelligenda gl.in
c.in literis.ext.de teſtib.ſuper verb.de familia, verſ.fa
milia res appellantur, quam glo. ſic explicauit, & re-
fert Soc.iun.d.cōſ.135.nu.6.ſub fi. nam eo modo om-
ninò talis eſt repellendus, quia ſit de familia, quod
idem atteſtatur Alex.in conſ.57.in cauſa,& lite inter
Magnificum.nu.14.vol.7.aſſerens.gl.in d.c.ex literis.
* ſuper dicto verbo,de familia * cunctis placuiſſe,dicēs
omninò repelli eos,quibus poteſt imperrari.

3 Secùs aūt eſt in colono partiario, † qui non eſt ita
domeſticus,& verè non dicitur productus è domo ꝓ-
ducentis,ita ſcripſit Soc.d.conſ.135.ſupra allegato,in
mediū affert.c.teſtes.4.q.3. & ita intelligit glo.in d.§.
pater.in fi.in verb.in ea re. quod etiā ſenſit Alex.in d.
conſ.57.nu.16.de mente Saly.in l.quoniā liberi.C.de
teſtib. Iaſ.in addi. ad Port.in d.§. pater.in vlt.addi.nā
4 ibi ait colonos noſtri temporis idoneos eſſe teſtes,†&
pro dominis, & cōtra dominos, vbi inſuper illud ad-
dit in vſu forenſi ſolere obſeruari,ſequitur idē Steph.
Aufrer.in d.tract.de teſtib.nu.21. dicēs hoc de cōſue-
tudine procedere,cum hoc tñ moderamine,vt iud ex
5 ex arbitrio ſuo inueſtiget,†quantū fidei ſit hmōi teſti
bus adhibendū,ſic Aufrer.d.loco,cōprobat id per l.3.
verſ.ideoq;.ff.de teſtib.Io.Faber.§.in teſtib.poſt nu.1.
verſ.ſed filius pōt,Inſtitu.de teſta.quod idem egregiè
diſtinguit Soc.d.cōſ.235.nu.7.ſub fi.& dicit illā fuiſſe
opinionē Hugo.in ſum. 3.q.5. & ita inſigniter refert,
& ſequitur Abb. in d.c.in literis. de teſtib.nu.5.col.2.
verſ.ſed querit gl.&c.cui opinioni etiā adhæret. Dec.
cōſ.10.incip.in cā inquiſitionis. col.pen. verſ.6.cōtra
perſonā. nu.8.Fulg.in conſ.173.in cā inquiſitionis, &
idem conſuluit Alex.in d.conſ.57.d.nu.16.lib.7.

6 Secundò limita non procedere, † qñ de eorū emo-
lumento, & commodo non agitur,quia tūc ſine vllo
diſcrimine probant, ita canit Cur.iun.cōſ. 168.nu.15.
& idem ſentit Bal. in d.conſ.293.num.8.vol.3.ibi,ex
quo ſentiunt commodum ſecundario. Alex. voluit
in conſ.78.col.2. vol.1.nu.2.

Tertio limita procedere,qñ ſunt coloni,& labora-
7 tores in poſſeſſione, de qua agitur † nam tunc poterūt
illi teſtari pro domino,eo ita iubente, nedū de ꝓprie-
tate,ſed etiam de poſſeſſione fundi, ſic Saly. in termi-
nis in l.liberi.nu.8.C. de teſtib. quem refert, & ſequitē
Cur.iun.d.conſ. 168.nu.15. verſ.nō obſtat.& teſtatur
Soc.cōſ.228.incip. in cā Gabrielis.col.3.n.7. verſ.nec
obſtat,quæ contra.vol.2. vbi dicit ſecundum hāc opi
nionē vidiſſe plurimos doctiſſimos iudices iudicare.

8 Quartò limita concluſionē non attendi, † quando
tractareē de re minima,vel colonus eſſet pro re mini-
ma,vt de vno ſacculo frumēti,vt Dec.inquit cōſ.100.
In cauſa inquiſitionis,col.fi.nu.8.verſ.ſexto cōtra per
ſonā teſtis. cui accedit Steph. Aufrer.de reprobat. te-
ſtiū,in verbo Colonus,quod etiam refert, & ſequitur
Tiraq.in tit.de iud.in reb.exig.ferend.verſ.88.

Quintò inſup limitabis, nō hērc locū concluſionē
in colono partiario, qñ agitur de ꝓprietate, alicuius
9 rei, nō aūt de fructib. † tunc.n. ſi adhibebitur in teſtē,
rectè probabit pro dño ſuo,ita proditū eſt à Saly. in l.
qm̄ liberi col.fi.verſ.ex p̄dictis patet. C.de teſtib. & re
ſpondit Cur.iun.in conſ.168.num.15.verſ. non obſtat
etiam idem tradidit Soc. iun.in conſ. 135.nu.6.vol.2.

His aduerſatur Grat. in conſ.41.col.2.verſic. tertio
dubitatur.vol.2.

Sextò limitare poteris, vt non procedat, qñ eſſent
10 plures coloni,† quia tunc propter numerū explēt de-
fectum coloniæ,& probabunt pro domino,vt conſul
tus rñdit Alex.in conſ.57.nu.13.& ſeq.uolu.7. & Soc.
Iun.in conſ.146.num.14.uol.1.quod & placuit.Curt.
iun.in conſ.168. col.4.uerſ. prætereà numerus maior.
Sed ad hanc concluſionem conſulas Gabriel. in ſuis
con-

concluſionib.conclu.10.num.57.cum plurib,ſeq.lib. 1.tit.de teſtib.

CONCLVSIO CCCXXI.

ARGVMENTVM.

Color quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens de colore, ſi dicit, rem talis coloris eſſe, quia viderit, probat.*
2 *Album eſt ita clarum ex ſe, vt non indigeat alia demonſtratione.*
3 *Demonſtratæ rei quicquid adijcitur, fruſtra eſt.*
Manifeſta non indigent probatione, ibi.

Teſtis deponens de colore probat, exempli
1 gratia † ſi interrogatus, an res eſſet alba, an alterius coloris, & dicat, albam eſſe, quia viderit, hunc probare docuit Bar. in l. de ætate. nu. 11. ff. de minorib. licet interrogatus, quid ſit albũ, poſſit dice-
2 re, neſcio tibi demonſtrare, † quia eſt ita clarũ ex ſe, vt non indigeat alia demonſtratione. Imò ait Bar. d. loco, ſic non debere interrogari. id probat in l. 1. in fi. ff. de dot. prælég. in poſtremis verbis, quæ optimè prædi
3 cta probant. Nã † quicquid, inquit Vlp. I. C. demonſtratæ rei adijcitur, ſatis demonſtratæ, fruſtra eſt, vbi ẽt not. glo. manifeſta non indigere probatione, ſuper d. verb. demonſtratæ, & Bar. in tract. teſtimo. in verb. rẽ aliquam. poſt nu. 23. verſ. ſi vlterius.

CONCLVSIO CCCXXII.

ARGVMENTVM.

Colluſio quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Colluſio eſt difficilis probationis, & propterea probatur ex coniecturis.*
2 *Colluſio in dubio non præſumitur, niſi probetur.*
3 *Colluſio probatur, quando inter accuſatum, & accuſatorẽ ſit magnus vſus, & familiaritas.*
4 *Colluſio ſatis probatur ex familiaritate accuſatoris, & accuſati.*
5 *Leno præſumitur, qui ex adulterio ſuæ vxoris non iraſcit.*
6 *Colluſio non præſumitur ex concordia, & amicitia in iudicio ciuili.*
7 *Colluſio probat, ſi accuſatus, & accuſator poſt litem conteſtatam non compareant in termino ſtatuto per iudicem.*
8 *Colluſio probatur, ſi aliquis veras probationes abſcondit, vel diſſimulat, & falſas excuſationes admittit.*
9 *Colluſio probatur, ſi teſtes corrupti ſunt, vel iudices, vel examinatores facto, & opera actoris.*

1 Colluſionem eo quòd difficilis † ſit probationis, vt dixit Abb. in c. de his. nu. 8. ext. de accuſ. & Afflic. in conſti. Neap. incip. Sæpè cõtingit. li. 2. nu. 2. ꝓbari ex cõiectu ris ſenſit Ioã. Andr. in c. audiuimus. col. 1. de colluſ. & hoc dilucidè rñdit Vlp. in l. quia aũt. §. non ſimpliciter. verſ. ſi tñ nulla ſuſpicio collationis religionẽ Prætoris inſtruxerit. ff. ſi quis omiſſ. cau. teſtam. quem cõ textũ dicit eſſe inſignẽ, & eximium ad materiã probãdæ colluſionis Bal. in l. 1. §. fi. C. ſi qs omiſſ. cau. teſta. quẽ refert, & ſequitur Hieron. Gigas in tract. penſio. in q. 42. nu. 4. & in conſ. 59. circa primũ. nu. 9. & ampliſſimus Cæſar Contard. in repet. l. diffamari. in ampliat. nu. 163. qui alios adducit. C. de ingenu. & manumiſſ.

2 In dubio tamen † colluſionẽ non præſumi, niſi ꝓbetur, conſultus reſpondit Aemilia. in conſ. 6. nu. 13. & Natt. in conſ. 537. nu. 30. verſ. ego in eandẽ. per iub. ff. & C. atq; in decr. de colluſio. detegen.
3 Secũdò loco † probatur colluſio ex eo, ꝙ inter accuſatum, & accuſatorem ſit magnus vſus, & familiaritas, quia ex accuſatione criminali oriuntur inimicitiæ capitales. l. 1. & l. ſi inimicitiæ. ff. de his, quib. vt indig. ſi ergo accuſatus non laboret de accuſatione, & familiariter vtat accuſatore, pſumitur colluſio, ꝙ Panor. ait obſeruatione dignũ eſſe in d. c. de ijs. nu. 8. ext. de accuſ. ad id adducit c. repellant. eo. ti. pulchrè Bar. in l. accuſatorẽ. §. præuaricatorẽ. n. 4. ff. ad Turpil. vbi
4 ait † ſatis probari colluſionẽ ex ſupradicta familiaritate accuſatoris, & accuſati, cõprobat id argõ à ſimili, ꝙ & rectè cõprobat Natt. in d. conſ. 537. oritur controuerſia. nu. 31. verſ. probari autem. lib. 3. per contex. in c. 1. de colluſ. detegen. nam quemadmodum præſu
5 mitur leno † qui ex adulterio ſuæ vxoris nõ iraſcitur. l. mariti lenocinium. ff. de adult. ſic quoq;, qui accuſatione criminali nõn obſtante accuſatore valdè familiariter vtitur, præſumitur colluſio. ita Bar. d. l. accuſatorum. quem ſequitur Rober. Marant. in tract. de ordin. iudic. in 6. par. tit. de inquiſitione. nu. 51.
Iſtud velim intelligas, locũ ſibi vendicare in cauſa
6 criminali, ſecus verò in ciuilibus, in quibus † licita eſt cõcordia, & amicitia: etenim ſi in iudicio ciuili cum aduerſario meo amicitiam contrahã, non præſumor colludere, vt tradidit Sal. in l. 2. C. de colluſ. deteg. per l. ſi conuenerit. ff. de re iud. & l. iudicẽ. C. commu. diui. ꝙ ẽt conſulendo ſequitur Nat. in d. conſ. 537. nu. 31.
Tertiò ꝑterea probat colluſio, ſi accuſatus, & accu
7 ſator poſt litem conteſtatã † nõ cõpareant, nec in termino ſtatuto per iudicẽ, vt ſcripſit Matth. de Aſſli. in conſtit. Neap. quæ incipit, ſæpè contingit. lib. 2. nu. 2. quẽ refert Marant. vbi ſupra in d. tit. de inquiſit. n. 51.
8 Prout probari ẽt colluſio dicitur, † ſi aliquis veras probationes abſcõdit, vel diſſimulat, & falſas excuſationes admittat, adiuuãs cauſam aduerſam, & prodẽs ſuã, ita Nat. d. conſ. 537. poſt nu. 31. verſ. probat quoq; colluſio, vbi etiam addit, colluſionem probari, ſi cor-
9 rupti teſtes fuiſſent, vel iudices † vel examinatores facto, & opera actoris, vel rei. ex tex. in c. fi. de colluſ. deteg. vbi alios idem ſentientes citat.

CONCLVSIO CCCXXIII.

ARGVMENTVM.

Comes, an præſumatur habere Comitatum iure proprio, an tanquam feudalem.

SVMMARIVM.

1 *Comes ſub dominio Regis in dubio præſumitur habere comitatum iure proprio, & non tanquam feudalem.*
2 *Comes ſi ſeruitia Regi præſtiterit, præſumitur ea tanquam ſuo ſuperiori feciſſe, non tanquam domino feudi.*
3 *Petitio inueſtituræ eſt actus de natura feudi.*
4 *Comitem ſub dominio Regis habere Comitatum tanq̃ feudalem probatur, ſi ſumus in antiquis, per famam.*
5 *Verba narratiua Principis probare, Comitem habere Comitatum feudalem.*
6 *Feudalia præſumuntur bona omnia, quando quis requiſitus à Domino, vt oſtendat pro quibus bonis præſtet homagium, hoc non facit.*
7 *Bona, quæ anteceſſor habuit in feudum, præſumuntur eodem iure perueniſſe ad hæredem.*
8 *Eccleſia concedens iuriſdictiones, vel penſiones, cenſetur concedere in feudum.*
9 *Infeudatio potius præſumitur in rebus eccleſiaſticis, quam in rebus laicorum.*

Comi-

Comitem ſub dominio Regis in dubio præſumi habere Comitatū iu-
3 re proprio † non autē tanq̄ feudalem, aſſerere Hoſt.
& Io. And. in c. fi. de iudi. & in c. nimis. & ibi Ant. de
But. de iureiu. & ita Cardi. Alex. in prælud. feudor. nu.
56. Alex. plurib. in locis docuit, vt in conſ. 15. in prin.
verſ. vnde licet. vol. 5. & conſ. 126. nu. 1. verſ. nā pmit-
to. vol. 1. & in cōſ. 55. nu. 19. verſ. rñdeo ꝙ ſolū. vol. 4.
& conſ. 87. nu. 6. verſ. & ad deciſionē iſtorum vol. 6. ꝙ
& placuit Ruin. cōſ. 155. in prin. vol. 1. nu. 1. & nu. 2. &
ſcripſit, tum profitendo tum etiam conſulendo Iaſ. in
l. ſi prius. col. 12. poſt nu. 37. verſ. vnde teneo. & nu. 38.
& nu. 40. ff. de ope. nou. nunc. & in conſ. 60. col. 2. verſ.
& tanto magis cum in dubio. & conſ. 102. nu. 1. vol. 1.
atq; monuit Alber. Brun. conſ. 1. colu. 1. in princ. & in
cōſ. 83. in prin. & ſcriptū reliquit ſæpiſſimè Dec. vt in
conſ. 467. poſt nu. 8. verſ. quibus tñ non obſtantib. &
cōſ. 468. nu. 6. verſ. ꝙ bona de quib. quæritur. & in cōſ.
498. poſt nu. 2. verſ. vñ habere fundatam intētionem,
atq; conſ. 588. poſt nu. 8. verſ. & hoc clarū eſt in bonis
allodialib. conſ. 269. in prin. ver. circa primum funda-
ta. & conſ. 425. poſt nu. 7. verſ. & pro fundamento. nec
præterijt Alci. de præſump. reg. 2. præſump. 3. per totū.
iſtis adhæret Duen. in ſuis regulis, reg. 107. atq; Afflic.
in deci. 267. nu. 4. verſ. in contrarium dicebat, quod d.
territorium non præſumitur feudale, c. 1. §. inter filiā.
ſi de feud. defun. contro. ſit in vſibus feudorum, vbi
Bal. nu. 2. verſ. prædia autem.

Sed hæc latius in noſtra concluſione, allodialis, tra
dita ſunt, ad quam te reijcio.

2 Amplia concluſionē, † vt licet talis Comes ſeruitia
Regi præſtiterit, præſumatur ea ſimpliciter, & tanquā
ſuo ſuperiori feciſſe: non tanquā domino feudi, ad ꝙ
pertinet tex. in l. non dubito. verſ. hoc enim adijcitur.
ff. de capti. & poſtlimi. reuer. & contex. in clem. paſto-
ralis. col. pen. ver. eo mod. de re iudi.

Primò limita & ītellige, niſi feciſſet aliquos actus,
3 qui propriè eſſent de natura feudi † prout eſt petitio
inueſtituræ: vt fuit conſtitutum c. 1. §. ſi verò. in vſib.
feud. quid ſit inueſtit. dummodo facti fuiſſent plures
actus, iuxta notata in l. ſi certis annis. C. de pactis.

Ad hæc ſecundò limitabis, qñ fama eſſet, ꝙ talia
4 bona ab illo Comite poſſeſſa eſſent bona feudalia † &
eſſemus in antiquis, tunc etenim fama plenè ꝓbat, vt
hř in c. veniens. 1. de teſtib. & in c. quid ꝑ nouale. extr.
de verb. ſign. & ita aſſerit Alex. in d. conſ. 15. num. 6.
5 vol. 5. vbi dicit idē eſſe, ſi probaretur † per verba enun
ciatiua Principis, iuxta clem. 1. de proba. vt ibi ꝑ eū, &
placuit Alc. in d. trac. de præſump. 3. nu. 3. reg. 2.

Quòd verò fama in antiqs plenè ꝓbet, explicabit̃ à
nobis infra concl. fama, huc adhibeas Fely. in d. c. ve-
niens. de teſtib. & latè conſulentem coſſulas Roma.
in conſ. 414. & additio ad Alc. d. nu. 3. ſub litera A.

Tertiò limitare tibi licebit, qñ conſtaret in genere,
ꝙ aliquis haberet bona feudalia talis dñi, & requiſitus
à Dño, vt oſtēderet, pro quibus bonis pręſtaret homa
6 gium, hoc non faceret † nam tunc omnia bona præſu
muntur feudalia, ita cōſultus rñdit Bellon. in conſ. 10.
nu. 6. vbi multos affert in mediū, tradidit etiā Spec. in
tit. de locat. §. nunc aliqua, verſ. 62. & docuere vna mē
te Iac. de Belu. Car. & Bal. in c. vaſal. ext. ſi de feu. ſucr.
controuer. inter dom. & agn. Bald. inſuper in c. 1. §. in
ſuper de proh. feu. alien. idem proditum reliquit Alb.
de Roſa. in l. ſi certis annis. C. de pact. & in l. plures apo-
chis de fid. inſtr. Alber. & Fulg. prodidere in l. Titius.
de act. empt. nec præterijt Iaſ. in l. 2. in 15. q. C. de iur.
emph. quod intellige, & declara, vt per Card. in d. ca.
vaſallus, & per Bal. conſ. 225. in 1. vol.

7 Quartò limitabis, qñ probaretur † quod anteceſſor
habuiſſet illa bona in feudū, quia præſumuntur eodē
iure perueniſſe ad hæredem, iuxta ſententiā Bald. in l.
ſi cuius. ff. de vſufruct. & Andr. Sicul cōſ. 18. in 14. col.
vol. 2. & Andr. Alc. de præſump. 3. nu. 5. d. reg. 2.

Quintò limites velim, qñ eccleſia concedit iuriſdi
8 ctiones, vel penſiones, † in dubio enim cenſet conce-
dere in feudum, vt eſt contex. in c. ad audientiam. vbi
Bal. ext. de præſcrip. Alcia. vbi ſupra nu. 6. cuius rei il-
la reddi poteſt ratio, quia de natura rerum eccleſiaſti
carum eſt, vt non alienentur, ſi facilius in feudū dari
poſſunt, vt ſancitū eſt in c. 1. qui feu. dar. poſ. Vnde fit,
9 vt potius p̄ſumatur in his infeudatio, † q̄ in rebus lai-
corū, annotauit Alci. vbi ſupra qui hanc regulā cum
ſuis limitationib. ponit, & adeas quæ tradidimus ſu-
pra in concl. bona feudalia, & in concl. allodialis.

CONCLVSIO CCCXXIV.

ARGVMENTVM.

Comiti Palatino an & quomodo credēdum ſit aſſerenti ſe habere facultatem legitimandi.

SVMMARIVM.

1 *Comiti Palatino aſſerenti ſe poteſtatem habere legitimādi non creditur, niſi id probet per eius priuilegium.*
2 *Facultas legitimandi eſt de reſeruatis Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis Papæ, ſiue Imperatoris.*
3 *Legitimatio eſt quædam reſtitutio primorum natalium.*
4 *Non præſumitur aliquem poteſtatem habere legitimandi, niſi priuilegium oſtendat.*
5 *Legato de latere non creditur in his, quæ non veniunt in generali commiſſione.*
6 *Comiti Palatino aſſerenti ſe habere poteſtatem legitimandi non creditur, etiam ſi vnà cum aſſertione concurreret lōgitudo temporis.*
7 *Notario aſſerenti ſe vidiſſe, & legiſſe priuilegium Comitis Palatini, non creditur, niſi aliunde probetur.*
8 *Comes Palatinus vltra exhibitionē priuilegij probare dēt, ſe eſſe illū, cui fuit conceſſa facultas, vel ab illo deſcendere, cui ante fuit conceſſum priuilegium legitimandi.*

Comiti Palatino aſſerenti ſe poteſtatem ha-
bere legitimandi non eſſe credendū
1 † niſi id probet per eius priuilegium, conſulendo rñ-
dit Dec. in conſ. 288. quæritur. col. 3. in fi. poſt nu. 8. fa-
cit contex. in c. porrò. de priuileg. & colligit ex Socy.
ſen. in conſ. 212. prima conſultatione. col. 2. poſt nu. 3.
ver. ſed præmitto. vol. 2. & in conſ. 63. viſis teſtō. col. 1.
poſt nu. 2. verſ. ex quo infero. vol. 3. ꝙ & affirmat Frā.
de Cur. in conſ. 16. clarus vir. col. 3. in prin. & clarè tra-
didit Pariſ. in conſ. 2. legitimatio, de qua in præſenti.
nu. 8. & ſeq. verſ. & ideò, & in conſ. 3. iſta legitimatio,
nu. 10. & ſeq. verſ. & ideò. & conſ. dicēdum primo aſ-
pectu. nu. 6. verſ. & licet. li. 2. & ſequutus eſt Io. Crott.
in conſ. 422. difficultas præſentis caſus nu. 3. verſ. non
enim ſufficit. lib. 3.
2 Facultas namq; legitimandi † dr̃ de reſeruatis Prin
cipi in ſignū ſupremæ poteſtatis Papæ, ſiue Imperato
ris, neq; ab alijs poteſt fieri, niſi ab eis qbus Papa, vel
Imperator commiſit, vt ſancitum eſt in §. fin. cum ibi
no. in auth. q̄ fil. ſint legi. & obſeruauit Alex. in conſ.
70. Magnificus miles. nu. 1. verſ. & dato ꝙ facultas. li.
3 6. atq; Pariſ. d. cōſ. 2. nu. 7. lib. 1. legitimatio n. † eſt quæ
dam reſtitutio primorum nataliū, quæ impetrāda, &
obtinēda eſt ab iſtis. l. 1. & l. quoties. ff. de nat. reſtit. &
l. 1. C. eo. ideo preſumendū nō eſt aliquē facultatē, &
4 priuilegiū habere legitimādi, † niſi illud oſtendat, vt
videri poſſit eius tenor, à quo facultas legitimādi pen
det, vt latè per Docto. in d. c. per venerabilem, qui fil.
ſint legit. & tradit Dec. d. conſ. 288. poſt num. 8. atque
Pariſ. d. cōſ. 2. 3. nu. 10. & Soc. ſen. in d. conſ. 212. prima
cōſultatione. col. 2. verſ. 2. pmitto. vol. 2. & Crot. in d.
conſ. 422. nu. 2. & verſ. & ideo. lib. 3. ꝙ ex eo cōfirma-
5 tur, † quod legato de latere nō credatur in his, quę nō
veniunt

uenīunt in generali cōmiſſione. vt poſt Bald. & Abb. & alios citatos per Dec. docet idē Dec. in d. conſ. 288. nu. 9. & eſt dec. Tho. 464. & nos ſuperius latè, & vlterius diximus in conclu. Cardinali aſſerenti, & nōnulla etiam attingemus in cōcl. legatus, & Crot. aſſeruit d. conſ. 422. nu. 5. verſ. videmus enim. lib. 3.

Ampliāda primo loco eſt cōcluſio, vt locū habeat
6 † ēt ſi vnā cū aſſertione concurreret longitudo temporis. etenim ēt tunc ei nō eſt credendum habere poteſtatem legitimandi, vt tradidit Pariſ. in d. cōſ. 2. nu. 10. verſ. nec ſufficit longitudo. & in conſ. 3. nu. 12. vol. 2. quibus in locis id cōprobat auctoritate Alc. in cōſ. 1. col. fi. vol. 7. & Soc. in conſ. 29. viſo inſtrumēto. vol. 1. quæ tamen in meis codicibus non deprehendi, & Crau. vbi ſupra nu. 4. verſ. neque hic ſumus.

Secundò ampliare poteris, vt vera ſit cōcluſio ētſi
7 Notarius, qui rogatus eſt de legitimatione † aſſeuerauerit ſe vidiſſe, & legiſſe priuilegium: nā adhuc illi nō creditur niſi aliunde probetur, hanc facultatē ſibi cō-
• petere, per ea, quæ * cōiter tradunt Doct. in auth. ſi qs in aliquo documento. C. de eden. & dilucidè voluit Pariſ. in d. conſ. 2. nu. 11. & d. conſ. 3. nu. 13. & Crot. d. conſ. 422. nu. 5. verſ. quinimo nec plurib. vbi & ipſe at-
• teſtatur de communi, eo. lib. 3.

Tertiò ampliare tibi licebit, vltra exhibitionē pri-
8 uilegii, vt Comes Palatinus † ēt probare debeat, & eſſe illum, cui fuit conceſſa talis facultas, vel ab illo deſcendere, cui ante fuit conceſſum priuilegium legitimandi. ita auctor eſt Soc. y. ſen. in conſ. 246. eleganter, & ſubtiliter poſt nu. 1. verſ. circa primum. habeo. lib. 2. & ſcripſit Pariſ. in d. conſ. nu. 12. & d. cōſ. 3. nu. 14. vbi idem ſentientes adducit, & reſpondit Crot. d. cōſ. 422. poſt nu. 5. verſ. accedat. eo. lib. 3.

CONCLVSIO CCCXXV.

ARGVMENTVM.

Commiſſio vt valeat, quæ probanda ſint.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio, vt valeat, in qua narrata ſunt plura capitula, quorum aliqua vera, & aliqua falſa ſunt, ſufficit probare vnum, quod verum ſit.*
2 *Ordinarius ſi conferat beneficium vacans, declarata dupli- ci cauſa, eius collatio ſuſtinetur, ſi vna vera ſit.*
3 *In commiſſione cū plura capitula narrantur, quæ de iure minimè neceſſaria ſunt, ipſa in diſiunctiuā reſoluūtur.*
4 *Appellatio interpoſita ab admiſſione articulorū iuſtificatur, ſi vnū uerificare poterit, cum prætenduntur impertinentes, uel defectiui, ſiue obiectiui.*
5 *Reſcriptum Papæ ſi continet diuerſas gratias, per ſubreptionem in una non uitiatur in alia.*
6 *Impetranti beneficium, & narranti illud pluribus modis uacare, ſufficit unum modum probare.*
7 *Sententia lata ex pluribus cauſis, ſi una uera ſit, & alia falſa, ſuſtinetur.*
8 *Quādo in reſcripto duæ cauſæ expreſſæ ſunt, ſi una ex ſe potens eſt ad mouendum Principem, ſufficit illam probare.*
9 *Commiſſio ualet, quando plura narrata ſunt, & aliqua ſunt uera, etiam ſi narrans iuraſſet omnia narrata ſe credere eſſe uera.*
10 *Quando unum de copulatis uenit qualificatiuè ad aliud, tunc utrunque probandum eſt.*
11 *Qui dicit, quem manifeſtè deliquiſſe, uidetur ſe qualitatē cum facto ad probandum aſtrinxiſſe.*
12 *Cum aliquid adijcitur per modum qualitatis, non debet utrunque probari, ſi in articulis eſt appoſita clauſula, nō ſe aſtringens ad utrunque probandum.*
13 *Qualitas, & narrata, quando ſunt de ſubſtantia actus, utrunque probari debet.*
14 *Dicens teſtes falſum diceſſe corruptos, uidetur ſe aſtringere ad utrunque probandum.*
15 *Ponens ſi omnia ad probandum ſe aſtrinxit, omnia probare debet.*
16 *Succumbens in qualitate probanda, ſuccubuit in toto.*
17 *Deducta ſi talia ſunt, ad quæ quis fuit a principio etiam diſtributiuè ad probandum unum tantum admiſſus, unum probare ſufficit.*
18 *Ponens duo copulatiuè, uel diſiunctiuè, ſi tertiū uenit qualificatiuè ad alterum, uidetur ad utrunque probandum ſe aſtrinxiſſe.*
19 *Reus licet ſe aſtringat ad duo copulatiuè probandum, ſi unum tamen probabit, ei ſufficiet.*
20 *Nemo poteſt ſe aſtringere ad duo copulatiuè probāda, niſi quoad concernentiam eius intereſſe.*
21 *Duo ſi coniunctim narrantur, & utrunq; ſufficiat ad concluſionem, tunc utrunque probandum eſt.*
22 *Unum non ſufficit probare, quando in pœnam calumniæ ius repellit non probantem propoſita ab aliis propoſitis.*
23 *Quando unum ex narratis falſum eſt, omnia falſa præſumuntur.*
24 *Falſa expreſſio ætatis uitiat gratiam, licet alia narrata uera ſint, & ſuper ætate Papa non ſe fundet.*
25 *Ignorantia tolerabilis non datur in id, quod in facto proprio narratur.*

In commiſſione ſi plura capitula ſint narrata copu-
1 latiuè, quorū aliqua vera, & aliqua ſint falſa † ſufficit probare vnum, quod verum ſit ad id, vt commiſſio valeat: ita dixerūt Domini de Rot. in deciſ. 68. aliàs 7. licet capitula. de reſcri. in nouiſ. & dec. 175. aliàs 7. nota φ licet plura capitula, tit. de reſcrip. in antiq. φ & decidit Bellam. in deciſ. 280. licet plura. d. tit. de reſcr. cui ſententiæ patrocinatur gl. 1. & Doct. in c. 2. in prin. & verſ. ſed ſi alterū. & tex. ibi, eo cognito, & probato. de reſcri. nec ab illa receſſit Lap. alleg. 27. limitat decretalis. in fi. & alleg. 54. quidā quorum. col. 3. verſ. de hoc patet poſt nu. 5. & veritatē non expedit. col. 4. facit l. hoc enim. ff. de ſuſpec. tutor. & huc ſpectat, φ cōſultus reſpondit Gemin. in conſ. 52. vacante canonic. nu.
2 poſt nu. 2. ver. in contrarium videtur, inquiens † ſi ordinarius beneficiū vacans cōferat, declarata duplici cauſa, ſi vera vna ſit, inſtitutionem ſuſtineri, cū habeat ordinarius in vtroq; caſu poteſtatem, quod & Felyn. comprobat in c. licet cauſam. col. 20. poſt nu. 40. verſ. t. limita. de proba. & ibi Abb. col. 11. poſt nu. 30. verſ. gl. in verbo ſe aſtrinxit.

Cuius quidē illa pōt afferri ratio: nā cum plura nar-
3 rentur, quæ de iure minimè neceſſaria ſint capitula † ipſa in diſiunctiuam reſoluuntur: vt traditū fuit in c. cū iam dudū. de præbēd. & in c. ſignificante. & ibi notat Dec. in vl. nota. num. 9. per illum tex. de appel. & ibi Abb. ſequit. nu. 5. & in c. licet cauſam. col. 12. poſt nu. 31. ver. reddo rationē. de probat. d. deciſ. 68. & d. glo. 1. circa fi. d. c. 2. de reſc. t. & tenet Bellam. in dec. 735. ſeu 734. ſi impetrās vnū beneficiū. verſ. in contrariū fuit.

Verū concluſioni adſtipulatur dec. Rot. 360. aliàs 30. nota, φ mandatum directum de reſcrip. in antiq. nec ab hoc longè abeſt, φ notat Bellam. in dec. 444. ſi ab admiſſione articulorū appello, de appel. vbi aſ-
4 ſeruit † iuſtificari appellationē interpoſitā ab admiſſione articulorū; q̃a impertinentes, vel defectiui, ſiue obiectiui prætenduntur ſi in vno verificari poterit, φ & tradit Iaſ. in l. 1. §. ſed & ſi mihi. n. 15. ver. 6. adde. ff. de verb. obl. tradēs, reſcriptū Papæ continēs diuerſas gra-
5 tias, ſubreptionem in vna † non vitiare reſcriptum in alia φ auctoritate contextus fulcit in c. ſi eo tpe de reſcrip. in 6. & per c. exhibita. in fi. & ibi Ant. de Butr. de iud. quod idem placuit, dum rñdit Rom. in conſ. 369. circa primum. col. 13. nu. 37. verſ. unde ſucced. 1 adducēs Lap. alleg. 24. idē uoluit Bella. dec. 415. ſi impetraui. φ & ſeqt̃ Fel. in ſupradic. c. 2. col. 10. verſ. fallit ter-

Digitized by Google

tamen intelligendum eſt ſolum mendacio nõ doloſo, ſecus autẽ, quando præſumi deberet eſſe doloſum:
25 vt ſi quid in facto proprio narrarẽ, † in quo tolerabilis ignorantia nõ datur, vt reſpondit magnus ille Papinianus in l. quamquã. ff. ad Vellei. & icinit ſummus Pontifex in c. ab excõmunicato de reſcrip. & conſuluit Dec. conſ. 464. viſo in fi. nu. 14. & aſſeruit Mandoſ. in d. addit. ad d. alleg. Lap. 25.

Et in his terminis videntur loqui Fel. in d. cap. licet cauſam. d. col. 20. poſt d. nu. 40. verſ. vbi ſuccumbens in qualitate probanda. & Abb. in d. col. 11. in d. verſic. gl. in verbo ſe aſtrinxit de probat.

CONCLVSIO CCCXXVI.

ARGVMENTVM.

Commiſſio facta Vicario generali viua voce de conferendis beneficijs à legato, vel Epiſcopo, an probetur per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio Epiſcopi, vel legati de conferendis beneficijs facta viua voce Vicario ſuo generali valet, & probatur per teſtes.*
2 *Gratia ſubcollectoris Apoſtolici, qui deputatur à collectore, & ab inferiore poteſt teſtibus probari.*
3 *Commiſſiones facta per Papam, vel Imperatorem nõ poſſunt probari per teſtes, ſed per literas, & ſcripturam.*
4 *Commiſſio facta ſuper diuerſis, & pluribus articulis a iure communi diſcrepantibus requirit ſcripturam.*

Commiſſio Epiſcopi vel legati Vicario ſuo generali viua voce
1 facta † de beneficiis conferendis valet, & probari poteſt per teſtes, ita diremere Domini de Rota in deciſ. 397. alias 5. ſi Epiſcopus dat, & concedit. titu. de offic. Vicar. in nouiſ. vbi latè additio. nu. 8. quod, & obſeruauit Milis in repertorio, ver. probatio gratię Papalis. Belen. etiam tradidit in tract. de ſubſid. charit. q. 3. allę
2 gat in ſimili † quia gratia ſubcollectoris Apoſtolici, qui deputatur à collectore, & ab inferiore poteſt teſtibus probari ſecundum Rota. d. deciſ. 10. aliàs 226. dixerunt, & concluſerunt. in nou. de offi. deleg.

Primò limitabis cõcluſionem procedere, ſi agatur tantum de probanda commiſſione facta ab inferioribus, vt in concluſione; ſic monuit Bald. in l. 1. C. de mand. princi. & idem in auth. ſi qua per calumniam col. 2. C. de Epiſc. & cler. ſecus autem eſt in commiſ-
3 ſione facta per Papam, vel Imperatorem; † quia tales commiſſiones probari non poſſunt per teſtes, ſed per literas, & ſcripturam: vt ſancitũ eſt in l. vn. C. de mand. Prin. & ibi notat Bal. & eſt contex. in c. cum in iure peritus. ff. de offi. deleg. Domini de Rot. etiam d. deciſ. 5. nu. 4. & d. deciſ. 10. de offi. deleg. in nouiſ.

Secundò loco limitare poteris; vt vera ſit concluſio, ſi loquimur de commiſſione facta viuæ vocis oraculo ſuper vno articulo, vt ſupra: ſecus verò ſi ſuper diuerſis, & pluribus articulis, ac à iure cõmuni diſcre-
4 pantibus facta fuerit commiſſio: † quia tunc requiritur ſcriptura: vt videre eſt in iam allata deciſione quinta, circa finem.

Verùm de hac materia fuſius dicetur in concluſiõ. delegario, & in conclu. gratia, infra, quæ propria eſt huius materiæ ſedes.

CONCLVSIO CCCXXVII.

ARGVMENTVM.

Commodatum, an præſumatur factum rogatu, & ad requiſitionem commodatarij.

SVMMARIVM.

1 *Commodatum præſumitur factum rogatu commodatarij.*
2 *Commodatum ſi perierit, commodatarius tenetur nedũ de dolo, ſed etiam de culpa.*
3 *Commodatum, quãdo aliquid reperitur, cautio eſt, vt in libello dicatur, ſe commodaſſe ad requiſitionem ipſius commodatarij, & econuerſo, commodatarius debeat facere articulos, quod ſpontè res commodata ſibi fuerit oblata.*
4 *Commodatũ qua cautione probari poterit, quando deficiũt modi probandi per teſtes, vel inſtrumenta.*
5 *Acceptatio literarum, in quibus petatur reſtitutio centum commodatorum, & taciturnitas ſequuta inducit probationẽ contra illum acceptantem de dictis centum, adeo vt ex hoc poſſit cogi ad ſoluendum illam quantitatem.*
6 *Literæ acceptatæ, & lectæ obligant legentem, & acceptantẽ ad contenta in eis, niſi ſtatim expreſſè contradicat.*
7 *Commodata res ſi pereat penes commodatarium, ipſe probare tenetur rem peremptã ſed agens contra eum probare, debet, quod eius dolo, vel grauis culpa illa perempta ſit.*

1 Commodatum præſumi factum rogatu † & ad requiſitionẽ cõmodatarij, ſi aliud in contrariũ non appareat, docuit Bar. in l. ſi vt certo. §. interdũ. n. 3. & ibi Pau. Caſ. n. 5. ff. cõmod. ex quo fit, vt ſi cõmodatũ perierit,
2 cõmodatarius teneat nedũ de dolo, † ſed et de culpa, vt tradidit idẽ Bar. in d. §. interdũ. nu. 2. ꝙ ſecus erit, ſi cõmodatũ fiat gr̃a dãtis. tũc n. cõmodatarius de ſolo dolo, & lata culpa tenet, vt p eũdẽ Bar. ꝓximè citatũ. n. 1. & ibi Caſ. n. 4. vbi ꝓ cautione admonet, vt qñ re-
3 periſ cõmodatũ † dicat i libello, ſe cõmodaſſe ad requiſitionẽ ipſius cõmodatarij, ꝙ probandũ eſt, ſi velit, vt ſi cõdemnãdus de leuiſſima culpa, & ècõuerſo cõmodatarius dẽt facere articulos, ꝙ ſpontè res cõmodata fuit ſibi oblata. Verumtñ ſi deficiant modi probandi p teſtes, vel per inſtr̃a, tũc hac cautione poterit ꝓbari
4 † commodatum fuiſſe factũ, ſi ad te literas ſcribã corã duob. vel tribus teſtib. q legãt ea, quæ in literis, continentur, in quibus tibi ſignificẽ, & rogem, vt mihi reſtituas mea centũ, q̃ tibi cõmodaui, quo peracto ad te literas illas per nunciũ vnà cum dictis tribus mittam qui viderunt, & legerunt continentiã illarũ literarũ nã ſi legerit. d. literas, & non fuerit continuo proteſtatus, illũ non eſſe mihi aliqua in re debitorẽ, ſed tacue-
5 rit, tunc per iſtã acceptationem literarum, † & per taciturnitatẽ inducitur probatio contra illum de d. ducatos centũ, adeo, vt ex hoc poſſim cogere ad ſoluẽdũ. d. quantitatem, vt inſigniter docuit Bar. in l. ſi filius la 2. per illum tex. ff. ad Maced. & in l. quoniã. §. 1. ff. rem rat. hab. & idem in l. ſi tabernam. §. idem quæſit. ff. de pig. & in l. 2. §. idẽ per cõtrarium. ff. de lib. agnoſ. & in l. publia. in fi. ff. depoſ. & idẽ in l. Titius in fi. ff. de cõſt. pec. atq; Bal. ibi. verſ. ſed qro Abb. ĩ cõſ. 18. incip. ĩ cã, & qõ. col. 2. & ĩ c. nõ iuſtè. col. 3. de ꝓb. cũ multis alijs collectis p Hipp. de Marſ. in rub. C. de ꝓb. nu. 246. atq; Alex. in conſ. 78. viſo ꝓceſſu. nu. 1. vol. 1. & inſigne arbitratus eſt Mathe. in ſing. 22. notã mirabilẽ modũ, rñ dit et Gozad. in conſ. 23. 1. nu. 6. ver. 3. clarũ eſt. quo in
6 loco cauit † literas acceptatas, & lectas obligare legẽtẽ, & acceptantẽ ad cõtenta in eis, niſi ſtatim expreſſè cõtradicat: idẽ Gozad. in cõſ. 94. ad Illuſtriſs. Do. Argentina. col. 10. nu. 49. verſ. 8. concludo, tradidit idem Marſ. in repe. rub. C. de ꝓb. col. 50. nu. 299 & ſeq. Cor. quoq; in cõſ. 319. circa primũ cõſultationis. col. 4 n. 5.

verſ. ex quibus elicienda eſt concluſio, & pro cautione hac tradidit Cepol. in cautel. 9. Pone, quod filius. num. 2. Prætereà Corſet. in ſing. 381. in verb. taciturnitatis. incip. in onerofis. num. 2.

Verùm commodata res ſi pereat penès commoda-
7 tarium † tenetur ipſe probare rem peremptam, ſed agens cõtra eam tenetur probare, quòd eius dolo, vel graui culpa, de qua commodatarius tenetur, res illa perempta ſit, vt ſcripſit Io. And. in addit. ad Spec. tit. de commodato, verſ. nunc dicendum, vbi adducit l. cum ita. §. ſpecies. ff. de leg. 2. & eſt tex. in l. ſi quis fundum. §. imperator. ff. locati, & voluit Abb. in c. 2. ext. de depoſit. & protulit Imol. in c. 1. de commod. & latè Salic. in l. quæ fortuitis. C. de pig. act.

CONCLVSIO CCCXXVIII.

ARGVMENTVM.

Communio quomodo ſit probanda, & ex quibus etiam præſumenda.

SVMMARIVM.

1 *Communio regulariter non præſumitur.*
2 *Communio præſumitur diſcordiam, & diſſenſionem excitare.*
3 *Communio dicitur mater diſcordiæ.*
4 *Cõmunio probari põt ex cõiecturis, præſumptionib. & actibus, qui non poſſunt fieri citra ius, & nomen ſocietatis.*
5 *Communio probatur contracta inter fratres quando diù ſimul habitauerint, & omnia lucra communicauerint, nec ad inuicem rationem bonorum reddiderint.*
6 *Cõmunio præſumitur inter fratres, niſi contrariũ pbetur.*
7 *Communio præſumitur inter fratres quo ad ſocietatem, & communionem fructuum, & lucrorum, non autem omnium bonorum.*
8 *Communio præſumitur ex eo, quod quis habeat tigna immiſſa in muro ab aliquo poſſeſſo.*
9 *Murus, quando non apparet magis de iure vnius, quàm alterius, & communiter poſſideatur, præſumitur eſſe cõmunis, donec probetur contrarium.*
10 *Murus quando ex parte alterius habet aliqua ſigna, vt feneſtræ, & alia ex ſola immiſſione tigni alterius non præſumitur communis.*

1 Communionem regulariter † nõ præſumi colligi poteſt ex his, quæ latè tradidit Bar. poſt Oldr. in l. Titium, & Mæuium. §. altero. poſt nu. 4. ff. de adminiſtr. tut. & ex his, quæ vberrimè conſultus reſpondit Dec. in conſ. 20. viſo puncto, & diligenter pro viribus examinatis, nu. 1. & 3. & in conſ. 68. pro reſolutione. nu. 1. & clarè tradidit Io. Cephal. in conſ. 250. menſib. elapſis. nu. 8. & colligitur ex Crau. conſ. 26. de duobus videndum eſt. nu. 1. & conſ. 159. viſis his, quæ in facto nu. 1. facit etiam Soc. ſen. in conſ. 160. in præſenti cõſultatione. num. 12. verſ. ſed contra præmiſſa. vol. 2. & huc ſpectauit Rimin. cum protulit, cõmunicare nolle quem præſumi, & in conſ. 75. nu. 7. vol. 1.

2 Cuius axiomatis ea fortaſſis ratio eſſe põt † q̃a cõmunio p̃ſumitur diſcordiam, & diſſenſionẽ excitare, & patere l. cũ pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. gl. in l. vetuſtiſſima. ſuper verb. ex cõmunione. C. de iur. domi. impet. & ibi tex. in §. ſi aũt minus. quod & dixit Spec. in §. ſequitur videre. verſ. ſcias ergo nu. 1. de indi. atq;
3 gl. in c. 1. ſuper verb. religione ſed vac. † cõmunio enim mater diſcordiæ dr̃. c. 1. de parochi. & multa incõmoda afferre ſolet. l. ſi non ſortẽ. §. ſi centum. ff. de cond. indeb. & Hormanot, Dec. in l. 4. §. Cato. nu. 154. ver. 2. pbat. ff. de verb. obl. & ibi Mariã. Soc. nu. 213. verſ. & tenẽdo iſtã opinionẽ, & ex alijs adductis per Luc. de Pen. in l. quẽadmodum. C. de agr. & cenſ. li. 11. n. 129.

Ideò probanda communio eſt, quod rectè fieri poterit ex coniecturis, & præſumptionibus. atq; actibus
4 † qui non poſſunt fieri citra ius, & nomen ſocietatis, vt tradidit Bart. in d. l. Titium, & Mæuium. §. altero. ff. de admin. tut. & in l. ſi patruo. C. commu. vtri. iud. & reſpondit Dec. in conſ. 21. viſo puncto. col. 2. verſ. prædictis tamen minimè obſtantib. & tales præſumptiones, vel coniecturæ quandoq; ſunt graues. quandoq; violentæ, quandoq; leues, ſecundùm varietatẽ caſuum, vt ſcriptum reliquit Anch. in conſ. 303. col. 1. quem ſequitur Dec. d. conſ. 21. loco proximè citato, & idem Dec. in conſ. 68. pro reſolutione nu. 1.

Primò loco limitanda eſt concluſio, vt vera non
5 ſit, quando fratres diù ſimul habitauerint, † & omnia lucra communicauerint, nec ad inuicem rationẽ bonorum reddiderint, quia ex his actibus præſumitur, & probatur inter ipſos contracta communio, vt per Old. Bart. in d. l. Titium, & Mæuium. §. altero. poſt num. 4. verſ. prędicta iura ſunt, ff. de adminiſt. tut. reſpõdit Dec. in d. conſ. 20. num. 1. qui quamplures adducit, & dixit Crau. in cõſ. 59. viſis his quæ in facto. nu. 1. qui & ipſe cõcordãtes citat, cuius ſententię aſtipulatur Io. Bapt. Ferre. in conſ. 120. Et aduertat Rener. D. V. in fi. num.
6 6. verſ. nec obſtat. quod vbi inſequitur † inter fratres pręſumi cõmunionẽ, niſi contrariũ probetur, per l. ſi maior. C. fa. erc. & l. nõ ideò. C. cõi diuid. vbi gl. & Doct.

Intelligendam tamen arbitror limitationem procedere quoad ſocietatem, & cõmunionem fructuũ,
7 & lucrorum † non autem omnium bonorum, vt cõſultus reſpondit Crau. in conſ. 26. de duob. videndũ, nu. 1. & dixit Dec. in d. cõſ. 21. nu. 6. verſ. & concluditur. vbi ab vtroq; tum à Crau. tum etiam Dec. adducuntur concordantes. Plura his in mediũ afferre poſſẽ, ſed hæc leuiter attigiſſe ſit ſatis: etenim copioſius iſtiuſmodi tradidimus in concluſione, Acquiſita, & vberius, atq; affluentius ſumus proſequuturi in concluſione, Societas, vbi iſtius concluſionis argumenti propria ſedes eſt, illas igitur lector adire ne graueris.

Sed interim illud prætermittere nolui, cõmunio-
8 nem præſumi ex eo † quod quis habeat tigna immiſſa in muro ab aliquo poſſeſſo, vt docuit Bart. in l. dãni infecti. la 3. §. cum parietem. ff. de dãm. infect. quẽ ſequitur Cæpoll. in tract. ruſt. præd. in c. de pariete, & muro. n. 13. & ſeq. verſ. 2. modo, vbi alia multa ſigna refert, ex quibus communio inferri poteſt.

Illud ſic limitabis, vt procedat, quando ambo ſunt in poſſeſſione muri, nec conſtet, quis illum ædificauerit
9 † & ſic quando non apparet magis de iure vnius, quàm alterius, tũc. n. præſumitur murum communiter poſſeſſum inter illos eſſe cõem, donec probetur cõtrariũ, ſecus quãdo pro vna alterius partis apparẽt aliqua
10 ſigna, vt feneſtræ, & id genus alia: tunc enim † ex ſola immiſſione tigni non præſumitur cõis, ſed illius, pro quo ſunt ſigna, vt rñdit Rui. conſ. 55. nu. 6. & 7. vol. 4.

CONCLVSIO CCCXXIX.

ARGVMENTVM.

Communis vſus loquendi quo pacto probari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Communis vſus loquendi eſt difficilis probationis.*
2 *Cõem vſum loquendi qui allegat, illum probare debet.*
3 *Communis loquendi vſus præfertur proprietati ſermonis.*
4 *Ad communem vſum loquendi rectè probandum, quomodo ſit formandus articulus.*
5 *Communis vſus loquendi probatus dicitur à teſtibus deponentibus, quòd inoleuerit per decem annos ante.*
6 *Communis vſus loquendi non eſt in loco, ſi teſtes non concludunt de tempore decem annorum.*
7 *Tempus expreſſum in dicto teſtis intelligitur repetitum in ratione ſui dicti.*

8 Quando

Digitized by Google

8 *Quàndo aliqua diſpoſitio interpretatur, ſecundum commu-
nem vſum loquẽdi, intelligitur de illo communi vſu, qui
erat tempore diſpoſitionis.*
9 *Communis vſus loquendi præualet propriæ verborum ſi-
gnificationi, quando probatur extitiſſe tempore conditi
ſtatuti.*
10 *Teſtis deponens ſuper communi vſu loquendi, debet ad-
dere in dicto ſuo quod ſciat, quia ſic audiuerit dici com-
muniter.*
11 *Præſumptio iuris eſt teſtem audiuiſſe, & ſcire illud quod
deponit ſic communiter dici in Ciuitate.*
12 *Teſtes, qui probare habent communem vſum loquendi ſi
factum ſit quotidianum, deponere debent ſe audiuiſſe à
multis, & ſi non ſit, ſufficit audiuiſſe ab aliquibus.*
13 *Teſtes ſuper communi vſu loquendi atteſtari debent de cõ-
muni illius generis hominum, cui conuenit actus, vel ver-
ba, de quibus deponunt.*
14 *Articuli quo pacto formari poſſint, & teſtes quomodo fer-
re teſtimonium in probatione communis vſus loquendi.*
15 *Teſtis deponens ſuper vſu an debeat aliquas perſonas no-
minare.*

1 COMMUNEM vſum loquendi † eſſe
difficilis probationis
teſtatur Io. de Anan. in c. 1. col. 7. de ſagit. & illum ſe-
quitur Roch. de Curt. in tracta. de conſuetud. nu. 625.
verſ. ſeptimo principaliter. idem ſentit Raphael. Cu-
man. in conſ. 77. nu. 5. clarè tradit Paul. Pic. in l. Titia.
§. Titia cum nuberet. nu. 21. ad fi. ff. de lega. 2. aſſerens
ibi magnam eſſe difficultatem probare hunc commu-
nem vſum loquendi, idem monuit Fely. in proœ. Gre-
2 gor. nu. 22. ad fin. & ſeq. vnde fit, † vt qui communem
vſum loquẽdi alleget illum probare debeat, vt reſpõ-
dit Paul. de Caſt. in conſ. 48. ſuppoſito quodã ſtatuto.
nu. 3. lib. 1. atq; Fulgo. in conſ. 165. circa med. col. 4. &
poſt alios Gabriel Saray. in annot. ad ſing. Mattheſ.
ſing. 74. nota, ꝙ ſtatutum diſponens. nu. 7. & q̃uis diffi-
3 cilè probari poſſit, magni tamen effectus eſt, † quia
præfertur proprietati ſermonis, vt ſancitum eſt in l. li-
brorũ §. quod tamen Caſſius. vbi glo. de leg. 3. & Bar.
in l. talis ſcriptura. in prin. de leg. 1. & copioſè tradunt
* omnes ſcribentes in rub. ff. de nou. oper. nuncia. atq;
clarè docuit Bar. in l. Labeo. num. 1. & 5. ff. de ſuppel-
lect. legat. idem Bar. in l. non dubium. C. de leg. & idẽ
in repet. l. omnes populi. nu. 58. ff. de iuſt. & iur. & in l.
talis, nu. 2. de leg. 1. & reſpondit Socy. iun. in conſ. 10.
volum. 2. atque Didac. Couar. lib. 3. variar. reſol. cap.
5. num. 1.

Bar. tamen in d. l. Labeo. nu. 6. de ſuppellect. legat.
egregiam tradit doctrinam ibi poſt gl. ad probãdum
communem vſum loquẽdi cõprobando illud exem-
plo teſtatoris habẽtis multos equos, qui deinde alteri
legauit palafrenos ſuos, & ſi contigerit dubitari, quid
appellatione palafrenorũ contineri debeat, tunc con
4 fugiendum erit ad communem vſum loquendi, † ad
quem quidem communem vſum loquendi rectè pro
bandũ erit formandus articulus, ꝙ à 10. annis citra, &
per ipſum tempus cõmunis vſus loquendi fuit in illa
Ciuitate, in qua teſtator commorabatur, vel cõuerſa-
batur, equum talis cõditionis appellari palafrenum,
teſtis autem deponet cõtenta in articulo eſſe vera, &
ſi interrogetur, quomodo id ſciat, reſpõdere poterit,
quia per d. tẽpus in dicto loco audiuit equũ talis con-
ditionis ab omnibus talia tractantibus palafrenũ vo-
cari, & probari, quam doctrinam ſequitur, & probat
Roc. de Cur. in d. ſuo tract. de conſuetud. in 7. q. prin.
nu. 627. quam ẽt commendauit, & ſequutus eſt Alex.
in conſ. 131. nu. 4. vol. 7. & de ea meminit Fran. Mãti.
in ſuo tract. de conie. vlt. volunt. lib. 3. titul. 8 num. 6.
vbi ante, & poſt quam plurima ad communem vſum
loquendi ſpectantia annotauit.

5 Quòd vero is communis vſus loquẽdi † ꝓbatus di-
catur, ſi teſtes depoſuerint, ꝙ inoleuerit per 10. annos
ante, alibi dixit Bart. in l. 1. num. 99. C. de dign. lib. 12.
atq; Bal. in l. 2. C. ſi aduer. rem iudic. & in l. dies feſtos.
C. de fer. Aret. etiam in conſ. 2. nu. 6. atque reſpondit
Crau. in cõſ. 308. col. 3. verſ. ad illud reſpondeo, quod
& placuit Lanfr. de Orian. in tract. de teſtib. num. 97.
6 vbi ait † neceſſe eſſe, vt teſtes concludant de tempore
10. annorum, quia alioqui non eſſet cõmunis vſus lo
quendi in loco, vt in l. nummus. ff. de lega. 3. & in l. ſi
ſeruus. §. fi. ff. de leg. 1.

Verumtamen ſi teſtis in ratione ſui dicti non repli
cet tempus 10. annor. nihilominus dictũ ſuum vale-
7 bit, † quia tempus expreſſum in dicto intelligitur re-
petitum, in ratione ſui dicti. Bar. vbi ſupra.

Et eſt animaduertendum, ꝙ in huiuſmodi proba-
tione communis vſus loquendi probari debet, ꝙ eſſet
tempore, quo teſtes depoſuerunt, & non ſufficit pro-
bare, ꝙ nunc ſit talis loquẽdi vſus, quia quãdo aliqua
diſpoſitio interpretatur ſecundũ communem vſum
8 loquendi † de illo cõi vſu intelligi debet, qui erat tem
pore diſpoſitionis, vt probat eleganter, & concludit
Fulg. in cõſ. 165. in q. propoſita. col. pen. & obſeruauit
Mattheſ. in ſing. 102. nota, ꝙ ſi capitulũ. nu. 19 in ad-
dit. & ante cũ optimè tradidit Dec. in c. in præſentia.
col. 10. nu. 90. verſ. & in tali cõmuni vſu loquendi, de
probat. & facit ꝙ prodidit Card. Alb. in ſuis doctiſſi-
mis Lucubra. ad Bar. in l. Labeo. ff. de ſuppel. leg. vbi
9 cauit, quòd ad hoc, vt † cõmunis vſus loquendi præ-
ualeat propriæ verborũ ſignificationi, neceſſe ſit pro-
bare tempore conditi ſtatuti, huiuſmodi cõſuetudinẽ
extitiſſe, iuxta documẽtũ Alex. in l. 5. in prin. ff. de lib.
& poſth. & ꝓ notabili cauit Ferrat. in cautel. 52. nu. 4.
& teſtes, qui ſuper hoc deponũt in ratione dicti ſui de
10 bent addere, ꝙ ſciunt, † quia ſic audiuerunt cõmuni-
ter dici, & non ſufficeret, ſi deponerent ſimpliciter, ꝙ
ſciunt, quia ſic cõmuniter dicitur, quia debet addi, ꝙ
audiuerint ſic dici cõiter, vt monuit Barto. in d. l. La-
beo, in 2. col. de ſuppel. lega. quod tñ non placet Iaſ.
in l. 1. nu. 23. verſ. vltimo in hac quæſtione. ff. ſi cer. pe
tat. vbi conſiderat, ꝙ depoſitio huiuſmodi, eſt facta ꝑ
tale quid, propter quod ſi non explicitè, ſaltem præ-
ſumptione iuris poteſt deueniri ad ſenſum corporis,
11 nam ſi teſtis deponit, ꝙ ſic cõiter dr̃ in Ciuitate † præ
ſumptio iuris eſt, ꝙ hoc ipſe audiuit, & ſciat, iuxta il-
lud Euangelij, tu ſolus Peregrinus es in Hieruſal ẽ, &
neſcis, quæ facta ſunt, & facit glo. in l. ſi tutor peritus.
C. de peric. tutor. quam allegat Iaſ. loco citato, qui re-
linquit hoc cogitanti.

12 Præterea non eſt etiã prætereundum, quod † teſtes
qui probare habent hunc vſum communem loquen
di, debeant deponere, ſe ita audiuiſſe à multis, ſi factũ
eſt quotidianum: ſi vero nõ ſit quotidianum, ſufficiat
audiuiſſe ab aliquibus, vt obſeruauit doctiſſimus Iac.
Menoch. de arb. iud. cent. 5. lib. 2. caſ. 488. nu. 4. quod
eſſe dignum annotatione ſcripſerunt Are. in conſ. 73.
in fi. & Dec. in conſ. 11. nu. 12.

Poſtremò requiritur, vt teſtes atteſtentur de cõmu-
13 ni vſu loquendi illius generis hominũ, † cui cõuenit
actus ille, vel illa verba, vt ſi agatur de negociationib.
mercatorũ, & allegetur communis vſus loquendi, de-
bent teſtes deponere de vſu communi mercatorũ, &
non aliorũ, ita conſulti reſponderunt Dec. in cõſ. 7.
prima facie dicendum videbatur, nu. 3. poſt verſ. iſta
enim verba, & Soc. Iun. in conſ. 61. inſpectis, & diligẽ-
ter conſideratis. nu. 27. verſ. & plus dico. vol. 2. & con-
ſultiſſimus in vtroq; iure Iaco. Menoch. de arb. iudic.
14 cẽt. 5. lib. 2. caſ. 488. nu. 5. † Quod ſi quis ſcire exoptet,
quo pacto in hac re articuli formari poſſint, & teſtes
ferre teſtimonium, conſulat Bar. in d. l. Labeo propè.
fi. ff. de ſuppell. leg.

15 Et an teſtis deponens ſuper vſu communi † debeat
aliquas perſonas nominare, vide Rocc. Cur. tracta. de
conſuet. nu. 641.

CONCLVSIO CCCXXX.

ARGVMENTVM.

Comparatio literarum, an & quando probet.

SVMMARIVM.

1 *Comparatio literarum per ſe ſola non probat, quòd literę conſueuerint mutari ex curſu temporis.*
2 *Multi reperiuntur, qui non ſciunt ſcribere diuerſas literas, adeo vt vna alteri ſimilis non ſit.*
3 *Baptiſta de Ilico tam facilè variorum hominum literarũ characteres referre, & affingere ſolebat, vt omnino haberetur eadem ſcriptura, & eadem manus.*
4 *Comparatio literarum ſimpliciter non probat, ſed eget alio adminiculo, vel ſubſcriptione trium teſtium.*
5 *Comparationem literarum adminiculantur teſtes deponẽtes, ſe fuiſſe præſentes, quãdo ſcripta fuit talis ſcriptura, & vidiſſe ſcribere illas literas, & ſcripturã, de qua agit.*
6 *Teſtes ſoli ſine comparatione literarum non plenè probant ſcripturam, quia vtrunque neceſſarium eſt.*
7 *Comparatio literarum ſemiplenè probat.*
8 *Comparatio literarum plenam probationem facit.*
9 *Comparatio literarum apocha priuatæ perſonæ ſemiplenè probat, ſed in libris mercatorum, rationum, & in epiſtola ſcripta abſenti, plenè probat.*
10 *Iudicis arbitrium multum operatur in comparatione literarum.*
11 *Comparatio literarum dat plenam fidem epiſtolæ negatę, ſi non habeat ſigillum.*
12 *Comparationi literarum faciliùs ſtatur in epiſtola, quæ mittitur abſenti.*
13 *Intellectus l. comparationes.*
14 *Comparatio literarum per ſe ſola non probat tam in apocha, quam in epiſtola, & ſimilibus ſcripturis.*
15 *Comparatio ſola literarum facit plenam fidem, quando tractatur de comparatione publici inſtrumenti.*
16 *Comparatio inſtrumenti poteſt fieri non ſeruata illa ſolemnitate, quæ traditur regulariter in comparatione facienda.*
17 *Comparatio ſola literarum plenè probat in libris rõnum.*
18 *Ratio differentiæ inter comparationem literarum apodiſſa, & libri rationum.*
19 *Comparatio ſola literarum in libro rationum Caij, in quo aliquid reperitur ſcriptum contra Sempronium ab eodem Sempronio, non ſufficit, ſi eo libro Caius vti velit.*
20 *Comparatio, quæ oſtendit ſcripturam ſimul cum ſcriptura per omnia ſimilem, plenè probat.*
21 *Comparatio ſi omnimodam ſimilitudinem habet, probationem inducit.*
22 *Comparatio literarum, ſi non omnimodam ſimilitudinem habet, ſed aliquam diſſimilitudinem ſemiplenè probat.*
23 *Comparatio, vt poſſit fieri, iudex poteſt compellere debitorem ad ſcribendum manu propria.*
24 *Diſſimilitudo literarũ ex quibus, & quomodo probetur.*
25 *Comparatio ſola literarum non probat, nec ſufficit ad probandum falſitatem.*
26 *Comparatio literarum in crimine falſi facit indicium ad torturam.*
27 *Comparatio literarum eſt indicium indirectum falſitatis, quod non ſufficit ad torquendum.*
28 *Comparatio literarum, ſeu ſcriptura plenè probat, ſi adeſt ſubſcriptio trium teſtium grauium, & honeſtorum, qui recognoſcant eorum ſubſcriptionem, affirmantes ſcripturam illam eſſe ipſis præſentibus ſcriptam.*
29 *Certitudo ſcripturæ habetur, etiam ſi omnes teſtes illam non recognoſcant, ſed aliqui eorum, vt duo ex tribus.*
30 *Comparatio literarum quando probet, & quando non.*
31 *Comparatio facienda tam in apochis, quam epiſtolis, & inſtrumentis publicis ſemper iudicantis arbitrio relinquenda eſt.*
32 *Comparatio literarum quomodo, & in quibus caſibus facienda ſit.*
33 *Quæ requirantur, vt comparatio literarum fieri poſſit.*
34 *Comparatio literarum facienda eſt ab illis, qui ſunt in illa arte periti.*
35 *In comparatione literarum duplex requiritur ſcriptura.*

Comparationem literarũ per ſe ſolam nõ pro-
1 bare † quòd literæ conſueuerint mutari ex curſu temporis, clarius eſt, quàm vt à me pluribus oſtendatur, nam aliter ſcribit homo in iuuentute, ac in ſenectute facit, ita dixit gl. in auth. de trien. & ſemiſſ. §. fin. autẽ. & ibi Ang. atq; Franc. Cur. in l. admonendi. nu. 110. verſ. ego autem ſequor. ff. de iureiur. tum quia multi
2 reperiuntur, qui norunt ſcribere diuerſas literas † adeò vt vna alteri ſimilis tota ſit, vt reſpõdit Paul. de Caſt. conſ. 467. nu. 8. col. 3. vol. 1. & vt obſeruauit Graua. in add. ad Veſt. in ſua praxi. c. 1. lib. 6. nu. 26. & 27. vt vix quilibet vaſer dixiſſet, vt qui vnam ipſarum, etiã alteram ſcripſiſſet, ſic protulit Hippol. de Marſ. in rub. C. de probat. num. 317. verſ. aduertas tamen, vbi atteſtatur multos homines ita ſcribentes.

Quinimò ego quoque memini me vidiſſe quendã
3 Baptiſtam de Illico ita ſcribentem † qui tam facilè variorum hominũ literarum characteres referre, & effingere ſolebat, vt omninò haberetur eadẽ ſcriptura, & eadẽ manus, & ita ſcribendo multas falſitates patrauit, demum ad perpetuos carceres fuit damnatus. ſed infra conſulas concluſionem, inſtrumentum falſum, & concluſionẽ, falſitas, vbi videbis pulchriorem probationem falſitatis patratę ab eodẽ Baptiſta.
4 Quapropter iure, ac merito fit † vt comparatio literarum ſimpliciter probare non poſſit, ſed egeat alio adminiculo, vt tradidere glo. & Bart. in auth. ſed & ſi contractus. C. de fid. inſtrum. nu. 4. vt minimum tribus ſit munita teſtib. vt ſancitum eſt ab Impe. Iuſtin. in l. cõparationes. C. de fid. inſtr. & vt ſint ſub ea ſcriptura ſubſcripti, vt docuere Doct. in d. l. cõparationes vbi Petr. de Bellap. nu. 4. & Ang. col. pen. & vlt. & cõſulendo ſcripſere Alexan. conſ. 76. Ponderatis his de quib. in themate. nu. 8. verſ. facit, quod eſt de mente Bar. vol. 3. & in cõſ. 80. viſo proceſſu cauſæ. nu. 5. verſ. præterea attento. vol. 4. Rum. cõſ. 61. caſus iſte mo iτcum. num. 4. verſ. & quæ ſola, uol. 4. atque multi alij collecti ab Hippolyt. ubi ſupra in dicta rub. num. 315.
5 † vel ſaltem teſtes deponant ſe fuiſſe præſentes, quando ſcripta fuit talis ſcriptura per ſcribentem, ſeq; vidiſſe illum ſcribere illas literas, & ſcripturam, de qua agitur, vt aſſeruit gl. in d. auth. de trien. & ſemiſſ. §. fin. autẽ, & ibi gl. magna, & varijs in locis protulit Alex. ut in conſ. 58 nu. 1. vol. 7. & cõſ. 114. nu. 2. eo. vol. 7. & in conſ. 76. incip. ponderatis his. in prin. nu. 3. & num. 8. col. 2. vol. 3. quo in loco ſcribit, neceſſe eſſe, vt teſtes dicant ſe vidiſſe illũ ſcribere illas literas, ꝙ & placuit Caſtr. d. conſ. 467. poſt d. nu. 8. verſ. & ideo lex ſtatuit. d. vol. 1. atq; Affli. deciſ. 181. nu. 8. Bar. in l. ſcripturas. nu. 3. C. qui pot. in pign. habe. & Bertr. conſ. 140. locatio, nu. 1. & 3. vol. 2. nec ſatis eſt, ſi dicerẽt ſe recognoſcere literas illas ex illius ſcribendi genere, ꝙ alias viderint iſtiuſmodi eiuſdem, eaſq; notas habere, ſic cõſuluit Ruyn. in conſ. 69. in cauſa, & lite. nu. 2. verſ. nõ autem. vol. 4. refert etiam Marſ. vbi ſup. d. num. 318. Menoch. de arb. iud. caſ. 114. lib. 2. cent. 2. nu. 22. verſ. octauus eſt caſus, vbi plures concordantes allegat.
6 Nec illud obſeruatione dignum præteribo, † nec teſtes ſolos ſine comparatione literarũ plenè probare, vt auctor eſt in d. l. admonendi. ff. de iureiur. & ſenſit Alex. in d. cõſ. 80. viſo proceſſu cauſæ, nu. 4. verſ. item non proba. vol. 4. Bertr. d. cõſ. 140. nu. 2. d. vol. 3. vtraque quippè neceſſarium eſt, vt idẽ ait Bart. in l. nuda. 1. ſub nu. 5. verſ. ſi vero non hẽt. ff. de dona. & in d. auth. at ſi contractus ſub nu. 6. ver. quandoq; teſtes nõ teſtificantur. C. de fid. inſt. atq; Butr. & Abb. in c. 2. extr. de fid. inſt. Ang. ẽt in l. cõparationes. C. d. ti. & Bal. in d. l. ſed nouo iure. C. ſi cert. pet. Ruyn. præterea. cõſ. 69. in

cauſa,

cauſa & litc, nu.3. vol.4. quem tamen vide nu.9. vbi
declarat, qñ hoc procedat, decidit etiam Manh.de
Affl.d.deciſ.181.& adcas Dec.in c.2.de fid.inſtru.nu.
11.& ſeq.Corn.conſ.169.col.fi.lib.1.& conſ.58.lib.3.
Socy.in l.ſi ita ſcripſero. ff.de condi. & demon.nu.3.
vide latè Purp.in l.admonendi. ff de iureiur.nu.40.&
41.& latè proſequitur Lanfran.de Oria. in ſua pract.
c.9.de inſtrumen. editio.nu. 56.in additio.ſub 55.nu.

7 Primò loco limitabis † vt ſaltē comparatio ſemi-
plenè probet,iuxta ſententiā Accur.in l.admonendi.
ff.de iureiur. & ibi recentiores, atq; Menoc. vbi ſupra
nu.6.& nu.20.& gl.fi. verſ. ſi aūt actor ſemiplenè in l.
bonæ fidei. C.eo.tit. idē ſentit Ang.in §. ſi quis igitur
auth.de fid.inſt.Soc.in d.l.ſi ita ſcripſero,poſt nu.3.ff.
de cōd.& demon.& Io.de Craſ.in ſua arbore iudic.in
5.prin.de prob.liter.nu.1.atq; Fran. Cur.in d.l. admo-
nendi.nu.115.ver.prærereà.ff de iureiu. vbi dicit hāc
* opinionē verā * eſſe,ꝙ,& placuit Bar.Soc.in conſ.41.
nu.2.vol.3. idem conſulti reſpondere. Alex.in conſi.
58.vol.7.Ruin.in conſ.71.col pen.vol.3.& in cōſ.47.
vol.4.latè Ferret.conſ.374.lib.2. Bero.in conſ.87.vol.
* 3. qui * communē ſententiā ſcribentium eſſe atteſta-
tur.Nat.in conſ.642.nu.3.& per tot. atq; Rol. à Val.
in cōſ.27.nu.12.& per tot.vol.1. & omnib.iſtis ſe ſub-
ſcripſit doctiſſimus Burſ.in conſ.133.nu.21.lib.2.qui
* pariter * communē dicit, & nuperrimè voluit Excel.
Octa.Valpel.conſ.35.nu.3.vol.1.

In contrariam deſcendit ſentētiam Accurſ. in l.3.
8 §.1.verſ.ſpeciem. ff.de teſtib. vbi aſſerit † d. compara-
tionem facere plenam probationem, & ita ſe vidiſſe
* * communiter obſeruari affirmat Alb. in d.l.compa-
rationes.C.eo.tit.

Illud ſubiimitabis locum ſibi vendicare tm̄ in cō-
paratione apochæ priuatæ pſonæ, quia hoc caſu ſolū
ſemiplenè,probat, vt p Menoc. vbi ſup.nu.20. & 23.
9 ſecus verò † in libris mercatorum rationū, vt in Epi-
ſtola ſcripta abſenti,quia in his plenè probat,vt tradi
dit Bar.in l.nuda ratio. ff.de donat.nu.7. atq; Purpur,
in d.l.admonendi,nu.168.conſultus rūdit ēt Alex.in
conſ.58.nu.1.& cōſ.114.nu.4.li 7. cauit Soc. in l.ſi ita
ſcripſero.col.fin.ff.de condit.& demonſt. Dec. conſi.
10 219.in fi.in quo loco tamē ſcriptum reliquit † in hoc
multum operari iudicis arbitrium, idem Dec. in c. 2.
* nu.16.de fid.inſtru. qui hanc communē eſſe atteſtaē
Cur.iun.conſ.162.nu.5.Soc.iun. conſ.162.nu. 4.lib.2.
Crauet.in trac.de antiq.temp.5.pat.1.par.prin.nu.65.
* & clarius nu.68.Fel.in c.2.nu.17.de fid.inſtr.vbi * com
munem dicit Ripa etiā in l.admonēdi, nu.132. & ibi
Cur.nu.41.ff. de iureiur. Burſat.in conſ. 39.nu.25.lib.
1.& hoc non prætetit. Nico. Boer.deciſ. 282.nu.6.&
Gram. deci.34.nu. 16. hoc tamen addito moderami-
ne,dummodo fuerint agnitæ vel confeſſatæ, vt colli-
gere eſt ex Pauli rūſo in l.Publia Meuia.§.fi.ff. depoſ.
& decidit Boer.d.loco ſupra citato. d.n.6. & plenè in
ſuo conſ.22.incip.appellationis pceſſu.Quod ſi agni
tæ non fuerint,aut non cōfeſſatę,tunc ſi habet ſigillū
illius,qui illam miſit,probat, vt ſancitū eſt in l.ſi qua
per calumniam.C.de epiſc.& cleric.& Menoc.vbi ſu
pra nu. 21. ſi vero epiſtola negata non habeat ſigillū
11 † tunc per comparationem dabitur plena fides, & p-
babit contra ſcribentem,quia habet vim confeſſionis
extraiudicialis, vt declarat Tyndar. in ſuo tracta. de
teſtib.lib.2.c.8.nu 5.& tradidit Lanfran. de Orian.in
c.quoniam contra.titu.de fide inſtrum. num.58.verſ.
tertio,circa Epiſtolam,& Gramm.in d.dec.34.nu.16.
& repetit Fran. Cur.in d.l.admonendi,nu.127.verſ.ca
pio ſecundum ſpeciem, vbi aliam in mediū affert ra-
12 tionē differentiæ, † quia ſcilicet epiſtola mittitur ab-
ſenti,ideò nō poteſt ille,cui tranſmittitur,adhibere te
ſtes,quando ſcribitur per quos poſſit probare, propte-
reà facilius ſtatur cōparationi,quam ſentētiam ait ſe-
qui Ful. Pau.de Caſt.& Alex.in d.l.admonēdi, & Io.
de Imo.in c.2.de fide inſtrum.& Bar.& Imo.in l.ſi ita
ſcripſero,de conditio.& demonſt. volentes præfati in
epiſtola.l.comparationes.non eſſe correctam,ſed tm̄
ſe extendere in apochis, & idem tenet Bart.in d.l.ad-
* monendi,quem ibi omnes * recentiores ſequuntur. ff.
de iureiur. & opinio ſeruatur de ſtylo Curiarū Fran-
ciæ,vt atteſtatur Boer.dec.282.num.6.& q.124.incip.
Dominus vita nūc fructus.& Menoc d.caſu 114.d.n.
21.& nu.24 & idem tenet Ang.conſ.370. creditor vo
lens,& Bal.in cōſ.253.incip.literis reſponſalibus,vol.
4.Bar.in l.nuda ratio ad finem.ff.de dona. & ibi Abb.
& Anto.de But.in c.poſt ceſſionem.de proba. & Bal.
in d.l.ſi qua per calumniam,& in l.falſus.ad fin.C.de
fut.Spec.in tit.de citat.§ iam de citatione.ver.literas.
Lud Rom.in l.admonēdi.nu.50. ver.tertio principa-
li caſu, & ibi Iaſ. in primo loco, quando loquitur de
apocha priuata.fol.16.col.3.ver de hoc autē vltimo,
& ibi Purpu.nu.214 & Bar.in l.contractus.col.2.C.de
13 fid.inſtr. † vbi ait.l.comparationes, eſſe coarctādam
tantum in apocha,non autem in alis priuatis ſcriptu
ris,vt in literis mercatorum, & epiſtola, quam ſequiē
Alex.conſ.58.lib.7 Bart.Socy. conſ.41.col.1.lib.3.&
Dec.conſ.219.in fi.Cur.iun.conſ.118.col.pen. & cōſ.
162.adde iſtis Paul. de Caſtr. in conſ.87. & hæc videē
* eſſe verior, & magis * communis.

In contrariam tamen deſcendit ſententiā Hippol.
de Marſil.in d.rub.nu.289.cū ibi allegatis, & apertiſſi
mè Ang.in l.cōparationes.col.pen.C.d. tit. Alex.cōſ.
14 16.nu.8.& 9.vol.3.Affl.dec.181.nu.4. & plur.ſeq. † q
dicant concluſionē procedere in qualibet ſcriptura-
rum cōparatione, videlicet iam apocha & epiſtolæ,
& ſimiliū ſcripturarū. Contrarium ei fuiſſe ſecutos
teſtis eſt idē Fran.Cur.in l.admonendi.nu.123 ver.ca
pio ſecundā ſpeciem.Bal.in l.fi.col. in 5.q.nu. C.
de edict.diui.Adria.toll.& ibi Sal.volentes idem d.l.
cōparationes ita fuiſſe correctam in epiſtolis,ſicut in
apochis,& idē dicit Bal. clarè in d.auth. & ſi contra-
ctus.in fi.C.de fid.inſtr.atq; Ang.in d.l.cōparationes,
& Iac.de Belu.in §.1.in fi.in auth.de inſtr.fid.& caut.
quorū opinio c de Cur.magis arridet, eiq; ſe ſubſcri-
bit in d.l.admonendi.nu.127.ver.& iſta magis placet.
Sed altera verior, & receptior eſt opinio, vt teſtatur
* Rui.conſ.70.vol.4.qui de * cōmuni atteſtatur.nu.1.

Secundo prætereà limitare poteris,vt nō procedat,
15 † qñ tractatur de comparatione publici inſtrumenti,
quia hoc caſu ſola cōparatio facit plenam fidem, vt
placuit Alex.in cōſ.184.n.6.vol.7.vbi allegat. §.ſi ve
rò nullus,& ibi nota.ſcripſit ēt Iac.de Beluiſ. in auth.
de inſt.cau.& fid.& idē Iac. in eadē auth.§.ſi aut ſal-
tē cōmittitur iudicantis arbitrio,vt aſſeruit Alex.vbi
ſupra,per gl. in l. cōparationes,& auth.ibi adiūctam.
16 C.de fid.inſtru.& Alex. vbi ſupra ait † in huiuſmodi
cōparatione faciēda poſſe fieri cōparationē nō ſerua
ta illa ſolēnitate, quæ traditur regulariter in cōpara-
tione facienda,ꝙ & tradit Menoc.vbi ſupra.nu.55.

Ad hæc tertio loco limites velim,vt nō vera ſit cō
17 cluſio in cōparatione libri rationū, † quia in his ſola
cōparatio plenè pbat. ſic reſpondit Alex.d. conſ.76.
nu.8.vol.3.& idē in cōſ.86.nu.5.vol.6.& in conſ.163.
n.4.vol.7.Bar.& Sal.in d.l. cōparationes, quos refert.
& ſequitur Bar.Soc.conſ.41.nu.2.vol.3.& patet ex al-
latis ab Hippol.d.rub.C.de probat.nu.293.& ſeq.Lan
fran.de Oria.in c.qñ contra. trac.de fid.inſtru.nu.57.
verſ. ſin autē liber. quo in loco rationem differentiæ
reddit, quare nō ita operatur cōparatio in apodiſſis,
ſicut in libro rationū,& illa eſt, quia quando quis fa-
cit apodiſſam, debet ſibi imputare, ꝙ non ſeruauerit
ſolemnia requiſita teſtium, cū facilè poſſint haberi,
18 † quod ſecus eſt in libro rationū, quia non ſemper cū
ſcribitur vnum capitulum poſſunt haberi teſtes,idem
aſſeruit in d.l. admonēdi.nu.52.ver.nā in apodiſſa vo
luit ēt:huic ſniæ ſe ſubſcripſit Rui. cōſ.70 nu.4.vol.4.
& Bar.cauit in l.nuda.n.9.ff.de don.& in auth.& ſi cō
tractus in 1.lectura,nu.5.& 9.in fi.C.de fid.inſtr.idem

Alex.conſ.58.nu.1.& conſ.114.nu.4.lib.7. Curt. iun.
conſ.118.nu.8.in fi.& conſ.162.nu.5.Gram.decif. 34.
nu.16.Dec.In c.2.nu.16.de fid.inſtr.Cur.in d.l.admo-
nēdi.n.124.ver. ſed ſi ex hoc eſt dubitatio. de iureiur.
Purpur.in d.l.admonendi, nu.212.cuius rei ratio eſt
ſecundùm omnes,quia non ita facilè eſt fraudare li-
brum rationum,ſicut apocham,vt propriè dicit Bar.
in d.auth.& ſi contractus.nu.5.C. de fid.inſtr. quo in
loco arbitratur l.comparationes & alia iura antiqua
diſponentia comparationem literarum plenam fidē
facere,adhuc remanere incorrecta quoad librum ra-
tionum, & eorum correctionem tātum habere locū
in apodiſſis,quæ dantur à parte parti,ibiq; nu.7.diſtin
ctionē facit inter apochā,librum rationū,& epiſtolā
ſiue literam,quę mittitur & extende idē procedere in
libro panio,vt dicit Paul.de Caſtr.conſ.83. quantum
ad cōtenta,col.2.lib.2.itē quia aſcribendum eſt illi,q
ſibi ſcribendā apochā curauit,ſi plena,& pfecta non
eſt, quia potuit ſic fieri, quod non contingit in libro
rationum,vt per Bart.in l.nuda.num.9.de donat.Me-
noch.d. num. 23.

Intellige tamē prædicta habere locum in libro ra-
tionum ipſius ſcribentis, qui in eo ad alterius cōmo-
dum aliquid contra ſe ſcripſit, & quòd liber penes ip-
ſum,vel eius ſucceſſores eſſe ſolet, vt ſcripſit Bart. in
19 d.auth.& ſi contractus.poſt nu.5.C.de fid.inſt.†ſecus
in libro rationū vnius,voluti Caij in quo aliquid eſſet
cōtra Sempronium ſcriptum ab eodem Sempronio,
& eo codice Caius vti vellet,nam hic ſola cōparatio
literarum non ſufficeret quoniam in iſto caſu facilè
pōt admitti fraus referendo,& effingēdo genus illius
ſcribēdi,ſicut in apocha dictū eſt,ita inſigniter,& do
ctiſſimè more ſuo ſcripſit Iac. Menoch. in ſuo tract.
de arbitrar.iudic.lib.6.cent.2.caſ.114.nu.23.in fi..

Inſuper quartò limitat ſi talis eſſet cōparatio, quæ
oſtenderet ſcripturam ſimul cum ſcriptura,ad quā fit
20 comparatio, per omnia ſimilem†quia hoc caſu ple-
nè probaret,vt cōſtitutum eſt in §.ſi quis igitur.auth.
de fid.inſt.& ita tradit Franc.Viui.in d. ſuis cōmmu-
bus opinionibus,in d.verſ.cōparatio literarū, vbi ait
hoc caſu incorrectam remanere l.comparationes,vt
per Bal.& Sal. in auth.ſed hoc iure.in d.l.in bonæ fi-
dei.C.de iureiu.atq; Iac.Pet.de Tolom.in repet.l.ad-
monendi.poſt nu.67.ff.de iureiur.verſ.ſecūdus caſus.
auctorem laudat Ludou.Rom.in d.l. admonēdi. per
contex.in auth.de inſtru.caut.§.ſi quis igitur,ibi dum
dicit iudicatū fuiſſe, comparationem fidē non face-
re,quia literæ omnes ſimiles non erant, ergo à cōtra-
21 rio ſenſu†ſi comparatio omnimodā ſimilitudinē ha-
beat,plenā probationem inducit, vt meminit idem
Franc.Cur.in d.l.admonendi, nu.118.ver.ſecūdò vbi
talis eſſet comparatio,& Cato Sacch.ibid.nu.44.ver.
ſed adijcit,q & probat text.in §. ſi verò tale.cod.tit.
vbi habetur,quòd ſi iudex arbitratus fuerit ex cōpa-
ratione literarū omnimodā formæ ſimilitudinē re
ſultare,quòd ſit plena probatio,et ſi teſtes ſint cōtra-
rij,quanto ergo magis teſtibus nō repugnātibus dice-
mus illam ſolam comparationē omnimodā plenam
fidem facere?Ita etiam Ripa docet in d.l.admonēdi.
ff.de iureiur.nu.113.vbi ait, quod ſi nō omnimodam
ſimilitudinem habet, ſed aliquam diſſimilitudinem
22 †tunc tantùm ſemiplenè probat,& hanc eſſe * cōem
opinionem ibi teſtatur,quod & tenet Fran.Curt.in d.
l.admonendi,poſt nu.114. verſ.vltimò requiritur. ff.
de iureiur.ibi ad locum habere aſſerit,etiam ſi in ma-
iori parte eſſet ſimilitudo,per gl. & Ang. in §. ſi quis
igitur.in auth.de inſtr.fid.& caut.dicēs ibi Ang. iudi-
cem poſſe compellere debitorem ad ſcribendū ma-
23 nu propria,†vt ex ea poſſit fieri comparatio, idē tra-
dit Lanf.de Orian.in d.l.admonendi,nu.52.ver. no-
ta, quòd cōparatio, quo in loco aſſerit ex quibus de-
prehendatur diſſimilitudo literarum,volens ex duo-
bus præcipuè deprehendi,ex diuerſitate ſcilicet ſigni

24 tabellionis, & ex literis duplicatis † vt ſi in vna ſcri-
ptura notarius vel alia perſona ſcribit vnam dictio-
nem per literam duplicatam, vt per duo DD.vel per
duo BB.& in alia ſcribebat per ſimplex,ex hac enim
re probata dicitur diſſimilitudo literarum; quod eſt
benè notandum per eūdem Lanf.ibi.

Sublimitandum tamē eſt, quod nuper tradidimus
in limitatione, videlicet in quibus ſola comparatio
plenè probat,vt tantùm procedat, quando agitur ci-
25 uiliter,ſecus ſi criminaliter, vt in crimine falſi † quia
ad probādum falſitatem ſola literarum comparatio
non probat,nec ſufficit ſecundum Dec.conſ.615. vi-
ſa inquiſitione.col.1.poſt nu.3.verſ.circ.primū, Rip.
in d.l.admonendi.col.20.Crau.de antiq.temp.1.par.
verſ.quæritur.num. 72.

Intelligas tamen velim, hanc ſublimitationem,vt
26 ſaltem in tali caſu faciat † indicium ad torturam ita
docuit Purpur. in d.l.admonendi.col.30.& conſulas
Bart.in l.fi.ff.de quæſtio.quod approbat Crau. in tra-
cta.verſ.quæritur.nu.72.maximè in perſona malę fa-
mæ Dec.conſ.625. col.1.

Quorum omnium Doctorū conſenſus Fran.Curt.
non deterruit, quin id ipſum intrepidè reprobarit ea
27 ratione, † quia cum iſta comparatio ſit indicium in-
directum,non tangens directo delictum falſitatis,nō
debet ſufficere ad torquendū,dum ipſe ponderat do-
ctrinam,& exempla Bart.in l.fi.ff.de quæſt.& glo. &
Bart.in l.fi.C. famil. erciſ.

Quintò loco limita non habere locum, quādo vl-
tra comparationē adeſt ſubſcriptio trium teſtiū, qui
graues,& honeſti ſunt,& illi recognoſcunt eorū ſub-
28 ſcriptionem † affirmantes illam ſcripturam eſſe ipſis
præſentibus ſcriptam ab illo commemorato in ſcri-
ptura,hoc enim in caſu comparatio illa, ſeu illa ſcri-
ptura plenè probat, vt ſcriptū reliquit Bar. in d. l. ad-
monendi.nu.26.& in d.l.nuda.nu. 6. verſ. aut quis.ff.
de donat.ſecundū Bal.in auth.ſed nouo iure C.ſi cer.
pet.quod & placuit Iac.Petr.de Tolom in rep.d.l.ad-
monēdi.nu.68.verſ.tertius caſus.ff. de iureiur. & Pur-
pur.in d.l.admonēdi.nu. 176. quod etiam verè pba ē
in §. fi. quis igitur cautel.in auth.de inſtr.fid.& caut.
29 Amplia hanc limitationē procedere, † etiā ſi om-
nes teſtes non recognoſcerēt ſcripturā, ſed aliqui eo-
rum, vt duo ex tribus,quia ſufficeret, ex quo habetur
certitudo ſcripturæ,vt contex.eſt in d.l.comparatio-
nes in prin.C.de fid.inſtr.& ibi tenent Bal.& Sal. idē
reſpondit Paul.de Caſt.conſ.134.in cauſa Ludo. lib.
1.Verùm de hoc argumenti genere,qn̄ literarum cō-
30 paratio probet,† & quando non,hæc latè tradent em
conſules Pariſ.conſ.19.vol.3.nu.32.vſq; ad nu. 42. &
Iacob.Menoch.in tract.de arbitr.iudic.lib.2. cent. 5.
caſ.114. vbi format vndecim caſus, in quibus differit
de comparatione apochæ non habentis, & habentis
teſtes, ac libri rationū, epiſtolę, & ſcripturę publicę,
vbi videbis requiſita, ad quē pro aliàs tui inſtructio-
ne te reijcimus,& ibi dicit etiam omnia relinqui iudi
cis arbitrio,vt in prin.d. caſus 114. nu. 1.per §.ſi verò
tale quid.auth.de inſtru.caut.& fid.et Bald.in d.l.cō-
parationes.nu.19.C.de fid.inſtru.& Menoch. vbi ſu-
pra,poſt nu.6.in fi.& ſeq.& nu. 18. ac 19. in fi. & ſeq.
31 ac per totum d.caſum 114.† tam in apocharum,quā
epiſtolarū, & inſtrorū publicorū cōparatione faciē-
da probatione cenſuit ſemper iudicātis arbitrio re-
linquendum.idem cenſuit Iacob. Petr. de Tolom.in
repet.l.admonendi.nu.66.ff. de iureiur. verſ. in ea. &
* Cato Sacch. qui teſtatur de * communi opinione in
ead.l.admonendi.nu.44.verſ.pro eo facit. in fi.
32 Quomodo autem,† & quibus in caſibus faciēda ſit
literarum comparatio conſulas Pet.de Bellaper. in l.
comparationes.nu.28.verſ. ex quibus inſtrumētis.C.
de fid.inſtr. ibi, ex quinque inſtrumentorum generi-
bus poſſe fieri comparationē ait, & ibi tradit exē pla
atq; docet,quæ requirantur ad hoc,vt fiat cōparatio,

& te-

31 & ſecundum gl.in d.l.comparationes † præcipuè re-
quiritur,vt deficiant aliæ omnes probationes,& pro-
ptereà volẽtes facere literarum comparationem iu-
rabunt,quòd non habent aliam probationẽ , quodq;
nihil commiſerint, propter quod veritas potuerit oc
cultari,in eodem etiam loco tradit comparationem
34 hanc faciendam eſſe ab illis † qui ſint in illa arte pe-
riti,vt ſi in controuerſia verſetur,an inſtrumẽtum ſit
confectum manu tua,necne,& ego producam aliud
ſimile inſtrumentum,periti in arte,vt ſunt ſcriptores,
iudicabunt,& adeas ad hæc Bar.in d. l. comparatio-
35 nes.nu.1.vbi etiam dicit † duplicem requiri ſcripturã
in cõparatione literarum, & adeas eũdem in §.illud.
in auth de his qui ingred.vbi nu.1,2.& 4.habetur , ex
quibus generibus literarum comparatio fieri poſſit.

CONCLVSIO CCCXXXI.

ARGVMENTVM.

Comparitionis probatio quomodo fiat.

SVMMARIVM.

1 *Comparitionis probatio fit per inſpectionem actorum.*
2 *Quæ ſpectant ad comparitionem,remiſſiue.*

Comparitionis probationẽ ſi quis ſcire exoptet adeat
1 Paul.Caſtr. † qui per inſpectionẽ actorum probari
aſſerit in l.ſi per alium quis.§.docere,nu.5.ff.ne quis
eum qui in ius vocat.& docuit Bal.in c.bonæ.num.7.
de elect.Porrò comparens præſumitur citatus ex ſen-
tentia Bal.vbi ſupra,& ad hæc conſulas Spec. in ritu.
de comparitione,nu.2.& ſeq.& nu.5.& Card.poſt gl.
in clem.2.§.ſimiliter.2.q.de appe.qui ad comparitio-
2 nem † ſpectantia tibi ſuggeret.

CONCLVSIO CCCXXXII.

ARGVMENTVM.

Compater an pro compatre, & filio ſuo ſpirituali teſtis eſſe poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Compater poteſt eſſe teſtis pro compatre.*
2 *Interdictum de teſtibus eſt prohibitorium cauſa certarum perſonarum tam in ciuili,quam criminali:& cum compater in eo non comprehendatur,teſtis eſſe poteſt.*
3 *Compater dicitur teſtis omni exceptione maior.*
4 *Compater in cauſa , quæ ad matrimonium ſpectat,teſtis eſſe poteſt.*
5 *Compater poteſt etiam eſſe teſtis in criminali cauſa .*
6 *Argumentum ſumptum a ciuilibus ad criminalia potentiſſimum eſt,frequens & vtile .*
7 *Compater poteſt eſſe teſtis in ciuili,& in capitali iudicio.* Contrarium ibi.
8 *Compater non poteſt eſſe teſtis pro filio à ſacro fonte leuato,& econtra.*
9 *Inter compatrem & filium leuatum à ſacro fonte contrahitur quædam ſpiritualis cognatio , ex qua oritur affectio quæ repellit eos à teſtimonio .*
10 *Patres ſpirituales in cauſa neceſſitatis debent alere filios ſuſceptos,& econtra.*
11 *Patres ſpirituales non poſſunt conueniri,niſi in quantum fieri poteſt,ſicut & patres naturales.*
12 *Compatres æquiparantur patribus naturalibus : & ideo non ſunt idonei teſtes pro filijs ſuis ſpiritualibus.*
13 *Cognatio ſpiritualis videtur ſolum operari quoad impediendum matrimonium,& quoad præſtandum reuerentiam,& non quoad reliqua.*
14 *Qui leuauit aliquem de ſacro fonte eſt idoneus teſtis , & pro filio ſpirituali poteſt teſtificari.*
15 *Iudicis arbitrarium eſt,an cõpater repellatur à teſtimonio.*
16 *Compater iudex poteſt recuſari pro ſuſpecto,licet talis cauſa non ſit in iure determinata , ſed diuerſa.*

1 Compatrem teſtem eſſe poſſe † ꝓ cõ-
patre tradidit Rom.in l.
quamuis.nu.5.ff.de in ius vocand.& Alex. in l.gene-
raliter.nu.5.vbi Iaſ.poſt nu.2.ff.eo.tit.de in ius vocã.
prætereà Bal.& Sal in l.parente.nu.3.C.de teſt. Alex.
etiam conſulendo voluit pluribus in locis, vt in cõſ.
42.ante fi.verſ.nec obſtat,quòd vnus eorum teſtium,
nu.18.lib.3.& in conſ.237.num.18.verſ.idem videtur
ſentire,vol.6.& expreſſius conſuluit in conſ. 125.poſt
nu.3.verſ.& dato quod ſtatutum,vol.4. & Aufrer. in
tract.de teſt.nu.76.ver. poteſt ſpiritualis.Steph. Bertr.
in conſ.300.nobilis,& honeſta ,nu.6.vol.2.& cõſ.50.
* ex forma.vol.3.vbi teſtatur de *communi.vol. 5. Iaſ.
inſuper apertiſſimè ſcripſit in l.apertiſſimi.col.2. ver.
tamen aduerte,nu.9.C.de iud.& in §. pœnales. colu.
10.ver.per prędicta dixit,Inſti.de act. vbi ait hãc eſſe
* * cõem opinionem.Bart.dilucidè id probauit in cõſ.
92.in q.vertente inter Dominum Simonẽ,col.3.verſ.
nec obſtat.quòd ipſe ſit ſanctolus.n. 8.Crau.cõſ.169.
nu.1.Corn.conſ.61.col.3.poſt med.ver. oſtẽſo itaque
nu 14.lib.3.Ruin.conſ.82.nu.19.poſtremò Bertrã. in
cõſ.178.viſo proceſſu cauſæ,nu. 14 poſt ver.& primò
non per depoſitionem.lib.2.& in cõſ.300.nobilis &
honeſta mulier poſt nu.6.verſ.tum & quis,cod.lib.2.
2 Nec id ſine ratione fuit conſtitutum,etenim † cum
interdictum de teſtibus ſit prohibitorium cauſa cer-
tarum perſonarum tam in ciuili,quàm criminali.l.1.
ff.de teſtib.omnes ergo illi,qui non prohibentur, nec
prohibiti reperiuntur,expreſsè admittuntur ad teſti-
ficandum,ſed compater non reperitur vllo iure pro-
hibitus,ſequitur igitur,vt teſtis eſſe poſſit,vt traditum
fuit à Crau.d.conſ.196.in princ.& à Io.Crot.in tract.
de teſti.nu.101.& ab alijs ſupra allegatis atq; à Bertr.
in d.conſ.300.nobilis,& honeſta.poſt nu.6.ver. cuius
dicti illa ſolet.vol. 2.

Sed obſerues velim, eo vſq; concluſionem proce-
3 dere † vt etiã compater dicatur teſtis omni exceptio-
ne maior,vt colligere eſt ex Barth.Cæpol.conſ.ciuil,
5.in quæſtione vertente.col.3.nu. 11. verſ. nec etiam
ex eo,quod dicat,& à Corn.conſ.61.col.3.poſt med.
nu. 14.verſ.oſtenſo itaque.lib.3.quos refert,& ſequi-
tur Crau.d.conſ.169.nu.2.ex quo proculdubio ſequi-
tur,& compatrem in cauſa , quæ ad matrimoniũ ſpe-
4 ctet † teſtem eſſe poſſe,in qua requiruntur teſtes omni
exceptione maiores, eo quod cauſa matrimonii di-
catur cauſa grauis,ſic Cæpol.d.conſ.5.nu.11.& Abb.
in cap.ſi pro debilitate.in vltimo notabili.nu.4. ff. de
offi.deleg.& huc pertinet c.1.cum gl.de conſanguin.
& affinit.atq; c.ſuper,qui matr.accuſ. poſ.Crau.etiam
d.conſ.169. nu. 2.

5 Amplianda concluſio eſt etiam locum † habere in
criminali cauſa , idq́ue argumẽto ſumpto à ciuilibus
ad criminalia, quod nedum eſt probabile , ſed etiam
6 potentiſſimum,frequens † & vtile , vt colligere eſt ex
Vlpiani reſponſo in l.abſentem.ff.de pœnis, & ad id
latè ſe fundat Euerard.in ſuis locis legalibus , loco à
7 ciuilibus ad criminalia,ſed cõpater põt eſſe teſtis † in
ciuili,vt fuit reſponſum à Bar.in d.conſ.92. incipien.
in quæſtione, q̃ vertiť &c. & ꝑ alios ſupra adductos ,
fit igiť,vt ẽt in capitali iudicio teſtis poſſit adhiberi.

Quod quidem Crot.permouere non potuit , quin
contrarium ſentiret in tract.de teſtib.nu. 10. & Curt.
ſen.in tract.de teſtib. concluſ. 30.

Sed velim limites cnncluſionẽ non eſſe veram in
8 compatre,& filio à ſacro fonte leuato † & econtra,ꝙ
menti eſſe tenendum docet Franc.Cur.in d. tract. de
teſtib.d.concluſ.30.nu.63.& Alex. cõſ. 143. in 4.vol.
nu.o.

Digitized by Google

nu.6.Fulg.conſ.11.Bal.vt aliàs ſæpè, nunc etiam ſibi
cõtrarius,in d.l.generaliter.ff.de in ius vocan. & me-
minit Fel.in c.cum ſpeciali.nu.20. de appell. Bened.
in c.Raynutius.nu.20.& 767.de teſtam. Port.in §. in
teſtib.poſt nu.4.Inſt.de teſta.Sal.in l.teſtis idoneus.ff.
de probat.Iac.Nouel.in reg.216.n.77. & patet etiam
ex multis allegatis per Tiraq.in trac.de pœn.temper.
aut remittit.cauſa 21.nu.7.8.& 9.& à Rip.in l.admo-
nendi.nu.181.ff.de iureiur.quod ea ratione cõfirma-
9 tur † quia inter eos cõtrahitur quædam ſpiritualis co-
gnatio,vt ſtatutum eſt in c.1.& per totum. 30.q. 1. &
de cogna.ſpiri.ex. per totum.ex qua veriſimiliter ori-
tur quædam ſuſpicio ratione affectionis ortę,nã dicit
tex.in d.c.1.30. q. 3. ita diligere debet homo illum,q
ſuſcepit ipſum de ſacro fonte ſicut patrem, ergo illa
de cauſa repellendi ſunt à teſtimonio, vt tradidit Io.
10 Crot.d.loco vbi ſupra.Vndè meritò cõſequit,† vt in
cauſa neceſſitatis huiuſmodi patres ſpirituales dẽant
alere filios,& econtrà,vt voluit Io.Faber in l.1. C. de
alend.liber.verſ.item quod de patrino.Philip. Franc.
&t in c.1.de cog.ſpiritual.qui aſſerit hoc eſſe animad-
uerſione dignum,ꝙ & obſeruauit Nic.Peru. in tract.
ſucceſ.ab inteſtat.car.3.in paruis,verſ.7. & annotauit
Barbat.in reper.c. Raynutius.de teſt. ſimul cum alijs
multis adductis à Tiraq.d.tract. de pœn. temper. aut
11 remit.cã 21.nu.9.& ibid.nu.10.ait† hmõi patres ſpiri-
tuales non poſſe conueniri,niſi in quantum fieri põt,
ſicut nec patres naturales,teſtat Io.de Platea,& Ang.
Aret.in §.ſunt præterea,verſ.ſed ſi quis.Inſt.de actio.
Barb.in l.cũ acutiſſimi.col.125.ver.facit elegãs.C.de
fideic. Quocirca cum æquiparentur patribus natura-
12 libus† meritò pro filijs ſuis hmõi ſpiritualibus non
ſunt idonei teſtes, vel ſaltem multum de eorum fide
detrahitur,vt ait Fulg.conſ.2.& Alex.conſ. 237. pro-
ſpectis his.col.vlt.nu.8.& 9.lib. 6.& hoc veriſſimum
eſſe ait Tiraq.vbi ſupra.ſecus aũt ſi deponant pro cõ-
patribus,& commatribus &c. vt ſupra dictum eſt.

Hæc tamen ratio nõ arridet Iac.Menoch.in tract.
de arbit.iud.lib.2.centur.1.caſ.100. poſt nu 1.verſ. 2.
13 fuit opinio † cũ cognatio iſta ſpiritualis videatur ſo-
lum operari quoad impediendum matrimonium, &
quoad præſtandam reuerẽtiam,ſecus quoad reliqua.
etenim etiam illũ, qui leuauit aliquem de ſacro fon-
14 te eſſe idoneũ teſtem †& pro filio ſpirituali poſſe teſti
ficari,conſuluit Ioan.Crot.in conſ.3. reperitur quod-
dam ſtatutum.num.20.poſt verſ.ſecundæ obiectioni
reſpondeo.lib. 1.

Dec.tamen in c.cum ſpeciali.nu.6.& 24.de appel.
15 tenet eſſe iudicis arbitrium† an à teſtimonio repella-
tur ipſe compater,cui aſſentitur Iac.Menoch. d. caſu
100.nu.4.& patrocinantur ea,quæ animaduerſa fue-
re per Io.And.in c.Rom.§.quod ſi obijciatur.de app.
in 6.vbi voluit, talem cauſam non eſſe in iure deter-
minatam,ſed eſſe dubiam,verum conſulas Io. Andr.
& ibi Imol.in c.cum ſpeciali.de appell.

CONCLVSIO CCCXXXIII.

ARGVMENTVM.

Compenſatio an præſumatur, cum teſtator rem obligatam legat creditori ſuo.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio non pręſumitur,licèt teſtator rem obligatam
leget creditori ſuo.*
2 *Debitor ex cõtractu,vel quaſi, ſeu ex diſpoſitione hominis,
ſi donet, vel leget, donare, aut legare non præſumitur
animo compenſandi.*
3 *Compenſatio non præſumitur cum debito voluntariè con-
tracto.*
4 *Compenſatio quo pacto probetur,& ex qbus coniecturis.*
5 *Debitor teſtator ſi legatum creditori fecerit,in dubio præ-
ſumitur factum animo compenſandi,quando ipſum de-
bitum erat neceſſarium.*
Sublimita vt nu.8.
6 *Debitum dicitur neceſſarium,quando non habuit originẽ
à debitore, ſed prouenit aliundè.*
7 *Compenſatio etiam cum debito neceſſario nunquam præ-
ſumitur quando aliquid inter viuos donatur.*
9 *Diuerſa ratio diuerſum parit effectum.*
10 *Compenſatio non cadit, ſi debitum ſit ſub conditione, vel
in diem ab vna parte,& ex alia purum.*
11 *Quando quis non neceſſitatur ad ſoluendum, non habet
locum illa regula,vt in neceſſitatibus nemo ſit liberalis.*
12 *Legatum factum fideicommiſſario per hæredem primi te-
ſtatoris cenſetur factum animo compenſandi in fidei-
commiſſum.*
13 *Teſtatorem rem obligatam creditori legaſſe animo com-
penſandi probari poteſt ex coniecturis.*
14 *Frater dotans ſororem,dando eidem in dotem prædium,
vel aliud ſimile, præſumitur dare animo compenſandi
cum eius legitima.*

1 Compenſationem non præſu-
mi,† licèt
teſtator rem obligatam leget creditori ſuo, cautũ eſt
à Paulo in l.creditorem.ff.de leg. 2. Creditorẽ inquit
I.C. cui res pignoris iure obligata à debitore legata
eſſet,non prohiberi pecuniam creditam petere,ſi vo-
luntas teſtatoris compenſare volentis euidenter non
oſtenderetur, quod & veriſſimum eſſe cenſuit Lucas
de Pen.in l.vnica.C.de quæſtor. nu. 30. lib. 12. prout
non præſumi debitorem ex contractu, vel quaſi, ſeu
2 ex diſpoſitione hominis † ſi donet, vel leget, donare,
aut legare animo compenſandi, rñdit Alex. in conſ.
7.nu.16.verſ.reſtat,vt ſuper vltimo,lib.6.vbi dicit hãc
* eſſe veram *deciſionem,& cõprobat per cõtext.in l.1.
§.ſciendum.C.de rei vxor.act. & in l. creditorem. de
leg.2.idem monuit in cõſ. 12. viſo themate anteſcri-
pto,nu.5.ver.& 1.lib.2. quẽ ſequitur Crau.in cõſ. 86.
magiſter Aymarus de Nantis, nu. 1.atq; Bert.in cõſ.
347.viſo inſtrumento vlt.nu.2.vol. 2.
3 Sic dicimus†cõpenſationẽ non pręſumi cũ debito
voluntariè contracto,ex contextu.l. creditorẽ. ff. de
leg.2.& l.vnicæ.§.2.C.de rei vxo.actio.& per ea,quæ
clarè tradit Crau.in conſ.149.Petrus Bilacii. nu.2. &
4 quo pacto probetur cõpenſatio † & ex quibus conie-
cturis, conſulas Affl.in deciſ.44.de tribus.n.17.& 28.

Limites,& intelligas illud velim, vt nõ procedat,
qñ ipſum debitũ erat neceſſariũ, nam tunc ſi debitor
5 teſtator legatum creditori fecerit,in dubio†pręſumit
factum animo compẽſandi,vt ſanxit Imper.in auth.
præterea.C.vnde vir,& vxor, quod & probauere Bar.
& cęteri Doctores in l.ſi cum dotẽ.§.ſi pater.ff.ſolut.
* matr.& hæc eſt *communis opinio Doctorũ,vt atte-
ſtat Abb.conſ.17.nu.6.quã & ſequitur Crau. in conſ.
131.nu.14.verſ.ad vltimum, illamque ante eum am-
plexus eſt Anch.in conſ.26.in quæſtione ſupradicta.
col.2.in 2.dubio.& Pau.Caſtr.in conſ.35.videtur di-
cendũ,ꝙ vtrunq; legatum.col.2. circa medium,verſ.
ſed ad hoc rñdetur,lib.2.& tradidit Soc.ſen. in conſi.
93.circa primum,nu.19.verſ. confirmatur & 2. lib. 1.
6 Debitum autem†dicitur neceſſarium, quando nõ
habuit originẽ ab ipſo debitore, ſed prouenit aliũdè,
vt declarat Iaſ.in d.auth.præterea.col.7.nu.18.in vlt.
notab. & Alba vbi ſupra.

Contrarium ſentire videtur Corn.in conſ.297.vol.
1.quem citat Crau.d.conſ.131.nu.14. & quem repro-
bat,vt ibi.

Iſtud tamen ſublimita, vt verũ non ſit,quando ali-
quid inter viuos donatur,tũc enim nunquam præſu-
7 mitur compẽſatio†etiam cum debito neceſſario, ita
reſpondit Soc.ſen.in d.conſ.93. poſt nu.21.ver. cõfir-
matur & tertio,vol.1.per contex.in l.etiam.§.ſi debi-

ta. verſ. Z

ta.verſic.ſed ſi non mortis.ff.de bon.quæ lib.& in l.ſi
verò.§.cæterum.ff.eod.tit.
Secundò ſublimita, vt limitatio locũ tantum ha-
beat,qñ eſt debita quantitas, & relinquitur quãtitas,
8 & ſic debita ſunt hinc inde compẽſabilia† ſecus ſi eſt
q̃titas debita,& cõcedatur ſpecies,vel econtra,vel eſt
debita ſpecies,cõceditur quãtitas,q̃a tũc nõ cõſideratur,
an debitũ ſit neceſſariũ,an voluntariũ,ſed nunquam
intelligitur factũ aĩo cõpenſandi,ita decidit idem Soc.
in d.cõſ.93.nu.23.eo.vol.1. multis ibid. auctoritatib.
pmotus,quia vbi relinquitur ex cã expreſſa, & diuer-
ſa à debito,vtrunq; debetur, & cõpenſatio nõ p̃ſumi
9 tur † diuerſa.n. rõ diuerſũ parit effectũ,l.ſcio.§.vxori
ff.de annon.leg.& ſic concludit Alex.in conſ.7.viſo
inſtrumento donationis.col.fi.nu.18.lib.6.permotus
auctoritate Bal.in l.filia legatorum.in 4.q. C.de leg.
Ad hæc tertiò ſublimitare poteris, vt ſolùm limi-
tatio vera ſit,qñ extrema ab vtraq; parte ſunt compẽ-
10 ſabilia,ſecus ſi incõpenſabilia ſint† vt ſi debitũ ſit ſub
conditione,vel in diem ab vna parte,& ex alia purũ,
tunc enim non cadit compẽſatio.l.quod in diem.ff.
de compenſat.nã ſi adhuc non euenit dies, vel condi
tio non fuerit purificata,videtur ceſſare ratio, ꝓpter
quam præſumitur animus compenſandi cum debito
neceſſario, quia ex quo tunc non neceſſitatur homo
11 ad ſoluẽdum,non habet locum illa regula† vt in ne-
ceſſitatibus nemo ſit liberalis.l. rem legatã. ff. de adi-
mend.leg.ſic proditum eſt a Barth Soci.in d.cõſ.93.
poſt nu.23.verſ.pæterea illa materia.lib.1.
Secundò loco præcipuè limita in legato facto fi-
12 deicommiſſario per hæredem primi teſtatoris † quia
illud factum cenſetur aĩo compenſandi in fideicom-
miſſum,tradit in terminis Pau.de Caſt.conſ.15.inci-
piente,videtur dicendum,quòd vtrũq; legatum. vol.
2.in antiq,col.2.poſt nu 1,per tex.in l.hmõi.§.ſi Sem
pronius.ff.de leg.1.cui adhæret Alba d. cõſ.17.nu.7.
Si igitur non præſumatur,teſtatorem rem obligatam
13 creditori legantẽ id animo compẽſandi facere † po-
terit id ex coniecturis probari,vt docuit Crau. in cõſ.
32.teſtator reliquit.nu.6.& in d.conſ.131.ad primum
quæſitum,nu.17. cum multis ab eo ibidem adductis.
Tertiò limitabis,vt locum nõ habeat in fratre do-
tante ſororem,nam dãdo eidem in dotem prædium,
14 vel quid aliud ſimile† præſumitur dediſſe animo cõ-
penſandi cum eius legitima,l.vxorem. §. pater natu
ralis.ff.de leg.3.& cõtulit Crau.in d. cõſ.131.ad pri-
mum quæſitum.in fi.nu.18.

CONCLVSIO CCCXXXIV.

ARGVMENTVM.

Compenſatio debiti non liquidi per quem probari debeat,& quo temporis ſpatio.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio debiti non liquidi probari debet per eum, qui illam allegat.*
2 *Compenſare idem eſt,quod ſoluere.*
3 *Ad probandũ compenſationem debiti debent dari duo mẽſes.Contrarium poſt nu. 4.*
4 *Debitor fiſci habet regulariter dilationem duorum menſium ad ſoluendũ, & intra illos debet debitũ liquidare.*
5 *Tempus ad probandum compenſationem eſt repoſitum in arbitrio iudicis.*
6 *Arbitrium iudicis ad dandum tempus probandi compenſationem nõ debet excedere ſpatium duorum menſium.*
7 *Tempus idẽ dandum eſt ad probandum compenſationem, & liquidandum debitum,quod dari debet ad ſoluendũ.*

Compenſatio debiti nõ liquidi,quæ
opponitur ad impediẽ-
dum ſolutionem debiti liquidi, debet probari ꝑ eum
1 † qui illam allegat termino duorum menſium,ita do-
cuit Bar.in l.aufertur.§.qui compenſationẽ. ff.de iur.
fiſci,cuius opinionẽ laudat,& latè defendit vt verã,
& cõem Alex.in conſ.94. clariſſimè Domine. nu. 1.
& ſeq.& in conſ.95.etſi vt puto,nu.1.cũ pluribus ſ.q.
lib.4 quod eſt repetitum in conſ.61.lib.3.Neuiz. etiã
in conſ.56.nu.9.verſ.confirmo tertiò,tuetur hãc ſen-
tentiam.& ibi alios plures pro Bart. citat.
Ratio iſtius concluſionis ſecundum Bart.in d.§.q
2 compenſationem, illa videtur,† quia cum cõpenſare
idem ſit,quod ſoluere.l.amplius.ff.rem ratam hab.&
ad ſoluendum datur tempus duorum menſium. l.in
fraudem.§.in fiſcalibus. ff. de iure fiſci, ergo eodem
3 modo ad probandum compenſationem debiti † de-
bent dari duo menſes, ꝙ optimè probatur per dictũ.
§.qui compenſationẽ.iuncta leg.in fraudem §.in fi-
ſcalibus.ff.eo.tit.de iur.fiſc.vbi debitor fiſci habet re
gulariter dilationẽ duorũ menſiũ ad ſoluendum, &
quandoq; trium,vide tex.in d.§.qui cõpenſationem
vult ꝙ ſimiliter intra duos menſes datos ad ſoluen-
4 dũ† debeat debitum liquidare, & hanc iuriſdictionem
comprobat Alex.d.conſ.95.nu.2.lib.4.
Ab hac tamen ſententia Bartol.declinauit Bald.in
l.3.C.de compenſatio. vbi adducit l. ſi cum militi.
§.penult.ff.de compenſatio: & cum eo contra Bart.
videtur ſentire Alc.reſponſo 291.nu.6.
* Opinio tñ Bart.eſt* cõmunis, & ab omnibus rece-
pta,quam etiam ſequuti ſunt Petrus de Anch Ioã. de
Imo.& Abb.in c.bona fides,de depoſito.& idẽ tenet
Io.Fab.inſtit de act.in §.añ bonæ fidei. verſ.ſed quid
ſi compenſatio opponatur poſt ſententiam.& ad text.
in d l. ſi cum milit. §.pen.reſpondet Alex.in d conſ.
94 poſt nu.1.lib.4.dicens loqui, quãdo opponebatur
compenſatio de debito iam liquidato per aliam ſen-
tentiam,quæ tranſiuerat in iudicatum. Bar.vero loq-
tur de debito liquidãdo,quo in caſu rectè datur tem-
pus ad probandum compenſationem,& ita ſecũdum
eam l.illa non obſtat, nec merebatur à Bal. allegari.
Nonnulli tamen in aliam deſcenderunt ſententiã
5 † quòd ſcilicet tempus ad probandum compenſatio-
nem eſſet repoſitum in arbitriũ iudicis,vt profitendo
dixere gl.in l.vlt.in verb.indaginem. C. de cõpenſat.
vbi Cyn.in 11.q. Bal.in 2.oppoſit.& Saly. col.2.7.op-
poſit.atq; Aret.in §.in bonæ fidei. Iuſtit. de act. & ibi
Iaſ.num.81.Felin. etiam in c.ſuborta.col.2.in fi.de re
iudic.& conſulendo reſpondit Soc.ſen. in cõſ.65.cõ-
cluſio ſupra firmata.nu.7.ver.vt non liquidi ad liqui-
dum.lib.4.& Bertr.in conſ.289.tria,ſi non fallor.nu.
7.verſ.tamen non obſtat.lib.2.atq; Pariſ.in conſ.121.
primò aduertendum eſt,nu.25.verſ. maximè cũ arbi-
trio iudicis. lib.1.
6 Quòd tamen intelligi debet† modo arbitriũ illud
non excedat ſpatium duorum menſium, vt declarat
Tiraq.de retrac.lignag.§.3.gl.3.n.11.ver.ſed & illud,
authorem laudat Bal.in auth.& conſequenter.col.2.
ver.extra quæro,nunquid liquidato.C.de ſentent.
Alia fuit ſententia,quòd idẽ tempus dãdum ſit ad
probandum compenſationem,& liquidandũ debitũ
7 † quod dari debet ad ſoluendũ,vnde ſi ſumus in caſu
in quo nullũ tempus eſt dandũ ad ſoluendum, nequ
ad liquidandum dari debet,auctor eſt Bart.in d.l. au
fertur.§.qui compẽſationem.in fi.ff.de iur.fiſ.& eum
ſequitur Tiraq.d.tract.de retract.§.3.gl.3.nu. 12. quo
in loco more ſuo idem ſentientes quam plures citat.

CONCLVSIO CCCXXXV.

ARGVMENTVM.

Complices delicti qui præſumantur.

SVMMARIVM.

1 *Complices delicti ꝙ præſumuntur, qui inuenti ſunt in loco delicti.*

Complices

Digitized by Google

1 **Complices** delicti præſumuntur ij, qui inuẽti ſunt† in loco delicti, & de iure torqueri debent, pręſertim ſi appareant ali-
* qua indicia, atq; coniecturæ, vt reſpondit Vlp. in l. 1. §. ſi quis in villa. verſ. ſufficit ergo. ff ad Syllanian. & tradit Blanc. in tract. de indic. nu. 300. conſulẽdo voluit Iac. Mandell. in conſ. 56. nu. 30.

Verumtamen cum de hoc argumenti genere ſatis ſuperq; dictum ſit ſupra in cõcluſione, auxiliator criminoſi, illuc lectorem reijcio, ne bis idẽ repetamus.

CONCLVSIO CCCXXXVI.

ARGVMENTVM.

Compromiſſum ex quo præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum præſumitur ex laudo dato præſente, & nõ contradicente parte.*
2 *Compromiſſum præſumitur ex laudo antiquo.*
3 *Delegatio præſumitur ex ſententia antiqua, in qua tenor delegationis eſt inſertus.*
4 *Compromiſſum pręſumitur etiam poſt decẽnium latum cũ ſolennibus ſuis requiſitis.*
5 *Sententia lata ab aliquo, in quem fuerat compromiſſum, qui dixerit in iudicando, nos arbiter, & arbitrator &c. in dubio præſumitur deciſa vti ab arbitratore.*

Compromiſſum præſumitur ex laudo lato pſen
1 te† & nõ contradicente, neq; repugnãte parte, vt vna-
* nimes* ſcriptum reliquere Ang. Imol. & Docto. in l. ſciendum. Bal. & Modet. ff de verb. obl. Dyn. cõſ. 13. Tholomeus Mancentis, ac Soc. in conſ. 104 nu. 3. & 4. volum. 4. & Alex. conſ. 84 ſuper conſultatione. num. 3. verſic. ad hoc etiam. lib. 5. Anchar. quæſt. 26. laudo lato. num. 2.

Sed velim ſic concluſionem accipias, vt intelligatᷣ
2 in laudo antiquo† ex eo namq; præſumi compromiſſum dicendum eſt, iuxta ea, quæ obſeruauit Inn. in c. Quintauallis. de iureiur. & in c. bonæ. il 1. de elect. nu. 8. ita dixit Bal. loco ſupra citato, & reſpondit Rim. in conſ. 472. nu. 15. in 3. vol. vt etiam per quandam ſimi-
3 litudinẽ delegatio præſumitur† ex ſententia antiqua, in qua tenor delegationis eſt inſertus, nõ verò ex ſẽtentia recens lata, vt tradidere Inn. & cæteri Doct. in c. cum in iure. extra. de offic. deleg. n. 5. & voluit Abb. in c. quoniam contra. de proba. nu. 19. & ſeq. ſed ſecus dicendum eſt in laudo recenti facto, vt colligere eſt ex iis, quæ modo adduximus.

Quod amplia bis, vt etiam præſumatur poſt decen-
4 nium† latum cum ſolennibus ſuis requiſitis, iuxta ſẽtentiam Io. Crot. in conſ. 114. viſo, & diſcuſſo pũcto, nu. 8. verſ. aduertendum etiam eſt, lib. 1.

Verùm ſi dubitetur, an ſi in aliquẽ ſit compromiſſum tãquam in arbitrum, & arbitratorem, iſq; iudicet dicendo nos arbiter, & arbitrator &c. præſumatur pronunciaſſe tanquam arbiter, an tanquam arbitrator, multi multa ſenſere ſed hæc ab omnibus eſt rece-
* pta* communi conſenſu ſententia, rem in dubio† prę-
5 ſumi deciſam, vti ab arbitratore, ſic eleganter decidit Alciat. in tract. præſumpt. reg. 3. præſump. 35. in fi. cui
* etiam de * communi ſententia atteſtando accedit Emanuel Soarez in commun. opinion. fol. mihi 262. in verb. compromiſſum ſi vt in arbitrium. & Ioã. Baptiſta Villalab. ibid. lib. 3. fol. mihi 30. verb. compromiſſum in arbitrium.

CONCLVSIO CCCXXXVII.

ARGVMENTVM.

Conceſſio in emphyteuſim, vel feudum quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Cõceſſio in emphyteuſim, vel feudum probatur per diuturnam præſtationem cenſus, penſionis, aut ſeruitij.*
2 *Conceſſio in emphyteuſim, vel feudum probatur, per ſolutionem decem, vel viginti annorum.*
3 *Conceſſio in emphyteuſim probatur, ſi apparet quem poſſediſſe tanquam emphyteutam, vel vaſſallum. & eo nomine præſtitiſſe cenſum, vel ſeruitium.*

Conceſſionem in emphyteuſim, vel feudum, pbari
1 per diuturnam præſtationẽ cenſus† penſionis, aut ſeruitij, videlicet 30. annorũ contra laicum, ſed contra eccleſiam 40. annorũ, conſultus rñdit Alc. conſ. 169. nu. 4. vol. 2. & fuit ſententia gl. in l. 2. in gl. mag. in fin. C. de iure emphyt. & ibi Bal. num. 19 atq; ibi Io. Fab. Ang. & Sal. & Iaſ. col. 57. nu. 165. ver. non quæro. Bar. etiam docuit in l. competit. C. de præſcr. 30. annorum idem Bart. in l. cum de in rem verſo. nu. 2. & 12. & ibi Bal. & Sal. ff. de vſur. Bar. in l. 3. §. ex contrario, nu. 4. ff. de acq. poſſeſſ. & faciunt, quæ ſunt animaduerſa ab Alex. in conſ. 79. nu. 4. & ſeq. de ſolennitat. & cõſenſu p lapſum ann 60. col. 3. in fi. lib. 1. & per Pau. de Caſt. conſ. 213. viſo puncto. col. 2. poſt nu. 2. verſ. tertio veniendo. & ſeq. lib. 2. Panorm. in c. ad audientiam. col. 5. nu. 16. verſ. ſed quæro & reuoco in dubium, de præſcriptio. & conſ. 82. quanquã. col. 2. verſ. ex his cõcludo, poſt n. 7. lib. 1. Iaſ. in l. ſciendũ. col. 8. ver. 8. tũ facit. ff. de verb. obl. Cardin. Alex. in c. vaſallus. col. 2. tit. ſi de feud. fuer. cõtro. idq; placuit Soc. cõſ. 50. ſubtiliter, & copioſè, col. 2. ver. & licet prædicta inſfrã. nu. 9. lib. 4. & latè proſequitur Tiraq tract. de præſcrip. in verb. decem ann. gl. 4. verſ. 16. quod voluit alia glo.

Et quanquam pleriq; ex ſupradictis loquantur de triginta vel quadraginta annis, alij ſimpliciter de diuturna ſolutione, ſiue de longo tempore, ſiue alia
2 certi temporis præfinitione † multi tamen expreſsè tenent in hoc caſu ſufficere ſolutionẽ 10. vel 20. annorum, videlicet Spec. tit. de feud. §. quoniam. verſ. 3. quæritur. nu. 10. in fi. & iterum. §. vltimo. verſ. ſi autem velim. poſt nu. 5. licèt ibi dicet, præſumi ex temporis diuturnitate præceſſiſſe promiſſionem, & Bal. in l. 1. col. 3. verſ. pone quidã ſoluit eccleſiæ. nu. 25. C. de fideicõ. & eſt contex. in l. litibus, C. de agricol. & cẽſit. vbi Bar. nu. 1. 2 & 3. & ibidem Bald. in l. 1. colu. 2. poſt num. 3. in 4. q & iterum colum. 3. verſic. & nota quòd ille, poſt n. 24. ff. de rer. diuiſ. & in l. ſi certis annis. col. 3. verſ. & iſta ſunt multum. nu. 9. C de pact. Io. Fab. in §. ſeruitus. colum. penult. verſ. ſed an per curſum temporis. nu. 5. Inſtit. de iure perſonarum. vbi tamen dicit hoc procedere, cum titulus allegatur, iuxta d. l. cum de in rem verſo. Anton. de Butr. in reper. cap. peruenit. in vndecima charta, ſecundum nos eſt dubium de duobus, & iterum in 43. col. de cenſib. vbi ad hoc allegat tex. in c. 1. tit. de conſuetud. recti feud. ibi aliquo tempore. & gloſſ. ſuper d. verb. aliquo. & in c. 1. quomodo olim poterat feudum alien. in fin. Paulus de Caſtro, loquens & in emphyteuſi eccleſiaſtica, in l. ſicuti. §. ſed ſi quæritur. verſ. & per prædicta patet, poſt num. 8. ff. ſi ſeruit. vendicet. Panorm. conſ. [illegible] Ciues quidam Senenſes ſtatim poſt princip. lib. 1. Alex. conſ. [illegible] viſo, & diligenter conſiderato. colum. [illegible] verſic. & in facto præſupponatur. lib. 4. & conſil. [illegible] conſideratis his. colu. 2. verſ. & attendo quòd, [illegible] num. 3. lib. 5. Dec. in cap. bonæ. colum. 6. verſ. contra ipſum

Digitized by Google

ipſum verò ſoluentem, de appellat. nu. 52. vbi refert ita conſuluiſſe. & ita conſuluit cõſ. 285. & pro tenui. poſt num. 2. verſ. & primo conſiderandum eſt. tu autem hic omnino vide Bal. conſ. 116. Columbinus dedit lib. 1. poſt nu. 2. verſ. præterea præſum ptio l habetur pro ſcriptura, Iaſ. in l. 2. C. de iur. emphyteu. colu. 52. nu. 155. verſ. in eadem gl. in fin. tenetis ex hac glo. & col. 55. nu. 165. ver. nono quæro. quod ſi non appareat. & latius dicetur infra in cõcluſione, emphyteuſis, & in concluſione, feudum.

Limitatur, vt procedat, ſi apparet poſſediſſe tanquã
3 emphyteuta † vel vaſallus, & eo nomine præſtitiſſe cẽ
ſum, vt ſeruitium, vt Alex. d. conſ. 79. poſt nu. 4. verſ.
dicit enim ibi Bal. vol. 1. & in conſ. 169. num. 4. vol. 2.
verſiculorum etiam quia, vbi allegat text. in c. ſi quis
per triginta & c. in verb. vt feudum, & ibi Bal. tit. ſi de
feud. fuer. controu. inter domin. & agn. nu. 6. in c. ſi, &
ibi Bal. poſt gloſſ. in tit. de feud. dat. in uic. legis commiſſ. quod & placuit eidem Alexan. d. conſ. 113. poſt nu. 11. verſ. vnde in propoſito, vol. 4.

CONCLVSIO CCCXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Conceſſio Principis an in dubio præſumatur realis, an perſonalis.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio Principis in dubio præſumitur realis, & non perſonalis etiam in materia iuriſdictionis.*
2 *Conceſſio in dubio realis eſt, niſi ex qualitate perſonæ, & rei præſumatur perſonalis.*
3 *Conceſſio præſumitur realis, quando continet beneficium Principis.*
4 *Conceſſio in dubio realis præſumitur, quando facta eſt ciuitati, vel alicui vniuerſitati.*
5 *Conceſſio facta a priuato, quæ refertur ad factum, præſumitur perſonalis.*
6 *Conceſſio ſi ad ius referatur indeterminatè reſpectu fundi dominantis perſonalis præſumitur, ſed ſi determinatè realis cenſetur.*

1 Conceſſio Principis in dubio præſumitũ conceſſio realis † & nõ perſonalis, etiã in materia iuriſdictionis, ut monuit Barth. Cæpol. in tract. ſeruit. urbanor. prædior. c. 2. col. pen. laudat. auctorem Bar. in l. pater. ff. de ſerui. leg. & placuit Alben. conſ. 64. nu. 72.

Intellige iſtud, ut uerum ſit, niſi ex qualitate perſo-
2 næ † & ex qualitate rei præſumeretur perſonalis con-
ceſſio, ut per Bart. in d. l. pater. nu. 3. & nu. 8. per illum
text. & ibi de filia, quæ uadat per domos patris, ſecus
præſumitũ de extraneo, vt vadat p domos hæredis, cũ
non eſſet cõueniens, ut uideret ſecreta eius, ut ibi Bar.
per l. 2. C. quando & quib. quar. pars.

Ad hæc etiam dicemus præſumi conceſſionẽ rea-
3 lem † quando ipſa conceſſio cõtinet beneficiũ Prin-
cipis, ut Bat. d. l. pater. nu. 4. per l. fi. ff. de conſtit. princ.
Spec. in §. nunc autem. nu. 6. uerſ. ſi autem dubiũ, tit.
de fid. inſt. prout & quando conceſſio contineret pri-
uilegium, uidelicet aliquid contra ius ſcriptum, quia
4 tunc quando cõcederetur ciuitati, † uel alicui uniuer-
ſitati, in dubio realis præſumeretur, ut Bar. in d. l. pater.
ff. de ſeruit. leg. per l. forniam. §. quanquam. de cenſi.
ſecus ſi daretur certæ perſonæ ſimpliciter, quia tũc in
dubio realis præſumeretur, ut gl. in d. §. quanquã. ſen-
tire uidetur ſuper uerbo cũ perſonis, quã ibi ſequitur
Bar. in d. l. pater. nu. 6. ſi uero conceſſio fieret à priua-
5 to † & referretur ad factum, uidelicet, cõcedo tibi fa-
cultatem eundi, uel ut ire poſſis, tunc præſumitur per-
ſonalis. l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. ff. de leg. 1.
§. ſed cum factum. Inſtit. de ſtipulat. ſeruo. ſi uero ad
ius referatur conceſſio indeterminatè reſpectu fundi
6 dominãtis † etiam perſonalis præſumitur, ſecus ſi de-
terminatè, quia tunc realis præſumitur, niſi ex qualita-
tate perſonæ, & rei aliud præſumeretur, ut Bar. d. l. pa-
ter. & ita Illuſtriſſimus Cardinalis Albanus in l. Lu-
cius. ff. de ſerui. ruſtico. prædior.

CONCLVSIO CCCXXXIX.

ARGVMENTVM.

Concluſio in cauſa an præſumatur in dubio facta infra tempus debitum.

SVMMARIVM.

1 *Concluſio in cauſa in dubio facta præſumitur infra tempus debitum, ſcilicet dies ſexaginta utiles.*
2 *Concluſum in cauſa non præſumitur, niſi in actis expreſſè vel tacitè concluſum appareat.*
3 *Concluſio in cauſa præſumitur nota fuiſſe iudici.*
4 *Concluſio in cauſa præſumitur nota iudici, ſi ipſemet ille fuit, qui concluſit.*
5 *Iudex admittendo poſt concluſum in cauſa iura, vel probationes, uidetur concluſionem reuocare.*
6 *Concluſum in cauſa dicitur, quando eſt productionibus, & allegationibus renunciatum.*
7 *Concluſio in cauſa quot modis fiat, vide remiſſiuè.*

Concluſio in cauſa præſumitur in dubio facta infra tẽpus debitũ
1 † ſcilicet dies ſexaginta utiles, ut conſulẽdo tradit Pariſ. conſ. 115. nu. 1. uol. 1.

Intellige tamen in cauſa cõcluſum non præſumi,
2 niſi ex actis expreſſè, uel tacitè † cõcluſum appareat,
ut Iaſ. docuit in l. admonendi. ff. de iureiur. in 1. lect.
poſt. nu. 52. uerſ. item. diligenter aduerte. per Bald. in
c. iurcperimus. in 3. col. in fi. de offic. deleg.

3 Hinc eſt, ꝙ iudici præſumitur notã fuiſſe † concluſionem in cauſa. ſic docet Alex. in l. admonẽdi. ff. de iureiur. nu. 19. uerſ. & ꝙ hic eſſet concluſũ, diremere Domini de Rota deciſ. 5. aliàs 1. ſi poſt concluſionẽ, uer. & hoc intelligo, ſi auditor ſciuit. ti. de teſt. in nou. Bal. in l. peremptorias. poſt nu. 6. uerſ. quia cũ aſſignatio termini, C. ſenten. reſcind. non poſſ. Feli. in c. cum dilectus. col. 3. poſt nu. 17. uerſ. & iudex ſciens. de fid. inſt. & Iaſ. in d. l. admonendi. col. 10. poſt nu. 40 uerſi. qa immo iudex ſcit cõcluſũ in cã. & in repet. col. 21. nu. 50. uerſ. quod autem hic eſſet cõcluſum in cauſa.

4 Intellige, vt iſtud verũ ſit † ſi ipſemet iudex eſt ille, q cõcluſit, ſic decidit Rot. d. deciſ. 5. alias 1. tit. de teſt. d. ver. & hoc intelligo, ſi auditor ſciuit, in nouis. & tradidit Alex. in d. l. admonẽdi. col. 6. n. 22 ver. nã immo vt, quod iudex. ff. de iureiur. argum. l. illud. in fi. & ibi gl. ſuper verb. cũ ſciam. ff de acq. hær. docuitq; Abb. in c. quoniam contra. nu. 17. ver. nota hanc gl. de probat. col. 9. & Bart. in l. quod iuſſit. poſt nu. 21. ver. item faciendo ſecundum teſtamentum. ff. de re iudic.

Admonendum tamẽ te velim, quòd iudex admit-
5 tẽdo poſt concluſum in cauſa † iura vel probationes,
videtur concluſionem reuocare. vt dixere iam allati
Doctores in ſupracitatis locis, & Rot. d. deci. 5. Alex.
ẽt d. l. admonendi. d. nu. 22. & Fel. in d. c. cum dilectus
6 de fid. inſt. d. nu. 17. & † dicitur concluſum, quando eſt
productionibus, & allegationibus renunciatũ, vt vbi
ſupra, & Fel. in d. c. cum dilectus. nu. 22. & Abb. nu. 8.
Iaſ. in d. l. admonendi, nu. 51. verſ. dicitur autẽ, & nu.
66. uerſ. ultimò adde, in 2. lect. & nu. 50. uerſ. qualiter
autem intelligatur concluſum in cauſa, in 1. lect.
7 Et quot modis † fiat cõcluſio in cauſa, uide ibi Fel.
à nu. 27. uſque ad nu. 30. d. tit. de fid. inſtr.

CON-

CONCLVSIO CCCXL.

ARGVMENTVM.

Cõcubina an prȩſumatur acquiſiuiſſe ex bonis Amaſij, quicquid ſibi comparauit, & an pro ipſo teſtis eſſe poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Concubina quicquid ſibi comparauit, acquiſiuiſſe præſumitur ex bonis Amaſij. Contrarium ſub nu. 8.*
2 *Concubina, & vxor comparantur.*
3 *Vxor quicquid acquiſiuit conſtante matrimonio acquiſiuiſſe præſumitur ex bonis mariti.*
4 *In concubina lex facilius præſumit turpem quæſtum.*
5 *Inter Amaſium, & concubinam non eſt prohibita, ſed conceſſa donatio.*
6 *Præſumptio hominis, ſeu coniectura ita efficax eſſe poteſt arbitrio iudicis, vt ſufficiens indiciũ fiat ad torquendũ.*
7 *Præſumptio legis transfert onus probandi in aduerſario.*
8 *Concubina pro ſuo Amaſio teſtis eſſe non poteſt.*
9 *Sponſa, concubina, ac vxor eædem ſunt.*
10 *Concubina, & vxor pares cenſentur ferè omnibus in rebus, cum in affectione optimè conueniant, & niſi in dignitate nihil interſit.*
11 *Vxor à teſtimonio pro viro dicendo reijcitur.*
12 *Vxor quoad plurima in dominatu viri eſt, & veluti eius famula cenſetur.*
13 *Vir, & vxor à teſtimonio repelluntur ob maximum inter eos amorem, & quòd vna idem domicilium incolant.*
14 *Concubina non dicitur amica.*
15 *Amoris inſania occæcat, & perdit homines infelices, & perditos, vt ſunt concubinarij.*
16 *Concubinarius publicus, nec contra alios teſtificari poteſt.*
17 *Qui vxorem habet, et concubinam retinet, infamis eſt.*
18 *Concubinarius manifeſtus teſtis eſſe non poteſt.*
19 *Clericus concubinarius nedum à teſtimonio reijcitur, ſed nec ad dignitatem, gradus, et honores promoueri poteſt.*
20 *Concubinatus in clericis graue crimen eſt.*

1 Concubinam præſumi acquiſiuiſſe ex bonis Amaſij†qcquid ſibi comparauerit, docuit Bald. in l. 1. nu. 3. illius contex. auctoritate permotus, C. de natur. lib. vbi hoc dilucidè obſeruauit, & ſequitur Fran. Cremẽſ. in ſingulari ſuo 6. incip. tu ſcis. ver. addit tñ, vbi hanc Bald. deciſionẽ eſſe ſingularẽ aſſerit, & ſenſit Barb. in trac. de præſtan. Card. 3. q. 1. par. 5. ſub nu. 21. cuius ratio eſt
2 †quia vxor, & cõcubina cõparantur, vt reſpondit Paulus iureconſultus in l. Maſſurius. ff. de verb. & rer. ſign.

Contratiam ſequutus eſt ſententiam Alc. in tract. de præſump. reg. 3. præſumpt. 26. nu. 2. arguendo à ratione ceſſante: lex enim in acquiſitione iſtorũ bonorum cõſiderat turpem quæſtum, qui vt euitari poſſit,
3 admittit†vxorẽ quicquid acquiſiuerit cõſtante matrimonio præſumi acquiſiuiſſe ex bonis mariti, vt de hac re latius diſſeruimus in concluſione, acquiſita p mulierem, quȩ ratio ceſſare videtur in concubina, cũ
4 in iſtiuſmodi perſona lex facilius† præſumat turpem quæſtum, vt conſiderat Alc. loco nuper adducto, vbi ponderat contex. in l. 5. ff. de dona. inter vir. & vxor. à quo deſumpta videtur iſta prȩſumptio, vbi Põponius iurecõſultus in primis requirit, vt ſit vxor, quod ẽt ea ratione probatur, nam etſi bona hmõi perueniſſent à concubinario, non tamen deberẽt illa reſtitui ita fa-
5 cilè, †cũ inter ipſos nedũ ſit prohibira; ſed immo cõceſſa donatio, niſi ſit miles, vel doctor, vt ſanxit Imperator Autoninus in l. 2. C. de donat. inter. vir. & vxor. & docuit Bar. in l. affectionis. ff. de don. cui opinioni ſubſcripſit Alc. d. præſump. 26. nu. 3. & meminit Petr. de Petrutio in l. 1. nu. 48. ff. de iureiur.

Cõciliari poterunt hæ inter ſe diſſentientes ſcribẽ-
6 tium ſententiæ hoc pacto, vt prior vera ſit † in præſũptione hominis, ſeu coniectura, quæ arbitrio iudicis ita poſſet eſſe efficax, vt ſufficiẽs indicium faceret ad torquendum, & in hanc ſentẽtiam loquutus eſt Bal. in d. l. 1. C. de natural. lib. Poſterior verò debet intel-
7 ligi de præſumptione legis † quæ trãsfert onus probãdi in aduerſarium, ita declarat Alc. loco iam allato. d. præſump. 26. ſub nu. 3.

Cum igitur ob tantam affectionem, & mutuũ inter ſe ſtudium omnia ex ſui Amaſij facultatibus cõ-
8 cubinam acquiſiuiſſe præſumatur, hinc etiam fit † vt pro ſuo amaſio teſtis eſſe concubina nequeat. ſic tradidit Bal. in l. etiam. in fi. C. de teſtib: cuius ſentẽtiam probauit Io. Crot. in tract. de teſtib. nu. 122. & docuit Alber. de Malet. d. tract. tit. qñ teſt. repel. ratio. domeſtic. nu. 2. verſ. idem eſt dicendum. Campeg. etiam in
9 tract. de teſti. reg. 149. arbitratur eandem eſſe†ſponſã, & concubinam, atq; vxorem, & ſenſit Capell. Toloſ. deciſ. 3. ſub nu. 1. in addit. uerſ. ſed quid in concubina. Huius rei illa poteſt afferri ratio paulò ante relata, q ferè omnibus in rebus uxor, & concubina pares eſſe
10 cẽſentur: ſanè enim, †niſi in dignitate, nihil intereſt, cum in affectione optimè conueniant, ut reſpondit Vlp. in l. item legato. §. parui. ff. de leg. 3. & fuit obſeruatum in l. etiam. C. de teſtib. atq; meminit Crot. ubi ſupra, & recenſuit Alber. loco nuper allato. Quòd
11 autẽ vxor à teſtimonio † pro uiro dicendo reijciatur, apertiſſimè docuit Accurſ. in l. 2. C. de teſtib. quẽ ſequuntur ibidem Bal. & Sal. quorum opinionem tanquam ueriorem aſſerit Crot. ubi ſupra. Etenim quãuis uxor quoad omnia non ſit in uiro ſubiecta, attamen
12 quoad plurima in eius eſt dominatu † & ueluti eius famula cenſetur, ut conſtitutum eſt in c. ſatis, in cap.
* mulierem, & in c. mulier. 33. q. 5. quod *cũctis placuiſſe ſcribẽtibus teſtis eſt optimus Alber. ubi ſupra. Huc prȩterea accedat, quod uir & uxor repellantur à teſti-
13 monio, quod una idẽ domicilium incolant, †ob maximum inter eos amorem, ut teſtatur Alb. ubi ſupra, quæ omnia & in concubina militant.

Ex his igitur efficitur, ut ueriſſimum ſit, concubinã à teſtimonio dicendo reijci.

Huic tamẽ opinioni repugnat Ang. in l. 2. §. ſi uir. ff. ad Syllan. & aliud ſenſere Doct. in l. parentes. & in l. ẽt. C. de teſtib. & illi ſniȩ refragatur Lanfr. in c. quoniam contra. uerſ. teſtes. de probat. quorũ ſenſum il-
14 la ratio confirmat† quòd concubina non dicat̃ amica; ſi ita reſpondenti credimus Paulo in l. Maſſurius. ff. de uerb. ſign. Amica enim dr̃ honeſtis familiaritatis quæſita rationibus; ut idem cauit Paulus in l. latæ culpȩ. ff. eo. de uerb. ſign. q an in cõcubina uerum ſit, unuſquisq; poteſt inſpicere. Verùm à priori ſentẽtia huic contraria non eſſe recedẽdum arbitror, quippè quæ ppius ad ueritatẽ accedat. & ea ratione corroboratur: nã amoris inſania occæcat, & perdit homines
15 infelices†& pditos cuiuſmodi ſũt cõcubinarij, ita dixit Bal. in c. in literis. nu. 3. de teſt. & ait Cõſtan. Imp. in l. 1. C. de natural. liber. atq; ſenſit Spec. de teſte. §. 1. Accurſ. ẽt meminit inſigniter in tit. Inſt. de iur. perſonar. quod placuit Nell. à S. Gemin. trac. de teſt. nu. 20. & cantum eſt in c. conſanguineorum. 3. q. 4. Fel. quoque probauit in c. teſtimonium. de teſtib. & ſequutus eſt Steph. Aufrer. tract. de teſtib. nu. 22.
16 Quinimo iſtud ampliãdum eſt: † ut concubinarius publicus nec cõtra alios teſtificari poſſit: ita pulchrè decidit Domhauder. in ſuo tract. de teſtib. num. 19. & ex quãplurimis id colligere poſſumus: ut ex c. ex parte, & c. ſuper eo. de teſtib. atq; ex Marcelli reſponſo in l. non poteſt. ff. de fur. c. conſanguineorum. 3. q. 4. cap. conſtituimus. 3. q. 5. quod poſtremum extendendum eſt, ut præcipuè tum locum habeat, cum quis uxorẽ
17 habens†concubinã retinet: eo nãq; caſu infamis eſt ſic inſigniter more ſuo obſeruauit Bar. in l. 1. in fin. ff. de his qui not. infam. quem conſulendo refert, & ſeq-

tur

tur Ruin. in conſ. 5. nu. 10. lib. 3. ubi multis argumentis id corroborat: ita etiam tradidit Bald. in l. 2. C. de ſecund. nupt. Alex. docuit in d. l. 1. in fin. ff. de his, qui not. infam. ita præterea voluit Mõticell. in ſuo reper.
18 de teſti. in verb. concubinarius. Ad hæc † quod manifeſtus concubinarius teſtis eſſe nequeat, tenet in terminis Abb. in c. teſtimonium. de teſtib. cui aſſentitus eſt Steph. Aufrer. in d. ſuo tract. de teſt. nu. 22. & ſentit Fel. in d. c. teſtimonium, col. 3. num. 9.
19 Deinde illud amplies, vt clericus cõcubinarius † nõ ſolùm à teſtimonio reijciatur: vt traditũ eſt ab Abb. in d. c. teſtimonium. c. nemo. 32. q. 3. & ibidem Fel. in d. c. teſtimonium, ſub nu. 9. & c. infames. 6. q. 1. verum etiam, vt nec ad dignitatum gradus, & honores promoueri queat: ſic eſt ſancitum in c. quæſitum. de tẽp.
20 ordin. quia in illis † cõcubinatus graue crimen eſt: vt patet ex tot. ti. ext. de cohabitatio. clericor. & mulier. & docuit Fel. in d. c. teſtimonium. ſub nu. 9. & ſtatutũ eſt in c. veſtra. d. tit. de cohabitat. cler. & mulier. & poſtremò sẽſit Steph. Aufre. in d. ſuo trac. de teſ. vbi ſup.

CONCLVSIO CCCXLI.

ARGVMENTVM.

Concubinatus an præſumatur exiſtente diſparitate perſonarum, & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Concubinatus præſumitur exiſtente diſparitate perſonarum.*
2 *Conuerſatio, & conſuetudo non modici temporis præſumit concubinatum.*
3 *Concubinatus præſumitur per diuturnam cohabitationẽ.*
4 *Stuprum eſt, cum non apparet expreſsè de conſenſu concubinario.*
5 *Concubinatus, & concubinarius conſenſus in dubio præſumitur, quando mulier eſt obſcuro loco nata.*
6 *Proteſtatio & deſtinatio animi, facit concubinam.*
7 *In concubinatu quando diuerſitas euidẽs eſt, & imparitas perſonarum omnibus nota, nõ eſt neceſſ. probare aliquã proteſtationem, vel animi deſtinationem.*
8 *Conſenſus in concubinatum inſurgit ex præcedente diſparitate perſonarum.*
9 *Concubinatus præſumitur abſq; vlla proteſtatione, quando intercedente perſonarum diſparitate accedit liberum ipſius mulieris arbitrium a viro abeundi, & ſi velit ad eũ redeundi.*
10 *Stuprum nõ dicitur commiſſum, quando apparet diuturna cohabitatio, diſparitas perſonarũ, & arbitrium liberum mulieris.*
11 *Concubinatus probatur ex conſenſu concubinario.*
12 *Quæ vxor eſſe non poteſt, neque cõcubina eſt præſumẽda.*
13 *Concubinatus non contrahitur cum virgine, & vidua, licet vxores eſſe poſſint.*
14 *Concubinatus nõ præſumitur, niſi ab initio fiat proteſtatio, quòd velit eam habere in concubinam.*
15 *Concubinatus præſumitur per diuturnitatem temporis, per quam ſtuprum vetus purgatur.*
16 *Concubinatus probatur, ſi vnica eſt concubina, & in domo retenta.*
17 *Coitus non eſt accuſabilis, quando quis teneat duas concubinas.*
18 *Concubinatus vt probetur, requiritur, quòd mulier ſit retenta in domo in ſchemate concubinæ.*
19 *Ad concubinatum probandum de neceſſitate requiritur, quòd proteſtatio tenendi mulierem in concubinam facta ſit a principio.*
20 *Concubinam habere non licet ſine proteſtatione, ſed oportet ipſam in vxorem habere, vel ſtupro tenere.*
21 *Concubinatus cenſetur, ſi mulier ducatur à viro in domũ ſuam, & publice cum ipſa cohabitet.*
22 *Cohabitare dicuntur, qui ſimul vna viuunt, & commenſales ſunt.*
23 *Concubina, licèt ſine inſtrumentis dotalibus, publicè ducitur vt vxor, & ab vxore in alio, quam in dignitate, nõ differt.*
24 *Concubina citra ſolennitatem ducitur.*
25 *Concubinatus probatur circa perſonas impares, ſi vir ſit illuſtris, & magnus, & mulier inferioris conditionis.*
26 *Concubina mulier non cenſetur, ſi non apparet, quod interuenit conſenſus cõcubinarius, & quando eſt honeſta, & libera.*
27 *Concubinatus vt probetur, probari debet, quòd ſit mulier, cum qua non committatur ſtuprum.*
Virgo nec vidua poteſt eſſe concubina: quia cum eis cõtrahitur ſtuprum. ibid.
28 *Habens rẽ cũ concubina alterius, quæ nomen honeſtæ mulieris non perdiderat, committit ſtuprum, & punitur.*
29 *Delictum ſtupri Virginis, vel Viduæ ex continuata cohabitatione non purgatur, ſed augetur.*

1 Concubinatum præſumi exiſtẽte diſparitate † perſonarum, colligere eſt ex reſponſo iuriconſulti in l. donationes in cõcubinam. ff. de donat. & in l. liberę. ff. de ritu nupt. & rñdit Gram. voto 4. nu. 2. quod præcipuè verum eſt quando conuerſatio, & conſuetudo
2 † non modici temporis interceſſerit, ex ſnĩa eiuſdem Gram. in loco citato: vbi aſſeuerat matrimonij præſumptionem nullo modo cadere poſſe propter ſolẽnitatem omiſſam: & ita atteſtatur cõiter in regno obſeruari. quod ante eum placuit Luc. de Pen. in l. ſi cohortalis. C. de cohor. lib. 12. & aſſentit Lud. de Sardis
3 in ſuo trac. lég. 1. charta, in 4. & 5. col. Adeo quidem † vt per diuturnam cohabitationẽ purgetur verũ ſtuprũ, & præſumitur concubinatus: vt inquit gl. in auth. qb. mod. natural. efficiant. lég. l. eos col. 2. Vndè licèt di-
4 ci poſſet, † quòd cum non appareat expreſsè de conſenſu concubinario, ſit res dubia quo caſu reſultat, q non eſt concubinatus, ſed ſtuprum. Tamen iſto caſu, qñ mulier eſt obſcuro loco nata, in dubio præſumitũ
5 concubinatus † & concubinarius conſenſus, p eo. ext. in l. in concubinatu. ff. de concub. & Gram. vbi ſupra: vt etiam refert Lud. de Sardis magiſtraliter loquens in tractatu prædicto, in prima charta, pro quo facit l. 1. ff. de concubin. & gl. in l. 3. cod. tit.
Ampliare poteris concluſionem, eo vſque proce-
6 dere: vt quamuis regulariter proteſtatio † & deſtinatio animi faciat concubinam, ſicut ſancitum eſt in l. pen. ff. de concubin. hoc tamen in caſu, qñ diuerſitas euidens, & imparitas pſonarũ omnibus nota eſt, non
7 eſt neceſſe probare aliquã proteſtationem † vel animi deſtinationem. d. l. donationes in concubinam. ff. de donat. l. liberæ. ff. de ritu nuptiarũ. Nam ex præcedente illa diſparitate perſonarum inſurgit conſenſus in
8 concubinatum † ex iuris præſumptione, q hoc in caſu dicitur manifeſtus: vt Ludo. à Sard. ſuo tract. de naturalib. lib. §. de cõcubinis. nu. 4. inquit. per contex. in l. manifeſtæ. ff. de iureiur. facit l. licèt Imp. ff. de leg. 1.
Secundo loco ampliare poteris, tum maximè procedere, quando intercedente perſonarum diſparita-
9 te † accedit liberum ipſius mulieris arbitriũ à viro abeundi, & ſi velit, ad eum redeundi, ex tali aĩo, qui ex reditu, vel ſaltem eius libero diſceſſu, ſi velit, præſumitur concubinatus abſq; vlla proteſtatione, arg. l. poſtliminium. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. in § ſi. & l. ſi captiuus. l. ſi quis ingenuam. l. non ius. ff. de re milit. l.
10 pen. ff. de concubin. † adeo quidem, vt quando aliq ſignorum prædictorum appareat, non ſit dicendum, commiſſum eſſe ſtuprum: ita Bal. in l. eam quam, col. 9. poſt nu. 35. ver. & not. C. de fideicommiſ.
Ad probandum aũt concubinatum requiri in pri-
11 mordio † conſenſum cõcubinarium, docuit Ludon. à Sard. in ſuo tract. de natural. lib. ac ſucceſſ. eorum. §.
de

de concubinis.nu.1.& in §.de copula carnali.nu. 12.
verſ.ſecundo caſu. vbi hoc etiam extendit ad conſẽ-
ſum præſumptum,iuxta tamen diſtinctionem ab eo
eodem loco traditam, ad quam te reijcio.

Intelligas,& declares velim,vt hoc demũ ꝓcedat,
ſi agatur cum muliere,quæ in vxorẽ duci poſſit;aliàs,
12 ſi vxor eſſe non poſſit,† neq; cõcubina erit præſumẽ-
da:vt cauit Iuriſcõſultus in l.hæc rõ.§.1.ff.de don.in-
ter.vir.& vxorẽ quẽ contex.ſingularẽ dicit Ludou. à
Sard.in d.§.de concubin.nu.1.& eſt contextus in l.&
ſi contra.C.de nupt.vbi tenuit eã in vxorẽ. Verũ quia
non poterat eſſe vxor,quãuis poterat cõcubina eſſe;
nõ eſt vxor,neq; concubina: vt habetur ẽt in auth. vt
liceat matri,vel auiæ.§.ad hoc.& huc pertinet,quod
fuit obſeruatum in l.1.verſ.committit.ff.de cõcubin.

Reſtringe hanc intelligentiã: vt locum nõ habeat
13 in virgine,& vidua† quæ licèt vxores eſſe poſſint; nõ
tamen contrahitur cum eis concubinatus,ſed ſtuprũ
iuxt.text.in l.ſtuprum.l.inter §.1.ff.de adulter.& me-
minit Lud.loco proximè allato,n.2.vbi animaduer-
tit in hoc multos falli: qa credunt ſufficere,quod ſit
14 ſolutus cũ ſoluta:ꝙ tamen à veritate alienũ eſt,†niſi
ab initio fiat ꝓteſtatio, ꝙ velit eam habere in cõcu-
binam,vt ſic ſtatutũ fuit in l.in concubinatu.ff.de cõ
cubi.vel niſi per longũ tempus cohabitauerunt in ſi-
mul:quia eo caſu ſtuprũ vetus per hanc diuturnitatẽ
15 tẽporis dr̃ purgatum †& præſumitur concubinatus,vt
obſeruauit gl.in §.cos.auth quib.mod,natur.effic.le-
gitim.& ita concludit Iac.de Beluiſ. in quadã ſua di-
ſput.incip.regia conſt.prout refert Lud.de Sard.in d.
tract.de natural.liber.&c.§.de concubinis,nu.2.

16 Requiritur preterea,quòd ſit vnica concubina,†in
domo retenta,vt ſanxit Imp. Iuſtinianus in §. palam
in auth.quib. mod. natur. effic. ſui. §. ſi verò effuſa.c.
Chriſtiano 18.diſt.Nam ſicut vnica debet eſſe vxor,
ita & concubina.c.is q 24.diſt.& c.ſeq.& voluit Azo.
17 in ſumma eod.tit.Gram.voto 4.nu.7.† & quãdo quis
tenet duas concubinas vel plures, non eſt coitus iſte
accuſabilis,vt per multa comprobat Boſſ. in ſua pra-
xi crimin.in tit.de coitu dam.& pun. nu.34.

18 Requiritur tertio loco, ꝙ ſit retenta in domo † in
ſchemate concubin.l.ſi quid aũt.de cõcub.quod eſt,
ſi præcedat proteſtatio quæ faciat mulierem concu-
binam,vt l.pen.ff.de concub.& vt ea ſit mente,vt ve-
lit ipſam tenere in habitu,& ſchemate cõcubinæ, vt
in l.cõſideremus.in auth.de trien.& ſemiſſ. Atq; hæc
proteſtatio requirĩ neceſſario,vt facta ſit à principio
19 †nec ſufficeret,ꝙ ex poſt facto fieret,prout dicit glo.
in l.in concubin.ff.de concub.& docuit Bart.in l.pa-
cta nouiſſima.in 2.lect. C.de pac.cui adhærẽt.Nic.de
Neap.& Albe.in d.l.in concubin.& q̃uis dicat.lex,ꝙ
dẽat teneri in ſchemate, ideſt imagine,& habitu cõ-
cubinæ, quaſi hoc ſufficeret, tñ neceſſariò debet fieri
proteſtatio,ꝙ ꝓ concubina teneatur,vt videre eſt ex
d.l.in concubinatu.ita cõcludit Ioã.Lup. de Palat.in
repetit.rubr.& c.p veſtras ext.de don.in c.vir.& vxo.
ver.idẽ dicendũ in clerico,quarta col.charta 9.& idẽ
placuit Seb.in cõſuet.Neapol.incip. ſi qs, vel ſi qua.
verſ.præterquam in 6.col. verſ. ſed quid id matre na-
20 turali tantũ,& ibi ſubdit† ꝙ aliàs ſine proteſtatione,
non licet habere concubinam, ſed oportet ipſam in
vxorẽ habere,vel ſtupro teneri,vt d.l. in cõcub. quos
refert,& ſequitur Gram.d.loco vbi ſupra,nu.10.

Ad hæc quartò requiritur, vt ducatur à viro in do-
21 mum ſuam†& publicè cum ipſa cohabitet: vt cõſti-
tutum eſt in d.§.conſideremus.in auth.de trien. & ſe-
miſſ.in §.ſi quis auth.quib.mod.natural. efficiantĩ ſui
& tradidit gl.in l.pen.& ibi Dyn.& Bart.ff.de cõcub.
Intelligẽdo ſiue ad domum viri,ſiue mulieris, dum-
modo vna habitẽt:vt voluit gl.præallegata,& Gram.
d.voto,nu.11.atq; gl.in l.nec in eadem.§. ius occidẽ-
22 di.ff. de adulter. & hæc cohabitatio † iſtiuſmodi eſſe
debet vt ſimul vna viuãt,& ſic commenſales ſint: vt
in l.Maſſurius.ff.de verb.ſign.etenim alioqui non di-
cunĩ cohabitare.l.ſi quis ita.ff.de condit.& demõſtr.
& obſeruare Bart.& Bald.in l. 1. C.de legib.cuius rei
illa poteſt reddi ratio cohabitationis: quia cũ debeat
inter hos eſſe indubitatus affectus; per hãc cohabita-
23 tionem indubitatiſſimus retinetur.† cõcubina enim
ſine inſtrumentis dotalibus publicè ducitur,vt vxor;
& ab vxore in alia re,quàm in dignitate,nõ differt:vt
dixit Iuriſconſultus in l.item legatũ.§.parui.ff.de leg.
3.& in ſolennitate, quia vxor cũ ſolennitate ducitur
24 †concubina aũt citra illã: vt animaduertũt Arch.&
Hugo in d.c.is qui ducitur. Vnde Agar, & Gethura,
quæ concubinæ fuerunt Abraham, etiam illius vxo-
res dictæ ſunt:vt ait Aug.libro de ciuitate Dei.c.34.

25 Quintò requiritur: vt ſint circa ꝑſonas impares† vi-
delicet,quòd vir ſit illuſtris,aut magnus,mulier verò
inferioris cõditionis,ita de his omnibus requiſitis fir-
mat,& concludit Luc.de Pen.in d.l. ſi cohortalis. C.
de cohort.lib.12.Quinetiam,quod amplius eſt; ſi nõ
apparet,quòd interuenit conſenſus concubinarius,
26 ſed aliquis interuenit† eo caſu non eſt cõcubina; ſed
erit ſtuprũ,vt optimè, & doctè declarat Lud. præfat.
in d.tract.de legitim.in 1.charta.Quod tum maximè
dicit procedere,quando mulier eſt honeſta & libera,
& ita intelligitur cõtex.in l.ſi vxor.ff.de adulter verſ.
ſed in ea,qui videĩ contradicere illi l. in concubinat.

27 Sextò etiã probare debet,† ꝙ ſi mulier, cũ qua non
cõmittatur ſtuprũ,vt cautũ eſt in l.1.§.1.ff. de concu-
bin.Ideo nec virgo,nec vidua poteſt eſſe concubina,
quia cũ eis contrahitur ſtuprum,vt dixit Iuriſconſul-
tus in l.ſtuprũ.ff.de adulter.l.inter.§.1.eo.ti.& memi-
nit Ioã.Bap.de Sanct.Seuer.in l.ſi qua illuſtris.C. ad
ſenatus c.orfic.in 10.col.vbi illud ſubiungit,ꝙ habẽs
rem cũ concubina alterius,quæ nomen honeſtę mu-
28 lieris non amiſerat † committit ſtuprum,& punitur,
licèt illa aliàs eſſet perſona vilis,vt colligere eſt ex re
ſponſo Iuriſconſulti in l.inter liberas.& l.ſi vxo. ff.de
adulter. & ibi Doct. Quinimò addit amplius Gram.
d.voto 4.nu.18.quòd poſtquã ſtuprata fuit virgo, vel
vidua,& ſic ab initio fuit delictum,ex cõtinuata co-
29 habitatione non purgatur† ſed augetur, vt ſancitum
eſt in c.noſtrates.in fi.ext.de conſangui. & affin. & in
c.cum haberet.extr.de eo,qui duxit in vxorẽ quam ꝑ
adulterium polluerat &c. Verũ ad hanc materiã cõ-
ſulas latius hæc tradẽtem Gram.vbi ſupra per totum.

CONCLVSIO CCCXLII.

ARGVMENTVM.

Concubinatus an probetur per longam cohabitationem mulieris,& viri.

SVMMARIVM.

1 *Concubinatus probatur per longam cohabitationem mulieris,& viri cum copula.*

2 *Matrimonium præſumitur per longam cohabitationem mulieris,& viri,& non concubinatus ſi de matrimonio extat fama cum alio adminiculo,vt inſtrumento dotis.*

3 *Matrimonium præſumitur ex cohabitatione diutina viri,& mulieris quoad filios,et legitimationem prolis.*

4 *Lex in dubio,quantum fieri poteſt, fauet filijs:vt ſint legitimi.*

5 *In materia matrimonij non oportet multum ſubtilizare propter periculum illegitimitatis.*

6 *Ad legitimitatem prolis non exigitur de eſſentia ipſa veritas matrimonij ſed ſufficit quaſi poſſeſſio,et opinio colorata maritalis.*

7 *Concubinatus præſumitur,quando perſonę ſunt conditionis imparis,vt ſi vir ſit illuſtri ſanguine natus, et mulier fortunæ vilioris.*

8 *Diſparitas conditionis in propoſito concubinatus præſumptionem arguit.*

9 *Matri-*

9 *Matrimonium & non concubinatus præſumitur, ſi mulier, & vir paris ſint conditionis.*

10 *Concubinatus, & non matrimoniū præſumitur ſi inſtrumenta nuptialia nō interuenerunt, & ſi agitur inter illuſtres, & maiores.*

11 *Concubinarius conſenſus præſumitur, ſi mulier honeſta non eſt.*

12 *Articuli quibus concubinatus probatur, quo pacto concipiendi ſint.*

13 *Articuli ad probandum filiationem, fraternitatē, vel vxorationem quomodo formari debeant.*

Concubinatum probari per lōgam cohabita-
1 tionem mulieris † & viri cū copula, niſi aliud probet, collegere Doctores per illum text. in c. illud. de præſump. & in l. 1. ff. de concub. & reſpondit Alex. conſ. 50. in cauſa, & lite inter dominam Lucretiam. num. 8. verſ. immo longæua cohabitatio. vol. 5.

Verum tamē ſi aliud probetur, vt fama de matrimonio cum alio adminiculo, vt inſtrumento dotis,
2 vel probatione tractatus tanquam vxor ſua † non cōcubinatum, ſed matrimonium præſumi, docuit Abb. in d. c. illud. & ibi gl. in verb. vxorem. idem Abb. in c. Eccleſia. ext. de conſtit. quod & prius ſancitum eſt in c. aliter. 30. quæſt. 5.

Primò limitare poteris, concluſionem non ſortiri effectum quoad filios, & legitimationem prolis, nā
3 ex cohabitatione diutina viri † & mulieris, præſumit matrimonium, ita noſtri tradidere pluribus in locis, vt Dec. in d. c. Eccleſia. nu. 39. Fel. in d. cap. illud. in fi. Io. Lup. tract. de matrimon. in 2. par. prin. poſt nu. 12. verſ. tenet quod natus &c. & idem Dec. conſulendo reſpondit cōſ. 153. nu. 2. & notabiliter protulit Abb. poſt Alan. in c. lator. qui fil. ſint legit. in gl. pen. nu. 6.
4 lex etenim in dubio † quātum fieri poteſt, fauet filijs, vt ſint legitimi. l. miles. §. defuncto. ff. de adulter. Bal. in l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui iur. in l. ſi vicinis. C. de nupt. Ang. in l. ſeptimo. ff. de ſtat. homin. cū ſimilibus. Alex. in d. conſ. 157. circa primū in 2. dubio. lib. 5. facit tex. iur. l. in liberæ. ff. de ritu nup. accedit Pariſ. in conſ. 13. col. 3. vol. 2. & hoc fuit pronūciatum primarium Inn. in c. cum inhibitio de clandeſti. deſpōſ.
5 vbi voluit quòd in hac materia † nō oportet multum ſubtilizare propter periculum illegitimitatis, & ibi tenet Zabarell. Ant. & alij relati p Io. Lup. d. tract. de matri. in 2. part. poſt nu. 18. ad legitimitatē. n. prolis non exigitur de eſſentia ipſa veritas matrimonij; ſed
6 ſufficit quaſi poſſeſſio † & opinio colorata maritalis, q color legitimationem prolis inducit, vt aſſeuerauit Ant. de But. in c. p nobis in 2. notab. qui fil. ſint legit. ſequitur Lup. in d. ſuo tract. de matr. d. 2. part. prin. nu. 11. & reſpondit Dec. in d. conſ. 153. col. 2.

7 Secundò limita procedere tātum † quando perſonæ eſſent conditionis imparis, vt vir illuſtri natus ſāguine, mulier verò conditionis, & fortunæ vilioris, vt iam latè ſupradictum eſt in concluſione, concubina, vbi de imparitate pſonarū agebatur, diſparitas enim
8 conditionis in hoc propoſito concubinatus † præſūptionem arguit; vt voluit Gram. voto 4. n. 21. & Lud. à Sard. in tract. de natural. lib. 9. de concubinis. nu. 1.

Secus autē ſi paris ſunt conditionis; quia tūc etiam ſi non probetur pceſſiſſe dotalia inſtrumenta ſecū-
9 dum leges, præſumitur matrimonium † & non cōcubinatus, ita tradit Luc. de Penn. in l. cohortalis. C. de cohortal. lib. 12.

Et hoc de iure ciuili, licèt ſecus ſit de iure Canonico, vt per eundem Luc. de Penn. vbi ſupra alleg. 30. q. 5. c. aliter, & c. is qui. 34. diſtinct.

Huic ſnīæ non ie ſubſcripſit Lud. à Sard. d. tract. de natural. lib. 8. de copul. carnali. nu. 10. volens ibidem
10 † quòd ſi inſtrumenta nuptialia non interuenerint, & ſi agatur inter illuſtres, & maiores, præſumi tamē iure Cæſareo concubinatum, & non matrimoniū: nam ſi deſunt nuptialia inſtrumēta, lex fingit illum nuptialem effectum non interueniſſe, per §. immemores in fin. in auth. quib. mod. natural. effic. legit. & explicat. Ludou. loco citato, num. 11. & d. §. de concubinis. ſub num. 1.

Amplia, vt hoc etiam procedat, quando dubitatē,
11 an conſenſus nuptialis interuenerit, vel ne † quia & tunc concubinarius præſumitur, ſi mulier honeſta nō eſt Ludou. à Sard. d. tract. de natural lib. 9. de copula carnali, ſub nu. 12 vbi tamē diſtinguit, & vide illum.

Articuli verò quibus concubinatum probare vo-
12 lumus, † quo pacto ſint concipiendi, docet nos Soc. ſen. in conſ. 19. viſis, & inſpectis, nu. 6. vol. 1. vbi ait ex ſententia Ang. hunc in modum debere concipi: hoc eſt, illum iſtiuſmodi mulierem liberæ cōditionis domi ſuæ pro concubina, & cōcubinali habitu habuiſſe, eaq; vſum fuiſſe; eamq; accepiſſe vt ſuam cōcubinam vicinis ſcientibus, vidētibus & audientibus, vbi inſuper illud addit, eodem modo concipiendos eſſe
13 articulos ad probandum filiationem † fraternitatem vel vxorationem. ſic ibidem proſequitur Soc. ex mēte Ang. in §. conſideremus. collar. 3. in auth. de trien. & ſemiſſ. motus auctoritate Imperatoris Probi in l. ſi vicinis. C. de nupt. & Imperatorum Seuer. & Ant. in l. 1. C. quor. bonor. atq; ſūmi Pontificis in c. Michael. de filijs presbiterorum.

CONCLVSIO CCCXLIII.

ARGVMENTVM.

Conditio an in dubio præſumatur, & cui incumbat onus illam probandi.

SVMMARIVM.

1 *Conditio in dubio non præſumitē, ſed potius modus, quando verba non ſunt ſatis clara.*

2 *Aſſerens per ſe non ſtetiſſe, quin teſtatoris conditio impleretur, probare debet.*

3 *Excipienti etiam negatiue incumbit probatio.*

4 *Conditionem extitiſſe, qui aſſerit, probare cogitur.*

5 *Conditionem impletam, qui dixerit, ei incumbit onus probandi.*

6 *Facta non præſumuntur, niſi probentur.*

7 *Conditionem præſumptionis legis impleri præſumptiuè ſatis eſt.*

8 *Conditio fideicōmiſſi, vt ſi deceſſerit ſine filijs in dubio præſumitur extitiſſe.*

9 *Intentio allegantis, quem deceſſiſſe ſine filijs, fundata eſt de iure communi eo ipſo, quod probetur eum deceſſiſſe.*

10 *Negatiua venit probanda ab eo, qui in ea ſe fundat.*

11 *Defunctus præſumitur deceſſiſſe ſine liberis, niſi contrariū probetur.*

Conditionem in dubio non præſumi, ſed potius modū
1 † quando verba nō ſunt ſatis clara, docuit Bar. in l. cū mota col. 1. poſt nu. 2. C. de tranſac. cui reſpondendo accedit Albenſ. conſ. 4. nu. 34. quem tu ipſe conſulas.

Hinc fit, vt cū conditio in dubio nō præſumatur, vt qui aſſeruerit p ſe non ſtetiſſe, quin teſtatoris cōditio
2 impleretur, † probare cogatur, ſi ita docenti credendū eſt Bar. in l. qui cōmeatus. ff. de milit. teſta. cui adhæret profitendo Soc. in l. Titius. la 2. ff. de condit. & demonſtr. atq; probauit Hercul. in ſuo tract. de proban. negat. nu. 26. ver. 21. infertur, & hoc propter regulam,
3 qua cauetur, vt excipiēti etiam negatiuè † incūbat pbatio, vt latè pſequitur Inn. in c. ſuper his. nu. 10. extr. de recuſat. Alc. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 49. poſt nu. 6. verſ. & ex hoc infertur, & conſtat ex abūdè allatis per Iaſ. in l. is poteſt. poſt nu. 83. ff. de acq. hær.

4 Qui enim dicit conditionem extitiſſe,† illã proba-
re cogitur.l.ex his.C.quand. dies leg. ced.& obſerua-
uit Alc.in tract.præſumpt.reg.3.præſumpt.3.nu.2.cui
accedit Franc. Mantic.in tract.de coniect.vltim.vo-
lunt.lib.11.tit.16.nu. 5. ibiq; ex reſponſo eiuſdẽ Alc.
in conſ.68.nu.15.lib 8.& conſ.37.nu.13.lib.9. tradit,
eum,qui agit, debere probare euentum conditionis;
5 quia eſt fundamentum ſuæ intentionis: † qui dixerit
conditionem impletam,ei incumbet onus probandi:
vt colligere eſt ex contex.l.cum qui nouiſſimus. ff.ad
Trebell.& conſultus reſpondit Socin.iun.in conſ.67.
nu.1.& ſeq.col.4.

Iſtud poſtremum ſic velim accipias,vt intelligatur
de conditionis implemento,quod in facto ſitum eſt:
6 † nam cum facta non præſumantur, niſi probentur.l.
obſeruatio.C.de non nu.pec. hinc fit,vt cõditionem
extitiſſe aſſerens,illam probare debeat;Verũ id aliter
ſeſe haberet,in conditione præſumptionis legis:nam
7 tunc † conditionem impleri præſumptiuè ſatis eſt, ſic
aſſerit Franc.Mant.in d.tract.de coniect.vltim. vo-
lunt.lib.11.tit.16. nu. 6.& ſeq. quæ conditio ex curſu
decem annorũ præſumitur extitiſſe:vt reſpondit Pau.
de Caſtr.in conſ.408.nu.1.vol.1.

Secundò loco intelligas; vt locum ſibi non vendi-
cet in conditione fideicommiſſi.vt eſt illa,ſi deceſſe-
8 rit ſine filijs† quæ in dubio præſumitur extitiſſe, vt col-
ligere eſt ex reſponſo Iuriſconſulti in l.ex facto. §.ſi
quis autem.in fi.ff.ad Trebell.quem text.Doct.dicũt
eſſe ſingularem,vt obſeruauit Bart.& Ang.ibi, quod
& quamplures tã conſulendo quàm profitẽdo aſſer-
uere,vt Alex.in cõſ.20. viſo proceſſu.nu.12.& in cõſ.
39.viſo themate.nu.2.lib.1.& in cõſ.179.viſis, ac põ-
deratis.nu.10.verſ.requiſiuis.lib.7.Dec.ẽt in cõſ. 65 a.
viſo conſ.nu.6.& 7.atq; Paul.de Caſtr.in conſ.387.ꝑ
hac declaratione.nu.5.ver.ex prædictis lib.1.Corn.in
conſ.107.nu.3.verſ.confert vol.4.docuit Bar.in l. qui
duos.§.cum bello.ff.de reb.dub. vbi ſubdit, quod qui
allegat aliquem deceſſiſſe cum liberis, eo ipſo quod
probatur,eũ deceſſiſſe; fundata eſt de iure cõi intẽtio
9 allegantis† ꝙ deceſſit ſine liberis,quod & tuetur Soc.
ibid.nu 4.& 5.& placuit Iaſ.in l.is poteſt.nu. 86.ff. de
* acq poſſeſ.& hanc eſſe * cõem ſcribentium ſententiam
protulit Dec.in conſ.578.viſo conſ.in prin.atq; Boer.
deci.20.nu.30.& Alc.de præſump.reg.1.præſump.49.
nu.6.& 7.quo in loco aſſeuerauit hãc eſſe veriorem,
* & * communiorem opinionem,& quę magis adhęret
voluntati teſtatoris,& idẽ reſpondit in conſ. 160. nu.
1.lib.9. & monuit Augu.Bero.in c.in c.præſentia.nu.
347. vſq; ad nu. 351.de prob.& conſulẽdo tradit Soc.
iun.in conſ.64.nu.3.vol.4. & hanc partem validis ra-
tionibus comprobat,& defendit Fran.Mant.in tract.
de coniect. vltim.volunt.lib.11.titul.4. per totum,ad
quem te reijcio.

Quorum omnium conſenſus Alex.in l.ex facto.§.
ſi quis autẽ.poſt nu.4.verſ.tamen primo.ff.ad Trebell.
non deterruit,quin id poſtremum intrepidè reproba-
10 rit.permotus regula† quod negatiua venit probanda
ab eo qui in ea ſe fundat.l.in illa.ff.de verb.obl.& di-
xit Abb.in c.bonę,de poſtulat prælat.Quamplures &
alij videntur tenuiſſe hanc ſententiam,vt ex cõgeſtis
per Nic. Areluan in add.ad Alc.d.reg.1.præſump.49.

Prior tamen ſententia verior & communior eſt,&
* omnium ſuffragijs prudentum * ipſa eſt probata, ideo
amplectenda. Quę & amplianda venit,etiam ſi de-
11 functus aliàs habuerit liberos.† nam & tũc præſumi-
tur deceſſiſſe ſine eis,niſi cõtrarium probetur;eo vſq;
quòd fideicommiſſarius reuelabitur ab iſtius proba-
tionis onere, & transfertur in allegãtem deceſſiſſe cũ
liberis:ſic conſultus reſpondit Pau.de Caſtr.in d. cõſ.
282.pro declaratione nu.5.lib.1.& Rumin.ſen.in cõſ.
127.num.25.

CONCLVSIO CCCXLIV.

ARGVMENTVM.

Confeſſio facta in iudicio quantæ ſit efficacitatis.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta in iudicio tantæ eſt efficacitatis,quod habet vim ſententiæ,& rei iudicatæ in ciuilibus,& non expectat aliud, niſi præceptum de ſoluendo.*
2 *Confeſſio ſuperat omne genus probationis & infringit facta per teſtes,vel inſtrumenta. Teſtiũ dicta cum confeſſione producentis nunquã reducuntur ad concordiã ibi.*
3 *Confeſſio facta in iudicio ſi ſponte fiat,tollit præſumptionem iuris,& de iure, licet alia probatio nõ admittatur.*
Inuitus quis non poteſt compelli ad confitendum.ibid.
4 *Confeſſio in iudicio facta tantæ eſt potetiæ,quod & ſi fiat in proceſſu inualido,poteſt ex ea ferri ſententia non obſtante inepto proceſſu.*
5 *Confeſſus in ciuili nullo præcedente proceſſu, vel ante litem conteſtatam habetur pro cõdemnato,nec requiritur alia ſententia.*
6 *Confeſſus in criminali non habetur pro condemnato, ſed requiritur ſententia.*
7 *Confeſſio iudicialis quæ dicatur.*
8 *Confeſſio facta coram Notario nõ dr̃ confeſſio iudicialis.*
9 *Cõfeſſio facta coram arbitratore dicitur extraiudicialis.*
10 *Confeſſio facta coram arbitro procedẽte iuris ordine ſeruato,dicitur iudicialis.*
11 *Arbitraria redacta ſunt ad inſtar iudiciorum.*
12 *Confeſſio dubia ſemper interpretatur in fauorẽ confitẽtis.*
13 *Quãdo aliquid dicatur factum in iudicio vide remiſſiue.*

1 Confeſſio facta in iudicio tãtæ eſt effica-
citatis:† vt habeat vim ſniæ,&
rei iudicatæ in ciuilibus, adeo vt non expectet aliud
niſi pręceptũ de ſoluẽdo ita reſcripſit Imperator An
toninus A. Iuliano in l.vnica.C.de cõfeſſ. quin etiam
facere rẽ notoriã,cauit Corn.in conſ.44.col.1. vol.4.
& cõſ.224.in eo.vol. Et ſuperat omne genus ꝓbatio-
2 nis eò vſq;† vt confeſſio infringat oẽs probationes fa-
ctas ꝑ teſtes,vel inſtrũ in fauorẽ contẽtis cõtrariũ
& nunquã reduci ad concordiã teſtiũ dicta cum cõ-
feſſione producentis,conſuluit Rom.conſ.391.in fi.
nu. 8. cuius axioma vt eximiũ ſequitur Rober.Marã.
in trac.de ordi.iudic.in 5.actu.2. par.iudi. poſt nu.21.
Præterea hmõi cõfeſſio tollit præſumptionẽ iuris, &
3 de iure† licèt alia probatio non admittatur:vt obſeruauere gl Bar.Bal.& Doc.in auth.ſed iam neceſſe C.de
dona.ante nupt.& Corn.placuit in conſ.39.col. fi. in
4.vol.& conſ.23.vol.5.Alex.tradidit in l.non eſt ve
niſimile.ff.ꝙ metus cau.ꝑ confeſſionem tñ admittitur,
vt ſcripſit Bal.in rub.C.de proba.col.2.ver. ego aliter
probo,poſt nu.5.& ibi Paul.de Caſtr. qui hoc intelli-
git,quando cõfeſſio ſponte fieret, non ꝙ inuitus poſ-
ſit compelli quis ad confitendũ. Porrò tantæ eſt po-
4 tentiæ† vt etiã ſi fiat in proceſſu inualido, poſſit ex ea
ferri ſnĩa;non obſtante inepto proceſſu;ſecundũ Bar.
in l.ſi confeſſus.ff.de cuſtod.Alex.conſ.34. Viſo pro-
ceſſu,col.2.nu.2.verſ.non habet obſtare vol.3.& Bal.
in l.ictus fuſtium.ff.de his qui not.infam. Ad hæc, in
5 ciuili confeſſus habetur pro condemnato† vnde non
requiritur alia ſententia,vt ſanxit idem Imperator in
d.l.1.C.de confeſ. ꝙ fallit in confeſſione facta ꝑcedẽ
te proceſſu, quia tunc non habetur pro cõdemnato,
ſed expectatur ſententia;ſed ſolũ procedit,qñ fuit fa-
cta nullo præcedente proceſſu,vt docuit Dec.in c. at
ſi clerici de iudic.nu. 23.vbi ponit hanc fallentiã, &
ibidẽ ait procedere,ſi confiteaẽ ante lite cõteſtatam,
6 nu.27.ſed in criminali eſt aliud,† quia requiritur ſen-
tentia, & non habetur pro condemnato,ſi credimus

Bart

Bar.in d.l.ſi confeſſus.ff.de cuſtod.reor. atq; reſpōdit
Corn.conſ.55.col.2.vol.4.& conſ.260.d.lib.4.Hęc &
id genus alia tradidit Marāt.in ſuo tract.de ordin. iu-
dicior.in 6.par.in verb.confeſſio,nu.2.cū alijs,vbi la-
tè tract.hanc materiā confeſſionis, & ibidem nu. 30.
7 ait†confeſſionem iudicialem dici illam,quæ fit corā
iudice pro tribunali ſedente, in cauſis requirentibus
* plenè cauſæ cognitionem,& hæc eſt* communis opi
8 nio vt atteſtatur,quòd ſi fieret corā Notario†non di-
ceretur confeſſio iudicialis,vt ex multis conſtat ibidē
per eundem Marant.Illam verò,quę facta eſt coram
* arbitratore*communiter fuit receptum, non eſſe iu-
9 dicialem†ſed extraiudicialem, iuxta ſententiā Alex.
conſ.13.ex his quæ,col.3.nu.7.ver.ſi ergo,& conſ.96.
col.4.vol.1.cum alijs allegatis per Marant.vbi ſupra,
nu.31. Quod ſecus eſt in confeſſione facta coram ar-
bitro,qui proceſſit iuris ordine ſeruato ad inſtar indi-
10 cis,†quia dicitur iudicialis,vt voluit Io.de Imol.in c.
pręſentata,de teſtib.& meminit Bar.in l.1.C.de con-
feſſ.& hæc eſt verior opinio,vt atteſtatur Marant.vbi
11 ſupra.nu.31.nā hodie arbitria ſunt redacta†ad inſtar
iudiciorum,vt reſpondit Paul. in l. 1. & ibi Bartol.
ff.de arbit.Illud inſuper velim obſerues, iſtiuſmodi
12 confeſſionem dubiam ſemper in fauorem † con-
fitentis ſolere accipi,& intelligi, vt auctor fuit Dec.
conſ. 278.non leuis.num. 10.verſ.et pro fundamen-
to,& in cōſ.493.viſo tenore.nu.16.ver.quia in dubio,
& in conſ.539.in inclita.nu.2.ſed Marant.vt ſupra.d.
verſ.confeſſio.nu.32.hoc non approbat, ex Spec. tit.
de confeſſ.§.nunc videndum.verſ.quid de confeſſio-
ne, quem latè videas.

Poſtremò,quod attinet ad hanc concluſionem de
confeſſione facta in iudicio,ſcias Bal.in l.1.§.ſimili-
13 que modo.C.de lat.liber.doceret† quādo aliquid di-
catur factum in iudicio.& Abb.in c. at ſi clerici. nu.
6.de iudic. ad quos te reijcio.

CONCLVSIO CCCXLV.

ARGVMENTVM.

Confeſſio ſine expreſſione cauſæ an valeat, & probet in præiudicium confitentis.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ſine cauſa licèt faciat aliquam pręſumptionem, non tamen probat in præiudicium confitentis.*

2 *Confeſſio ſine expreſſione cauſæ non probat contra confitentem,nec in ciuilibus nec in criminalibus. Vide ibi cōtrarium.*

3 *Confeſſioni ſine cauſa vt operetur contra confitentem,quid requiratur,vide ibi remiſſiuè.*

4 *Confeſſio cum expreſſione cauſæ ſed falſæ contra confitentem,non valet,nec probat.*

5 *Cauſam non eſſe expreſſam,& expreſſam eſſe ſed falſo,paria ſunt,& paripaſſu procedunt,cauſam non adeſſe,& adeſſe, ſed falſam.*

6 *Confeſſio generalis non inducit obligationem.*

7 *Qui aliquid dicit generaliter, non dicit quicquam certi.*
Et confeſſio generalis ambigua dicitur, ibidem. vbi etiam vide contrarium.

8 *Aliquid ſpecificè dici,& aliquid contineri virtualiter ſub verbis paria ſunt.*

9 *Cauſa in confeſſione expreſſa non aptè,aut certitudinariè ac intelligibiliter habetur,ac ſi non eſſet appoſita.*

10 *Confeſſio ſine expreſſione cauſæ facta parte præſente,ſiue abſente non valet,nec probat in confitentis præiudiciū, etiamſi fieret in iudicio,vel extra. contrarium ibidem.*

11 *Confeſſio ſine cauſa releuat ab onere probandi.*

12 *Confeſſio ſine cauſa facta parte præſente tenet,& probat: ſed contrarium aliqui affirmant in criminalibus.*

13 *Confeſſio facta parte præſente probat,quamuis pars præſens illam non acceptet expreſſè.*

14 *Quicquid ſine cauſa agitur, nihil regulariter operatur.*
Diſpenſatio facta à Papa ſine cauſa non valet,ibid.

15 *Quę in litibus non concedenda,nec admittēda ſint ſine cā.*

16 *Confeſſio facta in iudicio valet etiam ſine cauſæ expreſſione.*

17 *Pactum nudum executionem habet paratam, ſi factum eſt in iudicio.*

18 *Confeſſio in iudicio facta executionem habet paratam, ſicut inſtrumentum guarentigiatum.*
Verbum,credo,in iudicio idem operatur,quod verbū præciſè affirmatiuum.contrarium ibidem.

19 *Confeſſio facta in iudicio non nocet, niſi appoſita fuerit cauſa.*

20 *Cōfeſſio iudiciaria ꝓbat,maximè ſi legitimè facta fuerit.*
Et quæ confeſſio dicatur legitimè facta,vide ibi remiſſiuè.

21 *Confeſſio in iudicio ſine cauſa facta incidenter non probat,nec nocet confitenti.*

22 *Reus ſi confeſſus fuerit delictum principaliter,& non incidenter puniri poterit vera pœna delicti.*

23 *Si quis,vt minus ꝓ æſtimo ſoluat,in annotatione bonorū ſuorū referat,& iuret, ſe etiam debere centū Sēpronio, quæ verè non debet, vigore eiuſdem confeſſionis et iuratæ non poteſt à Sempronio,cogi,vt ſibi illa cētum ſoluat.*

24 *Teſtis ſi propoſitum crimen conſiteatur in ſua diſpoſitione,& ſic aliud agens,non ex eo punitur.*

25 *Si ad hoc,vt non mutuē decē,quæ mihi petūtur mutuo,dicā me egere pecunijs,& propterea accepiſſe triginta mutuo à Titio,per hanc confeſſionem non tamen poterit ille Titius me conuenire:cum non ſit facta principaliter de mutuo Titij,ſed incidenter,& ad alium finem.*

26 *Confeſſio facta ſine cauſa ſemiplenam probationē inducit: etiam ſi facta fuerit parte abſente.Contrarium nu.28.*

27 *Confeſſio ſine cauſa transfert onus probandi contrarium in confitentem,& facit locum eſſe iuramento in ſupplementum probationis.*

28 *Confeſſio ſine cauſa facta parte abſente non probat nec etiam ſemiplenam.*

29 *Confeſſio facta ſine cauſa plenè probat,ſi vltra eam adſunt veriſimilia.*

30 *Confeſſio facta in vltima voluntate ab exiſtente in extremis,licet ſine cauſa fiat,probat,& valet.*

31 *Confeſſio in vitæ diſcrimine ſincera,& vera eſſe præſumitur,nulloq; humano affectu corrupta.*

32 *Confeſſio teſtatoris potius habet vim legati,quàm probationis,& poteſt ad libitum ſuum reuocari.*

33 *Confeſſio teſtatoris tranſit in actum inter viuos,ſi is, cui vtilis eſt,ſit præſens,& acceptet verbis expreſſis,& nō poteſt reuocari.*

34 *Pars ſi eſt præſens,licèt confeſſionem expreſſè non acceptet, præſumitur tamen illam acceptaſſe:quia tēdit ad ſui fauorem.*

35 *Iuramentum facit valere confeſſionem eo meliori modo, quo poteſt,& ſupplet abſentiam partis.*

36 *Confeſſio abſque cauſa valet,& plenè probat, ſi ſuper ea poſitum eſt iuramentum,nec reuocari poteſt tanquam confeſſio deliberata.*

37 *Confeſſio iurata dicitur deliberato animo facta.*
Iuramentum facit: vt quis deliberatè,& ex certa ſcientia ad actum acceſſiſſe dicatur.

38 *Iuramentum habet vim clauſulæ,quòd actus valeat omni meliori modo.*

39 *Confeſſio in criminalibus ſi ſine cauſa facta ſit quamuis iurata fuerit,poterit tamen reuocari.*

40 *Confeſſio ſi tendit ad liberandum,& quietandum, probat etiam ſine cauſæ adiectione.*

41 *Caſus,in quibus ſtatim confitens obligatē, vide remiſſiuè.*

42 *Vbi de liberatione agitur,ſi quod ago,nō valet,vt ago,valet, vt valere poteſt.*

43 *Confeſſio ſine cauſa,ſi tendit ad obligandum aliquem, nihil operatur.*

44 *Confeſſio abſque cauſa facta ad liberandum,operatur liberationem,etiam ſi emanarit abſente parte, vide ibi cōtrarium.*

45 *Confeſſio ad liberandum, etiā ſi eſſet per verba mere enunciatiua, probat ſine cauſæ adiectione.*

46 *Confeſſio tenet in fauorem Titij, quando dignoſci poteſt ex coniecturis confitentem voluiſſe donare centum eidē Titio.*

47 *Coniecturæ, quæ ſint, ex quibus probetur animus donādi in confitente, vide remiſſiuè.*

48 *Confeſſio realis etiam ſine cauſæ adiectione probat, & valet, videlicet, quando quis poſſidens rem confitetur eſſe meā, ſua non præſumitur, donec nō probatur.* Cont. 49.

49 *Confeſſio realis facit præſumere, quod confitens rē eſſe meā, habuerit illam pro derelicto, & dicitur talis confitens amittere poſſeſſionem.*

50 *Confeſſio realis facta extraiudicialiter non probat.*

51 *Confeſſio ſcripta habens aliquam cauſam ſaltem cōiecturalem probat.*

52 *Confeſſio geminata probat, licet ſine cauſa fiat.*

53 *Verbum geminatum longè plus operatur, quam ſimplex.*

54 *Mulier etiam ſi confeſſa ſit recepiſſe dotem, poteſt tamen opponere exceptionem de non numerata pecunia, ſed ſi eius confeſſio fuerit geminata, exceptio ceſſat.*

55 *Confeſſio abſque cauſa, ſi facta fuerit in inſtrumēto quarentigiato probat, & tenet.*


ARGVMENTVM.

Confeſſioni matris an credatur in præiudicium filij, ſi dicat, illum eſſe ex adulterio natum.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsioni matris non creditur in præiudicium filij, ſi dicat, illum eſſe ex adulterio natum.*
2 *Filius præſumitur natus ex marito etiam ſi conſtet de vxoris adulterio.*
3 *In his, quæ dependent ex animo alicuius, ſtatur dicto eius, ſed non quando contra eum eſt præſumptio iuris.*
4 *Veritas dilucida iſtius concluſionis, an ſcilicet confeſsioni matris credatur in præiudicium filij, ſi dicat, illum eſſe ex adulterio natum, habetur remiſsiuè ad duas concluſiones de filiatione.*

1 Confeſſioni matris nō creditur in præiudicium filij † ſi dicat illum eſſe ex adulterio natū, ut apertè rn̄dit Scæuola in l. Imperatores, in fi. ff. de prob. ubi hoc apertiſsimè habetur, cui adhæret Rui. conſ. 81. nu. 17. uol. 3.
2 Ratio eſt, quia præſumitur natus ex marito † etiā ſi conſtaret de uxoris adulterio, l. miles. §. defuncto. de adult. & ibi notat Bar. & ſicut dr̄, ꝙ quamuis in his, q̄ pendent ab animo alicuius, ſtet̄ dicto eius, ut obſerua
3 tū eſt in §. alia. Inſti. de actio. tn̄ hoc fallit, † qn̄ cōtra eum eſt præſumptio iuris ſecundū Inn. & Io. And. in c. 2. de conſtit. & docuit Bart. in l. inter oēs, §. rectè. de furt. & in l. 2. §. ſi à pupillo, ff. pro emptor. & plenè fuit animaduerſum in c. ſignificaſti, de homic. Verū plenius de hac materia dicetur infra in concl. Filiatio ꝑ cohabitationem, 1. ampliatiōne, & in conclu. Filiatiō
4 per tractatum, prima ampliatione † in quibus locis dilucida remanet ueritas iſtius concluſionis.

CONCLVSIO CCCLXVII.

ARGVMENTVM.

Confeſſio Prælati ſiuè in iudicio, vel extra, aut in alio actu facta in præiudicium eccleſiæ, an probet.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio Prælati, ſiue in iudicio, vel extra, aut in alio actu facta in præiudicium eccleſiæ nihil probat.*
Contrarium ſub nu. 2.
2 *Confeſsioni ſtatur, cum præiudicat tantum confitenti, & non alteri.*
3 *Confeſsio Prælati præiudicat eccleſiæ in illis caſibus, in quibus eſt legitimus eccleſiæ adminiſtrator, in alijs verò nō.*
Et in quibus caſibus dicatur legitimus adminiſtrator, vide ibi remiſsiuè.
4 *Confeſsio Prælati quando habet præſumptionem iuris pro ſe probat.*
Confeſsioni Prælati dicentis, quòd eccleſia non ſit ſibi ſubiecta, ſtatur. ibi.
5 *Confeſsio Prælati facta cum capitulo ſimul probat, & eccleſiæ præiudicat.*
6 *Confeſsio Prælati habentis mandatum à capitulo probat, & præiudicat eccleſiæ.*
7 *Confeſſio Prælati ſi tendit ad liberandum aliquem, & conſiſtit in facto proprio probat, & pro veritate habetur in præiudicium eccleſiæ abſque conſenſu capituli.*

8 *Confeſsio*

8 *Confeſſio Prælati ſi tendit ad obligandum, & voluntariè fuit facta, non probat, nec nocet.*

9 *Confeſſio Prælati probat, ſi non infert præiudicium in bonis immobilibus eccleſiæ.*

10 *Confeſſio ſolius Prælati probat in præiudicium eccleſiæ, ſi ipſa eccleſia, & ipſe Prælatus non habet capitulum.*

11 *Filius familias regulariter abſque licētia patris in iudicio eſſe non poteſt, ſed patre non exiſtente, per ſe habilis eſt, vt iudicium experiatur.*

12 *Mulieres ex ſtatuto contrahere non poſſunt ſine conſenſu proximiorū ſuorū, ſed ſtatuto nō obſtāte ipſæ contrahūt.*

13 *Confeſſio Prælati, vel Abbatis probat, ſi habet in ſe aliq̄ veriſimilitudinem, vel cum ea concurrat aliqua coniectura.*

14 *Confeſſio Prælati confitentis pecuniam in eccleſiæ vtilitatem conuerſam fuiſſe probat, ſi concurrāt cum ea aliquæ coniecturæ.*

15 *Confeſſio Prælati probat, ſi agit̄ de iure acquirēdo eccleſiæ.*

16 *Confeſſio Prælati ſi concernit dignitatem ipſius, reſpectu vitæ ſuæ probat, & nocet eccleſiæ.*

17 *Prælatus ſi confitetur, vt teſtis probat, & eccleſiæ præiudicat ſaltem ſemiplenè.*

18 *Prælatus ſi confitetur in cauſa bonorum deſcriptorum à capitulo probat.*

19 *Confeſſio Prælati ſi læſerit eccleſiam, datur reſtitutio in integrum ſucceſſori, doctò prius de læſione.*

20 *Confeſſio Prælati habentis conuentum in materia ardua etiam in bonis deſcriptis a capitulo, nō probat, nec nocet.*

Prælatus in facto arduo non poteſt eſſe ſolus in iudicio, nec confiteri.

21 *Confeſſio prælati in nō arduis proculdubio p̄bat. & valet.*

22 *Confeſſio Prælati in cauſis, in quibus eſt legitimus adminiſtrator eccleſiæ ſuæ in agendo, quomodo probet, & præiudicet eccleſiæ.*

23 *Prælatus ſi confitetur vt procurator conſtitutus ab eccleſia probat, & præiudicat.*

24 *Eccleſia ſi læſa eſt ex cōfeſſione Prælati, & capituli dabitur ei reſtitutio in integrum aduerſus confeſſionem.*

1 CONFESSIO Prælati, ſiue in iudicio, vel extra, † vt in alio actu facta in p̄iudicium eccleſiæ nihil probat, ſic me docuit Aymo Crau. in tract. de antiq. tēp. in 1. par. verb. Propoſitum noſtrū. fol. 27. nu. 68. teſtat̄ ad hoc Anch. cōſ. 30. iuſſo diligenter, & Socy. conſ. 21. col. 3. vbi in pulchro caſu idē conſuluit, adde ad idē Rom. conſ. 489. vbi ait, ita
* * cōiter oēs ſenſere nu. 1. ad id reſpondit Bal. cōſ. 229. nu. 1. & 2. vol. 1. gl. & Doct. Canoniſtæ vnanimes tradidere in c. fin. de præſcrip. & meminit Barth. Soc. in conſ. 15. nu. 2. vol. 1. ita etiam decidit Franc. Mar. dec. Delphin. 1128. nu. 2. 1. par. & ratio eſt, quia ſtatur con-
2 feſſioni, cum præiudicet tm̄ confitenti, † & non alteri, vt ſancitum eſt varijs in locijs, vt in auth. de æquali. dot. §. primum quidem illud ſancimus, & in auth. q̄ obtinet, C. de probatio. & l. ſi quis poſthac, C. de bon. proſcr. cum alijs allatis à Paulo Caſtr. cōſ. 337. primo quæritur, nu. 9. vol. 1. & conſulas ad hoc Barth. Socin. conſ. 15. incip. viſis nu. 3. vol. 1. & latè per Matthæ. ab Affl. dec. 168. n. 4. & videas ibi Doct. per eū relatos, q̄ ēt placuit cōſultiſſimo Iac. Menoc. conſ. 50. nu. 55. & in tract. de recup. poſſ. remed. 9. nu. 106. cum ſeq.

In contrariam ſn̄iam decidendo deſcendere Dom. Rot. dec. 466. confeſſio Prelati, in nou. & Bellam. dec. 696. confeſſio Prælati, conſulas ad hoc Philipp. Fran. in c. non eſt, de conſuetudine, lib. 6. diſtinguendo ſcili-
3 cet † vt præiudicet in illis caſibus, in quibus eſt legitimus adminiſtrator eccleſię Prelatus, in alijs vero neutiquā, & in quibus caſibus dicatur legitimus adminiſtrator, videas ibidem per te & inſpicias ea, quæ diximus in 7. limit. ad concln. de confeſſione facta præſente parte, & prædictam Rot. opinionem amplia, vt ēt procedat, quando talis Prælati confeſſio fuiſſet facta ſine conſenſu capituli, vt ibi in dictis deciſ.

Primo limita, ſi talis cōfeſſio habeat præſumptio-
4 nē iuris pro ſe † q̄a tunc probat, vt Abb. aſſeruit in c. ſi diligenti, in 4. notab. per illum tex. de præſcrip. vbi ait, fidem eſſe adhibendam confeſſioni Prælati dicentis, eccleſiam non eſſe ſibi ſubiectam, quia præſumptio iuris erat pro tali confeſſione, cum tota iuriſdictio, in qua erat dicta eccleſia, pertineret ad eccleſiam Beati Petri, & ita refert, & ſequit̄ Crau. vbi ſupra verbo Propoſitum noſtrum, nu. 73. vbi reſpondet ad argu. Croti contra Abb. ſentientis in l. re coniuncti. in fi. ff. de leg. 3. & dicetur infrà in 6. limita.

Secundò limitat̄, ſi talis confeſſio Prelati facta fue-
5 rit cum capitulo ſimul, † tunc enim probat, & eccleſiæ præiudicat, vt reſpōdit Dec. conſ. 474. nu. 5. vbi ad hoc refert notata p̄ gl. in l. certū. §. ſed an ipſos. in ver. non ſufficere ff. de cōfeſſ. & idē voluit gl. in c. dudum, el 2. de elect. in verb. veritate, & idē Dec. protulit in c. reprehenſibilis, ext. de appellat. nu. 10. vbi atteſtatur
* de hoc eſſe * communem opinionem, idē canit Dec. conſ. 42. nu. 1. & idem Bal. cauit conſ. 127. vol. 1. atque Caſtr. conſ. 337. primo quæritur. nu. 20. vol. 1.

Extende, vt procedat etiā ſine capitulo, ſi Prælatus
6 habeat mādatum à capitulo, † nam tali caſu probat, & præiudicat eccleſiæ, vt deciſum fuit à Matthæ. ab Affl. in dec. 245. nu. 11. cum ibi allegatis, & ait Fely. in c. fi. cum multis ibi allegatis nu. 11. ext. de preſcr. licet, vt ſupra dixi, ſit de mente DD. de Rot. vt etiam talis confeſſio præiudicet eccleſiæ, ſi Prælatus confeſſus fuerit & ageret ſine conſenſu capituli.

Tertiò limitat̄, ſi huiuſmodi confeſſio Prælati tendat ad liberandum aliquem, & conſiſtat in facto proprio, veluti ſi confiteatur ſibi ſolutū fuiſſe, per q̄ libe-
7 rantur debitores, † nam hoc caſu talis cōfeſſio in præiudicium eccleſiæ abſque conſenſu ca. probat, & pro veritate habetur, vt ex allegatis patet per Caſtr. conſ. 34. nu. 2. incip. ego Paulus, vol. 1. vbi tn̄ ait, ſecus eſſe, ſi tendat ad obligandū, & voluntariè fuerit facta à Pre-
8 lato, † quia tunc nō probat, nec nocet eccleſiæ, & hoc caſu ait, habere locum notata in d. §. ſed an ipſos. in gl. cum alijs allegatis, hoc dictū Caſtr. refert, & ſequit̄ Dec. in conſ. 474 nu. 5. adde Fely. in c. fi. de præſcript. nu. 10. vbi ad idem affert Dom. in c. Conſtantinopolitana. 22. diſtin. vbi latè Butr. & Imo. in c. 1. de depoſ. & ad hoc ſpectat, quod diximus in ſecunda ſublimitatione ad ſextam limitationem cōclu. de confeſſione facta præſente parte.

9 Quartò limitat̄ † ſi ex tali confeſſione nō inferatur præiudicium in bonis immobilibus eccleſiæ, quia tūc probat, vt Dec. placuit in d. conſ. 474. vbi teſtatur iuē dicentem Abb. in c. fi. col. pen. ext. de præſcrip.

Quintò limitat̄, ſi ipſa eccleſia, & ipſe Prælatus nō
10 habeat capitulū, † etenim tunc confeſſio ſolius dicti Prælati probat in præiudiciū eccleſiæ, vt ſcripſit Abb. in d. c. dilectus. de capell. monacho quē refert, & ſequitur Dec. in d. conſ. 474. nu. 7. adde Roma. in terminis idem ſentientem in conſ. 36. viſa diſceptatione, vbi refert tex. de hoc in clementina 1. de reb. eccl. nō alie-
11 nan. & adducit exemplū de filiofam. † qui licet regulariter abſq; licentia patris in iudicio eſſe non poſſit, l. cū non ſolū §. neceſſitatem, C. de bon. quę liber. attamen patre non exiſtēte, per ſe habilis eſt, vt iudiciū experiretur, vt cauit l. C. in l. ſi longius. §. ſi filius. ff. ſi cert. per. l. famulæ maritum. ff. de procur. & ad idē per ſimilitudinem præterea adducit quod videmus, licet
12 ſtatuto caueatur, † vt mulieres contrahere nō poſſint ſine conſenſu proximiorum ſuorum, illis tamen non extantibus ipſa ex ſe contrahet, vt Bart. docuit in l. ſi cum dotem, §. eo autem. ff. ſolut. matri. per illum text. cui accedit Bald. in l. tranſactione. C. de tranſaction. cum alijs adductis per Roman. vbi ſupra, ubi tamen ait quòd hoc caſu tutius eſſet, ſi iudex interponeret decretum ſuum.

13 Sextò limitatur, † ſi talis confeſſio Prælati, uel Abbatis haberet in ſe aliquam ueriſimilitudinē, uel cū

ea concurreret aliqua coniectura, vt dixit Crauc.in d.
tract.de antiq.temp.par.1.verſ.propoſitum noſtrũ,fo.
27.nu.69.& idem voluit Tiraqu.in l.ſi vnquam,C.de
reuoc.donat. in verb. donatione largitus, nu.102.vbi
ait, quòd ſi Prælatus confiteatur pecuniam eccleſiæ
14 conuerſam fuiſſe in vtilitatem eccleſię,† quòd huiuſ
modi confeſſio probat, ſi concurrant cum ea confeſ-
ſione aliquæ coniecturæ, vt quia monachi antè nihil
habebant frumenti,& erant nudi, nunc autem cõſtat,
ipſos vixiſſe ex frumẽto, atq; ẽt eſſe veſtitos arg.l.vlt.
C.de alimen.pupil.præſtan. nam licet id aliunde pro-
cedere potuiſſet, tñ non præſumitur, vt l. ſi ventri.§.
vlt.ff.de priuil.credi.cum alijs allegatis per Tiraq.vbi
ſupra,& de hoc videas Fel. in c.fi.de præſump.nu.11.
atque Bar.Soc.conſ.15.nu.2.vol.1.

Septimò limitabis,ſi agaĩ de iure acquirendo eccle
15 ſiæ,& nõ acquiſito,† tali enim caſu probat,vt aſſeue-
rauit Dom.in d.c. Conſtantinopolitana.22.diſtinct.
quẽ refert Fel.in d.c.fin.de præſcrip.nu.11. vbi ad idẽ
adducit gl.in reg.delictũ.de regu.iur.in 6. & in c.con-
ſuetud.§.is autem, 16.q.7.quod etiam animaduertit
Inno.in c.fraternitatem.de donat.

Octauò limitatur, ſi huiuſmodi confeſſio reſpiciat
16 dignitatem ipſius Prælati, † ratione namq; vitæ ſuæ
probat & nocet eccleſiæ,vt per Fely.productum eſt vbi
ſupra in d.c.fi. vbi affert capitulum cum veniſſent, &
ibi Doct.de inſtit.

Nonò limitatur,ſi prelatus confiteatur vt teſtis,qa
17 probat,† & eccleſiæ præiudicat ſaltem ſemiplenè,ſic
me docuit gl.in c.dudum,il 2.de elect.& Fely.vbi ſu-
pra in d.c fin.

Decimò limitatur, ſi confiteatur in cauſa bonorũ
18 † deſcriptorum à capitulo,vt Dom. tradidit in d.cap.
Conſtantinopolitana & Fel.vbi ſup.

Primò ſublimitabis, vt tali caſu detur reſtitutio in
19 integrũ ſucceſſori,† docto prius de læſione,iuxta ſen-
tentiam Dom.& Fel.vbi ſupra per cap.1.de reſtitu.in
in integ. lib.6.

Secũdò ſublimitare poteris,ſi ſolus Prelatus habẽs
20 conuentũ in materia ardua confiteretur † talis nempè
confeſſio et in bonis deſcriptis à capitulo non ꝓbat,
nec nocet,quia ſicuti Prelatus in facto arduo non põt
eſſe ſolus in iudicio, ergo nec confiteri,vt Abb. ait d.
c.fi.de præſcrip. & ibi Fel.d. nu.11. & idem Abb.in c.
21 edoceri.col.4 de reſcrip.ſecus verò in non arduis,† qa
hoc caſu proculdubio ꝓbat, & valet, vt decidit Egid.
Bellam.dec.606.verſ.ſed nihilominus.

Vndecimò limita in cauſis,in quib. Prælatus eſt le-
22 gitimus adminiſtrator eccleſiæ ſuæ in agendo, † tunc
enim confeſſio illius probat, & præiudicat eccleſiæ,
eo quo probat modo,& præiudicat confeſsio admini
ſtratoris alienus legitima, videlicet ſi ſit facta in iudi
cio & per modum iuriſdictionis contentioſæ abſque
colluſione,& fraude,ita dirimit Egid.Bellam.d.dec.
696.cũ allegatis,& dec.466.in notis,& ſupra in prin.
concluſionis in contrario dictum eſt.

Duodecimò limites velim, ſi talis Prælatus confi-
23 teaĩ,vt ꝓcurator cõſtitutus ab ipſa eccleſia, † qa pro-
bat,& præiudicat,per l.non ſolum.de procur.& l. cer-
tum.§.ſed an ipſos ff.de confeſ.cum alijs allatis à Ro
* man.conſ.389.nu.2. vbi atteſtatur,ita * omnes ſcribẽ-
tes nemine excluſo concludere,& ſupradictum eſt in
extenſione ad ſecundam limitationem huius noſtræ
concluſionis.

Sublimitantur omnes ſupradictæ concluſiones, &
24 limitationes, † vt ſi ex tali confeſsione facta etiã per
Prelatum, & capitulum eccleſia ſit læſa, danda ſit ei
eccleſiæ reſtitutio in integrum aduerſus confeſsionẽ,
vt Pau.Caſtr.optimè,& egregiè cauit in conſ.34. uol.
3.num.3.incip.ego Paulus,&c.puto iuris eſſe, cui ad-
hæret Ang.conſ.241. quia omne datum optimũ. col.
4.quem refert,& ſequitur Fel.ubi ſupra in d. cap. fi.de
præſcrip.nu.11.

CONCLVSIO CCCLXVIII.

ARGVMENTVM.

Confeſſio facta in precibus, an probet con-
tra confitentem.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta in precibus probat contra confitentem.*
2 *Confeſſio in precibus facta,etiam ſi reſcriptum ſit reproba-
tum,& ſubreptitium,probat contra confitentem.*
3 *Confeſſio facta in precibus probat,etiam ſi contra reſcriptũ
fuerit prolata ſententia.*
4 *Verba narratiua in libello probant contra libellantẽ poſt li-
tem conteſtatam ſuper ipſo libello producto,& non ante.*
5 *Qui reſpondet confitendo libellum, videtur fateri omnia in
libello contenta,& in omnibus ſibi præiudicat.*
6 *Confeſſio facta in libello poſt litem conteſtatam non poteſt
reuocari.*
Litis conteſtatio habet vim quaſi contractus.ibi.
7 *Confeſſio in libello facta per verba diſpoſitiua,non põt reuo
cari,niſi ꝓbato errore,ſecus ſi ſint verba ſimpliciter nar-
ratiua,ſeu enunciatiua.*
8 *Cõfeſſioni rei in ſuis exceptionibus ſtaĩ in eius præiudiciũ.*
9 *Quilibet producens ſcripturas, cenſetur fateri omnia quæ
in ipſis continentur.*
10 *Verba narratiua in ſcripturis poſita reuocari poſſunt.*
11 *Verba libelli enunciatiua ſi non plenam faciunt, tamen ſe-
miplenam probationem inducunt.*
12 *Cõfeſſio in precibus,vel in libello facta poteſt reuocari, quo
tieſcunque non fuerit a parte acceptata.*
13 *Confeſſio in libello facta reuocari poteſt,quando tractatur
de damno euitando.*
14 *Confeſſio emanata in capitulis productis per partem in iu
dicio non afficit producentem, nec illi confeſſioni ſtatur
in eius præiudicium.*
15 *Confeſſio in poſitionibus facta etiam iurata,ſi doctum fue
rit de errore, reuocari poteſt.*
16 *Confeſſio facta in poſitionibus probat contra confitente,&
facta in articulis non præiudicat articulanti.*
17 *Confeſſio in libello, vel poſitionibus facta non afficit confi-
tentem ad effectum, ut ipſe incidat in periurium.*
18 *Narrans in precibus veros partis contrariæ,non videtur
illa fateri.*
19 *Libellus ſi impugnatus eſt per aduerſarium,non poteſt am-
plius in eo ſe fundare.*
20 *Libellus ſi eſſet ſcriptus manu confitentis,probaret,alias ſe-
cus. Contrarium.ibi.*
21 *Porrigens preces Principi cenſetur fateri omnia in ipſis
contenta.*
22 *Producens libellũ,vel ſupplicationem cum proteſtatione,q
de eo vult iuuari in parte,& partibus, probat.*
23 *Confeſſio facta non debet extendi de vno caſu ad alium.*
24 *Confeſſio in precibus facta probat tantũmodo illud quod
eſt neceſſarium ad illum actum,& non vlterius.*
25 *Confeſſio facta in precibus etiam ſi probat contra confiten
tem,poteſt tamen prætextu erroris corrigi, & emendari.*
26 *Confeſſio etiã deliberata prætextu erroris poteſt reuocari.*

1 Confeſsio facta in precibus† probat con
tra confitentem,ita colligitur
ex reſcripto Imp.Diocle.& Maxil. in l.cũ precum.&
ibi notat Bal.& Sal.C.de lib.cau.confeſsionem factã
in ſupplicatione Principi porrecta probare cõtra ipsũ
confitentẽ,& ita latè tradit Dec. conſ.534. ſub nu.4.
verſ.nam verba ſupplicantis, ad ꝙ probandũ affert.l.
2.C.de inſtit.& ſubſtit.& idẽ obſeruat Oldr in conſ.
292.an negatio.Cuman.etiam in conſ.37. ſine diſpo-
ſitione,atq; Imo. conſ.127. in caſu præmiſſo circa ſi.
cui adhæret Abb.in c.examinata.in 3. notab.in ſi. de
iud.cum ſimilib.& Dec.in d.l.2.C.de inſti.& ſubſti.

Primo

2 Primò ampliabis,vt hæc concluſio procedat,†etiã ſi reſcriptum ſit reprobatum,vt tradidere Abb.& Fel. in c.examinata.col.2.num.2. de iud. & hoc probauit Imo.in c.olim.de decim.atque Imo. in c. cum venerabilis,de except.Bar.etiam confirmauit in l.certum. §.ſi quis abſente. ff. de confeſs.

Secundò ampliare poteris, etiam ſi reſcriptum ſit ſubreptitium,vt conſuluit Caſſan.conſil.46.nu.8.qui refert,& ſequitur Io.And. & Canoniſtas ita tenentes in c.cum in poſitionibus.de iureiurand.in 6. quem ſequitur Panorm.in conſ.38.in 2.vol.incip.in q.quæ ad præſens vertitur,quibus adſtipulatur Fel. in c. capitulum,in pen.col.ext.de reſcript. nec ab his receſſit Iaſ. in l.2.C.de inſtit.& ſubſtit.& in l.edita.col.3. Cod.de eden.& in §.ſi minus,in 2.col.Inſtit. de actio.

Contrarium voluit Arer.in l.1.§. ſi quis ſimpliciter, col.fi.ff.de verb.oblig.Philip.Franc. in c.fi.col.fin.de iureiur.in 6.

Tertiò amplies velim, hoc habere locum, etiamſi
3 contra illud reſcriptum † fuiſſet prolata ſententia, iuxta ſententiam Ioan. Andr. in c. cum in poſitionibus,de iureiur.in 6.ſub nu.3. & ibi Franc. col.9. quod idem eſt,ſi verba ſint enunciatiua, ſiue narratiua ; ſi credimus Soc.conſ.41.col.pen.vol. 1. Maria. Socyn. etiam tradidit in c.fin.col.24.de libell.oblat. & deciſum fuit in deciſ.Neap.71.in nou.

Quartò amplia,idem eſſe in libello, quia verba etiã
4 narratiua † probant contra libellantem,vt videre eſt ex reſcripto Imp.Ant.in l.2.& ibi Bar. Alex.& Iaſ. C. de inſtit.& ſubſtit.atq; Iaſ.in §.ſi minus.Inſtit.de act. col.2.quod procedit,vt probet etiam parte abſẽte, vt auctor eſt mihi Bart.in l.certum.§.ſi quis abſẽte. ff.de confeſ.quod aſſeruere Abb.& alij in c.fi.eo.tit.Imol. in c.ſi cautio.col.3.de fid.inſtr.& de hoc videas, quæ latiſſimè diximus in 3.limitatione ad concluſionem de confeſſione facta abſente parte,vbi hoc, ſed incidenter,pertractauimus.

Intellige tamen prædictam ampliationem,vt procedat poſt litem conteſtatam ſuper illo libello producto,& non ante,ſic conſulendo ſenſit Soc. in conſ. 244.colu. pen.Iaſ.profitendo ſcripſit in d.§.ſi minus, col.2.Inſt.de actio.aſſeruit Dec.in l.edita.col.2.C.de eden.reſpondẽdo voluit Soc.conſ.41.col.pen.vol. 1. & cauit Alex.conſ.71.col.1.vol.3.

5 Primò amplia prædictam iſtã ampliationem, † vt ille videatur fateri omnia contenta in libello , & in omnibus ſibi præiudicet, qui reſpondet confitẽdo libellum,vt aſſeuerauit Maria.Soc.in c.1.col.32.in 10. queſt.de lit.conteſt.

Secundò amplia iſtam ampliationẽ, quia poſt litẽ
6 conteſtatam confeſſio facta in libello † nõ poteſt reuocari;nam litis conteſtatio habet vim quaſi contractus,prout voluit Vlp.in l.3.§.idẽ ſcribit.ff. de pecul. & tradit Fel.in c.2.col.10.de libel.oblat.& tenet Iaſ. in d.§.ſi minus.Inſt.de act.

Tertiò ampliabis;etenim ſi verba appoſita in libel
7 lo ſint diſpoſitiua,†confeſſio non poſſet reuocari:niſi probato errore,ſecus ſi eſſẽt verba ſimpliciter narratiua,ſeu enunciatiua, ſicuti vno ore aſſeruere gloſſ. Bart.& alij in l.error.per illum text. C. de iur. & fact. igno.& tradit Fel.in d.c.2.col.10.de libel.oblat. nu.4. & ad hoc contex.eſt vnicus habitus in l.qui familiæ. cum gl.ff.familiæ. erciſc.

Quartò amplia concluſionẽ principaliter,vt idem
8 ſit in reo;†qui ſi aliquid fateaẽ in ſuis exceptionibus ; ſtatur illis in eius præiudiciũ , vt percipere poſſumus ex reſcripto Imp. Archad.& Honor.in l. 1.C.de his q potentio.nomi.& ibi notant Bar.& alij, & idem Bar. in l.2.§. ſi quis abſente.in fi.ff.de confeſ.Rom.etiã in conſ.59.in vltimo dubio,poſt nu.9.& in conſ.70.poſt nu.10.& conſ.235.nu.9.in 7.dubio.atq; Barb. conſ. 3. col.pen.vol.2.Quod quidẽ poſtremum ſic eſt intelligendum, vt verum ſit, ſi reus expreſsè fateatur in exceptionibus,tunc.n.dicta in eis cõtra ipsũ ꝓbant , ſecus ſi tacitè;nã tũc nõ ꝓbant:quod cõiter à ſcribẽtib. eſſe receptũ teſtatur Lanfran.in except.tract.col.2. verſ. iſtud quoque eſt notandum,vbi id quoque per exempla declarat.atque Mandoſ.in addi.ad d.conſ. Rom. 70.in verb.exceptionibus,ſub lite. R.

9 Quintò amplia,†vt quilibet producens ſcripturas,cẽſeat fateri omnia,quę in dicta ſcriptura continentur, vt fateẽ Grã.cõſ.ciuil.89.col.1. & de hoc vide in 3. limitatione ad cõcluſionẽ de cõfeſſione abſẽte parte.

10 Primò limitabis,niſi illa verba eſſẽt narratiua;† nã tunc poſſunt reuocari,vt obſeruat Bar. in l. qui familiæ.ff.famil.erciſc.ũ. & in l.prædia.C. de præd.minor. quod etiam ſenſit Alex.in l.edita.C. de eden.

Declara iſtam limitationem,vt videatur ꝓcedere, niſi verba enũciatiua eſſẽt neceſſaria in actu, de quo agitur,vt declarat Dec.in l.2.n.8.C.de inſtit. & ſubſt.

Secundò declares, nam & ſi verba libelli ſint enũ-
11 ciatiua†ſi non faciunt plenam probationem, tamen ſemiplenam probationem inducunt,vt declarat doctiſſimè Rui.in conſ.141.nu.3.vol.5. vbi latè hoc dictum explicat,atq; Rom.in ſing.451. incip. nunquid per inſtr.dotis,poſt nu.2. Canoniſtæ etiam in c. illud. de præſump.

12 Secũdò limita principaliter,†vt talis confeſſio poſſit reuocari,quotieſcunq; non fuerit ab ipſa parte acceptata,vt reſpondit Iaſ.in conſ.21.colu.2.verſ. 2. reſpondetur.vol.3.& Purpur.tradidit poſt Soc.in l.edita.nu.58.C. de eden.

Tertiò limitabis,vt confeſſio facta in libello poſſit
13 reuocari,†quando tractatur de damno euitando, vt aſſeruit Iaſ.in d.conſ.21.nu.2.vol.3.

Quartò limita,vt concluſio non procedat in confeſſione emanata in capitulis productis ꝑ partem in iudicio,quia illis non ſtatur in præiudiciũ producen-
14 tis,†nec confeſsio illa afficit ipſum producentem,ita placuit Alex.in conſ.133.col.3.vol.1.& conſ.80.col. pen.vol.2.cui adhæſit Giam. conſ.ciuil. 13. col. 3. & conſ.141.col.pen.

Quintò limita,nam cõfeſſio facta in poſitionibus,
15 ſi confeſſus docuerit de errore,†reuocari poteſt,vt mihi auctor eſt Purpur.in l.edita.nu.54.& 55.cũ ſeq. C. de eden.& voluit Maria.c.fi.col.34.verſ.primo caſu, de libel.oblat.Iaſ.meminit in conſ.21.col.2.ver.2.reſpondetur.vol.3.& hoc procedit,etiamſi illa confeſſio fuerit iurata, vt dicit Staphil. poſt alios de literis gratiæ,& iuſtitiæ,fol.173.

Hoc ſublimites velim, quando eſſet error in facto proprio,iuxta ſententiam Iaſ.in d.conſ.21.col.2.verſ. præterea, vol. 3.

16 Illud verò te velim†admonitũ,diſcrimen eſſe inter cõfeſſionem factam in poſitionibus, & factam in articulis:nam prior probat contra confitẽtem, vt cauit Alex.in conſ.118.col.2.vol.2.& in conſ.71.col. 1. & ſeq.vol.3.& docuit Fel.in c.examinata.col. 2. & ſeq. nu.5.ext.de iudic.

Confeſſio autem facta in articulis non præiudicat articulanti,vt dicit Alex.in conſ. 172. nu. 14. volum. 6.quod ẽt ſẽſit Maria.in c.fraternitatis.col.2. de teſt.

17 Sextò limita , vt iſta confeſſio † non afficiat confitentem ad id,vt ipſe incidat in periurium,vt monuit Barb.conſ.12.col.pen.vol. 2.

Septimò limitare tibi licebit,qñ quis narrat in pre-
18 cibus verba partis contraria,† tũc nõ vr̃ illa fateri , vt fateẽ Alex.in cõſ.49.col.3.vol. 7. & aſſeuerauit Dec. in c.iurauit.in prin.de probat.cui acceſſit Claud.in l. Gallus.§.idẽ credẽdum.col.3.ff.de lib.& poſthu. nec receſſit Purpur.in l.edita.col.8.C.de eden.nu. 58.

Octauò limita , quãdo verba fuiſſent prolata in eo
19 libello,qui fuiſſet impugnatus per aduerſarium † qa tunc non poteſt amplius in eo ſe fundare,ſic proditũ eſt à Socin.in conſ.41.col.fi.vol.1.& à Maria.in c. fi. col.24.de libel.oblatione,ſicut diximus idem eſſe in

confeſſione

confeſſione facta in libello, quæ non fuit acceptata
à parte, quæ non poteſt reuocari, nec pars poteſt ex il
la ius prætendere, vt ſupra dictum eſt; & quando pars
negauit contenta in ſupplicatione, nam in ea non po
teſt amplius ſe fundare, nec adiuuare, vt admonuit.
Alex. conſ. 76. col. 2. vol. 6.
20 Nonò limitabis, vt procedat concluſio, † quando
libellus eſſet ſcriptus manu ipſius confitẽtis, aliàs ſe-
cus, vt dicit Bart. in d. l. cum præcum. C. de lib. cau. &
in l. 1. nuda ratio. nu. 4. verſ. & ideò puto. ff. de donat.
* Contraria tamen * cōis obſtat ſententia, vt retulit
Imol. in c. ſi cautio. col. 8. nu. 17. verſ. nec placet, de fi-
de inſtr. & Maria. in c. fi. col. 25. nu. 65. verſ. 3. caſu, de
* libel. oblat. & de * communi teſtatur Ant. Gabr. libr.
1. commu. opin. tit. de confeſ. num. 30.
Intelligas hanc ſecundam opinionem ita demum
procedere, quoties ille, cuius nomine compilatę ſunt
21 preces, & per alium ſubſcriptæ, illas porrexerit; quam
porrigendo dictas preces Principi, cenſetur fateri oīa
contenta in ipſis precibus, ita declarat Imo. & Soc. lo
cis ſup. allegatis, vel ſaltem conſtaret, quod mãdato
confitẽtis ſcriptæ fuiſſent preces: vt per eoſdẽ ſcriptũ
eſt eiſdẽ locis, & per Bart. in l. certũ. §. ſed an & ipſos.
ff. de confeſ. cũ quo cōuenit Soc. ſen. cōſ. 55. pſtantiſ-
ſimè Doct. lib. 1. Neniz. conſ. 7. & nulli doctrina ſecũ
dus Iac. Menoc. conſ. 80. alioqui facilè poſſet qs ſub
nomine alieno porrigere preces, eo inſcio, & poſtea
fundamẽtum ſuper his facere, quod eſſet viã aperire
fraudibus, quod vtiq; conſentiendum non eſt.
22 Decimò limita, † quando quis produxiſſet libellũ,
vel ſupplicationem cũ proteſtatione, quod de eo vo-
lebat iuuari in parte, & partibus; vt reſponſum fuit à
Soc. conſ. 36. col. fi. vol. 4.
23 Vndecimò limita, vt iſta nō ſit vera, † ſed ficta cō-
feſſio: vt voluit Soci. in conſ. 122. nu. 7. verſ. ſecundo.
col. 2. vol. 4. & Dec. placuit in l. 2. nu. 8. C. de inſtit. &
ſubſtit. vbi dicit, vt propterea talis confeſſio non de-
beat extendi de vno caſu ad alium.
Duodecimò limita, vt iſta confeſſio ita facta pbet
24 tantummodo illud † quod eſt neceſſarium ad illum
actum, & non vlterius ſi ita conuenti credendũ eſt
Crau conſ. 199. nu. 12. ver. 2. tñdeo. & Ant. de Butr. in
c. illud. col. 2. de præſump. quod dictũ pro egregio re-
fert. & ſequitur Dec. in c. per tuam. col. 5. ad fi. d. tit.
Decimotertiò limitabis, vt & ſi confeſſio hmōi p-
25 bet contra confitentem: † poſſit tamẽ prætextu erro-
ris corrigi, & emendari, vt docet Iaſ. in l. 2. nu. 5. C. de
inſtit. & ſubſti. & hoc cōfirmat, quod in terminis ſtri-
ctioribus voluit Bal. in l. error col. fi. ver. tertij dicunt.
C. de iur. & fact. ignor. in l. iuſiurandi. col. vlt. verſ. ſed
pone, quòd quis. ff. de iureiur. atq; Spec. in tit. de poli-
tio. §. fi. num. 8. verſ. item ſi pones, quod voluit Rom.
conſ. 391. colu. 1. & idem in l. ſi verò. §. de viro. in 31.
fallen. nu. 59. ff. ſol. matr. Iaſ. prǽterea aſſerit in d. l.
error. col. fi. verſ. 2. principaliter. C. de iur. & fact. ign.
& in l. 1. verſ. 3. ſubtilius. colu. 2. C. de error. calcu. vbi
* dicit hanc eſſe * communem opinionem, † vt ſcilicet
26 confeſſio etiam deliberata prætextu erroris poſſit re-
uocari, & hanc ſententiam tãquam ęquiorem, & ma-
** gis ** communem dicit amplectendam Gabr. cōmu.
concluſ. in tit. de confeſſ. concluſione 5. in fi.

CONCLVSIO CCCLXIX.

ARGVMENTVM.

**Confeſſio procuratoris, an regulariter pro-
bet contra dominum, & ei præiudicet.**

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio procuratoris regulariter probat contra dominũ, & ei piudicat, ſi dominus nō oſtendat rẽ ſe aliter habere.*

2 *Dominus reuocare poteſt confeſſionem per Procuratorem quouis tempore ante ſententiam factam, dummodo probet, quod errore facta fuit, & inde detrimentum ſequutum ſibi fuiſſe.*

3 *Procurator prætextu erroris reuocare poteſt confeſſionem per ipſum factam maximè in cauſis beneficialibus, & matrimonialibus.*

4 *Error in confeſſione probandus eſt, quando non incontinenti, ſed ex interuallo reuocata fuit confeſſio.*

5 *Confeſſio Procuratoris, aduocati, & partis incontinẽti reuocari poteſt.*

6 *Confeſſio procuratoris habentis mandatum generale ad recipiendam pecuniam confitentis ſe pecunias recepiſſe, non probat, nec nocet domino, niſi aliter conſtet de vera numeratione per teſtes, aut per inſtrumenta, aut per literas cambij.*

7 *Aliud eſt pecuniam actualiter recipere, & aliud confiteri ſe recepiſſe.*

8 *Confeſſio procuratoris habentis mandatum ad recipiendã pecuniam, & ad confitendum ſe recepiſſe, non probat, nec nocet domino.*

9 *Confeſſio Procuratoris in dubio præiudicat domino, niſi dominus probet contrarium.*

10 *Procurator Reipublicæ, ſi legitimè confitetur habuiſſe, & recepiſſe pecuniam rerum venditarum, vel tributorum, probat contra ipſam Rempublicam.*

11 *Confeſſio Procuratoris Reipublicæ de receptione pecuniæ ex mutuo, non ſufficit ad obligandum ipſam Rempublicam, niſi etiam pateat, quod in eius vtilitatem mutuum eſt conuerſum.*

12 *Confeſſio procuratoris probat contra dominum, quando conſtituens in inſtrumento iurauit ſe ratum & gratum habiturum, & obſeruaturum, quidquid per procuratorem factum, & geſtum fuerit.*

13 *Confeſſio facta per Procuratorem in criminalibus, etiam quod habeat ſpeciale mandatum ad confitendum, tamẽ nihil probat contra dominum, nec ei nocet.*

14 *Confeſſio Procuratoris, qui ſponte cum aduerſario vadit ad iudicium, & confitetur, non probat, nec nocet domino.*

15 *Confeſſio Procuratoris tantum probat. cōtra dominum, quando fit ex neceſſitate, & non voluntariè.*

16 *Confeſſio facta per procuratorem procuratorio nomine, ſi appareat, quod aliter ſe habeat veritas, & res non ſit integra probat contra ipſum, & nocet ei tanquam perſonæ propriæ.*

17 *Confeſſio Procuratoris non continens veritatem, vel rem non integram etiam in alio iudicio probat, & nocet contra ipſum.*

1 CONFESSIO Procuratoris regulariter pro-
bat cōtra Dominum, † & præ-
indicat ei, ſi Dominus non oſtendit rem ſe aliter ha-
bere, vt elicere poſſumus ex Vlp. reſponſo in l. certũ.
§. ſed an ipſos. ff. de confeſ. ad quod probandum per-
tinet etiam gloſ. in c. 1. verſ. non negauit, de poſtulat.
Prælat. atque hoc idem corroborat text. cum gl. in c.
ſuborta. de re iud. & notat Imo. in c. in præſentia. col.
1. de renunciat. quem refert, & ſequitur Fel. in c. 1. vt
lite non conteſt. col. 10. verſ. circa tertium. num. 14. &
vide latè Oldrad. conſil. 126. num. 1. cum multis ſeq.
idem voluit Specul. tit. de confeſ. §. nunc videndum,
verſ. ſed nunquid confeſſio procuratoris, & in §. po-
ſtremò. verſic. ſi verò per procurator. & idem titul. de
procurator. §. vt aũt, & fuit deciſũ à Rota deciſ. 374.
nota quòd vbi, in antiq. à Bellam. deciſ. 164. confeſ-
ſio, & vide deciſ. 695. factum ſeu confeſ. & deciſ. 374.
nota quòd vbi, in antiquis, quod & tradidit Tiraq. in
tract. de retract. §. 1. gl. 13. in verb. le pris que la choſe,
&c. num 90.
2 Intellige † vt Dominus reuocare poſſit illã confeſ-
ſionem quouis tempore ante ſententiã, dũmodo p-
bet, per errorem fuiſſe factam, & inde detrimentũ ſe-
quutum

quutum ſibi fuiſſe, vt aſſeruit Domhauder. in ſua pra-
xi ciuil. c. 173. tit. de cõfeſſ. nu. 16. & ſeq. quem videas,
& huc pertinet Rot. deciſ. 505. nota quòd poſitiones,
in antiq. per not. in c. cũ in poſitionibus, de iureiur. in
3 6. & Rot. deciſ. 260. in nou. inquit, vt etiã † ipſe procu-
rator poterit talem confeſſionẽ reuocare, & maximè
in cauſis beneficialibus, & matrimonialibus: in qui-
bus vertitur periculũ animæ; quod tamen dicitur ibi
procedere de ſtilo, & vſu palatij; ſecus autẽ forte de
iure, per ea, quę fuere obſeruata in c. fi. vbi Inn. de cõ-
feſſ. in cauſis verò prophanis id ſenſerunt Domini de
Rot. in d. deciſ. nunquid poſſet procurator reuocare,
etiam quando articuli fuerunt dati per iuramentum.

Et quod dominus poſſit reuocare, tenuerunt deci-
dendo iidem Domini de Rot. in deciſ. 60. in nou. &
in hanc ſententiam reſpondit Dec. in cõſ. 493. incip.
viſo tenore. nu. 29. & Franc. in c. fi. col. pen. ver. vlt. li-
mita, de iureiur. in 6. l mo. in c. fi. verſ. circa tertiam. de
4 confeſ. † & tunc probandum eſt de errore, quã non in-
continenti: ſed ex interuallo reuocata fuit, vt ait gl. in
c. ſcriptum eſt, in prin. de elect. vbi Abb. col. 5. verſ. in
gl. 1. & idem Abb. in d. c. vlt. col. pen. & n. de cõfeſſ. &
quod dictum eſt de confeſſione procuratoris, iſtud idem
ſtatuendum eſt de cõfeſſione aduocati, & ipſius par-
5 tis quæ † & incontinenti reuocari poteſt: vt proditum
fuit a gl. in c. olim, in verb. reuocato de cenſib. & in c.
apud miſericordem 32. q. 1. quod & probauit Abb. in
c. cum cauſam, col. 2. de appel. & in c. præterea. col. 2.
de teſt. cog. & incontinenti ibidem gl. intelligit fieri,
ſi fiat, antequam cõfeſſio eſſet redacta in ſcriptis, per
d. c. olim, de cenſib. idem voluerunt Hoſt. & Io. And.
Ant. & Abb. qui id dicit ſing. in c. ex literis, de diuort.
Bal. in l. 1. col. 5. verſ. & nota, quòd interdũ. C. de furt.
Alex. & Barbat. qui illam gl. dicunt ſingularem in l.
1. §. ille ad fi. hic col. 3. ff. de verb. obl. & Tiraq. de re-
tract. conuent. §. 1. gl. 5. nu. 14. vbi perplura cumulat.

Primò limitabis in confeſſione Procuratoris habẽ-
tis mandatum generale ad recipiendam pecuniam,
6 † quia tunc; ſi procurator recepiſſe ſe pecunias confi-
teretur, hæc confeſſio nõ probat, nec nocet domino:
niſi aliter conſtet de vera numeratione per teſtes, aut
per inſtrumenta; aut per literas cambij: vt à Caſt. reſpõ-
ſum fuit in conſ. 186. nu. 3. vol. 2. vel per literas dicti
principalis, vt dixit Maria. Soc. cõſ. 77. nu. 4. vol. 2. vbi
* de * cõi atteſtatur, prout * commune dicit Dec. in cõſ.
* 493. viſo tenore. col. 2. ita ſanciunt reliqui etiã legum
corÿphęi Bar. Bal. Fulgoſ. Rom. Alex. Caſtr. Socy. &
Iaſ. in l. 1. §. vltim. ff. ſi cer. pet. cũ alijs multis collectis
per Tiraq. in tract. de vtroq. retract. tit. de retrac. con-
uentionali, verb. conſignet. §. 4. gl. 6. nu. 11. & 12. & in
* nu. 13. dicit hãc eſſe * communem opinionem, quem
vide, qui plurimos vſque ad ſatietatem allegat idem
* de * communi atteſtatur Caſtr. cõſ. 186. nu. 1. incip. in
* cauſa, quæ vertitur, vol. 1. & * cõmunem aſſeruit Ma-
* ria. Soc. conſ. 57. nu. 4. vol. 2. item * communem refert
Iaſ. in d. l. 2. §. fi. ff. ſi cer. pet. idem ſequitur Fran. Aret.
conſ. 4. nu. 3. licèt nonnulli ſint allegati per Tiraq. vbi
ſupra nu. 13. qui ſentiunt contrarium, & ratio eſt pro
7 eis, † quia aliud eſt pecuniã actualiter recipere, aliud
verò confiteri ſe recepiſſe. l. 1. & l. fi. C. de dot. cau. nõ
nu. & l. ſi ex cautione C. de non nu. pec.

Extende, vt non procedat, etiam ſi habeat manda-
8 tum ad recipiendũ pecuniam, † & ad confitendum ſe
recepiſſe, vt Paul. Caſtr. placuit in cõſ. 37. nu. 11. vol.
1. incip. 1. quæritur, idem tenet Ant. de Butr. & recen-
tiores in c. ſi cautio. de fid. inſtr. & idem dilucidè do-
cuit Bar. in d. l. 2. §. fi. ff. ſi cer. pet. col. fi. per rationem
ibi per eum allatam.

Et licet Bal. contrariam ſequutus ſit ſententiam in
d. l. 2. §. fi. dicẽs, iſtiuſmodi confeſſionẽ procuratoris
9 iſto caſu in dubio præiudicare domino, † niſi domi-
nus probet contrariũ: hac potiſſimũ ratione permo-
tus, quia ſecundũ ſniam Bar. clauſula illa, ad confitẽ-
dũ, vel redderetur inanis & ſuperuacanea, & opinio-
ni Baldi aſſentit Aret. conſ. 4. nu. 3. tamen nõ videtur
recedendum ab opinione Paul. Caſt. in d. cõſ. 137. nu.
12. vbi aſſerit illam clauſulam ad confitendum ſe re-
cepiſſe, intelligi pecuniam receptam, aliàs eſſet do-
natio, vt l. 1. §. ſi mutuam ff. ſi quid in fraud. patr. quæ
non videtur permiſſa, niſi exprimatur. l. contra iuris.
§. 1. ff. de pact. & vbi poteſt eſſe alia coniectura, non
præſumitur donatio vt l. ſi id quod aurũ. ff. de ſol. cui
opinioni Bal. videtur adhærere Fel. in c. 1. vt lit. non
conteſt. verſ. 2. declaratio.

10 Primò ſublimitatur in procuratore Reipublicæ † nã
ſi legitimè confiteatur habuiſſe, & recepiſſe pecuniã
rerum venditarum, vel tributorum, probat contra ip-
ſam Rempublicã vt ait Lud. Rom conſ. 352. num. 4.
ad quod probandum affert l. in cõtractib. §. ſed quo-
niam. C. de non num. pecu. & l. omnes. §. ad hæc. C. de
quadr. præſcr. & in l. 2. C. de conuenien. fiſ. lib. 10.

Intelligere poteris d. ſublimitationem, vt non vera
ſit quoad receptionẽ pecuniæ ex mutuo: hoc. n. caſu
talis confeſſio nõ ſufficit ad obligandũ ipſam Rem-
11 publicam ex mutuo; nam † non ſufficit probare procu-
ratorio nomine Reipublicæ mutuatũ eſſe, niſi ẽt pa-
teat, in eius vtilitatem mutuũ eſſe conuerſũ, vt Rom.
ait d. conſ. 352. num. 4. probat id per l. ciuitas. ff. ſi cert.
pet. & plenè fuit animaduerſũ in auth. hoc ius cano-
nizat. 10. q. 2. c. hoc ius. C. de ſacroſ. eccl. et in c. grauis.
ext. de depoſ. & idem placuit Dec. conſ. 146. col. 7.

Secundò ſublimitatur, ſi dominus conſtituens in
inſtrumento procuratorij iurauerit, ſe ratum, & gratũ
habiturum, impleturum, & obſeruaturum quicquid
12 per procuratorem factum, & geſtum fuerit, † nã tunc
talis confeſſio probat contra ipſum dominum; quia
videtur iuraſſe nõ ſolum de receptione, ſed etiam de
promiſſione, & confeſſione dicti procuratoris. ita ait
Paul. de Caſt. conſ. 409. incip. conſider. fuit. nu. 2. vol.
1. vbi latè id proſequitur.

Secundò principaliter limitatur in criminalibus
13 circa maleficium; † quia hoc caſu confeſſio facta per
procuratorem, etiamſi habeat ſpeciale mandatũ ad
confitendum, tamen nihil probat contra dominum,
nec ei nocet, vt Lud. Carrer. tradidit in prac. ſua crim.
in l. obſeruare iurabis. nu. 31. & 32. adducit ad id con-
tex. in l. certè, ff. de piccat. Alex. ſcripſit poſt Bart. in l.
creditor §. iuſtus. ff. de appel. & in l. certum. §. ſed an.
ff. de cõfeſſ. cum ibi allegat. & idem notat Pet. Duen.
in reg. 156. limit. 2.

Tertiò limita, ſi procurator ſpõtè cum aduerſario
14 eat ad iudicium, & confiteatur, † nam talis confeſſio
non probat, nec nocet domino, quia talis actus cõti-
net in ſe donationem, vt ſanctum in l. certum. ff. de
confeſ. & hoc prohibetur procuratori, vt per Fely. in
d. c. 1. vt lite non conteſt. ver. 1. declaratio nu. 15. cum
ibi alleg. nam tantum confeſſio procuratoris probat
15 contra dominum, † quando fit ex neceſſitate, & non
voluntariè, vt colligere eſt ex l. non ſolum. ff. de pro-
curat. & aſſeruit Purpur. in l. mutuum. §. creditum. ff.
ſi cer. pet. nu. 117.

Confeſſio etiã facta per procuratorẽ procuratorio
nomine, ſi appareat, quòd aliter ſe habeat veritas, quã
quod contineatur in ipſa confeſſione, & res nõ ſit in-
16 tegra; † tunc probat contra ipſum, & nocet ei tanquã
perſonæ propriæ, & ita fuiſſe iudicatũ aſſerit Matth.
ab Afflict. deciſ. 148. nu. 4. per l. cũ quidã. C. de adminiſt.
tut. & l. adducitſus. §. ſi tutor. ff. de inoffic. teſtam. l. inter
officium. ff. de rei vend. & per gl. in c. cum inter cano-
nicos. de elec. & monuit Bal. in l. de tua. C. de rei vẽd.
ſecus verò quando res eſt integra, vt Afflic. ait vbi ſu-
pra nu. 4. in fi. quod & placuit Luc. de Pen. in l. fin. in
3. col. vbi latè C. de tabu. & videas ad id latè Purpur.
in l. mutuum. §. creditum. nu. 104. ff. ſi cer. pet.

Amplia hãc concluſionẽ procedere etiam in alio
17 iudicio, † in quo dicta cõfeſſio procuratoris nocet, vt
trad. de-

Digitized by Google

tradidere Io. Andr. Abb. in c. per inquiſitionẽ, in pen.
col. verſ. ſed tu tene dictum Innoc. de elect. & Philip.
Franc. in c. cum ſpeciali. in pen. colu. de appel. Panor.
in c. 1. in 11. col. verſ. vnum tamen nota. vt lite non
conteſt. Imo. & Alex. in l. cum lite. ff. iudica. ſol.

CONCLVSIO CCCLXX.

ARGVMENTVM.

Confeſſio tutoris, curatoris, executoris, administratoris &c. an faciat fidẽ de recepto in præiudicium pupilli.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio tutoris, curatoris, executoris, aut alterius executoris, adminiſtratoriſvè &c. non facit fidem de recepto in preiudicium pupilli, minoris, hæredum, & aliorum, niſi de numeratione aliter appareat.*
2 *Confeſſio tutoris in iudicio contentioſo nocet pupillo.*
3 *Confeſſio tutoris facta extra iudiciũ, & parte abſente non probat, nec nocet pupillo.*
4 *Confeſſio ſi facta ſit per tutorem, vel alios nominatos in inuentario publico, & ſolenniter confecto, plenè probat etiam facta extra iudicium, & parte abſente.*

1 Confeſſio †tutoris, curatoris; &c. aut alterius executoris, adminiſtratoriſvè &c. non facit fidem de recepto in præiudiciũ
pupilli, minoris, hæredum, & aliorũ, niſi de numeratione aliter appareat, vt eleganter ſcripſit Tiraq. de
vtroq; retract. tit. de retract. conuent. §. 4. glo. 6. verb.
cõſignare. nu. 12. idem etiã voluerunt Bar. Bald. Fulgoſ. Rom. Caſtr. Alex. Soc. & Iaſ. in l. 2. § vlt. ff. ſi cer.
pet. atq; Bar. & Imo. tradidere in l. ſi debitorem, ꝑ illũ
tex. ff. de noua. idem etiam Bar. & Ang. in l. nõ abſtulit. C. eo. tit. idem Bar. in l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor.
& ibi quoq; ipſe Ang. diſtinguens, & late Alex. col. 4.
verſ. ſucceſſiuè quæritur. Petr. Belluг. ff. de re iud. & Bart.
in l. Lucius ff. de adminiſtr. tut. & in l. alio. colum. vlt.
verſ. quarto quid ſi in inſtrumento. ff. de aliment. leg.
idem placuit Feder. de ſen. in conſ. 54. Titius fecit ꝓcuratorẽ, hoc etiam ſcripſit Bal. in l. omnes. §. 1. C. de
quadrien. præſcr. & in l. falſus. col. 2. verſ. tertij dicunt.
C. de furt. & in c. ex inſinuatione. colu. 2. ext. de ꝓcur.
& idẽ. cõſ. 123. reſpublica. lib. 3. et conſ. 131. ꝓcurator.
eod. lib. 3. & cõſ. 287. dicta mulier. col. .... lib. 3. quod
& cæteri pleriq; iuris interpretes tum docendo, tum
etiam conſulendo approbauerẽ; vt Panorm. in c. ſi caut.
de fid. inſtr. & in c. cum olim. col. 2. verſ. ſed dubiũ eſt,
ext. de offi. deleg. Anch. in c. generaliter, in prin. & ibi
Domin. §. vlt. in fi. de procur. lib. 6. idẽ Anch. in c. ſtatutũ. §. ſi quidem. col. vlt. de reſer. lib. 6. & conſ. 57. quædam ex prædictis. in fi. Imo. Fran. Aret. in d. §. Chriſogonus. de verb. obl. Rom. in l. prædia. de acq. poſſ. &
conſ. 352. quæritur primo, in 1. dubio. Paul. Caſt. conſ.
186. in cauſa, quæ vertitur. verſ. item pone per cõfeſſionem, lib. 1. Raph. Fulg. conſ. 209. duobus, per totũ.
Io. Plat. in l. vlt. C. de apoch. public. li. 10. Maria. Soci.
conſ. 3. col. 2. vol. 2. Alex. in l. iuſiurandũ quod ex cõuentione §. vlt. col. 2. ff. de iureiur. & conſ. 152. in cauſa, & lite. col. 2. verſ. denique iſta ſcriptura. lib. 4. Franc.
Aret. conſ. 4. ex facto proponitur. Barb. conſ. 8. ſapiẽter. col. 18. lib. 2. Fel. in c. cum olim. col. 1. ext. de offic.
deleg. Gui. Pap. ſing. 650. Dec. cõſ. 196. Dubia col. pe.
verſ. nõ obſtat. & cõſ. 493. viſo tenore inſtrumẽti, col.
* 2. verſ. & ideo quæ habet mãdatum, & illam eſſe* cõmunem opinionem atteſtatur Tiraq. vbi ſupr. nu. 13.
2 Limites velim concluſionem † nõ procedere in iudicio contentioſo in quo confeſſio facta nocet: vt de
confeſſione tutoris tradit Rom. in conſ. 389. nu. 3. per
not. in l. certum. §. ſed an ipſos. ff. de cõfeſ. l. 2. §. quod
obſeruari. C. de iurament. cal. & in l. 1. C. de confeſ.
Secus verò ſi extra iudicium, & parte abſente, quia
3 tunc non probat, † & ſic non nocet pupillo: vt conſuluit Ruin. conſ. 70. n. 2. vol. 4. & cauit I.C. in l. certum.
§. ſi quis abſente, de confeſſ. & notatur in l. admonendi. ff. de iureiur. & hoc apertiſſimè ſanxit Imp. Iuſtin.
in l. fi. in prin. C. arbitr. tut. iuncta gl. 1.
Secundò limitare tibi licebit, cõcluſionem locum
4 ſibi non vendicare, † ſi cõfeſſio facta ſit per tutorem,
vel alios, ſcilicet nominatos in inuentario publico, et
ſolenniter cõfecto: quia tunc plenè probat: etiam facta extra iudicium, & parte abſente: vt Ruin. reſpondit in d. conſ. 70. nu. 2. ſub fi. & docuit Sal. in l. fi. C. arbitr. tutel.

CONCLVSIO CCCLXXI.

ARGVMENTVM.

Confeſſio pupilli ſine tutoris authoritate, an probet.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio pupilli ſine tutoris authoritate non probat, & eſt nulla.*
Pupillus quippè ipſo iure tutus eſt ab omni præiudicio. ibid.
2 *Confeſſio minoris 25. annis valet, etiam quod facta ſit ſine auctoritate curatoris.*
3 *Confeſſio minoris facta in criminalibus non valet, niſi in tormentis.*
4 *Confeſſio minoris non probat etiam in tortura, quando cauſæ ſunt grauiores, vt quãdo agitur de capitis pœna.*
5 *Confeſſio minoris iuramẽto etiam firmata nullius eſt momenti, nec præiudicat.*

Confeſſionem pupilli ſine tutoris authoritate non ꝓ-
1 baret † & eſſe nullam apertè cauit Vlp. in l. certũ. §. in
pupillo. ff. de confeſ. & conſtituit Imp. Iuſtin. in l. clarũ. C. de auth. præſtan. & voluit Rom. in conſ. 257. nu.
3. Pupillus quippè ipſo iure tutus eſt ab omni præiudicio, vt ſcitum eſt in c. paruuli. 22. q. 1. quod etiã placuit Spec. tit. de confeſſ. §. ſequitur videre. in princ. &
idẽ de reſtit. in integr. §. 2. circa prin. docuit præterea
Bar. in l. 1. in pen. col. verſ. oppono. C. de confeſ. Doc.
* *communiter tradidere in d. l. certum. §. in pupillo.
ff. de confeſ. gl. hoc aſſeruit in l. iuſiurandum quod ex
conuentione. §. 1. ver. obſtabit. ff. de iureiur. cui accedit Panorm. in c. ex parte. in 2. col. de confeſ.
Confeſſio verò minoris viginti quinq; annis valet
2 † ẽt ſi facta ſit ſine authoritate curatoris, vt idem I.C.
tradidit in d. l. certum. §. vlt. ff. de confeſ. & idem in l.
ſi ex cauſa iudicati. §. 2. ff. de mino. cuius ſententiam
eſt ſequutus Spec. tit. de confeſ. §. ſequitur, in princ. &
in tit. de reſtitutione in integ. §. 2. circa prin. Bart. etiã
in l. 1. col. pen. C. de confeſſ. atq; Dyn. conſ. 38. Datur
tamen ei reſtitutio in integrum: vt dixit Spec. d. tit. de
confeſſ. verſ. fi. & per alios ſupra allegatos.
3 Limita concluſionem quantum ad minorem, † vt
eius confeſſio nõ valeat facta in criminalibus: niſi in
tormẽtis vt ſancitum eſt in l. clarum. & ibi Cyn. Bal.
in 2. notab. C. de auth. præſtan. & traditum eſt à Bald.
in addit. ad Spec. tit. de confeſſ. verſ. nota quòd in criminali: cui adhæret Panorm. in c. ex parte, in 3. colu.
verſ. ex his infertur. de confeſ. & c. fi. d. tit.
4 Sublimita concluſionẽ non procedere, ſcilicet † vt
confeſſio minoris nõ probet etiam in tortura, quãdo
cauſæ ſũt grauiores, veluti qñ ageretur de capitis pœna: vt reſpondit Marſ. conſ. 26. n. 9. & hoc ait cautum
eſſe etiam de iure communi, vt habetur per ſcribentes

Digitized by Google

tes oēs in l.clarā.C.de auth.præſtā.& voluit expreſsè
Ang.de Are.in tract.maleſi.in verbo, cōparent dicti
inquiſiti, verſ.nec nō ſis benè cautus,& idē Marſi.in
conſ.130.nu.2 :.vbi eadem quaſi verbotenus repetit.
Subamplia vt etiam confeſſio nullius ſit momen-
ti,quando iuramento eſſet firmata,verbi gratia ſi mi-
nor dicat,ne torqueatis me domine iudex,qa oīa cō-
5 fiteor,& iuro me non venire contra † qm̄ talis cōfeſ-
ſio cum iuramento facta non præiudicat, vt aſſeruit
idem Hipp.d.cōſ.26.nu.10.teſtat̄ Ang.d.loco;vbi ſu-
prà,& ait idem voluiſſe Bal.in l.1.in 15.col. verſ.ſed
pone.C.de cōfeſ.& dicit Iac.ita ſentire in auth.ſacra
mēta puberū.C.ſi aduer.vend.idē tenet Alb. de Roſ.
in 4.par.ſtatut.q.82.vbi inquit,hoc voluiſſe Azon.in
ſumma de auth.præſtā.& idē placuit Bal.in c. 1.§.itē
ſacramenta.de pac.iuram.firmā.in pen.col.verſ.mo-
dò quero &c idē ſenſere optimi quiq; iuris interpre-
tes,vt Ang.in l.1.C.de confeſſ.Bar.in l.certū §.in pu-
pillo.ff.de confeſſ. coniuncta eius doctrina in l. inter
oēs,in §.rectè.ff.de furt.Raph. Fulg. in d.l. clarū, vbi
refert Albe.de Roſ.dicens ſe hoc obtinuiſſe in facto
Alex.conſ.335.incip. in cauſa inquiſitionis in 2. col.
ver.2.vol.1.Nell.in tract.Bannit.in 1.q.in fi.Paris de
Put.in trac.ſuo ſyndicat.in 101.charta,in 3.col. verſ.
an confeſſio aduiri &c.& per Abb.in c.ex parte,in 3.
col.ver.ex his infert,ext.de cōfeſ.& latiſſimè Hipp.in
l.1.in prin.in 5.col verſ.8.requiritur, & in l.de mino-
re,in prin.in 10.col.verſ.vlterius.ff.de quæſt.

CONCLVSIO CCCLXXII.

ARGVMENTVM.

Confeſſio debitoris an probet contra alios
creditores.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio creditoris in aliqua ſcriptura. vel aliàs facta de
aliquo debito,quibuſdam aſſertis creditoribus non pro-
bat contra alios creditores, niſi aliter , quam per confeſ-
ſionem conſtet de debito.*
2 *Creditor poſterior,de cuius vera numeratione conſtat,pre-
fertur priori.*

Confeſſio debitoris in aliqua ſcriptura,
vel aliàs facta de aliquo debi-
1 to quibuſdā aſſertis creditoribus† non probat contra
alios creditores; niſi aliter, quam per confeſſionem
conſtet de debito: vt eleganter fuit cautum à Bartol.
Socyn.conſ.78.nu.2.volu.4. motus auctoritate Bart.
in l.poſt contractum,col.vlt.ff.de dona.quem refert,
& ſequitur Tiraq.de vtroq; retract. tit.de retrac.con-
uentio.§.1.gl.7.verb.preferenſ.nu.47.cui addit Cyn.
poſt Dyn.in l.vbi adhuc,in 12.q.C.de iur.dot. immò
creditor poſterior, de cuius vera numeratione cōſtat,
2 præfertur priori.†qui tantum habet confeſſionē debi
toris: vt colligere eſt ex Pauli reſponſo in l.Titius.ff.
que res pig.dar.poſſ.quā l.ſic intelligunt.glo. Bald.&
Ang.in l.diuerſis.C.qui potior.in pign.habeantur.

CONCLVSIO CCCLXXIII.

ARGVMENTVM.

Confeſſio creditoris dicentis ſibi ſatisfactū,
& ſibi ſolutum,quidquid ei promiſit fide-
iuſſor pro debitore ſuo, an probet ſolu-
tionem factam.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio creditoris dicentis ſibi ſatisfactū.& ſibi ſolutum
quidquid ei promiſit fideiuſſor pro debitore ſuo,probat
ſolutionem factam ab ipſo fideiuſſore,& ad quid.*
2 *Confeſſio reuera de ſoluto eſt probatio veræ ſolutionis , vel
releuatio a probatione veræ ſolutionis.*
3 *Fideiuſſor per confeſſionē factam eadem de recepto,liberā-
tur, & poteſt agere aduerſus debitorem principalem .*
4 *Confeſſio creditoris facta fideiuſſori , prodeſt debitori cō-
tra creditorem agentem,vt poſſit eum repellere exceptio-
ne ſolutionis factæ à fideiuſſore , per quam debitor libe-
ratur ope exceptionis .*
5 *Confeſſio facta fideiuſſori prodeſſe poteſt principali,quan
do intereſt fideiuſſoris , vt proſit debitori .*
6 *Iuri repugnāt eſt,approbare aliquid quoad vnum,& quo-
ad aliud illud dicere iniquum , & improbare .*
7 *Inſtrumentum confeſſionis ſine dubio prodeſt fideiuſſori
contra creditorem , & probat veram ſolutionem, &
prodeſt ei contra debitorem ad repetendum .*
8 *Inſtrumentū cum alio factū contra aliū non præiudicat.*
9 *Confeſſio creditoris etiam facta in abſentia debitoris, cum
ſit liberatiua ,ſibi præiudicat .*
Contrarium ibi, quod limitatur duodecim modis.
10 *In confeſſione liberatoria ineſt donatio .*
11 *Confeſſio creditoris , quando abſens debitor non eſt pror-
ſus extraneus,& ratione taciti pacti præſumpti,& quan-
do eſt facta in iudicio probat,& ſibi præiudicat .*
12 *Præſentia aduerſarij non requiritur in confeſſione ema-
nata in libello ſupplicatorio .*
13 *In confeſſione facta pro cauſa pia , vel fauorabili ,puta
in dote, non requiritur partis præſentia .*
14 *Confeſſio creditoris probat,vbi ſit verbum pro certo , vel
in veritate profiteor debitorem meum mihi non teneri .*
15 *Confeſſio creditoris ſi habeat iuramentum probat .*
16 *Confeſſio creditoris,ſi redacta eſt ad ſcripturam ,puta in
libro rationum probat .*
17 *Confeſſio creditoris ,ſi recipiatur nomine debitoris abſen-
tis,probat .*
18 *In actu dependente à ſola voluntate confitentis; vt in adi-
tione hæreditatis,non requiritur partis præſentia.*
19 *Sententia,quando facit ius quoad omnes , confeſſio etiam
prodeſt omnibus .*
20 *Confeſſio emanata ſuper actione reali probat .*

Confeſſio creditoris dicentis ſibi ſatisfa-
ctū,& ſibi ſolutū fuiſſe, quid-
1 quid ei promiſit fideiuſſor p̄ debitore ſuo,† p̄bat ſolu
tionē factā ab ipſo fideiuſſore ad hoc, vt ipſe fideiuſ-
ſor poſsit agere aduerſus debitorē,pro quo fideiuſſit:
ita Bar.conſulēdo docuit in conſ.160. inci. Titius p̄-
miſit,q̄ vberrimè & doctè p̄ſequitur Tiraq. de vtro-
que retrac.tit.de retrac.conſangui §.1.gl.18.nu.84.&
p̄ hoc faciūt,quę diximus in ſecūda ampliatione ad
concluſionē de confeſſione de recepto in hac etiam
ſnīa manſit Caſtr.q ita etiā dicit conſuluiſſe Franciſ-
cū Tigri.in l.duob.§.1.col.1.& ibi quoq; Alex.col.2.
ff.de iureiu.& ipſe Alex cōſ.25.viſo inſtrō cōtractus,
col.2.verſ.2.opportet.lib.2.& conſ. 123. qm̄ abundè.
lib.6.quorum opinioni cæteri ſe ipſi ſubſcripſere , vt
Cæpol.cōſ.ciuil.12.dubitatur, vbi alios multos citat.
Philip.Dec.in d.l.2.§.vlt.ſi cer.pet.& idem Dec. cōſ.
493.viſo tenore.quaſi per totum.Matthæ.ab Afflict.
deciſ.Neap.91.iterū in cauſa Alex.nu.3.rurſum dec.
94.ſunt duo ſocij,& deciſ. 150. Rex Alphonſus. col.
pen.& Paul.de Caſtr. conſ. 64. incip. quæritur vtrum
fideiuſſori , per totum . Quod etiam præter ſcriben-
tium auctoritates pluribus poteſt confirmari ratio-
2 nibus , quarum prima eſt, † quia confeſſio reuera de
ſoluto eſt probatio veræ ſolutionis.l.Publia.ff. de-
poſ.in fin.vel ſaltem eſt releuatio à probatione ve-
ræ ſolutionis , iuxta animaduerſa à Io. Andr. ſuper
rubric. de confeſſ. ſi ergo probat veram ſolutionem
ſequitur, vt fideiuſſor ex tali confeſſione dicatur ſa-
tisfeciſſe creditori de vera ſolutione, vnde cōſequit̄ ,
vt liberet̄ ab obligatione,q erat aſtrictus ipſi credito-
ri,&c.

ri,& poſſit ex tali liberatione,quę emergit in gratiam etiam debitoris; cum à creditore amplius ſibi moleſtia inferri non poſſit poſt talem ſuam confeſſionem de recepto,†poſſit inquam agere aduerſus ipſum debitorem principalem per talem confeſſionem factã à creditore fideiuſſori de recepto liberatuto; quã rationem adducit Caſtr.d.conſ.64.nu.1.ſub med.

Secunda ratio, quæ eſt ſimilis primæ, eſſe poteſt, etenim dicta cõfeſſio creditoris prodeſt debitori cõ-
4 tra creditorem agentem,†vt poſſit eũ repellere exceptione ſolutionis factæ à fideiuſſore, per quam debitor liberatur ope exceptionis, iuxta plenè notata in l.Papinianus.ff.de mand.& in l.Stichũ.§.ſi mãdato. ff.de ſolut.immò ad probandũ dictã ſolutionẽ poteſt
5 inducere inſtrm dictę confeſſionis,quod patet,†quia cõfeſſio facta fideiuſſori prodeſſe poteſt principali, qñ intereſt fideiuſſoris, vt proſit debitori,vt colligit ex l.hæredes.§.fi.ibi,& in rem pacta. ff. de pact. confeſſio.n.vim conuentionis habet.l.tale pactũ.eo.ti.& intereſt fideiuſſoris,vt proſit debitori ad hoc,vt facilius poſſit ab eo repetere,ergo proderit ipſi fideiuſſori,alioqui debitor eſſet de præda ſollicitus,qa excluderet creditorem agentem virtute dictæ cõfeſſionis, vnde quo ad creditorem approbaret dictam confeſſionem;& in ea ſe fundaret,& quantũ ad fideiuſſorẽ reprobaret,dicendo, dictã confeſſionẽ non ꝓbare ſolutionem,ſic etiam ipſum excluderet, quod non eſt dicendũ,vt tali modo vtrunq; excludat cum præda,
6 & lucro,l.ſi minoris.ff.de adminiſtr.tut.†& iuri repugnans eſt approbare aliquid quoad vnum, & quoad aliud illud dicere iniquũ,& improbare,vt clarius docet tex.in l.ſi ita ſtipulatio facta,in fi.ff.de oper.libert. & in l.in cauſa,in princ.ff. de procurat.

Tertia ratio eſt,quia prædictũ inſtrm confeſſionis
7 ſine dubio prodeſt fideiuſſori contra creditorem, †& probat veram ſolutionẽ,vt d.l.Publia.in fi.ergo & ꝓdeſt ei contra debitorem ad repetendũ, licèt non ſit factum inter ipſum,& debitorem,ſed inter ipſum, & creditorem,cæteroqui ſequeretur, vt etiam ſi dictum inſtrumentũ contineret veram ſolutionẽ, non tamẽ
8 probaret,† cum inſtrumentum cum alio factum corã aliũ non præiudicet,vt obſeruat Cyn.in l.antiquę. in 3.q.ff.ad Velleia.per l.ſi ff.de interrog.act.

Conſequens eſt falſum, quia ſi contineret verã ſolutionem, ſine dubio faceret fidem contra debitorẽ, licèt non eſſet cum eo factum,vt in c.2.de fideiuſſ.& ratio eſt,quia nõ ſunt omnino extraneæ perſonæ,ſed ad ſe inuicem contingũt in vno & eodẽ debito, iuxta notat.in l.idem in duobus.ff.de pact. Cùm ergo contineat verã ſolutionẽ, vel ſaltem veræ ſolutionis ꝓbationem, vt ſupra in concluſione dictum eſt, ſequitur concluſionem omninò,& ſine vlla dubitatione locũ habere,& procedere,hoc tamen addito temperamẽto, dũmodò renũciatum ſit ex parte creditoris exceptioni non nu. pec. vel ſi tempus opponẽdi prædictã exceptionem tranſiuit, alioqui confeſſio non haberet robur,vt colligitur ex l.in contractib.C.de nõ nu. pec.& tradidit Paul.de Caſtr.d.conſ.64. ſub fi.

Primò amplia concluſionem,vt procedat,etiam ſi
9 talis confeſſio ſit facta in abſentia debitoris,† nam & tunc cum ſit liberatiua præiudicat ipſi creditori confitenti, vt per Bal.fuit conſultum in cõſ.41.incip.minimis.lib.5.cui adhæſit Alex.in conſ.245.incip.ponderaris,col.fi.lib.6.& ſequitur Marſ.in l.fi.ff. de iuriſdictione omn.iud.n.16.cũ pluribus per eũ ibi allegatis,ꝙ etiam probauit gl.in l.nõ ſolùm. §. ſi liberationis.ff.de lib.leg.& hanc opinionẽ ſequitur Guliel. de Cun.in l.Pomponius.ff.de neg.geſt.idem aſſeuerauit Alb.in l.idẽ in duobus.§.1.ff. de pact. & protulit Bal. in l.generaliter.C. de non num.pec.

Contrariã opinionẽ iſtius ampliationis tanquã veriorẽ ſequutus eſt Martin.Laudẽ. in repetitione l.iuriſgentiũ,ſub nu.21.ff.de pact.ibiq; adducit quãplura iura id probantia,comprobat etiã authoritate Bar.& Bal.ſibimet repugnantiã,vnus in d.§.ſi liberationis, & alter in l.& hæredi.§.nos autem. ff. de pact. adducit & itẽ nonnullas rationes hoc corroborantes,qua-
10 rũ vna illa†eſt,ꝙ in confeſſione liberatoria ineſt donatio.l.ſi qs in obligatione.in gl.ff.de reg.iur.& donatio nõ fit abſẽti.l.abſenti.ff.de don.& l.ne ignorãs.C. eo.reſpondet etiã authoritate Ang.in d.l.idẽ duobus. §.1.ff.de pact. & tandem cõcludit pro hac opinione.

Limita primò hanc partem, & ſententiam Martini
11 ſecundum ipſum vbi ſupra,vt non procedat,† quãdo talis abſens nõ eſt prorſus extraneus, vt videre eſt ex d.l.idem in duobus.§.1.ff.de pact.

Secũdò limites velim ratione taciti pacti præſumpti per l.2.C.de pact.

Tertiò limitabis in confeſſione facta in iudicio ex l.poſtquam liti. C. eod.

Quartò limitare poteris non eſſe veram; quando
12 talis eſt actus,†in quo nõ requiritur præſentia aduerſarii,veluti in confeſſione emanata in libello ſupplicatorio,vt habetur ex reſcripto Imp. Diocler. & Maximia.in l.cum precum.C.de lib.cau.& fuit doctrina Bal.in l.poſtquam liti.

13 Quintò limita in cauſa pia, vel fauorabili,† vt in dote,ſic colligitur ex reſponſo Vlp.in l.ſi ego.§.1.ff. de iure dot.& obſeruauit Bal.in d.l. generaliter.

Sextò limitare tibi licebit, vbi ſit verbum pro cer-
14 to,†vel in veritate profiteor debitorem meum mihi non teneri,ſecundùm elegantem doctr. Bal. in rubr. res inter alios acta.

15 Septimò limita,†quando adeſt iuramentũ, vt ſancitum eſt in 1.q.7.c. quoties cordis oculus.

Octauò limita, quando confeſſio eſt redacta ad
16 ſcripturam,†veluti in lib.ratio.iuxta ſentent.Bart.in l.nuda ratio. ff. de donat.

17 Nonò limita non procedere,† quãdo quis recipiet illam cõfeſſionem nomine abſentis.l.reſcriptũ.§.fi. ff.de pactis,& huc pertinet, quod animaduertit gl. in l.huiuſmodi. ff. de leg. 1.

Decimò limita:vt nõ ꝓcedat in actu pẽdẽte à ſola
18 volũtate cõfitẽtis†vt in aditione hæreditatis.l.gerit, & ibi Bart.ff.de acq.hær.& no.in d.l.Pomponius.

Vndecimò limita,quando ſententia facit ius quoad omnia,& in caſib. enumeratis in l. in vnum. ff. de
19 ſtat.homin. † & tunc cõfeſſio etiam prodeſt omnib. ſecundùm doctr.Ant.de Butr.in c.ex parte. de cõfeſ.

20 Duodecimò limita in cõfeſſione emanata† ſuper actione reali,ſecundum Imo.in c.veniens.de renunciat.& vt de præfatis omnib. atteſtatur Martin. Lauden.d.l.iuriſgentium, nu.22. ff.de pact.

CONCLVSIO CCLXXIV.

ARGVMENTVM.

Confeſſio cedentis an probet contra ceſſionarium,& ei noceat.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio cedentis non probat contra ceſſionarium, nec ei nocet.*

2 *Iura prohibent eſſe in facultate cedentis confiteri & dolo, ac fraude tollere ius quæſitum ceſſionario.*

3 *Confeſſio cedentis non probat contra ceſſionarium, maximè quando ceſſio tendit ad commodum cedentis.*

4 *Confeſſio cedentis nunquam nocet ceſſionario eo caſu, quo ceſſionarius non haberet regreſſum contra cedentem.*

5 *Confeſſio cedentis quibus in caſibus noceat ceſſionario.*

6 *Confeſſio cedentis licèt nõ noceat ceſſionario,tamen in præiudicium ipſiuſmet inducit effectualem probationem.*

7 *Confeſſio cedentis nocebit ceſſionario, ſi ceſſio fuerit facta non ſimpliciter,ſed ſub aliqua conditione.*

Confeſ-

Confeſſionem cedentis nõ probare contra ceſſiona-
1 rium,†nec ei nocere rñdit Caſt. cõſ.134.nu.3.in cauſa ſer.Ludouici,lib.1.quod probat per l.facta.§.ſi hæres cum ibi plenè notatis.ff.ad Trebel.ad q́ ſpectat l. patrẽ.§.fi.ff.quemad.ſeruit.amittat.& in hanc ſententiam conſultus reſpondit Philip.Corn.cõſ.139.nu.4.
• lib.3.vbi aſſerit hanc eſſe*communẽ opinionem;p-
• ut etiam de*communi dicit Imo.in d.l.facta.§.ſi hæres,cui accedit Paris.conſ.58.nu.8.9.12.& ſeq.vol.1. & in conſ.19.num.59.lib.3.& de hoc conſulas Dyn. Ray.Bar.in l.ſeruus filij.§.1.ff.de leg.1.& Barto. poſt Dyn.in d.l.facta.§.ſi hæres,col.2.verſ.quæro vtrum confeſſio.& ibi Imol.& Paul.Caſtr.ff.ad Trebell.& Bar.in l.ſi actor,col.2.ver.ad horum declarationem. ff.de procur.& in l.ab emptione.nu.1.ff.de pact. vbi Paul.de Caſtro.&.nu.7.poſt Ang.ibi alleg. concor.& rõnes id&Barin l.ſi patrẽ.& ibi Florian.§.1.ff.quẽad. ſeruit.amittatur.nec deſunt ꝑmulti ſcribẽtes huius ſententiæ aſſertores,vt Spec.Io.And.& Bal.in addit.in fin.tit.de ceſſio act.§.1.colu.2.verſ.ſed nunquid ſola. Cyn.& Saly.in l.vit.C.de procur.Ant.de But.in cap. quãuis,col.2.ext.de re iud.Raph.Cuma.cõſ.79.licet. col.1.verſ.nec obſtat.lib.1.Alex.conſ.46.circa princ. num.11.lib.5.Corn.conſ.139.verſ.nec obſtat.lib.3. Goz.conſ.3.in cauſa mihi tranſmiſſa,col.2.nu.8.ver. nam ſi confeſſio.latiſſimè Tiraq.de vtroq; retrac.tit. de retract.Lignag.§.2.gl.2.n.14.Hercul.de prob.neg. nu.198.ver.40.fallit.Matth.ab Afflì.deciſ.163.dic 7. in fi.Alc.in l.1.§.ſed ſi mihi.nu.41.ff.de verb.obl.

Quòd etiam ea ratione cõfirmatur,ne ſit in facul-
2 tate cedentis confiteri,†& dolo,ac fraude tollere ius quæſitum ceſſionario;quod iura prohibẽt: vt p Abb. traditum eſt in c.2.de fid.inſt.col.2.verſ.primo caſu, cum alijs ibi adductis per Fel.nu.12.verſ.item intellige,quos ſequitur Paris.d.conſ.19.nu.61.lib.3.

3 Et intellige concluſionem in primis procedere,qñ ceſſio tendit ad commodum cedẽtis.vt voluit Corn. d.cõſ.139.ſub nu.4.lib.3.immò atteſtatur Alber.Galeo.in ſua Margarita,ſimpliciter tenens,q̃ nunquam nocet ceſſionario ceſſio cedentis eo caſu,quo ceſſio-
4 narius non haberet regreſſum†cõtra cedentem,quod dictum ſequitur Dyn.in d.l.ſeruum filij.§.1.de leg.1.

Limita concluſionem locum habere in tribus caſibus poſitis in l.ſi delegatio.C.de noua.videlicet,ſi ceſſionarius idem litem conteſtatus eſſet:vel partem debiti accepiſſet,vel deniq; denunciaſſet debitori,ne
5 cedenti ſolueret.†his enim caſibus cum ratum habere videatur omnem cedentis confeſſionem,ſequitur: vt illi,qualis illa ſit,noceat;cum ſibi præcluſerit erga cedentem regreſſum,vt ait Corn.d.conſ.139.num.4. atq; Dyn.d.l.ſeruum filij.§.1.de leg.1.

Secundò limita concluſionem,vt nõ vera ſit,quo-
6 ad ipſum confitentem:†nam licèt eius confeſſio non noceat ceſſionario,tamen in præiudicium ipſius cedentis inducit effectualem probationẽ,vt inquit Paris d.conſ.58.nu.8.lib.1.vbi de mẽte aliorum doctorum habet hoc pro abſoluto.

Tertiò limitabis locum ſibi non vendicare,ſi ceſſio fuerit facta non ſimpliciter,ſed ſub aliqua condi-
7 tione,†tunc enim eueniente conditione cõfeſsio cedentis nocebit ceſſionario,vt in terminis dixit Paris. in d.conſ.58.nu.11.& 13.libr.1.iuribus,& rationibus per eum ibi adductis.

CONCLVSIO CCCLXXV.

Confeſſio furioſi non probat,nec ei præiudicat,vt obſeruauimus ſuprà in verb.cõfeſſio,ver.ex propoſito.& Spec.aſſeruit tit.de confeſſio.§.ſequitẽ,verſ.13.ſed in hac concluſione dic,vt notauimus in concluſione,furioſus,in qua reperies declarationes & limitationes ad hæc dicta.

CONCLVSIO CCCLXXVI.

ARGVMENTVM.

Cõfeſſio Principis an probet contra ipſum, & hæredes ſuos.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio Principis probat contra ipſum,& ſuos hæredes, etiamſi facta eſſet abſente parte,maximè quãdo agitur de præiudicio concedentis,& confitentis.*
2 *Confeſſio Principis dicitur reſultare ex narratis per Regem ſicut,& ex narratis in precibus.*
3 *Rex,vel Princeps videtur fundare opinionem,& intentionem ſuam ſuper narratis in ſua confeſſione.*
4 *Confeſſio Principis ſufficit parti,vt contra hæredem agat, ſi ex ea conſtet de aliquibus,puta priuilegijs,& conceſſionibus,niſi probetur,quod facta ſit per errorem.*
5 *Probatio in contrarium confeſſionem factam coram hærede non debet admitti.*
6 *Confeſſio Principis probat contra ipſum,& ſuos hæredes, etiam ſi talis ſit,quod in ſuis dominijs non recognoſcat ſuperiorem,vel qui ſaltem de facto habeatur pro ſupremo Principe.*
7 *Confeſſio Principis facit præſumptionem donationis per ipſum factæ,vel conceſſionis de re,quam confitetur,vt ſi dicat rem eſſe alterius,ex eius cõfeſſione tribuitur ius, & præſumitur illi conceſſiſſe,& donaſſe.*
8 *Princeps,ſi nominat ciuitatem,quæ non eſt,vel nominat aliquem ſub titulo dignitatis,quam non habet,cenſetur velle,quod talis fiat,& eis conferre ius.*
9 *Scientia Principis in confeſſione cenſetur ipſo iure probata ex ſola veriſimilitudine.*
10 *Scientia certa præſumitur in Principe,cum confitetur de negotio ad eum pertinente.*

1 Confeſſionem Principis ꝓbare cõtra ipſũ,†& ſuos hæredes,auctor eſt mihi conſulendo Ruin.in conſ.251. nu.7.vol.1.arg.l.Publia.§.ſi ff.depoſ.l.generaliter.C. de non nu.pec.l.vnica.C.de confeſſi.

Hoc velim amplies,vt etiam vera ſit,quamuis cõfeſſio facta eſſet abſente parte:vt docuit Bar.in l.nuda,de donat.& tradidit Imo.poſt alios in c.ſi caut.ex. de fid.inſtr.& Ruin.vbi ſupra.nu.7.

Verũ animaduertendũ eſt,cõcluſionẽ tunc maximè procedere,quãdo agitur de præiudicio concedẽtis,& cõfitentis,vt Rui.placuit vbi ſupra,quamuis diſtinguendũ eſſet,vt confeſsio Principis præiudicaret ẽt alijs,an emanata fuerit ex certa ſcientia,necnè:vt ſupra in concluſione,certa ſcientia,abũdè dictum eſt.

Et hęc confeſsio Principis dicitur reſultare ex nar-
2 ratis per Regem,†ſicut & aliàs reſultat ex narratis in precibus.l.cum precum.C.de li.cauſ.& per Abb.traditũ eſt in c.examinata.de iudi.& præſertim q̃a Rex, vel Princeps videtur fundare opinionem,& intẽtio-
3 nem ſuam†ſuper narratis in ſua confeſsione,vt ſancitũ eſt in c.ſi Papa.de priuileg.in 6.& per no.in clem. 1.de prob.& placuit Ruin.vbi ſuprà.

Vndè fit,vt ſi ex confeſsione Principis conſtet de
4 aliquibus veluti priuilegijs,& conceſſionibus†talis confeſſio ſufficiat parti,vt contra hæredem agat,vt inquit Rui.vbi ſuprà,niſi probetur per hæredes,quòd talis confeſſio Principis facta ſit per errorẽ,iuxta notata per Bart.in l.non fatetur.de confeſſ.Alex.in l.ſi diuortio.ff.de verb.obl.

5 Si tamẽ confeſſio facta eſſet coram hærede†nõ debet admitti probatio in cõtrariũ,per ea,quæ obſeruauit gl.in d.clem 1.de prob.Ruin.vbi ſupra.nu.8.

Secundò amplia concluſionẽ,etiam locũ habere in tali Principe,qui in ſuis dominijs non recognoſcit
6 ſuperiorẽ,†vel q̃ ſaltẽ de facto habetur pro ſupremo Principe,

Principe,ſecundùm Card.in conſ.128.incip.in queſt.
quæ vertitur, & recentiores in c.cùm à nobis. de te-
ſtib.& faciunt notata per Bart.in l.hoſtes.de capti. &
poſtli.vbi ſupra, num. 8.

Huc ſpectat,quòd cõfeſſio Principis facit præſum-
ptionẽ donationis per ipſum factæ, vel confeſſionis
7 de re,q̃ confitetur,† vt ſi cõfiteatur talem rem eſſe al-
terius,nam ex huiuſmodi confeſſione tribuitur ius,&
præſumitur illi conceſſiſſe, & donaſſe, vt conſtat ex
allegatis per Albenſ.cõſ.65.nu. 38. & reſpondit Soc.
conſ.187.col.3.verſ.confirmantur præmiſſa.in 2.vol.
& probauit Aret.conſ.42. incip. & idẽ,atq; Soc. in d.
conſ.86.in prin.in 1.vol.& id ſatis ꝓbat tex. in l. 2. §.
ſimiliq; modo.C.de latin.liber.tol.& in §.fi Inſtit.de
adopt.& ait Inn. in c. cũ ab eccleſ.col.2.verſ. itẽ hoc
ipſo de offic. ord. Quòd cũ Princeps nominet ciuita-
8 tem,quæ non ſit,† vel vocet aliquẽ ſub titulo dignita
tis,q̃ non habeat,cenſetur velle,vt tales fiant,& cõ-
ferre ius,& ſequitur ibi Io.And. col. 3. verſ. Princeps
aũt.& clarius tradit Anch.in c.ſtatutũ.§. nec audiat.
col.2.ver.ſed quid dices,de reſcr.in 6.& quãuis Inno.
vbi ſup.requirat, vt Princeps confiteat̃ ex certa ſcien
9 tia,vel cõcedat quidpiã, †talis tamen ſcientia cenſet̃
ipſo iure ꝓbata ex ſola veriſimilitudine, iuxta ſnĩam
Bar.in l.2.C.ſi ſeruus,vel lib.ad decur.lib.10.& dictũ
10 eſt ſup. in concl. certa ſcientia,quinimò † talis certa
ſcientia ꝓſumit̃ in Principe,cũ confiteat̃ de negotio
ad eũ pertinente,vt tradit Ang.Aret.in d.§.fi.Inſt.de
adop.in fi.& Iac.Mand.Albẽſ.d.cõſ.64.nu.3. cũ ſeq.

CONCLVSIO CCCLXXVII.

ARGVMENTVM.

Confeſſio coram ſacerdote in pœnitentia fa-
cta,an probet in iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio coram ſacerdote in pœnitentia facta non probat in iudicio.*

2 *Sacerdos confeſſionem releuans incurrit pœnam cap. omnis de pœnitent. & remiſſione.*

3 *Teſtimonium eius, qui deponit de confeſſione coram ſacerdote facta,quam ipſe audiuit, non probat.*

4 *Cõfeſſio facta ſacerdoti in cã matrimoniali ꝓbat in iudicio*

5 *Sacerdos cum ſciat ſibi confeſſa vt Deus, & non vt homo, eius dictum non poteſt probationem facere.*

6 *Reuelatio confeſſionis tam verbo,quam ſigno, vel quouis alio modo prorſus prohibita ſub pœna quaſi hæreſis.*

7 *Nulla extaret differentia inter forum conſcientiæ, & forum iudiciale, ſi promitteretur ſacerdoti: vt in cauſa matrimoniali valeret detegere confeſſionem, & eius dictum probaret.*

8 *Intellectus glo.in c.tua nos.de ſponſ.in verb. qualiter conſtituerit,quem vide per totum vſque ad num. 9.*

9 *Licentia ſi data fuerit a confitente ſacerdoti,vt confeſſionem reuelet, & ſacerdos ſit fide dignus, dictum eius probat, & creditur.*

10 *Clericus, vel ſacerdos poteſt reuelare confeſſionem de conſenſu, & licentia expreſſa ſibi data a pœnitente, & confitente.*

11 *Confeſſum quem fuiſſe in pœnitentia ſacerdoti, & eidem per confeſſorem pœnitentiam impoſitam probatur per ſolum ſacerdotem.*

12 *Crimen occultum, occultam, & publicum publicam pœnitentiam requirit.*

13 *Confeſſione probata, & impoſitione pœnitentiæ per ſacerdotem, non oportet probare pœnitentiam peractam.*

14 *Confeſſionem reuelatam à ſacerdote probatur ex eo,quod ipſe eam audiuerit coram pluribus.*

1 Confeſſio coram ſacerdote in pœnitentia
facta † non probat in iudicio:
quia,vt inquit Bal.in l. Archigerontes.C.de epiſcop.
aud.cenſet̃ facta coram Deo, vt in c. ſi ſacerdos, de
2 offic.ordin. immò ſi ſacerdos eam enunciet † incidit
in pœnam c.omnis,de pœnit.& remiſſionib.ita Bald.
in l.Archigerontes. C. de epiſc. audien.quem refert,
& ſequitur Fel.in c.teſtimonium.col.13.nu.35. de te-
ſtib.addo Abb. in c.fi.de ſucceſſ. ab inteſta. & in ad-
dit.ad peact.Papienſ.in 1.forma act.verſ. compella-
tis,nu.5.Iaſ.in l.1.§.huius ſtudij.ff.de iuſtit. & iure, &
ibi ſequitur Fortunius Garzias nu.20.

Primò amplia concluſionem, vt eo vſq; procedat,
vt & ſi teſtes, qui audierint illam confeſſionem con-
fitentis coram ſacerdote depoſuerent de ea in iudicio
3 † teſtimonium eorum non probaret, vt confeſſio in
pœnitentia facta præiudicet in aliquo confitenti, vt
Io.Andr.tràdidit in ca.fi. de temp.ordinat.& Fel.in c.
deniq; de excep. nu. 3. teſtatur Tindarus in dialogo de
teſtib.fol.20.verſ.ſequitur alia pars, de teſtib.

Primò limita, ſi huiuſmodi confeſſio facta fuiſſet
4 in cauſa matrimoniali, † tunc enim probaret in iu-
dicio,vt me docuit gl.in c.tua de ſponſalib. quam ad
hoc arbitratur Rom. ſingularem in l. ſi non ſpeciali.
C.de teſta.Iaſ.in l.patre furioſo,in 5.col.verſ.ꝙ cõfir-
mo.ff.de his,q ſũt,& in l.1.§.huius ſtudij.ff.d iuſ. & iu.

Contrarium ſenſit Fortunius Garzias in d.l.1.§.hu
ius ſtudij,nu.21.de iuſt.& iur.ea ratione,quia cum ſa-
5 cerdos ſciat ſibi cõfeſſa,vt Deus,& nõ vt homo,†eius
dictum non poteſt probationem facere, vt per hanc
rationem voluit etiã Abb. in c. omnis vtriuſq; ſexus,
in vlt. notab. de pœnit. & huc pertinent verba ipſiuſ-
met cõtext.in c.omnis,ponderado verbum,omninò,
verbum,quouis modo,& verb. aliquatenus, per quæ
omnis prorſus reuelatio(vt aiunt) prohibetur tã ver-
6 bo,quàm ſigno,vel quouis alio modo,†etiã ſub pœna
quaſi hæreſis. Alioqui,ſi permitteret̃ ſacerdoti, vt in
cã matrimoniali commiſſa poſſet enunciare, & eius
dictum probaret,nullum extaret diſcrimen inter forũ
7 conſcientiæ,†& forũ iudiciale,quia eo ipſo, ꝙ ſacer-
doti cõfitetur per pœnitentẽ veritas,poterit ipſe id pa
tefacere, ꝙ eſt cõtra diſpoſitionem ſacrorũ canonũ,
& mentem omniũ Doctorũ,vt in c.tua nos.de ſponſ.

Nec huic ſententiæ videtur repugnare. glo. in d.c.
tua nos. de ſponſ. in verb. qualiter conſtituerit, quæ
8 contra ſenſit,nam ſi ea diligenter introſpiciatur,† nõ
dicit,neq; intelligit,confeſſionem factam in foro pœ-
nitentiali poſſe adduci in foro iudiciali, ſed tantùm
in eodẽ foro pœnitentiæ, vt non obſcurè demonſtrãt
illa verba, hoc ei cõfeſſus fuit pœnitentiali iudicio,in
quo cuilibet eſt credendum,expone verbum.in quo,
ideſt in quo iudicio pœnitentiali,& non iudiciali, cũ
de hoc foro iudiciali nulla fuerit facta mẽtio,& ideò
ad illud relatio fieri non poteſt. Quinimò in poſtre-
mis verbis dilucidè dixit glo. quòd in iudicio prom-
bunali nulla fides haberetur ei in præiudicium tertij,
quod clarius patet ex ratione,quam gl.ibi reddit, ibi,
quia ſibi ſoli poteſt præiudicare,& quod non eſt veri
ſimile,quòd ſit immemor ſuæ ſalutis, hæc enim non
poſſunt accommodari in foro iudiciali,quia confeſ-
ſio in illo caſu probat,nõ præiudicat ſibi ſoli,ſed par-
ti aduerſe,cum ex ea confeſſione indicaretur deceptã
eſſe puellam, & matrimonium non eſſe, vt ex his di-
xit Garzias.d.§.huius ſtudij,ſub nu. 21. verſ. nec ob-
ſtat.gl. de iuſt. & iur.in quo loco etiam reſpondit ad
dictum Innoc.& Abb.in c.parochiano. de ſepult. qđ
intelligit ꝓcedere in debitis,& delictis publicis, vt ẽt
tex.ille loquitur ſm̃ Rom.& alios proximè citatos.

9 Secundò limita,†quotieſcunq; ſacerdoti data fuiſ-
ſet à tali, confitẽte facultas,vt e maniãfeſtaret,& ta-
lis ſacerdos eſſet fide dignus, quia tunc probaret, &
crederet̃ dicto ſacerdotis. Vnde hoc caſu dictũ vnius
teſtis plenè probat,vt ex multis allatis cõſtat ab Aut.
Gabriel.

Gabr.in concl.1.de teſt.num.28.verſ.ſeptimò limita.
lib.1.in ſuis concl.in 5.concluſione,verſ.fallit quãdo
ſacerdos,& tradidit Lap.allegat.94.incip. quidã pre-
sbyter.num.2.Fel.in c.teſtimoniũ.nu.35.verſ.intelli-
ge quòd ſacerdos,de teſt.& idem in c.nemo.in princ.
ver.noto in verb.teſtimonium,& ver.intellige, quòd
poteſt,de ſimon.& in c.Matthæus,poſt princ. verſ.&
elegãter.Lap.co.tit.de ſimo.& in c.1.col.2.cir. med.
verſ.quia confeſſor.nu.3.de except.vbi multa ad hoc
in mediũ profert, & fuit obſeruatũ latè per Frã. Viu.
in ſuis commun.opinion.verbo cõfeſsio ext.vbi atte-
* ſtatur hanc eſſe communem opinionem,* † nam cle-
10 ricus, vel ſacerdos poteſt aperire confeſsionem con-
ſenſu,& venia expreſſa ſibi data à pœnitente,& con-
* fitente,ſecundũ *omnes in c.ſignificaſti.ex. de adult.
latè Ioan.And.proſequitur de renuntiatione in 1.gl.
& per ea quę notantur per Mil.in reper.in verb.teſtis,
verſ.teſtimonium ſacerdos,& Feli.in d.c.teſtimoniũ
nu.34.de teſtib.cum ibi alleg.

Et de hac materia conſulas latè tradẽtem Lapum.
d.allegatione 94. vbi pertractat vberrimè materiam
reuelationis cõfeſsionis per ſacerdotem factæ. nu. 1.
& 2.& Didac.Couarru.in epit.4.lib.decretal.c.8.§.12.
de pact.num. 9.

Vnum tamen hic te velim admonitum;vt per ſolũ
ſacerdotẽ probetur aliquem fuiſſe ſacerdoti in pęni-
11 tentia confeſſum,†& eidem per confeſſorẽ fuiſſe pe-
nitentiam impoſitam,vt notat gl.in c.tua nos.ext. de
ſpõſalib.& in c. ſignificaſti.ex.de homi.& gl.adhæſit
Alber.in l.unica.C.de confeſſ. atque auctor addit.ad
pract.Papiẽ.in forma actionis realis in uerb.compel-
latis,nu.6.& idem uoluit Fel.in d.c.teſtimonium.nu.
35.ad ſatisfactionem,uel pœnitentiã factã fuiſſe pro-
batur per illos,qui uiderunt, ꝙ ſi crimẽ ſit occultum,
12 †ſufficit ſi pœnitẽtia ſit occulta;& rurſus ſi ſit publi-
cum delictum, debet eſſe publica, ita Hoſtiẽ.tradidit
in d.c.teſtimonium;quem refert,& ſequitur Fely ubi
ſupr.n.35.ubi tñ.nu.36.ait,& cõcludit ex allegatis ibi
per eum:ut probata confeſsione, & impoſitione pœ-
13 nitentiæ per ſacerdotem,ut ſuprà †nõ opus ſit proba-
re pœnitentiam peractam eſſe: ut ex allegatis ibi per
eũ:idem Fel.monuit in c.deniq; de exceptio.nu.3.

Prætereà illud ſuperpondij loco velim obſerues,ꝙ
cõfeſſio facta ſacerdoti fuerit reuelata per ipſum ſa-
cerdotem,probatur ex eo,quòd ſacerdos eã audiuerit
14 cõram pluribus,licèt & in iudicium illam non depo-
ſuerit,ita proditũ eſt ab Arch.de pœnitent.diſtinc.6.
c.ſacerdos,nu.4.cum ibi alleg.Fel.etiam placuit in c.
teſtimonium,ext.de teſtib.nu.35.

CONCLVSIO CCCLXXVIII.

ARGVMENTVM.

Confeſſio erronea an probet, & præiudicet confitenti: etiam quòd fuerit formiter acceptata, reiterata, & per ipſum iurata.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio erronea non probat, neque præiudicat confitenti, etiam quòd fuerit formiter probata, & acceptata: ſed reuocari poteſt.*
2 *Confeſsio erronea etiam quòd ſæpiùs, & pluries fuerit reiterata, & deliberata non probat.*
3 *Confeſsio erronea non probat, etiam quòd fuerit iurata.*
4 *Confeſsio erronea, ſiue error ſit facti, ſiue iuris non probat.*
5 *Confeſsionem fuiſſe errore factam, in dubio non præſumitur, & illam allegans probare tenetur.*
6 *Confeſsio quomodo cognoſcatur erronea, vide remiſsiuè.*

Confeſsionem erroneam non probaret,neq; pręiudi-
1 caret confitenti,†etiam ſi fuiſſet formiter probata, &
acceptata,conſtitutum reliquere Impp.Diocletia.&
Maxim.in l.error.C.de iur.& fact.ign.non enim fate-
tur,q errat,vt inquit Vlp.I.C.in l.non fatet. ff. de cõ-
feſ.ꝙ & tradidere Doct.in c.fi.ext.eod.tit. & docuit
Bar.in l.c.q.10.ff.ad l.Iul.de adult.& ibi in addit.imò
talis confeſſio erronea reuocari poteſt, iuxta ſenten
tiã Iaſ.in l.1.col.2.verſ.3.ſubtilius.C.de error. calcul.
* teſtatur de *communi opinione,& habetur in l.ſed ſi
me puerum.& ibi Doct ff. de condict.indeb.huic eidẽ
enũciato fauent ẽt l.cũ falſa.& l.ſi poſt diuiſionẽ. C.
de iur.& fact.ign.& l.cum de indebito. ff.de prob. &
Fran.Cur.conſ.69.col.fi.verſ.quia videmus.nu.8.

Primò amplia,etiam ſi ſæpius,& identidem fuiſſet
2 repetita,& eſſet deliberata: vt Herc. dixit de proban.
neg.nu.198.ver.16.fallit,idem placuit plurimis alijs,
vt Dec.conſ.408.col.fi.Paris.conſ.131.lib.7.num.35.
Spec.in tit.de poſit.§.fi.nu.8.ver.itẽ ſi ponens.Rom.
cõſ.391.col.1.& idẽ in l.ſi verò.§.de viro.fall.31.nu.
59.ff.ſol.mat.Fran.in c.1.col.1.ver.3.limita,de accuſ.
in 6.Iaſ.in l.error.col.fi.verſ.2.principaliter.C.de iur.
& fac.ign.& in d.l.1.col.2.ver.2.ſubtilius.C. de erro-
* re calculi.vbi dicit hanc eſſe *communẽ opinionem:
* & ibi Dec.col.2. vbi ipſe quoq; teſtatur de *cõmuni,
Rui.conſ.10.col.pen.verſ.nec obſtat,vol. 3.

3 Secundò ampliabis,etiã ſi fuerit iurata:†non enim
probat:vt videre eſt ex ijs,quæ retulit Dec.d.cõſ. 408.
per totum,qui loquitur de confeſſione erronea iura-
ta,& non iurata:& videas Paris.d.conſ.1 1.nu.35.cũ
ſeq. & Herc. vbi ſuprà.

4 Tertiò amplia,ſiue error ſit facti,ſiue iuris† cũ nec
ẽt ꝓbet.vt auctor eſt Paul.de Caſt.in l.ſi poſt diuiſio-
nẽ.C.de iur.& fact.ign.l.nõ fatet.ff.de confeſſ.quẽ re-
fert,& ſequitur Dec.d.conſ.408.nu.5.& Pau.Caſt.vbi
ſupra ait,ſaltẽ hoc procedere in confeſſione extraiu-
diciali,& adeat ad idẽ in ſimili notata p Deciũ,vbi
ſup.nu.6.& ad hęc,quæ dicta ſunt de cõfeſſione erro-
nea adde,q̃ diximus in 2a ſublimitatione ad 25. limi-
tationem concluſionis de confeſſione abſente parte.

5 Hic tñ aduertas,† vt in dubio non præſumatur,con-
feſſionem fuiſſe errore factã,quinimò illam erroneã
allegans tenetur probare,vt aſſeruit Bar.in l.non fatet.
ff.de confeſſ.quem refert,& ſequitur Crau.in tract.de
antiq.tẽp.in 1.par.verbo propoſitũ noſtrũ, nu. 6. &
habetur in l.ſi poſt diuiſionẽ.& l.error C.de iur.& fact.
6 ign.idem voluit Corn.cõſ.259.col.fi.vol.4.†quomo-
do verò cognoſcatur erronea,cõſulas Auguſt. Bero.
conſ.87.nu.11.lib.2.& conſ.152.nu.8.9. & ſeq.lib.3.

CONCLVSIO CCCLXXIX.

ARGVMENTVM.

Confeſſio an & quomodo probetur per teſtes etiam ſingulares.

SVMMARIVM.

1 *Cõfeſſio probatur p teſtes ſaltẽ duos omni exceptione maiores, qui debent eſſe conteſtes, aliàs erit nullius effectus.*
2 *Confeſſio probata per duos teſtes, non facit tamen niſi ſemiplenam probationem.*
3 *Confeſſio facta parte abſente probata per duos teſtes ſemiplenam, & parte præſente per eoſdem plenam probationem facit.*
4 *In confeſsione non ſufficit dicere parte præſente: ſed etiam oportet, quod dicatur, & expreſsè acceptante.*
5 *Confeſsio probari etiam poteſt per teſtes ſingulares.*
6 *Teſtes duo ſi deponãt de confeſſione facta in indiuiduo probant, ſed ſi diuerſimodè, & ſint ſingulares, non probant nec ſemiplenè.*
7 *Confeſſiones ita probatæ per ſingulares teſtes, vt qualibet per ſe ſola ſemiplenè probet; non tamen coniunguntur*

ad effectum plenæ probationis; immo delicti teſtes tanquam ſingulares confeſſionem non probant.

8 *Teſtes ſingulares deponentes de duabus confeſſionibus non iunguntur ad faciendam plenam probationem.*

9 *Teſtis deponens de veritate licet ſit ſingularis, tamen probat, & coniungitur ad plenam probationem faciēdam.*

10 *Singularitas teſtis de veritate deponentis ad plenā probationem faciendā non eſt obſtatiua, ſed adminiculatiua.*

11 *Teſtes diuerſimode deponētes licet ſint ſingulares de loco, et tēpore, ſi tamen concordant in facto principali probant.*

12 *Teſtes ſingulares coniūgū ad probandū confeſſionē abſētis.*

13 *Confeſſio abſente parte probata per duos teſtes, quæ inducit ſemiplenam probationem, cōiungitur cum probatione famæ quæ eſt ſpeciei diuerſæ, & a fortiori coniungi debet cum alia confeſſione eiuſdem ſpeciei.*

14 *Teſtes ſingulares coniunguntur, vt plenè probent, quando tendunt ad eundem finem licet per diuerſa media.*

15 *Teſtis deponens de veritate facti coniungitur cum altero deponente de confeſſione, et plenè probent.*

16 *Teſtis deponens de confeſſione abſente parte ſemiplenè non probat.*

17 *Teſtes ſi deducuntur ad probandum debitum, licet deponant de diuerſis confeſſionibus, & circa confeſſionē ſint ſingulares, tamen probant debitum.*

18 *Confeſſio facta parte præſente probetur per vnum teſtem tantum, et ſaltem facit ſemiplenam probationem.*

19 *Teſtis deponens de confeſſione in abſentia partis nō ꝓbat.*

20 *Confeſſio coram ſacerdote facta in foro pœnitentiæ per ſolum ſacerdotem probatur.*

21 *Confeſſioni principalis magis creditur, quam mille teſtibus contra eam deferentibus.*

22 *Teſtes ſi rogati non ſint, non probent.*

1 CONFESSIONEM probari p teſtes ſaltem duos omni ex-
ceptione maiores, plurimi tradidere: vt Albet. conſil.
56. nu. 28. gl. & Doct. in l. fi. C. famil. erciſc. Bal. conſ.
447. & cōſ. 10 in quæſtione quæ vertitur, nu. 2. vol. 5.
& Paris conſ. 60. nu. 45. vol 4. vbi ait, debere eſſe contestes,
alioqui hmōi confeſſio eſt nullius momēti, vt
ex allegatis per eundem ibi nu. 46. & tradidere Ant.
de But. & alii, qui eum ſequuntur, in c. licèt ex quadā,
col. pe. extr. de teſt. & Cin. in l. 2. C quę ſit lōg. cōſuet.
& Paul. Caſt. conſ. 277. aliàs 143. viſo proceſſu. col. 2.
poſt nu. 8 & conſ. 378. aliàs 119. viſa petitione, col. 2.
poſt nu. 5. vol. 2. per Iaſ. in l. admonēdi. nu. 256. de iu-
2 reiur. † Et quamuis maximè ita probata foret cōfeſſio
per duos teſtes, tamen non faceret, niſi ſemiplenā ꝓ-
bationē, vt voluit Paris. vbi ſup. nu. 46. ita tradit Bart.
in d. l. admonendi. col. 13. ver. his præmiſſis: & ibi Iaſ.
nu. 256. Quod intellige, ſi hmōi confeſſio facta fuerit
3 parte abſente. † & quod abſente parte probari debeat
per duos teſtes, ait Fran c. 1. col. 3 verſ. & intellige. de
appellat. ſecus verò; ſi parte præſente: quia tunc probata
per duos teſtes plenè probat, vt colligere eſt, ex
l. Publia. §. fin. ff. depoſ. & l. generaliter. C. de non nu.
pec. atq; reſpondit Ruin. conſ. 72. nu. 4. vol. 4. Herc. ēt
de prob. neg. nu. 198. verſ. 15. fallit, immò nec ſufficit
4 dicere parte præſente; † ſed etiam oportet, vt quod dicatur,
& expreſſè acceptante: vt Hipp. dixit in rub. C.
de probat. nu. 124. in fi. & Spec. tit. de don inter vir. &
vxor. §. p veſtras. col. 2. ſed ad hoc vide, quæ latiſſimè
à nobis dicta fuerunt in prima ampliatione cum limitatione
ſequenti ad concluſionem de confeſſione
facta parte præſente, & per totam concl. de confeſſione
abſente parte.

5 Amplia, vt probari poſſit † per teſtes ſingulares ſecundum
Pariſ. conſ. 34. verſ. 19. lib. 1. ſed contrariā ſequutus
eſt ſententiam Aymo Crau. cōſ. 33. col. 8. nu.
35. qui alios adducit. Hoc tamen poterit reconciliari
per proximam primā ſublimitationem ad ſubſequētem
limitationem.

Primò limita, dūmodo duo teſtes deponant de cō-
feſſione facta in indiuiduo. ſecùs, ſi vnus teſtis deponat
de cōfeſſione facta vno die, & loco, & alius depo-
6 nat de alia, † & ſic teſtes ſint ſingulares, quia tunc non
probant, etiam ſemiplenè, etiam ſi eſſent mille teſtes,
& iungerētur, vt aſſeuerauit Alex. cōſ. 36. col. 2. & cōſ.
39. poſt nu. 8. vol. 5. idē voluit Ruin. cōſ. 72. nu. 5. vol.
4. vbi (quod fortius eſt) ait, q̄ ſi talis cōfeſſio ita ꝓbata,
vt videlicet per ſingulares teſtes, eſſet ita probata
vt quælibet confeſſio per ſe ſola ſemiplenè probaret,
7 † q̄ tamen non coniungerentur tales confeſſiones ad
effectū plenæ probationis. immò dicti teſtes tanquam
ſingulares plenè non probant dictā confeſſionē, nec
coniunguntur, vt conſuluit Paris. conſ. 60. nu. 45. vol.
4. cum ibi alleg. & in conſ. 57. nu. 4. eo. vol. & tradidit
Rober. Marant. in tract. de ordi. iud. part. 6. de cōfeſſione
in 5. actu nu. 14. & Crau. conſ. 267. nu. 1.

8 Illud prętereà velim obſerues, † vt teſtes ſingulares
deponentes de duabus confeſſionibus non iungātur
ad faciendā plenam probationem, vt Hipp. de Marſi.
tradidit in l. de minore. §. plurimum. nu 9. cui accedit
Aymo Crau. de antiq. temp. par. 4. ſ. ſectio. nu. 25. atque
Franciſ. Cur. tract. de teſt. num. 94.

9 Sublimita, ſi vnus teſtis deponat de veritate, † quia
tunc licèt ſint ſingulares, tamen probant, & coniungūtur
ad plenā probationē faciendā, vt ait Pariſ. conſ.
75. n. 13. vol. 1. vt in ſimili tradit Alc. et nouiſſimi ibi
ſequuntur in l. Gallus. §. ille caſus. n. 14. ver. ſed ꝓ iſtorū
intelligentia. ff. de libe. & poſthu. & Pariſ. conſ. 50.
10 nu. 42. d. vol. 1. & ratio eſt, q̄ a iſto caſu † hęc ſingularitas
non eſt obſtatiua, ſed adminiculatiua, quę nō obſtat,
ſed debet adminiculari ad faciendā p'euā probationē,
vt ita loquutus eſt Pariſ. d. conſ. 42. nu. 43. cū ibi
addnchs eo vol. 1. vltra quos adde Crau. de antiq. tēp.
in 4. par. ver. ſed enim. fol. 189. & idem conſ. 267. ver.
& qui coniunguntur. quem tamen conſiderabis.

Secūdò ſublimita, ſi hmōi teſtes deponant de diuerſis
cōfeſſionibus, dūmodo ex tali diuerſitate oriatur
repugnantia, aut facti diuerſitas, ſed idem ſemper
11 emergat effectus, † q̄ a tunc licèt ſint ſingulares de loco,
& tempore, tū cum conueniant in facto principali
ꝓbant, vt patet ex multis relatis a Crau. d. conſ. 267.
col. 1. ver. p̄tereà. nu. 6. & ita voluit Soc. conſ. 99. n. 15.
vol. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 380. iudex, in fin. lib. 1. & in
cōſ. 199. viſa petitione. col. 2. circa med. & in cōſ. 141.
viſo ꝓceſſu. col. fi. lib. 2. quod ēt probauere plurimi alij
conſulentes, vt Io. de Ana. conſ. 55. in 2. dubio. Alex.
in conſ. 53. col. 2. circa med. verſ. ergo enī præſuppoſito.
vol. 1. Calcan. in cōſ. 9. col. 5. poſt med. Dec cōſ.
650. col. 2. poſt mediū, vbi refert, & ſequitur illud cōſ.
Caſtr. 380. Iudex, in fi. lib. 1 idem tenet Curt. iun. conſ.
12 168. col. 7. vbi Curtius voluit † cōiungi teſtes ſingulares
ad probandū confeſſionem abſentis, ad idē adduco
Aret. in conſ. 65. in præſenti conſultatione. col. 2.
poſt med. in 2. dubio, vbi confeſſio abſente parte probata
per duos teſtes, quæ inducit ſemiplenam probationē
cōiungitur cū probatione famæ, quæ eſt ſpeciei
13 diuerſæ, † à fortiori coniungi debet cū alia confeſſione
eiuſdem ſpeciei, per ea, quę habentur in l. admonēdi.
ff. de iureiur. & dixit Crau. d. conſ. 267. nu. 5.

Et q̄ cōiungantur teſtes ſingulares, vt plenè ꝓbent
14 † q̄n tendunt ad eundē finē, licet p diuerſa media adduco
Abb. & Doct. in c. ſi. de ſucceſſ. ab inteſtato vbi
q̄n vnus teſtis deponit de veritate facti, alter de con-
15 feſſione coniunguntur, † vt plenè probent, idē voluit
Alex. in conſ. 86. viſo libello. nu 4. & 5. in 3. dub. lib. 6.
q̄ dictum refert, & ſequitur Rip. in l. admonendi. col.
38. nu. 206. ver. ex hac cōcl. ff. de iureiu. idem aſſeruit.
Anch. in conſ. 276. viſo diligenter. col. 2. verſ. & ideo
vnus teſtis & quod placuit Corn. cōſ. 13. lib. 1. idē voluit
nouiſſimè Goz. in conſ. 79. col 4. nu. 11. poſt verſ.
non obſtat, vbi fortius voluit vnū (quod tamen puto
falſum) vt vnus teſtis deponens de cōfeſſione abſente
16 parte coniungatur cum teſte de veritate facti, † cum

vnus

Digitized by Google

vnus teſtis deponens de confeſſione abſente parte ſe-
mi plenè non probet, item quòd teſtis deponens de
veritate facti, & alter de confeſſione coniunguntur
ad plenam probationem, voluit Dec. in cum cauſam
col. fi. de prob. & latius vſq; ad ſatietatẽ videas Aym.
d. conſ. 267. nu. 5. & 6. Alex. conſ. 25. col. 2. lib. 2.
Tertiò ſublimita, ſi principaliter teſtes nõ deducatῑ
ad ꝓbandam confeſſionem, ſed veluti ad probandũ
17 debitũ, † quia tunc licèt hmõi teſtes deponant de di-
uerſis confeſſionibus, & circa confeſſionẽ ſint ſingu-
lares, tñ probant debitum, vt rñdit eleganter Paul. de
Caſt. cõſ. 380. iudex, & miniſter. nu. 7. & ſeq. vol. 1. quẽ
refert, & ſequitur Maria. Soc. iun. conſ. 99. nu. 15. vol.
2. Cur. iun. cõſ. 64. ꝑſupponiῑ in facto. in 4. col. in prin.
n. 7. & idẽ Soc. I. cõſ. 90. li. 2. vbi quaſi ꝑ totũ vberrimè
hãc materiã tractat, & ita ſingulariter declarat Bart.
in l. actor. 3. col. in prin. C. de ꝓb. Cor. ẽt cõſ. 34. vol. 1.
Secundò principaliter limita, ſi hmõi confeſſio fa-
18 cta fuerit parte ꝑſente, † quia tunc probatur per vnũ
teſtem tantùm, vt ſaltem faciat ſemiplenã ꝓbationẽ,
vt cauit Ruin. conſ. 72. nu. 4. vol. 4. vbi ad idem refert
Paul. de Caſt. conſ. 280. incipiente viſo proceſſu, & in
conſ. 333. incip. viſa petitione, ſed ſecus eſt, ſi deponat
19 de confeſſione in abſentia partis, † etenim tunc non
probat, vt conſuluit Imol. conſ. 123. nu. 9. idem obſer
uauit Paul. Caſtr. conſ. 79. nu. 1. vol. 2. hoc etiã placuit
Alex. conſ. 181. nu. 10. lib. 7. nec ab hoc receſſit Corn.
cõſ. 341. nu. 34. vol. 1. Pariſ. id ſenſit cõſ. 54. n. 22. vol. 4.
Tertiò limitatur in probanda confeſſione corã ſa-
20 cerdote facta in foro pœnitentiæ, † hæc nempè cõfeſ-
ſio probatur per ſolùm ſacerdotem, vt dictum eſt ſu-
pra in cõcl. confeſſio ſacerdoti &c. in 2. limitatione.
Quartò limitabis, vt magis credaῑ confeſſioni prin-
21 cipalis, † quàm mille teſtibus contrarium aſſerenti-
bus, vt docuit Innoc. in c. cum contingat. de offic. de-
leg. Bart. & Doct. tradidere in l. 2. §. creditum. ff. ſi cer.
pet. atq; Venafr. in conſ. 16. & conſ. 37. & cõſ. 45. quos
refert, & ſequitur Ant. Gabr. in ſuis concl. concluſ. 4.
nu. 75. verſ. 24. infertur. de teſtib. lib. 1.
Quintò limitare poteris, dummodò rogati ſint te-
22 ſtes † alioqui non probant, vt prodidit Nell. in tract.
de teſtib. nu. 347. & vide l. poſt mortem. ff. de adop. &
conſules omninò glo. in c. teſtes. 3. q. 9. §. 1. atq; Spec.
tit. de teſte, in prin. verſ. item quòd non fuit rogatus.

CONCLVSIO CCCLXXX.

ARGVMENTVM.

Confeſſio facta in fauorem incapacis, an præſumatur facta in fraudem legis.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta ad fauorem non capacis, præſumitur facta in fraudem legis.*
2 *Confeſſioni mariti habentis filios ex priori matrimonio, et confitentis habuiſſe à ſecunda vxore mille etiam cũ iuramento, non ſtatur, quia præſumitur facta in fraudẽ.*
3 *Confeſſio mariti, de qua ſupra nu. 2. eius morte tanquam donatio non poteſt confirmari, ſed applicari debet filijs prioris matrimonij.*

1 Confeſſio facta ad fauorem non capacis
† præſumitur facta in fraudẽ
legis, vt obſeruauit gl. in l. cũ quis decedens. §. Titia,
ff. de leg. 3. & per not. ibi. & per l. qui teſtũ. ff. de teſta.
Bart. decidit iſtam quæſtionẽ dicens, ꝙ ſi maritus ha-
bens filios ex priori matrimonio confiteaῑ habuiſſe
2 à ſecunda vxore mille, † quamuis ẽt iuret, non ſtatur
tali confeſſioni, quia ꝑſumitur facta in fraudẽ, vt col-
ligiῑ ex reſcripto Impp. Leon. & Anthemij in l. hac
edictali. C. de ſecund. nup. non poteſt illa confeſſio
3 tanq̃ donatio morte mariti confirmari † quia dẽt ad-
iungi filijs prioris matrimonij, vt ijdem Impp ſcriſere
clarè in d. l. hac edictali. & cõfirmatur ex animaduer
ſis à glo. in l. donat. C. de collat. idem apertiſſimè de-
cidit Rui. conſ. 44. nu. 8. cũ ſeq. lib. 5. & ad hæc adde, q̃
diximus in concl. de cõfeſſione patris de recepto à fi-
lio, & de cõfeſſione viri de recepta dote, & in 8. limit.
ad concluſionem de cõfeſſione facta præſente parte.

CONCLVSIO CCCLXXXI.

ARGVMENTVM.

Confeſſio facta per aduocatum lite cõteſtata, & ſciente clientulo, an perindè valeat, ac ſi per ipſum clientulum fieret.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta per aduocatum lite conteſtata, ſciente clientulo, & intelligente perindè eſt, ac ſi per ipſum clientulum fieret, vnde illi præiudicat, niſi eam reuocet.*
2 *Confeſſio facta per aduocatum per ipſum, vel per clientulum, vſq; ad triduum ſimpliciter etiam non docto de errore reuocari poteſt.*
3 *Confeſſio aduocati vſque ad ſententiam reuocari poterit, prius tamen probato errore.*
4 *Confeſſionem factam ab aduocato poterit clientulus eadẽ die, vel incontinẽti reuocare per ſe, vel per procuratorem ſimpliciter nullo etiam docto errore.*

Confeſſio facta per aduocatum lite cõ-
teſtata, ſciente cliẽtulo, & in-
1 telligẽte perindè eſt † ac ſi per ipſum clientulum fie-
ret, ita ad verbũ ſanxit Imp. Alex. in l. 1. C. de error. ad-
uoc. vnde clientulo ꝑiudicat, niſi eam reuocet, ita cõ-
ſtituit Inn. III. Pont. Max. in c. olim. ext. de cenſib. &
ſciuit Honor. III. Sum. Pontif. in c. cum cauſam. de ap
pel. & ibi Bal. quod & placuit Spec. tit. de cõfeſsio. §.
poſtremò. nu. 1. & idẽ ſub tit. de aduoc. §. iam nunc vi
dendum. verſ. ex præmiſſis. Reuocari aũt poteſt illa
2 confeſſio, vel ab aduocato, vel à clientulo † vſq; ad
triduum ſimpliciter ẽt non docto de errore, ita reſcri-
pſere Imp. Diocl. & Maxi. in l. fi. verb. contradixiſſe,
C. de error. aduoc. & reſpondit Paul. de Caſt. conſ. 31.
per l. 1. C. eo. de error. aduoc. immo poterit ẽt reuoca-
ri talis confeſſio ex mĩa, ſi credimus Spec. d. tit. de cõ-
3 feſſ. §. poſtremò. nu. 1. vſq; ad ſententiam † prius tamẽ
probato errore, vt habetur in c. fi. ext. de confeſſ. l. non
fatetῑ. ff. d. tit. l. vnic. C. eo. l. indè Nerat. §. fi. ff. ad l. Aq.
Ergò eadem die, vel continuò poterit clientulus,
vel per ſe, vel per procuratorem dictam confeſſionẽ
4 ſimpliciter † nullo etiam docto errore ab aduocato
factam reuocare, & hanc eſſe communem opinionẽ
atteſtatur Spec. vbi ſup. nu. 1. & ſic intelligo. cap. cum
eã. ext. de off. deleg. c. cũ olim. 1. in fi. ff. de teſt. cog. ſed
in hoc die, vt ſup. in concl. de cõfeſſione procuratoris

CONCLVSIO CCCLXXXII.

ARGVMENTVM.

Confeſſio per ſcripturam propriæ manus, an ita plenè probet, vt in contrarium probari non poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ꝑ ſcripturã propria manus facta ita plenè probat, vt in contrariũ ꝓbari non poſſit, nec ꝓbato errore.*
2 *Confeſſio plenè probat, quando quis confitetur in epiſtola, ſiue in apocha etiam abſente parte.*

Confeſſio per ſcripturã propriẽ ma-
nus facta ita plenè ꝓ-
1 bat † vt in contrarium probari nõ poſſit, vt conſtat ex
allegatis à Matthæ. de Afflic. in cõſtitutione Neapo
litana, lib. 2. de cauſa depoſiti, rubr. 33. num. 6. & ideò
quãdo quis confitetur in epiſtola, ſiue in apocha etiã

2 abſente parte obligatur,† & talis confeſſio plenè probat, vt reſpondit Paul. in l. publica. §. Titius. ff. depoſi. quod & probauit Caſt. in l. vnica, col. fi. C. de confeſ. idem voluit Soc. reg. 89. verſ. 11. fallit, hoc etiā aſſeuerauit Ant. de But. in c. fi. de confeſſ. col. 5. Bald. docuit in l. 1. ff de interrog. act. in fi. & conſ. 380. in prin. vol. 5. Ant. de But. tradidit in c. cum pridem. in fi. de pact. Alex. cauit conſ. 90. vol. 4 mihi conſ. 153. col. fi. volu. 1. Bar. ſcripſit in l. nuda ratio, col. 2. ff. de dona. Marāt. ſenſit in tract. de ordine iudiciario, in ſexta parte, art. 5. rubr. confeſ. fol. 122. nu. 2.

Quod tamen intellige, declara, & limita, prout in 14. limitatione, & 18. ad concluſionem de confeſſione abſente parte.

CONCLVSIO CCCLXXXIII.

ARGVMENTVM.

Confeſſio incidenter facta an probet.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio incidenter facta non probat.*
2 *Confeſſio de mutuo ſi facta non eſt principaliter ſuper ipſo mutuo, ſed incidenter, non probat, nec præiudicat.*
3 *In crimine falſi quis puniri poteſt, etiam ex confeſſione facta incidenter.*
4 *Cōfeſſus incidēter in crimine falſi puniri nō pōt in eodē iudicio, in quo incidēter fuit facta talis cōfeſſio, ſed in alio.*
5 *Reus ēt ſi cōfitetur defectū ſui iuris in beneficio actore non probante, non poteſt tamen in eadē inſtantia priuari.*
6 *Confeſſus incidenter in iudicio ad aliud intentato, non poteſt in illo damnari.*

1 Confeſſionem incidenter factam †non ꝓbare, auctor eſt mihi locupletiſſimus Dec. in c. at ſi clerici. nu. 19. 20. 21. ext. de iudic. & ibi Abb. id etiā proditum fuit à Bar. in l. ſi cōfeſſus. ff. de cuſtod. & exhibit. reor. idem comprobauere cæteri poſteriores iuris interpretes, vt Abb. in c. 1. col. fi. de excep. & idem Abb. in c. fi. & ibi Ant. de But. ex. de reſt. ſpol. Ang. in l. viro atq; vxore. ff. ſol. matr. Sal. in l. 2. C. de cuſtod. & exhibit. reor. & ita omnes communiter canoniſtæ in d. c. at ſi clerici, de iud. Hipp. Marſ. in l. 1. in prin. col. 1. & in §. diuus. Antoninus. in prin. col. ff. de q. Andr. Sicul. cōſ. 2. col. 5. lib. 1. & conſ. 1. col. 2. lib. 2.

Ex quo fit, vt ſi quis à me petat decem mutuò, & ego, vt me excuſem, dixerim, non habeo, immo quia egebam pecunijs, accepi decem à Titio, qui quidem Titius præſens eſt, non tamen idem Titius poterit ex
2 tali confeſſione contra me agere, †cū eā non fecerim principaliter ſup ipſo mutuo Titij, ſed incidēter: ideò mihi non præiudicat, vt pulchrè dixit Sali. in l. 1. col. 4. C. de cōfeſ. & pro ſingulari ſequitur Marſ. in repet. rub. C. de prob. col. 2. verſ. limita tamē, nu. 104. & ſeq. hoc ēt voluit Tiraq. in tit. res inter alios acta. fol. mihi 13. in 1. limit. in verbis finalib. verſ. & id quidē vſq; & de hac confeſſione inſpicias per te, quæ latiſſimè dicta ſunt à Marſil. in repet. rub. C. de prob. à nu. 103. vſq; ad nu. 106. vbi perpulchrè & inſigniter loquutus eſt, & idem in l. 1. §. diuus Antoninus. col. pen. ff. de q.

Primò limita concluſionem nō procedere in cri-
3 mine falſi, in quo quis puniri poteſt† etiā ex cōfeſſione facta incidēter, vt protulit Dec. in d. c. at ſi clerici. nu, 20. atq; reſpondit Petr. Anch. conſ. 173. nu. 8. verſ. ex cuius dictis, & fuit obſeruatum in l. 2. §. ſi publico, ff. de adulterijs. l. vbi. C. de falſ.

Sublimita, vt puniri non poſſit in eodem iudicio, in quo incidenter fuit facta talis cōfeſſio, vt ait Dec.
4 vbi ſup. nu. 21. †quia non agebatur ad hoc principaliter, & ſententia debet cōformari libello, vt videre eſt ex c. licet Heli. de ſimo. & l. vt fundus. ff. cōmu. diuid. §. curare aūt. Inſtit. de act. ſed in alio iudicio benè poterit puniri, vt doctiſſimè voluit Inn. in c. ꝑ inquiſitionē de elect. & ibi Abb. col. pen. verſ. ex quo not. ſing. & idem Abb. in c. 2. col. 3. in 2. lect. de confeſ. idē tradidit Bald. in l. mercalem. in fin. de condict. ob turp. cauſ. & in hanc ſententiam ſcripſere Fel. in c. deniq; ſub nu. 5. extr. de except. verſ. ſic limita, vbi ita docet intelligendum illum tex. in d. c. deniq; in verb. confeſs. Butr. in c. cauſam, vlt. col. verſ. item hæc verba, de teſtib. & ibi Abb. in 3. col. & in c. 2. col. 11. de ordi. cognit. & c. cum quis. de reſtit. ſpolia. & diſput. Titius. clericus in 3. dubio, ad fi. verſ. ſed nunquid iudex, vbi eleganter hanc materiā tract. Butr. & Imo. in d. c. deniq; per c. cum dilecti. de accuſ. & quod in priori iudicio puniri non poſſit, ſequitur Compoſtil. in d. cap. mandatum de reſcr. relatum à Fel. vbi ſuprà dicēs, vt etiam ſi reus cōfiteatur defectum ſui iuris in bñficio
pet.l.admonendi,in ſi.verbis,nu.92.ff.de iureiu.per ea
qñ ipſe reſtringit non procedere, qñ inſtrumenta ſint
antiqua,ſecundum Bal.& alios in d.l.cum aliquis,pro
ut etiam pulchrè declarat Bar.Soc.d.conſ.86.nu.1.&
* ſeq.lib.1. verùm cum in contrariam partem ſtet * cō
munis opinio, non facilè niſi vrgētiſſimis rationibus
ab ea recedendum cenſeo.

Subamplia prædictam ampliationem adeò veram
eſſe,vt ſcilicet ſtetur verbis enunciatiuis propter diu-
turnitatem tpis, vt procedat etiamſi illa verba in in-
8 ſtrumento relata enuncient actum, † qui interuenire
non potuit tpe confecti inſtrumēti vt doctiſſimè vo-
luit Barb.d.conſ.6.col.6.lib.2.Bar. etiam in auth.ſi qs
in aliquo.C.de eden.& in l.ſciendū.ff.de verb.obli.ꝙ
& eleganter more ſuo ſcripſit Tiraq.de pręſcrip.decē
annorum.§.1.gl.4.verſ.28.verſ. vſq; adeo, cuius tamē
ipſe opinionem non approbat.

Secundò ſubamplies velim prædictā ampliationē:
vt in antiquis plenè probent huiuſmodi inſtrumenta
9 † licet ſint inter alios extraneos facta, vt tradidere
Doct.& pcipuè Bal.in d.l.cū aliquis. C.de iur.delibe.
cui accedit Iaſ.conſ.166.nu.2.vol.4.& conſ. 65.col.2.
lib.3.& idē in l.admonendi.col.87.ff.de iureiur.Barb.
ēt docuit d.conſ.6.num.3.in ſi.Alex monuit conſ.92.
nu.5.vol.6.Ruy.ſenſit conſ.92.nu.1.vol.1. & Paris cō
firmauit d.conſ.104.nu.26.vol.1.& licet glo.in d.l.cū
aliquis.& in l.prædiis.§.Titio ff.de leg.2.& in d.l.co-
mam dicant, inter contrahentes tñ verba enunciati-
ua probare continue,& non inter alios, quod ēt tenet
Bal.in d.conſ.286.nu.2 vol.2. vbi de communi eſt te-
ſtatus:tamen contrarium propius ad ueritatem ita ac-
10 dit,ſcilicet, † etiam plenè probare inter alios: vt pal
teſtatur gl.in c.ſi Papa.de priuileg.in 6.quæ tenet ꝙ ſit
quoddam præcipuum in finibus, vt procedatur per ar-
gumenta, & hoc in primis procedit, qñ ſunt plura in-
ſtrumenta vel ſunt antiqua: vt Barba. inquit in d.cōſ.
6.nu.10.& Bald.vt alias ſæpe,nunc ēt ſibi ipſe contra-
rius in d.l.cū aliquis. Vnde ne inuicem ſibi repugnēt,
dicendū eſt,opinionem dictarum gloſſarū:& Bal. in
d.conſ.286.locum habere, qñ ſumus in recenti, ſecus
verò in antiquis, vt ſupra; & ita d. gl.intelligit Iaſ. in
d.conſ.65.nu.1.col.2.uol.3.vbi pro hac apertè teſtem
laudat Spec.in tit.de locato.§.nunc aliqua.verſ.62.&
tenet Soc. ſen.in conſ.36. nu.1.in cauſa communita-
tis,vol.1.& dicetur infra in 6.ſublimitatione.His ſini
timum eſt dictum Crauet.in ſuo tract.de antiq.temp.
in 1. parte, verſic. ampliatur nunc, ſol. 30. num.5.&
10.& l.ſi duo ff.de iureiur.& in l.2. & ibi recentiores.
C. de eden.

11 Ergo in antiquis debet plenè probare † quia in an-
tiquis ſufficit probatio qualiſqualis, & ita præcipuè
decidit Corn.in conſ.247.col.11.lib.2.Alex.etiam in
conſ.15.col.2.lib.5.& poſtſimum,'vt dictum eſt,pro-
cedit concluſio,ſi plura ſint inſtrumenta, vt in ſequē-
ti ampliatione explicabitur.

Reſtringes, & limitabis prædictam ampliationem,
12 vt nō vera ſit,ſi ſint plura inſtrā: † quia tunc ſatis cō-
modè probant, ſecus ſi in vno inſtrumento ſiat men-
tio confiniū per verba enunciatiua. Et ratio eſt ſecū-
dū Bal.in d.l.cum aliquis,quia per plura inſtrā proba
* tur * communis opinio; quæ communis opinio ex
13 vnius dicto nō probaī,† vt auctor eſt Bar. in l.admo-
nendi.

nēdi.ff.de iureiur.& Bal.in d.l.optimam.C. de cōtra-
hen.& cōmit.ſtipul.& Bar.Soc.in conſ.194.nu.9.vol.
2.Natta etiam in cōſ.672. nu.39.lib.4. vertente iam-
diu,& Soc.d.conſ.86.nu.2.lib.1.& per Bal. in d.conſ.
286.nu.1.verſ.quinimò ſtatur.lib.2.atq; Ruin.d.con-
ſil.92.n.9.vol.4.vbi planè ait requiri plura inſtrumē-
ta.verſ.nam vnum inſtrumētum,&c. & idem placuit
Alex.conſ.12.nu.8. vol. 4. & nec diſſimulanter aſſer-
uit Barb.d.conſ.6.nu.7.lib.1.cum ibi allegatis: & idē
in addit.ad Bal.in d.l. cū aliquis. & clarè idem ſenſit
Crau.in d.ſuo tract.de antiq.temp.in 1.par. verſ. am-
pliatur.nu.7.& idē in conſ.286.nu.1.vol.2.& pulchrè
per Fel.in d.c.cum cauſam.nu. 4. verſ. iſtud fallit. de
probat.& Hieron.de Monte vbi ſup.c.50.nu.6.

Primò ſublimita prædictam ſublimitationē, ſi talia
plura inſtrumenta habeant originē ab eiſdem perſo-
14 nis:† tunc nempè cenſentur vnum eſſe inſtrm, & nō
plura,& ſic non probabunt, ita ait Barth.Soc.in d.cō
ſil.194.nu.9.adducit arg.tex c.licèt ex quadam. extr.
de teſtib.& egregiè prodidit Fel.in d. c. cum cauſam.
de prob.nu. 4. vbi affert exemplum; ſi omnia inſtru-
menta inueniantur confecta ab vno Notario, qui
ſemper ſcripſit actum in tali loco, & talib. confinib.
15 & iuriſdictionis,† quia tunc non probant. itē, ꝙ ma-
gis eſt,ait, ꝙ ſi in inſtrumentis ab alio Notario confe
ctis mediante ſemper eadem perſona: vt ſi in dictis
inſtrumentis dicatur:vt ſecundum eius aſſertionē ta-
lis res eſſet in tali confinio: tunc hoc non probabit,
& ea ratione permouetur,quia vnum inſtrumentum
* cenſentur, & * communis opinio non probatur per
vnius aſſertionem: vt dictum eſt ſup. & inquit Ruin.
conſ.92.nu.9.vol.4.& ait quoq, vt ſicut teſtib. antiqs
16 de auditu habentib. originem ab vno†non creditur,
ita nec pluribus inſtrumentis,quæ ab vno ſiunt nota-
rio: ſic etiam aſſeruit Hieronym.de Monte vbi ſupra
num.9.& 10.d.cap.6.de finib.regen.

Secundo ſublimita,vt non procedat, ēt ſi duo ſint
inſtrumēta, nam inter tertias perſonas non ſufficiūt:
17 † quia per illa duo nō probatur fama,& cōis opinio,
vt Barth.Soc.dixit in d.conſ.194.nu.4. teſtatur Spec.
in tit.de inſtr.edit.§.reſtat.verſ.illud & Innoc. in c.1.
de fid.inſtr.& idem Soc. in conſ.86.in cauſa commu-
nitatis.nu.2.lib.1.vnde firma manente ratione. Bal.
in d.l.cū aliquis allata ſup.in ampliatione, ſequitur,
vt nec per duo inſtrā enunciatiua inter alios ꝓbētur
confinia,vt traditū eſt à Hiero.de Mōte vbi ſup.nu.8.

Tertiò limitabis,vt locum ſibi vendicet quoad ip-
18 ſos contrahentes, † etenim tunc etiam ſi non eſſent
plura inſtrumenta,ſed vnū tantùm,ſufficeret,in anti-
quis,vt Alex. conſuluit in conſ. 90. nu.5. vol.6.quod
comprobat per d.l.opt.& ibi Paul.de Caſt.& Barb.in
conſ.6.ſapienter.nu.6.& ſeq.lib. 2. & hoc procedit ēt
in præiudicium tertij,vt Corn.aſſeruit conſ. 171. col.
fi.lib.1.nu.3.verſ.& ideò videtur, vt in auth. ad hæc.
C.de fid. inſtr.& obſeruauit gl.in d.c. cum cauſam.c.
peruenit.20.q.1.& colligere eſt ex.§.illud.auth.de his
qui ingred.ad appella.ſequitur Crauet.d.tract.de an-
tiquit.temp.in 1.par.verſ.ampliatur.fol.30.nu.7.

Quòd tamen intelligendum eſt, ſi vnū inſtrm eſ-
ſet principaliter factū ſuper confinib.ſed Iaſ. in cōſi.
19 65.in 2.col.vol.3.ait, ēt vnum inſtrm de antiquo ēt
inter alias perſonas mentionē faciens de confinibus
eo plenè ꝓbare, vt ex multis cōſtat ibi ꝑ eū collectis.

Quartò ſubſtringas,vt non procedat, ſi eſſet vnum
inſtrm principaliter factum ſuper confinib. namque
20 illud ſufficit in antiquis,† & in præiudicium tertij, vt
voluit Corn.d.conſ.171.col.fi.lib.1. Crauet. etiā pla-
cuit in tract.de antiq.temp.in 1.par.verb. ampliatur.
fol.38.nu.67.arg.l.Theſaurus.ff. ad exhibē. & proba
tur in c.cum olim.in gl.2.de cenſib.Docto.protulere
in l.cum aliquis.C.de iur. deliber.

Quintò ſublimitare poteris,quando agitur de mo-
21 dico præiudicio, tunc enim † ſufficiunt verba enun-
ciatiua vnius inſtrumenti,vt ait Crauet.vbi ſup.nu.8.
auctorem laudat Iaſ.in cōſ.65.nu.1.vol.3.vbi ſimpli-
citer ait, cōfines in antiquis plenè probari per vnum
inſtrumentum mentionem faciens de confinib. etiā
inter tertias perſonas. Verùm quando agitur de ma-
gno,aut modico præiudicio, conſulas Barb. in conſ.
6.nu.11.vol.2.vbi nullum conſtituit diſcrimen, quā-
do ſumus in antiquis,& hoc expreſsè tradit Soc. ſen.
in conſ.266.in cauſa quæ vertitur.nu.12. lib. 2. alleg.
Bal.& Salic.in l.cum aliquis.C.de iur.delib. & tradi-
ta in c.cum olim.vbi Ant.de Butr.& Abb.de cenſib.

Sextò ſublimitare tibi licebit, vt non procedat, ſi
22 plura illa inſtrumenta ſint de recenti:†quia cum ſint
inter alios confecta,& enūciatiua, illa non probāt:
licèt ſint plura,ita intelligitur gl. in d. l. cum aliquis,
& in d.l.optimam,& in d.l.prædijs.§.Titio ff. de leg.
3.ſcilicet,vt loquantur de recenti,& non antiquo: vt
ſentit Iaſ.in d.conſ.6 .col.2.vol.3.vbi ait, vt tantùm
verum ſit in antiquis,quo caſu,imò ibi expreſsè dicit
vnum ſufficere inſtrumentum,auctorita. Spec. in tit.
de loc.§.nūc aliquā.verſ.62. & expreſsè tradidit Soc.
d.conſ.86.nu.1.in cauſa Communitatis,lib.1. in quo
loco animaduertit,ita intelligendum fore. Ancha.in
* clem.literis, de prob. * communiter Legiſtæ in l. cū
aliquis.C.de iur.delib.

Septimò ſublimitabis, quando in antiquis inſtru-
mētis fuiſſent ſcripta verba enunciatiua in fauorem,
narrantium,ſeu affirmantium,vel renunciantiū, co-
23 rūvè ſucceſſorū†qn̄ tunc non probant: vt habetur à
Bertr.in cōſ.167.nu.12.vol.3.& dicit Natt.d.cōſ.672.
n.41.lib.4.neq; eorum aſſertioni, ſeu affirmationi eſt
ſtandum,ad probandū dominium etiam in facto an-
tiquiſſimo,ſi credendū eſt Hieron.de Mōte, de finib.
regend.c.60.nu.13.qui ita ait ꝓcedere, ſiue vnū, ſiue
plura inſtrā producta fuiſſent,iux.ſentent.Spe.in d.ti.
de loc.§.nunc aliqua.verſ.57.& 58 nu.72. & 73.

Octauò ſublimitatur, qn̄ reus videretur iuſtus poſ-
24 ſeſſor:†nā tunc iſtæ probationes præſūptiuæ, & con-
iecturales ex verbis enūciatiuis in inſtrīs narratis nō
admitterentur contra eum,de cuius poſſeſſionis iuſti
tia cōſtaret:vt traditur à Soc.in d.cōſ.194.col. fi. quē
ſequit̃ Aym.Crau.de antiq.tempo.in 1.par.§.viſo de
fama.nu.32.relatā Hieron.de Monte vbi ſup.nu.12.

Nonò ſublimita,vt inſtrumenta enunciatiua fines
non probent,qn̄ ſunt confecta,& hēnt originē à per-
ſonis ſuſpectis,vt dicit Natt.in d.conſ.672.nu.41.lib.
4.per tex.in c.licet ex quadam,de teſtib.teſtatur Bart.
in l.de minore.§.tormenta. ff. de quæſt. & conſuluit
Soc.conſ.194.ſubtiliter,et eleganter.col.fi. lib. 2.

Decimò ſublimitatur, quando eſſemus in materia
25 pœnali,et odioſa,† quia tunc verba enunciatiua plu
rium inſtrumentorum non probarent, vt proditū eſt
ab Aymon.vbi ſup.§.ampliatur nunc,nu.53.quod et
probauit Bal.in l.2.in fi.C.de neceſs.ſer.hæred.inſtit.
quem ſequitur Dec.in d.c.per tuas.col.4.poſt mediū.
ver.ſed replicari poteſt,et probat Iaſ.in d.l. ex his uer
bis.col.3.poſt med.C.de teſtam.milit. quibus accedit
Hierony.de Monte ubi ſup.num.15.

Neq; erit hic omittendū,ꝙ ſi plura inſtrā antiqua
26 in quibus aliquid narretur,eſſent uaria inter ſe,†ſtan-
dū eſſet plurib.nu.uel melioribus, vt in hanc ſenten-
tiam traditū eſt à Crauet.ubi ſup.in prææallegato loco
nu.6.et 14.per l.2.in uerſ. ſed et ſi ſit, uerſ.et ibi famæ
crebrior.ff.de offic. quæſto. et ab Aret.doctū eſt in d.
c.cum cauſam.nu.8.9.et ibi per Fel.num.5.

Sed contrariā fortaſſe ſn̄iam tueri poſſemus,quòd
plurib. uel meliorib. inſtrumentis credēdum non eſ-
27 ſet,† quia ſicut ꝓp rerum uarietatem diſpoſitio uaria
tur,ut incerta.l.in teſtō.ff.de condit.& demonſtrat.et
ſicut ex rerum uarietate præſumitur rerū diuerſitas,
& uarietas,ſm̄ Parid.de Put.in c.ſi finib.de finib. feu-
dor.Hierony.de Monte,ubi ſup.num.29.ſic etiam ſi-
mili ratione incertitudinis, uel uarietatis inſtrorum

poſſet

28 poſſet dici, nullam eis fidem adhibendã eſſe † & po-
tiſſimũ, quando inſtrumenta vni, & alteri rei adapta-
ri poſſent: per ea, quæ tradidit Auguſt. Arimi. in additio.
ad Ang. in verb Caium Sempronium, verſ. tu au-
tem, nu. 7. & Hieron. de Monte, vbi ſupra.

Secundò limita principaliter ſecũdam ampliatio-
nem, vt non vera ſit. quando agitur de magno præiu-
29 dicio, † quia tunc talia inſtrumenta enunciatiua ple-
nè non probant cõtra tertium ẽt in antiquis, vt Abb.
& recentiores ſcripſere in d.c. cum cauſam. de proba.
& idem tenet Corne. conſ. 22. col. 3. lib. 3. idem voluit
Abb. in c. cum olim. de cenſib. & idem cauit Abb. in
conſ. 54. col. 2. verſ. 3. probatur, lib. 1.

Sed Barba. in d. conſ. 6. nu. 27. verſ. ad hoc. lib. 2. re-
prehendit hoc Abb. enunciatũ, ex orationibus, & au-
30 ctoritatibus per eũ ibi allatis, † & tandem concludit,
quod ſiue agatur de modico, ſiue de magno præiudi
cio, tamen plenè probare.

Sublimita prædictam limitationem, vt tantũ pro-
31 cedat † quando agitur de magno præiudicio contra
tertiũ, etenim tunc verũ eſt, vt non plenè probent, ſed
tantum ſemiplenè, vt Aymo Crau. aſſerit in tract. de
antiq. temp. in 1. parte, verſ. ampliatur, fol. 31. nu. 10.
vbi tamen ſentit, vt licet non plenè probent contra
tertium, ſaltem ſemiplenè probent.

CONCLVSIO CCCXCV.

ARGVMENTVM.

Confines an per teſtes probentur.

SVMMARIVM.

1 *Confines per teſtes probantur.*

2 *Teſtes in materia confinium, qui vicini ſunt, & circum ibi habitant, ſunt magis idonei, quã alij, & quanto ſunt ſimpliciores, & magis ruſtici, ſunt credibiliores, & præcipuè ruſtici admittuntur, ſi ſenes ſint, & antiqui.*

3 *Teſtibus in materia confinium non creditur, niſi interrogati rationem reddiderint facti corporeo ſenſu immediatè perceptibilis.*

4 *Teſtes deponentes de auditu auditus ſuorum maiorum in materia confinium probant.*

Teſtes, qui deponunt de credulitate, admittuntur in materia confinium.

5 *Probatio per auditum ſufficit in antiquis: cũ probatio per viſum ſit impoſſibilis.*

6 *Teſtibus circa confinia non eſt credendum, ſi audierint dici ab vno, & eodem, & ſic originem habeant de vno tantum auctore.*

7 *Teſtes de auditu ſi non nominant, à quibus audiuerint, non probant.*

8 *Teſtes licet ſint de loco confiniũ produci poſſunt, & ſunt magis idonei, quam alij, dummodo ſingulariter aliquod non ſentiant commodum, vel damnum.*

9 *Teſtes licet ſint de vniuerſitate, & deponant ſuper confinib. ſuæ vniuerſitatis, probant, dummodo particulare commodum ipſi non ſentiant, licet illud apportent in vniuerſo, ſed ſi ſingulariter cuiquam de vniuerſitate obuenit vtilitas, illi de vniuerſitate non admittuntur.*

10 *Teſtes de vniuerſitate proculdubio admittũtur, quã agitur ciuiliter, & plus, vel minus creditur eis ſecundum quantitatem affectionis, & familiaritatis, quæ inter eos eſt: ſed ſecus in criminalibus: quia non admittuntur.*

11 *Teſtes domeſtici, & familiares, quales ſunt illi de vniuerſitate inter ſe, in criminalibus repelluntur, ſed quã per alios probari non poteſt, in defectum probationis admittuntur.*

12 *Teſtes de vniuerſitate admittuntur in criminalibus, quando ipſa vniuerſitas ita parua eſt, quòd illi de ipſius corpore cadunt in nomen domeſticorum, vel cohabitantium.*

13 *Paritas aſſertionis omnem ſuſpicionem excludit.*

14 *Teſtes vaſſalli deponentes pro domino ſuo in materia confinium non repelluntur, dummodo non ſint grauati, vel citra coniuncti, & alioquin viri probi.*

15 *Vaſſallus virtuoſus deſtrueret vaſſallagij aſſertionem propter veritatem, propter quam diſtruenda ſunt familiaria.*

16 *Subditi alicuius Regis, vel domini, quare teſtimonium pro Regibus ſuis perhibere poſſunt.*

17 *Subditi ratione dominicæ, vel patriæ poteſtatis à teſtimonio perhibendo repelluntur.*

Iudicis arbitrio relinquitur, an teſtes vaſſalli admittẽdi ſint.

18 *Teſtis de vniuerſitate, cui in vniuerſo aliquid vtilitatis obuenit, non repellitur a ferẽdo teſtimonio in cauſa vniuerſitatis, ſed ei minus, quam alijs creditur.*

19 *Teſtes pro ſua communitate deponere poſſunt, ſi commodũ, vel incommodum immediatum non ſentiunt.*

20 *Teſtes de vniuerſitate ſecundum communem opinionem in cauſa vniuerſitatis admittuntur ad teſtificãdum, quãdo ex victoria nullum ſunt habituri commodum.*

21 *Illi de vniuerſitate pro eorum vniuerſitatibus deponere poſſunt, licet reportarent commodum in vniuerſo.*

22 *Teſtes de vniuerſitate in nemorum litibus admittuntur ad perhibendum teſtimonium, quando aliquid datiarij ſoluunt pro lignis.*

23 *Homines de vniuerſitate erunt idonei teſtes, quando in eã vniuerſitatis eſt quæſtio de molendino, vel de alijs rebus, quarum vtilitas in commune peruenit.*

24 *Vnus de vniuerſitate nõ poteſt pro ea teſtificari, ſi illud pro quo teſtificatur, ſingulorum commodum concernit.*

25 *Nemo de vniuerſitate dicitur deponere in cauſa propria: cũ aliud ſit vniuerſitas, & aliud ſinguli de vniuerſitate.*

26 *Teſtes de vniuerſitate non ſentientes commodum, vel incõmodum admittendi ſunt: ſed eis de fide diminuendũ, & non faciunt plenam, & integram probationẽ, ſed præſumptionem, cum negari non poſſit, quin habeant aliquã affectionem erga ſuam communitatem, & ideo non ſunt omni exceptione maiores.*

27 *Teſtes habentes lites in vniuerſitate, ratione affectionis nõ ſunt idonei.*

28 *In iudicando, & conſulendo à communi opinione non eſt recedendum.*

29 *Communis opinio in iudicando quotieſcunq; reperitur falſa euidenter, vel probabilibus rationibus, & argumentis conuinci poteſt, non eſt ſequenda.*

30 *Legi aut canoni potius ſtandũ eſt, quàm cõmuni opinioni. A communi opinione non ſolùm, verùm etiam a lege iudex ex cauſa recedere poteſt. ibi.*

31 *Fines probari etiam poſſunt per teſtes ſingulares, quando agitur de iuriſdictione.*

32 *Teſtis ſi dicat, tale caſtrum habere merum imperium; quia vidit illius loci officialem feciſſe decapitare vnum in tali loco, & alius dicat eodẽ in loco vidiſſe dictũ officialem ſuſpendere feciſſe vnum, ex eorũ depoſitionibus reſultabit probatio.*

33 *Locus iuriſdictionis ratione exercitij præſumitur illius eſſe, qui iuriſdictionem exercet.*

1 Confines † probantur per teſtes: ita ſanci
tum reliquit Honor. III. Pont.
Maxi. in c. cum cauſam. de proba. quod quidem ſum
mi Pontif. pronunciatum pleriq; tum conſulentes, tũ
ẽt profitẽtes probauere, è quorum numero primus ſe-
ſe nobis offert multiſcius ille Bald. in conſ. 420. nu. 1.
vol. 1. Guid. Pap. in q. 193. nu. 2. cui ſniæ vr̃ etiam ſane
re Paul. I. C. in l. in ſumma. §. itẽ Labeo. ff. de aqua plu.
arcen. & ibi gl. & Bar. Andr. Barba. d. conſ. 6. nu. 4. vol.
2. Bertrand. conſ. 307. in fi. nu. 10. vol. 6. affert ad id l. ſi
arbitri. ff. de probat. Innoc. in c. quid per nouale, & in
c. veniens. ext. de verb. ſignifi. Pariſ. conſ. 104. nu. 21. &
ſeq. Corn. conſ. 215. viſo, col. 3. in fi. lib. 1. & cõſ. 28. vi-
ſis, col. 3. vol. 3. Soc. conſ. 89. col. 1. in cã agitata vol. 1.
Verùm ſcias velim, teſtes in hac materia, qui vicini,
2 & circum ibi habitãt † eſſe magis idoneos, q̃ alios, ita
colligere poſſumus ex Vlpian. reſponſo in l. 1. §. 1. ff.
de fluminib. imò quanto ſunt ſimpliciores, & magis
ruſtici,

Digitized by Google

ruſtici,ſunt credibiliores:qa non deponũt niſi de poſ-
ſeſſione facti tanq̃ oculis ſuis ſemper aſtãtes ſuper iſta
loca; vt notatur l.ſtipulatio iſta.§.hęc quoq;.ff.de ver
bo.obli.ſic loquutus eſt Bal.in cõſ.420.nu.1. & 6.vol.
1.& idem in conſ.286.nu.1.vol.2.vbi ait,præcipuè ad
mitti ruſticos,ſi ſunt ſenes,& antiqui,& in eodẽ conſ.
286.Bal.ait,nu.3.in huiuſmodi materia fidem nõ ad-
3 hiberi teſtibus, † niſi interrogati reddiderint rationẽ
facti, ꝙ corporeis ſenſibus proximè poſſit percipi.l.1.
C de vſur.& ita Innoc.in d.c.cũ cauſam.de prob. Vn
de Bal.ibid.ait,ꝙ ſi teſtes deponant veluti fundũ talis
eſſe de tali territorio,& cõfinio,nihil probãt,ſed ſem-
per eſt confugiendũ ad eorũ rationẽ,& cauſam reddi
tã,vt ſup.Bal.ẽt conſulas in cõſ.445.nu.1.vol.5.& cõſ.
420.vol.1.nu.1.& conſ.468.vol.3.nu.1.& 8.Prac.Pap.
in forma libelli actionis realis,nu.3.verſ.cui cohæret.
4 Primò ampliabis;vt procedat etiãſi tales teſtes† de
ponerent de auditu auditus ſuorũ maiorũ, vt inſigni-
ter ſancitũ eſt à Celeſtin.III.Pont. Maxi.in cõtex.c.li
cet ex quadã.ibi,valere teſtimoniũ de auditu.de teſti-
bus,per quẽ contex.ita ibi notat Ant. de But. in 1.no-
tab.& in terminis conſiniũ tradidit Alex.conſ.187.in
hac cauſa,& lite vertente,col.fi.nu.16.lib.2.& voluit
Natt.cõſ.672.vertẽte iamdiu.nu.14.lib.4.& ibi addit,
admitti ẽt teſtes, qui deponant de credulitate, motus
auctoritate ſummi Pont.Eugenij III. in c.quotiẽs, ibi
accepiſſe à maioribus ſuis,& credere, de teſtib.& latè
id proſequiĩ Hiero. de Monte tract.de finib. c.52. per
totũ,quinimò faciunt ẽt plenam probationem, iuxta
ſnĩam Abb.in d.c.cum cauſam,in prin.de prob. & ibi
per Dec.nu.2.& Bar.ita docuit in tract. de teſtib.verſ.
hanc eandem, nu.28.quẽ ſequuti fuere Guid.Pap.d.q.
193.& cõſ.88. & Hipp. de Marſ.qui multa adducit in
rub. C.de prob.nu.19. Capic.dec.192.in cã termina-
ta.Bal.in l.conuenticulã.C.de epiſ.& cle.& Iaſ.in cõſ.
166.nu.2.vol.4.& Barth.Soc.in cõſ.89.nu.2.Ruy.cõſ.
92.nu.1.vol.4.Aymo.Crau.de antiq.tẽp.in 1.par.ver.
viſo de fama.fol.95.nu.1.& dixit Barb.conſ.6.ſapien-
ter ſcribiĩ,nu.9.lib.2.& reddit rationẽ, quia ita eſt ve-
riſimile,per locum à communiter accidentib.
Et cum probatio per ſenſum oculorũ, in antiquis
5 ſit impoſſibilis,† probatio per auditum ſufficit, ita vo
luit Corne.conſ 33.capio.nu.22.vol.1. nẽ conſ 12. vr
prima,vol.3.per ea,quæ habentur in l. fi.C. de ſacroſ.
eccl.per c.licet ex quadam.de teſtib.c.1.& gl. in verb.
memoria.de præſcri.in 6.& eandem opinionem com
probauit Paris de Put. in c.quia in memoria, nu.5. de
finib.feud.Soc.conſ.89.nu. vol.1.Dec.cõſ.321.nu.
8.atque Hiero.à Monte vbi ſup.c.51.nu.8.
Primò limita prædictã ampliationẽ; vt nõ vera ſit,
6 ſi audierint dici ab vno,& eodem, † & ſic originẽ ha-
beant de vno tñ authore, etenim tunc eis nõ eſt cre-
dendum,vt habetur in d.c.licet ex quadam, in glo. in
verbo ab vno,de teſtib.& p Barb. in c.ex literis.n.39.
de prob.atq; à Fel.in c.cũ cãm,nu.4.de prob.ver.illud
fallit.quib adhæſit Hiero. de Monte vbi ſupra,nu.8.
Secundò limitabis,qñ teſtes non nominarent, à q-
7 bus audiuiſſent, † nam tunc non probarent,ita prodi-
tũ eſt à Crau.vbi ſup.verſ. viſo de fama, nu.12. per ea,
quæ fuere obſeruata in d.c. licet ex quadam. & ita re-
ſpondit Corn.in cõſ.78.viſo proceſſu,col.3.vol.3. vbi
vult,teſtes deponere debere, ſe audiuiſſe ab antiquio-
ribus ſuis,vel maiorib.ꝙ docet gl.in c.cum à nobis,in
verſ.centum annorum, de præſcr. quod ſequitur Hie-
ron.de Monte vbi ſup.nu.9.
Secundò amplia, vt huiuſmodi teſtes poſsint ꝓdu-
8 ci,† licet locũ confinij incolant, vt Guid.Pap. decidit
in d.q.193.nu.2.imò iſtiuſmodi ſunt magis idonei, q̃
alij,vt ait Vlpian.in l.1.§.1.de flumi.& Prac.Papiẽſ.in
for.libel.act.real.ibi,cui cohæret ab vna,& Bal.d.cõſ.
420.nu.1.vol.1.& dixi ſup. in conclu. & dicetur in ſe-
quenti ampliatione.
Et intelliges cõcluſionẽ,dummodo teſtes illi præ-
dicti præcipuè aliquod non ſentiant, commodũ, vel
damnum,vt ait Guid.Pap.in d.q.193. & dicetur infra
in 3.ampliatione.
Tertiò amplia, vt locũ habeat, licet huiuſmodi te-
ſtes ſint de vniuerſitate, & deponant ſuper cõ nibus
9 ſuæ vniuerſitatis, † dummodo præcipuum ipſi cõmo-
dum non ſentiant,licet inferant commodũ in vniuer
ſum,vt dicũt Cyn.& Doct.in l.parẽtes. C. de teſtib.&
in l.idonei.C.eo.& in l.cõſenſu.C.de repud. & in l. in
tñ.§.vniuerſitatis.ff.de rer.diuiſio.atq; Spec. tit.de re
ſtitut.§.opponiĩ,verſ.ſequiĩ, in addit. Guid.Pap.ẽt in
* d.q.193.nu.2.cir.fi.& hæc eſt cõis *opinio, vt atteſtaĩ
Bal.in conſ.420.nu.6.vol.1.vbi refert vltra ſupra alla-
tos Cyn.in l.parẽtes.C.de teſtib.& idẽ tenet Io.Andr.
in c.cum nuncius,in gl.1.ext.de teſtib.vbi ait, ꝙ ſecus
eſſet, ſi ſingulariter quiſquam de vniuerſitate percipe
ret vtilitatem, quia tunc illi de vniuerſitate nõ admit
tuntur,& idem placuit Ruyn. in conſ.92. nu.3. vol.4.
teſtatur Accur.in §.cogitandum.auth.de mona.
Limita prædictã ampliationem, vt locum ſibi ven
10 dicet tantùm,† qñ agitur ciuiliter,tunc enim procul-
dubio admittunĩ teſtes de vniuerſitate, vt gl. aſſeruit
in c.cũ R.ext.de off.deleg.& colligere eſt ex c.accuſa
tores.3.q.5.& tradidit Abb. in c.inſuper. de teſtib. nu.
4.vbi ita loquutus eſt,vt ẽt in ciuilibus credatur,quòd
plus,vel minus eis ſit credendũ, ſñ quantitatem affe-
ctionis,& familiaritatis, quę inter eos eſt, iux.not.per
gl.in c.literis.de teſtib.& d.c.accuſatores. ſed ſecus in
criminalib. quia non admittunĩ, ut Doct.ſcripſere in
c.ſuper prudentiã.14.q.2.& d.c.accuſatores. & c.cum
11 numerus.de teſtib.& Abb.in c.inſup.& ratio eſt,† qa
in criminalib.repelluñĩ domeſtici,& familiares,qua-
les ſunt iſti de vniuerſitate inter ſe,ꝙ corroborat.c. re
pellantur.de accuſa.Sed Spec.in tit.de teſtib.§.1.verſ.
ſed nunquid in cauſa, temperat hoc dictũ, uidelicet.
ut ẽt ĩ criminalib. ꝓcederet,qñ aliàs per alios probari
nõ poſſet, quia tũc in defectũ probationis admitterẽ-
tur,quod etiam probauit Abb.in d.c.inſuper.nu.4.
Primo loco uelim ſublimites prædictã limitatio-
12 nẽ,quod de criminali dictũ eſt, ut procedat, † qñ ipſa
uniuerſitas ita parua eſt,ut illi de ipſius corpore cadãt
in nomen domeſticorũ,uel cohabitantium,ut inquit
Io.Andr.in d.c.cũ nuncius,de teſtib.ubi ait,ita loqui
dicta capitula ſupra relata, ideſt, d.c. ſuper prudentia.
14.q.2.d.c.repellantur.de accuſ. & hoc dictum Ioan.
Andr.reprobat Abb.in d.c.inſuper.d.nu.4.
Secundò ſublimita, ut tñ locum habeat, qñ uolũt
teſtificari contra extraneũ, ſed ſecus ſi inter illos de
13 uniuerſitate,nã tunc in criminalibus admittuntur,†ut
inquit Triphoninus I. C. paris affectionis cauſa ſuſpi-
cionem fraudis amouet, in l.non ſolũ. ff.de ritu nupt.
& Abb.in d.c.inſuper,nu.4.& uideas Hiero.de Mõte,
tract.de finib.regend.c.58.per totum.
Quartò amplia concluſionẽ, ut uera ſit etiam in te
ſtibus uaſſallis pro domino ſuo,ẽt in hoc caſu deponẽ
tibus,vt ait Bal.in d.conſ.420.nu.7.uol. 1.& ut ita ſen-
14 tiat ea ratione permouetur;† quia non repellũtur ex
aliquo capite principali, & particulari alicuius legis
hoc dicentis,ſed ex generali capite,quo oẽs admittũ-
tur,qui non prohibentur:quia edictũ de teſtib.(ut di-
ctum eſt ſupra)eſt prohibitoriũ,in 3.ampliat.& fuſius
in concl.compater.& ita in terminis cõſuluit Matth.
ab Affli.in dec.304. per totum,& præcipuè nu.14.15.
dummodò tñ non ſit maxima amicitia cõiunctus, &
15 alioquin ſit uir probus: † qa uaſſallus ꝓbitatis amans
deſtrueret uaſſallagij affectionẽ pp ueritatem,ut dicit
Philoſophus.1.Ethico. ibi pp ueritatẽ deſtruẽda ſunt
familiaria,&c. ꝙ uſq; eo ait ꝓcedere Affli.ubi ſupra,
ẽtſi dñs habeat in eo merũ, & mixtũ imperium, & ei
iurauerit fidelitatẽ,dummodo tñ non probetur, cum
eo maxima deuinctũ eſſe neceſſitudine, uel eſſe abie-
ctam, & uilẽ perſonam. Refert, & ſequitur Hierony.
de Monte, ubi ſup. c.58.nu.3. Ad idẽ facit, quod uult

Alex.

Alex.conſ.83. q̃m omne datum, verſ.item nõ obſtat.
16 num.16.vol.5.vbi dicit, † ſubditos alicuius Regis,vel dñi poſſe teſtimoniũ phibere pro ſuis Regibus, alias, inquit ſequeretur maximum abſurdũ,& inconueniẽs: * quia tales dñi perſæpè de iure ſuo pbare non poſſent.

Quocirca aduertendũ eſt, ſubditos ratione iuriſdictio
17 nis non excludi, ſed ſubditos ratione dñicæ, † vel patriæ poteſtatis repelli, ſic ait Hierony. de Monte vbi ſupra nu.5. Dicit tñ Bal d.conſ.420.nu.7. pro ſolutione,an huiuſmodi teſtes ſint admittendi, relinquendũ eſſe arbitrio iudicis; nam ſi huiuſmodi teſtes vaſalli ſint bonæ vitæ,& famæ, & veroſimilia deponunt, & præcipuè ſi coadiuuent dict.s aliorũ qui non ſint vaſſalli,creditur eorũ teſtimonijs, tanq̃ corroboratis per bonam vitã,& famam,& alios teſtes extrinſecos:vt l. ſi quis ex argentarijs.ff.de eden.& ibi Doct.quod etiã approbat.Affl.vbi ſup.nu.14. in d.dec.404.& Paris de Put.in c.qui ſæpe.nu.1.& 2.de ſiub.feudor.

Verùm quia de veritate ſupradictæ tertiæ ampliationis alij alia ſenſere,& variæ ſunt opiniones Doctorum,placuit eas ſic ſigillatim recenſere.

Et in primis Abb.in ca.inſuper, nu.4.de teſtib.in cã deſcendit ſñiam,propter vtilitatem, quam ſecũdario
18 ſinguli de vniuerſitate perciperent, † non omninò repelli a ferendo teſtimonio in cauſa vniuerſitatis, ſed eis minus, q̃ alijs credi, habità ſemper ratione ad perſonarũ qualitatẽ,& lucri quantitatẽ,arg.õ c. & ſi quæſtiones.de ſimon. & deinde ſubdit prædicta procedere, qñ ab aduerſa parte alij teſtes in contrariũ producerentur, ſed vbi non eſſent, niſi teſtes de vniuerſitate pro vniuerſalibus ab vtraq; examinati,ſatis eis plenè credendũ putaret in aliorũ teſtiũ defectũ, dũmodo alias idonei fuerint,per tex.in c.ſuper prudentia 14. q. 2. & licet dictũ c.loquatur in clericis,tñ eius ratio cũ ſit generalis,per l.in tantum.§.1.ff.de rer.diuiſ. vẽdicat ſibi locum etiam in laicis vniuerſitatis ſingularis.

Alia fuit opinio Bal.in cõſ.468.qualiter, nu. 6.vol.
19 3.videlicet, q̃ ſi teſtes non ſentiant commodũ, † vel incommodũ immediatũ, poſſint pro ſua cõitate deponere;& ſecundum eum ita Doct. * cõtra ſentire videntur, & idem placuit Rom.conſ.17.nu.4.& Petr. de Girar.in ſingul.24.incip.vtrũ ciuis.vbi in fi.ita loquẽdo, diſtinguit. aut non litigantur principaliter de vtilitate ſpectante ad ciues,& ſunt idonei.§.legataris.inſtit.de teſta. aut quæſtio eſt ſuper re principaliter ſpectante ad cõmodum,& incommodum ciuium,& nõ ſunt idonei teſtes,l.omnib.C.de teſtib.

* Aliter opinatus eſt Fulg.in conſ.174.vbi vult * cõ
20 munem opinionẽ eſſe, † vt teſtes de vniuerſitate in cã vniuerſitatis admittantur ad teſtificandum, qñ ex victoria nullum ſint habituri cõmodum: vt ſupra in dicta tertia ampliatione dictũ eſt. Idem voluit Corn. in conſ.333.nu.27.ſubdens,non congruere inſtare, an ſint ita integri,vt alij.

Alium huius rei ſenſum habuit Gui. Pap. in q.139.
21 in fi.† dum vult, illos de vniuerſitate poſſe pro eorũ vniuerſitatibus deponere, licet reportarent commodum in vniuerſo,per ea, quæ obſeruauere Cyn.& Doctor.in l.parentes.C.de teſtib.

Ab iſtis ẽt longè ſecus ſenſit Alex. in conſ.99.viſis proceſſibus,nu.15.vol.5.quem ſequitur Ant. Capi. in
22 dec.151.vniuerſitas.nu.6.videlicet,† teſtes de vniuerſitate in nemorum litibus admitti ad perhibendũ teſtimonium,qñ aliquid datiarijs ſoluunt pro lignis,& itidẽ Alex.in conſ.68.& viſo,nu.16. vol.2. vult, & qñ in cauſa vniuerſitatis ſit queſtio de molendino,vel de alijs rebus, quarum vtilitas in commune ſit referẽda,
23 † tunc illius homines eſſe idoneos teſtes, quæ opinio placuit ẽt Io.de Ami.Venefr.in conſ.8.nu.25. licet in imponẽdis collectis cõmodum ſentirent, qa minus grauarentur propter vtile,q̃ redderetur in cõmuni.

Nec ſuperioribus conuenit opinio Lanfr.in ca.qñ contra,in verſ.teſtiũ,nu.121.de proba.voluit enim,vt ſi illud, ſuper quo ſit lis ſingulorum commodũ reſpiciat,veluti ſi diſceptetur ſuper nemore, in quo quili
24 bet põt accipere de lignis pro vſu ſuo, † tunc vnus de vniuerſitate non poſſit pro ea teſtificari,& idẽ voluit Bertr.conſ.51.vol.2.Paris.ẽt conſ.27.nu.95. & conſil. 104.nu.13.vol.1.atq; Hipp.de Marſi.in §.ſeruus municip.nu.1. de quæſt. dicit * oẽs Docto. tenere illos de vniuerſitate poſſe teſtimonium perhibere in cauſa
25 vniuerſitatis,& hac ratione,† quia nemo de vniuerſitate d̃r deponere in cauſa propria,cũ aliud ſit vniuerſitas & aliud ſinguli de vniuerſitate,c.quia manumittuntur, 11.q.2.& iſta prius fuere deducta per Abb. in d.c.inſuper, nu.2.vbi etiam plures deſcribit fallẽtias, de quibus fit mentio per Dec.ibi.

Verùm Cæpolla de ſeruit.ruſti.prædio.in tit.de iure paſcendi,nu.10. & 11. vt iudicio meo melius cæteris ſenſit,ſecũdum dicit, vniuerſitatis teſtes non ſentientes commodum, vel incommodum eſſe admittẽdos,
26 † ſed eis de fide diminuendũ, nec facere plenã,& integrã probationẽ,ſed præſumptionẽ: quia negari non põt, quin ipſi habeant aliquã affectionem erga ſuam cõitatem,cũ ſic habere conſueuerint, & ideò ſic præſumendũ erit,arg.l.certi condictio.ff.ſi cer.pet. & per Doct.in l.1.C.de arbitr.& plura congerit Affl. in dec. 400.ideo non ſunt omni exceptione maiores,ex quo exceptio iſta præſumpta opponi poterit,ad id eſt. glo. inſignis in c.1.in verſ.maiores.de cõſang. & affi. in §. ite verborũ.Inſtit.de inutili.ſtipulationib. & itidẽ ra
27 tione affectionis † teſtes habẽtes ſimiles lites nõ ſunt idonei teſtes:vt hr per gl.in c.Rom. Canonicus.verſi. cũ ſint eius ſocij de offic.deleg. per notat.in c.perſonas. de teſtib.& in c.cũm de iudic.hoc idẽ conſuluit Imo. in conſ.102.per Ludo. q̃ ẽt ſentu dignũ arbitratus eſt Rom.in ſing.355.volo probare,& cauit Gram. cõſ.ciuil.conſ.52.nu.1.vbi ſubdit,neq̃ ſemiplenè probare; verùm ẽt à teſtimonio repelli: iſta tamẽ limitãtur ſecundum Felyn.in c.perſonas, quando teſtis iuraret,ſe non conſequuturum commodum.

28 Et quamuis † in iudicando, & conſulendo nõ ſit recedendũ à cõi opinione,vt probatũ eſt ab Alex.conſ. 25.viſo proceſſu.nu.2.vol.6.& à Curt. ſen.in conſ.43. nu.3.& in conſ.57.nu.9.& 13. nihilominus nõ erit ſe-
29 quenda cõis opinio iudicando,† quotieſcunq; reperiretur falſa dilucidè vel probabilibus rationibus,& argumentis conuinci poſſet, vt bonus index acutiſſimè exiſtimabit,ſecũdum Abb.in c.tua nos nu.9. de vſur. & Barba.in conſ.28.ſcripſit belliſſimè,nu 2.vol.1.vel qñ Canon, aut lex aliud diſponeret: quia tunc potius
30 ſtandum eſſet legi,aut canoni,† q̃ cõi opinioni,iuxta ſñiam Bero. in q.116. nu.2. & ex cauſa non ſolũ à cõi opinione, verùm ẽt à lege index recedere poterit per pãta,quæ congerit Neuiza. in ſilua nuptiali in lib. 5. & ideò non obſtante eo,q̃ dictũ eſt in 3.ampliat.ſup. melius eſſet ſequi Cæpollæ ſententiam non obſtante communi opinione in contrarium.

Quintò ampliabis, vt per teſtes ſingulares probari
31 ẽt poſſint fines,† qñ ſcilicet agitur de iuriſdictione.vt aſſeuerauit Hiero.de Monte tract.de finib. c.32.nu.1. uidelicet ſi unus dicat,& deponat de uno actu iuriſdictionis,& alter de alio actu,ut docuit Bal.in l.fi.C.de teſtib.Vnde Lanfr.de Oria.in c.qñ contra, in uerſ.te-
32 ſtium,nu.30.de prob.uoluit,q̃ † ſi unus teſtis dicat,tale caſtrũ habere merum imperiũ, & interrogatus rñdeat ſcire; qa uidit illius loci magiſtratũ in iſtiuſmodi loco quempiã capite mulctandũ curaſſe,& alius teſtis aſſerat,ſe uidiſſe in eo loco dictũ magiſtratũ ſæpè dedere iuſſiſſe unum,ex eorũ depoſitionibus emergat probatio per Inno.in c.qualiter 2.de accuſa. Quapropter
33 † ratione exercitij iuriſdictionis iſte locus præſumitũ illius eſſe,qui iuriſdictionẽ exercet, ut in hanc ſententiam reſpondit Abb.in conſ.62. num.18. uol.2.& Brun.in conſ.34. nu 6. ſed de hac re fuſius infra dicetur in concl. iuriſdictio.

CON-

CONCLVSIO CCCXCVI.

ARGVMENTVM.

Confines an probentur per famam publicã, & antiquam.

SVMMARIVM.

1 *Confines probantur per famam publicam, & antiquam.*
2 *Fama per duos teſtes probatur.*
3 *Dominium antiquiſſimum loci, & iuriſdictionis per famã probatur.*
4 *Fines non probantur per famam de recenti.*
5 *Fama in antiquis plenam, & cõcludentẽ probationẽ facit.*
6 *Fama ad hoc vt plenam faciat probationem, probari debet, quod ante litem inchoatam ſit orta.*

1 Confines probari per famam publicam † & antiquã, ſanxit Hono. IIII.
Pont. Maxi. in c. cum cauſam. de probat. ibi Fely. nu.
1. & 9. & cæteri. hoc idẽ aſſeruit Accur. in l. atqui natu
ra. §. cũ me abſente. ff. de neg. geſtis, cui adheſit Bal. in
l. conuenticulam. C. de epiſc. & cler. quẽ ſequutus eſt
Pariſ. conſ. 4. nu. 8. vol. 4. teſtatur Card. in cleni. 1. in 3.
oppoſitione de proba. & multi alij ſcribentes in hanc
ſnĩam deſcendere. vt Soc. in conſ. 89. col. 1. vol. 1. idẽ
Bal. conſ. 420. verba Principis, vol. 1. & conſ. 286. The
ma proponitur, vol. 2. Angel. in l. Titius. ff. quib. mod.
pig. vel hypoth. ſoluiſ. Natt. conſ. 672. vertẽte iamdiu
nu. 15 lib 4. Guid. Pap. d. q. 193. verſ. 3. Hippo. de Marſ.
in l. de minore. §. plurimũ, nu. 85. de quæſtio. Grat. in
reſponſ. 138. nu. 11. vol. 1. cui concl. & ea patrocinanẽ,
* quæ tradidere * omnes in c. veniens. de teſtib. Barb. in
conſ. 6. nu. 19. vol. 2. Franc. Arct. cõſ. 42. nu. 1. & nouiſ-
ſimè Hierony. de Monte d. tract. de finib. reg. cap. 55.
10. & 11. & c. 66. nu. 1.

2 Fama autem, † vt quaſi præteriens id in præſentia
tradam, probaẽ per duos teſtes: vt obſeruauit gl. in c. ſi
teſtes. §. item ſæpè, in gl. fama 4 q. 3. & gl. in l. 3. §. eiuſ-
dem. ff. de teſtib. & habetur in dec. Capel. Tholo. 379.
in addi. incip. idem tenet Siculus, Guid. Pap. d. q. 193.
nu. 1. & Hiero de Monte vbi ſup. nu. 2. c. 66. ſed de hac
re latius infra diſſeretur in concl. fama, quæ proprius
eſt locus huius materiæ.

Amplia concluſionẽ, vt non ſolùm per famam pro
3 bentur fines, vt dixi, † ſed ẽt probetur dñium antiquiſ-
ſimum loci, & iuriſdictionis, vt voluit Bertran. in cõſ.
208. viſo ſummario: num. 12. 13. & 14 vol. 2. & conſ.
83. viſo themate, nu. 8 & 9. vol. 3. & cõſ. 150. in cauſa,
nu. 9. vol. 6. quem refert, & ſequitur Hiero. de Monte,
vbi ſupra d. c. 66. nu. 10.

Limita concluſionẽ non procedere in fama de re-
4 centi, † quia fama recens dr̃ cõſentiens, & confirmãs:
vt gl. ait in l. proprietatis dominium. C. de probat. ſed
tñ vt ſupra dictum eſt, in antiqua, vt tradidere ſupra
relati ſcribentes, quæ in huiuſmodi materia ſufficit, vt
voluit Ang. in l. Titius ff. quib. mod. pig. &c. vbi arbi-
tratur, dictam gl. §. cum me abſente. l. atqui natura. ff.
de neg. geſt. eſſe ſingularem, & vnicã in iure. vt refert
Nicola. de Neap. in l. quidam in ſuo. ff. de condi. inſti.
& quod etiã aſſeruit alio in loco Accur. in l. iubemus C.
de agric. & cenſit. lib. 11. & ſancitum eſt in contex. in
d. c. cum cauſam, qui loquitur in fama antiqua, & re-
ſpondit Barb. d. conſ. 6. num. 26. vbi hoc perſpicuè do-
5 cet. Dec. præterea conſ 42. nu. 12. † vbi ait, in antiquis
plenam, & concludentem facere probationem.

Secundo loco limitabis, nã fama ad hoc, vt faciat
6 plenam probationẽ, debet probari, † ante litẽ inchoa
tam eſſe ortam, per ea, quæ tradit Aymo Crau. conſ.
260 ad dubia. nu. 7. vol. 2. quem refert, & ſequitur Hie-
ronym. de Mont. vbi ſupra d. c. 56. nu. 7.

CONCLVSIO CCCXCVII.

ARGVMENTVM.

Confines, an & quando probentur per præ-ſumptiones, coniecturas, & indicia.

SVMMARIVM.

1 *Confines probantur per præſumptiones, Indicia, & coniecturas, vbi ſunt difficiles probationes.*
2 *Probatio per argumenta admittitur in confinibus.*
3 *Probationes minus perfectæ, coniecturæ, ac argumẽta, quæ in alijs non ſufficiunt, recipiuntur ad probandũ cõfinia.*
4 *Præſumptiones plures ſimul iunctæ, imo etiam duæ faciũt plenam probationem.*
5 *Quæ probari non poſſunt per veras probationes, in dubio probantur per præſumptiones, coniecturas, vel indicia.*
6 *Probationes, quæ alias non adhiberentur, adhiberi poſſunt in probandis confinibus.*
7 *Quæ non probant ſingula, multa iuuant.*
8 *Probationes imperfectæ coniunguntur in his, quæ ſunt difficilis probationis.*
9 *Probatio confinium per coniecturas quando non ſatis ſit actori, & quo caſu ſint probanda plenè.*
10 *Ius rei præſens extinguit ius actoris antiquum etiam præſcriptum.*
11 *Probationes per indicia, & cõiecturas in antiquis tunc ſufficiunt. quando reus nondum præſcripſit contra actorẽ, licet ſit iuſtus poſſeſſor cum titulo, & bona fide.*
12 *Probatio per præſumptiones, indicia, & coniecturas in antiquis dicitur plena, & legitima probatio.*

1 Confines probari per præſumptiones, cõiecturas, & indicia, † vbi eſſent
difficiles probationes pp longum tpis interuallum, ſa
tis poſſumus cognoſcere ex iis, quæ tradidit Bal. in au
then. quas actiones. C. de ſacroſ. eccle. nu. 16. verſ. ego
quæro, & in hanc deſcendit ſnĩam Guid. Pap. in d. q.
193. nu. 1 Bartho. Soc. in conſ. 166. in cã cõtrariis, nu. 2.
vol. 3. teſtem laudat Io. And. in reg. non licet. in mer-
curialib. de regul. iur. in 6. ibiq; eſt atteſtatus hanc eſſe
* * cõem opinionem, prout ẽt de * cõi dicit in conſ. 86.
* nu. 4. vol. 1. & Dec. cõſ. 42. nu. 10. verſ. aggredior, com-
probat ex his, quæ fuerũt animaduerſa in l. in finalib.
ff. fi. regun. & gl. in c. ſi Papa. de priuil. in 6. in verbo ꝓ
bata, quæ ait hoc eſſe præcipuum, & ſingulare in con-
2 finibus, † ideſt, vt fiat probatio per argumenta, & ibi
Gemi. nu. 8. idẽ Dec. in conſ. 109. pro tenui. nu. 1. verſ.
comprobaẽ, & per Ang. in l. atqui natura. §. cũ me ab-
ſente, de neg. geſt. & eſt bona gl. 1d. c. ſi Papa. in uerb.
probata. de priuil. in 6. conſuluit Natt. conſ. 672. vertẽ
te iamdiu. nu. 13. lib. 4. & n. 16. verſ. 6. probaẽ, & voluit
Alex. conſ. 12. nu. 8. vol. 4. & idem conſ. 90. nu. 4. vol.
6. Pariſ. conſ. 27. nu. 15. vol. 1. & in conſ. 104. in præſen
ti cauſa, nu. 24. lib. 1. vbi dixit ad probandũ confinia
recipi probationes minus perfectas, & coniecturas,
3 quæ ſans eſſe poſſint, † ac argumenta, quæ in aliis non
ſufficerent, ex traditis per Bal. in c. cum cauſam. col. 3.
de probat. quos ſequitur Hiero. de Monte d. tract. de
fin. reg. c. 13. nu. 1. 2, 3.

4 Quod verò plures p̃ſumptiones ſimul iunctæ, † imò
ẽt duæ faciant plenam probationem, voluit Aymo.
Crau. in conſ. 158. viſis actis. nu. 11. vol. 1. ꝙ ẽt placuit
gl. in l. 2. §. 1. ff de excuſ. tut. cui accedit Bal. in rub C.
de proba. & idẽ ſentit alibi Accur. in l. 3. §. eiuſdem. ff.
de teſtib. l. inſtrã. C. de proba. quod ẽt colligitur ex ca.
cũ dilectus, de ſucceſſio. ab inteſt. cui adhæret Roma.
in conſ. 7. nu. 3. Calcan. in conſ. 8. col. 5. circa med. ei-
dem ſententiæ ſubſcripſit Bald. in conſ. 249. ſuper li-
bris, circa fin. lib. 1 & vberius tradidit idem Crau. in d.
tracta. de antiqui. tempo. in 1. parte. verbo uiſo de fa-
ma, nu. 30. id enim ſemper præ oculis eſt habendum,

ut ca,

Digitized by Google

vt ea, quæ non poſſunt probari per veras probationes,
3 † in dubio probentur per præſumptiones, & coniectu-
ras, vel indicia, quod confirmauit gl. in c. tranſmiſſæ,
qui fil. ſint legit. & præſertim id procedere aſſerit Lau.
Calcan. in conſ. 90. quia iſta quæſtio, nu. 14. quē refert,
& ſequitur Hiero. de Monte d. tract. de finib. c. 54. n. 6.
6 Quinimò in his probandis adhiberi ꝓbationes † quæ
aliàs non adhiberentur, ſcitè docuit gl. in c. 2. in verſ.
ſi cognouerit. de arbit. ꝙ ēt placuit Io Andr. in c. cum
quid. de regul. iur. in 6. & Hieron. de Monte vbi ſuprà,
quales ſunt coniecturæ, indicia ac argumenta ēt ſemi
plena, per ea, quæ conſulēdo reſpondit Pariſ. in d. cō.
104. in præſenti cauſa, nu. 24 & 42. Affl. dec. 2;. Capel-
lani. nu. 3. Bal. in cōſ. 420 verba Principis, nu. 1. & ſeq.
vol. 1. idq; cauit Aret in conſ. 42. nu. 3. duas ꝓbationū
ſpecies coniungi poſſe in ꝓbandis confinib. vbi alioq
7 non coniungerent. † quia q̄ non probant ſingula, mul
ta iuuant, vt habemus ab Herennii reſponſo in l. 2. §.
r. ff. de excuſ. tut. & c. cū dilectus. de ſucceſſ. ab inteſt.
Veruntamē in his. quæ ſunt difficilis probationis, pro
8 bationes imperfectas ſine vllo negotio coniungi † q̄-
uis alibi in alio dicendi argō id non deprehendatur,
conſultiſſimè traditū fuit à Pariſ. in conſ. 57. nu. 87. &
36. vol. 1. & ſenſit D. Ant. in c. veniens. 1. in fi. de teſtib.
quē refert, & ſequit Alex. in conſ. 24. animaduertis.
col. fi. vol. 2. cui adſtipulat Dec. in d. c. cū cām. n. 12. &
idē tradidit Lap. in alleg. 94. & cumulatius de hac dif
ferentiē adeas Hier. de Monte vbi ſup. d. c. 53. & 54.
Limitabis, vt tū̃ procedat qn̄ non cōſtat de iuſta
poſſeſſione illius, contra quē agit, ſed qn̄ perſpicuum
9 eſt, eſſe iuſtū poſſeſſorē, † tunc non ſatis erit actori ꝓ-
bare confinia per cōiecturas, vt à nobis ſupra traditū
eſt, ſed plenè omnino illa ſunt probanda, vt conſuluit
Bartho Soc. in conſ. 194. in .col. nu. 9. verſ. cōfirmat
iſta cōcluſio, vol. 2. & ad id teſtat Inno. & cōiter Do
cto in d. c. cū cām, de ꝓba. Sed haud ſcio, an rectè Ay-
mo Crau. hāc limitationē Bar. Soc. impugnauerit, dū
ita diſtinguit in ſuo tract. de antiq. tēp. in 1. par. ver. vi-
ſo de fama. nu. 33. ſic enim inqt. aut reus poſſidens præ
ſcripſit rē, q̄ poſſidet, & tūc fruſtra de probatione acto
10 ris tractat. † qa præſens ius rei extinguit ius actoris an
quā ēi pſcriptū, vt Corn. cōſ. 142. col. 3. ad fi. lib. 3. aut
reus nondū pſcripſit contra actorē, & nunc licet ſit iu-
11 ſtus poſſeſſor cū titulo, & bona fide, ait Craue. † tunc
ſufficere ꝓbationes p indicia, & cōiecturas in antiqs.
Nec illud vllā vim facit, actorē debere plenè probare
ius ſuum, quia fatetur, ſed dicit iſtiuſmodi probationē
per præſumptiones, & coniecturas, & indicia in anti-
12 quis dici plenam, † & legitimam probationem.
Verum enim verò hæc oīa, quæ à Crauetta in me-
diū allata fuere, antea à Felino tradita ſunt in d. ca. cū
cauſam, nu. 4. de proba. verſ. & amplia prædicta, vbi
reiicit ex hac ratione dictum Inno. & cōiter Docto.
ibidem relati à Barth. Soci. in d. conſ. 194 Craue. verò
ſuppreſſo Felin. nomine illam diſtinctionem ſibi ipſe
aſcribit in d. ſuo tracta.

CONCLVSIO CCCXCVIII.

ARGVMENTVM.

Confines an per libros antiquos probentur.

SVMMARIVM.

1 *Confines probantur per libros antiquos.*
2 *Libri antiqui probant Eccleſiaſtica confinia, & non laica-
lia ſecundum Felin.*
3 *Temerarium eſt a cōi, & magis recepta ſententia recedere.*
4 *Libris antiquis plena fides adhibetur, dummodo ſub custo-
dia publica reperti fuerint.*
5 *Libris antiquis creditur, quatenus illis ab antiquis fuerit
fides adhibita.*
6 *Libris Hiſtoriarum, & Chronicis creditur, ſi illis à maiori
bus noſtris fides adhibita.*
7 *Libri antiqui licet ab antiquo fidem non habuerint, faciūt
tamen fidem in his, quæ non ſunt præiudicialia in mate-
ria finium inter Eccleſias.*
8 *Libri antiqui ſi atteſtantur de auditu alieno, etiam quod
ſunt in antiquis, non probant.*
9 *Libri antiqui, vt æſtimum, etiam ſi reperti fuerint in ar-bi
uijs publicis, non probant res alicuius illius eſſe, ne præiu
dicium fiat ei, qui non conſenſit.*
10 *Literæ in ære, vel lapide inciſæ voluntate vnius duntaxat,
non nocent alteri.*
11 *Eccleſiam eſſe dominam rei emphyteutica non probatur ſo
lum per plures inueſtituras de re emphyteutica.*
12 *Libri priuatorum non reperti ſub cuſtodia, non plenè pro-
bant, licet eis in antiquis ſemiplena fides adhibeatur.*
13 *Librorum appellatione omnia volumina continentur, ſiue
ex membranis, ſiue ex papyro ſint confecta.*

1 Confines præterea † per libros antiquos
probantur, & id intecautum vr̄
iuncta gl. in c. ad audientiam, & ibi per ſcribentes de
præſcrip. & in c. cū cauſam. vbi glo. Abb. Imo. & alij
Doct. de ꝓb. & traditur à Bal. in d. c. conſ. 266. & p Abb.
in conſ. 62. nu. 12. in 2. vol. idē placuit Guid. Pap. in q.
114. in verſ. 5. hoc etiā probauit Corn. conſ. 192. vr̄ r.
nu. 6. vol. 4. ad id reſpondit Caſſau. conſ. 15. nu. 2. & in
hanc ſententiam conſuluit Hieron. Gratus reſp. 132.
vol. 4. nec ab hoc receſſit Ludo. Bolog. in conſ. 4. nu.
2. nec id reticuit Barba. conſ. 6. nu 12. vol. 2.
Intelligit prædictā concluſionem Feli. in d. c. cām,
2 nu. 12. vt tū̃ procedat inter Eccleſiaſtica confinia, † &
nō laicalia, quia, inquit. Fel. ibi, libri antiqui in his nō
probant. Verum cum Felini ſniā magis probata alia
Doctorum opinio refragetur, minimum ſi tenetur, &
improbetur à Barb. in d. ſuo conſ. 6 lib. 7 nu. 12. dicen-
te, ꝙ eandem rem limitat in confinibus villarum, ca-
ſtrorū, laicorum &c. non eſt attendenda ratio allega-
3 ta ibidem ſupra à Fely. † cum temerarium ſit à com-
muni, & magis recepta ſententia recedere.
Primò amplia cōcluſionē procedere, etiam ſi age-
retur de magno præiudicio, qn̄ libris antiquis plena
4 fides adhibetur, † dummodo ſub cuſtodia publica re-
perti fuerint, & ita in terminis conſuluit Cor. cōſ. 171.
nu. 3. verſ. & ideo vr̄, vol. 1. vbi quam plurimos adducit,
& præcipuè Io. And. in d. c. cauſam. & ib. Hoſt. de
prob. & communiter hoc ait teneri, quē refert, & ſe-
quitur Hier. de Monte d. ſuo tract. de finib. c. 62. nu. 3.
Neque hoc cam erit neceſſarium, vt libri ſint authen
tici, quādo reperiūtur ſub cuſtodia publica, vt reſpō-
dit Corn. vbi ſupra d. conſ. 17. nu. 3. & Hier. de Monte
d. num. 3. cap. 62.
5 Primò limita cōcluſionem tū̃ locum habere, † niſi
quatenus illis libris ab antiquis noſtris fuerit fides ad
hibita, ſic docuit gl. in c. inter dilectos, in verſ. magis,
de fid. inſtr. & in c. venerabilem, in verſ. tranſtulit. de
elect. auctoritate Bar. in l. 1. nu. n. 12. ff. ſi cer. pet. & per
Dec. poſt alios ibidē nu. 22. concinit & ſuperioribus,
ꝙ ſcribit Gozad. in conſ. 3. nu. 99. & Hier. Grat. in rñſ.
9. nu. 5. vol. 1. gl. & Doct. in c. placuit. 16. diſt. & glo. &
Doc. in c. in noīe Dñi 23. diſt. cū aliis collectis p Fely.
in d. c. cum cauſam. in princ. vbi apertiſſimè loquitur
de confinib. dicendo, quod ſi talibus libris non habea
tur fides ab antiquo, non probare.
Hinc illud optimè poteſt colligi, vt hiſtoriarum li-
6 bris, & chronicis, † quibus à maiorib. noſtris fides fuit
adhibita, credatur, quod confirmari poterit per aucto
ritates proximè ſupra allegatas, & ſequitur Hiero. de
Monte d. c. 62. nu. 6.
Sublimita prædictam limitationem, vt huiuſmodi
libri prędicti, quamuis eis fides ab antiquo habita nō

7 ſit, faciant tamen fidem in his,† quæ non ſunt præiu-
dicialia, vti in materia finiũ inter eccleſias, ait Corn.
d.conſ.171.ſub nu. 3.d.ver. & ideo, & ſancitum eſt in
c.cum apoſtolica, de his, quæ fiunt à Prælato. quod ēt
approbauit Hier. de Monte vbi ſupra, num. 8. Imol. &
Abb. in d.c.cum cauſam.

Secundò limita, vt non vera ſit, ſi tales libri atteſtē-
8 tur de auditu alieno, † nam tunc tpis etiam ſi ſimus
in antiquis, non probant, licet ſecus ſit de teſte in
antiquo, ita limitat Bal. in l.1.ff de offi. quæſto. verùm
hæc limi. diſplicuit Fel. in d.c.cum cauſam in prin.

Tertiò limitabis ex mente Fel. & aliorum; vt libri,
æſtimum, etiamſi reperti fuerint in archiuijs publi-
9 cis, in quibus cõtinetur res alicuius illius eſſe viri, † nõ
probant eſſe illius, ne præiudiciũ fiat ei, qui non con-
ſenſit: vt docuit Fel. in c.cũ cauſam, n.3. & ſenſit Bar.
in l.rura. nu.2.C.de omni agr. deſer. lib.11. Vnanimes
tradidere Bal. Ang. & Imo. in l.diē. de verbo. oblig. &
Alex.conſ.10.cũ duob. ſeqq. lib.4. Hinc dixit Bar. in l.
10 1.in prin. ff. de bono. poſſ. ſecun. tab. † literas inciſas in
ære, vel lapide volũtate vnius duntaxat, nõ nocere al-
teri, & idē voluit eleganter Spec. in tit. de locat. §. nũc
aliqua, verſ. 57. in negotio quis antiquo cõtinēte enũ-
ciatiuè ſimplicem aſſertionē illius, qui nunc agit, pro
illo non credi. Vnde infert Fel. vbi ſup. nu.3. vt ſi appa-
11 reant plures inueſtituræ, de re emphyteutica, † p hoc
ſolũ non probari eccleſiā eſſe dominā rei emphyteu-
ticæ: quod multa obſeruatione dignum eſſe aſſerit.

Quartò limita concluſionē non eſſe verā in libris
priuatorũ non repertis ſub cuſtodia, qui plenè nõ pro-
bant, licet eis in antiquis ſemiplena fides adhibeatur,
12 † dũmodo ſint libri bonorũ virorũ, ita deciſum fuit
in Capell. Toloſ. q.397. & ibi latiſſimè additio, quam
omnino vide. Hier. etiam de Monte d. ſuo tract. de fi.
reg.c.62.nu.9. qui refert Soc.conſ.7.nu.16.vol.2. Bart.
in l.admonendi. ff. de iureiur.

Poſtremò illud pro corollario erit animaduerten-
13 dũ, librorũ appellatione omnia volumina † cõtineri,
ſiue ex membranis, ſiue ex papyro ſint confecta, ſic
cenſuit Bal.conſ.266. thema proponitur. vol.1. cui ad-
hæret Hiero. de Monte vbi ſupra d.c.62.nu.2.

CONCLVSIO CCCXCIX.

ARGVMENTVM.

Confines an probentur per ſcripturam.

SVMMARIVM.

1 *Confines probantur per ſcripturas, ſi illis adhibita ſit fides ab antiquis.*
2 *Scripturis in archiuio publico repertis fides adhibenda eſt.*
3 *Præſumitur plurimũ pro ſcripturis, & factis antiquiſſimis.*
4 *Scripturæ etiam non authenticæ, nec publicè cuſtoditæ, quã-do agitur de modico, aut nullo præiudicio fidem faciunt præſertim quando factum eſt antiquiſſimum.*
5 *Scripturæ in lapide inciſæ, vel in columna fidem faciunt.*
6 *Conſuetudo vbi eſt, vt aliqua ſigna & ſcripturæ fiãt in terminis, illis fides adhibetur.*
7 *Scripturarum attestationibus ſtandum eſt, niſi contrarium probetur.*
8 *Auferentes vel abradentes litteras tractantes de confinibus puniuntur.*
9 *Præſumitur ita terminatum: ſicuti ſcriptum reperitur in lapidibus terminorum.*
10 *Scripturæ publicæ dicuntur: q̃a in loco publico ſunt poſitæ.*
11 *Literæ in lapidibus ſculptæ non faciunt plenã probationē.*
12 *Sepulchri vel monumentorũ ſcripturæ non probãt proprietatem ipſorum.*
13 *Scripturæ in lapidibus non probant, ſed adminiculantur, vbi agitur de graui præiudicio.*
14 *Scripturæ exiſtẽti in lapide quo caſu plena fides adhibeaẽ.*

1 Confines porrò probantur ēt per ſcriptu-
ras, † ſi modò ab antiquis nr̃is
illi ſcripturæ cõiter ſit adhibita fides, vel ſaltē ſi repe-
riantur ibi in loco, vbi ſolũ ſcripturæ authenticæ ſo-
lent recondi: ita conſtitutũ eſt ab Innocentio III. Pon-
tifice Maximo in c. ad audientiã, de præſcr. quod idē
confirmat l.cenſus.cũ gl. ff. de prob. & animaduertit
Bar. in l.1.ff. ſi cer. per. reſpondit Corn. in conſ.333.ca-
2 pio. ſub n.7. vol.5. vbi dicit, † ſcripturis in archiuio pu-
blico repertis fidem adhibendã eſſe, fretus auctorita-
te Imp. in auth. ad hæc. C.de fid. inſtr. & gl. in c. pertic-
nit, in verſ. archiuis. 10.q.1. & aſſeruit Laur. Calcan. in
cõſ.90. quia iſta q̃ſtio; quo in loco vult, vt pro ſcriptu-
3 ris, & factis antiquiſſimis † plurimũ præſumatur, qui
multa ad hoc congerit, & nu.5. tradit, præſumendum
eſſe pro ſcripturis antiquis, & eis ſtandũ nõ ſolũm qñ
agitur de finib. terrarum ſingularum perſonarum, ſed
etiam quando agitur de finibus publicis diœceſium,
ciuitatum, caſtrorum, & villarum.

Primò amplia, concluſionē locum ſibi vendicare
ēt in ſcripturis non authenticis, nec publicè cuſtodi-
4 tis, † qñ agitur de modico, aut nullo præiudicio, velu-
ti ſi dubitetur, an Eccleſia ſit conſecrata, an infans ba-
ptizatus: quia tunc fidē faciunt, & præſertim, quando
factum eſt antiquiſſimũ, vt obſeruat gl. in c. ſanè 2. in
verſ. dictitiis, 24.q.2. Inn. in rub. de conſec. Eccleſ. vel
altar. arg. d.c. cum cauſam. & inquit Hier. de Monte
d. ſuo tract. de finib. reg.c.63.nu.3.4. & 5.

Secundo amplia, concluſionē procedere, etiamſi
5 hmõi ſcripturæ inciſæ eſſent in lapide, † vel in colum-
na, ita habemus à Rom. Pontif. in 24.q.3. & d.c. ſanè.
& colligitur ex l.1. & 2. ff. de albo ſcriben. & aſſeruit
Guid Pap. in d q.193.nu.1. & idem in conſ.88.nu.2. &
Hippol. de Marſi. in rub. C. de prob. nu.192. conſuluit
ēt Alex.conſ.90.nu.22.vol.6. Barb. ēt cõſ.6.nu.8. vol.
2. & Lau. Calcan. in conſ.90.nu.8. vbi ait, id in primis
habere locũ, qñ ita teneat conſuetudo; vt aliqua ſigna,
6 † & ſcripturæ fiant in terminis, & eis fides adhibeatẽ,
& licet ſcripturis priuatis regulariter non credatur: tñ
hmõi literis fides hr̃, ꝙ non propriè dicuntur ſcriptu-
ræ priuatæ, ſed quodammodo publicæ, quia in loco
publico expoſitæ ſint, quibus cõſuetudo fidē adhibet,
& ideo quoad fidē eis adhibendã pro publicis haben-
tur: vt meminit gl. in c.1. glo.1. verſ. ſcripturã publicã,
7 ext. de fid. inſtr. † & hinc eſt, vt earum atteſtationibus
ſtandum ſit, niſi contrariũ probetur. arg. d.l. quædam,
§. nummularios. ff. de edendo. ſi non probarent hmõi
literæ tractantes de cõfinibus, in eos lex nõ animad-
8 uerteret, qui illas auferrent, vel abraderent † ſicuti pu-
niuntur. l. agraria, & per totũ, ff. de termi. moto, & de
abraſione ſancitũ eſt in cõtex. in l.1. ff. de alb. ſcrib. &
l. qui tabulã. ff. ad leg. Iul. pecul. & ita cõcludit Calca.
d.conſ.90.nu.8. tract. Papien. in for. libell. actio. real.
verbo, cui cohæret, nu.3. in addit. Corn.conſ.131.nu.
10.vol.7. & in conſ.333. capio. nu.5. eo. vol. & in conſ.
162. vſ primo, nu.6. vol.3. & per Paul. de Caſt. in l. ſi à
furioſo, in fi. C. de teſta. Bald. in l. monumentorũ. ff. de
religioſ. & ſumpt. fun. & per plura ibi per eũ allegata.
& hoc maximè quando ſunt ſcriptæ in lapidibus ter-
9 minorum: † nam cum ita ſcriptũ reperitur, & ita ter-
minatum eſſe præſumitur. l. Titio. § pen. ff. de verbo.
obli. l. hac ſcriptura. ff. de dona. & dicuntur ſcripturæ
10 publicæ; † quia in loco publico ſunt poſitæ: vt obſer-
uauit Barth. Caſſa. in cõſ.15. & Hier. Grat. in reſponſ.
122.nu.3. vol.2. & latè nouiſſimè proſequitur Hiero.
de Monte d. tract. de finib. c.63. per totum.

11 Contrarium tñ ꝙ literæ in lapidibus ſcriptæ † nõ fa-
ciant plenam probationem, vr̃ eſſe ſancitum in l. mo-
numentum. ff. de relig. & ſumpt. fun. vbi ſepulchri, vel
12 monumentorũ ſcripturæ † non probant proprietatē
ipſorũ, & idem vr̃ ſentire Fel. in d. c. cum cauſam. nu.
* 8. & 27. dicens, Doctores* communiter velle, quòd
tales ſcripturæ non probent, ſed adminiculentur,
vbi

Digitized by Google

13 vbi agitur de graui præiudicio, † præſuppoſito etiã, ꝙ
eſſemus in facto antiquiſſimo, & ſecundum eum in
vno tantum caſu eis plena fides adhiberetur, quando
conſtaret, ꝙ ſcriptura in lapide ab eo eſſet facta, vel il
14 lius auctoritate † qui poſſet dare fidem ſcripturæ.
Contrarium tamen eſt verius, vt ſupra dictum eſt.

CONCLVSIO CCCC.

ARGVMENTVM.

Confines an probẽtur per lapides antiquos.

SVMMARIVM.

1 *Confines probantur per lapides antiquos pro terminis apponi ſolitos.*
2 *Quomodo habeatur indicium apertiſſimum diuiſionis territorij, vel bonorum ex lapide.*
3 *Lapidibus terminorum omnino credendum eſt.*
4 *Lapides pro confinibus poſiti, quomodo eſſe debeant, vt confinia probent.*
5 *Lapides poſiti ad confines in certam partem directo ſe ſe mutuo reſpicere debent.*
6 *Ruſticis in rebus ſpectantibus ad confinia, & ſimilibus credendum, & ſtandum eſt.*
7 *Terminus quo pacto cognoſcatur voluiſſe potius terminare cum vno territorio, quam cum alio.*

1 Confines probari per lapides antiquos † pro terminis appon ſolitos,
habemus ex l. C. in l. 1. §. qui in rationib. ff. de fall. & l.
qui tabulas. in prin. ff. de fur. & à gl. in c. cum cauſam.
de prob. hoc idẽ aſſeruere q̃ plurimi, vt Barba. conſ. 6.
ſapienter ſcribitur, nu. 13. lib 2. Guid. Pap. q. 193 nu. 1.
Bal. in conſ. 420. nu. 1. & pract. Papienſ. in form. libell.
actio. real. verb. cui cohæreat ab vna. nu. 3. & ibi addi.
Corn. conſ. 333 capio. nu. 12. vol. 1. p. l. in ff. fin. regun.
& Corn. ibi nu. 7. ſubdit, ꝙ qñ effoditur locus, in quo
2 dicebatur eſſe terminus, † ſi ibi reperiatur lapis cũ lapidib.
paruulis hinc inde ad cuſtodiã, qui ſignent lapidẽ medium
fuiſſe poſitum pro fine terminante, & deſignãte,
iſtud videri indiciũ apertiſſimũ diuiſionis territorij,
vel bonorum, vt ẽt dixit Paris de Put. in c. 1. nu. 20. &
21. de fin. feud. & idem ẽt tradidit in c. quando ſunt,
nu. 8. & 9. eo. tit. atque Hieron. de Monte vbi ſupra d.
ſuo tract. de fin. c. 19. nu. 2. 3.
Amplia, & intellige, concluſionẽ vſq; eo procede-
3 re, † vt omnino lapidibus credendũ ſit, licet partes, q̃
litigant, nõ potuerint, & eos pro terminis nõ habeãt,
iuxta ſententiam Corn. d. conſ. 333. capio. nu. 12. vol.
1. per l. fin. ff. fin. regund. quem refert, & ſequitur Hier.
de Monte vbi ſupra d. c. 19. nu. 1.
Primò limita, cõcluſionem procedere dummodò
lapides pro confinibus poſiti ſint immobiles, & terræ
4 inhærentes inſtar terminorum, † vel ſaltem, vt lapides
mobiles alios habeant lapillos ibidẽ terræ adhæreſcẽ
tes, qui vocantur indices oſtendentes locũ, quem ab
aliis ſegregant, & diſtinguunt, vt traditũ habemus à
Parid. de Put. in c. 1. nu. 1. de finib. feud. & ibi num. 20.
quẽ refert, & ſequitur Hier. de Monte d. tract. de fi. c. 17.
nu. 3. & 4. & ait D. Paris de Put. ita ſolere in vſu forẽſi
obſeruari, atq; de hac re cõſici inſtrũ, qñ per iudicẽ,
vel arbitrũ aſſignantur, per ea, quæ habentur, vt ipſe re-
fert, in l. inter caſtellia. ff. de recept. arbit.
5 Secundò limita, dũmodo ita lapides poſiti ſint, † vt
in certã partẽ directo reſpiciant ſe ſe mutuo nõ obli-
quũ: vt docuit Bar. in trac. Tyberia. in 20. figu. quæ in-
cipit, hæc figura differt, quẽ ſequitur Paris de Put. in c.
1. nu. 27. de finib. feud. qui ait, à ruſticis audiuiſſe ita ob
6 ſeruari debere, † qbus in iſtiuſmodi rebus credendũ,
& ſtandum eſt. arg. l. ſi chorus. ff. de leg. 3. c. qa indicã-
te. de præſcr. & hæc limitatio inſerui re poterit qõ in il-
li, qñ terminus reperitur in confinib. pluriũ territoriorũ
vel agrorũ, quo pacto cognoſcatur voluiſſe potius ter
minare cũ vno territorio, q̃ cũ alio. & ait Corn. conſ.
7 333. n. 37. vol. 1. † cognoſci iſtud poſſe hoc modo, qñ
terminus reſpicit aliũ terminũ directo, non è trãuer-
ſo, vel ſi ꝙ ſummũ eſt in termino ſine guardia (vt alij
appellãt) reſpiciat terminũ ab vno latere directè, tũc
erit ſignũ, eſſe finẽ territorij, vel prędij, inter territoria,
& pdia, verſus q̃ reſpicit, ꝙ ſequitur Hier. de Monte vbi
ſup. d. trac. de fi. c. 18. nu. 1. qui ait, ſæpius ſe ita in vſu,
& conſuetudine ſeruaſſe iudicio Geometrarum, &
agrimenſorum, qui in hanc ſententiam deſcendere.

CONCLVSIO CCCCI.

ARGVMENTVM.

Confines an probentur per priuilegia antiqua.

SVMMARIVM.

1 *Confines probantur per priuilegia antiqua conceſſa ab eo, qui illa confinia poterat diſpenſare.*
2 *Bona particularia, quando continentur intra fines in antiquo priuilegio deſignatos, præſumuntur eſſe de finibus, & iuribus ſuis finitimes.*
3 *Princeps concedens Caſtrũ, & territorium, videtur concedere quãdam vniuerſitatem prædiorum intra fines poſitorum.*
4 *Priuilegia etiam enunciatiua, & aſſertiua, dummodo antiqua ſint, probant confinia.*
5 *Verba enũciatiua inter priuilegia Papę æquipollet formæ.*
6 *Priuilegium nullius eſt ponderis, niſi volens eo vti probet, tempore conceſſi priuilegij bona, de quibus agitur, pertinere ad ipſum concedentem.*
7 *Intendens vigore priuilegij vti confinibus deſcriptis in priuilegio tenetur probare de iure ſui auctoris.*
8 *Bona conceſſa non pręſumuntur fuiſſe in dominio alicuius priuatæ perſonæ, ſed in dominio ipſius Principis, ſi tempore conceſſionis erant inculta, & deſerta.*
9 *Principi aſſerenti in priuilegio bona ad ſe ſpectare tanq̃ poſita intra confines ibi expreſſos, credendum eſt, maximè ſi fuerit ſupremus Princeps, vt Pontifex, vel Imperator.*
10 *Bona omnia, quæ intra fines regni ſunt, non pręſumuntur eſſe, vel fuiſſe regis.*

1 Confines ẽt probari p priuilegia antiqua cõceſſa ab illo † q illa confinia
poterat diſpẽſare, pleriq; iuris interpretes tradidere, p̃-
ſertim gl. in c. ſi Papa, de priuil. in 6. Rui. in col. 92. nu.
* 13. vol. 4. Ant. de Bur. & oẽs recẽtiores in c. . de ſuc-
ceſ. ab inteſt. & in iſtis terminis ita conclud. Are. in
cõſ. 42. in prin. Soc. in cõſ. 116. in ca cõnatis, pulchrè,
& latè Fel. in d. c. cũ cãm. nu. 5. de pb. Pari. in cõſ. 27.
2 nu. 12. vol. 1. vbi dicit, † ꝙ qñ bona particularia cõti-
nentur intra fines in antiquo priuilegio deſignatos, orit
pbatio, & p̃ſumptio eſſe de finib. & illius, cuius ſunt
fines, & idẽ voluit Bal. in rub. C. de cõtrah. empt. verſ.
22. quæro, Dec. in cõſ. 42. nu. 10. Old. cõſ. 212. nu. 8. vbi
voluit ꝙ quando Princeps concedit caſtrum, & terri-
3 toriũ, † videtur concedere quandam vniuerſitatẽ prę-
diorum intra fines poſitorum. idẽ placuit Boſ. in ſuo
trac. crim. tit. de princip. nu. 237. & num. 243.
Amplia, vt pcedat, et ſi illa priuilegia ſint enũcia-
4 tiua, † & aſſertiua, dummõ antiqua ſint, vt tradidere
DD. in d. c. ſi Papa. de priuil. in 6. & Fel. in d. c. cũ cãm.
d. nu. 5. vbi ait, talia enũciatiua inter priuilegia Papæ
5 † ęquipollere formę teſtatur Io. And. in reg. nõ licet. ad fi.
de reg. iu. in 6. D. Ant. in c. fi. 12. col. de ſucceſ. ab inteſt.
Intellige hanc cõcluſionẽ, vt volens vti priuilegio
dẽat pbare tpe cõceſſi priuilegii bona, de qb. agitur per
6 tinere ad ipſum concedentẽ, † alioquin priuilegiũ ip-
ſum nullius eſt ponderis: vt dixerunt Bar. & Alber. in
l. ſi ſic. §. 1. in fi. nu. 2. ff. de leg. 1. Alex. in conſ. 28. nu. 7.
vol. 1. poſt Old. cõſ. 164. viſo priuilegio incliti Regis.

Rol. à Valle in cōſ. 82. nu. 12. vol. 2. Dec. in conſ. 302. poſt nn. 11. Crau. conſ. 295. nu. 7. & 8. Quòd procedit etiam ſi Princeps cōceſſiſſet aliquam rem ſingularē,
7 quæ hodie poſſidetur per tertium † quia ille, qui intē-
dit vigore priuilegii vti confinibus deſcriptis in priuilegio tenetur probare de iure ſui authoris, vt per Crauet. proditum eſt in cōſ. 293. nu. 2. quia etiam res aliena poteſt vendi, & donari. l. quæ nondum, §. quod dicitur. ff. de pign. l. cum res. C. quæ res pig. obl. poſſ.

Limita, vt hæc non procedant, ſi bona conceſſa tē-
8 pore conceſſionis erant inculta, & deſerta, † nam tūc non opus eſt aliqua probatione, ex quo non præſumantur fuiſſe in dominio alicuius priuatæ perſonæ, ſed in dominio ipſius Principis: vt dixit Paul. de Caſt. in l. 1. ff. de acq. poſſ. & Natt. in conſ. 501. nu. 3.

Declara concluſionem, quòd ſi in priuilegio Princeps aſſeruerit bona, de quibus in ipſo, ad ſe ſpectare
9 tanquam poſita intra confinia ibi expreſſa † ei credē-
dum erit, præcipuè ſi fuerit ſupremus Princeps, vt Sūmus Pontifex, vel Imperator, per clem. 1. de prob. & dixit Crauet. d. conſ. 293. nu. 2.

Limita tamen hoc, vt ſibi locum non vendicet, qñ agitur de præiudicio tertii, vt declarando dictam clementinam primam dixit Abb. ibid. in fi. & in c. cum à nobis de teſtib. & ſequitur Curt. iun. conſ. 142. num. 10. pro quo facit, quod non omnia bona, quæ intra
10 fines Regni ſunt † præſumuntur eſſe, vel fuiſſe Regis, vt deciſum fuit ab Afflict. deciſ. 267. nu. 4. cu ſeqnēti Alex. conſ. 55. verſ. circa aliud dubium. num. 19. lib. 4. Natt. cōſ. 313. & à Rol. à Val. conſ. 72. col. 1. & 2. li. 2.

CONCLVSIO CCCCII.

ARGVMENTVM.

Confines an probentur per cuſtodiam locorum.

SVMMARIVM.

1 *Confines probantur per cuſtodiam locorum.*

2 *Cuſtodia loci aperiè demonſtrat poſſeſſionem cuſtoditi, & eſt euidens ſignum diuiſionis territoriorum.*

3 *Actus cuſtodiendi ne damna inferantur, non denotat dominium ipſarum ſingularium rerum, ſed iuriſdictionis, & ſuperioritatis.*

4 *Fines prouinciæ ſeruantur per cuſtodes.*

1 Confines inſuper pbari poſſe † per cuſtodiam locorum optimè ab Imperat. Iuſtian. elicere poſſumus in l. in nomine. §. ſancimus. verſ. in Sardin. C. de offic. præfect. prætor. Afri. & tradidere Guid. Pap. in d. q. 193. nu. 1. & Bald. conſ. 420. num. 1. vol. 1. vbi ait, huiuſmodi cuſtodes magis idoneos eſſe, quàm alios. & videnda erunt notata ſupra in concluſione, confines per teſtes, ſecunda ampliatione, & idem proditum fuit in pract. Papi. in forma libell. actionis realis. verb. cui cohæret. nu. 3. vbi id comprobat per l. ſi ita, §. mulier villæ cuſtos. ff. de fund. inſtructo, &c. Nam cuſtodia loci apertè demonſtrat poſſeſſionem cuſtoditi, & eiuſdem retenti,
2 † idque euidens eſſe ſignum diuiſionis territoriorū
refert Dominus Luchinus de Curte in quibuſdā ſuis allegationibus de finibus. nu. 19. quæ adiunctæ ſunt tract. D. Hier. de Monte de finib. ad id probandū adducit l. quatundā. ff. de acq. poſſ. Alex. in conſ. 88. qm̄ omne damum, col. fi. verſ. præterea. li. 5. vbi dicit, actus
3 cuſtodiendi, ne damna inferantur † denotare dñium
iuriſdictionis, & ſuperioritatis, nō aūt dominiū ipſarum ſingularium rerum, & dicit Petr. de Vbal. de Peruſ. in tract. de duob. fratrib. 5. par. prin. q. 28 q ad hoc afficit tex. in l. in nomine domini. cir. prin. ibi, quoniā
4 ita conuenit: † vt per cuſtodes fines Prouinciæ ſeruē-
tur. C. de offic. præfect. Prætor. Afri. & ſequitur Natt. in conſ. 672. nu. 9. & ſequen. lib. 4.

CONCLVSIO CCCCIII.

ARGVMENTVM.

Confines an & quomodo probētur ex clauſuris, per exercitium iuriſdictionis, per vias regales, per redditus antiquos, per voluntātem patrisfamilias, per communem opinionem, per ſententiam iudicum, & arbitrorum, per literas Epiſcopi, vel Iudicis ordinarij, per loci euidentiam, & per refectionem agerum.

SVMMARIVM.

1 *Confines probantur per clauſuras.*

2 *Cōfines in antiquis probātur per exercitiū iuriſdictionis.*

3 *Finis, & diſtrictus tam in terra, quām in mari, in Cœlo, & in aere probantur per exercitium iuriſdictionis.*

4 *Merū īperiū cōſiſtit in quatuor, ſicut ſūt quatuor elemēta.*

5 *Confines declarantur per vias regales, per flumina, montes, valles, villas, & ſimilia, & dicuntur æterni: quia in æternum permanent.*

6 *Quod ſemel eſt verum in terminis, ſemper eſt verum.*

7 *Termini vbi olim fuere, ibi etiam nunc eſſe præſumuntur.*

8 *Termini appoſiti ab homine mutabiles ſunt, & poſiti a natura: vt flumina, & montes perpetui.*

9 *Confines in antiquis probantur per redditus antiquos, & nauigia, & pedagia.*

10 *Confines probantur per voluntatem patrisfamilias declaratam in eius vita.*

11 *Confines per communem opinionem probari poſſint.*

12 *Confines probantur per ſententiam iudicum, & arbitratorum, dummodo termini reperiantur ita poſiti, prout in arbitramentis conſtituuntur.*

13 *Ratum habere verbis, vel de facto, paria ſunt.*

14 *Confinia probantur per literas Epiſcopi, vel cuiuſlibet alterius iudicis ordinarij.*

Literæ iudicis circa ea, quæ ſunt aliena ab officio ſuo plenè non probant. ibid.

15 *Semiplena probatio eſt plena in materia probationis finium.*

16 *Confines probantur per loci euidentiam.*

17 *Confines probantur per refectionem agerum.*

18 *Confines vel ſue vniuſquiſq; ſene præſumitur.*

19 *Confinibus antiquis ſtandū eſt, niſi probentur noui.*

20 *Terminos mutare licitum eſt in propriis agris.*

21 *Venditio, vel conceſſio pſumitur facta ſecundum fines antiquos, ſi venditor in venditione, vel cōcedens in cōceſſione non certiorauerit emptorem de finibus mutatis.*

22 *Res immobilis, quę aliàs fuit intra certos terminos, hodie præſumitur ibi eſſe.*

23 *Finium memoria per terminos conſeruatur.*

24 *Confines præſumuntur illius, qui primo occupauit.*

25 *Confines rerum Spiritualium occupari non poſſunt, niſi auctoritate Summi Pontificis.*

26 *Temporalia vacantia ſine alicuius iniuria, & peccato occupari poſſunt.*

Quod in nullius eſt bonis, hoc naturali ratione occupanti conceditur. ibi.

27 *Iure naturali res præſumitur eſſe illius, qui eam poſſidet, niſi ab alio doceatur contrarium.*

Spiritualia non poſſunt occupari, licet vacent, ſed obtineri debent a Vicario Chriſti. ibid.

Confinium probationes ſuppetunt, & nobis aliæ multæ, quas breuiter hic enumerare, ne diutius in huius cōcluſionis probatione immoremur, non pigebit. Et vt hinc potiſſimum exordium ſummā, poterit quis ſuos pro-
1 bare confines † ex clauſuris, quod probationis genus
ſine dubio colligi poteſt a Iuſti. in l. in nomine Dñi. §. ſancimus. ver. Sardin. ibi ſicuti ex clauſuris, & Burgis oſtenditur. C. de offic. præfect. prætor. Afric.

Secundo

Secundò loco præcedentibus accedit, vt confiniũ
2 probatio fieri poſſit in antiquis† per exercitiũ iuriſdictionis, ſic nos docuit Bal. & Fel. in d. c. cũ cauſam de prob. in fi. allegãt c. dilectos de offic. Archi. & c. licet de proba. Iaſ. in conſ. 166. nu. 1. Franc. Aret. cõſ. 42. nu. 2. & 3. Bal. in conſ. 420. verba Principis, vol. 1. nu. 1. & ſeq. vbi id planũ facit exactione talearũ, & ſimilib. & cõſiderat ibidẽ, quod per hoc exercitiũ iuriſdictionis
3 probantur fines, & diſtrictus tã in terra, † q̃ in mari, immò in cœlo, & aere, quia vſq; ad cœlum dẽt eſſe liberum poſſidentis ca. vbi periculũ de elect. lib. 6. & hoc modo tunc ſignificant dñium aeris, quia ſuſpenſi pendent in aere, & iſta eſt magna ſignificatio meri imperij, quod conſiſtit in quatuor, ſicut ſunt quatuor ele-
4 menta † in igne, vt qñ quis comburitur pp maleficiũ, in aqua, vt qñ quis ponitur in Eculeo, & in aquã ſeu in flumen proijcitur l. 1. C. de parrib. q fil. occid. in terra, vt qñ quis in terra proſternitur, & capite mulctaĩ. l. 3. C. de epiſ. aud. cũ ſimi. & confines probari per exercitiũ iuriſdictionis dixit ẽt auctor prac. Papien. in for. libelli actio. realis, verb. cui cohæret, nu. 3. teſtaĩ Inn. c. cum ad ſedẽ. nu. 4. de reſtit. ſpol. & hoc adiuuat c. ſuper quibuſdam ext. de verb. ſignifi.

Tertiò loco ſuperioribus conuenit, cõfines declarare per vias regales, quandoq; per flumina, qñq; per
5 montes † valles, aut villas, & ſimilia, vt multi tũ profitendo tũ conſulendo ſcripſere. Bal. in d. conſ. 420. nu. 1. vol. 1. & idẽ conſ. 443. incip. qualiter probeĩ vol. 5. Hiero. de Monte d. tract. de finib. c. 24. in prin. Barbat. conſ. 6. nu. 11. vol. 2. & Bal. in conſ. 286. nu. 1. & 2. thema proponiĩ, vol. 2. qui quidẽ fines dicunĩ æterni, qa in æternũ permanẽt, vt tradidit Petr. de Vbal. in tract. de duob. fratrib. nu. 5. & 31. tom. 8. per l. in agris limitatis. ff. de acq. rer. domi. & l. itẽ ſi fundi. §. ſed & ſi inſu-
6 la. ff. de vſufr. † & in his terminis q ſemel eſt verũ, ſemper eſt verũ, vt ait Bal. in d. c. cũ cãm, & ibi ſequiĩ Fel. nu. 5. de prob. allegat l. quæ bona. §. ſi ſtipulatus fũ de
7 dam. infect. & vbi olim fuere termini, ibi ẽt nũc † eſſe præſumunĩ per rñſum excellentiſſimi ingenii Papiniani in l. in finalib. vbi Bal. & Maria. ff. fin. regun. & Fel. in c. cũ cãm. de prob. & dicit ibi Bal. terminos appoſitos ab hoĩe eſſe mutabiles, terminos verò à natu-
8 ra poſitos, vt flumina, † & montes eſſe perpetuos, cui ſubſcripſit Alci. de præſump. reg. 2. præſump. 13.

Quartò loco nec illa probatio confiniũ eſt diſſimilis ſuperioribus, etenim in antiquis per redditus anti-
9 quos, & nauigia, & pedagia, † optimè oſtẽdi poterũt cõfines, ſi credimus Bal. & Fel. in d. c. cũ cãm. de pbat. confirmant id per c. dilectos de offi. arch. & c. licet de proba. Iaſ. conſ. 166. nu. 2. vol. 4. Bal. conſ. 420. num. 1. vol. 1. pract. Papien. vbi ſupra in dicto verbo cohæret ab vna, nu. 3. vbi adducit l. ſi quis ſuper. C. fin. regund. Alex. in conſ. 166. nu. 2. in conſ. 226. nu. 2. vol. 2. Soc. in conſ. 187. nu. 15. vol. 2. nu. 3. l. vectigalia. C. de vecti. & commiſ. Bal. in c. 1. de pace tenen. & ſecundum Hipp. de Marſil. in rub. de prob. nu. 266. late Hiero. de Mõte vbi ſup. c. 52. nu. 7. 8. 9. 10.

Quintò præcedentibus hæc probatio finitima eſt,
10 † nam per voluntatem patriſfamilias declaratam in eius vita confines indicari poterunt, vt in hanc ſñiam videtur Iulianus deſcendere in l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. & Vlp. in l. ſi quis duas. § ſi quis partẽ. ff. communia præd. & Guid. Pap. in d. q. 193. atq; Hiero. de Monte tract. de finib. c. 52. nu. 15.

11 Sextò ex eodẽ fonte manat, vt confines per † communem opinionẽ probari poſſint, vt voluit Spec. tit. de prob. §. 1. & in §. videndũ reſtat, nu. 12. ibi, per communem opinionem. Guid. Pap. in d. q. 193. & Bal. cõſi. 420. nu. 1. vol. 1. & conſ. 265. vol. 2. in prin. & conſ. 267. in prin. col. 2. Ruy. conſ. 50. nu. 16. vol. 1. & pro hoc faciunt notata ſupra in probat. per famã, q & probauit auctor pract. Papien. in form. libel. actio. real. verb. cui cohæret, nu. 3. & Hiero. de Monte vbi ſup. c. 52. nu. 16. Bartho. Socy. in conſ. 86. nu. 2. & ſeq. lib. 1.

12 Septimò accedit, † confines per ſñiam iudicum, & arbitrorũ probari reſpondet Bal. conſ. 420. nu. 1. vol. 1. cum ibi allegat. pract. Papien. in form. libell. actio. realis. Hiero. de Monte vbi d. c. 52. nu. 11. & 12.

Iſtud extendere poteris, vt procedat, ẽt ſi non conſtet illum eſſe iudicem, vel arbitrum, dummodò iſti termini reperiantur ita poſiti, prout in arbitramentis conſtituuntur & ita permanſerint per longum tps, nã cum tamdiu permittuntur illi termini, & tacetur, præſumitur illos ratum habuiſſe terminos, inter quos ſen-
13 tentia, vel laudum latum eſt, † nam paria ſunt ratum habere verbis, vel facto. l. Paulus reſpondit. ff. rem rat. habe. Bald. in l. non ignoras. col. 1. C. qui accuſa. non poſſ. ita ampliat concluſionem Alci. de præſump. reg. 1. præſumpt. 43. nu. 3.

Octauò huc quoq; pertinet, vt probentur confinia per literas epiſcopi, uel cuiuſlibet alterius iudicis ordi-
14 narii, † ẽt ſi huiuſmodi literæ ſint, & agant de his, quæ ad officium ſuum non ſpectant, nam licet tales literę circa ea, quæ ſunt aliena ab officio ſuo, plenè nõ probent, vt infra diximus in concluſione epiſtola Epi, tñ
15 ſemiplenè probant, quæ probatio eſt plena † in materia probationis finium, vt ſupra notatum eſt, & quod huiuſmodi literæ probent in confinibus, tenet Dec. in c. poſt ceſſionem. nu. 4. de probat.

16 Nonò illud attingendum eſt confines probari † per loci euidentiam, iuxta ſemẽtiam Dom. Hauder. in ſua praxi ciuil. c. 177. nu. 4. & dicit Affl. dec. 2[illegible]. poſt nu. 6. verſ. ſit omnibus viſum, & dictum eſt fuſius infra in concluſione, euidentia.

17 Poſtremò loco illud dicendũ eſt, cõfines pbari † p refectionem aggerũ, vt dixit Pariſ. conſ. 4. nu. 6. vol. 4.

Nec ab hac re alienũ illud eſt, vnũquenq; cõfines
18 rei ſuæ † ſcire præſumi, vt decidit Afflict. dec. 8[illegible]. nu. 2.

Nec hinc longè abeſt, cõ[illegible] omnibus antiquis eſſe ſtan-
19 dum † niſi probentur noui, vt ait Bal. in l. ſucceſſori. in 1. not. C. fi. regun. niſi in rerum conceſſione fuiſſent
20 alij deſignati, quia in proprijs agris licitũ eſt † terminos mutare, & tunc fines antiqui non attenderentur, ſed illi, qui reperiuntur deſignati in contractu, vt habetur in l. 1. & ibi Bal. C. eod. quod & placuit Hieron. de Monte vbi ſupra.

Intellige iſtud vſq; eo procedere, vt ſi venditor in venditione, vel concedens in conceſſione non certiorem fecerit emptorem, & illum, in quem conceſſio fa-
21 cta fuit, de finibus mutatis, præſumitur † venditionẽ, vel conceſſionem factam fuiſſe ſecundum fines antiquos, vt traditum eſt ab Alber. in d. l. in finalib. & in l. eos. C. fin. regund.

Amplia tñ non ſolùm procedere in terminis, ſed ẽt in alijs rebus immobilibus nam res immobilis, quę
22 aliàs fuit infra certos terminos, † hodie præſumitĩ ibi eſſe, ſecundùm q voluit Barb. in c. ex literis, nu. 15. de probat. Paris de Put. in ca. ſciendum. de finib. feudor. Hiero. de Monte vbi ſup. d. c. 21. nu. 5. & notandũ deniq; quod quemadmodum per ſepulcrum hominũ
23 memoria retinetur, ita ſimiliter per terminos † finiũ memoria conſeruatur, vt obſeruat Ang. in § quadam actiones, nu. 10. & ibi Iaſ. nu. 38. Inſt. de actio. Hieron. de Monte vbi ſupra, nu. 8.

Illud tñ, q ad hanc cõfiniũ materiã pertinet, non
24 eſt omittendũ, cõfines præſumi eſſe illius, qui † primo occupauit, ſic tradidere Inn. & Bald. in d. c. cũ cãm. de prob. Quod quidem maximè ſcitu, & memoria eſt dignũ, ſecundũ Bal. in l. rem quæ nobis. ff. de acq. poſſ.

Quod tamen limitandũ venit in confinibus rerum
25 ſpiritualium, † in quibus non datur libertas occupãdi rem vacantẽ, niſi auctoritate Summi Pontificis, vt cauit Inn. quem ſequiĩ Fel. in d. c. cũ cauſam. de prob. & ibi d. Abb. nu. 3. vbi reddit rationẽ diuerſitatis huius, quia tẽporalia vacantia ſine alicuius iniuria, & pec-
26 cato occupari poſſunt, † quia quod in nullius eſt

bonis,hoc naturali ratione occupanti conceditꝰ. §.fe ræ itaq;.Inſtit.de rerum diuiſi.iure enim naturali præ ſumitur res eſſe illius,qui eam poſſidet,niſi ab alio do
27 ceatꝰ contrariũ, † ſed ſpiritualia non poſſunt occupari,licet vacẽt, ſed debent obtineri à Vicario Chri, vel ab alio deputato ab eo, ſeu ab authoritate canonis.

CONCLVSIO CCCCIIII.

ARGVMENTVM.

Confirmatio an probet confirmatum.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio non probat confirmatum.*
2 *Princeps ſi in confirmatione apponit totum tenorem inſtrumenti contractus,tunc bene probat illum contractum donationis, alienationis, & ſimilium.*
3 *Confirmatio Papæ, vel Principis ex antiquitate temporis præſumitur ſuper aliquo actu facta.*
4 *Confirmatio præceſſiſſe præſumitur ab initio actus,ſi electus diu poſſederit.*
5 *Confirmatio præſumitur ex negligentia.*
6 *Confirmatur probatum ex confirmatione,quando res confirmata narratur ſpecificè in ea,ſecus ſi implicitè.*
7 *Qualitates, & circunſtantiæ rei confirmatæ non probantur,licet per confirmationem explicitè factam confirmatum probetur.*
8 *Confirmatio ſi eſt ſimplex,& pura , & res confirmata continet plura capita , & qualitates, non ſe refert ad illam rem continentem qualitates de quibus in confirmatione non fuit facta mentio.*
9 *Confirmatio teſtamenti probatur per quinque teſtes adhibitos ad confirmandam voluntatem inualidam,teſtes duo ſufficiunt ad declarandam voluntatem validam.ibi.*

Confirmationem non probare cõfirmatum,
1 vt donationem,vel feudi alienationẽ,† niſi illud oſtẽdatur,docuit Spec.tit.de inſtr.editio.§.nunc aũt vidẽdum reſtat.circa prin.nu.3.verſ.quid ſi conceſſum,cõ probat id per contex.in l.ſi qs in aliquo.C.de eden. & per c.1.de fid.inſtr.& c.1.& c.cum dilecta.de cõfirma. vtil.vel inutil. cũ ſimilib. & eadem refert, & ſequitur Matthæ. ab Affl.in feudal.lib.tit. de ꝓhibita feud.alie. q.24.nu.2.conſu'tus rñdit clarè Barth.Soc. conſ.258. in cauſa Vicariæ.nu 9.vol.2.cum ibi allegat. & tradit Ferret.in conſ. 101.in cauſa prioratus,nu.12. lib.1.vbi aſſeuerat hanc eſſe communem theoricam Doctorum.

Primò limitabis,illud non procedere, qñ Princeps in hmõi confirmatione totũ tenorem inſtri contra-
2 ctus appoſuit † tunc certè probat illum contractum donationis,vel alienationis,& ſimili, per ea, quæ obſeruantur in auth. ſi quis in aliquo documento, C. de eden.& Spec.tit.de inſtr.edit.§.9. nũc dicẽdũ.in prin. & idẽ placuit Matth.ab Affl.in d.q.24.d.nu.30.vbi atteſtatur ita ſemper conſuluiſſe, ſi huiuſmodi confirmatio appoſita fuerit poſt contractum celebratum.

Secũdò limita concluſionẽ in confirmatione ſum
3 mi Pont.vel Principis,† qa illa præſumiꝰ ex antiqtate tpis ſup aliquo actu facta, vt tradidit Aymo. Crau.in tract.de antiq temp.fo.mihi 126.n.27. cũ aliquot ſeq. & dicetꝰ infra in cõcl.cõſenſus.Bal.in c.ex par.nu.2. de teſtib.allegat.l.ſi.C.de his, qui à non dño manumit.
4 Tertiò limita in diuturna poſſeſſione, † etenim ſi electus diu poſſederit, præſumiꝰ ab initio actus cõfirmationẽ præceſſiſſe, idq; ratione ſcientiæ & patiẽtiæ confirmantis,vt meminit Bald.vbi ſup.nu.3. & cauit Bertran.conſ.1.nu.34.vol.1.in 1.par. vnde dicere ſole
5 bat Bal. vbi ſupra † ex negligentia præſumi confirmationem,motus auctoritate Pontificis Maximi.in c.ex parte de reſcrip.

Quartò limita,& intellige,ut locũ non habeat, qñ res confirmata narratur ſpecificè in confirmatione,
6 quia tunc † ex confirmatione probatur cõfirmata, ut docuit Barth.Soc.d.conſ.258.nu.9.lib.2.teſtaꝰ Imol. & Dom. in c.inter dilectos. de fid.inſtr.nu.5. in uol.lib. alꝫ ubi Fel.ſequendo Inn.nu.7.uerſ.& iuxta hęc,cõfirmat hoc expreſsè.

Intellige hanc limitationẽ, ut licet per confirma-
7 tionẽ explicitè factam probetur confirmatum † non tñ probentur qualitates,& circunſtantiæ eiuſdem rei confirmatæ,ita conſultus declarauit Bartho.Socy.in allato conſ.258.nu.9.uerſ.tertiò reſpondeo, nã ſi con firmatio ſit ſimplex,& pura, & res confirmata contineat plura capita,& qualitates,datur intelligi,confir-
8 mationem hanc non ſe referre † ad illam rem continentem qualitates , de quibus in confirmatione non fuit facta mentio,ut probatur clarè ex notatis per Iacob.Butr.& modernos in l.1. C.de bon.poſſ. ſecundũ tabu.ut refert Soc.loco proximè citato.

Confirmatio quidem aliquando ad aliquid probãdum tendit,uerùm euenit,ut aliqñ ipſa probatione indigeat,ut uidere eſt in confirmatione teſtamenti,quę
9 probatur per quinq; teſtes † ſi adhibiti fuerint ad con firmandam uoluntatem inualidam, ſed qñ adhibenꝰ ad declarandam uoluntatem ualidam, ſufficiũt duo; ſic ille me docuit Bar.in l.q ex liberis.§. teſtõ. nu.2.l. fi.C.de cõdi.& dem.& fuit obſeruatũ ab eo. in l.hęre des palam.§.ſed ſi notam.ff.de teſti.& à Dyn. ibidẽ.

CONCLVSIO CCCCV.

ARGVMENTVM.

Coniectura an probationem faciat accedente iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Coniectura accedente iuramento probationem facit.*
2 *Coniectura ſicut præſumptio accipitur pro veritate, donec aliud appareat,& trãsfert onus probãdi in aduerſariũ.*
3 *Coniecturæ plenè probant,quando agitur de geſtis in ſecreto,& obſcuris.*
4 *Coniecturæ ſufficiunt ad probandum rẽ eſſe verſam in utilitatem eccleſiæ.*
5 *Quod probatur ex coniecturis,poteſt ex alijs contrarijs coniecturis tolli.*
6 *Ab una coniectura per aliam coniecturam recedi poteſt , licet non ſit omnino certa, & approbata à lege.*

1 Coniectura accedente iuro.† probationem facit.Ang.in auth.de inſtru.cau.& fide.§.ſi quis igitur,in fi. collatio.6. Bal. in l.ſi fundum.nu.3.uerſ.tamen dico.C.de rei uendic. allegat Guil.in l.ſi duo patroni in prin.ff.de iureiur.& facit, quod notatur in l. neque natales. C.de probat. gl.in l.2 C.de reſcin.uendi. Ang.in l.ſum ptus.ff.de rei uendi.quẽ ſequitur Rom.in l.admonẽdi.ff.de iureiu. & in l.generaliter. & in l.delata.d.tit. Alex. in l. Mar-
2 cellus.ff.rer.amot.† cõiectura enim,ſicut præſumptio accipitur ꝓ ueritate,donec aliud appareat. l. pen. ibi, ueritati locũ ſemper fore.ff.de probat.quẽ tex. profitetur Iaſ. ſe didiciſſe à quodam magno aduocato Papienſi ut ipſe tradidit in l.1.nu.9.C.de teſtam.milit.& transferre onus probandi in aduerſariũ docuit Mãti. in ſuo tract.de coniec.ult.uolun.lib.1. tit.2.nu.2.

Amplia concluſionẽ tum maximè procedere , qñ
3 agitur de geſtis in ſecreto,& obſcuris,† quia in his plene probant Gram.conſ.22.nu.15.& conſ.60.in princ. Hippol.de Marſ.in ſua praxi crim col.2.uerſ.ſed circa hanc concluſionẽ,nu.7.plenè per Bart. & Modernos

in l.ſi quis ex argentarijs.ff.de eden.l.ſi qñ. C.vnde vi. Bald.i n l.cum frater. C.de iis quib.vt indign.& tradit Franc.Mantic.in ſuo tract.de conie.vlt.volun.lib. 10. tit.4.poſt nu.9.verſ.ex his ergo,motus auctoritate cõtex.in l.ſi verò.§.qui pro rei qualitate.ff.q ſatida.cog. vbi pluribus etiam id auctoritatib.confirmat.& dictũ eſt fuſius in concl.adulterium,in concluſione,coitus, & in concluſione,copula,& in ſimilib.

4 Secundò amplia ex mente Angeli † ꝙ ad probandum rem eſſe verſam in vtilitatem eccleſiæ,ſufficiant coniecturæ.Ang.conſ.224.in themate.nu.3.quem vide,quia mihi non ſatisfacit.

Intellige,vt quod probatur ex coniecturis poſſit ex
5 alijs † contrarijs coniecturis tolli,iuxta l.nihil tam naturale,ff.de reg.iur.& ita tam profitendo, quàm conſulendo quam plurimis in locis tradidit Bal.vt in l.quidam,nu.2.ff.de condi.& demonſt.& in l.licet Imperator.ff.de leg.1.& in conſ.136.nu.5.in fin.vol.2.& in conſ.379.nu.3.vol.4.reſpõdit ẽt Soc.inn. in conſ.128. nu.33.& 34.vol.1.tradidit Tiraqu.in l. ſi vnq.in verb. donatione largitus.n.132.de reuoc.donat.Alci.cõſuluit in conſ.4. nu.20.lib.4. ibiq; aſſerit coniecturas aduerſus coniecturas induci debere, ꝙ nõ præterijt Cor. conſ.314.nu.4.vol.3. volens recedi ab vna cõiectura
6 † per aliam coniecturam ,licet non ſit omninò certa, & approbata à lege, vbi concordes in hac ſñia manent
* reſcribentes * oẽs aſſerit. reſpondit ẽt Alex. conſ. 28. nu.6.vol.2.& idem Curt.Iun.conſ.35.nu.6. qui nemi-
* ne repugnante vniuerſos * hoc aſſeruiſſe dicit,& ſcripſit Abb.in c.illud.nu.12.in fi.de præſump.

CONCLVSIO CCCCVI.

ARGVMENTVM.

Coniectura vnaquæque an probari debeat ſaltem per duos teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Coniectura vnaquæque probari debet ſaltem per duos teſtes.*
2 *Ad probandam coniecturam, quæ reſpicit declarationem voluntatis teſtatoris,duo teſtes ſufficiunt.*
3 *Ad probandam ſubſtantiã,ſeu voluntatem teſtatoris omiſſam per errorem notarij,tot teſtes requirũtur, quot ſunt neceſſarij, ſi fieret directa probatio expreſſæ diſpoſitionis.*
4 *Coniecturæ quibus præſumptiuè probatur diſpoſitio teſtatoris, probandæ ſunt per ſeptem teſtes ſicut ipſum teſtamentum.*
5 *Ad probandum coniecturas requiruntur in teſtamento ſeptem teſtes, & in codicillis quinque,ſi diſpoſitio teſtatoris ſit incerta.*
6 *Coniecturæ inter extraneos debent probari per ſeptem teſtes, & in codicillis per quinque.*
7 *Teſtes ſingulares admittuntur ad probandam coniecturã voluntatis teſtatoris.*
8 *Coniectura vltimarum voluntatum probari poſſunt per aliam ſcripturam eiuſdem teſtatoris.*
9 *Scriptura priuata teſtatoris ſatis declarat eius voluntatem ita fuiſſe, dummodo conſtet manu ipſius ſcriptam eſſe.*
10 *Diſpoſita in priori ſcriptura intelliguntur tranſlata in poſteriorem,quoad expreſſe inueniuntur.*
11 *Coniecturæ quandoque non egent aliqua probatione.*
12 *Coniecturæ,ſi extrinſecus colliguntur ex his,quæ non ſunt ſcripta in teſtamento, & agatur de noua diſpoſitione inducenda,per ſeptem teſtes probari debent.*
13 *Ad probandam coniecturam voluntatis duo teſtes ſatis ſunt,quando relictum eſt obſcurum, ſed tamen vtile, vel licet ſit vtile, tamen poſſit inutile fieri.*
Secus,vt ibidem.

Coniecturam vnamquamq; probari debere ſaltẽ p duos
1 teſtes † tradidere * oẽs præcipuè Bal.in l.familiæ.C.fa
* mil.erciſ.& ſenſit gl.in au:h.de teſta.imper.in prin.in verb.derelinquam,& ibi Ang.nec ab hac ſententia diſceſſit Inn.in c.ſicut.al 1.de ſimon.idẽ ſcriptũ reliquit Ang.in l.ſi.in prin.ff.ꝙ met.cau.Oldr.loquẽs in ambigua declaratione probãda, aſſeruit in conſ.297.nu.7. Alex.rñdit conſ.54.nu.3.volu.3.& in conſ.29.nu.21. vol.7.ſcripſit etiam Natt. conſ.363.nu.16. Guid.Pap. meminit in q.528.incip.ſunt aliqua, vbi ita ſeruari in iudicando in curia parlamẽti aſſeuerauit, & idẽ dixit q.504.fuit in hac Curia.idẽ poſt glo.tradidit Bar. in l. heredes palã.§.ſi quid poſt factũ teſtñ.nu.4.& ibi Caſtren.nu.13.ff.de teſta.Bar.ẽt hoc voluit in l.1.nu.2.C. de codicill.cui profitendo acceſſere Bal.& Salyc.in l. quis,vbi vnus,nu.1.alter nu.4.C.de impub.& alijs ſubſtit.& probauit idẽ Saly.in l.precibus,nu.7.cod.tit.ſic præterea placuit Soc.ſen.in l.1.nu.38.verſ.3.ff.de vul. & pupil.ſubſti.hoc ẽt conſulendo confirmauit Bal.in conſ.440. nu.2. nec abhorruit à mente Corn. in conſ. 174.nu.13.ſic de iure cauit Pariſ. in cõſ.13.nu.14.vol.
* 3.qui * omniũ conſenſu eſſe receptũ teſtaf.& in conſ. 34.nu.36.& in conſ.94.nu.46.vol.2.idq; poſtremo vidit Alex.in conſ.54.nu.3. vol.3.gl. auctoritate motus
* in d.l.hæredes palam,§.1.quã,vt ipſe eſt teſtatus * omnes ſequuntur,idem obſeruauit Guido. Pap.ſing.658. incip.coniectura in vltimis voluntatib.

Nec ita ſiccis pedibus id eſt prætereundum etenim hæc,quæ dicta ſunt,ita velim accipias, vt vera ſint,qñ
2 agitur de probanda coniectura † quæ reſpicit declarationem voluntatis teſtatoris,vel ſi in cõtrouerſia verteretur,an factum eſſet teſtamentum,tunc enim profecto ſufficiunt duo teſtes ex iam deductis.

Secus id eſſet,ſi ageretur de probãda ſubſtantia ſeu voluntate teſtatoris omiſſa per errorem notarij :nam
3 tunc tot teſtes requirũtur † quot ſunt neceſſarii, ſi fieret directa probatio expreſſę diſpoſitionis,vt profitẽdo ſcripſit Are.in l.hæredes palã.col.4 verſ.ad primũ dictum adde. ff.de teſta. vbi & lucidè tradidit coniecturas,quibus aliquando præſumptiuè probatur diſpo
4 ſitio teſtatoris,probandas eſſe per ſeptem teſtes † ſicut ipſum teſtamentum, q uod Accur. auctoritate probat in l.cũ proponebatur.in fi.ff.de lega.2.cuius doctrinã ſingularem arbitratur Bal.in c.1.§.fi.ſi de inueſtit.lis oriat.int.dom.& vaſall.idem quoq; tenet Pau. Caſtr. in d.l.hæredes palam.§.1.nu.6.& Imo.in d.l.cum proponebatur.nu.3.verſ.ſed aduertẽ,de lega.2. tradidere Domini de Rot.deciſ.332. aliàs 27.licet Rom. nu.2. de reſcrip.in nou.& obſeruauit Bellam.dec.746. licet obſeruet.col.2.& tranſit Mil.in repert.in verb.probatio alicuius diſpoſitionis,tradit etiam Fely. in c. edoceri col.5.poſt nu.7.verſ.non obſtat pretiũ,de reſcrip.
* cauit Rom.cõſ.65.nu.2.viſo themate,& hæc eſt * cõmunis opinio,vt eſt teſtatus Dec.in conſ.107.num.3. verſ.& pro fundamento, incip.pro tenui facultate, &
* hanc eſſe * cõem Doctorum ſñiam dicit etiam Iaſ. in l.error.in fi. C.de teſta. idem reſpondit Dec. in cõſ. 315.nu.7.& idem ſcriptum reliquit Bar. in d.l. cũ pro-
5 ponebatur, nu.3. dum animaduertit † vt ſi diſpoſitio teſtatoris ſit incerta, tunc ad probandum coniecturas requirãtur in teſtõ ſeptem teſtes,& in codicillis quinque. Verùm ſi diſpoſitio certa appareat, & aſſeratur erratũ fuiſſe in aliqua qualitate, ſeu quantitate, tunc per pauciores teſtes error huiuſmodi deregi poſſit, vt ibi per eũ, & Bal. etiam poſt principium , quo in loco
6 ex ea gl. colligit † coniecturas inter extraneos debere probari per ſeptem teſtes,& in codicillis per quinque, quod & ſequitur Imo.ibid.nu.4.

Amplia concluſionem,vt etiã teſtes ſingulares ad-
mittantur ad probandam coniecturã voluntatis teſta
7 toris † vt conſulendo voluere Pau. Caſt.conſ.395.nu. 1.verſ.quintus teſtis,nu.2.& Crau.in conſ.73.nu.33.

Amplia ſecundo loco, vt etiam, cõiecturæ vltima-
rum voluntatum probari poſſint per aliam ſcripturã,
at ſi dubitetur de volũtate teſtatoris, illa poſſit decla-
8 rari, & probari † ex alia ſcriptura eiuſdem teſtatoris, vt
profitendo ſcripſere Bart. in l. alimen. in princ. nu. 3.
de alimen. leg. & Bal. in l. cum pater. §. donationis. de
leg. 2. tradidit etiam Alex. in conſ. 14. nu. 14. in fi. lib.
6. cuius rei ratio illa poteſt afferri, quia ſcriptura teſta
toris, licèt priuata, multum tamẽ auctoritate polleat,
cũ ſatis declaret eius vo ũtatem ita fuiſſe, non enim
dubium eſt, vt ſi teſtator voluerit fidem adhiberi me
moriali eius manuſcripto, quoad interpretationẽ ſuę
voluntatis, talis ſcriptura fidem faciat, dũmodo con-
9 ſtet ex cõparatione literarum † vel alijs legitimis cõ-
iecturis, hãc ſchedulã fuiſſe ſcriptã manu ipſius teſta-
toris, per l. ſi ita ſcripſero, & ibi Bal. & cæteri, de cõdit.
& demon. conſuluit Ale. in cõſ. 76. nu. 5. & ſeq. vol. 3.
& in cõſ. 57. n. 2. li. 6. & rñdit Abb. in cõſ. 4. n. 1. vol. 2.

Iſtud ſic velim accipias, vt verum ſit, quando vna
ſcriptura expreſsè, vel tacitè ad aliam referatur, vel
quando per vnam ſcripturam alteri non derogetur,
ſecus ſi per vltimam ſcripturam penitus à prima re-
cedatur, vel cum prior abrogatur, in aliam poſterio-
10 rem mutatur, † quia tunc diſpoſita in priori intelligũ
tur tranſlata in poſteriorem, quoad expreſſa inueniũ-
tur, ſed ea, quæ omiſſa fuere, non ſecus ſunt, ac ſi p̃ter-
miſſa ſint, vt conſultus rñdit Ruin. cõſ. 93. nu. 13. vol.
2. & ante eum ſenſit Bart. in l. Statius Florus. nu. 2. in
princip. ff. de iur. fiſc. quod & placuit Natt. in conſ.
4[?]. num. 3.

Tertio amplia, vt quandoq; etiam coniecturæ nõ
11 † egeant aliqua probatione, vt ſi deducantur ex ipſo
teſtamento, & probabiles ſint apud viros ſapiẽtes, vt
ſcriptum reliquit Mantic. d. tract. de coniect. vlt. vol.
tit. 20. nu. 10. auctorẽ laudat Oldr. in cõſ. 297. & Alex.
* in conſ. 54. nu. 3. vol. 3. qui communem dicit, Corn.
in conſ. 174. nu. 13. vol. 2. ſecus ſi coniecturæ extrinſe-
cus colligerentur ex his, quę non ſunt ſcripta in teſta-
12 mento, † quia tũc, quod agatur de noua diſpoſitione
inducenda, ſeptem debẽt adhiberi teſtes, ex ſuperius
latè adductis, & per ipſum Manticam loco ſuperius
allato, vbi alios idem ſentientes in medium profert.

Dum vero dicebamus, duos teſtes ſatis eſſe ad pro-
bandam coniecturam voluntatis, id ſanè intelligen-
dum eſt, quando relictum eſt obſcurum, ſed tamẽ eſt
13 vtile, † vel licèt ſit vtile, tamen propter probationis
defectum poſſit inutile fieri, ſecus verò, ſi quid eſt re-
lictum inutile omnino ſit, & per declarationẽ cõfir-
mandum eſſet, ac vtile redderetur, quia eo caſu idem
ſolemne requiſitum eſſet adhibẽdum in declarando,
quod in dando requireretur, vt poſt Dyn. cauit Bart.
in d. l. hæredes palam. § ſi quid poſt factum. nu. 4. ff.
de teſtam. quem ſequitur ibi Paul. Caſt. nu. 13. & ſen-
ſit Bal. in l. 1. in fi. C. de codicil. reſpõdit etiam Pariſ.
conſ. 38. nu. 33. vol. 3. atq; obſeruauit Fel. in c. edoce-
ri. col 6. poſt nu. 7. verſ. non obſtat præfatis. circa fi. de
reſcript. cui adhæret Mil. in repertorio in verbo, pro-
batio alicuius diſpoſitionis.

CONCLVSIO CCCCVII.

ARGVMENTVM.

Coniunctus, an præſumatur ſcire facta ſui coniuncti.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus præſumitur ſcire facta ſui coniuncti.*
2 *Coniunctus præſumitur notitiam habere vocis coniuncti ſui præſertim ſi vna habitent.*
3 *Coniunctus etiam minor ſcire præſumitur facta cõiũcti.*
4 *Coniunctus præſumitur ſcire mores coniuncti, proceſſum naturæ, iura ſanguinis, & diuitias, ſed non factum, quod poteſt eſſe occultum.*
5 *Coniunctus non præſumitur habere notitiam de contractu facto per coniunctum.*
6 *Coniunctus non præſumitur ſcire factum coniuncti, quod habet tractum momentaneum.*
7 *Coniunctus præſumitur ſcire factum maximè publicum coniuncti ſui, & actum frequentiſſimum ſolitum ab ipſo geri.*
8 *Coniunctus non præſumitur ſcientiam habere geſtorum coniuncti, ſi ſit abſens.*
9 *Coniunctus ægrotus ſcientiam rerum coniuncti habere nõ præſumitur ſi morbus eius grauis eſt.*

Coniunctum ex vulgata cõcluſio-
1 ne præſumi † ſcire fa-
cta ſui coniuncti, ſubtiliſſimi ille vir ingenij Papinia-
nus reſpondit in l. octaui. ff. vnde cognat. & reſcripſę-
re Imper. Diocletianus, & Maxi. in l. de tutela. C. de
in integ. reſtitut. minor. huc pertinet l. ſancimus. C. de
nupt. & habetur in c. quando, & in c. quoſdã. de præ-
ſumpt. tradidit pręterea gl. in c. paratus. in verb. neſci-
re. 23. q. 1. quod & placuit Grat. conſ. 76. nu. 6. vol. 1. &
Alex. in conſ. 71. videretur prima cõſideratione, poſt
nu. 1. verſ. ſecundò reſpondetur, lib. 1.
2 Hinc eſt, † vt coniunctus præſumatur notitiam ha-
bere vocis coniuncti ſui, præſertim ſi vnà habitẽt, vt
reſpondit Alexã. in conſ. 24. vol. 2. prout præſumitur
ſcire mortem cõiuncti, ut dixit Bar. in l. qui duos. uer.
quæro, dixi, quòd oportet. ff. de reb. dub. & conſuluit
Alex. in conſ. 102. uol. 3. & in cõſ. 141. uol. 1. atq; ſcri-
ſit Purpur. in l. 1. ff. ſi cer. pet.

Amplia ut id etiam locũ habeat in coniuncto mi-
3 nore, † qui facta coniuncti etiam præſumitur ſcire, ut
ſenſit Ruin. in conſ. 122. nu. 18. uerſ. nec obſtat. incip.
circa dubia. lib. 5.

Concluſionẽ limitare poteris, ut locũ habeat præ-
ſumpta ſciẽtia quoad mores, proceſſum naturę, iuris
4 ſanguinis, & diuitias, nõ autem, quoad factum, † quod
poteſt eſſe occultum, ita docuit Bal. in l. quoniã ſoro-
rẽ. C. de iur. deliber. & dixit Dec. in l. 2. in fi. C. qui ad-
mitti, & pro ſingulari tradidit Trigon. in ſing. ſuo 80.
incip. tu habens dictũ. nu. 3. & protulit Grat. in conſ.
76. uol. 1. atq; cauit Dec. in cõſ. 445. poſt nu. 35. & 71.
in fi. uerſ. non obſtat, & profitendo ſcripſit Io. Anni-
bal. in repet. l. poſt contractum, nu. 11. ff. de donat.
quo in loco aſſerit, textũ in d. l. octaui. & in d. l. de tu-
tel. habere locum in iſtis quæ explicitè poſſunt cõſi-
derari, ſecus in actu intrinſeco dependente ab ani-
mo, qui percipi non poteſt, & hoc ſolum Deus ſcit. c.
in ciuitate. extr. de uſur. idem tradit Hormanotus De-
tus in repe. l. naturaliter. §. nihil commune, num. 162.
uer. 2. concl. ff. de aeq. poſſ. & monuit Io. Coral. in re-
per d. §. nihil commune, nu. 135.

Ex hoc illud exijt, ut coniunctus non præſumatur
5 habere notitiam † de contractu facto per coniunctũ,
ut conſultus reſpondit Dec in d. conſ. 445. poſt num.
71. uerſ. 1. & ultimò. & conſulẽdo ſentit Ruin. in cõſ.
121. poſt nu. 4. uerſ. nec obſtat, & meminit Grat. d. cõſ.
76. nu. 48.

Ex illo etiam ſequitur, ut coniũctus non præſuma-
6 tur ſcire factum † quod habeat tractum momenta-
neum, ut prodidit Trigon. dicto. ſing. 80. incip. tu ha-
bes dictum, n. 1. & 2. nec omiſit Ang. in d. l. quoniam
ſororem. C. de iur. deliber. atq; ſcripſit Cæpol. in cõſ.
47. poſt num. 5. uerſ. nec obſtat, quod nec à mente ab-
horruit Fel. in c. ex literis. in 4. limita. de præſumpt. &
idem ſcriptum reliquit Io. Coral. d. §. nihil commune
d. nu. 135.

Quòd poſtremum eſt ſublimitandum, ut non ſibi
7 locũ uendicet in facto maximè in publico † quo con-
iuncti ſcientia præſumitur, ut inſigniter protulit Bal.
in d. c. quanto. de præſumptio. & idem dicendum erit
in actu

Digitized by Google

in actu frequentiſſimo ſolito geri à coniuncto, q præ-
ſumitur à coniuncto non ignorari, vt memoriæ pro-
didit Soc. in l. 1. ff. cer. pet. vbi Aret. & Purp.
Secundò pcipuo loco concluſionem limitabis, vt
non pcedat, qñ coniunctus fuit abſens tunc. n. ſcien-
8 tia geſtorũ coniuncti † non pſumitur, ita conſulendo
rñdit Ruin. in conſ. 164. dominus oſtẽdat. nu. 20. verſ.
& ideò quamuis. vol. 5. motus auctoritate Bart. in l. is
pôt. ff. de acq. hær. & voluit Dec. in conſ. 64. diligẽter
prouidit. col. 3. poſt nu. 5. verſ. prædictis tamen nõ ob-
ſtantibus, ibi. hoc verùm intelligit, quando eſſet præ-
ſens. ſecus ſi abſens reperiretur, quia tunc non pſumi
tur ſcientia. tradidere etiã Imol. in l. Lucius. §. Titius.
in 1. notab. & ibi Alex. ff. de lib. & poſth. Abb. cauit
in c. cum in tua, in 2. notab. qui matrim. accuſ. poſſ.
Tertiò loco limitare poteris, vt concluſio nõ pce-
dat in coniuncto ægroto, qui ſcientiam rerum cõiun
9 cti † habere non præſumitur, vt docuit dilucidè Bart.
in d. l. is pôt. ff. de acq. hære. licèt ibi Iaſ. ab hoc diſſen-
ſerit, ſed cum Bart. ibi tranſit Imol. & Rom. & reſpõ-
dit Alex. in conſ. 82. verſ. hæc confirmo. vol. 3. quorũ
ſententia intelligenda eſt, modò morbus ſit grauis, &
declarauit Rom. in d. l. is poteſt. ff. de acq. hæred.
Cætera, quæ huc ſpectant, aſſumes ex concluſioni-
bus noſtris, conſanguineus, & vicinus, & ſcientia, vbi
multa, quæ hic deſunt, abundè tibi ſunt ſuppeditara.

CONCLVSIO CCCCVIII.

ARGVMENTVM.

Coniunctus pro coniuncto, an teſtimonio ferre poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus pro coniuncto teſtimonium ferre poteſt.*
2 *Coniuncto minus creditur, quam alij teſti.*
3 *Coniuncti, ſi ſunt probatæ vitæ, & ſummæ religionis, pro coniuncto teſtimonium ferre poſſunt.*
4 *Coniunctus etiamſi recuſatus fuerit a patre aduerſa, rectè tamen teſtimonium perhibebit pro coniuncto.*
5 *Conſanguinitas omnis repellit iudicem, & non reijcit teſtẽ.*
6 *Coniunctus pro coniuncto teſtimonium ferre poteſt, etiã ſi agatur de crimine ciuiliter.*
7 *Coniuncti ſub eadem poteſtate repelluntur in cauſa ciuili.*
8 *Coniunctus non eſt idoneus teſtis pro coniuncto, quando ſimul cohabitant.*
9 *Amicitia, dilectio, & affectio, quæ acquiritur ex cohabitatione, maximam inducit præſumptionem, quòd coniunctus ſemper teſtificaretur pro coniuncto.*
10 *Iniuria facta vni de coniunctis, videtur facta alteri, immo omnibus.*
11 *Iniuria facta vni cõiunctorũ cenſetur facta toti familiæ.*
12 *Coniunctus pro coniuncto non admittitur in cauſa criminali.*
13 *Coniunctus non admittitur, vbi requiruntur teſtes omni exceptione maiores.*
14 *Coniunctus non eſt omni exceptione maior, & ei minor fides habetur.*
15 *Coniunctus, vbi agitur ciuiliter in cauſa graui, & valdè tertio præiudiciali non eſt integer teſtis, nec facit ſemiplenam probationem.*
16 *Coniunctus teſtimonium pro coniuncto ferre poteſt, ſi ſit vir ſanctitate probatus.*
17 *Cõiunctus, ſi eſt teſtis inſtrũarius, teſtis idoneus iudicatur.*
18 *Coniuncti, ſi patiuntur ſcribi in inſtrumento pro teſtibus, intelliguntur per partes approbati.*
19 *Teſtis, qui non poteſt teſtificari viua voce, redditur teſtis idoneus in inſtrumento.*
20 *Permittens contra ſe produci teſtes nihil proteſtando, vel excipiendo, intelligitur conſentire in his, quæ per eius cõſenſum tolli poſſunt.*
21 *Coniunctus vtrique parti poteſt eſſe teſtis, quia per cauſa affectionis tollit ſuſpicionem.*
22 *Teſtimonium cõiuncti, fratris, & conſanguinei, & cuiuſcunque alterius, qui alias propter affectionẽ repelli poſſet, valet, niſi opponatur.*
23 *Cauti aduocati ſẽper proteſtãtur in principio pductionis exceptiones ſibi ſaluas eſſe in perſonas, & dicta teſtium.*
24 *Proteſtatio non eſt neceſſaria, quando producuntur teſtes contra abſentes, quia abſens non intelligitur conſentire, cum non habeat cauſam contradicendi.*
25 *Coniunctus, ſi producitur in defenſionem cõiuncti etiam in cauſa criminali admittitur.*
26 *Teſtimonium coniuncti tenet, ſi prodeſt coniuncto, & nemini nocet.*
27 *Coniunctus poteſt inducere coniunctũ pro ſe cõtra fiſcũ ad probandũ, q fecerit homicidium in ſui defenſionem.*
28 *Coniunctus teſtimonium ferre poteſt pro coniuncto, quãdo producitur in teſtem, & ipſe non ſe obtulit.*

1 Coniunctum pro coniuncto † teſti-
moniũ ferre poſſe ſen
ſere gl. & Doct. in c. inſinuante. in verbo familiarem
de offic. deleg. & ibi Imol. nu. 14. vbi id cõi omnium
cõſenſu teſtatur eſſe receptum, & de hoc ſunt cõtext.
in c. 2 & c. accuſat. 3. q. 5. monuit Spec. tit. de teſt. §. 1.
verſ. ſed nunquid. vbi tñ addit, quòd minus credatur
2 ei † quàm alij teſti, q idem voluit Bart. in l. qui teſta.
in prin. ff. de teſta. & recenſet Steph. Aufr. in ſuo tract.
de teſtib. nu. 25. placuit etiam Fel. in c. cũ oporteat. de
accuſ. nu. 3. & conſulendo reſpondit Bal. in conſ. 50.
col. 1. verſ. Philippus etiam. vol. 2. tradit etiam Alex.
in conſ. 32. col. 1. ver. vnde dicit. vol. 1. & in conſ. 122.
col. 2. verſ. nec obſtat. vol. 2. hoc idem reſpondendo
probauit Fulg. in cõſ. 119. col. 2. in fi. verſ. nam teſtes.
& obſeruauit Cepol. in cautel. 217. in princ.
3 Quòd præcipuè locum habet in coniunctis † q. ſint
probatæ vitæ, & ſummæ religionis, vt monuit Iaſ. in
conſ. 175. col. 5. verſ. ſimiliter, vol. 2. & tradidit Fel. in
c. ſuper his. col. fi. verſ. facit glo. de accuſ. & in c. cum
oporteat. col. 2. in fi. verſ. adde prædictis. co. titu. idem
voluit Caſſan. conſ. 76. nu. 1. verſ. & teſtes ſunt, & cõſ.
37. nu. 3. verſ. præterea cognatus.
Huic opinioni repugnat gl. in c. cum R. Canonicus.
in gl. 2. in verſ. ſed in teſte ſecus. de offic. deleg. cui ad-
hæret Spec. tit. de teſt. §. 1. verſ. ſed nunquid agnati, &
ſequitur Alber. in tract. de teſtib. nu. 13. & ſeq. verſ. d.
* de fratre. vbi * omnes id ſenſiſſe ſcribentes aſſerit, &
cum illis tráſit Soc. iun. in conſ. 29. nu. 13. vol. 2. & re-
ſpondit Gram. in conſ. ciuil. 107. in fin. Quod ſi ſequi
voluerimus priorem affirmantem opinionem.
Ampliare poterimus concluſionem, vt etiam pro-
cedere poſſit, ſi coniunctus prius recuſatus fuerit tan-
4 quam iudex à parte aduerſa † nam & tunc rectè per-
hibebit teſtimonium pro cõiuncto, ſi crédimus Spec.
in tit. de teſt. §. 1. verſ. quid ſi iudex fuit vt ſuſpectus,
quem referendo ſequutus eſt Aret. in l. qui teſtamen-
to. §. quæcunq; col. 3. verſ. 4. adde. ff. de teſtib.
Huius rei, ea cauſa eſt, quòd minor cauſa repellit
5 iudicem, quam teſtem † omnis enim conſanguinitas
repellit iudicem, quæ non reijcit teſtem, vt cauit inſi-
gniter glo. in c. inſinuante. in verb. familiarem. circa
med. de offic. delegat. quæ auctoritate contex. permo
uetur in c. poſtremò de appellatio.
Secundo loco amplia, vt vera ſit concluſio, etiam-
6 ſi † agatur de crimine ciuiliter, iuxta ſententiam Ioã.
And. in c. cum oporteat. in glo. 2. de accuſ. quem ſe-
quutus eſt ibi Abb. in col. 2. in fi. & Fel. col. 2. verſi. &
iſta procedunt. placuit id etiam Imol. in c. cum opor-
teat. num. 10. verſ. in glo. 2. de accuſatio.
Illis tamen non diſſimulanter fuit aduerſarius Lã-
franc. de Oria. in c. quoniam contra. §. teſtium depoſi
tio. in verb. capio itaq; primam cauſam, poſt nu. 73.
verſ. & idem eſt in cauſa iniuriarum, ext. de probat.
Primò limita, vt non procedat, vbi eſſent coniũcti
ſub ca-

ſub eadē poteſtate, vt ſi frater pro fratre, q ambo ſub
poteſtate eſſent paterna, vellent teſtimonium perhi-
7 bere†nam tunc in cauſa ciuili repelluntur, vt docuit
Accur. in l. parentes. in ver. nec volentes. C. de teſt. &
tenet Bal. in l. 1. verſ. hoc operatur. C. de epiſ. & cler.
cui adhæret Fel. vbi ſupr. d. nu. 3. quē ſequutus eſt Ste-
pha. Aufr. d. tract. de teſt. nu. 25. verſ. 1. vbi ſunt &c. &
idē aſſerit Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra. §. te-
ſtiū depoſitio. verb. quarto caſu fallit. in teſtimonio
filij militis, nu. 80. ver. quod ſi fratres. de probat. quod
etiam ſcriptum reliquit Iaſ. in repet. l. admonēdi. nu.
180. verſ. nam licet frater. ff. de iureiur.

Secundò limita, vbi ſimul cohabitaret coniuncti,
8 †non enim vnus pro alio tunc teſtis eſſet idoneus, ſic
obſeruauit gloſ. in c. conſanguinei. 3. q. 5. cui adhæret
Dom. 3. q. 5. in ſumma, quod & probauit Feli. vbi ſu-
pra, hunc ſequutus eſt Stephan. Aufrer. d. loco, efficit
enim cohabitatio, vt ex ea acquirat maior amicitia,
dilectio, & affectio, quæ maximam inducit præſum-
9 ptionem, † vt coniūctus ſemper teſtificaretur pro con-
iuncto, ita ſatis venuſtè tradidit Bal. in l. parentes. C.
de teſtib. & ad id adducit ſingularem caſum in l. ſi vt
allegas. C. de caſt. pecul. lib. 12. & idē voluit Bal. in l.
1. C. de epiſ. & cler. & in tract. de duob. fratrib. & con
ſuluit Io. And. & Imo. conſ. 13. aliàs 133.

Tertiò limita, vt nō procedat in cauſa iniuriarum,
quæ illatæ ſunt vni ex familia, quia iniuria facta vni
10 de cōiunctis†videt facta alteri, vndè ſi teſtes admit-
terentur, eſſent teſtis in cauſa propria, quod à iure eſt
prohibitū per context. in l. idonei. ff. de teſt. ita tradidit
Lanfr. de Oria. in d. c. quoniam contra. §. teſtium de-
poſitio. d. verb. capio itaq; num. 74. ver. & eſt ratio, &
hoc voluit Cyn. quē ſequitur Ang. & Sal. in l. 1. C. de
rapt. virgi. & Bar. in l. lex Corneſ. in terminis hoc do-
cuit in verſ & per hoc dicimus. ff. de iniur. reſpondit
Dec. in conſ. 133. col. 2. ver. conſiderandum eſt, & in
conſ. 16 .. col. 3. ver. quarto allegatur. Pariſ. etiam cō-
ſuluit in conſ. 152. col. 3. verſ. diſcurrendo igitur. vol.
11 4. Bald. ēt in alla. a. l. 2. C. de rap. uirg. ait†iniuriam fa-
ctam vni coniunctorum cenſeri factam toti familiæ,
eandem ſequutus eſt ſentētiam Bar. in l. cum ſcimus.
C. de agric. & cenſ. lib. 11. In qua re conſulas, quæ ob-
ſeruat Bart. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. de
uerb. obl. & quod ipſe animaduertit in l. 3. §. ſi tutor.
ff. de ſuſpect. tutor. Fel. vbi ſupra, d. nu. 3.

Quartò limita in cauſa criminali, in qua nō admit
12 titur cōiunctus†pro coniuncto. Fel. in d. c. cum opor-
teat. nu. 3. de accuſ. Bal. in l. fi. col. a. C. de prob. alleg.
gloſ. in l. lex Corne. ff. de iniur. Abb. Sicul. in c. literas.
col. 3. de præſump. & conſultus reſpondit Marſ. conſ.
31. col. a. in .. verſ. primo, enim. num. 14. atque aſſerit
Gram. in conſ. 58. nu. 6. verſ. præterea, & quarto, quod
certiſſimum, & veriſſimum eſt arbitratus Paul. Caſtr.
in l. fi. verſ. ſed in cauſa criminali, C. de prob. & idem
tradidit Lanfrā. de Oria. in d. c. quoniam contra d. §.
teſtium depoſitiones verb. capio itaq; poſt num. 73.
verſ. in cauſa autem criminali.

13 Quintò limita, id non habere locū in his cauſis†in
quibus requirerētur teſtes omni exceptione maiores,
ita in hanc deſcendit ſententiam Bal. in d. l. fi. colu. 2.
C. de prob. quem refert, & ſequitur Fel. in d. cum opor
teat. d. num. 3. & Stephan. Aufier. d. tract. de teſt. nu.
25. quod ea ratione fit, quod coniunctus non eſt om-
14 ni exceptione maior, † & ei minor fides habetur, vt
reſpondit Alex. conſ. 13. col. pen. uer. item non eſt in-
teger teſtis. vol. 1. & in cōſ. 122. col. 2. verſ. nec obſtat,
quod iſte teſtis. vol. 2. & in conſ. 18. col. pen. verſ. item
non eſt integer. vol. 4. dixit etiam Maria. in conſ. 10.
nu. 12. vol. 2. & cōſulendo tradidit Dec. in conſ. 310.
nu. 3. verſ. & ad hoc facit.

Sextò fallit, vbi agitur etiam ciuiliter in cauſa gra-
15 ui, & ualdè tertio præiudiciali, †quo caſu non eſt, in-
teger teſtis, nec facit ſemiplenā probationē, licet fa-
ciat aliqđ iudiciū ita notat expreſſè Bal. in l. parētes
poſt prin. C. de teſt. relatus à Fel. & Aufr. locis ſup. cit.

Verumtñ ſublimitādæ ſūt à nobis allatæ limitatio
nes aliquot modis. Quorum illa primū ſibi locū vē-
dicat, vt illæ non procedant, ſi coniunctus ſit vir ſan-
16 ctitate probatus, † vt ſi eſſet religioſus magnæ obſer-
uātiæ, ita voluit ſingulariter gl. in 3. q. 5. c. 1 in ſūma. Imo.
qui idē aſſeruit in c. cū R. de offi. deleg. & c. inſinuan-
te. d. ti. Fel. in d. c. literas de præſūp. & in c. cū oporteat.
de accuſ. Ioā. de Ana. in d. c. cum oporteat. tradit latè
Marſ. in pract. §. principiū poſt n. 8. in fi. hāc qdē ſub-
limitationē multū ſingularē dixit Iaſ. in l. admonen-
di. nu. 180. ver. limita multū ſingulariter. ff. de iureiur.

Præterea ſublimitandū eſt, vt non procedāt, ſi eſſet
17 teſtis inſtrumentarius, † etenim tūc teſtis idoneus iu-
dicatur, iuxta ſententiā Bal. in allata l. parentes. C. de
teſt. cui addas Ant. de Butr. & alios in c. ex literis, de
trāſac. atq; obſeruauit Bart. Cep. in ſuis cautelis, caut.
219. incip. licet regulariter. nu. 2. & Corſ. ſingul. ſuo in
verb. teſtis, incip. licet pater, id euā placuit Lanfr. de
Oria. in d. c. qm contra. §. teſtiū depoſitiones, verb. itē
frater. nu. 82. de prob. vbi rationē reddit, quia cū ipſo
18 †cp patiuntur eos coniunctos ſcribi in inſtrumento,
intelliguntur, per partes approbari, & propterea boni
cautio erit, vt cū inſtrumenta conficienda ſunt, adhi-
beātur teſtes in illis cōiuncti, & affines, qa rectius po-
terunt teſtificari, quā alij, vt profitendo ſcripſit idem
Lanfr. loco ſuperiori à nobis allato, & Cap. ibi. de te-
ſte verò inſtrumentario idē ſenſit Fel. in d. c. literas de
præſūp nu. 3. & nu. 25. & in d. c. cū oporteat. de accuſ.
& Aufrer. eſt doctrina notatione digna, vt teſtis, qui
19 nō poſſit teſtari viua voce†reddatur teſtis idoneus in
inſtrumento, in quo tamen neceſſe eſt, vt obſeruetur,
an inhabilitas pēdeat à poteſtate partiū, necnē, propter
doctrinam inſignē, & eximiā Bal. in l. ſi quis teſtib. in
vlt. col. ver. dubitatur hic C. de teſt. vbi protulit, per-
mittentem contra ſe produci teſtes, nihil proteſtādo,
20 vel excipiendo intelligi aſſentiri in his†quæ per eius
conſenſum tolli poſſunt, vt in exceptione inimicitiæ,
vel domeſticæ familiaritatis, ſecus in his. quæ nō ſūt
introducta fauore tacentis, ſed odio ipſius teſtis, vt in
exceptione excommunicationis, vel banni, vt ibi per
eum, refert Fel. vbi ſupra. d. nu. 30.

Quinetiam tertio loco ſublimitabis, vt nō verum
ſit, ſi teſtis ſit æquè coniunctus vtriq; parti, quia par
21 cauſa affectionis†tollit ſuſpicionem, ita in terminis
obſeruat Bar. in l. qui teſtamento. ff. de teſt. quē ſequit
Maria. in d. c. cum oporteat. ita referens ſe conſuluiſ-
ſe motus auctoritate Bar. in l. nō ſolùm. ff. de rit. nupt.
idem voluit Spec. tit. de teſti. §. 1. verſ quid ſi aduerſa-
rius, hoc idem placuit Bal. & Philip. Frā. in c. poſtre-
mò. de appel. & ibi Dec. col. 2. verſ. in eadem gl. nu. 7.
& eſt communis opinio, ſi credimus Bal. in cōſ. 105.
vol. 2. & dicit conueniens Io. de amicis conſ. 219. col.
1. nu. 4. cui ſententiæ ſubſcribit Fel. vbi ſupra d. nu. 3.
ver. 3. limita, & ibi additio. & reſpondit Alex. in cōſ.
156. col ... in fi. ver. quia reſpondeo 1. vol. 5. Arc. etiā
cauit in conſ. 13. col. pen. verſ. quod autem.

Quartò ſublimitabis, niſi opponeretur, qa valet te-
22 ſtimonium coniuncti fratris, & conſanguinei† & cu-
iuſcunq; alterius, qui aliàs propter affectionem repel
li poſſet, ita eleganter decidit Bal. in l. ſi quis teſtibus,
in vlt. col. loquens in exceptionibus gratia partis in-
ductis, ſecus dicit in inductis odio teſtibus, vt excom-
municationis, vel bāni l. tametſi. ff. ad Maced. ita aſſe
rit intelligendū eſſe c. præſentiū, & c. ex parte. de teſt.
& auth. ſi dicatur. C. eod. tit. refert, & ſequitur Fel. vbi
ſupra d. num. 3. verſ. 4. limita, & conſultus reſpondit
Alexan. in conſ. 122. colum. 3. verſ. plus dico, quini-
23 mò inſuper addit Bald. vbi ſupra, † vt cauti aduoca-
ti ſemper proteſtentur in principio productionis, ex-
ceptiones ſibi ſaluas eſſe in perſonas, & dicta teſtiu.
Etenim per iſtiuſmodi proteſtationem reſeruatur ius
opponen-

opponendi, cum excludatur tacitus conſenſus, arg. l. ſi filius. ff. ad Maced. quæ procedunt in teſtibus productis contra præſentes, ſed quando producuntur cõ-
24 tra abſentes † non eſt neceſſaria proteſtatio, quia abſens non intelligitur aſſentiri, cùm non habeat cauſam contradicendi, ut animaduertit Cyn. in authẽ. ſi dicatur. C. de teſt. & hæc Fel. ubi ſupra d. uerſ. 4. limit. referens uerba Bal. d. l. ſi quis. C. de teſt.

Quintò ſublimitare poteris, niſi cõiunctus produ-
25 ceretur † pro defenſione cõiuncti etiam in cauſa criminali, ita uoluit ualdè inſigniter Bald. in adducta l. parẽtes. in prin. C. de teſt. dicẽs, ꝙ ſi dictũ cõiuncti, ut fratris, ꝓdeſt cõiuncto, & nemini nocet, ut cũ purgat
26 coniunctũ de hæreſi † tenet eius teſtimonium, ꝑ text. quem dicit eſſe notatione dignũ in c. literas. extra. de præſump. Hinc illud colligit, vt coniunctus poſſit ꝓducere coniunctũ pro ſe contra fiſcum, ad probandũ
27 ſe patraſſe homicidium, ut ſe ipsũ tueretur † nec per hoc dicatur nocere fiſco, qui tractat de pœnali, & odioſo lucro cũ alterius iactura, arg. eius ꝙ obſeruat in l. ſi qs uxorẽ. §. fi. ff. de fur. & ibi dicitur, non haberi rationem lucri, nec intereſſe, ꝙ perciperetur cum alterius iniuria, ubi doctrina eſt ad hoc Accur. quæ nõ eſt alibi, ſi credimus Bal. in d. l. parentes. cum quo cõuenit Sal. ibi. & Abb. in d. c. literas, nu. 4. Fel. ubi ſupra. et Aufre. d. nu. 25. et cõſulendo tradidit Dec. cõſ. 459. n. 7. & conſ. 669. nu. 7. et Aym. Crau. conſ. 2. col. 4. uerſ. 3. dico. & in conſ. 119. col. fi. uerſ. & ſi dicat, ꝙ teſtes.

Sextò ſublimita, qñ cõiunctus producitur in teſtẽ
28 † & ipſe non ſe obtulit, ſed eſt uocatus, ut ſcripſit Fel. ubi ſup. nu. 3. uerſ. 6. limi. Sic. in d. c. literas. n. 4. de præſump. cuius etiam meminit Iac. Aegyd. in ſuo tract. de teſ. col. 14. uerſ. quæro à fratre, tradidit Ant. de But. in c. ex literis. in 6. notab. de in integr. reſt. quẽ referẽdo ſequit Are. in d. l. qui teſtamento. §. quæcunq; col. 3. uer. 3. adde. ff. de teſt. & comprobauit Præpoſ. Alex. in c. conſanguinei. col. 1. uer. ſi tamen ſe ſponte. 3. q. 5.

Quàm plurima huc de cõiunctorũ teſtimonio cõgerere nobis eſſet facillimum, ſed duabus potiſſimũ de cauſis huic labori ſuperſedere noluimus, primum, ut quod in huius operis noſtri initio ſumus polliciti, nos pauca de teſtibus attingere uelle, exequeremur, deindè, quòd ad id alia plurima attigimus in cõcluſione, conſanguineus, & in concluſione frater, illinc igitur lector aſſumes, quæ ad hũc locum pertinebũt.

CONCLVSIO CCCCIX.

ARGVMENTVM.

Conſanguinitatis probatio quàm difficilis ſit.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinitas difficilè probatu.*
2 *Conſanguinitas per coniecturas, indicia, & præſumptiones probari poteſt.*
3 *Quæ ſub ſenſum non cadunt, per indicia probantur.*
4 *Conſanguinitatis probatio per præſumptiones, ſi eſt probatio legis tantũ, valet, vt matrimoniũ dirimere poſſit.*

Conſanguinitas quãta probatione, eaq; difficili,
1 & ardua probari poſſit, ex eo cuiq; parebit † quod ſub ſenſum corporis cadere nequeat, quod * cuncti ſcribentes colligunt ex Pauli reſponſo in l. Lucius. ff. de cond. & dem. & in eãdem deſcendere ſniam plurimi ex noſtris, tum conſulendo, tum etiam profitẽdo, qui * vnanimes ſenſere difficilis eſſe probationis ex cõſulentibus adeſt Dec. in conſ. 195. pro reſolut. in prin. & nu. 6. teſtatur Anch. in conſ 52. pro clariori deciſ. inſuper Alex. hoc voluit in conſ. 90. col. 2. nu. 8. vol. 6. & ſenſit Aret. in cõſ. 37. ſequendo poſt nu. 1. verſ. venio igitur. atque ſcripſit Iacob. Mandell. nũcupatus Alb. in cõſ. 83. num. 7. & 8. quod confirmat eadem auctoritate Paul. in d. l. Lucius, de cond. & demõſ. ex profitentib. inter omnes Princeps ſeſe nobis offert Bart. in tract. de teſtib. in verb. hanc eandem rem. nu. 29.

Ea verò noſtri permoti eã, quod cõſanguinitas dif-
2 ficilè probatu ſit † ꝑ coiecturas, indicia, & pſũptiones ꝓbari poſſe ſcriptum reliquere, ſic conſulẽdo docuit Alex. in d. cõſ. 90 col. 2. vol. 6. & ita protulit Soc. in conſ. 89. col. 2. vol. 1. idẽ animaduertit Dec. in cõſ. 595. nu. 1. & obſeruauit Iaſ. in conſ. 114. col. 4 vol. 1. & idẽ Alex. rñdit in conſ. 4. nu. 12. & in conſ. 181. nu. 4. vol. 2. hos ſequutus eſt Soc. in conſ. 106. col. 2. vol. 3. ꝙ probauit Franciſ. Aret. in conſ. 37. poſt nu. 1. verſ. venio igit atq; aſſerunt Alb. in cõl. 6. in fi. & in d. cõl. 83. nu. 6. & 8. id ea ratione fit, quod ea, quæ ſub ſenſũ nõ
3 cadunt † vt conſanguinitas, per indicia probantur, vt ex reſponſo I. C. in l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. videre eſt, cui rei accedit Fed. de ſen. in cõſ. 119. vbi dubium, & docuit Bart. in l. ſi quis ex argent. §. fi. ff. de edendo, & in l. de pupillo. §. ſi ipſi Prætori. in 8. q. ff. de oper. nou. nunciat.

Quæ quidem per præſumptiones probatio, ſi legis
4 erit, tantopere valebit † vt etiam matrimonium contractum dirimere poterit.

CONCLVSIO CCCCX.

ARGVMENTVM.

Conſanguinitas quo pacto per teſtes probanda ſit, & per teſtes conſanguineos.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinitas poteſt probari per teſtes etiam de auditu, & credulitate.*
2 *Præcipuũ eſt in ꝓbatione cõſanguinitatis admitti teſtes de auditu, & ꝙ ea trãnſferat onus ꝓbandi in aduerſariũ.*
3 *Teſtes recipiendi ſuper affinitate debent eſſe perſonæ graues, & deponere, ſe a ſuis maioribus audiuiſſe illos, de quibus agitur, conſanguineos eſſe in tali gradu.*
4 *Teſtes deponentes ſuper conſanguinitate non ſolùm debẽt eſſe perſonæ graues, ſed deponere audiuiſſe ea, quæ aſſerunt ante litem motam.*
5 *Teſtes de auditu admittũtur, ſi deponant alibi in loco, qui longiſſimè diſtaret, intellexiſſe conſanguinitatem etiam poſt litem motam.*
6 *Teſtis, ſi deponat de auditu poſt litem motam ibidem, vbi res agitur, ſuſpectus eſt.*
7 *Teſtes ſuper conſanguinitate deponentes etiam de auditu, ſi perſonæ graues ſint, valent ad impediendum matrimonium.*
8 *Conſanguinitatis probatio per teſtes de auditu quando permittatur.*
9 *Quæ concurrere debeant, quando agitur de probatione cõſanguinitatis gratia matrimonij dirimendi.*
10 *Teſtes de auditu auditus ſuper conſanguinitate ſufficiũt, quando non agitur de dirimendo matrimonio.*
11 *Conſanguinitas quoad ſucceſſionem poteſt probari per teſtes de auditu auditus.*
Teſtes deponere debent de eo, quod verè ſciunt. ibid.
12 *Teſtimonium de auditu auditus, cùm agitur de matrimonio ſuper conſanguinitate, admittitur, & valet, ſi adſint illa duodecim, de quibus in contex. c. licèt.*
13 *Teſtes deponere debent de veritate.*
14 *Teſtes de auditu auditus admittuntur in caſu, qui excedit memoriam hominum.*
15 *Teſtes de auditu auditus non admittuntur, quando memoria hominum exiſtere poſſit, & teſtes verè deponere poſſint.*
16 *Conſanguinitas non poteſt de iure Cæſareo, ſed de iure Pontificio probari per teſtes de auditu auditus.*

17 Con-

17 *Conſanguinitas vltra quartum gradum non indiget tãta cautione in eius probatione.*

18 *Teſtes de auditu probant conſanguinitatem vltra quartũ gradum,etiam ſi agatur de ſucceſſione.*

19 *Ad probãdam conſanguinitatem inter duos in certo gradu,neceſſe eſt duos teſtes adhibere.*

20 *Teſtes duo probare poſſunt conſanguinitatem à latere viri,& alij duo a latere mulieris.*

21 *Teſtes ſuper conſanguinitate probare debẽt diſtinctè gradus,& incipere a communi parente, vel ab ijs, a quibus alij gradatim deſcenderunt.*

22 *Teſtes de conſanguinitate non probant, niſi efficacem cauſam,& probabilem rationem dicti ſui proferant.*

23 *Index elicit conſanguinitatem ex gradibus, qui in facto conſiſtunt.*

24 *Teſtes ſi in vno gradu conueniant, conſanguinitatem probant.*

25 *Conſanguineum ſe ſimpliciter probare ſatis eſt, ſi omnes gradus ad ſucceſſionem admittuntur.*

26 *Qui probat ſe conſanguineum certo gradu, præponendus eſt ijs,qui ſe ſimpliciter conſanguineos probant.*

27 *Teſtes ſuper conſanguinitate,quãdo videntur ſingulares, conſanguinitatem non probant.*

28 *Teſtes de auditu deponentes,deponere debent ſe à pluribus audiuiſſe,& non ab vno tantum.*

29 *Teſtes ſuper conſanguinitate deponere debent de his, quæ audiuerunt ante litem motam.*

30 *Teſtes ſi deponant de auditis poſt litem motam non probant,nec vllam præſumptionem faciant.*

31 *Teſtes deponentes de auditis poſt litem motam probant, ſi audierint dici alibi, quam vbi lis mota eſt.*

32 *Teſtes cogendi ſunt in probanda conſanguinitate.*

33 *Conſanguinitas probari poteſt per teſtes conſanguineos.*

34 *Teſtes domeſtici ſi concurrant cum extraneis,eis magis fides adhibenda eſt.*

35 *Conſanguinei ſuper conſanguinitate meliores ſunt cæteris teſtibus.*

36 *Teſtes conſanguinei probant, etiamſi de probanda negatiue conſanguinitate agatur.*

37 *Teſtes ſi perſonæ auctoritate graues,& duo ſint,conſanguinitatem probant.*

38 *Teſtes conſanguinei nõ admittuntur, ſi ex cauſa commodum aliquod perciperent.*

39 *Vir, & vxor licet dicant teſtimonium in cauſa propria, probant tamen conſanguinitatem.*

40 *Teſtes conſanguinei recipi non debent, ſi infames,vel ſerui, aut malæ famæ, & opinionis ſint.*

41 *Teſtes conſanguinei ſolum admittuntur in cauſa affinitatis ciuilis,vel conſanguinitatis,non autem in criminali.*

Conſanguinitatem per indicia pbari diſſeruimus, videamus nunc quo pacto eadem per
teſtes probanda ſit:& vt hinc initium ſumam,non ſo-
1 lum per teſtes,ſed etiam p teſtes de auditu † & credu-
litate cõſanguinitatem poſſe probari,multi ex noſtris
tradidere,in primis Alex.cõſ.82.col.2.nu.6.verſ.præ-
tereà dictus teſtis.vol.1.& in conſ.51.nu.7. eo. vol. &
in conſ.181.nu.7.vol.7.atq; tradidit Corn.in cõſ.78.
col.3.poſt med.lib.3.cui adhæſit Gozad. in conſ. 13.
nu.25.Alb.etiam in conſ.83.num.18. Dec.inſuper in
conſ.277.viſo proceſſu,nu.3.& tradidit Hieron. Zan-
netti.de differen.vtriuſq; iur.nu.274.differ.497. vbi aſ-
ſerit id verum eſſe de iure Põtificio, ſecus de iure Cæ-
ſareo,& ante eum dixit Bar.in tract.de differ. vtri.iur.
nu.39.& idem ſenſit Dec.in cõſ.595.poſt nu.8.quo in
2 loco aſſerit† præcipuum eſſe, vt in probatione conſã-
guinitatis admittantur teſtes de auditu, hãcq; proba-
tionem transferre onus probandi in aduerſarium.
Sic verò intelliges,vt teſtes recipiẽdi ſuper affinita
te perſonæ ſint graues, deponẽtes ſe à ſuis maioribus
3 audiuiſſe illius modi,de quibus agitur† cõſanguineos
eſſe in tali gradu, alioqui non admittuntur ad teſtifi-
candum de auditu, quod veriſſimum arbitratus eſt
Lanfran.de Orian.in repet.c.quoniam contra. §.te-
ſtium depoſit.verſ.ſubſequenter eſt videndum, num.
155.& 157.de probat. motus auctoritate context.in
cap.licèt ex quadam.de teſtib. verſ. ſtatuimus, ne ſu-
per hoc recipiantur de cætero teſtes de auditu, niſi
fortè perſonæ graues extiterint, quibus ſit fides me-
ritò adhibenda,& voluit Dec.in conſ.595.poſt.nu.1.
& poſt num. 8.
Nec verò tantũmodo debent eſſe perſonæ graues,
ſed etiam debent deponere ſe audiuiſſe ea, quæ aſſe-
4 runt† ante litem motam, quòd ſi poſt litem motã de-
ponerent,non ſolum nõ probarent, ſed nec vllam fi-
dem facerent, quia facilè contingere poteſt vt quip-
piam id audiuerit ab alio,qui illud protulerit in frau-
dem,vel quòd lis ipſa mota traxerit iſtam famam, vt
eſt eximium,& egregium axioma Lud. Rom. ſingul.
753.incip.omni caſu, & cõſulendo clarè docuit Dec.
in conſ.82.viſo proceſſu agitato,nu.1.ver.hoc nõ ha-
bet locum,& idem Dec.in terminis cõſanguinitatis,
in d.conſ.595.nu.1. quod primarium fuit pronuncia-
tum Arch.in c.1.quod incipit cõſanguineos. 35.q.1.
motus auctoritate contex.in d.c.licèt ex quadam. de
teſt.ibi,& ante litem motam. vbi etiã Abb. poſt alios
ita quoq; inquit Aym.Crau. in tract. de antiq. temp.
§. viſo de fama,nu.6.& 7.1. par. fol.mihi 119.
Illud autem,quod diximus, debere teſtes depone-
5 re ante litem motam† ſic eſt accipiendum,vt verũ ſit,
ſi ibidem,vbi res agitur,audierit,at ſi alibi in loco,qui
longiſſimè diſtaret,ſi intellexerit,etiam poſt litẽ mo-
tam teſtes de auditu admittuntur, ita inſigniter tradi-
dit idem Arch.in eo.loco vbi ſupr. lõginquitas enim
6 loci in cauſa eſt,vt omnis ſuſpicio abeſſe videatur† quæ
quidẽ ſuſpicio adeſſe poteſt, quando teſtis de auditu
poſt litem motam ibidem,vbi res agitur,deponit, ad
id verò conſulas Com.in conſ.78.per totum.lib.3. &
adeas Ant.de Butr.in c.quoties.nu.1. de teſtib.
Amplianda eſt concluſio,vt etiam locum habeat
7 † quoad impediendum matrimonium, iuxta ſenten-
tiam Arch.in c.1.nu.2. de conſanguin. & affin.
Primò loco concluſionem hanc in modum limi-
tare poteris,vt vera ſit,modò tamen ea, quæ à Sũmo
Pontifice connumerata ſunt in d.c.licèt ex quadam,
eaq; ſolemnia requiſita concurrant, quæ circa depo-
8 ſitionem teſtium deſiderantur† etenim tunc conſan-
guinitatis probatio per teſtes de auditu permittitur,
alioqui ſecus, adeo, vt vno eorũ duodecim a Pontif.
Max.relat.deficiente,irrita ſit teſtium depoſitio, ſic
dilucidè teſtatus eſt Paul.Caſt.in conſ.56.incip.ſuper
primo quæſito.col.2.poſt med.n.6.ver.ſed in caſu nro.
lib.1. teſtes laudat locupletiſſimos Hoſt. & Inn. in
d.c.licèt ex quadam,cui reſpondendo adhæſit Soc.in
conſ.47.incip.Dominus labia mea aperiet.nu.16.lib.
3.iſtis etiam reſpondet doctrina Aym. Crau. in tract.
de antiq.temp.par.1.§.viſo de fama,nu.7.& proſequi
tur Io.Bap.Ferret.in conſ.50.Dominus Ant. nu. 1.
Hæc verò limitatio primo loco ſublimitanda eſt,
9 vt tantum illa duodecim cõcurrere debeant† qñ agitur
de probatione cõſanguinitatis gratia matrimonij di-
rimendi,vt tradit Fran.Aret.conſ.37.nu.3.& ſequitur.
Dec.in d.conſ.595.nu.8.ver. nõ obſtãt alia. vbi teſta-
tur idem voluiſſe Ray.de For in l.ſi arbiter. ff. de pb.
& idẽ ſentit glo.in l.2.§.fi.in verb.audierunt.de aqua
10 pluu.arcen.q̃ quidem ſecus eſt† qñ non agitur de di-
rimendo matrimonio,ſed ea de cauſa,vt poſſit ſucce
di,tũc.n.ſufficiũt teſtes de auditu auditus,nec tot req
ſitis opus eſt.d.c.licèt.verum ſatis eſt, vt ſint perſonæ
graues, quibus fides adhiberi poſſit, & id præcipuè,
quando eo in caſu verſamur,in quo excedit hominũ
memoria in contrarium,vt idem dixit Aret. d. conſ.
37.nu.3.cum alijs ibi adductis.
In hac re tñ contrariã è diametro ſequutus eſt ſen-
tentiam Pau.Caſt.in d.conſ.56.nu.7.verſ.ſed quando
agitur.

11 agitur.lib.1.vbi reſpondet † conſanguinitatem quo-
ad ſucceſſionem non poſſe probari per teſtes de audi-
tu auditus,ea ratione permotus, quia regula iuris cō-
munis eſt,vt teſtes deponere debeant de eo, quod ve-
rè ſciant,vt l.teſtium.C.de teſtib.nec admittatur teſti-
monium de auditu auditus, vt ibidem obſeruauit.

Sed poſteà euenit,vt contra hanc regulam,& for-
mam communē ſit ſtatutum, vt cum agatur de ma-
trimonio ſuper conſanguinitate, admitteretur iſtiuſ-
12 modi teſtimonium † & valeret, vt ſancitum eſt in c.
de parentela.35.q.6. quod c.& eius diſpoſitio fuit li-
mitata per illud. c.licèt ex quadam.quod ad hoc, vt
tale teſtimonium ratum ſit, requirantur illa duode-
cim,de quibus ibi in contex.d.c.licèt. & aliquo corū
deficiēte non valer, vt ibidem animaduertere Hoſt.
& Io.Andr.verùm quando agitur de ſucceſſione, ait
Caſtr. d. conſ.46.d.nu.7. ſe nunquam repetiſſe fuiſſe
ſtatutum, vt conſanguinitas poſſit probari per teſtes
13 de auditu auditus,hinc igitur ſiet † vt ſtandum ſit cō-
muni formæ,& regulæ,ideſt, vt teſtes debeant depo-
nere de veritate,per d.l.teſtium. Verùm has ſcriben-
tium diſcordias ſedabimus hoc pacto, ſi dicamus,
opinionem Aret. Corn. Alex.& eorum aſſeclarum
procedere in caſu, qui excedit memoriam hominū,
14 † tunc etenim teſtes de auditu admittūtur, vt ibi per
eum.d.conſ.37.nu. 2. ſententia verò Caſtr. vera erit,
quando memoria hominum exiſtere poſſit. vt teſtes
15 verè deponere poſſint, quia tunc † non admittuntur
de auditu auditus, vt nos explicabimus inf. in concl.
per famam, in 1.limit.ad hoc verò conſulas Aymo.
Crauet.in tract.de antiq.temp. 1. parte, verb. viſo de
fama.num.4 & ſeq. fol.95.

Præterea concordes efficere poteris hoc pacto, vt
opinio Caſt.locum habeat de iure Cæſareo,quo iure
cautū non eſt, conſanguinitatem probari poſſe p te-
ſtes, aliorum verò contra ſentiētium opinio vera erit
16 de iure Pontificio † quo iure ſancitum eſt,vt conſan-
guinitas probari queat per teſtes de auditu auditus,vt
habetur in c.de parentela.35.q.6.& in c.tua. de cōſan
gui.& affin.& in d.c.licèt ex quadam.de teſtib.ſic tra-
ditum fuit à Bart.in d.tract.de differ.vtr.iur. num.39.
quem ſequutus eſt Hieron.Zannet.in eod. tractat. de
differ.vtr.iur.num.274.differ. 197.

Secundò loco ſublimitare poteris, quando agitur
de probanda conſanguinitate vltra quartū gradum
17 † tunc enim non eſt adhibenda tanta cautio, vt in d.
c.licèt traditur,vel vbi de conſanguinitate vltra quar-
tum gradū probanda,de qua non loquit̄ d.c.licèt, vt
atteſtat̄ Franc. Aret.in d.ſuo conſ.37.nu.3. ſed ſolū ſa-
18 tis erit, ſi ꝓbabitur per teſtes de auditu, † vt ſupra in
concl.diximus, etiāſi agatur de ſucceſſione,ſed tamē
intelligendum eſt hic de gradu iuxta ius canonicum,
in quo duæ perſonæ conſtituunt vnum gradum, ſed
ſecus erit iuxta iùs ciuile,in quo quælibet perſona cō-
ſtituit gradū verum, ſi igitur iuxta ius ciuile graduū
rationē ſubducemus, licèt agatur de probatione vſq;
ad octauum gradum,tamen ſeruanda erūt omnia re-
quiſita in d.c.licèt,quia idē eſſet,ſicuti in quarto gra-
du de iure canonico,vt ſupra monuimus, ad hæc ve-
rò omninò Paul.Caſt.conſulas.d.conſ.56.nu.4 & 5.

19 Illud præterea obſeruandum eſt † vt ad probandam
conſanguinitatem inter duos in certo gradu neceſſe
ſit, duos teſtes adhibere, ſic me docuit Bart. Cæpol.
conſil.43.num.3.

Quòd verò duo teſtes probare poſſint conſangui-
20 nitatem à latere viri † & alij duo à latere mulieris,au-
ctor eſt Io.Andr.in nouell.c.ſenes.col.3.cir.fi.ver. in
glo.1.de teſtib.& ibi Bald. nu. 3.

Concluſio verò ſecundo præcipuo loco limitāda,
eſt,vt non procedat, ſi tantummodo teſtes ſimplici-
ter dicant illos eſſe conſanguineos, ſed opus eſt, vt
probent diſtinctè gradus, incipiantque vt à commu-
21 ni parente,vel germanis, vel fratribus † à quibus alij
gradatim deſcenderunt,vt ait Abb in cap.tua nos.de
conſang.& affin.per tex.in d.c.licèt ex quadā de teſt.
ibi,ſingulos gradus clara computatione diſtinguant,
ita reſpondit Anch.conſ 42.nu.7. quæ ſententia pla-
cuit etiam Dec.cōſ.321.nu.4.& 5.& in conſ. 156.nu.
6.cum ſeq.idem probauit Capr.in conſ.524.nu. 2. cū
ſeq.Tiraq. idem elegantiſſimè ſcripſit in ſuo tract. de
vtroq.retract.tit.de retract.conſang.§.1.glo.16.nu.1.
& 8.vbi hoc apertiſſimè ſenſit,atq; Corn.meminit in
conſ.78.lib.3. & pulchrè per Natt.conſ.388.nu.3.lib.
2.ſtatutum Aquenſe. Quod ea ratione cōfirmari po-
teſt, etenim conſanguinitas non cadit ſub aliquem
ſenſum corporis,vt ſupra attigimus. Hinc fit, vt non
22 probēt † niſi efficacem cauſam, & rationem dicti ſui
in medium proferant,vt ſcripſit Dec.d.conſ.524.nu.
2. Neceſſe igitur eſt, vt probent gradus, qui in facto
23 conſiſtant, ex quibus poſteà gradibus † iudex elicit
conſanguinitatem, licèt apertè teſtes non afferant il-
los eſſe conſanguineos, vt monuit Dec. d. conſ. 524.
24 attamen ſatis erit,ſi teſtes in vno gradu † conuenient
vt confirmauit Card.in d.c.licèt ex quadam, & Dec.
d.conſil.321.num.4.

Id ſublimitare poteris,vt locum ſibi non vēdicet,
ſi omnes gradus ad ſucceſſionem admittantur, ſatis
eſt enim tūc probare ſe ſimpliciter conſanguineum,
25 licèt non probetur diſtinctè gradus, vt arbitratus eſt
Anch.conſ.52.pro deciſione,cuius ſententię ſubſcri-
pſit Alex.conſ.82.lib.1.nec ab illo diſceſſit Dec. cōſ.
311.in cauſa,quæ Alexandriæ,& hoc ſentire declara-
uit Fulg.conſ.184.& ea,quæ obſeruant Docto. in l.is
pōt in fi.ff.de acq. hær.ita etiam protulit Alc.de præ-
ſump.reg.1.præſump.28.nu.7. quibus album calculū
addit Tiraq.in tract.de vtroq; retract.de retract.con-
ſanguin.verb,le plus prochain.gl. 1.num.9.

Prædictam limitationem ſic ampliabis, vt vſq; eo
procedat,vt is,qui probaret,ſe eſſe conſanguineū cer-
26 to gradu † ſit præponendus iis,qui ſe ſimpliciter con-
ſanguineos eſſe probant,vt per ſimilitudinem proce-
dit in quæſtione de tempore priori,vel poſteriori, id-
eſt,quod certo tempore probat,etiā ſi alter non pro-
bet de prioritate, tunc nempè præfertur ei, qui de in-
certo tempore probat,vt tradidere Cyn. & Bald in l.
de reb.C.de donar.ante nupt.Bal. in l.creditor qui.ff.
qui pot.in pig habean.& vna mente ſenſere.Soc. Iaſ.
& Franc Rip.in l.1.ff.ſol.matr.conſuluitq; Dec. cōſ.
169.col.vlt. & vt inſigne axioma retulit Marſil. ſing.
319.quod inſuper placuit Soc.conſ.67.lib.3. docuere
præterea Fel.& Dec.in c.paſtoralis.col.3. de reſcript.
& aſſeuerauit Rebuff.in tract. de pacif. poſſeſſ. num.
299.voluitq; Alc.in tract.de præſump.reg.3.præſum.
43.ante finem, cum alijs adductis à Tiraq. vbi ſup. in
verbo proximior.gl.nu.10.§.11.ad hæc Franciſ.Curt.
profitendo ſcripſit in l.vit.col.antep.verſ. 13. quærit.
C.de edict.diui Adr.toll. Dec.reſpondit in conſ. 169.
cuius inſcriptio incipit,diſpenſatio facta.col.vlt. nec
id reticuit Matt.Pac.in tract.de mandato apoſt.in 6.
par.nu.1.& ſeq.poſtremò idem obſeruauit Rip.in l.ſi
debitor.col.3.nu.8.& ſeq. ff.de pignor.

Tertiò limita principaliter,vt concluſio non hēat
locum,ſi ex teſtibus deponentibus de auditu maiorū
ſuorum vnus ſit, quia audierit id dici à quibuſdā ma-
ioribus ſuis illos eſſe conſanguineos,& alius teſtis au-
dierit dici ab alijs perſonis illos eſſe ſanguine coniū-
27 ctos † nam tunc videntur ſingulares,ex quo ſequitur,
vt conſanguinitatem non probent,vt ſciuit Summus
Pontifex.c.cum dilectus.de electio. & in c. licèt cau-
ſam.de proba.& colligere eſt ex Arcadij reſponſo in
l.ob carmen.§.fi.de teſtib. nam neceſſe eſt, quòd au-
dierint dici ab eiſdem perſonis,vt monuit Alex.con-
ſil.82.lib.1.num.3. & opus eſt,vt inter ſe conſentiant,
vt rectè memoriæ tradidit Cępol.in dict. conſil. 156.
num.5.

Id ſublimites velim,non ſatis eſſe, ſi deponant oēs

ſe audiuiſſe ab vno tantum,ſed neceſſe eſt, vt à pluri-
28 bus tamē audierint,vt in terminis,huius materię tra-
dit Fel.in c.cum cauſam de prob.nu.4. verſ.item pro
hoc dicit,& cum ibi allegatis.

Quartò limitare poteris, vt procedat, dummodo
29 ante litem motam † deponant,vt habemus ex c. licet
ex quadam de teſtibus,nec id ratione caret, nam cū
per locum fama vagatur facilè poterit ab illo intel-
ligi,qui in fraudem dicit,quinimò cōtingere poterit,
vt quis à ſanguine ſibi coniunctis curtet narrādam,
ab eiſq; ſe percepiſſe iureiurando aſſeuerēt, & ideſt,
vnum ex illis duodecim requiſitis in d.c. licèt ex qua
dam,& huc erunt adhibenda,quæ obſeruauimus, &
adduximus ſupra in hac concluſione,ad id etiam cō-
ſulas Dec.conſ.82.nu.1.

Subampliabis prædictam limitationē hoc pacto,
30 vt ſi deponant poſt motam litem † non ſolū non pro-
bent,vt ex ſupra notatis, ſed nec vllam faciant præ-
ſumptionem,vt conſuluit Dec.in cōſ.82.nu.1. quem
ſequitur Crau.in ſuo tract.de antiq.temp.in 1.par. §.
viiо de fama.nu 6.

Sublimites tamen prædictā limitationem, vt non
31 vera ſit,ſi audierint dici alibi, † quā vbi lis mota eſt,
eo namq; caſu etiam poſt litem motam probarēt, vt
teſtis eſt ad hoc Arch.in c.conſanguineos 35.q.6. nu.
3.in fi.& dictum eſt ſupra,vt ſuperius diximus.

Poſtrema concluſionis noſtre obſeruatio erit,vt in
32 probanda conſanguinitate † teſtes ſint cogēdi, ſi cre-
dimus Io.And.in nouel.c.peruenit,verſ.peruenit, de
teſt.& c.cæterum col.1.cir.fi.verſ.cæterum de teſt.ad
q conſulas Ioā.Campeg.in tract.ſuo de teſt.reg.205.
vbi prædictam concluſionem limitat modis ſeptem.

Et vt vlterius progrediamur ampliemus cōcluſio-
33 nē conſanguinitatem probari etiam poſſe † per teſtes
cōſanguineos quod quidē non ſine præcipua de cau-
ſa factitatū eſt,huiuſmodi namq; teſtes ſunt aptiores,
& magis idonei cæteris teſtibus, quia coniunctionis
ſanguinis gradus cēlentur magis noti conſanguineis,
vt cautum eſt in c.videtur,qui matr.accuſ.poſ.& huc
ſpectat.c.cum in tua.de ſpoſal. quod etiā voluit Ant.
de But.c.quoties.nu.9.de teſt.& ibi Abb.& Feli.nu.2.
vbi ait non ſolùm ſi concurrant teſtes domeſtici, &
34 conſanguinei cū extraneis † videatur magis fides ad-
hibenda domeſticis, qui tali caſu admittuntur ad te-
ſtimonium.l.conſenſu.C.de repud.l.lex,quæ tutores.
C.de adminiſtr.tut.& notat Bar.in l.ſi quando C.vn-
de vi.ſed(quod fortius eſt)ait, vt conſanguineis extrā-
35 tibus alij admittendi non ſint † propterea, quòd iſti
meliores ſint cæteris teſtibus,tradidit Panſ. conſ. 58.
nu.22.vol.4.& huic adſtipulatur.l.octaui.ff.vnde co-
gna.& voluit Ioan.Andr in tract. de arbor. conſang.
& affinit. in apparat. 4.lib.decret.in verb.Chriſti no-
mine,num. 92.

36 Primo id amplies,vt procedat † etiamſi de proban-
da negatiuè cōſanguinitate agatur,nā tunc iſtiuſmo-
di teſtes ꝓbāt,ſic ēētuit Bal.in c.cū in tua.n.1.de teſti.

Secundò loco ampliabis,etiamſi non ſint conſan-
37 guinei,ſi modo ſint duo † etenim ſatis ſunt, dummo-
do ſint pſonæ auctoritate graues,& fide digna,vt col-
ligere eſt ex dicto licet,c & caūt Alba.conſ.83.n.18.

Verùm primum,ideſt limitandum, vt non habeat
locū,quando huiuſmodi teſtes conſanguinei ex cau-
ſa commodum aliquod perciperent, eo namq; caſu
38 non admittūtur,quia † viderentur teſtificari in cauſa
propria ob ſuum commodum,vt obſeruatur in l.om-
nibus.C.de teſti.& ſimilibus, & ita limitat Benedict.
Capra in conſ.156.nu.10.

Sublimitabis prædictam ampliationem, vt locum
ſibi non vendicet in viro,& vxore,qui ſe confiteātur
conſanguineos,& concurrat fama,ac iurent, nam li-
39 cèt dicant in cauſa propria † tamen probant conſan-
guinitatem,& dirimunt matrimonium,vt Arch. tra-
didit in c. ſi duo.35.q.6.nu.2. & 3.

Secūdo loco illud limites,vt nō verū ſit,ſi tales cō
40 ſanguinei ſint infames,vel ſerui,aut malę famæ, † &
opinionis, quia tunc excipi non debet eorū teſtimo-
niū,vt Arch.placuit in c.cōſāguineos.35.q.5.in prin.

Tertiò & poſtremò limitabis, & intelliges proce-
41 dere tantum in cauſa affinitatis ciuilis † vel conſan-
guinitatis.ſed ſecùs eſt in criminali, vt reſpōdit Cor.
conſ.172.nu.18.vol. 1.

CONCLVSIO CCCCXI.

ARGVMENTVM.

Conſanguinitas quomodo probetur per famam, per nominationem, & per inſtrumentum.

SVMMARIVM.

1 *Fama plenam probationem facere ſolet,vbi à communiter accidentibus probatio difficilis eſt.*

2 *Fama ſufficere debet in probatione conſanguinitatis.*

3 *Fama non ſufficit ad probandam conſanguinitatem recēter contractam, quæ non excedit memoriam hominum.*

4 *Coniunctio ſanguinis probatur ex fama concurrente coniugum confeſſione.*

5 *Matrimonium dirimi poteſt, ſi coniuges confiteātur coniunctionem ſanguinis cum iuramento.*

6 *Fama probat conſanguinitatem antiquam,de qua nō extat memoria hominum.*

7 *Quod tempus ſit antiquiſſimum, vt conſanguinitas optimè probari poſſit per famam.*

8 *Hominis vita breuior temporibus noſtris,quàm fuit olim.*

9 *Conſanguinitas probatur ex nominatione.*

10 *Nominatio fratris,vel conſanguinei non probat qu. eſſe ſanguine coniunctum.*

11 *Nullum ſimile eſt idem.*

12 *Probationis genus eſt per nominationem in quibus reperiatur in iure proditum.*

13 *Nominatio filiationis poteſt patri multum præiudicare.*

14 *Facilius eſt nominare aliquem fratrem,conſobrinum,aut conſanguineum,quam filium, qui non eſt.*

15 *Nominatio & tractatus quempiam in quaſi poſſeſſione conſanguinitatis conſtituunt.*

16 *Conſanguinitatis quaſi poſſeſſio acquiritur ex probatione,communis opinionis.*

17 *Nominatio probat conſanguinitatem etiam in deciſorijs, & etiamſi agatur, vt quis hæreditatem cernere poſſit.*

18 *Conſanguinitatis probatio inter patrem, & filium tātum probat in præiudicium ipſius patris.*

19 *Conſanguinitas probatur, & reprobatur per inſtrumentū quando inſtrumentū eſt confectum inter ipſos litigātes.*

20 *Conſanguinitas per inſtrumentum probatur, etiamſi loqueretur enunciatiuè de ipſa conſanguinitate.*

21 *Epiſtola, & ſcriptura coadiuuant probationem conſanguinitatis.*

22 *Conſanguinitas probatur per verba enunciatiua in inſtrumento contenta, etiam in præiudicium tertij.*

23 *Conſanguinitas per inſtrumentum non probatur directè.*

24 *Notario aliquid atteſtanti nō creditur,niſi in his,quæ interuenire, & explicari potuerunt tempore confecti inſtrūi.*

25 *Conſanguinitas originem habet à natura,deſcendit ex genitalibus principijs, & non poteſt ex ſolo conſenſu contrahentium,nec accidentali ſermone induci.*

26 *Teſtes poſtquā teſtificauerūt ſuper cōſanguinitate, poſſūt denuò produci ſuper eiſdē,vel directè cōtrarijs articulis.*

27 *Præcipuum eſt in probatione conſanguinitatis ad impediendum,contrahendum, & conſeruandum matrimonium.poſſe teſtes denuo produci ſuper eiſdem,vel contrarijs articulis.*

28 *Teſtes ſuper conſanguinitate iurare debent, & iuramenti genus à parte non poteſt remitti.*

29 *Teſtes etiam ſinguiares ad probandam conſanguinitatem poſſunt denuo produci.*

Conſan-

Conſanguinitatem probari p teſtes huc-
cuſq; diximus, videamus nunc quo pacto eadem per
famam probetur, vbi igitur à communiter accidenti-
1 bus probatio difficilis eſt† fama plenam ſolet proba-
tionẽ facere, vt in probatione filiationis tenuit Ant.
de But. in c. veniens. 1. col. 2. in fi. de teſti. & idẽ voluit
But. in c. tranſmiſſæ. col. 2. qui fil. ſint legit. quod ſeq-
tur conſulendo Alex. in conſ. 66. viſo teſtamento ſi-
monis. lib. 3. & Aret. reſpōdit in conſ. 37. Verùm pro-
batio conſanguinitatis eſt tam difficilis probationis,
quàm probatio filiationis, vt ſupra notaui in conclu-
2 ſione pcedenti de conſanguinitate pbanda †hinc cō
ſequit, vt in probatione ipſius ſufficere dēat fama, ita
ratiocinatur, & ratiocinando ſentit Dec. cōſ. 595. n. 6.
Concluſionem noſtram ſic velim limites, vt non
vera ſit, ſi agatur de probanda conſanguinitate, vel
affinitate recenter contracta, quæ non excederet me-
3 moriam hominum † tunc nempè non ſufficeret pu-
blica vox, & fama, ſed vna cum ipſa deberet tracta-
tus, & nominatio probari, vel alia adminicula vrgē-
tia adhiberi, iuxta ea, quę tradidit Bart. in l. filiusfam.
ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in l. ꝙ ſenatus.
ff. de lib. agnoſ. & recẽtiores in c. per tuas. de prob. atq;
tradidit Bal. in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ.
4 Hoc verò poſtremum ſublimitabis† coniunctionẽ
ſanguinis probari ex fama concurrente coniugū con
feſſione, ita inſigniter docuit Arch. in c. ſi duo. 35. q.
5. nu. 2. & 3. ꝙ præcipuè verum eſt, ſi iuſ̃m ab ipſis fue-
5 rit præſtitum. quo in caſu † matrimonium dirimi pōt,
vt tradidit idem Arch. in d. c. ſi duo, quib. patrocina-
tur. contex. in c. ſuper eo, de eo, qui cog. conſang. vxo.
Verùm concluſio procedit, quando agitur de pro-
6 banda conſanguinitate antiqua †de qua nō extat me
moria hominum, cui ſententiæ conuenit Bal. in au-
then. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. in vlt. q. & hanc
concluſionem dilucidè confirmat Io. And. & Hoſti.
in d. c. licèt ex quadam. de teſtib. hoc idem ſequitur
Franc. Aret. in d. conſ. 37. nu. 1. verſ. venio igitur.
7 Si quis verò requirat à me† quodnam ſit tempus an-
tiquiſſimū in hoc noſtro caſu, vt cōſanguinitas opti-
mè probari poſſit, huic ex Alex. ſententia conſulan-
tis reſpondebo, tempus eſſe 56. annorum. in conſ. 90.
in cauſa, & lite, in 6. vol. quod ea rōne corroborat, qa
non facilè (inquit) pōt ab hominibus ſuperſtitib. pro-
bari actus factus iam annis 56. cū temporibus noſtris
8 breuior ſit vita hominis † quàm fuerit olim, hunc eū-
dẽ conſulendo ſequitur. & refert Alba. cōſ. ſuo 83. nu.
9. 10. & idem per omnia cōſuluit Iaſ. cōſ. 114. ad obie-
cta. col. 4. 5. 6. vol. 1. quæ oīa abundantiſſimè, & affa-
tim à nobis explicata fuere in concluſ. filiatio per fa
mam, & cōem opinionem: illuc te lector reijcio, vbi,
quod ad materiam pertinet, ſitim extinguere poteris.
Per famam igitur probatur ſanguinis coniunctio,
hanc eandem conſanguinitatem probandi vim ha-
bet nominatio, etenim ſi qui aſſerebant, ſeu nomina-
9 bant ſe fratres, vel conſanguineos † ex hac nomina-
tione conſanguinitatem probari docuit Bartho. in l.
non nudis. C. de probat. quem ſequitur conſulendo
And. Barb. in conſ. 14. nu. 31. vol. 3. ſed hæc Bart. ſen-
tentia Dec. non placuit in conſ. 524. nu. 5. motus au-
ctoritate Pauli in l. nemo. ff. de hæred. inſtit. in quam
ſententiam deſcendere ait Petr. Anch. in conſ. 51. vbi
apertè tradit, nominationem fratris, vel cōſanguinei
10 † non probare affinem eſſe, vel ſanguine coniunctū,
quia, vt inquit idem. I. C. nominamus fratrem ex cha
ritate, qui frater non eſt, d. l. nemo. ff. de hæred. inſtit.
illud præterea addit, nominationem fratris, vel ali-
quem loco fratris habere, videri potius ſignificare ſi-
11 militudinem, & nullum ſimile † eſt idem, vt collige-
re eſt ex leg. quod Nerua. ff. depoſit. & Dec. ſequitur
Bened. Capra in conſ. 156. num. 8. vbi id comprobat
per l. non epiſtolis. ff. de probat. & gloſſ. in c. per tuas.
extr. de probat. & in c. illud de præſump. quæ opinio
ad veritatem propius accedere videtur, quam probat
etiam Tiraquell. de vtroque retract. tit. de retract. cō-
ſang. §. 1. glo. 16. verbo declarare conſanguinitatem,
num. 1. ſub fin. inquiens ibi huiuſmodi genus proba-
12 tionis per nominationem † non reperiri in iure pro-
ditum in alijs, quàm in patre, & filio, viro, & vxore,
non etiam inter alios, ac ne fratres quidem, auctorē
citat Cyn. in l. non epiſtolis. C. de proba. nec id ratio-
13 ne caret. Etenim nominatio filiationis † poteſt patri
multum præiudicare, cum teneatur filios alere. l. 1. &
per tot. tit. ff. de liber. agnoſ. & filias dotare. l. vlt. C. de
dot. promiſſ. & l. qui liberos. ff. de rit. nupt. Præterea
cogit filios inſtituere, vel exhæredare, alioqui ipſius
teſtamentum ruit. l. inter cætera. ff. de hæred. inſtit. ꝙ
quidem nō eſt in alijs. Vnde veriſimile non eſt, quē-
piam adeò facile, & leuiter alium nominare filium,
14 qui non ſit † quàm fratrem, aut conſanguineum, cū
maius ex illo, quàm ex hoc ſit incommodum acce-
pturus, arg. l. cum de indebito. ff. de probat. cum ſimi-
lib. & reſpondit Petr. Anch. conſ. 52. nu. 7.
Illud tamen veriſſimum eſſe fateri cogimur, per
15 nominationem, & tractatum quempiam † in quaſi
poſſeſſione conſanguinitatis conſtitui, ita conſulen-
do ſenſit Alb. conſ. 83. nu. 21. hoc idem voluit Bar. in
l. 1. §. ad quæſtionem. ff. de quæſt. & idem Bal. in l. nō
nudis. in 2. lectura in fi. eo. tit. & placuit Fel. in d. c. per
tuas. col. fi. verſ. 2. nota. de probatio.
Primò amplies hanc opinionem etiam veram eſſe,
vt etiam acquiratur quaſi poſſeſſio conſanguinitatis
16 † ex probatione communis opinionis, ideſt proban-
do ab omnibus quem haberi pro tali, vt tradidit Alb.
vbi ſupra, aſſeuerauitq; Alex. conſ. 51. viſo, & diſcuſ-
ſo. vol. 1. adeò vt talis quaſi poſſeſſio transferat onus
probandi in contrarium, vt ait Bart. in l. quod ſena-
tuſconſ. §. item per contrarium. ff. de liber. agnoſ. atq;
Iaſ. in l. neq; profeſſio. col. 1. C. de teſta. Fely. etiam in
d. c. per tuas. nu. 13. & n. 17. Gozad. quoq; conſ. 12. nu.
26. & Alex. d. conſ. 57. vol. 2. Rub. Alex. conſ. 16.
Secundo loco velim amplies hanc opinionem po
17 ſteriorem procedere etiam in deciſorijs † etiā ſi age-
retur, vt quis hæreditatem cernere poſſet, vt deducit
Corn. cōſ. 1. in præſenti ardua. col. 10. nu. 22. 3. volum.
* aſſerens plurium * albo calculo id eſſe receptū, quod
idem dicit, & ſequitur Dec. ſibi contrarius conſ. 54.
col. pen. & latè proſequitur Pariſ. conſ. 10. nu. 61. 64.
69. 73. vol. 2. & Alb. d. conſ. 83. d. num. 22.
Primo loco limitabis, vt hæc probatio conſangui-
18 nitatis inter patrem, & filium † tantum probet in præ
iudicium ipſius patris ita nominantis non etiam alte
rius, vt reſpondit Iaſ. in conſ. 196. ſpectabilis. col. 1.
verſ. 2. & adhuc. lib. 1. quem retulit Tiraq. d. tit. de re-
tract. conſanguin. §. 1. glo. 16. num. 3. verbo declarare
cōſanguinitatem, ad quod tamen eundem conſulas
ibi ſub fi. d. nu. 3. dubitat.
Conſentaneum eſt ſuperioribus, quod ſequitur: nā
19 conſanguinitatem probari, & reprobari † per inſtru-
mentum eſt ſancitum in c. ſeries. de teſtib. vbi dicitur
quod ad probandum aliquos eſſe fratres, ſeu fratrem,
& ſororem exhibeatur inſtrumentum publicum, &
ita declarat ibi Bal. nu. 1. de teſtib. cui conſulendo ac-
cedit Bart. Soc. in conſ. 68. ſub nu. 7. in fi. vbi ex mente
Bal. in d. c. ſeries, dixit, quod per inſtrumentum dotis
non ſolùm probatur promiſſio dotis, ſed & affinitas.
In alia omnia iuit Fulgo. in l. non epiſtolis. ſub nu.
2. verſ. ſed huiuſmodi epiſtolæ. C. de proba. & Fely. in
c. per tuas. nu. 12. verſ. 3. nō. de probat. & ſenſit Ferret.
conſ. 50. nu. 5. & fuit prolatum in primis à glo. in c. ſe-
ries. in verb. inſtrumentum, de teſtib.
Cui opinioni non aduerſantur tradita per Soc. in
allato conſ. 68. ſub nu. 7. in fin. quia illud eius dictum
intelligendum eſt, quando inſtrumentum eſt confe-
ctum inter ipſos litigantes: vt declarat idem Bal. in d.

c. ſe-

c.ſeries,nu.1.ſecus quoad extraneos; vt tradit Ferret.
d.conſ.50.nu. 5.
20 Primò ampliabis iſtud † etiamſi iſtiuſmodi inſtru-
mentum loqueretur enunciatiuè de ipſa conſangui-
nitate,& ſimus in antiquis;quia plenè probat: vt re-
ſpondit Albenſ.conſ.83.nu.10. & 11.
Et licèt per epiſtolas, & per ſcripturas nõ probetur
21 conſanguinitas tamen huiuſmodi epiſtolæ† coadiu-
uant probationem:vt dixit Fed.Schench. in tract. de
probat.nu.13.
Et quòd etiam inſtrumentum conſanguinitatem
probet,licèt loquatur enunciatiuè de ipſa, tradit Iaſ.
in l.prætor ait, & in l.ſi quis ex argentarijs. §. prætor.
num.20.21.cum multis ſequentib.ff.de eden.& cauit
Alex.conſ.24.col.2.lib.2.& conſ.64.vol. 1. Abb. do-
cuit in c.ſi.de teſt.cogẽ. latè Cur.ſen. conſulẽdo pro-
ſequitur in cõſ.76. Abb.& Fel. id aſſeruere in c. tertio
loco.de probat.Dec.reſpondendo ſenſit in conſ.672.
& cõſ.575.atq; decidit Afflict.deciſ.13. & paſſim ob-
uium habetur.
22 Præterea amplies,& extendas:vt locũ habeat† per
verba enunciatiua in inſtrumento contenta probari
conſanguinitatem, etiam in præiudicium tertij : ſic
me docuere Alb.vbi ſupra nu.15.& Alex.d.conſ.90.
col.1.nu.5.
Quod diximus, cõſanguinitatẽ probari per inſtru-
mentum,ſic velim accipias;vt non poſſit confici in-
ſtrumentũ,de conſanguinitate ſimpliciter,& ſic non
23 per inſtrumentum†probatur directo; ſed benè ex ipſo
inſtrumento enunciatiuè loquente inducitur aliqua
ꝓbatio conſanguinitatis;vt aſſeruit d.gl.in d.c.ſeries,
in verb.inſtrumentum,& ibi Bal.nu.4.Fel.ibid.col.2.
Dec.quoque aſſentitus eſt in conſ.321.col. 2. num.6.
Albenſ.etiam conſenſit in d.conſ.83.nu.17.
24 Ratio eſt†nam cum notario aliquid atteſtanti non
creditur,niſi in his,quæ potuerunt interuenire , & ex-
plicari tempore confecti inſtrumenti,ſecundum Bar.
in l.ſciendũ.ff.de verb.ſign.& in auth.ſi qs in aliquo.
C.de eden. & conſuluit Alex. in cõſ.98.lib.1.mentò
non põt fieri inſtr̃m ad probandũ directè conſangui-
25 nitatem† quia conſanguinitas formatur à natura, &
ꝓcedit ex genitalibus principijs,nec põt oriri ſolo cõ-
ſenſu contrahentium,nec accidẽtali ſermoni induci
poteſt,ſecundum Bal.in l.non epiſtolis.col.1.in verſ.
neceſſitudo, & ibi in 1.notab.obſeruat,quòd per epi-
ſtolam non efficitur ſoror:quia ſororitas formatur à
natura. nec poteſt oriri ex ſolo conſenſu.
Illud porro velim obſerues,quòd ad hanc ꝓbatio-
nis cõſanguinitatis materiã attinet, teſtes productos
ad probandam conſanguinitatẽ,vt dirimatur, vel cõ-
26 ſeruetur matrimonium,† poſtquam teſtificauerunt,
poſſe denuò produci ſuper eiſdem, vel directè cõtra-
rijs articulis,vt ſtatutum eſt in c.ſeries.& in c.ex teno-
re.atq; in c.cum in tua.de teſt.gl.in c.conſtitutis 2.de
* teſt.& ibi Abb.vbi ait,ita cõi omnium inẽre ab om-
nibus Doctoribus fuiſſe receptum idem Iaſ.voluit in
conſ.15.vol.3. in princ. cum ibi allegat.
27 Quod quidẽ peculiare,& præcipuũ eſt†in tali pro-
batione conſanguinitatis,impediendi,vel cõtrahen-
di,& conſeruandi matrimoniũ;vt habemus à Iaſ.in d.
cõſ. 15.& cõſulas Bal. in c.cũ in tua,nu.1.de teſt. Nec
illud animaduerſione dignum pręteribo,hmõi teſtes
28 debere iurare†quod iuramẽti genus, nec à parte poſ-
ſe etiam iudicis authoritatę interueniẽte remitti, tra-
didit Spec.tit.de teſte,verb.ſequitur,de teſtib.nu.6.
Quòd poſt etiam ampliabis , etiamſi huiuſmodi
29 teſtes† eſſent ſingulares,vt Goz. reſpondẽdo ſenſit in
d.conſ 13.nu. 33.cui accedit Alex.conſ.51.nu.9. vol.
1.quod & probauit Abb.d.cõſ.83.nu.17.& 19. vbi ait
huiuſmodi teſtes poſſe iungi:vt patet ex his, quæ plu-
ribus idem ibidem adduxit.

CONCLVSIO CCCCXII.

ARGVMENTVM.

Conſanguineus an in cauſa ſui conſangui-
nei poſſit eſſe teſtis.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguineus in cauſa ſui conſanguinei non eſt integer teſtis.*
2 *Conſanguinei non ſunt teſtes integri, & omni exceptione maiores.*
3 *Conſanguineis teſtibus non tanta fides eſt adhibenda, ſicut cæteris extraneis.*
4 *Conſanguineus non eſt integer teſtis, etiamſi de crimine agatur ciuiliter.*
5 *Conſanguineus excommunicatus teſtis eſſe non poteſt, cum mortuo comparetur.*
6 *Conſanguinei teſtes non recipiuntur in criminali cauſa.*
7 *Conſanguineus tunc eſt idoneus teſtis, quando inducitur ad ſimplicem defenſionem, & innocentiam purgandam eius conſanguinei.*
8 *Conſanguineus non admittitur ad probandum allegata, & excepta, ſed tantummodo incumbentia.*
9 *Conſanguineus admittitur ad probandum errorem conſ-tentis.*

Conſanguineus an in cauſa ſui
cõſanguinei te-
ſtis ꝓductus poſſit eſſe teſtis, ſi quis à me ſcire exoptet,
1 huic ex plurimorũ ſententia reſpondebo † cõſangui-
neũ teſtem non eſſe integrũ, cuius ea ratio eſt, quòd
nunquã non ſuſpicionis labe laborant:nimirum igitur
ſi à teſtimonio dicendo reijciũtur, vt ſancitũ eſt in c.
conſanguinei.& c.accuſatores.il 3.tertia.q.5.quã ſen-
tentiã plurimi tũ conſulendo, tum etiam profitendo tra-
didere,in primis id aſſeruit Bar.in l.admonendi , col.
5.verſ.ſi verò teſtis eſſet talis cõditionis , propter quã
fides eius vacillaret, num.37. ff. de iureiurand & ibi
Ang.col.pen.verſ. & circa iſtum articulum, & ibidẽ
Alex.nu.43.col.12.verſ.in eadem glo. Iaſ. in d. l. ad-
monendi,ſub nu.79.cum plurib.ſequentib.de iureiu.
Antonius de Butr.in c.fin. col. pen.verſ aliæ opinio-
nes ſunt, & ibi Abb.col.pen.verſ. ſi verò teſtis , de iu-
reiuran Spec.in tit.de teſt. §. 1. verſ ſed nunquid fra-
ter.in fi.ibi,in ciuili autem nu.40. Bald. in c. 2. in fin.
verb.verſ.ſimiliter,de probatio. ex conſulentibus ad-
eſt Alex.in cõſ.13.ex his,quæ in themate,nu.16. verſ.
item non eſt integer teſtis,et in conſ.18.viſo proceſſu
cauſæ vertentis.nu.4.ver.conſtat autem,& in cõſ.32.
viſo puncto,& dubijs.poſt nu. 3.verſ. vnde dicit & in
cõſ.133.viſo proceſſu cauſæ inter Marcum.nu.8.verſ.
Bartholomæus Sancti,omnia ſub vol.1.& in cõſ.122.
viſo proceſſu utriuſque cauſæ,num.4.uerſ.nec obſtat,
quòd iſte teſtis,vol.2. & dictum eſt ſupra in cõcluſio-
ne, Affinis,& in concluſione,coniunctus,quę huc re-
ferenda ſunt. Iac.Nouel.in reg.216.nu.6.& uide latiſ-
ſimè D.Io Mari.Monticell.in ſuo repertorio de teſt.
in uerb. conſang.
In contrariam deſcendere ſententiam gl.in c. cum
R.Canonicus in glo.2.uerſ.ſed in teſte ſecus,de offic.
deleg.& Alber.de Malet.in tract.de teſt.nu.13.& 14.
* verſ.d.de fratre,vbi de communi ſcribentium ſentẽ-
tia teſtatur. Bar.in l.lex.Cornelia.ff.de iureiur.verſic.
& propter hoc dicemus,nn. Bal.in conſ.50. vidẽdum
eſt primò,poſt nu.1.ver.ſed his non obſtantibus, vol.
2.& idem Bal.in cõſ.185.Conſobrinus, uel patruelis.
in prin.uol.4.Dec.tradidit in c.poſtremò,nu. 6. uerſi.
ſecundò nota,de appell.atq; Paul.de Caſtr.in l.fi.nu.
2.in prin.C.de prob.atq; conſuluit Soc.iun.in conſil.
29.nu.13.uerſ.non obſtat,quod ſimul habitẽt, uol.2.
& Gram.in conſ.ciuil.107.in fi.

Recon-

Reconciliari poterunt hi inter ſe diſſentiẽtes ſcri-
bentes hunc in modum, vt prior ſententia procedat,
2 † vt teſtes conſanguinei non ſint teſtes integri,& om-
ni exceptione maiores, & vt ita tales,non ſint recipiẽ
di;poſterior verò, vt iſtiuſmodi conſanguinei teſtes
poſſint admitti cum diminutione tamen fidei, ideſt,
3 vt,tanta fides eis non ſit adhibenda † ſicut cæteris ex-
tranei,in quam ſententiam cuncti ſcribentes ab vtra-
que parte ſupra relati,ſi rectè inſpiciantur,deſcendũt.
Alex.enim in d. conſ. 13.dicit non eſſe integrum te-
ſtem conſanguineum & in conſ.32.ait,eius fidẽ debi
litari,& in conſ.133.aſſerit, conſanguineum teſtẽ nõ
eſſe integrum.Iaſ.etiam in d.l.admonendi.nu.170. &
180.declarat, quòd licèt conſanguineus pro conſan-
guineo teſtis eſſe poſſit,tamen non tantam fidem fa-
ciat,ſicut extraneus,& eius fides diminuitur, ꝙ idem
ex alijs ſuperius allatis colligi poteſt, idẽ voluit Dec.
in conſ.130.nu.3. verſ.& ad hoc facit Iaſ.etiã reſpon
dit in conſ.3.nu 40.verſ.prætereà quòd non ſunt. vol.
2.atq; Franciſ. Aret.in conſ 71.poſt nu.3.verſ conſan
guineus autem multominus.
4 Amplia tamen priorem ſententiam procedere † ẽt
ſi de crimine agatur ciuiliter:ita Abb.in c.cum opor-
teat.col.1.in fi.poſt num.3.verſ.aut agitur de cauſa ci
uiliter,& ibi Fel.col.2.verſ.& iſta procedunt.poſt nu.
2.ac Imol.ibid.nu.10.verſ.in gl.2.de accuſat atq; cõ-
ſultus reſpondit Alexã. in conſ.212. viſis, & diſcuſſis
ſcripturis,poſt nu.8 verſ.nec obſtat,ſi diceretur.lib.2.
Primo loco concluſionem ita limitare poteris, vt
non ſibi locum vẽdicet in conſanguineo excommu-
5 nicato † qui teſtis eſſe non poteſt;cum mortuo com-
paretur,iuxta ſententiam Innoc.in c. grauem de ſen-
tent.excom.nu.quod ſequitur Rober. Marant. in re-
pet.l.is poteſt.nu.213.verſ.quinto limita.ff.de acquir.
hæred.vbi rationem reddens ait,id contingere, quòd
nullus cum eo participet, non intelligere poſſit quid
agatur.nimirum ſi teſtis eſſe nequeat.
Prætereà ſic limitabis,hoc non procedere in crimi
6 nali cauſa † in qua ſine vlla dubitatione teſtes cõſan
guinei non recipiuntur, vt tradidere multi tum con-
ſulendo,tum etiam docendo, vt Paul. de Caſt. in d.l.
fi.verſ.ſed in cauſa criminali.C.de probat.atq; reſpõ-
dit Hippol.in conſ.31.poſt nu.13.verſ.primò enim,&
idem in conſ.76. num.27.verſ.item alio morbo labo
rat dictus teſtis.atq; in cõſ.88.nu.10. verſ. item etiam
dictus teſtis eſt affinis,& in conſ 113.nu.25.verſ.atta-
men ex abundanti.Gram.conſ.58.col.1.in fi.num.6.
verſ.præterea.per cõtex.in l.parentes.C de teſtib. vbi
* communiter Doct.ibid.not glo.2.in d.c.cum opor-
teat.de accuſ.& ibi Abb.vol.1.nu. 3. verſ. ſi vero agi-
tur.& ibi Fel.col.2.poſt num.3.verſ. fallit 3. & ſequẽ.
Bart.in l.qui teſtam.§.quæcunq; col.fi.verſ.ſed quæro
quid in cauſa,de teſtam.Abb. in c. literas, col.4.poſt
nu. 8. verſ. in ſecundo caſu, de præſump.conſulendo
reſpõdit Alex.in conſ. 5.incip.in cauſa inquiſitionis,
nu.8.lib.1.& in conſ.70.incip.viſo proceſſu.nu. 6. eo.
lib.& in cõſ.212.incip.viſis,& diſcuſſis ſcripturis.poſt
nu.8.verſ.nec obſtat,ſi diceretur.vol.2.Dec. cõſ. 133.
col.2.n.4.verſ.2.dicta Domina Margarita. Paris cõſ.
152.nu.10.verſ.hinc eſt, quòd conſanguinei, & affi-
nes.vol.4. Aret.in l.qui teſtamẽto.§. quæcunq; num.
6.verſ.ad ſecũdum membrum.ff.de teſta.Spec. tit. de
teſt.§.1.verſ.ſed nunquid frater,verſ. nec etiã in cau-
ſa criminali.Bal.in l.parẽtes.col.2.poſt nu.1.ſub verſ.
item vaſalli feudo. C. de teſtib.
Sublimitanda hæc erit limitatio hunc in modum,
7 qñ conſanguineus † inducitur ad ſimplicem defen-
ſionem,& innocentiam purgandam eius conſangui-
nei:quia tunc idoneus eſt teſtis,vt eſt ſancitum in c.in
literis.de præſ.& ita dilucidè tradidere Bal.& Sali. in
d.l.parentes.C.de teſtib.idem reſpondit Alex. in cõſ.
5.in cã inquiſit.nu.8.lib.1.& in cõſ.24. animaduerſis
his.nu.39.vol.2.& in d.cõſ.212.viſis,& diſcuſſis.verſ.
colligitur etiã. vol.2. & in conſ.119.col.2.lib.7.Dec.
etiam in conſ.459.viſo eleganti conſ.nu.7. verſ.& in
probando defenſionem. Marſ. in ſing. 508.prætereà
Alc.in tract.de præſump.reg.1.præſump.23.
Ad id tamen,ꝙ poſtremo loco dixi, velim animũ
aduertas,vt licèt cõſanguineus admittatur pro defen
ſione in teſtem, non tñ admittatur ad probandũ alle
8 gata,& excepta † ſed tantummodo incũbentia,ita me
conſulendo docuit Gram.in conſ.12.nu.19.& in cõſ.
32.nu.12.atq; reſpondit Alex.in d.conſ.5. in caſu in-
quiſitionis formatę nu.8.verſ.non obſtat etiam ſi di-
ceretur.vol.1.Fel.tradidit in c.cum oporteat.poſt nu.
3.verſ.quintò limita,de accuſ.Iaſ.ſcripſit in l.vt vim.
nu.5.verſ.itẽ ad probandum.ff.de iuſt.& iur. cõſultus
ẽt reſpondit Dec.in d.conſ.459. poſt nu.7. verſ. & in
probando.Prætereà nec admittũtur ſtante accuſato-
re,vt voluit Gram.in conſ.12.nu.20.& in conſ.32.nu.
13.docuitq; Fel.in c.literas.nu.15.de præſum.decidit
9 ẽt idem Grãm.in dec.31.nu. 14.† Poſtremò admittũ
ad probandũ errorẽ cõfitẽtis, vt ſcriptũ reliquit Par.
in tract de ſind.verb.tortura,verſ.ſequitur.q. nu. 13.
Cõſtitueram hanc concluſionem noſtram fuſius,
& vberius proſequi tum ampliando tum etiam limi
tando verum quoniam ſi meminiſtis hæc in conclu-
ſione,coniunctus,& in concluſione, Affinis, tradidi-
mus,atque ab Ant Gabriel. in hãc rem vbertimè ex-
plicatam concluſionem perſpexi.conclu.13.lib.1. de
teſtib. ſuperuacaneum duxi huc omnia tranſcribere:
illuc igitur lector te reijcio,vbi famẽ explere poteris.

CONCLVSIO CCCCXIII.

ARGVMENTVM.

Conſanguineus an præſumatur ſcire facta conſanguinei.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguineus præſumitur ſcire facta conſanguinei.*
2 *Conſanguineus,etiam ſi materia ſit pœnalis,præſumitur ſcire facta conſanguinei.*
3 *Conſanguineus ſcire præſumitur tantummodo facta conſanguinei quæ concernunt iura ſanguinis.*
4 *Conſanguineus,ſi diu abſens fuit,non præſumitur ſcire facta conſanguineorum.*
5 *Conſanguineus abſens modica diſtantia præſumitur ſcire conſanguinei facta.*
6 *Conſanguineus nouus facta conſanguinei ſcire non præſumitur.*
7 *Conſanguineus vſq; ad gradus iuris ciuilis ſcire præſumitur conſanguinei facta.*
8 *Sui hæredes non præſumuntur ſcire contenta in teſtamento Patris,vel conſanguineorum.*
9 *Conſanguineus habẽs cãm ſucceſſiuã,& qui facile poſſit à conſanguineis cognoſci,eorum facta ſcire præſumitur.*
10 *Cõſanguineus ſcire non põt ea,quæ momento expediũtur.*
11 *Conſanguineus quomodo deponere habeat ſuper contractu celebrato a conſanguineo.*
12 *Probationis ſcientia dicitur dubia,quando ratio probationis eſt incerta.*
13 *Conſanguineus præſumitur ſcire,quæ aſpectu publico cernuntur, & non quæ occultè fieri ſolent.*
14 *Conſanguinei deponentes ſuper factis conſanguinei faciũt probationem præſumptiuam,non autem veram.*
15 *Minor pœna imponitur ei, qui conuincitur ex probatione præſumptiua.*
16 *Sentẽtia lata ꝑſumptione ꝑſumptiua, quandocunq; ex contrarijs maioribus præſumptionibus poteſt retractari.*
17 *Conſanguineus æger ꝑſumiť ignorare facta cõſanguinei.*
18 *Aegritudo leuis habetur pro non ægritudine.*
19 *Conſanguineus infans,vel puer præſumitur ignorare conſanguineorum facta.*

Digitized by Google

20 *Conſanguineus furioſus conſanguinei facta ſcire non præſumitur.*
21 *Conſanguineus excommunicatus præſumitur ignorare conſanguinei facta.*

Conſanguineum pſumi ſcire facta cõſangui-
1 nei† docuit nos Petr. à Duen. qui hãc cõcluſionẽ for-
mat reg. 125. incip. coniunctus, per cõtex. in l. 8. ff. vn-
de cognat. & per alia iura, quæ ab eo ibidẽ allata fue-
re, & vltra ibid. ab eo adducta ſcribit Rob. Marant. in
repet. l. is poteſt. nu. 232. verſ. quintò limit. ff. de acqu.
hær. atq; conſultus reſpondit Alex. in conſ. 71. incip.
videretur prima conſideratione dicendum. nu. 6. ver.
nec ad hoc obſtat. vol. 1. & in conſ. 138. viſo puncto,
& dubijs, de quibus quæritur. nu. 9. verſ. nec primò di-
ctis obſtat. lib. 7. id etiam tradidit Franc. Aret. in cõſ.
73. poſt n. 15. verſ. eſt enim regula, atq; Fulg. in l. 1. nu.
20. ff. ſi cer. pet. Rober. Marant. in l. is poteſt. nu. 232.
verſ. 5. limita, niſi ille. Lud. Rom. in d. l. is poteſt. nu. 6.
verſ. item conſanguineus. Alex. ibid. nu. 13. ver. ex his
habes. ff. de acq. hær. & plurib. in locis reſponſum fuit
à Corn. vt conſ. 165. nu. 36. vol. 2. & conſ. 268. n. 6. vol.
* 3. & conſ. 10. nu. 3. lib. 1. & eſt * communis opinio: vt
Fel. aſſeuerauit in d. c. literis. nu. 3. de præſump. Barb.
in conſ. 62. Paul. Apoſt. col. 8. in prin. vol. 4.
Primo loco ampliabis, concluſionem procedere
2 †etiam ſi materia ſit pœnalis: vt id cautum reliquere
Imper. Diocl. & Maxim. in l. ſi filium. C. de lib. cau.
iuxta ſententiam Bar in l. dominus horreorum. in fi.
prin. ff. locati. Spec. tit. de emp. & vendit. §. nunc dicẽ-
dum eſt. de reſcin. vend. nu. 30. in fi. Duen. vbi ſupra.
Primum omnium limitabis procedere tantũmodo
3 in his†quæ concernunt iura ſanguinis, & proceſſum
naturæ: ita tradidit Ang. de Peruſ. in l. quoniam. C. de
iur. delib. atq; voluit Corn. conſ. 268. n. 6. ſub fi. lib. 3.
& Iac. de S. Georg. in d. l. quoniam. nu. 2. Petr. Duen.
vbi ſup. nu. 1. Alex. etiam reſpondit in d. conſ. 71. nu.
6. verſ nec ad hoc obſtat. vol. 1. & idem Alex. in l. Ti-
tius. §. Lucius, poſt nu. 5. verſ. limita etiam. ff. de lib. &
poſthu. & tradidit Rober. Marant. in l. is poteſt. poſt
nu. 252. verſ. quod tamen reſtringe. ff. de acq hæredit.
Barb. in conſ. 62. incip. Paul. Apoſt. col. 8. in prin. vol.
4. Dec. etiam in conſ. 445. nu. 35. vbi in addit. ſub lite-
ra A. alij plures citantur, & reſpondit Marius Angui-
ſo. in conſ. 69. nu. 9. & poſt hos omnes vberrimè ſcri-
pſit excellens Iac. Menoch. qui plurimos idem ſen-
tientes citat in 15. remed. recup. poſſeſ. nu. 42. & 44. ꝙ
& comprobatur per Iaſ. in l. 1. nu. 20. ff. ſi cer. pet.
Secundo loco limitare poteris dummodo conſan-
4 guineus abſens diù fuiſſet †quoniam tunc non præſu-
mitur ſcire facta conſanguineorum, ita tenet Bart. in
l. is poteſt nu. 16. verſ. quandoq; ille, qui hæres dicitur
ff. de acq. hær. quem ſequitur ibi Iaſ. nu. 63. ſub verſic.
3. ſi erat ciuis. Alex. in l. Titius. §. Lucius. poſt num. 5.
verſ. & iſta faciunt. ff. de liber. & poſthu. Marc. Mant.
in l. 1. in 1. lect. nu. 61. ff. ſi cert. pet. & ibi Purpur. num.
122. huc ſpectat. text. in c. cum in tua. & ibi Abb. in 2.
notab. qui matri. accuſ. poſſ. & reperiJt Rober. Marãt.
in l. is poteſt. nu. 237. ver. prædicta verò quod conſan-
guineus. ff. de acq. hær.
Quòd tamen iſtud de abſentia ſublimitat nõ pro-
5 cederet†quãdo modicum diſtaret ab illo loco, vbi cõ-
moratur conſanguineus; quia tunc ſcire præſumitur,
& modica diſtantia non attenditur, per contex. in d.
c. cum in tua. & l. præſens. ff. de procur. & in c. quoſdã
de preſump ita ſcriptum fuit ab Alex. in d. l. is poteſt.
poſt nu. 13. verſ. ex his habes, atq; Lud. Rom. in d. l. is
poteſt, nu. 6. verſ. hoc tamen dupliciter limita.
6 Tertiò limitabis in conſanguineo†& affine nouo,
arg. tex. in l. qui cum vno. §. fi. ff. de re milita. argu. c.
paratus, verſ. nec Pauli, 24. q. 1. & voluit Purpur. in d.
l. 1. nu. 126. Petr. Duen. vbi ſupra nu. 3.

7 Quarto loco limitare tibi licebit duntaxat vſq; †ad
gradus iuris ciuilis, per tex. in d. l. octaui gradus, vt tra-
didit Nouel. in tract. de dote, in 11. parte, primæ part.
prin. in trac. priuileg. dot. putatiuę, in priuileg. 1. nu. 8.
verſ. ſed circa ignorantiam iuris. col. 14. quem ſequi-
tur Mar. Mantua. in d. l. 1. nu. 63.
Quintò præterea limites velim, non habere locum
in filijs, vel conſanguineis, qui licèt ſui hæredes dicã-
tur, in quos dominium paternarum rerum continua-
8 tur. l. in ſuis. ff. de lib. & poſthum. † tamen non præſu-
muntur ſcire contenta in teſtamento patris, vel con-
ſanguineorum: vt in l. eius, qui in prouincia, in fi. ff. ſi
cer. pet. ita conſuluit in terminis Corn. conſ. 268. ſub
nu. 6. lib. 3. vbi teſtem adducit Bar. & Doct. in l. 1. ff. ſi
cer. pet. & idem Bar. in l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos.
ff. de vulg. quem ſequitur Iac. de S. Georg. in d. l. quo-
niam. in fi. C. de iur. delib.
Sextò inſuper limitabis concluſionem tantũ locũ
9 habere in ijs†quæ habent cauſam ſucceſſiuam, quęq;
facilè poſſunt à conſanguineis cognoſci, ſecùs verò
in his, quæ habent cauſam momentaneã, ſi credimus
Sal. & Fulg. in l. 1. ff. ſi cert. pet. atq; Fely. in d. c. literis,
nu. 5 de præſump. quid enim, aiunt illi vbi ſupra, ſcire
10 poteſt conſanguineus † ſi ego in domo mea feci cõ-
tractum, qui momento expeditur; Sic etiam Robert.
Maran. in d. l. is poteſt. poſt nu. 233. verſ. quod tamen
limita ꝓcedere. ff. de acq. hær. Vndè ſi cõſanguineus
velit teſtificari, ſe non celebraſſe talem contractum;
oportet, vt ipſe dicat, me non potuiſſe celebrare talẽ
11 contractũ†quin ipſe ſciuiſſet, vel vidiſſet; vt animad-
uerſum ab Accurſ. inſigniter in l. 1. in fi. gl. mag. ff. de
itin. actuq; priuat. cui accedit Felin. vbi ſupra nu. 5. &
huc ſpectat, quod dixit Abb. in capitul. cum cauſam,
& in c. conſtitutus in vlt. notab. de teſt. & idem Abb.
in d. c. fi. de conſuetud.
Septimò limitare tibi licebit concluſionem ex no
tatis per Bal. in l. de tutela. C. de in integ. reſtir. in not.
vbi dicit, vt ſi conſanguineus deponat de ætate con-
ſanguinei; nõ erit valida ratio, ſi dixerit, ſcio, quia ſũ
conſanguineus, quia non poteſt cadere veritas in eũ
12 per ſenſum corporis. Cùm ergo†ratio probationis ſit
incerta, ſciẽtia probationis dicitur dubia, ideò in ſub-
ſtantia, vel ratione non eſt probatio, vt cautum eſt in
c. in præſentia. de prob. & traditum fuit à Fel. vbi ſu-
pra, nu. 5. ſub fi. Hinc dicere conſueuerat Bal. in c. quã
to. de præſump. cõſanguineum præſumi ſcire ea, quæ
13 aſpectu publico cernũtur†non autẽ quæ occultè fie-
ri ſoleãt, & animaduertit idẽ Bal. in l. 1. in fi. C. de col-
luſio. detegen. item Bald. & Angel. in l. Lucius teſta-
mento. §. 1. ff. de liber. & poſthum. & Felyn vbi ſupra,
num. 4. 5. 6. 7.
Octauò limitabis, ſeu declarabis, vt teſtes deponẽ-
tes de his, de quibus ſupra meminimus, faciant
14 probationem præſumptiuam † non autem omni-
nò veram, ſeu neceſſariò concludentem, vt do-
cuere Bartol. & alij locis ſupra citatis, & ante alios
Bald. in l. conuenticulam. & in l. 1. C. de ſeruis fugiti-
uis. & Abb. in d. cap. quoſdam. extra de præſumpt. &
Bald. in c. quanto. ex d. titul. ex quo oritur duplex ef-
fectus.
15 Prior eſt: †nam minor pœna imponitur ei, qui con-
uincitur ex tali probatione, per ea, quæ notantur per
Fel. in c. afferte, & c. literis. nu. 7. ſub fi. extr. de præſũp.
Poſterior eſt effectus, quia ſentẽtia lata ea præſumpt.
quandocunque ex contrarijs melioribus præſumpt.
16 †poteſt retractari, vt latè proſequitur Iaſ. in l. 1. ff. ſi
cert. petat. num. 21. uerſ. effectus, & utilitas eſt magna.
motus auctoritate Imperatoris, l. qui adulterij. C. de
adult. & Fel. in c. propoſuiſti. de prob. atq; Fely. in d. c.
literis. in fi. de præſumpt.
Nonò præterea limitabis, niſi conſanguineus eſſet
17 ægrotus † etenim propter ægritudinem præſumitur
ignorare facta cõſanguinei, ſic me docuit Bar. in d. l.
is po-

is poteſt.nu.17.ver.quia illud,quod dicitur.& Marāt. ibi.poſt nu. 237. uerſ. 2. limita.ff.de acq.hær.& id eſt ſancitum in c.cum in tua.q matrim.accuſ.poſſ.quòd quidem poſtremū ſic uelim accipias, ſi eſſet magna
18 ægritudo † ſecùs ſi leuis eſſet, quia habetur pro non ęgritudine,ut animaduerſum fuit in l.quęſitum.ff.de re iud.& in l.1.§.proindè.& in l.ob quę uitia.§.fi.ff.de ædilit.edict.ſic intellexerit Roff.& Alex.in d.l.is poteſt.nu.13.uer.ſed hoc intelligit,atq; Rom.ibid.nu.7. verſ.quod intellige,& ibid.Marant.d.nu. 237. uerſ.2. limita. Barb.in cōſ.17.incip. A Ioue principium,uer. & ſi quiſpiam dixerit, vol.3.

Decimò erit limitādus tibi locus, niſi conſangui-
19 neus eſſet infans uel puer† ratione namq; ætatis præſumitur ignorare, ut ſcitum eſt in d. c.cum in tua. & ibi Abb.quòd idem obſeruauit gl.in c.præſumitur.de reg. iur.in 6.

20 Hinc colligitur, & fit, vt ſit idem in furioſo† cum omni careat ſenſu, & infanti æquiparetur: vt colligere eſt ex reſponſo I.C.in l.in negotijs.ff.de reg. iur. & Marant.ibidem nu. 237.

Poſtremò loco limitanda eſt concluſio, niſi con-
21 ſanguineus eſſet excommunicatus:† quia præſumitur ignorare,iuxta ſententiam Abb.in d.c. cū in tua.col. 1.cuius rei ratio illa eſt: quia excommunicatus mortuo comparatur,iuxta Inn.in c.graue. de ſēt.excom. præterea cum nullus cum eo participet,nō poteſt intelligere,quid agatur,vt traditum fuit à Marant.in d. l.is poteſt.nu.238.verſ.5.limita.ff.de acq. hær.

CONCLVSIO CCCCXIV.

ARGVMENTVM.

An quando aliquid committitur conſcientiæ alicuius, eius dicto fides adhibeatur.

SVMMARIVM.

1 *Conſcientiæ alicuius quando aliquid committitur, eius dicto fides adhibetur.*
2 *Conſcientiæ alicuius quando aliquid committitur non refertur quæſtio,vtrum benefecerit,dummodo iuret ſe ita in conſcientia ſua ſentire.*
3 *Iuramento iurantis non ſtatur, quādo habet præſumptionem contra ſe.*
4 *Iuramento ſtatur in ijs, quæ pendent à conſcientia alicuius,quando aliter veritas haberi non poteſt.*
5 *Iuramento non ſtatur in præiudicium alterius, quando certa præſumptio extrinſeca non coniecturat animum.*
6 *Dicto ſimplici dicentis ſtatur in his,quæ conſiſtunt in ſola conſcientia.*
7 *Iudex ſuperior poteſt nō ſtare conſcientiæ alicuius,ſi illud factum eſt maximi præiudicij.*
8 *Iudex poteſt corrigere id,quod perperam factum eſt,omiſſa tamen appellatione.*
9 *Superior poteſt errata corrigere,vel reformare,quādo agitur de graui præiudicio.*
10 *Qui poteſt facere,quod conſcientia dictat,debet illud ſemper dirigere ſecundum ea,quæ ſunt diſpoſita iure ciuili, & iure canonico.*
11 *Conſciētia ſecreta non de ſinu iudicis,& de ſecretis pectoris ipſius debet proficiſci, ſed de vtero,ac ſinu legis.*
12 *Conſcientia,& intelligentia non habet,vbi figat pedē: ſed debet conformare ſe diſpoſitioni legali.*
13 *Conſcientiæ non debet eſſe iudicium rationis.*
14 *Iurantis ſacramento non ſtatur in his,quæ pertinent ad forum contentioſum, quādo aliud in iure reperitur expreſſum.*
15 *Iuramento ſtatur de,& ſuper his,quæ ab animo pendent, etiam in foro contentioſo, quando aliæ non poſſunt haberi probationes.*
16 *Conſcientiæ,& iuramento alicuius fides habetur, quando eſt vir fide dignus,& non cum eſt perſona ſuſpecta.*

1 Conſcientiæ alicuius quando aliquid committitur,† eius dicto fides adhibetur, vſque eo, vt in dubitationē reuocare id non liceat,vt traditum fuit à gl. inſigni in c. ſtatutum.§.aſſeſſorem.in ver.conſcientiæ, vel in ver.relinquatur.de reſcript.in 6.clem.1.verb.oneramus, de iurepatron.& vna mente aſſeruere D. Ant. Card. Imo. & Abb.in apoſtil. D.Petr.de Anch.in d.§.aſſeſſorem. & in c.2.in §.fin.de iura.calumn.lib.6.id inſuper ſcripſit Imo.in l.inter ſtipulantem.§.ſtichū. de verb. obl. & ibi Ang.& voluit Bal.in l.1.poſt nu.3.verſ. ſed pone quod per ſtatutum.C.de reb.credit.& iureiur.& in l.2.poſt num.11. verſ.item ſcias,quòd quædam.C.de ſent.ex breui.recitand.nec ab hac ſnīa receſſit Io. de Ana.in c ſignificaſti.circa fin. de homic. Barb.plenè in c.ne innitaris.de conſtit.& Bal.in l.nemo.in fi. nu. 5.C.de ſentē. & interlocut.omn.iudic.& in l.iuſtitia. verſ.quæro de tali quæſtione. ff. de iuſtitia & iure.

Primò loco ampliāda eſt concluſio; vt cum aliqd
2 committitur conſcientiæ alicuius† nō referatur quæſtio,vtrum benefecerit: vt conſultus reſpondit Corn. conſ.349.ſub nu.6. verſ. & quando aliquid ex. & voluit gl.in d.c.ſtatutum.§.aſſeſſorem,verb. conſciētia. de reſcr.lib.6.& ſcriptum reliquit Pet.de Peruſ.in ſuo tract.de cano.Parochia.in 6.part.princ. & in tract.de 4.epiſcop.c.9.ver.ſed quæritur de tali.& cauit Ang.in conſ.271.primus pūctus,in 2.col.& in conſ.193.viſis, & inſpectis.col. 6. & hinc eſt, ꝙ ab eo appellari non poſſit,vt cauit Corn.d. conſ. 349. ſub nu. 6.& ſcripſit Ant.de Petrutia in repet.l.1.poſt nu.366.ver.dicentes hoc fore notabile.ff.de iureiurā.vbi aſſeruit,iſtud habere locum,dummodo iuret ſe ita in conſcientia ſua ſentire,comprobat id per l.Theopōpus.ff.de dot.prælegat.& per l.hac edictali.C.de ſecūd.nup. & l. comparationes.C.de fid.inſtr.& reſpondit Alex.in conſ. 218.viſis verbis dicti Grinoldi.poſt nu.8. verſ. ad prædictorum confirmationem.lib. 2.

Sed iſtud poſtremum ſublimitandum, vt non procedat, quando iurans haberet præſumptionē cōtra ſe
3 †nā eo caſu non ſtabitur iuramento ſuo,quòd taliter habebat in animo,ita obſeruauit Bart. in l.inter omnes.§.rectè.ff.de fur.& Io.Ana.in c.2. de conſtitut. & Paul.de Eleazar.in clem.conſtitutionē.de elect. arg. l.ſi non cōuicij.C.de iniur.& l.1.C.ad l.Cornel.de Sicar.& ſequitur Alex.in l.1.§.per procuratorem. ff. de acq.poſſeſ.vt voluit Antonius de Petrut.in d.l. 1. nu. 367.ver.ſecundò temperetis.de iureiu. & ad hoc corroborandum pertinet deciſio Dominorum de Rota 444.extra Rotam,de ſentent.excom.aliàs deci.19.de dolo,& contumacia,in nou.atq; Lud.Rom. in conſ. 481.incip. Præſētis dubitationis articulus poſt nu. 11. verſ.non autem debet iudex. Alex. etiam in conſ. 71. videretur prima cōſideratione,poſt nu.2.verſ.& ideo, lib.1.& idem Alex.in conſ.118.in cauſa,& lite, poſt nu.11.verſ.4.dico,quòd etiam lib.2. præterea Soc. in tract. fallent. regul. 99. conſcientia, in tertia fallent. Dec.in conſ.160.in cauſa Monaſterij.poſt nu.5. verſ. non obſtat,quod emphyteuta.

Prætereà illud amplies,vt in ijs, quæ pendent à cō-
4 ſcientia alicuius† ſtetur illius iuramento,eo ꝙ ſciētia aliter haberi non poteſt,nec probari veritas,textus,in c.ſi verò il 2.& ibi Abb.nu.4.verſ. 3. nota de ſentent. excom.& Abb.in c.vidua,nu.5.verſ.nota,quod non ſemper,de regularibus.Rom.conſ.76.incip. in cauſa nobilis viri Salomonis,poſt nu.4.& 5. verſ. primò ex his,quæ conſiſtunt,& in conſ.320.Hæc iſtorum quinque.poſt n.3.verſ.& qa regula eſt, & in cōſ.398.incip. vt clarior reſultet,num. 5.verſ.quòd autem iuramentum,& ſcripſit Accurſ.in l.1. verb. non occidēdi animo.C.ad l.Cornel.de ſicar.reſpondit etiam Socin. in conſ.

cõſ.28.circa primum quæſitum,in fi.nu.13. & 14. lib. 1.Dec.in conſ.256.in cauſa inquiſitionis,nu. 9. verſi. q3 dependentibus.Ruin.in cõſ.13.caſus,de quo quæritur,nu.4.ver.& quamuis.vol.5.Alc.reg.3.præſump. 16.nu.2.Gram.in conſ.ciuil. 68. quia intentio.nu.67. Iaſ.poſt alios in §.ſed iſtæ,nu.89 cum ſeq.& ibi quoq; Goines.in fi.Inſt.de act.Oldr.in cõſ.286.in electionis negotio.poſt num.4 poſt verſ. quantum ad quartum, Barth.Capoll.in conſ.24.viſa accuſatione producta, col.5.ver. ſed qualiter ꝓbari poterit,& Marſ.in repet. rub.ſub nu.135.& 136.verſ.& facit,quod voluit.C.de prob.Bar.in l. pro hærede.nu.3. verſ. quædam ſunt.ff. de acquir.hær.& facit text.in c.nulli.de elect. lib.6.in verbis finalibus.c.inquiſitioni,& ibi additio ad Abb. de ſenten.excomm.

5 Sublimitanda tibi erit prędicta ampliatio,niſi certa præſumptio extrinſeca coniecturet animum, quia tunc non ſtatur iuramento in præiudicium alterius, arg.tex.in c.vidua.& ibi Abb.in terminis nu.5.Fel.in c.ſi diligenti.poſt nu.5.de præſcrip. Aret.in c.præſentium.de teſt.Dec.in c.paſtoralis.poſt num.19.verſ. & facit,quod not.Bal.de excep.& ibi laię per eum,Ant. de Butr.& Io.de Imo.in cap.1.de præſump.conſcientia enim præcipuè ex indiciis.& coniecturis probatur,vt monuit Hippolyt. Marſ. in rubr. C. de probat. num.135.verſ.& facit quod voluit, auctorem laudat Bart.in ſuo tract.ad reprimendum in verb.denunciationem, circa med.

Tertiò præterea amplia ex mente Bar.in d.l.ꝓ hærede.in princ ff.de acq.hęr.vt in his, quæ conſiſtũt in
6 ſola conſcientia ſtetur†dicẽtis ſimplici dicto, & ad id conſulas Accurſ.in §.aliæ.in gl.mag.Inſt de act.verſ. dicit,& in l.atqui natura.§.cum me.ff.de neg. geſt. & traditum fuit à Bal.in l.falſus.poſt nu.7. verſ.ſi autem ſimplici verbo.C.de furt.& meminit Io.Andr.in c.2. de conſtit.Alex.conſ.7.videretur prima cõſideratione.nu.2.verſ.& ideò cum,lib.1.& conſulas Addit.ad Abb.in d.c.vidua.ſub litera E.extra de regulari.

Priori loco limitabis concluſionem,& ampliationes.Etenim licèt à dicto,vel à facto appellari nõ poſ-
7 ſit,vt dictum eſt ſupra†poterit tamen iudex ſuperior, ſi illud factum ſit maximi præiudicij,illius facto non ſtare, cuius conſcientiæ eſt relictum, prout placuit Corn.d.conſ.349.ſub num.6.verſ.& licèt.idem clarè voluit Bal.in d.l.1.poſt nu.3.verſ.ſed pone, quod per ſtatutũ.C.de reb.credit.quæ ita intelligit gl.in clem. 1.de iurepatronat.ita etiam ſcripſit conſulendo Petr. de Anch.conſ.348.primò,& ante omnia col.. Quinimò illud inſuper addit gl.in d.clem.1. iudicẽ poſſe
8 corrigere id†quod perperam factum eſt:omiſſa tamẽ appellatione:& ſequitur Corn.d.conſ.349 vbi ſupra, & Bal.in l.2.poſt nu.11.verſ.item ſcias.C. de ſentẽ.ex breui.recitan.dicit,vt licet non poſſit appellari:tamẽ
9 ſuperior poſſit errata corrigere uel reformare†quãdo agitur de graui præiudicio, ſecus autem ſi facta ſint modici præiudicij,Bal.vbi ſupra, & Corn.d.cõſ. 349. d.nu.6.verſ. quia appellans.

Poſteriori loco limitare poteris,nã licèt ille, cuius conſcientiæ quid relictũ eſt,poſſit facere ſm id, quod conſcientia dictat,vt dictum eſt ſupra, tamen debet illa ſemper dirigi ſecũdũ ea,q̃ ſunt diſpoſita iure ciui
10 li†& iure canonico:ita Corn.reſpondit conſ.137.nu. 7.vol.2.& conſ.201.nu.17.& 18.vol.2.Bal.tradidit in l.1.col.4.poſt nu.11.verſ.item allegatio Inn.C.ſi plures vna ſenten.condem.fuer.vbi aſſerit ſecretam cõſcientiã de ſinu iudicis,& ſecretis pectoris ipſius non
11 debere proficiſci,ſed de† vtero, ac ſinu legis: apertè etiam idem ſcripſit Bal.in conſ.298. Hæc materia altioris eſt inquiſitionis.poſt nu.7.ver.& ſi in conſcientia noſtra.lib.1.vbi ait,conſcientiam, & intelligentiã non habere,vbi figat pedem,ſed debere conformare
12 ſe conſcientiæ legis†vel diſpoſitioni legali, cum leges ſint per ora Principum diuinitus promulgatæ.

13 Et hinc eſt,quòd conſcientiæ non debet deeſſe†iudicium rationis, vt ſancitum eſt in c. non ſolùm. de regula.& tranſe.lib. 6.

Tertio loco limitabis concluſionem procedere, quando tractatur de iis,quæ ſpectant ad forũ conſcientiæ,ſecus verò in iis.quæ pertinent ad forum cõ-
14 tentioſum,nam tunc non ſtabitur† ſacramento iurãtis de, & ſuper eo, quod ab eius pendet animo:niſi aliud in iure reperiatur expreſſum, ad id eſt glo. inſignis in clem.1.in §.ſi.ſuper verb.commodè, de pœn. quam adducit Alex.in l.1.§.per procuratorem, poſt nu.4.verſ.nec obſtat,ſi dicatur.ff.de acq.poſſeſ. quod
15 quidem verum eſſe crederem † quando aliæ poſſent haberi probationes: alioqui dicerem dari iuramentum,& illi ſtãdum fore de,& ſuper iis, quæ ab animo pendẽt etiam in foro contentioſo,ſic Ant. de Petrut. in d.l.1.poſt nu.367.verſ. 2. temperetis.ff.de iureiur.

Quarto loco limitanda eſt concluſio,vt licèt fides habeatur iuramento,& conſcientiæ alicuius; tamen
16 iſtud debet intelligi,quando eſſet vir fide dignus† ſecùs ſi eſſet perſona ſuſpecta,iuxta ſententiam Bal. in l.falſus,in 3.col.poſt nu. 7. verſ. ſed quid ſi dominus. C.de furtis,huc pertinet doctrina Bal. eiuſdẽ in auth. cui relictum,poſt nu.9.verſ.attende hic, tunc ſufficit. C.de indic.vidui.tollẽ.vt ſcripſit Domin.Ant.de Petrut.in d.l.2.poſt nu.369.verſ.4.limitabis,de iureiur.

CONCLVSIO CCCCXV.

ARGVMENTVM.

Conſecratio eccleſiæ quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Conſecratio eccleſiæ non præſumitur, niſi probetur. Eccleſia non præſumitur conſecrata, ibid.*
2 *Conſecratam eccleſiam qui dixerit, ille probare debet.*
3 *Conſecratio eccleſiæ probatur ex literis in marmore ſcriptis.*
4 *Conſecratio eccleſiæ probari poteſt per vnum teſtẽ idoneũ.*
5 *Teſtis vnus probat, cum agitur de nulli præiudicando, & aliquem iuuando.*
6 *Conſecratio eccleſiæ probatur per libros antiquos.*
7 *Conſecratio eccleſiæ probatur libris antiquis, ſi a maioribus noſtris illis adhibita ſit fides.*
8 *Libri antiqui ſi atteſtantur de aliquo auditu, non ꝓbãt.*

1 Conſecrationem eccleſiæ †non præſumi, niſi probetur,ſancitum eſt in diſtin.1.c.ſolemnitatem, & docuit Alc.trac.de preſ.reg.2.præſump.4.nu.2.quinimò preſumitur non conſecrata,ſi credimus Lucæ de Pen.in l.vni.C.de quæſt.lib.12. verſ. 24.

Cùm igitur non præſumatur conſecrata, proban-
2 da erit† ab illo,qui conſecratam dixerit,quod cõmo
3 dè fieri poterit ex literis † in marmore ſcriptis,vt tradidit Innoc.in rubr.de conſec.eccl.in prin. nu. 1. quẽ ſequitur Dec.in conſ.135.nu.2.verſ.modo conſecratio probatur,tradit Cur.iun.in tract.feud. in 1. parte, q.1.n.16.quo in loco affirmat, id maximè procedere, ſi non tendat in alterius præiudicium, & voluit Ioã. And.in rubr.ext.de cõſec.eccl.atque Purp.in l. 1. nu. 155.ff.ſi cer. pet.

4 Præterea poterit probari † per vnum teſtẽ idoneũ: vt traditum fuit à Matthe.ab Afflict. in conſtit.Neapolit.de Apoſtata lib.1.rub.3.nu. 12. vbi teſtatur Iaſ. in l.precib.C.de precib.impe. offer. & cõſtat ex multis ſimul congeſtis per Iac.Port.in concl. 34.lib.1.aliter per Ant.Gabriel.in ſuis concluſ.lib.1.de teſtibus. concl.1.num.16.verſ.1.limita,& meminit Iaſ.in cõſ. 77.redem.

77.redemptoris crucifixi,&c. placet ſupraſcripta, col. 2.
5 in prin.ibi,ſicut in ſimili,vol.3.ea ratione† quia cum
agitur de nulli prçiudicando,& alicui iuuando,teſtis
vnus probat.vt in caſu noſtro,vt idem tradidit Iaſ. in
conſ.120.iuridicam arbitror.col.1.in prin.ibi ſicut in
ſimili vltra eum,vol.4.& ſingulare atq; inſigne arbi-
tratus eſt Gerard.de Petr.Sanct.in ſing.49. nota regu-
lam,nu.1.verſ. pro iſta regula.
6 Tertiò loco probatur† per libros antiquos, vt ſcri-
pſere Abb.& Fel.in c.cum cauſam de proba.nu.2.te-
ſtem laudant Inno.in d.rubr. de conſecrat. eccleſ.vel
altaris,& gl.in verb.ſcriptura.in c.ſolẽnitates,de con-
ſec.diſtinct.1.huc ſpectat gl.in c.ſane 2.in verbo poſt
mortem 24.q.2.
Iſtud velim limites,vt habeat locum, quando hu-
7 iuſmodi libris† à maioribus noſtris adhibita ſit fides,
vt docuit Bat.in l.1.ff.ſi cer.per.& gl.in c. venerabilẽ.
in verbo tranſtulit,de elect. & ſcripſit Fely. cum aliis
adductis in d.c.cum cauſam,nu.1.de probat.& fuſius
de hac re tradidimus in concluſione conſines.
Poſteriori loco illud limitabis,niſi tales libri atte-
8 ſtarentur de aliquo auditu:†quia tunc non probant,
vt optimè voluit Bal.in l.1.ff.de offi quæſtor.ſed hçc
limitatio nõ placet Fel.in d.c.cum cauſam,de prob.
d.num.1.
Reliqua huc pertinentia annotauimus in concluſione,eccleſia conſecrata,conſulas illum locum.

CONCLVSIO CCCCXVI.

ARGVMENTVM.

Conſenſus ſummi Pontificis,& aliorum ex quibus probetur,& præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus ſummi Pontificis præſumitur interueniſſe in teſtamento Cardinalis ex antiquitate temporis.*
2 *Conſenſus ſummi Pontificis per diuturnitatem temporis præſumitur, ſi concurrit ſcientia, & patientia ipſius.*
3 *Conſenſus Pontificis Maximi non præſumitur interueniſſe etiam per longum tempus in illis caſibus, in quibus veriſimiliter ipſe non habet familiaritatem cum eo, qui in actu ſuo aſſerit conſenſum interueniſſe.*
4 *Conſenſus Epiſcopi in fundatione eccleſię interueniſſe prçſumitur ex diuturnitate temporis.*
5 *Conſenſus ſummi Pontificis non prçſumitur in fundatione eccleſię preceſſiſſe.*
6 *Conſenſiſſe prçſumitur epiſcopum in fundatione eccleſia,ſi probetur eius ſcientia,patientia,& tolerantia longi temporis.*
7 *Epiſcopus ſcire prçſumitur,quę fiunt in ſua diœceſi,& eccleſiis.*
8 *Conſenſus Principis probatur per taciturnitatem.*
9 *Conſenſus Principis præſumitur interueniſſe ex longo curſu temporis.*
10 *Conſenſus probatur per ſcripturam & non per teſtes.*
11 *Tenor ſcripturæ amiſſę probari poteſt per teſtes.*
12 *Conſenſus regis a rege ſcriptus ſine ſigillo non probat.*
13 *Conſenſus inferioris domini per eius ſubſcriptionem, vel per teſtes probatur.*
14 *Conſenſus Principis non probat alienationem, ſi de ea nõ conſtat.*
15 *Conſenſus Principis quomodo optimè probet alienationem.*
16 *Conſenſus regius leuat creditorem ab onere probandi.*
17 *Conſenſus capituli prçſumitur in alienatione rerum eccleſiaſticarum*
18 *Conſenſus capituli ſolemnitas prçſumitur ex longo tempore 60.annorum.*
19 *Conſenſus neceſſarius alienationi rei Eccleſiaſticę nõ præſumitur ex diuturnitate temporis.*
20 *Conſenſus ſummi Pontificis prçſumitur in alienatione rei eccleſiaſticę ex curſu temporis.*
21 *Conſenſus capituli in alienatione rei eccleſiaſticę prçſumitur interueniſſe ex curſu 30.annorum.*

1 Conſenſum ſummi Pontificis ex antiquitate temporis† præſu-
mi interuenisse, vt in teſtamento Cardinalis, auctor
eſt teſtis locupletiſſimus Crau.de antiq.temp.3.parte
nu.31.§.vidimus in genere,teſtem ad id laudat Aret.
in conſ.36.in prin.verſ.circa primũ dubium. cõſuluit
prætereà Dec.in conſ.174.poſt nu.5.verſ.& licèt cen-
tius atq; Dec.in conſ.409.poſt nu.2.ver.& idem in ſi-
mili caſu,Iaſ.in l.ſciendum.col.7.verſ.contrarium ff.
de verb.obl.latè Rip.in reſponſ.de reſcrip.lib.2.c.22.
* nu.11.vbi atteſtatur de communi * ſenbentium ſen-
tentia. Alex.conſ.101.poſt nu.5.cum plurib. ſeq.verſ.
deniq; poſito,vol.7.Felyn.in c.ſicuti,ſub nu.33. verſ.
& ex eo habes,de re iud. Mant. conſil. 83.viſo inſtru-
mento & conſilio,& indè poſt nu.1.poſt verſ.per quę
iura,lib. 1.
Ab his totus eſt diuerſus Ruin. in conſ.26. poſt nu.
10.verſ.non poteſt ergo.lib.1.ex ſententia Bar. in l. ſi
publicanus.§.in omnibus.de publica.
Primo loco concluſionem ſic velim limites,vt lo-
2 cum habeat,id eſt† conſenſum ſummi Pontificis per
diuturnitatem temporis preſumi, ſi concurrat ſciẽtia
ipſius & patientia,hoc eſt quòd fuerit actum,de cu-
ius cõſenſu agitur,idq; ſi talis actus inferioris ſit præ-
iudicialis ipſi Põtifici Maxim. ſecus ſi non ſit præiu-
dicialis ſummo Pontific. non enim tunc refert,an in-
teruenerit ſcientia, vt ſatis conſtat ex iis, quæ ſcripſit
Crau.vbi ſupr.num.29.& ita etiam declarat Ruin.in
conſ.151.nu.16.vol 4.ex mente Alex.in conſ.9. viſo
themate ſupra ſcrip.o,poſt nu.3.verſ.ſed nõ idem vi-
detur.lib.3.& de hoc habetur latè per Fely.d. c. ſicut.
nu.33.verſ.bene fateor, de re iud.
Secundo loco limitatur, vt nõ procedat in illis ca-
ſibus,in quibus veriſimiliter ſummus Pontif.non ha-
bet familiaritatem cum eo,qui in actu ſuo aſſerit cõ-
3 ſenſũ interueniſſe† vt quòd Põtifex Maximus præſti-
terit conſenſum in fundatione eccleſia ſuper condi-
tionibus appoſitis in fundatione, nam tunc talis cõ-
ſenſus non prçſumitur interueniſſe ẽt per lõgum tem
pus,vt aſſeruit gl.in c.nobis.ſuper uerb.de ſua iuriſdi-
ctione,de iure patron.quem refert & ad hoc ſequitur
Lambert.in ſuo tract.de iure patron. in 9. princ. q. 1.
parte,lib.1.nu.107. ubi reddit rationem: quia in tali
caſu conſenſus ſummi Pontificis non præſumitur in-
teruenisse;quia Pontifex Maximus non habet cũ pa-
trono cõtinuam familiaritatem, & ad hoc compro-
bandum affert pronuntiatum Alex. in conſ. 34. uiſo
themate.ad fi.quẽ refert,& ſequitur Fely.in c.ſicut,in
14.col.uerſ.bene fateor, de re iud.
Superioribus optimè conuenit, ꝙ traditurus ſum,
4 etenim cõſenſum epiſcopi in fundatione eccleſię†p̄-
ſumi interueniſſe ex diuturnitate tẽporis, ſi in ea pu-
blicè ſint celebrata diuina, teſtis eſt mihi Imo. in c.
officij,col.13.de teſtam.atq; Rom.in l.ſciẽdum. poſt
nu.40.uerſ.3.quid ſi appareat. ff.de uerb. obl. Iaſ.in d.
l.ſciẽdum.col.6.& in l.ſi certis annis,poſt nu.10.uerſ.
5.facit.C.de pact.Dec.in l.1.in 3.lect.poſt nu.82.uer.
ex gl.& ſupradictis.C.qui admit.Iaſ.in l. qui in alien.
nu.37.uerſ.ſecundò contra Bal.ff.de acq.hær.Ludou.
Roman.in ſuo ſing.77.patientia,ſeu tolerantia,nu.4.
uer.& facit ſingulare uerbum Soc.ſen.in conſ.1.uiſis
& diſcuſſis,nu.5.uerſ.igitur præſumitur,uol.3. Roch.
de Curt.in ſuo tractat.de iure patronat.num. 19 in 7.
quæſtio. Barbat. in repet. rubric. de fide inſtrument.
chart penultima,colu.2.Alex.in conſ.101. ſuper pri-
mo dubio.ſub num.5.poſt uerſ.denique poſito,lib.7.
Brun.in tract.de for.fol.80.col.2.Fely. in c. ſicut poſt
num.29.uerſic. ſimile eſt illud, quod ſcribit Archid.

de re iudic. Barb. in c. requiſiuiſti. col. 25. de teſta. Fel.
in c. illud. poſt nu. 5. verſ. adde etiam. Archid. de præ-
ſump. Alex. conſ. 219. ponderatis his. nu. 14. ver. acce-
dit id quod. vol. 6 & conſ. 155. & quidem viſo pũcto.
nu. 17. verſ. & per illud. vol. 4 Ruin. conſ. 41. nu. 4. ver.
2. poteſtas. vol. 1. & in conſ. 108. col. 1. in prin. vol. 5.

Primò loco limitabis iſtud in conſenſu ſummi Põ-
5 tificis, qui non præſumitur † in fundatione præceſſiſ-
ſe, ſed neceſſe eſt, vt oſtendatũ talis conſenſus, ſic opti
mè ſcripſit. gl. in c. nobis. de iur. patron. cuius rei ratio
eſt: quia non præſumitur interueniſſe: cum Summus
Pontifex non habebat continuam conuerſationem
cum patrono, vt vtar verbis Lamber. in tract. de iure
patro. in 9 q. prin. 1. par. lib. 1. nu. 107. vbi teſtatũ ad hoc
Alex. conſ. 34. viſo themate. quem refert Fely. in c. ſi-
cut. col. 18. verſ. bene fateor, de re iudic.

Secundò prætereà limitabis intelligẽdo locum ſi-
bi vendicare, quando probatur ejus epiſcopi ſciẽtia,
6 & patientia: quia tũc data ſcientia † ex tolerantia lõ-
gi temporis præſumitur conſenſiſſe, ſed vbi ſcientia
eius non probatur, non poteſt dici ex patientia præſu-
mi conſenſiſſe, ita conſuluit Maria. Soc. iun. in conſi.
56. nu. 24. vol. 2. teſtatur per ſimilitudinem de requiſi-
to conſenſu ſummi Pontif. Alex. conſ. 9. viſo themate.
vol. 3. cum aliis per eum ibi adductis.

Sed arbitror diuerſam eſſe rationem de conſenſu
Pontificis Maximi, & conſenſus epiſcopi, quia ſũmus
Pontif. non habet familiaritatem cum fundatore pa
7 trono, hinc eſt, vt non præſumatur ſcientia, quod † ſe-
cus videtur eſſe in epiſcopo, qui præſumitur ſcire, quę
fiunt in ſua diœceſi, & Eccleſia, & ideo hæc ſecunda
limitatio reſtringi poteſt, quoad ſummum Pont. tã-
tummodo.

Nec videtur à propoſito alienum, quod cauit Marſ.
8 conſenſum Principis probari † per taciturnitatem, vt
patet ex pluribus adductis ab eo. Marſ. in conſ. crim.
46. in præſenti cauſa Sebaſtiani Sciuoli. nu. 30. verſic.
nam paupertas.

Quinimò probari, & præſumi interueniſſe conſen
9 ſum Principis † ex longo curſu temporis me docuit
Abb in conſ. 70. quia copioſè. nu. 5. poſt verſ. non cuã
videtur obſtare.

10 Huc accedat etiam probari per ſcripturam † & non
per teſtes. vt ex multis allatis teſtatur Math. ab Affli.
ſuper 3. feud. tit. de feud. alienat. nu. 14 Bal. in c. 1. col.
2. poſt num. 3. verſ & accedit de facto, de feud. tit. per
quos fiat inueſtit. Fel. in rubr. de conſtit. poſt nu. 5. cũ
plurib. ſeq. & à nobis ſupra traditum eſt in concluſio-
ne, Capellania honoris.

Sed hoc eſt limitandum, ſi probetur, talem cõſen-
ſum fuiſſe in ſcriptis præſtitum, & ſcripta eſſe amiſſa
11 † quia tunc tenor põt probari per teſtes, per ea, quæ
habẽtur in c. cum olim. de priuileg. & animaduerte-
re Cyn. & Bal. in auth. ſi quis in aliquo documento.
C. de eden. & Math. ab Afflic. vbi ſup. d. nu. 14. & ad
hoc faciunt, q̃ obſeruata fuere infra in cõcluſ. gratia.

Cõſine eſt iis, quæ tradidimus, iſtud conſenſum re-
12 gis ſubſcriptum a rege † ſine ſigillo non probare, vt
voluit Math. ab Affli. in feuda li. tit. de prohib. feud.
alienat. in 24. q. nu. 33. in fi. an verò poſſit probari per
teſtes, conſulas eundem Afflict. in c. 1. 3. notab. tit. per
quos fiat inueſtit.

13 Quòd velim limites non procedere † in conſenſu
alterius inferioris Domini, nã in his per ſubſcriptio-
nem eorum tantùm, vel per teſtes probatur, ita deci-
dit Math. ab Afflict. vbi ſupra.

Conſentaneum eſt, & quod ſequitur, nam conſen-
14 ſus Principis non probat alienationem, † ſi non con-
ſtet de alienatione, vt placuit Math. ab Afflic. vbi ſu
pra in 24. q. num. 32.

Iſtud limitare poteris, niſi princeps in conſenſu to-
tum tenorem inſtrumenti cõtractus alienationis ap-
15 poſuerit † tunc enim optimè probat alienationem,
vt docebimus infra in concluſione, confirmatio, in
prima limitatione.

Et eodem fermè pertinet, cõſenſum regium teua-
16 re creditorem † ab onere probandi, ita ſenſit apertè
Math. ab Afflict. vbi ſupra nu. 11. cum allegatis.

Succurrit, & illud, quod in hanc ſententiã de con-
ſenſu ſcripſit Anch. in conſ. 136.

17 Conſenſum capituli præſumi † in alienatione rerũ
eccleſiaſticarũ, ea reſpondendo adhæſit Alex. conſ.
79. circa primum, de quo quæritur, col. 3. vol. 1. vbi in-
quit, quod ſolemnitas conſenſu capituli, & tractatus
18 præſumitur ex longo tempore † 60. annorum, prout
in caſu ſuo agebatur in 2. dubio. poſt nu. 2. ver. quoad
ſiñ, & ſeq. & licet iſti loquãtur in tpe 30. ann. tñ in tẽ
pore 10. ann. loquitur Alex. cõſ 45. col. fi. in fi. vol. 3.
vbi præcipuè ad hoc allegat Ant. de Butr. in c. ea no-
ſcitur. de his, quæ fiunt à prælat. & hoc idem cõſuluit
Aret. in cõſ. 26. caſus talis eſt, præſupponitur in facto,
poſt nu. 1. col. 2. hoc idẽ voluit Fel. in c. ſicut. poſt nu.
27. verſ. & hinc etiam videmus. de re iud. Corn. idem
conſulendo ſenſit in conſ. 348. col. pen. vol. 1. ver. 7. et
vltima declarãt Hier. Grat. in cõſ. 142. lib. 2. atq; Soci.
in conſ. 15. viſis prædictis publicis inſtrumẽtis, nu. 54.
ver. facit etiam. vol. 1. Goz. conſ. 31. in hac cauſa poſt
nu. 11. verſ. tertio ſolemnitas, Iaſ. in l. ſciendum, col.
6 verſ. 7 facit. ff. de verb. obl. Dec. in conſ. 36. col. pen.
ſub verſ. vlt. non obſtat. poſt nu. 8. à qua in iudicando
minimè recedendũ eſt, vbi de communi omnium ſcri-
bentium ſententia teſtatur poſt nu. 82. & ſeq. ver. ad ſe-
cũdum vero dubiũ. Caſſan. cõſ. 11. col. 27. idem Dec.
conſ. 341. nu. 13. verſ. poſtremo ad corroborationem,
& in conſ. 329 ſub nu. 5. poſt verſi. vltimo non obſtat
Rui. conſ. 68 viſa, & bene intellecta, num. 4. vol. 1. &
conſ. 63. videtur prima conſideratione dicendũ, poſt
nu. 6. ver. nã vt ex inſtrumento, eo. vol. 1. & cõſ. 86. vi-
deretur fortaſſis, poſt nu. 2. ver. ſecundò, quia, eo. vol.
1. Capic. in deciſ. Neap. 16. nu. 1. Aym. de antiq. temp.
par. 3. §. venio nunc poſt nu. 1. cum pluribus aliis ſeq.
Boet. deciſ. 124. nu. 14. atq; Grat. in conſ. 142. decerne-
ram in præſenti cauſa. poſt nu. 19. verſ. item ſolemni-
tas tractatus, lib. 2. & Soc. in tract. fall. reg. 463. ſolem-
nitas, in quinta fallen.

Quorum omnium conſenſus Alex. non deterruit,
quin iſ ipſum intrepidè reprobarit in conſ. 9. in fi. nu.
6. vol. 3. tãdem opinionem ſecutus eſt Corn. in conſ.
181. col. 5. & ſeq vol. 2. diſſenſit etiam à ſuperiori ſen-
tentia Ferret. in conſ. 243. nu. 13. lib 2.

Sed in hac ſcribentium diſſenſione conſuluerim
priorem opinionem, quippè quæ ſit magis cõmunis,
amplectendam eſſe hacq; ratione limitandum, vt ex
19 diuturnitate temporis † non præſumatur Pontificis
Max. conſenſus neceſſarius in alienatione rei eccle-
ſiaſticæ, ita ſenſit Alex. in d. conſ 9. nu. 8. lib. 3 per Fel.
in c. ſicut. col. 19. de re iud. Ruin. in conſ. 31. adeo ple-
nè, & eleganter, nu. 6. in prin. & verſ. & minus etiam
vol. 1. verumtamen, quod etiã Summi Pont. conſen-
20 ſus † præſumatur in alienatione rei eccleſiaſticæ ex
curſu temporis decidit Capic. deciſ. 4. col pen nu. 29.
concluſionem noſtram ſic velim declares, vt licet ex
diuturnitate temporis præſumatur conſenſum capi-
tuli interueniſſe in alienatione rei eccleſiaſticę: tamẽ
cum agatur de graui præiudicio, non inducitur talis
21 præſumptio ſpacio decem annorum, † ſed curſus tri-
ginta annorum eſt neceſſarius. ſic conſuluit Ruin in
conſ. 86. videretur fortaſſis, poſt nu. 5. verſ. nec obſtat,
vol. 1. vbi pluribus auctoritatibus id comprobat, id
etiam ſcripſit Soc. in tract. fallen. reg. 463. ſolemnitas
in 5. limitatio. & colligitur ex verbis Caſſan. in d. cõſ.
11. poſt num. 85. verſ. & ibi inter alia, & Camil. Plaut.
in l. 1. verſ. ſi ratam poſt num. 31. & ſeq. C. qui admitt.
atque Felyn. in cap. Albericus, col. fi. in fi. de teſtibus.
& idem in c. illud poſt nu. 5. ver. ſecundo eſt aduertẽ-
dum, de præſumpt.

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO CCCCXVII.

ARGVMENTVM.

Conſenſus quibus ex rebus probetur & præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus requiſitus ad validitatem actus probatur interueniſſe ex ſpatio longi temporis.*
2 *Tempus decem annorum longum eſt:vt ex eo præſumatur conſenſus.*
3 *Conſenſus præſumitur in actu,quem veriſimiliter abſq; eo quis non exercuiſſet.*
4 *Conſenſum præſtitiſſe alienationi præſumitur dominus,ſi paſſus fuerit rem empbiteuticam per 10.annos poſſideri.*
5 *Conſenſus per ſtatutum requiſitus in minore, vel muliere per lapſum decennij præſumitur interueniſſe.*
6 *Conſenſus non præſumitur per longum tempus, ſi de magno præiudicio agitur.*
7 *Conſenſus etiam vbi agitur de magno præiudicio, probatur interueniſſe per tantum tempus,cuius non extet memoria in contrarium.Contrarium ibi.*
8 *Conſenſiſſe quis non præſumitur ex antiquitate temporis quando conſenſus eſt contra ius commune.*
9 *Teſtamentum Cardinalis ex diuturnitate temporis præſumitur factum de conſenſu,& licentia Papæ.*
10 *Conſenſus præſumitur, quando cum diuturnitate temporis concurrit patientia illius, qui debuit conſentire.*
11 *Conſenſus Regis ſuper contractu rei feudalis nõ præſumitũ ex tempore,vel alijs argumẽtis, ſed debet verè præceſſiſſe.*
12 *Conſenſus Regis ſuper contractu rei feudalis præſumitur interfuiſſe ex tempore, cuius initij memoria hominũ nõ eſt in contrarium.*
13 *Conſenſus,quãdo ſumus in dubio,præſumitur interfuiſſe.*
14 *Conſenſus tutoris in contractu pupilli nõ præſumitur interueniſſe in damnũ pupilli,nec in priudicium minorũ. Contrarium ibi.*
15 *Conſenſus probatur per taciturnitatem.*
16 *Conſenſus non præſumitur interueniſſe ex taciturnitate, quando agitur de incommodo aſſerti conſentientis.*
17 *Conſentire præſumitur tacens in actu concupiſcibili, & honorabili,non autem in oneroſo, & damnoſo.*
18 *Conſenſus ex taciturnitate non præſumitur,quãdo agitur de magno præiudicio.*
19 *Taciturnitas nõ habetur ꝓ cõſenſu quoad aliũ obligandũ.*
20 *Tacens habetur pro conſentiente in præiudicium alterius fauore reipublicę,eccleſię, & pupilli.*
21 *Conſenſus probatur per oſculum.*
22 *Conſenſus probatur per actus inualidos.*
23 *Vltima voluntas quantumcunq; imperfecta declarat teſtatoris voluntatem.*
24 *Teſtimonio impugnato vti licet ad effectum,vt oſtendatur contrarietas teſtium.*
25 *Conſenſus per epiſtolam probatur, & quomodo.*
26 *Animus donandi ratione coniunctionis ſanguinis facilius præſumitur in pacto.*
27 *Conſenſus probatur per ſigillum.*
28 *Conſenſus non ſolum verbo, ſed etiam facto probatur.*
29 *Conſenſus inducitur ex tranſmiſſione munerum,receptione,& nominatione.*
30 *Conſenſus probatur per motum humerum.*
31 *Humeros qui mouet ſine inclinatione capitis videtur magis dubitare,quam affirmare.*
32 *Conſenſus probatur per percuſsionem palmarum.*
33 *Cõſenſus muti ex percuſſione & tactu manuũ probatur.*
34 *Conſenſus probatur,quando quis annuit capite.*
35 *Conſenſus probatur ex ſola verborum interpretatione, & quomodo.*

1 CONSENSUM qui requiritur ad ualiditatem actus, † probari interueniſſe ex ſpatio longi temporis, traditum fuit ab Ant.de But.in c.ea noſcitur,extra de his quæ fi.à Prelat.& ſcripſere gloſ.& Doct.in c.peruenit.de empt.& vend.idem interrogatus rñdit Aymo Crau. cõſ. 204. nu.9.poſt verſ.4.poſito,atq; conſuluit Barb. conſ. 30. nu.18.ver.præterea accedat,vol.4.ſentit Alex.in cõſ. 111.col. pe. in fi.vol.4.refert & ſequitur Iaſ.in l.1.ſub nu.105.C.qui admitt.Dec.in conſ.183.col. pen.in fi. Ruin.in conſ.63. videtur prima conſideratione. poſt nu.6.verſ.2.vltra prædicta,vol.1.& in conſ.26. quãuis copioſè.nu.3.ver.ſecundò principaliter, eodem vol. 1.atq; in conſ.41.de duobus principaliter, poſt nu.4. verſ.ſecundò poteſtas,eodem vol.1.& in cõſ.216. videndum eſt primò,nu.6.verſ.ſed dato,eodem volu.1. atque cõſuluit Paris.in conſ.85.cum in facto. nu.13. poſt verſ.ſed cum dicto,vol.4.

2 Quod tẽpus longũ † vt ex eo præſumatur cõſenſus, eſt decem annorum,vt docuere Butr.& Io.de Imo.in c.illud.de præſump.moti auctoritate Accur.in l.ſi filius,in verb.detinuit,ver.& ꝙ dicit longũ.C.de petit. hær.Lamber.in trac.de iur.pat.in lib.1.in 9.prin.q. 1. partis,nu.107.verſ. & dicitur longum tempus.

Quòd quidem poſtremum in primis locũ ſibi vẽ-
3 dicat,quãdo ſumus in actu, † quem veriſimiliter quis non exercuiſſet abſq; tali conſenſu, quia tunc præſumitur,vt per Goz.in conſ.11. nu. 14. cum ex allegatis ab eodem,idem etiam voluit Hier. de Monte in ſuo tract.de finib.regen.c.105.nu.13.cum alijs adductis à Tiraq. in trac.de præſcrip.in verbo per decẽ annos.§. 1.gl.4.verſic. tertiò non hinc longè abeſt.vbi allegat Alex.conſ.113. viſo & diligẽter cõſiderato.col. pen.
4 verſ.4.comprobatur,poſt nu.9.lib.4.qui ait eum,† qui rẽ emphyteuticam emit,& eam poſſedit per decẽ annos patiente domino,præſumi præſtitiſſe conſenſum huic alienationi,quẽ ſequitur Dec.conſ.185. col.vlt. poſt nu.14.ver.nam ſi ille arbitratur hoc eximium & inſigne,cum alijs adductis per Tiraq. vbi ſupra.

Sed huic ſentẽtiæ alacriter reclamat Iaſ.in alienatione feudi,vt conſ.176.nu.2.per totum,vol.2.& plenè diſcuſſerim, & contrarium iuri probatum in conſuet.Pariſien.§.7.nu.17. cum ſeq.

Primò loco ampliabis in conſenſu reqſito per ſta-
5 tutum † vt in minore,vel muliere, qui non poſſunt ſe obligare ſine cõſenſu propinquorum, nam per lapsũ decennij præſumitur interueniſſe talẽ conſenſum, vt docuit Iaſ.in l.ſi certis annis.nu.19. C. de pact.

Contrarium,quòd non procedat contra pupillum tenet Corn.conſ.98.col.fi.vol.1.Alex.conſ.94.col,2. vol.7.& idem eſt in præiudicium minorũ,vt per Soc. conſ.254. col. 2.

Primùm omnium limitabis,vt tãtum procedat,qñ
6 agitũ de paruo præiudicio, ſecùs ſi de magno † q a hoc caſu per longum tempus non præſumitur conſenſus, vt reſpondit Barth.Soc.conſ.61.nu. 6.verſ. ſed in his, vol.3.cum ibi allegatis,Iaſ.conſ.176.in 2.dubio,verſ. 2.principaliter moueor.volu.2.Crau.conſ.204. nu.9. Bar.in diſput.incip.Mulier habẽs in fi.& in l.1. §. deniq; ff.de aqu.pluu.arc.col.2.Fulg.in l.1. col. pen. C. qui admi.Imol.in c.ſi diligẽti.col.pen. in fi. & ſeq.de præſcr.Balb.in tract.de præſcr.in 3.part.nu. 47. Alex. in conſ.11.col.fi.vol.4.& in conſ.179.col.pen. vol.6. Iaſ.in conſ.176.col.pen.vol.2.Cur.ſen.in cõſ.77. vol. 2.latè Gabr.in concl.tit.de præſump.cõcl. 1.nu. 53. vbi quamplures concordantes congeſſit.

Sublimita,ſi eſt tantum tempus, cuius initij nõ ex-
7 tat memoria in contrarium † quia tunc etiam,vbi agitur de magno præiudicio, probatur conſenſus per tãtum tempus,ita Crau.cum ibi alleg.in conſ.204.n.10. Abb.in c.peruenit.nu.10.verſ.ex quibus omnibus, & per gl.ibid.de empt. & vend.

Contrarium videtur ſentire Iaſ.in conſ.176.vol 2. vbi erat caſus 130.annorum,& tamẽ conſuluit,quòd in alienatione feudi, cum ſit magni præiudicij, non

præſumitur talis cõſenſus in huiuſmodi alienatione
per tale tempus interueniſſe, verſic. ſed præmiſſis non
obſtantibus, nu. 2.

Secundo loco limitare poteris, quando huiuſmo-
8 di conſenſus eſſet contra ius commune,† quia tũc ex
antiquitate temporis non præſumitur talem conſen-
ſiſſe, ita ſcripſit Abb. in c. licet Heli. in fin. poſt nu. 24.
ver. hoc dictũ doct. de ſimo. Fel. ibi col. 5. ver. 4. limit.
& idem Abb. in c. nihil. col. fi. de elect. poſt num. 11.
ver. pro hoc facit gl. quæ põderat iſtũ fuiſſe in poſſeſ-
ſione, & idẽ tãquam æquius, & verius refert, & ſequit̃
Aym. Crau. in trac. de antiq. tẽp. par. 3. §. 1. n. 19. ver. 3.
limitatur, vt non procedat in ſolemnitate, quæ eſt cõ-
tra ius cõe. V. G poſſedit quis lõgo tẽpore duo bene-
ficia incõpatibilia, vel eſt minor, vel aliter incapax
ad beneficium, ſed aſſerit ſecum diſpenſatum eſſe, &
diſpenſationẽ perdidiſſe, iſto enim caſu nõ ſuffragat̃
antiquitas temporis, vt & reſpondit Bellam. conſ. 10.
poſt nu. 43. ver. & ſi dicas, quod cõceſſio, & cum mul-
tis allegatis per Crau. vbi ſupra d. nu. 19. 20. & 21.

Contrariam ſequutus eſt ſententiam Aret. cõſ. 36.
caſus talis eſt, præſumitur in facto. ver. circa primum
9 dubium, vbi concludit† quod ex diuturnitate tempo-
ris præſumitur teſtamentum Cardinalis factũ fuiſſe
de conſenſu, & licẽtia Papæ, idẽ videtur tenere Card.
& moderni in cap. requiſiuiſti. de teſtam. & Anch. in
conſ. 161. in quæſtione eccleſiæ. in fi. in quo loco lo-
quitur de vnione, & in prædictis caſibus reſiſtebat ius
commune.

10 Tertiò limita† quando cum diuturnitate temporis
concurrit patiẽtia illius qui debuit conſentire, vt ex
allegatis per Iaſ. in d. conſ. 176. verſ. ſecundo ad idem
facit, vol. 2. nu. 2. & verſ. tertio principaliter moueor.
Alex. reſpondit in conſ. 9. repetitis in cauſa appel-
lationis. poſt nu. 6. poſt verſ. nec obſtat. ſi diceret. vol.
7. ex mẽte Bal. in l. 2. poſt nu. 3. verſ. ſed nũquid, vbi ad
id adducit l. non hoc, C. vnde legit. C. de legit. hæred.
& Bellam. d. conſ. 10. poſt nu. 33. verſ. tertio principa-
liter hoc probatur, & Ruin. in conſ. 105. Caſus iſte, de
quo quæritur, poſt nu. 11. verb. ſi ergo, vol. 1. & in cõſ.
11. quam egregiè. poſt nu. 6. verſ. ſed iſtis non obſtan-
tibus, vol. 2.

Quartò limita non procedere in cõſenſu Regis ſu-
11 per contractu rei feudalis † nam non præſumitur ex
tempore, vel aliis argumentis ſiue præſumptionibus,
ſed debuit verè præceſſiſſe, & ſpeciatim probari talis
conſenſus, ita ait Matthæ ab Affl ct. in tit. ſi de inue-
ſtit. fuerit contro. §. ſi autem controuerſia nu. 43. vbi
ait, hoc procedere per conſtitutionem regni Neapo-
litani, cuius ſententiæ adhæret Andr. de Iſern. in c. 1.
col. 3. de prohib. feud. alienatio. per totum.

Id tamen eſt ſublimitãdum ex tempore, cuius ini-
tij memoria hominum non eſt in contrarium: nam
tunc talis conſenſus præſumitur interfuiſſe, vt conſtat
ex allegatis ibi per Afflict.

13 Quintò limita † vt procedat, quando ſumus in du-
bio, ſecùs in certo, vt Iaſ. in d. conſ. 176. vol. 2. ver. 4. &
vlt. moueor.

Sextò limita, vt non procedat in conſenſu tutoris
14 in cõtractu pupilli, in quo contractu† non præſumit̃
conſenſum interueniſſe in damnũ pupilli, vt reſpon-
dit Caius in l. quęcunque §. interdum. in fi. de publ. in
rẽ act. & tradidere Accur. & Bar. in l. ſciẽdum. Accur.
ſuper ver. ſolemniter, ver. ſecus ergo, Bar. poſt num. 7.
verſ. iuxta prædicta. ff. de verb. obli. Inn. in c. innotuit.
poſt nu. 4. de eis, qui furtim ordines ſuſceperunt, & ita
Abb. in cõſ. 106. nu. 4. caſus ſuper quo. vol. 2. not. Cor.
in conſ. 98. col. fi. vol. 1. Alex. in conſ. 94. repetitis in
cauſa appellationis. col. 2. poſt nu. 4. & 5. vol. 7. & idẽ
in præiudicium minorum, vt per Soc. in conſ. 254. in-
cip. viſa, & conſiderata contingentia facti. & 5. verſi.
ſed contra præmiſſa. col. 2. ſequitur Gabr. in ſuis cõcl.
tit. de præſumpt. concl. 1. nu. 58.

Contrarium tàm in donatione hęreditatis pupilli,
quàm in venditione rei ſuæ tenet Ang. ſub dubio ta-
men forſan in l. qui in aliena. ff. de aeq. hær. & ibi Cu-
man. in addit. & Imol. etiam, qui Imo. tamen in ven-
ditione tenet contrarium.

15 Conſenſum prætereat† probari per taciturnitatem,
auctor mihi eſt Fel. in c. cum omnes. num. 14. verſ. ex
his reſultat. de conſtit. Bart. in l. de ætate. §. qui tacuit.
ver. & ſic patet. ff. de interrog. act. & Fely. in c. cauſam
matrimonij. poſt nu. 4. verſ. ſecũda declaratio. de offi.
deleg. Andr. Barb. cõſ. 17. incip. à Ioue principium. in
prin. vol. 3. & conſ. 9. incip. illud in medium referam.
col. mihi 5. & 6 ver. & ſi dicat̃. vol. 4. & conſ. 62. incip.
Paulus Apoſtolus. col. mihi 9. in prin. verſi. prætere a.
eo. vol. 4. Hipp. de Marſ. cõſ. 46. nu. 30. Barth. Soc. cõſ.
220. nu. 12. vol. 2. & conſ. 61. nu. 6. uol. 3. & de hac ma-
teria uide Doct. in c. qui tacet. de reg. iur. & in d. l. qui
tacet. ff. eo. tit. & Marſ. in ſuo ſing. 77. patiẽtia, ſeu to-
lerantia, in prin. ubi quam plurimos adducit, Dec. in
conſ. 264. non excedere memoria. nu. 3.

16 Limita, ut non procedat † quãdo agitur de incom-
modo aſſerti conſentientis ex taciturnitate, quia tũc
non præſumitur cõſenſus interueniſſe, ita Barth. Soc.
conſ. 21. nu. 4. uol. 1. & reſpondit Barb. in conſ. 9. illud
in medium referam. col. mihi 5. uerſ. & ſi dicatur, uol.
4. unde dicere ſolebat Inno. in c. in Geneſi, poſt nu. 5.
uerſ. ſed licèt collatio, de elec. in actu concupiſcibili,
17 & honorabili tacentem pręſumi conſentire† non au-
tem in actu oneroſo & dãnoſo, quem ſequitur Abb.
in c. ueſtra. nu. 6. uerſ. ſed contra hoc, de locat. Fely. in
c. cum omnes. col. 6. de cõſtit. Abb. in c. ex parte deca
ni. poſt n. 9. de reſcr. & retulit Ant. Corſet. in ſing. ſuo
381. taciturnitas. num. 1. & ſeq. atq; conſuluit Alex. in
conſ. 180. uiſo proceſſu inter Salomonem, nu. 4. uerſi.
præterea poſito, lib. 7. & in cõſ. 152. in cauſa & lite in-
ter Paulũ, nu 4. uerſ. primò, quia iſte teſtis, lib. 7. Cro-
tus in repe. §. morte. l. non ſolũ, nu. 93. ff. de oper. nou.
nunc. & optimè reſpondit Soc. iun. in conſ. 18. de tri-
bus quæritur, nu. 26. uer. & dixit Iun. uol. 3. & ſequitur
Mil. in ſuo repert. in uerb. cõſentire uidetur, qui tacet
in utili. atque Io. And. in reg. is qui tacet. nu. 6. uer. hęc
ſolutio, de reg. iur. in 6.

18 Secundò loco iſtud eſt limitandum † ut conſenſus
ex taciturnitate non præſumatur, quando agitur de
magno præiudicio, ſecùs de paruo, ita cãuit Soc. ſen.
in conſ. 61. ſuper quæſtione, nu. 6. uer. ſed in his uol. 3.
& in conſ. 220. uiſis cõpromiſſo, laudo, et ſtatutis. poſt
nu. 10. uerſ. reſpondeo etiam, uol. 2. Crot. in reper. §.
morte. l. non ſolùm. nu. 93. de oper. nou. nũc. & repe-
tijt Ioã. Ant. Rubeus in repet. l. unicæ, nu. 70. uerſ uel
poteſt dici. ff. ſi cer. per. Cephal. etiã reſpondit in conſ.
133. nu. 126. lib. 1.

19 Tertio loco iſtud limitabis, ut non† procedat, quo-
ad alium obligandum, nam tunc taciturnitas ꝓ con-
ſenſu non habetur, neque ex ea probatur, ut reſpõdit
Rom. in conſ. 311. in caſu propoſitę cõſultationis. nu.
3. iſtud autẽ, per l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de ꝓcur.
& l. ſicut. §. non uidet̃. ff. quib. mod. pig. uel hypot. ſol.
& Io. And. in reg. is qui tacet, nu. 3. de reg. iur. in 6.

Quòd quidem ſublimitandum eſt, ut non habeat
20 locum† fauore reipublicæ, eccleſiæ & pupilli, nã tũc
tacens habetur pro conſentiente in præiudicium al-
terius, ſic conſuluit idem Rom. in d. cõſ. 311. poſt nu.
3. & 4. ꝑ multa ibi ab eodem adducta, & Soc. in tract.
fallen. reg. 436. taciturnitas.

Quartò præterea loco limitandũ tibi erit illud po-
ſtremum, ut non habeat locum in conceſſione ꝑpe-
tua, nam tunc qui tacet, non uidetur conſentire, ſecùs
erit in temporali, ut obſeruauit gl. in c. 2. in uerb. con-
tradicente, de his, quæ fiunt à Præla. & gl. in c. 1. in gl.
pen. de reb. eccl. nõ alie. lib. 6. & Io. Andr. in reg. is qui
tacet. num. 16. de reg. iur. in 6. & Mil. in reper. in uerb.
cõſentire uidetur, qui tacet in temporali.

Quinimò

21 Quinimò conſenſum† probari per oſculum, ſanci-
tum eſt in c. pacem. diſt. 2. de conſecr. & docuit Fel. in
c. cum ſuper. de offic. deleg. nu. 4. verſ. ſecunda cauſa
eſt, quod idem repetit Frãc. Niconit. in repet. rub. nu.
34. verſ. videmus in alijs terminis. C. de eden. atq; ſcri
ptum reliquit Io. Franc. Pauí. in ſuo tract. de vilitat. in
q. 8. 1. pat. incip. octauo quæro.
22 Nec præteribo conſenſum etiam probari† per actus
inualidos. Iaſ. conſ. 227. in 2. vol. col. mihi 12. verſ. de-
cimoſexto facit, & conſ. 127. nu. 5. verſ. & ſi diceretur,
vol. 4. qui plures adducit.
Hinc illud poteſt inferri, vt vltima voluntas quan-
23 tumcunq; imperfecta† declaret teſtatoris voluntatē,
ſic cauit Roman. in cõſ. 179. ampliſſimè doctor. poſt
nu. 11. verſ. quoniam reſpondetur, quē ſequitur Boer.
in deciſ. 172. dominus. nu. 22. verſ. nam ex teſtamēto,
& Iaſ. vbi ſupra.
Hinc etiam inferebat Crauet. in conſ. 9. accuſatur
24 Tirius. nu. 16. † teſtimonio impugnato, vti licere ad
effectũ, vt oſtendat̃ contrarietas teſtiũ, vt ibi per eũ.
Concluſioni quoque noſtræ, & illud conuenit, cõ-
25 ſenſum probari per epiſtolam † ad aliquid adhortã-
tem, ex ea nēpè adhortatione præſumitur ipſi facto
conſentire, quòd hoc exemplo patebit. Duo fratres
communiter inter ſe vitam degebant, non tamē erãt
ſocij omnium bonorum, adeò vt filiæ alterius ex bo-
nis communibus dos conficienda eſſet, alter vero fra
ter habēs filiam cui honeſtè illã collocaret, inuenit,
verum futurus ſponſus maiorem ſibi conficiendam
dotem cupit, & vrget, hinc pater filiã illi deſpondere
ægrè fert, quod cum frater abſens rē cognouiſſet, fra-
tri per literas ſignificat, ne honeſtã illam matrimonij
conditionē, aut ignauiter, aut imprudēter eius mani-
bus elabi ſinat, quo audito pater matrimoniũ ꝑficit,
& dotē deſideratam conſtituit, ex illiuſmodi ꝑfectò
epiſtola argui conſenſum ſcribentis ſe voluiſſe ex cõ-
munibus bonis fratris filiæ dotem confici doctiſſimè
tradidit Aymo. Crauet. de antiq. temp. §. vidimus, &
abund. par. 1. nu. 43. & 44. quod & conſulendo proba-
uit Soc. in cõſ. 291. col. 7. in fi. verſ. 3. princip. poſt nu.
1. verſ. ſed ad hoc tñdetur. vol. 3. & ad hoc eſt apertiſ-
ſimũ Iuliani reſponſum in l. cõſenſu. ff. de act. & obl.
Sed hoc poſtremum limitandum eſt, locũ ſibi tan-
26 tummodo vendicare in fratre, † in quo facilius præ-
ſumitur animus donandi ratione cõiunctionis sãgui
nis, vt colligere eſt ex Alpheni reſponſo in l. ſi ſeruus.
cõis. ff. de donat. int. vir. & vxo. & fuit obſeruatum in
l. quæ dotis. ff. ſol. matr. quod quidem in alijs non ꝓce
dit, ita ſcripſit Aym. Crau. d. loco vbi ſup. nu 44.
27 Quid ſi etiam conſenſum† probari per ſigillum di-
xero? vt monuit Bal. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogo-
nus. nu. 2. ff. de verb. oblig. huic pronunciato patroci-
nantur ea, quæ ſcripſit Affli. in 3. pat. ſeud. tit. de pro-
hibit. feud. alienat. num. 15.
Sed & de grege illo eſt axioma Soc. ſen. volentis cõ-
28 ſenſum nõ ſolum verbo† ſed etiam facto probari, vt
ſi quis pro locatione aliqua nonnullis annis debitas
penſiones receperit, illi enim locationi conſenſiſſe
cenſetur, ſic reſpondit idem Soc. in conſ. 125. viſa nar
ratione. n. 1. verſ. primum probatur, vol. 1. imò id fuit
præcipuum Scęuolę reſponſum in l. Paul. ff. rem rat.
hab. Paul. (inquit Scæuola) rñdit non tantùm verbis
ratum haberi poſſe, ſed etiam actu, cõprobat id Soc.
per Bal. in l. 2. §. fi. ff. ſol. matr. & in l. potuit. C. de iur.
delib. & Bart. in l. parer. §. cum liberis. ff. de leg. 2.
29 Eiuſdem notæ † & illud, conſenſum etiam induci
ex tranſmiſſione, & munerum receptione, atq; nomi
natione, ſic reſpondit Pariſ. in conſ. 51. conſiderata fa
cti narratione. nu. 4. verſ. vbi Philip. Franc. vol. 4.
30 Eiuſdem claſſis eſt, conſenſum probari † per motũ
humerorum, ſic tradidit Accurſ. in l. 1. §. ſi quis ita, in
ver. annuiſſet. ff. de verb. oblig. & idem Accurſ. in leg.
item quia. in verb. mutus. ff. de pac. Accurſium ſequi-
tur Bart. in l. nutu. in princ. ff. de leg. 3. vbi ait, notariũ
debere ſcribere, talem cõſenſiſſe ſtringēdo humeros.
Veruntamen hanc Accurſ. & Bart. doctrinam re-
fellit Iaſ. & cæteri ſcrib. in d. l. 1. §. ſi quis ita poſt nu.
31 12. verſ. in ea. glo. ibi humeris. ff. de verb. oblig. † nam
vbi quis mouet humeros ſine inclinatione capitis, vi
detur magis dubitare, quàm affirmare, vt docet expe-
rientia rerum magiſtra. c. quàm ſit de elect. in 6. hos
ſequutus eſt Iacob. de Nigris in repetit. d. l. 1. §. ſi quis
ita. poſt nu. 37. ver. gl. in verb. annuiſſet, de verb. oblig.
32 Eiuſmodi eſt, quod dicturus ſum† nam conſenſum
probari per percuſſionem palmarum, docuit Bald. in
l. & in epiſtola. in prin. C. de fideicom. per ea quæ fue-
re obſeruata in prin. tit. Inſt. de verb. obl. cuius ſenten-
tiæ accedit, idem Iac. Nig. in repet. d. l. 1. §. ſi quis ita.
nu. 37. verſ. adde etiam, de verb. oblig. ꝙ hoc exēplo
33 planum facit Bal. ibid. † vt ſi interrogetur mutus, ãn
ſibi placeat, vt vxor ſua habeat ſuum cubiculum, &
ꝙ ſi ſibi placeat, attingat manũ vxoris, ꝙ ſi tetigerit,
ex illa ꝑcuſſione ꝓbabit̃ tacitus cõſenſus, vt ibi p eũ.
34 Quibus & hoc quoq; adijcies, conſenſũ ꝓbari † qñ
quis annuit capite, vt docuit Accurſ. in d. l. 1. §. ſi quis
ita verb. annuiſſet. ff. de verb. obl. & idem voluit in l.
item quia in verb. mutus. ff. de pact. quam gl. ibi idem
ſequitur Pau. de Caſt. poſt nu. 3. ver. nota etiam, cuius
ſententiæ ſubſcripſit Iac. Nig. in repet. d. §. ſi quis ita.
l. 1. poſt nu. 38. verſ. item ꝙ conſenſus. ff. de verb. obl.
35 His proximum eſt, ꝙ traditurus ſum † etenim con-
ſenſum probari ex ſola verborũ interpretatione, col-
ligere eſt ex Vlp. reſpõſo in d. l. 1. §. ſi ita. ff. de ver. obl.
Vndè ex hoc inferre ſolebat Bal. Nouel. ad notabi
lem, quæſtionem, vt interrogo te, promittis mihi Sti-
chum, & Pamphilum, tu dicis, diſſentio in Pamphilo
an valeat ſtipulatio ad Stichum omiſſum, de quo fuit
facta interrogatio? Ipſe concludit valere, quia tacitè
colligitur ex iſtis verbis, quòd negando de vno, ideſt,
de Pamphilo, cõſentit in Sticho, per c. nonne, de prę-
ſump. & l. cum prætor. ff. de iudic. ideò cum colliga-
tur ex interpretatione verborum, valebit ſtipulatio.
Nec alio reſpexit, cum inſigniter dixit Mattheſ. in
ſuo ſingulari 76. incipiente. Nota, quod poſito, vt po-
ſito, quòd tibi facio poſitionem, quòd commodaui
codicem, & volumen, tu reſpondens, nõ credo de co-
dice, videris conſentire in volumine, d. ca. nonne. de
præſump. cuius ſententiæ ſubſcripſit Franciſ. Curt. in
ſuo tractatu poſitionum, & interrogationum poſito
in l. 2. C. de iuram. calum. col. 2. nu. 11. verſ. &, quia di
ximus, quod poſitiones, hoc idem ſecutus eſt Celſus
Hugo in addit. ad Lanfr. de Orian. in c. quoniam cõ-
tra in verb. reſponſiones, in addit. incip. adde Fely. in
c. nam concupiſcentiam. de probat. qui hoc dictum
Matth. refert, & ſequitur, & idem voluit Iac. de Neg.
in repet. d. §. ſi quis ita. l. 1. nu. 2. & 3. verſ. nota primo.
ff. de verb. oblig.

CONCLVSIO CCCCXVIII.

ARGVMENTVM.

Conſilij ſapientis, an præſumatur adhibita ſolemnitas à ſtatuto requiſita in ſentētia.

SVMMARIVM.

1 *Conſilij ſapientis ſolemnitas à ſtatuto requiſita non præ-ſumitur adhibita in ſententia.*
2 *Sententia non poteſt exequi, niſi probetur, conſilium re-quiſitum ante eam interceſſiſſe.*
3 *Conſilium videtur de ſententia actus.*

1 Conſilii ſapientis ſolemnitatem à ſtatuto
requiſitã † non præſumi adhibitã
in ſententia, docuit Bal. in l. 1. nu. 8. C. ne lic. ter. prou.
atque

atq; Pet.de Anch.in c.canonum ſtatuta.de conſtit.& Dy.in l.ſciendũ.ff.de verb. obl.obſerues verò,eo vſq; cõcluſionem procedere,vti niſi probetur conſiliũ ta-
2 le requiſitum ante ſententiã interceſſiſſe † ſententia non poſſit exequi, ſic voluit Bal. vbi ſup.d. nu.8.Bart. in l.1. ff. nihil nou. appel.pen. Barbat.& Io.And.in c. ne epiſcopi.de temp.ordi. per tex. in c. cum in veteri.
3 de elect.ratio,† quia hoc modo conſilium videtur de ſubſtantia actus.Dyn. in d.l.ſciendum.ff.de verb.obl.

CONCLVSIO CCCCXIX.

ARGVMENTVM.

Conſilium ex quibus probetur,& præſumat.

SVMMARIVM.

1 *Conſilium malum probatur ex acerbitate facti.*
2 *Cõſilium fraudis præſumitur ex illicitis breuitate tẽporis.*
3 *Quod ſit incontinenti,præſumitur præordinatum, & præcognitum.*
4 *Conſilium ex breuitate temporis præſumitur datũ illi, qui poſt allocutionem,ſtatim alterum occidit,quando præceſſerunt inimicitiæ capitales.*
5 *Conſilium præſumitur non mandatum, quãdo inimicitiæ conſulentis, & exequentis maleficium pares ſunt contra eum,qui occiditur.*
6 *Mandatum efficacius,& durius obligat, quàm conſilium.*
7 *Mandatum præſumitur,& non conſiliũ,quando diſpares ſunt inimicitiæ cõſulentis,& exequẽtis contra occiſum.*
8 *Conſilium ad malum præſumitur ex colloquio, ſi effectus malus ſequatur.*
9 *Conſilium quare in dubio dicatur cauſa delicti.*
10 *Effectus malus non præſumitur à conſilio,ſi de conſilio nõ conſtat.*
11 *Conſilium ad bonum præſumitur à bono viro.*
12 *Conſilium in dubio præſumitur bonum,& non malum.*
13 *Nemo præſumitur fraudem committere.*
14 *Nemo præſumitur malum conſilium dare,ſed bonum, aut nullum.*
15 *Mandatum fit gratia mandantis,& conſilium,ac perſuaſio,gratia facientis,cui conſulitur,& perſuadetur.*

1 Conſilium malum probari † atq; præſumi ex acerbitate facti, ſcripſit Aymo.Crau.in conſ.192.inci. caſus ita habet, Iacobinus de Succio.poſt nu.3.verſ.amplius dico,vbi ad id teſtatur Caldet.in conſ.3.tit.de arbit. & in conſ. 8.tit.de iureiu.
2 Ex illicitis etenim † conſiliũ fraudis pſumi auctor eſt Bal.in conſ.80. principis cura, poſt nu. 2. poſt ver. & quia conſtat,ibi,& moderni ex illicitis,vol.3.

Præterea ex breuitate tpis præſumi quem dediſſe conſilium ei,qui poſt allocutionem ſtatim alterũ occidit reſpondit Gram.in conſ.ciuil.115.nu.5.& Bal.in conſ.250.in queſtione Domini Milani.ſub nu.1.verſ. item quod ille,vol.1.Bar.in l.ſi ventri. §.eorum.nu.1. verſ.quidam accuſabatur. ff.de priuil. cred. vbi de eo quærit,qui homicidam quendam allocutus eſt, & ille ſtatim iuit,& occidit,ſed neſciebatur,q ei dixerit,certè, inquit Bar. ex breuitate ſpacij præſumitur conſiliũ dediſſe ei,ex ſententia Accurſ.in d.l.ſi ventri.§.perueniſſe.in verb.benigne dici.in fin.ff.eo.de priuil. credi. quẽ ſequutus eſt Ant.Corſet.in ſuo ſing.249.inci.celeritas actus,in prin.atq; Marſ.in conſ.3. ſæpè ac ſæpius, nu.14.& 15.poſt ver.breuitas. enim temporis, Alc.in conſ.69.viſa facti narratione ſub nu.4.poſt ver.ex prę dictis igitur,vol.2. & Fran. Caſſo. in ſuo tract.malefi. præmedit.in trac.7.de indi.malef.ex d.nu.5.verſ.itẽ ſi quis loquutus, & Caccialup. in tract.de debit.ſuſpec. & fugit.in §.10.principaliter quæro,nu.6.verſ.confert ad hoc.

3 Cuius axiomatis ratio eſt,† quia id,quod fit incõtinenti, præſumitur præordinatũ, & præcogitatum vt locutus eſt Dy.in l.poſt cõtractum. ff.de dona.& hũc ſequutus eſt Bal.in l.2.poſt nu 1.ver. item præſumitur fraus in filio.C.de repud.hære.cui accedit idẽ Corſet. d.ſing.249.in prin.& in fi.

Quod verò diximus, ex breuitate tpis præſumi de-
4 diſſe conſiliũ ei, † qui poſt allocutionẽ ſtatim alterũ occidit intelligendũ eſt, qñ præceſſerunt inimicitiæ capitales, & cauſæ atq; indicia odij, alioqui ſecus eſt, vt docuit Bal.in l.1.poſt num.10.verſ.& ille dr. C.de ſer.fugit.& ita Bar.dictum in d.l.ſi ventri.§.eorũ.ff.de priuil.credit.Bal.intelligit in d.cõſ.250. in quæſtione domini Milani,nu.1.verſ.nec obſtat dictum Bar.vol. 1.aliàs eſt cõſ.382.vol.5.& ſcripſit Carer.in ſua pract. criminal.§.circa,nu.137.verſ.conſulere etiam, atque tradidit idem Franc.Caſſo.in d.ſuo tract.maleſi. præmed.in tract.7.de indici.maleſi.ex d.nu.6.verſ.intelli ge tamen,& ſequutus eſt Caccialup.in d. ſuo tract de debit.ſuſpect.& fugit.in §. decimo principaliter quæro nu.6.verſ.confert ad hoc elegans.in fin.

Hoc in poſtremum de inimicitijs eſt declarandũ,
5 vt tunc habeat locum † qñ inimicitiæ conſulentis & exequentis maleficiũ pares eſſent contra eum,qui occiditur,tunc nempè præſumitur conſiliũ non manda-
6 tũ,quia efficacius,& durius obligat mandatũ † quàm conſilium,vt obſeruauit Io.And.in reg. nullus ex cõſilio.de reg.iur.in 6.cui adhæret Bal. in d.l.1. num.10. verſ.& ſi erãt pariter.C.de ſeru.fugi. q ſi diſpares ſint inimicitiæ conſulentis & exequentis cõtra occiſum, vt ſi maior ſit inimicitia in domino,quã in famulo,& inimicitia eſſet acceſſoriè in famulo ex inimicitia cõ
7 tracta cum dño,† tunc certè præſumitur mandatũ nõ conſilium,vt colligere eſt ex ijs,quæ tradidit Bal.in d. l.1.nu.10.d.verſ.& ſi erãt pariter inimici. C.de ſer.fug. atq; Aegid.Boſſ.in ſua pract.crim.tit. de mand. num. 53.verſ. aduerte tamen.

Inſuper ex colloquio præſumitur conſiliũ ad malũ
8 † ſi effectus malus ſequatur,nam cuius finis malus eſt, eius quoq; præordinatio præſumitur doloſa. vt colligere eſt ex reſcripto Impp.Theod.Archad.& Honor. in l.ſi quis adulterij.C.de adult.præterea finis demonſtrat principiũ, & exitus acta probat, vt elicitur ex l. Impp.Valeria. & Gali.reprehẽdẽda, C.de inſti.& ſubſtit.Vnde ſi finis malus erit,conſiliũ quoq; malũ probabitur. Huc poſtremò ſpectat doctr.Bar.q nuper retulimus in l.ſi ventri.§. eorũ.ff.de priuil.credi. poſtremò aſſerunt Grat.in conſ.52.num.39.poſt verſ.quartò
9 conſidero. lib.2. conſiliũ † in dubio dici cauſam delicti,quia præſumit̃ principalẽ motum fuiſſe ex conſil. & aliàs non fuiſſe facturũ,ſecundum cõiter Docto.vt per Fel.& Dec.in c.1.de offi.deleg.& Bal.& alios in l. data opera.ff.qui accuſ.non poſſ.

Primum hoc limitandum eſt, vt non ſibi locũ ven-
10 dicet,† qñ non conſtaret de conſilio.ſic docuit Bald. in conſ.250. aliàs 382.nu.1. verſ.in contrarium videtur,vol.1.vel 5.

Secundò iſtud eſt reſtringendũ,quando colloqu-
11 tus fuiſſet cum bono viro † nã præſumitur conſiliũ ad bonum,per l.ſi auiam.C.de inge.& manu.& l. non omnes,§.à barbaris,ff de re milit.

Tertiò,& poſtremo loco illud limitare poteris, qñ
12 ſumus in dubio,in dubio enim præſumitur bonũ,† & non malũ conſiliũ,l.omnimodo, C.de inoffi. teſta.& l.meritò,ff.pro ſocio,& meminit Alciat. in tracta. de præſump.reg.3.præſum.1.nu.3.ver.facit ẽt,atq; Alex. in conſ.128.qm abundè,nu.3.ſub ver.nam non appa-
13 ret,lib.4.atque cum nemo † præſumatur fraudem,vel dolum committere,l.quoties,§.qui dolo,ff.de proba. niſi probetur ex perſpicacibus indicijs,& dicũtur perſpicacia,quaſi perfectè efficacia,l.dolum. C.de dolo, & re-

& reſpondit Bal.d.conſ.250.aliàs 382.nu.1.verſ.itē ne
mo,& ſeq.vol.1.vel 5.& idē Bal. in conſ.410. in cā &
queſtione Antonij,nu.7.verſ.contrariū dico,vol.2.ait
14 neminē p̄ſumi malū cōſiliū dare, † ſed aut bonū aut
malū,ꝓ cōtex.in l.quoties.§.qui dolo. ff. de ꝓbat.& l.
fi.C.ad l.Iul.repe. & hoc idē ſcripſit Boſſ. in ſua prac.
crim.tit.de mand.ad homici.nu.60.ver.deinde ponit.

Nec illud ſilebo, cōſulere illum dici, vbi qs ſuadet
maleficiū, rogat, conſtruit, vel ſubtilitatem futuram
oſtēdit,vt traditū fuit ab Inn.in c. ad audientiā, nu.1.
verſ.nota ꝙ ad hoc,in prin.de homi.atq; à Beat. Ant.
in tract.excōm.c.5.incip.ſi qs ſuadente diabolo,nu.5.
verſ.conſiliū aūt p̄ſtatur, & fuit obſeruatū à Card.in
clem.1.5.oppo.de pę.& in clem.1.16.q.& ſeq.de foro
compet.Sal.in l.1.C.de rapt.virg.& Carrer. vbi ſuprà,
nu.138.verſ.cōſulere etiam dr̄,& declarat Cep.in ſuo
conſ.cri.27. requiſitus extiti. col mihi.3. in prin. verſ.
circa primum clarū eſt,& verſ. itē cōſiliū etiam dare.

Verum hoc poſtremum intelligendū eſt, vbi quis
inducit delinquentē ad maleficium gratia eius,cui ſit
perſuaſio non gratia conſulentis,alioqui eſſet manda
15 tum † ſit enim mādatū gratia mandantis, conſilium
verò,& perſuaſio gratia facientis, cui conſulitur & ꝑ
ſuadetur,ſic docuit Bar.in l.non ſolū,§.ſi mandato,1.
q.verſi.veniamus ad perſuaſionem, ff. de iniur. quem
refert & ſequitur Carer. in d. ſua pract. crim. §. circa,
num.129.verſi.circa primum.

Hic multæ poſſent inſerti quæſtiones, vt differētiæ inter mādatū, & conſiliū atq; qua pœna ſit afficiēdus, qui alteri cōſuluit maleficiū,& quot modis dicaᷓ præſtare conſiliū, multæq; aliæ, ſed qm̄ extra noſtram ꝓpoſitā materiam probationū videtur eſſe, iccirco eas è mediorelinquo, atq; hæc ſcire cupientē reijcio ad ea, q̄ in harum quæſtionum explicatione tradita ſunt vberrimè à Carret.in d.ſua prac.crim.d.§. circa,num. 128.verſ.ſequitur de conſulente, cū multis alijs ſeqq.

CONCLVSIO CCCCXX.

ARGVMENTVM.

Conſpiratio quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Conſpiratio eſt difficilis probationis.*
2 *Conſpiratio probatur per eoſdem coniuratores.*
3 *Participes criminis admittuntur ad probandum conſpirationem,& recuſantes compelluntur,etiam ſi iuraſſent nō reuelare,& de hoc precium recepiſſent.*
4 *Teſtes complices & proxenetæ admittuntur in crimine ſimoniæ.*
5 *Conſpiratio probatur per ſcripturam conſpirantium.*
6 *Conſpiratio probatur per ſcripturam, etiam ſi ſcripta ſit manu priuata.*
7 *Conſpiratio probatur per teſtes ſingulares & varios.*
8 *Coniuratio, vel rebellio conficitur ex varijs partibus, ſiue præparamentis.*

1 Conſpirationem difficilis † eſſe probationis, ꝙ
occultè patrari ſoleat,nulliq; niſi cōſpirationes ſciāt,
nulli dubiū eſt.Hinc dicere conſueuerat Bald.in l.qm̄
2 liberi.nu.3.C.de teſt.quē ſequitur ibi Pau.de Caſt. † ꝑ
eoſdem coniuratores probari conſpirationē,arg.l.cō
ſenſu.C.de repud. in med. & eſt contex. notab.in c.ſi.
de teſtib.cogen.in quo loco habetur,ꝙ nedum admit
tuntur participes criminis, ſed ꝙ recuſantes compel
3 lere debent, etiam ſi iuraſſent nō reuelare † & de hoc
pretium recepiſſent,de quo eſt etiam bona gl.in cap.
venerabilis,il 1.in verb.confeſſio in fin.de teſti. & tra
dit Marti.Lauden.in tract. de crimin.læſ.maieſta.q.8.
reſpondit Alex.in conſ.13.nu.14.lib.6.& in conſ.120.
nu.3.lib.7.ſenſit Iaſ.in l.3.§. ſi tibi in iud.num.4. ff.de
condi.ob turp. cauſam, quem §.ipſe.Iaſ.legit in l.1.d.
tit. & faciunt, quæ faciunt anim aduerſa per eundem
Alex.in conſ.13 inſtit.nu.13.verſ. item per præfatam
4 rationem, lib.1. † vbi in crimine ſimoniæ eſſe admit
tendos teſtes complices & proxenetas ſcripſit.

Præterea probari per ſcripturam conſpirantium in
5 eadem ſubſcribentiū † vbi tale quid factionū patrare
promittunt,tradidit Fely. in c.cum in eccleſijs nu.5.
col.2.de maior.& obed. vbi teſtes laudat Do. & Bart.
in l.in ſenatus,ff.ad Turpil.Bald.& Sal.in l.ſciant, C.
de probat.gl.& Bar.in l.non intellig.tur,§.tacita,ff.de
iur.fiſ.& à Bald. traditum fuit in ſua pract. in rubr. de
proba.q.2.Sal.in l.ſing.C.de accuſat.Bal.in ſua pract.
iudiciar.in rub.de quæſt.circa materiam probationis,
quæſt. 1. nu.3.

Quod velim ſic amplies, etiam ſi talis ſcriptura eſ
6 ſet ſcripta † manu priuata, vt patet in ſcribente ſe re
cepiſſe vſuras,vt placuit Fely. in d.c.cum in eccleſijs,
nu.5.teſtatur gl.c.ſanè.24.q.2. in verſ. eorum librorū,
& tex.in clem. 1.de vſur.

Ad hæc probatur conſpiratio per teſtes ſingulares
7 & varios † vt de tempore,& loco, vel de præparamen
tis,dummodo oēs tendant ad probationē coniuratio
nis, vel rebellionis, hoc etenī facinus iſtiuſmodi eſt,
vt perfici nequeat momento tpis, vel in vno loco,cō
ficitur enim coniuratio, & rebellio ex varijs partibus
8 † ſiue præparamentis,merito igiī diximus,quēlibet te
ſtem deponētem de actu ſingulari, & diuerſo ab alio
deponente de tractatu, & conſpiratione, atq; cōiura
tione,& eū probat & perficit,& hæc ſingularitas hoc,
& illud non vitiat,ait Hip.de Marſ.cōſ.1.nu.63.teſta
tur gl.& Doct.in ſimili in c. volumus. in verb. eccle
ſiæ.16.q.4.& in c.nihilominus,3.q.9.per Inn.in c.qua
liter,& qn̄.de accuſ.& Accurſ.in l.ob carmen.ff.de te
ſti.Gram.conſ.crim.59.nu.10. vbi hoc argumenti ge
nus examinat,& cauit Petr.de Anch 440.inci.ex p̄di
cta facti narratione,in 2.dubio, vbi allegat iura & ra
tiones,de quibus ibi per eū, & cum eo tranſit Crot. in
tract.de teſti.par.7.nu.141. verſ.nona ſit conclu.

CONCLVSIO CCCCXXI.

ARGVMENTVM.

Conſtitutio, ſeu canonicorum ſtatutum quo pacto probari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio ſeu canonicorū ſtatutū per teſtes probari pōt.*
2 *Conſtitutio Pontificis Maximi teſtibus probari poteſt.*
3 *Gratia ſemper per teſtes probari poteſt.*
4 *Conſtitutio,vel ſtatutum ante ſcripturam non ligat.*
5 *Eſſentia legis non poteſt diſtingui, neque ſeparatim conſiderari ab obſeruatione ipſius legis.*
6 *Lex ſtatim cum a Principe lata fuit, eſt lex in ſui eſſentia, ſed vt liget ſubditos requiritur eius publicatio.*
7 *Lex,vel ſtatutū Principis probatur per teſtes, & ſcripturā.*
8 *Teſtes ſicut inſtrumenta in inferioribus parem vim habēt.*

1 Conſtitutio ſeu canonicorum† ſtatutū
poteſt per teſtes probari cū
ſcriptura de eſſentia legis non ſit, iuxta ſiſam Ioan.
And.in mercur.in illa reg. nemo poteſt ad impoſſibi
le,huc reſpexit Rot. deciſ.5. Nota ꝙ reſeruatio, aliàs
96.nu.1.in antiq. de probat. atteſtans Pontificis Max.
2 conſtitutionem † teſtibus probari poſſe,hoc idem tra
dit Rot.dec.246.alias prima,tit.de conſtit.in noui.in
cip.conſtitutio, ad cuius opinionis confirmationem
acceditillud, ꝙ obſeruauere DD. de Rota. dec. 397.
alias

cõſ.28.circa primum quæſitum,in fi.nu.13. & 14. lib.
1.Dec.in conſ.256.in cauſa inquiſitionis,nu. 9. verſi.
qa dependentibus.Ruin.in cõſ.13.caſus,de quo quę-
ritur,nu.4.ver.& quamuis.vol.5.Alc.reg.3.præſump.
16.nu.2.Gram.in conſ.ciuil. 68. quia intenno.nu.67.
Iaſ.poſt alios in §.ſed iſtæ,nu.89 cum ſeq.& ibi quoq;
Goines.in fi.Inſt.de act.Oldr.in cõſ.286.in electionis
negotio poſt num.4 poſt verſ. quantum ad quartum,
Barth.Capoll.in conſ.24.viſa accuſatione producta,
col.5.vtr. ſed qualiter ꝓbari poterit,& Marſ.in reper.
rub.ſub nu.135.& 136.verſ.& facit,quod voluit.C.de
prob.Bar.in l.pro hærede.nu.3. verſ. quædam ſunt.ff.
de acquir.hær.& facit text.in c.nulli.de elect. lib.6.in
verbis finalibus.c.inquiſitioni,& ibi additio ad Abb.
de ſenten.excomm.

5 Sublimitanda tibi erit prędicta ampliatio,niſi cer-
ta præſumptio extrinſeca coniecturet animum, quia
tunc non ſtatur iuramento in præiudicium alterius,
arg.tex.in c.vidua.& ibi Abb.in terminis nu.5.Fel.in
c.ſi diligenti.poſt nu.5.de præſcrip. Aret.in c.præſen-
tium.de teſt.Dec.in c.paſtoralis.poſt num.19.verſ. &
facit,quod not.Bal.de excep.& ibi late per eum,Ant.
de Butr.& Io.de Imo.in cap.1.de præſump.conſcien-
tia enim præcipuè ex indicijs.& coniecturis proba-
tur,vt monuit Hippolyt. Marſ. in rubr. C. de probat.
num.135.verſ.& facit quod voluit,auctorem laudat
Bart.in ſuo tract.ad reprimendum in verb.denuncia-
tionem, circa med.

Tertiò præterea amplia ex mente Bar.in d.l.ꝓ hæ-
rede.in princ ff.de acq.hęr.vt in his, quæ conſiſtũt in
6 ſola conſcientia ſtetur†dicẽtis ſimplici dicto, & ad id
conſulas Accurſ.in §.aliæ.in gl.mag.Inſt.de act.verſ.
dicit,& in l atqui natura.§.cum mc.ff.de neg. geſt. &
traditum fuit à Bal.in l.falſus.poſt nu.7. verſ.ſi autem
ſimplici verbo.C.de furt.& meminit Io.Andr.in c.a.
de conſtit.Alex.conſ.7.videretur prima cõſideratio-
ne.nu.2.verſ.& ideò cum.lib.1.& conſulas Addit.ad
Abb.in d.c.vidua.ſub litera E.extra de regulari.

Priori loco limitabis concluſionem,& ampliatio-
nes.Etenim licèt à dicto,vel à facto appellari nõ poſ
7 ſit,vt dictum eſt ſupra†poterit tamen iudex ſuperior,
ſi illud factum ſit maximi præiudicij,illius facto non
ſtare, cuius conſcientiæ eſt relictum, prout placuit
Corn.d.conſ.349.ſub num.6.verſ.& licèt.idem clarè
voluit Bal.in d l.1.poſt nu.3.verſ ſed pone;,quod per
ſtatutũ.C.de reb.credit.quæ ita intelligit gl.in clem.
1.de iurepatronat.ita etiam ſcripſit conſulendo Petr.
de Anch.conſ.348.primò,& ante omnia col...Qui
nimò illud inſuper addit gl.in d.clem.1. iudicẽ poſſe
8 corrigere id†quod perperam factum eſt:omiſſa tamẽ
appellatione:& ſequitur Corn.d.conſ.349 vbi ſupra,
& Bal.in l.2.poſt nu.11.verſ.item ſcias.C.de ſentẽ.ex
breui.recitan.dicit,vt licet non poſſit appellari:tamẽ
9 ſuperior poſſit errata corrigere uel reformare†quãdo
agitur de graui præiudicio, ſecus autem ſi facta ſint
modici præiudicij,Bal.vbi ſupra, & Corn.d.cõſ. 349.
d.nu.6.verſ. quia appellans.

Poſteriori loco limitare poteris,nã licèt ille, cuius
conſcientiæ quid relictũ eſt,poſſit facere ſm̃ id, quod
conſcientia dictat,vt dictum eſt ſupra, tamen debet
illa ſemper dirigi ſecũdũ ea,q̃ ſunt diſpoſita iure ciui
10 li†& iure canonico.ita Corn.reſpondit conſ.137.nu.
7.vol.2.& conſ.201.nu.17.& 18.vol.2.Bal.tradidit in
l.1.col.4.poſt nu.11.verſ.item allegatio Inn.C.ſi plu-
res vna ſenten.condem.fuer.vbi aſſerit ſecretam cõ-
ſcientiã de ſinu iudicis,& ſecretis pectoris ipſius non
11 debere proficiſci,ſed de † vtero, ac ſinu legis: apertè
etiam idem ſcripſit Bal.in conſ.298. Hæc materia al-
tior,eſt inquiſitionis.poſt nu.7.ver.& ſi in conſcien-
tia noſtra.lib.1.vbi ait,conſcientiam, & intelligentiã
non habere,vbi figat pedem,ſed debere conformare
12 ſe conſcientiæ legis†vel diſpoſitioni legali, cum le-
ges ſint per ora Principum diuinitus promulgatæ.

13 Et hinc eſt,quòd conſcientiæ non debet deeſſe†iu-
dicium rationis, vt ſancitum eſt in c. non ſolùm. de
regula.& tranſc.lib. 6.

Tertio loco limitabis concluſionem procedere,
quando tractatur de iis,quæ ſpectant ad forũ con-
ſcientiæ,ſecus verò in iis.quæ pertinent ad forum cõ-
14 tentioſum,nam tunc non ſtabitur† ſacramento iurã-
tis de, & ſuper eo, quod ab eius pendet animo:niſi
aliud in iure reperiatur expreſſum, ad id eſt glo. inſi-
gnis in clem.1.in §.ſi.ſuper verb.commodè, de pœn.
quam adducit Alex.in l.1.§.per procuratorem, poſt
nu.4.verſ.nec obſtat,ſi dicatur.ff.de acq.poſſeſ. quod
15 quidem verum eſſe crederem † quando aliæ poſſent
haberi probationes: alioqui dicerem dari iuramen-
tum,& illi ſtãdum fore de,& ſuper iis, quæ ab animo
pendẽt etiam in foro contentioſo,ſic Ant. de Petrut.
in d.l.1.poſt nu.367.verſ. 2. temperetis.ff.de iureiur.

Quarto loco limitanda eſt concluſio,vt licèt fides
habeatur iuramento,& conſcientiæ alicuius; tamen
16 iſtud debet intelligi,quando eſſet vir fide dignus† ſe-
cùs ſi eſſet perſona ſuſpecta,iuxta ſententiam Bal. in
l.falſus,in 3.col.poſt nu. 7. verſ. ſed quid ſi dominus.
C.de furtis,huc pertinet doctrina Bal. eiuſdẽ in auth.
cui relictum,poſt nu.9.verſ.attende hic, tunc ſufficit.
C.de indic.vidui.tollẽ.vt ſcripſit Domin. Ant.de Pe-
trut.in d.l.2.poſt nu.369.verſ.4.limitabis,de iureiur.

CONCLVSIO CCCCXV.

ARGVMENTVM.

Conſecratio eccleſiæ quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Conſecratio eccleſiæ non præſumitur, niſi probetur.*
Eccleſia non præſumitur conſecrata. ibid.
2 *Conſecratam eccleſiam qui dixerit,ille probare debet.*
3 *Conſecratio eccleſiæ probatur ex literis in marmore ſcri-
ptis.*
4 *Conſecratio eccleſiæ probari poteſt per vnum teſte idoneũ.*
5 *Teſtis vnus probat,cum agitur de nulli præiudicando,& aliquem iuuando.*
6 *Conſecratio eccleſiæ probatur per libros antiquos.*
7 *Conſecratio eccleſiæ probatur libris antiquis, ſi a maiori-
bus noſtris illis adhibita ſit fides.*
8 *Libri antiqui ſi atteſtantur de aliquo auditu, non ꝓbãt.*

1 Conſecrationem eccleſiæ †non
præſumi, niſi
probetur,ſancitum eſt in diſtin.1.c.ſolemnitatem,&
docuit Alc.trac.de prẹſ.reg.a.præſump.4.nu.2.quini
mò prẹſumitur non conſecrata,ſi credimus Lucæ de
Pen.in l.vni.C.de quæſt.lib.12.verſ. 24.

Cùm igitur non præſumatur conſecrata, proban-
2 da erit † ab illo,qui conſecratam dixerit,quod cõmo
3 dè fieri poterit ex literis † in marmore ſcriptis,vt tra-
didit Innoc.in rubr.de conſec.eccl.in prin. nu. 1. quẽ
ſequitur Dec.in conſ.135.nu.2.verſ.modo conſecra-
tio probatur,tradit Cur.iun.in tract.feud. in 1. parte,
q.1.n.16.quo in loco affirmat, id maximè procedere,
ſi non tendat in alterius præiudicium, & voluit Ioã.
And.in rubr.ext.de cõſec.eccl.atque Purp.in l. 1. nu.
155.ff.ſi cer. pet.

4 Præterea poterit probari † per vnum teſtẽ idoneũ:
vt traditum fuit à Matthe.ab Afflict. in conſtit.Nea-
polit.de Apoſtata lib.1.rub.3.nu.12.vbi teſtatur Iaſ.
in l.precib.C.de precib.impe. offer. & cõſtat ex mul-
tis ſimul congeſtis per Iac.Port.in concl.34.lib.1.ali-
ter per Ant.Gabriel.in ſuis concluſ.lib.1.de teſtibus.
concl.1.num.16.verſ.1.limita,& meminit Iaſ.in cõſ.
77.redem.

Digitized by Google

77. redemptoris crucifixi, & c. placet ſupraſcripta, col. 2.
5 in prin. ibi, ſicut in ſimili, vol. 3. ea ratione† quia cum agitur de nulli præiudicando, & alicui iuuando, teſtis vnus probat: vt in caſu noſtro, vt idem tradidit Iaſ. in conſ. 120. iuridicam arbitror. col. 1. in prin. ibi ſicut in ſimili vlna eum, vol. 4. & ſingulare atq; inſigne arbitrium eſt Gerard. de Petr. Sanct. in ſing. 49. nota regulam, nu. 1. verſ. pro iſta regula.

6 Tertiò loco probatur† per libros antiquos, vt ſcripſere Abb. & Fel. in c. cum cauſam de proba. nu. 2. teſtem laudat Inno. in d. nibr. de conſecrat. eccleſ. vel altaris, & gl. in verb. ſcriptura. in c. ſolẽnitates, de conſec. diſtinct. 1. huc ſpectat gl. in c. ſane 2. in verbo poſt mortem 24. q. 2.

Iſtud velim limites, vt habeat locum, quando hu-
7 iuſmodi libris† à maioribus noſtris adhibita ſit fides, vt docuit Bar. in l. 1. ff. ſi cer. per. & gl. in c. venerabilẽ. in verbo tranſtulit, de elect. & ſcripſit Fely. cum alijs adductis in d. c. cum cauſam, nu. 1. de probat. & fuſius de hac re tradidimus in concluſione confines.

Poſteriori loco illud limitabis, niſi tales libri atte-
8 ſtarentur de aliquo auditu: †quia tunc non probant, vt optimè voluit Bal. in l. 1. ff. de offi. quæſtor. ſed hęc limitatio nõ placet Feli. in d. c. cum cauſam, de prob. d. num. 1.

Reliqua huc pertinentia annotauimus in concluſione, eccleſia conſecrata, conſulas illum locum.

CONCLVSIO CCCCXVI.

ARGVMENTVM.

Conſenſus ſummi Pontificis, & aliorum ex quibus probetur, & præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus ſummi Pontificis præſumitur interueniſſe in teſtamento Cardinalis ex antiquitate temporis.*
2 *Conſenſus ſummi Pontificis per diuturnitatem temporis præſumitur, ſi concurrit ſcientia, & patientia ipſius.*
3 *Conſenſus Pontificis Maximi non præſumitur interueniſſe etiam per longum tempus in illis caſibus, in quibus veriſimiliter ipſe non habet familiaritatem cum eo, qui in actu ſuo aſſerit conſenſum interueniſſe.*
4 *Conſenſus Epiſcopi in fundatione eccleſię interueniſſe prę-ſumitur ex diuturnitate temporis.*
5 *Conſenſus ſummi Pontificis non prę-ſumitur in fundatione eccleſię precęſſiſſe.*
6 *Conſenſiſſe pręſumitur epiſcopum in fundatione eccleſiæ, ſi probetur eius ſcientia, patientia, & tolerantia longi temporis.*
7 *Epiſcopus ſcire prę-ſumitur, quę fiunt in ſua diœceſi, & eccleſia.*
8 *Conſenſus Principis probatur per taciturnitatem.*
9 *Conſenſus Principis præſumitur interueniſſe ex longo curſu temporis.*
10 *Conſenſus probatur per ſcripturam & non per teſtes.*
11 *Tenor ſcripturæ amiſſę probari poteſt per teſtes.*
12 *Conſenſus regis a rege ſcriptus ſine ſigillo non probat.*
13 *Conſenſus inferioris domini per eius ſubſcriptionem, vel per teſtes probatur.*
14 *Conſenſus Principis non probat alienationem, ſi de ea nõ conſtat.*
15 *Conſenſus Principis quomodo optimè probet alienationem.*
16 *Conſenſus regius leuat creditorem ab onere probandi.*
17 *Conſenſus capituli prę-ſumitur in alienatione rerum eccleſiaſticarum.*
18 *Conſenſus capituli ſolemnitas prę-ſumitur ex longo tempore 60. annorum.*
19 *Conſenſus neceſſarius alienationi rei Eccleſiaſticę nõ præſumitur ex diuturnitate temporis.*
20 *Conſenſus ſummi Pontificis prę-ſumitur in alienatione rei eccleſiaſticę ex curſu temporis.*
21 *Conſenſus capituli in alienatione rei eccleſiaſticę prę-ſumitur interueniſſe ex curſu 30. annorum.*

1 Conſenſum ſummi Pontificis ex antiquitate temporis† præſumi interueniſſe, vt in teſtamento Cardinalis, auctor eſt teſtis locupletiſſimus Crau. de antiq. temp. 3. parte nu. 11. §. vidimus in genere, teſtem ad id laudat Aret. in conſ. 36. in prin. verſ. circa primũ dubium, cõſuluit præterea Dec. in conſ. 174. poſt nu. 5. verſ. & licèt cenſus atq; Dec. in conſ. 409. poſt nu. 2. ver. & idem in ſimili caſu, Iaſ. in l. ſciendum. col. 7. verſ. contrarium ff. de verb. obl. latè Rip. in reſponſ. de reſcrip. lib. 2. c. 22.
* nu. 11. vbi atteſtatur de communi * ſcribentium ſententia. Alex. conſ. 101. poſt nu. 5. cum plurib. ſeq. verſ. deniq; poſito, vol. 7. Felyn. in c. ſicuti, ſub nu. 33. verſ. & ex eo habes, de re iud. Mant. conſil. 83. viſo inſtrumento & conſilio, & indè poſt nu. 1. poſt verſ. per quę iura, lib. 1.

Ab his totus eſt diuerſus Ruin. in conſ. 26. poſt nu. 10. verſ. non poteſt ergo. lib. 1. ex ſententia Bar. in l. ſi publicanus. §. in omnibus. de publica.

Primo loco concluſionem ſic velim limites, vt lo-
2 cum habeat, id eſt† conſenſum ſummi Pontificis per diuturnitatem temporis preſumi, ſi concurrat ſciẽtia ipſius & patientia, hoc eſt quòd ſciuerit actum, de cuius cõſenſu agitur, idq; ſi talis actus inferioris ſit præiudicialis ipſi Põtifici Maxim. ſecus ſi non ſit præiudicialis ſummo Pontific. non enim tunc refert, an interuenerit ſcientia, vt ſatis conſtat ex iis, quæ ſcripſit Crau. vbi ſupr. num. 29 & ita etiam declarat Ruin. in conſ. 151. nu. 16. vol. 4. ex mente Alex. in conſ. 9. viſo themate ſupra ſcripto, poſt nu. 8. verſ. ſed nõ idem videtur. lib. 3. & de hoc habetur latè per Fely. d. c. ſicut. nu. 33. verſ. bene fateor, de re iud.

Secundo loco limitatur, vt nõ procedat in illis caſibus, in quibus veriſimiliter ſummus Pontif. non habet familiaritatem cum eo, qui in actu ſuo aſſerit cõ-
3 ſenſũ interueniſſe† vt quòd Põtifex Maximus præſtiterit conſenſum in fundatione eccleſia ſuper conditionibus appoſitis in fundatione, nam tunc talis cõſenſus non pręſumitur interueniſſe ẽt per lõgum tempus, vt aſſeruit gl. in c. nobis. ſuper uerb. de ſua iuriſdictione, de iure patron. quem refert & ad hoc ſequitur Lambert. in ſuo tract. de iure patron. in 9. princ. q. 1. parte, lib. 1. nu. 107. ubi reddit rationem: quia in tali caſu conſenſus ſummi Pontificis non præſumitur interueniſſe; quia Pontifex Maximus non habet cũ patrono cõtinuam familiaritatem, & ad hoc comprobandum affert pronunciatum Alex. in conſ. 34. uiſo themate. ad fi. quẽ refert, & ſequitur Fely. in c. ſicut, in 14. col. uerſ. bene fateor, de re iud.

Superioribus optimè conuenit, ꝙ traditurus ſum,
4 etenim cõſenſum epiſcopi in fundatione eccleſię† pſumi interueniſſe ex diuturnitate tẽporis, ſi in ea publicè ſint celebrata diuina, teſtis eſt mihi Imo. in c. officii, col. 13. de teſtam. atq; Rom. in l. ſciẽdum. poſt nu. 40. uerſ. 3. quid ſi appareat. ff. de uerb. obl. Iaſ. in d. l. ſciẽdum. col. 6. & in l. ſi certis annis, poſt nu. 10. uerſ. 5. facit. C. de pact. Dec. in l. 1. in 3. lect. poſt nu. 82. uer. ex gl. & ſupradictis. C. qui admit. Iaſ. in l. qui in alien. nu. 37. uerſ. ſecundò contra Bal. ff. de aeq. hær. Ludou. Roman. in ſuo ſing. 77. patientia, ſeu tolerantia, nu. 4. uer. & facit ſingulare uerbum Soc. ſen. in conſ. 1. uiſis & diſcuſſis, nu. 5. uerſ. igitur præſumitur, uol. 3. Roch. de Curt. in ſuo tractat. de iure patronat. num. 19 in 7. quæſtio. Barbat. in repet. rubric. de fide inſtrument. chart penultima, colu. 2. Alex. in conſ. 101. ſuper primo dubio. ſub num. 5. poſt uerſ. denique poſito, lib. 7. Brun. in tract. de for. fol. 80. col. 2. Fely. in c. ſicut poſt num. 29. uerſic. ſimile eſt illud, quod ſcribit Archid.

de te iudic. Barb. in c. requiſiuiſti. col. 25. de teſta. Fel.
in c. illud. poſt nu. 5. verſ. adde etiam. Archid. de præ-
ſump. Alex. conſ. 219. ponderatis his. nu. 14. ver. acce-
dit id quod. vol. 6. & conſ. 155. & quidem viſo pũcto.
nu. 17. verſ. & per illud. vol. 4. Ruin. conſ. 41. nu. 4. ver.
2. poteſtas vol. 1. & in conſ. 108. col. 1. in prin. vol. 5.
Primò loco limitabis iſtud in conſenſu ſummi Pō-
5 tificis, qui non præſumitur † in fundatione præceſſiſ-
ſe, ſed neceſſe eſt, vt oſtendat̃ talis conſenſus, ſic opti
mè ſcripſit gl. in c. nobis. de iur. patron. cuius rei ratio
eſt: quia non præſumitur interueniſſe: cum Summus
Pontifex non habebat continuam conuerſationem
cum patrono, vt vtar verbis Lamber. in tract. de iure
patro. in 9. q. prin. 1. par. lib. 1. nu. 107. vbi teſtat̃ ad hoc
Alex. conſ. 34. viſo themate. quem refert Fely. in c. ſi-
cut. col. 18. verſ. bene fateor, de te iudic.
Secundò prætereà limitabis intelligēdo locum ſi-
bi vendicare, quando probatur eius epiſcopi ſciētia,
6 & patientia: quia tūc data ſcientia † ex tolerantia lō-
gi temporis præſumitur conſenſiſſe, ſed vbi ſcientia
eius non probatur, non poteſt dici ex patientia præſu-
mi conſenſiſſe, ita conſuluit Maria. Soc. iun. in conſi.
56. nu. 24. vol. 2. teſtatur per ſimilitudinem de requiſi-
to conſenſu ſummi Pontif. Alex. conſ. 9. viſo thema-
te. vol. 3. cum alijs per eum ibi adductis.
Sed arbitror diuerſam eſſe rationem de conſenſu
Pontificis Maximi, & conſenſus epiſcopi, quia ſūmus
Pontif. non habet familiaritatem cum fundatore pa
7 trono, hinc eſt, vt non præſumatur ſcientia, quod † ſe-
cus videtur eſſe in epiſcopo, qui præſumitur ſcire, quę
fiunt in ſua diœceſi, & Eccleſia, & ideo hæc ſecunda
limitatio reſtringi poteſt, quoad ſummum Pont. tā-
tummodo.
Nec videtur à propoſito alienum, quod cauit Marſ.
8 conſenſum Principis probari † per taciturnitatem, vt
patet ex pluribus adductis ab eo. Marſ. in conſ. crim.
46. in præſenti cauſa Sebaſtiani Sciuoli. nu. 30. verſic.
nam patientia.
Quinimò probari, & præſumi interueniſſe conſen
9 ſum Principis † ex longo curſu temporis ibi docuit
Abb. in conſ. 70. quia copioſè. nu. 5. poſt verſ. non etiā
videtur obſtare.
10 Huc accedat etiam probari per ſcripturam † & non
per teſtes, vt ex multis allatis teſtatur Matth. ab Affli.
ſuper 3. feud. tit. de feud. alienat. nu. 14. Bal. in c. 1. col.
2. poſt num. 3. verſ. & accedit de facto, de feud. tit. per
quos fiat inueſtit. Fel. in rubr. de conſtit. poſt nu. 5. cū
plurib. ſeq. & à nobis ſupra traditum eſt in concluſio-
ne, Capellania honoris.
Sed hoc eſt limitandum, ſi probetur, talem cōſen-
ſum fuiſſe in ſcriptis præſtitum, & ſcripta eſſe amiſſa
11 † quia tunc tenor pōt probari per teſtes, per ea, quæ
habēmr in c. cum olim. de priuileg. & animaduerte-
re Cyn. & Bal. in auth. ſi quis in aliquo documento.
C. de eden. & Matth. ab Afflic. vbi ſup. d. nu. 14. & ad
hoc faciunt, q̃ obſeruata fuere infra in cōcluſ. gratia.
Cōſine eſt iis, quæ tradidimus, illud conſenſum re-
12 gis ſubſcriptum à rege † ſine ſigillo non probare, vt
voluit Matth. ab Affli. in feudali. tit. de prohib. feud.
alienat. in 24. q. nu. 33. in fi. an verò poſſit probari per
teſtes, conſulas eundem Afflict. in c. 1. 3. notab. tit. per
quos fiat inueſtit.
13 Quòd velim limites non procedere † in conſenſu
alterius inferioris Domini, nā in his per ſubſcriptio-
nem eorum tantum, vel per teſtes probatur, ita deci-
dit Matth. ab Afflict. vbi ſupra.
Conſentaneum eſt, & quod ſequitur, nam conſen-
14 ſus Principis non probat alienationem, † ſi non con-
ſtet de alienatione, vt placuit Matth. ab Afflic. vbi ſu
pra in 24. q. num. 32.
Iſtud limitare poteris, niſi princeps in conſenſu to-
tum tenorem inſtrumenti cōtractus alienationis ap-
15 poſuerit † tunc enim optimè probat alienationem,
vt docebimus infra in concluſione, confirmatio, in
prima limitatione.
Et eodem ferme pertinet, cōſenſum regium leua-
16 re creditorem † ab onere probandi, ita ſenſit apertè
Math. ab Afflict. vbi ſupra nu. 11. cum allegatis.
Succurrit, & illud, quod in hanc ſententiā de con-
ſenſu ſcripſit Anch. in conſ. 136.
17 Conſenſum capituli præſumi † in alienatione rerū
eccleſiaſticarū, eiu reſpondendo adhæſit Alex. conſ.
79. circa primum, de quo quæritur, col. 3. vol. 1. vbi in-
quit, quod ſolemnitas conſenſu capituli, & tractatus
18 præſumitur ex longo tempore † 60. annorum, prout
in caſu ſuo agebatur in 2. dubio. poſt nu. 2. ver. quoad
ſin, & ſeq. & licet iſti loquātur in tpe 30. ann. tū in tē
pore 10. ann. loquitur Alex. cōſ. 45. col. fi. in fi. vol. 3.
vbi præcipuè ad hoc allegat Ant. de Butr. in c. ea no-
ſcitur. de his, quæ fiunt à prælat. & hoc idem cōſuluit
Aret. in cōſ. 36. caſus talis eſt, præſuppōnitur in facto,
poſt nu. 1. col. 2. hoc idē voluit Fel. in c. ſicut. poſt nu.
27. verſ. & hinc etiam videmus. de te iud. Corn. idem
conſulendo ſenſit in conſ. 348. col. pen. vol. 1. ver. 7. et
vltima declarat Hier. Grat. in cōſ. 142. lib. 2. atq; Soci.
in conſ. 13. viſis prædictis publicis inſtrumētis, nu. 54.
ver. facit etiam. vol. 1. Goz. conſ. 11. in hac cauſa poſt
nu. 11. verſ. tertio ſolemnitas, Iaſ. in l. ſciendum, col.
6. verſ. 7. facit. ff. de verb. obl. Dec. in conſ. 36. col. pen.
ſub verſ. vlt. non obſtat. poſt nu. 8. à qua in iudicando
minimè recedendū eſt, vbi de cōmuni omnium ſcri-
bentium ſententia teſtatur poſt nu. 82. & ſeq. ver. ad ſe-
cūdum vero dubiū. Caſſan. cōſ. 11. col. 27. idem Dec.
conſ. 341. nu. 13. verſ. poſtremo ad corroborationem,
& in conſ. 329. ſub nu. 5. poſt verſi. vltimo non obſtat
Rui. conſ. 68. viſa, & bene intellecta. num. 4. vol. 1. &
conſ. 63. videtur prima conſideratione dicendū, poſt
nu. 6. ver. nā vt ex inſtrumento, eo. vol. 1. & cōſ. 86. vi-
deretur fortaſſis, poſt nu. 2. ver. ſecundo, quia, eo. vol.
1. Capic. in deciſ. Neap. 16. nu. 1. Afflict. de antiq. temp.
par. 3. §. ſenioq; nunc poſt nu. 1. cum pluribus alijs ſeq.
Boer. deciſ. 124. nu. 14. atq; Grat. in conſ. 142. decreue-
ram in præſenti cauſa. poſt nu. 10. verſ. item ſolemni-
tas tractatus, lib. 2. & Soc. in tract. fall. reg. 463. ſolem-
nitas, in quinta fallen.
Quorum omnium conſenſus Alex. non deterruit,
quin id ipſum intrepidè reprobarit in conſ. 9. in fi. nu.
6. vol. 3. tādem opinionem ſecutus eſt Corn. in conſ.
181. col. 5. & ſeq. vol. 2. diſſenſit etiam à ſuperiori ſen-
tentia Ferret. in conſ. 248. nu. 13. lib. 2.
Sed in hac ſcribentium diſſenſione conſuluerim
priorem opinionem, quippè quæ ſit magis cōmunis,
amplectendam eſſe hacq; ratione limitandum, vt ex
19 diuturnitate temporis † non præſumatur Pontificis
Max. conſenſus neceſſarius in alienatione rei eccle-
ſiaſticæ, ita ſenſit Alex. in d. conſ. 9. nu. 8. lib. 3. per Fel.
in c. ſicut. col. 19. de te iud. Ruin. in conſ. 31. adeo ple-
nè, & eleganter, nu. 6. in prin. & verſ. & minus etiam
vol. 1. verumtamen, quod etiā Summi Pont. conſen-
20 ſus † præſumatur in alienatione rei eccleſiaſticæ ex
curſu temporis decidit Capic. deciſ. 4. col. pen. nu. 29.
concluſionem noſtram ſic velim declares, vt licet ex
diuturnitate temporis præſumatur conſenſum capi-
tuli interueniſſe in alienatione rei eccleſiaſticę: tamē
cum agatur de graui præiudicio, non inducitur talis
21 præſumptio ſpacio decem annorum, † ſed curſus tri-
ginta annorum eſt neceſſarius. ſic conſuluit Ruin. in
conſ. 86. videretur fortaſſis, poſt nu. 5. verſ. nec obſtat,
volu. 1. vbi pluribus auctoritatibus id comprobat, id
etiam ſcripſit Soc. in tract. fallen. reg. 463. ſolemnitas
in 5. limitatio & colligitur ex verbis Caſſan. in d. cōſ.
11. poſt num. 85. verſ. & ibi inter alia, & Camil. Plaut.
in l. 1. verſ. ſi ratam poſt num. 31. & ſeq. C. qui admitt.
atque Felyn. in cap. Albericus, col. fi. in fi. de teſtibus,
& idem in c. illud poſt nu. 5. ver. ſecundo eſt aduerte-
dum, de præſumpt.

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO CCCCXVII.

ARGVMENTVM.

Conſenſus quibus ex rebus probetur & præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus requiſitus ad validitatem actus probatur interueniſſe ex ſpatio longi temporis.*
2 *Tempus decem annorum longum eſt; vt ex eo præſumatur conſenſus.*
3 *Conſenſus præſumitur in actu, quem veriſimiliter abſq; eo quis non exercuiſſet.*
4 *Conſenſum præſtitiſſe alienationi præſumitur dominus, ſi paſſus fuerit rem emphiteuticam per 10. annos poſſideri.*
5 *Conſenſus per ſtatutum requiſitus in minore, vel muliere per lapſum decennij præſumitur interueniſſe.*
6 *Conſenſus non præſumitur per longum tempus, ſi de magno præiudicio agitur.*
7 *Conſenſus etiam vbi agitur de magno præiudicio, probatur interueniſſe per tantum tempus, cuius non extet memoria in contrarium. Contrarium ibi.*
8 *Conſenſiſſe quis non præſumitur ex antiquitate temporis quando conſenſus eſt contra ius commune.*
9 *Teſtamentum Cardinalis ex diuturnitate temporis præſumitur factum de conſenſu, & licentia Papæ.*
10 *Conſenſus præſumitur, quando cum diuturnitate temporis concurrit patientia illius, qui debuit conſentire.*
11 *Conſenſus Regis ſuper contractu rei feudalis nõ præſumitũ ex tempore, vel alijs argumẽtis, ſed debet verè præceſſiſſe.*
12 *Conſenſus Regis ſuper contractu rei feudalis præſumitur interfuiſſe ex tempore, cuius initij memoria hominũ nõ eſt in contrarium.*
13 *Conſenſus, quãdo ſumus in dubio, præſumitur interfuiſſe.*
14 *Conſenſus tutoris in contractu pupilli nõ præſumitur interueniſſe in damnũ pupilli, nec in priudicium minorũ. Contrarium ibi.*
15 *Conſenſus probatur per taciturnitatem.*
16 *Conſenſus non præſumitur interueniſſe ex taciturnitate, quando agitur de incommodo aſſerti conſentientis.*
17 *Conſentire præſumitur tacens in actu concupiſcibili, & honorabili, non autem in oneroſo, & damnoſo.*
18 *Conſenſus ex taciturnitate non præſumitur, quãdo agitur de magno præiudicio.*
19 *Taciturnitas nõ habetur pro cõſenſu quoad aliũ obligandũ.*
20 *Tacens habetur pro conſentiente in præiudicium alterius fauore reipublicæ, eccleſiæ, & pupilli.*
21 *Conſenſus probatur per oſculum.*
22 *Conſenſus probatur per actus inualidos.*
23 *Vltima voluntas quantumcunq; imperfecta declarat teſtatoris voluntatem.*
24 *Teſtimonio impugnato vti licet ad effectum, vt oſtendatur contrarietas teſtium.*
25 *Conſenſus per epiſtolam probatur, & quomodo.*
26 *Animus donandi ratione coniunctionis ſanguinis facilius præſumitur in pacto.*
27 *Conſenſus probatur per ſigillum.*
28 *Conſenſus non ſolum verbo, ſed etiam facto probatur.*
29 *Conſenſus inducitur ex tranſmiſſione munerum, receptione, & nominatione.*
30 *Conſenſus probatur per motum humerum.*
31 *Humeros qui mouet ſine inclinatione capitis videtur magis dubitare, quam affirmare.*
32 *Conſenſus probatur per percuſſionem palmarum.*
33 *Cõſenſus muti ex percuſſione & tactu manuũ probatur.*
34 *Conſenſus probatur, quando quis annuit capite.*
35 *Conſenſus probatur ex ſola verborum interpretatione, & quomodo.*

1 CONSENSUM qui requiritur ad validitatem actus, † probari interueniſſe ex ſpatio longi temporis, traditum fuit ab Ant. de But. in c. ea noſcitur, extra de his quæ fi. à Prælat. & ſcripſere gloſ. & Doct. in c. peruenit. de empt. & vend. idem interrogatus rñdit A vino Crau. cõſ. 204. nu. 9. poſt verſ. 4. poſito, atq; conſuluit Barb. conſ. 30. nu. 18. ver. præterea accedat, vol. 4. ſentit Alex. in cõſ. 111. col. pe. in fi. vol. 4. refert & ſequitur Iaſ. in l. 1. ſub nu. 105. C. qui admitt. Dec. in conſ. 133. col. pen. in fi. Ruin. in conſ. 63. videntr prima conſideratione. poſt nu. 6. verſ. 2. vltra prædicta, vol. 1. & in conſ. 26. quãuis copioſè. nu. 3. ver. ſecundò principaliter, eodem vol. 1. atq; in conſ. 41. de duobus principaliter, poſt nu. 4. verſ. ſecundò poteſtas, eodem vol. 1. & in cõſ. 216. videndum eſt primò, nu. 6. verſ. ſed dato, eodem volu. 1. atque cõſuluit Paris. in conſ. 85. cum in facto. nu. 13. poſt verſ. ſed cum dicto, vol. 4.

2 Quod tẽpus longũ † vt ex eo præſumatur cõſenſus, eſt decem annorum, vt docuere Butr. & Io. de Imo. in c. illud. de præſump. moti auctoritate Accur. in l. ſi filius, in verb. detinuit, ver. & ꝙ dicit longũ. C. de petit. hær. Lamber. in trac. de iur. pat. in lib. 1. in 9. prin. q. 1. partis, nu. 107. verſ. & dicitur longum tempus.

Quod quidem poſtremum in primis locũ ſibi vẽ-
3 dicat quãdo ſumus in actu, † quem veriſimiliter quis non exercuiſſet abſq; tali conſenſu, quia tunc præſumitur, vt per Goz. in conſ. 11. nu. 14 cum ex allegatis ab eodem, idem etiam voluit Hier. de Monte in ſuo tract. de finib. regen. c. 103. nu. 13. cum alijs adductis à Tiraq. in trac. de præſcrip. in verbo per decẽ annos. §. 1. gl. 4. verſic. tertiò non hinc longè abeſt. vbi allegat Alex. conſ. 113. viſo & diligẽter cõſiderato. col. pen.
4 verſ. 4. comprobatur, poſt nu. 9. lib. 4. qui ait cum, † qui rẽ emphyteuticam emit, & eam poſſedit per decẽ annos patiente domino, præſumi præſtitiſſe conſenſum huic alienationi, quẽ ſequitur Dec. conſ. 185. col. vlt. poſt nu. 14. ver. nam ſi ille arbitratur hoc eximium & inſigne, cum alijs adductis per Tiraq. vbi ſupra.

Sed huic ſentẽtiæ alacriter reclamat Iaſ. in alienatione feudi, vt conſ. 176. nu. 2. per totum, vol. 2. & plenè diſcuſſerim, & contrarium ut probatum in conſuet Pariſien. §. 7. nu. 17. cum ſeq.

Primò loco ampliabis in conſenſu reqſito per ſta-
5 tutum † vt in minore, vel muliere, qui non poſſunt ſe obligare ſine cõſenſu propinquorum, nam per lapſũ decennij præſumitur interueniſſe talẽ conſenſum, vt docuit Iaſ. in l. ſi certis annis. nu. 19. C. de pact.

Contrarium, quòd non procedat contra pupillum tenet Corn. conſ. 98. col. fi. vol. 1. Alex. conſ. 94. col. 2. vol. 7. & idem eſt in præiudicium minorũ, vt per Soc. conſ. 254. col. 2.

Primùm omnium limitabis, vt tãtum procedat, qñ
6 agiẽ de paruo præiudicio, ſecùs ſi de magno † qa hoc caſu per longum tempus non præſumitur conſenſus, vt reſpondit Barth. Soc conſ. 61. nu. 6. verſ. ſed in his, vol. 3. cum ibi allegatis, Iaſ. conſ. 176. in 2. dubio, verſ. 2. principaliter moueor. volu. 2. Crau. conſ. 204. nu. 9. Bar. in diſput. incip. Mulier habẽs in fi. & in l. 1. §. deniq; ff de aqu. pluu. arc. col. 2. Fulg. in l. 1. col. pen. C. qui admi. Imol. in c. ſi diligẽti. col. pẽn. in fi. & ſeq. de præſcr. Balb. in tract. de præſcr. in 3. part. nu. 47. Alex. in conſ. 11. col. fi. vol. 4. & in conſ. 179. col. pen. vol. 6. Iaſ. in conſ. 176. col. pen. vol. 2. Cur. ſen. in cõſ. 77. vol. 2. latè Gabr. in concl. tit. de præſump. concl. 1. nu. 53. vbi quamplures concordantes congeſſit.

Sublimita, ſi eſt tantum tempus, cuius initij nõ ex-
7 tat memoria in contrarium † quia tunc etiam, vbi agitur de magno præiudicio, probatur conſenſus per tãtum tempus, ita Crau. cum ibi alleg in conſ. 204. n. 10. Abb. in c. peruenit. nu. 10. verſ. ex quibus omnibus, & per gl. ibid. de empt. & vend.

Contrarium videtur ſentire Iaſ. in conſ. 176. vol 2. vbi erat caſus 130. annorum, & tamẽ conſuluit, quòd in alienatione feudi, cum ſit magni præiudicij, non

præſumitur talis cōſenſus in huiuſmodi alienatione
per tale tempus interueniſſe, verſic. ſed præmiſſis non
obſtantibus, nu. 2.

Secundo loco limitare poteris, quando huiuſmo-
8 di conſenſus eſſet contra ius commune,† quia tūc ex
antiquitate temporis non præſumitur talem conſen-
ſiſſe, ita ſcripſit Abb. in c. licet Heli. in fin. poſt nu. 24.
ver. hoc dictū doct. de ſimo. Fel. ibi col. 5. ver. 4. limit.
& idem Abb. in c. nihil. col. fi. de elect. poſt num. 11.
ver. pro hoc facit gl. quæ pōderat iſtū fuiſſe in poſſeſ-
ſione, & idē tāquam æquius, & verius refert, & ſequit
Aym. Crau. in trac. de antiq. tēp. par. 3. §. 1. n. 19. ver. 3.
limitatur, vt non procedat in ſolemnitate, quæ eſt cō-
tra ius cōe. V. G. poſſedit quis lōgo tēpore duo bene-
ficia incōpatibilia, vel eſt minor, vel aliter incapax
ad beneficium, ſed aſſerit ſecum diſpenſatum eſſe, &
diſpenſationē perdidiſſe, iſto enim caſu nō ſuffragat
antiquitas temporis, vt & reſpondit Bellam. conſ. 10.
poſt nu. 43. ver. & ſi dicas, quod cōceſſio, & cum mul-
tis allegatis per Crau. vbi ſupra d. nu. 19. 20. & 21.

Contrariam ſequutus eſt ſententiam Aret. cōſ. 36.
caſus talis eſt, præſumitur in facto. ver. circa primum
9 dubium, vbi concludit † quod ex diuturnitate tempo-
ris præſumitur teſtamentum Cardinalis factū fuiſſe
de conſenſu, & licētia Papæ, idē videtur tenere Card.
& moderni in cap. requiſiuiſti. de teſtam. & Anch. in
conſ. 161. in quæſtione eccleſiæ. in fi. in quo loco lo-
quitur de vnione, & in prædictis caſibus reſiſtebat ius
commune.

10 Tertiò limita † quando cum diuturnitate temporis
concurrit patiētia illius, qui debuit conſentire, vt ex
allegatis per Iaſ. in d. conſ. 176. verſ. ſecundò ad idem
facit, vol. 2. nu. 2. & verſ. tertiò principaliter moueor.
Alex. reſpondit in conſ. 94. repetitus in cauſa appel-
lationis. poſt nu. 6. poſt verſ. nec obſtat. ſi diceret. vol.
7. ex mēte Bal. in l. 2. poſt nu. 3. verſ. ſed nūquid, vbi ad
id adducit l. non hoc, C. vnde legit. C. de legit. hæred.
& Bellam. d. conſ. 10. poſt nu. 33. verſ. tertio principa-
liter hoc probatur, & Ruin. in conſ. 105. Caſus iſte, de
quo quæritur, poſt nu. 11. verb. ſi ergo, vol. 1. & in cōſ.
11. quam egregiè. poſt nu. 6. verſ. ſed iſtis non obſtan-
tibus, vol. 2.

Quartò limita non procedere in cōſenſu Regis ſu-
11 per contractu rei feudalis † nam non præſumitur ex
tempore, vel alijs argumentis ſiue præſumptionibus,
ſed debuit verè præceſſiſſe, & ſpeciatim probari talis
conſenſus, ita ait Matthæ. ab Afflict. in tit. ſi de inue-
ſtit. fuerit contro. §. ſi autem controuerſia. nu. 43. vbi
ait, hoc procedere per conſtitutionem regni Neapo-
litani, cuius ſententiæ adhæret Andr. de Iſern. in c. 1.
col. 3. de prohib. feud. alienatio. per totum.

Id tamen eſt ſublimitādum ex tempore, cuius ini-
tij memoria hominum non eſt in contrarium: nam
tunc talis conſenſus præſumitur interfuiſſe, vt conſtat
ex allegatis ibi per Afflict.

13 Quintò limita † vt procedat, quando ſumus in du-
bio, ſecùs in certo, vt Iaſ. in d. conſ. 176. vol. 2. ver. 4. &
vlt. moueor.

Sextò limita, vt non procedat in conſenſu tutoris
14 in cōtractu pupilli, in quo contractu † non præſumit
conſenſum interueniſſe in damnū pupilli, vt reſpon-
dit Caius in l. quæcunque. §. interdum. in fi. de publ. in
rē act. & tradidere Accur. & Bar. in l. ſciēdum. Accur.
ſuper ver. ſolemniter, ver. ſecus ergo, Bar. poſt num. 7.
verſ. iuxta prædicta. ff. de verb. obli. Inn. in c. innotuit.
poſt nu. 4. de eis, qui furtim ordines ſuſceperunt, & ita
Abb. in cōſ. 106. nu. 4. caſus ſuper quo. vol. 2. not. Cor.
in conſ. 98. col. ii. vol. 1. Alex. in conſ. 94. repetitus in
cauſa appellationis. col. 2. poſt nu. 4. & 5. vol. 7. & idē
in præiudicium minorum, vt per Soc. in conſ. 254. in-
cip. viſa, & conſiderata contingentia facti. & 5. verſi.
ſed contra præmiſſa. col. 2. ſequitur Gabr. in ſuis cōcl.
tit. de præſumpt. concl. 1. nu. 58.

Contrarium tàm in donatione hereditatis pupilli,
quàm in venditione rei ſuæ tenet Ang. ſub dubio ta-
men forſan in l. qui in aliena. ff. de acq. hær. & ibi Cu-
man. in addit. & Imol. etiam, qui Imo. tamen in ven-
ditione tenet contrarium.

15 Conſenſum præterea † probari per taciturnitatem,
auctor mihi eſt Fel. in c. cum omnes. num. 14. verſ. ex
his reſultat. de conſtit. Bart. in l. de ætate. §. qui tacuit.
ver. & ſic patet. ff. de interrog. act. & Fely. in c. cauſam
matrimonij. poſt nu. 4. verſ. ſecūda declaratio. de offi.
deleg. Andr. Barb. cōſ. 17. incip. à Ioue principium. in
prin. vol. 3. & conſ. 9. incip. illud in medium referam.
col. mihi 5. & 6. ver. & ſi dicat. vol. 4. & conſ. 62. incip.
Paulus Apoſtolus. col. mihi 9. in prin. verſi. præterea.
eo. vol. 4. Hipp. de Marſ. cōſ. 46. nu. 30. Barth. Soc. cōſ.
220. nu. 12. vol. 2. & conſ. 61. nu. 6. uol. 3. & de hac ma-
teria uide Doct. in c. qui tacet. de reg. iur. & in d. l. qui
tacet. ff. eo. tit. & Marſ. in ſuo ſing. 77. patiētia, ſeu to-
lerantia, in prin. ubi quam plurimos adducit, Dec. in
conſ. 264. non excedet è memoria. nu. 3.

16 Limita, ut non procedat † quādo agitur de incom-
modo aſſetii conſentientis ex taciturnitate, quia tūc
non præſumitur cō enſus interueniſſe, ita Barth. Soc.
conſ. 21. nu. 4. uol. 1. & reſpondit Barb. in conſ. 9. illud
in medium referam. col. mihi 5. uerſ. & ſi dicatur, uol.
4. unde dicere ſolebat Inno. in c. in Geneſi, poſt nu. 5.
uerſ. ſed licèt collatio, de elec. in actu concupiſcibili,
17 & honorabili tacentem prſumi conſentire † non au-
tem in actu oneroſo & dānoſo, quem ſequitur Abb.
in c. ueſtra. nu 6. uerſ. ſed contra hoc, de locat. Fely. in
c. cum omnes. col. 6. de cōſtit. Abb. in c. ex parte deca
ni. poſt n. 9. de reſcr. & retulit Ant. Corſet. in ſing. ſuo
381. taciturnitas. num. 1. & ſeq. atq; conſuluit Alex. in
conſ. 180. uiſo proceſſu inter Salomonem, nu. 4. uerſi.
præterea poſito, lib. 7. & in cōſ. 152. in cauſa & lite in-
ter Paulū, nu. 4. uerſ. primò, quia iſte teſtis, lib. 7. Cro-
tus in repe. §. morte. l. non ſolū, nu. 93. ff. de oper. nou.
nunc. & optimè reſpondit Soc iun. in conſ. 18. de tri-
bus quæritur, nu. 26. uer. & dixit Inn. uol. 3. & ſequitur
Mil. in ſuo repert. in uerb. cōſentire uidetur, qui tacet
in utili. atque Io. And. in reg. is qui tacet. nu. 6. uer. hęc
ſolutio, de reg. iur. in 6.

18 Secundò loco iſtud eſt limitandum † ut conſenſus
ex taciturnitate non præſumatur, quando agitur de
magno præiudicio, ſecùs de paruo, ita cauit Soc. ſen.
in conſ. 61. ſuper quæſtione, nu. 6. uer. ſed in his uol. 3.
& in conſ. 220. uiſis cōpromiſſo, laudo, et ſtatutis. poſt
nu. 10. uerſ. reſpondeo etiam, uol. 2. Crot. in repet. §.
morte. l. non ſolùm. nu. 93. de oper. nou. nūc. & repe-
tijt Ioā. Ant. Rubeus in repet. l. uniçæ, nu. 70. uerſ. uel
poteſt dici. ff. ſi cer. pet. Cephal. etiā reſpondit in conſ.
133. nu. 126. lib. 1.

19 Tertio loco iſtud limitabis, ut non † procedat, quo-
ad alium obligandum, nam tunc taciturnitas ꝑ con-
ſenſu non habetur, neque ex ea probatur, ut reſpōdit
Rom. in conſ. 311. in caſu propoſitę cōſultationis. nu.
3. iſtud autē, per l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de ꝑcur.
& l. ſicut. §. non uidet. ff. quib. mod. pig. uel hypot. ſol.
& Io. And. in reg. is qui tacet, nu. 3. de reg. iur. in 6.

Quòd quidem ſublimitandum eſt, ut non habeat
20 locum † fauore reipublicæ, eccleſiæ & pupilli, nā tūc
tacens habetur pro conſentiente in præiudicium al-
terius, ſic conſuluit idem Rom. in d. cōſ. 311. poſt nu.
3. & 4. ꝑ multa ibi ab eodem adducta, & Soc. in tract.
fallen. reg. 486. taciturnitas.

Quartò præterea loco limitandū tibi erit illud po-
ſtremum, ut non habeat locum in conceſſione ꝑpe-
tua, nam tunc qui tacet, non uidetur conſentire, ſecùs
erit in temporali, ut obſeruauit gl. in c. 2. in uerb. con-
tradicente, de his, quæ fiunt à Præla. & gl. in c. 1. in gl.
pen. de reb. eccl. nō alie. lib. 6. & Io. Andr. in reg. is qui
tacet. num. 16. de reg. iur. in 6. & Mil. in reper. in uerb.
cōſentire uidetur, qui tacet in temporali.

Quinimò

1 Quinimò conſenſum † probari per oſculum, ſancitum eſt in c. pacem. diſt. 2. de conſecr. & docuit Fel. in c. cum ſuper. de offic. deleg. nu. 4. verſ. ſecunda cauſa eſt, quod idem repetit Frãc. Niconit. in repet. rub. nu. 34. verſ. videmus in alijs terminis. C. de eden. atq; ſcriptum reliquit Io. Franc. Paui. in ſuo tract. de viſitat. in q. 8. 1. par. incip. octauo quæro.

22 Nec præteribo conſenſum etiam probari † per actus inualidos. Iaſ. conſ. 227. in 2. vol. col. mihi 12. verſ. decimoſexto facit, & conſ. 127. nu. 5. verſ. & ſi diceretur, vol. 4. qui plures adducit.

Hinc illud poteſt inferri, vt ultima voluntas quan-
23 tumcunq; imperfecta † declaret teſtatoris voluntatẽ, ſic cauit Roman. in cõſ. 179. ampliſſimè doctor. poſt nu. 11. verſ. quoniam reſpondetur, quẽ ſequitur Boer. in deciſ. 172. dominus. nu. 22. verſ. nam ex teſtamẽto, & Iaſ. vbi ſupra.

Hinc etiam inferebat Crauet. in conſ. 9. accuſatur
24 Titius. nu. 16. † teſtimonio impugnato, vti licere ad effectũ, vt oſtendat contrarietas teſtiũ, vt ibi per eũ.

Concluſioni quoque noſtræ, & illud conuenit, cõ-
25 ſenſum probari per epiſtolam † ad aliquid adhortãtem, ex ea nẽpè adhortatione præſumimur ipſi facto conſentire, quòd hoc exemplo patebit. Duo fratres communiter inter ſe vitam degeb ũt, non tamẽ erãt ſocij omnium bonorum, adeò vt filiæ alterius ex bonis communibus dos conficienda eſſet, alter vero frater habẽs filiam cui honeſtè illã collocaret. inuenit, verum futurus ſponſus maiorem ſibi conficiendam dotem cupit, & vrget, hinc pater filiã illi deſpondere ægrè fert, quod cum frater abſens rẽ cognouiſſet, fratri per literas ſignificat, ne honeſtã illam matrimonij conditionẽ, aut ignauiter, aut imprudẽter eius manibus elabi ſinat, quo audito pater matrimoniũ pficit, & dotẽ deſideratam conſtituit, ex iſtiuſmodi pfectò epiſtola argui conſenſum ſcribentis ſe voluiſſe ex cõmunibus bonis fratris filiæ dotem confici doctiſſimè tradidit Aymo. Crauet. de antiq. temp. §. vidimus, & abund. par. 1. nu. 43. & 44. quod & conſulendo probauit Soc. in cõſ. 291. col. 7. in fi. verſ. 3. princip. poſt nu. 1. verſ. ſed ad hoc rũdetur. vol. 3. & ad hoc eſt aperiſſimũ Iuliani reſponſum in l. cõſenſu. ff. de act. & obl.

Sed hoc poſtremum limitandum eſt, locũ ſibi tan-
26 tummodo vendicare in fratre, † in quo facilius præſumitur animus donandi ratione cõiunctionis ſãguinis, vt colligere eſt ex Alpheni reſponſo in l. ſi ſeruus. cõis. ff. de donat. int. vir. & vxo. & fuit obſeruatum in l. quæ dotis. ff. ſol. matr. quod quidem in alijs non pcedit, ita ſcripſit Aym. Crau. d. loco vbi ſup. nu. 44.

27 Quid ſi etiam conſenſum † probari per ſigillum dixero? vt monuit Bal. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. nu. 2. ff. de verb. oblig. huic pronunciato patrocinantur ea, quæ ſcripſit Affli. in 3. par. feud. tit. de prohibit. feud. alienat. num. 15.

Sed & de grege illo eſt axioma Soc. ſen. volentis cõ-
28 ſenſum nõ ſolum verbo † ſed etiam facto probari, vt ſi quis pro locatione aliqua nonnullis annis debitas penſiones receperit, illi enim locationi conſenſiſſe cenſetur, ſic reſpondit idem Soc. in conſ. 125. viſa narratione. n. 1. verſ. primum probatur, vol. 1. imò id fuit præcipuum Scęuolę reſponſum in l. Paul. ff. rem rat. hab. Paul. (inquit Scæuola) rñdit non tantùm verbis ratum haberi poſſe, ſed etiam actu, cõprobat id Soc. per Bal. in l. 2. §. fi. ff. ſol. matr. & in l. potuit. C. de iur. delib. & Bart. in l. pater. §. cum liberis. ff. de leg. 2.

29 Eiuſdem notæ † & illud, conſenſum etiam induci ex tranſmiſſione, & munerum receptione, atq; nominatione, ſic reſpondit Pariſ. in conſ. 51. conſiderata facti narratione. nu. 4. verſ. vbi Philip. Franc. vol. 4.

30 Eiuſdem claſſis eſt, conſenſum probari † per motũ humerorum, ſic tradidit Accurſ. in l. 1. §. ſi quis ita, in ver. annuiſſet. ff. de verb. oblig. & idem Accurſ. in leg. item quia. in verb. mutus. ff. de pac. Accurſium ſequitur Bart. in l. nutu. in princ. ff. de leg. 3. vbi ait, notariũ debere ſcribere, talem cõſenſiſſe ſtringẽdo humeros.

Verumtamen hanc Accurſ. & Bart. doctrinam refellit Iaſ. & cæteri ſcrib. in d. l. 1. §. ſi quis ita poſt nu.
31 12. verſ. in ea. glo. ibi humeris. ff. de verb. oblig. † nam vbi quis mouet humeros ſine inclinatione capitis, videtur magis dubitare, quàm affirmare, vt docet experientia rerum magiſtra. c. quàm ſit de elect. in 6. hos ſequutus eſt Iacob. de Nigris in repetit. d. l. 1. §. ſi quis ità. poſt nu. 37. ver. gl. in verb. annuiſſet, de verb. oblig.

32 Eiuſmodi eſt, quod dicturus ſum † nam conſenſum probari per percuſſionem palmarum, docuit Bald. in l. & in epiſtola. in prin. C. de fideicom. per ea quæ fuere obſeruata in prin. tit. Inſt. de verb. obl. cuius ſententiæ accedit, idem Iac. Nig. in repet. d. l. 1. §. ſi quis ira. nu. 37. verſ. adde etiam, de verb. oblig. ꝙ hoc exẽplo
33 planum facit Bal. ibid. † vt ſi interrogetur mutus, an ſibi placeat, vt vxor ſua habeat ſuum cubiculum, & ꝙ ſi ſibi placeat, attingat manũ vxoris, ꝙ ſi tetigerit, ex illa pcuſſione pbabiť tacitus cõſenſus, vt ibi p eũ.

34 Quibus & hoc quoq; adijcies, conſenſũ pbari † qñ quis annuit capite, vt docuit Accurſ. in d. l. 1. §. ſi quis ita verb. annuiſſet. ff. de verb. obl. & idem voluit in l. item quia in verb. mutus. ff. de pact. quam gl. ibidem ſequitur Pau. de Caſt. poſt nu. 3. ver. nota etiam, cuius ſententiæ ſubſcripſit Iac. Nig. in repet. d. §. ſi quis ita. l. 1. poſt nu. 38. verſ. item ꝙ conſenſus. ff. de verb. obl.

35 His proximum eſt, ꝙ tradituras ſum † etenim conſenſum probari ex ſola verborũ interpretatione, colligere eſt ex Vlp. reſpõſo in d. l. 1. §. ſi ita. ff. de ver. obl.

Vndè ex hoc inferre ſolebat Bal. Nouel. ad notabilem, quæſtionem, vt interrogo te, promittis mihi Stichum, & Pamphilum, tu dicis, diſſentio in Pamphilo an valeat ſtipulatio ad Stichum omiſſum, de quo fuit facta interrogatio? Ipſe concludit valere, quia tacitè colligitur ex iſtis verbis, quòd negando de vno, ideſt, de Pamphilo, cõſentit in Sticho, per c. nonne, de præſump. & l. cum prætor. ff. de iudic. ideò cum colligatur ex interpretatione verborum, valebit ſtipulatio.

Nec alio reſpexit, cum inſigniter dixit Mattheſ. in ſuo ſingulari 76. incipiente. Nota, quod poſito, vt poſito, quòd tibi facio poſitionem, quòd commodaui codicem, & volumen, tu reſpondens, nõ credo de codice, videris conſentire in volumine, d. ca. nonne. de præſump. cuius ſententiæ ſubſcripſit Franciſ. Curt. in ſuo tractatu poſitionum, & interrogationum poſito in l. 2. C. de iuram. calum. col. 2. nu. 11. verſ. & quia diximus, quod poſitiones, hoc idem ſecutus eſt Celſus Hugo in addit. ad Lanfr. de Orian. in c. quoniam cõtra in verb. reſponſiones, in addit. incip. adde Fely. in c. nam concupiſcentiam. de probat. qui hoc dictum Matth. refert, & ſequitur, & idem voluit Iac. de Neg. in repet. d. §. ſi quis ita. l. 1. nu. 2. & 3. verſ. nota primo. ff. de verb. oblig.

CONCLVSIO CCCCXVIII.

ARGVMENTVM.

Conſilij ſapientis, an præſumatur adhibita ſolemnitas à ſtatuto requiſita in ſentẽtia.

SVMMARIVM.

1 *Conſilij ſapientis ſolemnitas à ſtatuto requiſita non præſumitur adhibita in ſententia.*

2 *Sententia non poteſt exequi, niſi probetur, conſilium requiſitum ante eum interceſſiſſe.*

3 *Conſilium videtur de ſententia actus.*

1 Conſilii ſapientis ſolemnitatem à ſtatuto requiſitã † non præſumi adhibitã in ſententia, docuit Bal. in l. 1. nu. 8. C. ne lic. ter. prou. atque

& reſpondit Bal.d.conſ.250.aliàs 382.nu.1.verſ.itē nemo,& ſeq.vol.1.vel 5.& idē Bal. in conſ.410. in eā & queſtione Antonii,nu.7.verſ.contrariū dico,vol.2.ait
34 neminē p̄ſumi malū cōſiliū dare, † ſed aut bonū aut malū,p cōtex.in l.quoties.§.qui dolo. ff. de ꝓbat.& l. fi.C.ad l.Iul.repe. & hoc idē ſcripſit Boſſ. in ſua prac. crim.tit.de mand.ad homici.nu.60.ver.deinde ponit.

Nec illud ſilebo, cōſulere illum dici, vbi qs ſuadet maleficiū, rogat, conſtruit, vel ſubtilitatem futuram oſtēdit,vt traditū fuit ab Inn.in c. ad audientiā, nu.1. verſ.nota ꝙ ad hoc,in prin.de homi.atq; à Beat. Ant. in tract.excōm.c.5.incip.ſi qs ſuadente diabolo,nu.5. verſ. conſiliū aūt p̄ſtatur, & fuit obſeruatū à Card.in clem.1.5.oppo.de pe.& in clem.1.16.q.& ſeq.de foro compet.Sal.in l.1.C.de rapt.virg.& Carrer. vbi ſuprà, nu.138.verſ.cōſulere etiam dr̄,& declarat Cep.in ſuo conſ.cri.27. requiſitus extiti. col mihi.3. in prin. verſ. circa primum clarū eſt,& verſ. itē cōſiliū etiam dare.

Verùm hoc poſtremum intelligendū eſt, vbi quis inducit delinquentē ad maleficium gratia eius,cui ſit perſuaſio non gratia conſulentis,alioqui eſſet manda
35 tum † ſit enim mādatū gratia mandantis, conſilium verò,& perſuaſio gratia facientis, cui conſulitur & p̄ſuadetur,ſic docuit Bar.in l.non ſolū,§.ſi mandato,1. q.verſi.veniamus ad perſuaſionem, ff. de iniur. quem refert & ſequitur Carer. in d. ſua pract. crim. §. circa, num. 129.verſi.circa primum.

Hic multæ poſſent inſerri quæſtiones, vt differētiæ inter mādatū, & conſiliū atq; qua pena ſit alliciēdus, qui alteri cōſuluit maleficiū,& quot modis dicat̄ præſtare conſiliū, multæq; aliæ, ſed qm̄ extra noſtram ꝓpoſitā materiam probationū videtur eſſe, iccirco eas è medio relinquo, atq; hæc ſcire cupientē reiicio ad ea, q̄ in harum quæſtionum explicatione tradita ſunt vberrimè à Carret.in d.ſua prac.crim.d.§. circa,num. 128.verſ.ſequitur de conſulente, cū multis alijs ſeqq.

CONCLVSIO CCCCXX.

ARGVMENTVM.

Conſpiratio quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Conſpiratio eſt difficilis probationis.*
2 *Conſpiratio probatur per eoſdem coniuratores.*
3 *Participes criminis admittuntur ad probandum conſpirationem,& recuſantes compelluntur,etiam ſi iuraſſent nō reuelare,& de hoc precium recepiſſent.*
4 *Teſtes complices & proxenetæ admittuntur in crimine ſimoniæ.*
5 *Conſpiratio probatur per ſcripturam conſpirantium.*
6 *Conſpiratio probatur per ſcripturam, etiam ſi ſcripta ſit manu priuata.*
7 *Conſpiratio probatur per teſtes ſingulares & varios.*
8 *Coniuratio, vel rebellio conficitur ex varijs partibus, ſiue præparamentis.*

1 Conſpirationem difficilis † eſſe probationis, ꝙ occultè patrari ſoleat,nulliq; niſi cōſpirationes ſciāt, nulli dubiū eſt.Hinc dicere conſueuerat Bald.in l.qū
2 liberi.nu.3.C.de teſt.quē ſequitur ibi Pau de Caſt. † ꝑ eoſdem coniuratores probari conſpirationē,arg.l.cōſenſu.C.de repud. in med. & eſt contex. notab.in c.ſi. de teſtib.cogen.in quo loco habetur,ꝙ nedum admittuntur participes criminis, ſed ꝙ recuſantes compel-
3 lere debent, etiam ſi iuraſſent nō reuelare † & de hoc pretium recepiſſent,de quo eſt etiam bona gl.in cap. venerabilis,il 1.in verb.confeſſio in fin.de teſti. & tradit Marti.Lauden.in tract. de crimin.læſ.maieſta.q.8. reſpondit Alex.in conſ.13.nu.14.lib.6.& in conſ.120. nu.3.lib.7.ſenſit Iaſ.in l.3.§. ſi tibi in iud.num.4. ff.de condi.ob turp. cauſam, quem §.ipſe. iaſ.legit in l.1.d. tit. & facinm, quæ fuerunt animaduerſa per eundem Alex.in conſ.13 inſtit.nu.13.verſ. item per præfatam
4 rationem, lib.1. † vbi in crimine ſimoniæ eſſe admittendos teſtes complices & proxenetas ſcripſit.

Præterea probari per ſcripturam conſpirationem in
5 eadem ſubſcribentiū † vbi tale quid factionū patrare promittunt,tradidit Fely. in c.cum in eccleſijs. nu.5. col.2.de maior.& obed. vbi teſtes laudat Do. & Bart. in l.in ſenatus,ff.ad Turpil.Bald.& Sal.in l.ſciant, C. de probat.gl.& Bar.in l.non intelligatur,§.tacita,ff.de iur.fiſ.& à Bald. traditum fuit in ſua pract. in rubr. de proba.q.2.Sal.in l.ſing.C.de accuſat.Bal.in ſua pract. iudiciar.in rub.de quæſt.circa materiam probationis, quæſt. 1. nu.3.

Quod velim ſic amplies, etiam ſi talis ſcriptura eſ
6 ſet ſcripta † manu priuata, vt patet in ſcribente ſe recepiſſe vſuras,vt placuit Fely. in d.c.cum in eccleſijs, nu.5.teſtatur gl.c.ſanè.24.q.2. in verſ. eorum librorū, & tex.in clem. 1.de vſur.

Ad hæc probatur conſpiratio per teſtes ſingulares
7 & varios † vt de tempore,& loco, vel de præparamentis,dummodo oēs tendant ad probationē coniurationis, vel rebellionis, hoc etem facinus iſtiuſmodi eſt, vt perfici nequeat momento tp̄is, vel in vno loco,cōficitur enim coniuratio, & rebellio ex varijs partibus
8 † ſine præparamentis,meritò igit̄ diximus,quēlibet teſtem deponētem de actu ſingulari, & diuerſo ab alio deponente de tractatu, & conſpiratione, atq; cōiuratione,& eū probat & perficit,& hæc ſingularitas hoc, & illud non vitiat,ait Hip.de Marſ.cōſ.1.nu.63.teſtatur gl.& Doct.in ſimili in c. volumus. in verb. eccleſiæ.16.q.4.& in c.nihilominus,3.q.9.per Inn.in c.qualiter,& qn̄.de accuſ.& Accurſ.in l.ob carmen.ff.de teſti.Gram.conſ.crim.59.nu.10. vbi hoc argumenti genus examinat,& eum Petr.de Anch 440.inci.ex p̄dicta facti narratione in 2.dubio. vbi allegat iura & rationes,de quibus ibi per eū, & cum eo tranſit Crot. in tract.de teſti.par.7.nu.141. verſ.nona ſit conclu.

CONCLVSIO CCCCXXI.

ARGVMENTVM.

Conſtitutio, ſeu canonicorum ſtatutum quo pacto probari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio ſeu canonicorū ſtatutū per teſtes probari pōt.*
2 *Conſtitutio Pontificis Maximi teſtibus probari poteſt.*
3 *Gratia ſemper per teſtes probari poteſt.*
4 *Conſtitutio, vel ſtatutum ante ſcripturam non ligat.*
5 *Eſſentia legis non poteſt diſtingui, neque ſeparatim conſiderari ab obſeruatione ipſius legis.*
6 *Lex ſtatim cum a Principe lata fuit, eſt lex in ſui eſſentia, ſed vt liget ſubditos requiritur eius publicatio.*
7 *Lex, vel ſtatutū Principis probatur per teſtes, & ſcripturā.*
8 *Teſtes ſicut inſtrumenta in inferioribus parem vim habēt.*

1 Conſtitutio ſeu canonicorum † ſtatutū poteſt per teſtes probari cū ſcriptura de eſſentia legis non ſit, iuxta ſniam Ioan. And.in mercur.in illa reg. nemo poteſt ad impoſſibile,huc reſpexit Rot. deciſ.5. Nota ꝙ reſeruatio, aliàs 96.nu.1.in antiq. de probat. atteſtans Pontificis Max.
2 conſtitutionem † teſtibus probari poſſe,hoc idem tradit Rot.dec.246.alias prima,tit.de conſtit.in noui.incip.conſtitutio, ad cuius opinionis confirmationem acceditillud, ꝙ obſeruauere DD. de Rota. dec. 397. aliàs

aliàs 16.nota creditur, vbi concludunt, in inferiorib.
à Principe parē vim habere teſtes,& inſtra,quib.haud
dubiè rn̄det doctrina Mil. in ſuo repertorio verbo ꝓ
bari pōt ſtatutum canonicorū,huc nimirū referri pōt
ꝙ ſcriptū reliquit Bar.in l. de quibus col.9.nu.22.ver.
ſecundò probat̄ conſuetudo per teſtes,ff.de legi.vr̄ &
hoc ſentire Bal.in c.1.col 2.nu.7.verſ.quæro,quare in
conſtitutionib.de conſtit. nec hinc longè abeſt, ꝙ ip-
ſe Bal.clarius dixit in l.ſi qua per calumniā,col.7.poſt
nu.5.verſ.gratia aūt.C.de epiſ.& cler.loquens de gr̄a,
3 † quæ ſemper ꝑ teſtes probari poſſit, idē ſequutus eſt
Abb.in c.paſtoralis,col.2.verſ.ſed cōtra hoc ibi,quini
mo nō eſt de ſubſtātia iuris,de fid.inſtr.ꝑ c.1.de renūt.
in 6.idq; teſtat̄ Dec.in rub.de conſtit.col.7.verſ.vnde
cōcludendo dicamus. nu.36. quo in loco id latiſſimè
examinans in vtranq; partē argumenta in mediū af-
fert, quē tu ipſe conſulas, nec ab hoc receſſit Philipp.
Franc. in c.1. in 12.notab. per illū tex. de iureiu. in 6.
ibi,ſtatuta,cōſtitutiones,ꝙ idē ꝓbauit Fel.in d.rub.de
conſtit.col.2.nu.3.ver. tangunt & hic ſcribentes, aſſe-
* rens hanc * communē eſſe ſcribentium ſententiam.

Limita hanc concluſionē, vt locū habeat quantū
ad eſſentiā cōſtitutionis, vel ſtatuti,quia ſcriptura nō
eſt de eſſentia, ſed vt ex cōſtōne, vel ſtatuto obligatio
4 inducat̄,requirit̄ ſcriptura:† vnde ante ſcripturā cōſti-
tutio,vel ſtatutū non ligat.c.1.de poſtul.prælat.ibi,ſo
lenniter editū, ac publicè promulgatū, hoc idē tenet
Bal.in l.humanū,in fi.C.de leg.& in rub.de cōſtit.vbi
ſequit̄ Fel.col.3.verſ. nihilominus, quorū ſn̄iæ adhæ-
ret Hippol.de Marſi.in rub. C.de proba. col.7. & licet
diuerſum ab hac re videat̄ ſentire Dec. in d.rub.de cō
ſtit.poſt num.36.verſ.vlterius tn̄ vr̄,dū animaduertit,
5 † eſſentiā legis nō poſſe diſtingui,neq; ſeparatim cōſi
derari ab obſeruatione ipſius legis ex eo, ꝙ lex vr̄ ſu-
mere vires ab ipſa ꝓmulgatione,§.1.in auth. vt factæ
nouæ cōſtit.& in §.in his aūt Inſtit.de contrah. empt.
tn̄ nō rectè agit Dec.nā lex exiſtere pōt in eſſentia, &
ꝙ tn̄ nō ſit recepta in obſeruantia,qn̄ publicat̄, quod
Pauli rn̄ſo patet in l.duo filij.ff de teſta.tute.vbi ius in
6 ſe eſſe pōt,licet deficiat ꝓbatio† ideo lex eſt ſtatim cū
primū à Principe lata fuit in ſui eſſentia; ſed vt liget
ſubditos,requirit̄ publicatio.d.auth.vt fact.nou.cōſt.
vbi cōſtitutio eſt, licet non liget niſi poſt duos mēſes.

7 Secundò limita,vt concluſio procedat in lege† vel
ſtatuto Principis,ſecus eſt in inferiorib à Principe,iux
ta ſn̄iam Io.And. in d.reg.nemo pōt.de regu.iur.ideo
ſn̄ia non valet,niſi ex ſcripti recitatione,l.2.C.de ſen-
ten.ex breuicul.recitan & iſtud confirmat Bal.in rub.
de conſt.t.q.od refert Baibat.in col.1.ibidem.

Huic ſn̄iæ refragat̄ contex.in c.1.de iureiu. in 6.vbi
loquit̄ contex.de ſtatutis inferiorū à Principe,& in̄ di
cit ſcripta,& non ſcripta,vnde colligere poſſumus ex
illo aliqua inferiorū eſſe ſtatuta nō ſcripta, & ad hāc
ſn̄iam confirmandā ꝑtinent dec.1.aliàs 246.conſtitu-
tio,de cōſtit.in nou.vbi loquit̄ in cōſtitutione canoni
corū,ſiue capituli,& ſic in inferiorib.à Principe, & tn̄
ꝓbat̄ per teſtes, huc ēt ſpectat decıſ.347. aliàs 5.tit.de
offic.vicar.ſi ep̄s.verſ.de ſecūdo dubio,in nou.ſub nu.
3. vbi hr̄, ꝙ licet in delegatis Summi Pontif. requirat̄
8 ſcriptura,l.1.C.de mand.prin.† tn̄ ſecus eſt in inferio-
ribus, in quibus parem vim habent teſtes ſicut inſtru-
menta & idemmet Bal. ſibi cōtrarius tenet in l. ſi qua
per calumniam,col.2.C.de epiſc.& cleric.

CONCLVSIO CCCCXXII.

ARGVMENTVM.

Conſtitutum allegans quid probare debeat.

SVMMARIVM.

1 Conſtitutum allegans debet probare conſtituentem tempore conſtituti poſſediſſe.
2 Conſtituens ſi non poſſidet tēpore conſtituti, non transfert poſſeſſionem.
3 Traditio eius,quod non poſſidemus, à nobis fieri non pōt.
4 Conſtituentis poſſeſſionem non eſt neceſſe probare de tempore conſtituti in antiquis,ſed præſumitur.
5 Poſſeſſio temporis naturalis poteſt probari per inſtrumentū conſtituti ſine alia probatione poſſeſſionis conſtituti.
6 Conſtitutum allegans non debet probare poſſeſſionem conſtituentis,ſi agitur de ipſius, ſiue iuris hæredis intereſſe,ſecus cum agatur de præiudicio tertij,& nu.7.

Conſtitutum allegans id eſt ex cōſti-
tuto rem ſibi quęſitam
1 debet ꝓbare † conſtituentem tp̄e cōſtituti poſſediſſe,
aliàs non obtinebit, vt profitēdo ſcripſere Alex. poſt
gl.& Ang.in l.quis,§.ſi cōductor.nu.8.ff.de acq.poſſ.
vbi id dicit mēri tenendū, & ita ſe aliàs obtinuiſſe,&
quamplures conſulti idē reſponderūt, vt Dec. in cōſ.
251.nu.3.& in conſ.281.nu.1.& in conſ.400.col.pen.
in princ.Iaſ.tradidit in l.quotiēs col.4. C.de rei vend.
& in conſ. 148.nu.5. vol.4. quod & placuit Gozad.in
* conſ.42.nu.7.& hanc eſſe communem * ſcribentium
ſententiam eſt atteſtatus Rolan. à Valle in conſ. 79.
* nu.23.lib.1. communem etiam dicit Lauren. Chir-
coui.in ſuis communib. opin.concluſ.52.incip.con-
ſtitutum vt operetur,item docuit Dec. in l. cōtractus,
nu.15.& 16.ff.de reg.iur. Ang.ēt in l.2. in fi. C.de acq.
poſſ.& in l.quædam mulier ff.de rei vendi. Bal.quoq;
in l.1.C. qn̄ lic. ab empt. reced. & obſeruātit Bart. in
rub.C.de contrah.empt.q.16. & quamplurimi alij, vt
idem Bal.in l.ſiue aūt,§.1.ff de publ.in rem act.Fran.
de Orta in l.interdū,in fi.prin.ff.de acq.poſſ. Cor.cōſ.
53.lib.2.& conſ.292.lib.3.Anch.conſ.133.Calcan.in
conſ 29.magnificis,col.7.verſ. præterea qn̄, Ruy.cōſ.
143.viſis,col.3.verſ. nec obſtat cōſtitutum, lib.1.Grat.
conſ.69.cum ſermones,col.1.verſ.duodecimo conſi-
derandū,lib.1.Bertr.conſ.12.lib.1.& conſ.30. & conſ.
302.& conſ.347.eod.lib.1.Matheſ.notab.171.Afflic.
deciſ.40.Dec.conſ.247.in cauſa magnifici, col.2. ver.
non obſtat, quod ſupra dictum eſt, & conſ. 400. viſo
eleganti conſilio,col.pen.verſ.1.quod habeo.

2 Nam † ſi conſtituens non poſſidet tp̄e conſtituti ip
ſius,non transferri poſſeſſionē & ex conſequenti con
ſtitutarius non potuit acquirere, per text. qui ad hoc
ſolebat allegari in l.quamuis,§.1.& ibi gl.in fin Ang.
* Rom.Raphael de Corn.Alex.& oēs Doc. ff. de ac-
quir.poſſ.vbi ēt Alex.dicit ad hoc facere tex. in l.tra-
3 ditio,ff.de acq. rer. domi. † vbi traditio eius rei q̄ non
poſſidemus, à nobis fieri non pōt,idē voluit Ang.cōſ.
167.viſo,d.libello,in fi. & conſ.387, cōſultatio,col.1.
Oldr.conſ.114.factū tale, Bal.in conſ. 325. dubitat.1.
col.1.lib.1.Corn cōſ.5.viſo proceſſu, col.6.verſ. tamē
hæc non obſtat,lib.2.Matheſ.notab.67.not.ꝙ vendi
tor.& nota.170.not.vnam doctrinam.Guid.Pap.dec.
356.quos & quot,in princ.Catelia. Cotta in memor.
incip. pactio ciuilis, & prope alij infiniti congeſti per
Tiraq.de iure conſtit.limit.1.nu.2.

Primo loco limita, vt non procedat in antiquis, in
4 quibus non eſt neceſſe † probare poſſeſſionem conſti-
tuentis de tp̄e conſtituti,ſed illa præſumitur, ſic cōſul
tus reſpondit Barth.Soc.in conſ. 187.col.5. verſ.2. ra-
tione,vol.2.nu.19.Dec.etiam in conſ.302.col.1.verſ.
non obſtat,nu.9.atq; Ang.in d.l.quamuis,§.ſi condu-
ctor,in fi.ff.de acq.poſſ.& in l.2.ff.eod.titu.quod &
ſenſit Hippol. de Marſil. notab.521.qui vult fundare,
Caſſan.in conſuet. Burgun.tit.de ſucceſſio. §.1.col.3.
verſ.limita tn̄ iſtud, Tiraquel.in tract. de iure conſtit.
3.par.1.limita. nu.19. in quo loco de mente Soc. in d.
conſ.187.declarat.Panorm.in cap.cum nobis. de præ-
ſumpt.dū ille col.3.voluit,poſſeſſionem temporis im
memorabilis poſſe probari per inſtrumentū conſtitu-
ti,debere intelligi ſine alia ꝓbatione poſſeſſionis cō-
ſtituti,aliàs eius dictum eſſet friuolum ex adductis ibi

per

per eũ, & cauit Soc. conſ. d. 187. in cõtrouerſia, in verſ. 3. probatur, & confirmauit Paul. Caſt cõſ. 50. in cauſa, verſi patet etiam in inſtrumento, quibus adhæſit Aymo Crau. in ſuo tract. de antiq. tempo. par. 1. §. viſo de famã. nu. 20. fol. mihi 121. vbi latè id examinat.

5 Secundò limita, vt iſtud nõ procedat, † quoad tertium, cũ ſcilicet agitur de præiudicio tertij, ſed tantũ
quoad ipſum conſtituentem ſiue eius hæredes, cum quo ad eorũ præiudicium ſufficiat ipſum conſtitutũ, & cũ rebus recentibus ſine alia probatione ipſius poſſeſſionis, vt nota. Bal. in d. l. ſi excuſantur, §. 1. de publi. in rem act. & Purpu. in l. is apud quem, num. 102. C de eden. Ruin. in conſ. 46. viſa facti, nu. 13. lib. 4. Socin. d. conſ. 107. col. 5. verſ. ſecunda ratio, lib. 2. & d. cõſ. 106. col. 1. lib. 3. & obſeruauit latired. Lanfr. Bal. in ſuis cõcluſ. centur. 3. concluſ. 275. incip. quid dicitur.

Intellige iſtã ſecundam limitationem, vt locum ha
6 beat † niſi iſte tertius habeat cãm poſteriorem ab ipſo
conſtituente, tunc enim ei ita p̃iudicabit ſicut ipſi cõſtituenti, Soc. in conſ. 11. col. 1. verſ. & pro prædictorũ, lib. 3. & ante eũ Bal. in c. cum veniſſent. de reſtit. ſpol. ſequitur Tiraq. de iur. conſtit. 3. parte, 1. limit. iii.

CONCLVSIO CCCCXXIII.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo cum difficilima ſit probatu, cui incumbat onus ipſum probandi.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo eſt difficilis probationis.*
2 *Conſuetudo mutabilis eſt.*
3 *Conſuetudo vt probetur, probari debet generaliter, à pleraque parte populi fuiſſe cognita.*
4 *Conſuetudo quia plene probari debet, opus eſt diligentia in formandis articulis ſuper eius probatione.*
5 *Iuramentum ſuppletiuum non defertur in probanda conſuetudine.*
6 *Conſuetudo plene probanda eſt, ſi principaliter de ea in iudicio agitur.*
7 *Conſuetudo generalis per totum orbem terrarum quomodo probatur.*
8 *Teſtes ſingulares in probandã generali cõſuetudine paſſim admittuntur.*
9 *Conſuetudo, ſiue ſtylus reſpiciens deciſoria cauſæ non ligat forenſes.*
10 *Conſuetudo reſpicit cauſæ deciſoria, cum reſpicit modum probandi.*
11 *Conſuetudo, vt credat̃ libro mercatoris, non ligat forenſes.*
12 *Conſuetudo vnius loci non poteſt inducere, nec arguere conſuetudinem alterius loci.*
13 *Conſuetudo quia eſt ſtricti iuris, non extenditur de loco ad locum, nec de perſona ad perſonam.*
14 *Conſuetudo vnius ciuitatis debet extendi, & obſeruari in caſtris & locis conuicinis.*
15 *Conſuetudo odioſa ſtricte eſt interpretanda, & nõ debet extendi ad alium caſum et ſimilem ex maioritate rationis.*
16 *Iudex poteſt de conſuetudine allegata coram ipſo ſe extraiudicialiter inſtruere.*
17 *Quod dicitur de conſuetudine, intelligitur de præſcripta.*
18 *Verba legis ſecundũ propriã ſignificationẽ intelligi debent.*
19 *Conſuetudo plene probare debet & quare.*
20 *Conſuetudo ſemper debet probari per illum, qui illam allegat, & nu. 26.*
21 *Conſuetudo per vnum teſtem probari non poteſt, nec per iuramentum ſuppletiuum.*
22 *Cõſuetudo cũ veriſimiliter pluribus debeat eſſe nota vnius teſtimoniũ circa eam non facit ſemiplenam probationẽ.*
23 *Iuramento ſuppletorio non eſt locus, qñ agitur de probanda conſuetudine, quæ viguit in illo loco. & viget.*
24 *Vnus teſtis, & iuramentum partis ſufficiunt ad probandã ignorantiam conſuetudinis alterius ciuitatis, vel loci.*
25 *Vnius teſtis depoſitio, & iuramentum ſuppletorium ſufficiunt ad probandam conſuetudinem multum antiquam.*
26 *Allegãti conſuetudinem incumbit onus probandi.*
27 *Conſuetudinem probare non eſt opus, ſi notoria eſt, ſed ſufficit, quod ſimpliciter fuerit allegata.*
28 *Iudices conſuetudinem notoriam poſſunt ſupplere.*
29 *Conſuetudine Angliæ maior natu ſuccedit.*
30 *Conſuetudo notoria non indiget probatione.*
31 *Conſuetudo notoria probatur ex inſpectione plurium inſtrumentorum.*
32 *Conſuetudinis allegatio poteſt fieri etiam poſt concluſionẽ in cauſa.*
33 *Conſuetudo, quæ reſpicit ordinẽ procedendi, eſt modici præiudicij, & eam allegans non cogitur probare, quia de illa iudex poteſt ſe inſtruere.*
34 *Conſuetudo, quæ propriè vocatur ſtylus fori, & curiæ, non indiget antiqua probatione.*
Conſuetudo extrinſeca plene probari debet. ibi.
35 *Conſuetudo, quæ vocatur ſtylus, inducitur ſolum à iudice aliquo maiore, qui habet poteſtatem leges condendæ.*
36 *Conſuetudo & ſtylus curiæ requirunt plenam probationẽ quando reſpiciunt litis deciſionem.*
37 *Vidua petens veſtes lugubres, & viduatia ex cõſuetudine loci, non tenetur probare conſuetudinem.*
38 *Conſuetudinem generalem per vniuerſum mundũ nemo tenetur probare, & quare.*

1 Conſuetudinem eſſe † difficilis probationis dixere Ang. Aret. in §. ex non ſcripto, verſ. quæro an teſtes. Inſtit. de iur. natur. Bar. & Doct. in l. de quib. ff. de ll. rñdit Fulg. in conſ. 6. Rol. à Valle in cõſ. 53. nu. 33. vol. 2. atq; Burſat. in cõſ. 57. nu. 20. in fin. & Pariſ. etiam
2 conſ. 31. nu. 15. vol. 1. vbi hanc reddit rationẽ † quia ſit
mutabilis, iuxta ſnĩam Hoſtien. in ſua ſumma, titu. de cõſue. idẽ cauit Rom. ſing. 369. ſcripſit Bar. in l. filius, & habetur obſeruatũ in gl. c. fi. circa mediũ, & verſ. & ſic vñ. ꝑ ſit difficilis, de conſuet. quam gl. ſequũtur ibi Hoſt. qui dicit quaſi eſſe probationem impoſſibilem, Io. And. col. 2. & Fulg. conſ 6. quidam, in ... & Abb. conſ. 53. prædicta. in 2. vol. latè Rebuff. in tract. de cõſue. gl. 3. nu. 2. Vldaric. Zaſius in d. l. de quibus. nu. 22. verſ. ad quartũ punctum. ff. de legib. & proſequit̃ latè Roc. de Curte in tract. de conſuetudine, ver. tertio cõſuetudo eſt, nu. 244. & Rol. à Valle in conſ. 71. viſo proceſſu, nu. 2. verſ. nec obſtat, lib. 1. Nam cũ opus eſt probare
3 bare eſſe † quid de conſuetudine, neceſſe eſt, vt probe-
tur generaliter à pleraq; parte populi eam fuiſſe cognitam, alioqui non erit probata conſuetudo, vt repetijt Zaſius in repet. d. l. de quib. nu. 17. ver. circa quod. ff. de legib. quod quidem quam difficilè ſit probatu lector tu videris, vnde non immeritò dicere conſueuerat Card. Floren. in c. fi. q. 4. in fi. de conſuet. quem ſe-
4 quitur Aymo Crau. in conſ. 325. nu. 1. magna † opus
eſſe diligentia in formandis capitulis ſuper probatione huius conſuetudinis. Nam plenè probari debet, vt tradidit Bar. in repet. l. 2. q. 27. C. quæ ſit long. conſuet. cum nec etiam deferatur iuramentum ſuppletiuum
5 † in probanda conſuetudine, ſi credimus Bal. in d. l. de
quib. col. antep. verſ. item vbi agitur de probãdo, illũ ſequitur Alex. conſ. 173. col. 2. in fin. lib. 6. reſpondit Soc. ſen. in conſ. 141. viſis actis, nu. 1. verſ. quibus ſuppoſitis, vol. 4. Roc. de Curt. in tract. de conſue. nu. 644. & ſeq. ver. ꝑ in his, iſtud poſtremũ, quod plenè probã-
6 da ſit conſuetudo, ſic velim intelligas † ſi principali-
ter, de ea in iudicio agatur, ſecus ſi ſecundario, & incidenter, quia tunc ſufficiet ſemiplena probatio, ita reſpondit Guid. Pap. conſ. 131. nu. 2. verſ. ad ſecundum quæſitum, & docuit Bar. in d. l. de quib. d. colum. 22. d. ver. ſecundo probatur conſuetudo.

7 Si verò quis probare velit † generalẽ eſſe conſuetudinem

Digitized by Google

dinem per totum terrarum orbem, ſatis erit, ſi proba-
uit ita conſtare conſuetudinem in vrbe Rom. dūmo-
do, in loco particulari non conſtet de contraria con-
ſuetudine, vt voluit Cur. iun. tractatu feudo. in 1. par.
q. 1. nu. 16. quem omnino conſulas.

Et iſtud commodè fieri poterit ēt per teſtes ſingula
8 res, qui in probanda generali conſuetudine † paſſim
admittuntur, teſte Alex. in conſi. 172. viſis & opportu
nè diſcuſſis, nu. 10. verſ. opponitur ēt contra dictos te-
ſtes, vol. 2. per gl. fin. verſ. ego vidi, in l. ob carmen. ff.
de teſti. idem Alex. reſpondit in conſ. 72. inſpecto dili
genter proceſſu, nu. 2. & 4. vol. 1. & in conſ. 141. ponde
ratis, nu. 2. verſ. præterea teſtes, eod. vol. 1. & in cōſ. 18.
conſideratis his, nu. 9. vol. 3. Dec. etiam in conſ. 640. in
cauſa, vt vulgò dr̄, nu. 11. verſ. quo caſu, cauit Cœpol.
in conſ. ciuil. 3. nu. 9. verſ. & licet iſti teſtes, ibi, ſecun-
da eſt ſingularitas, tradit Bald. in conſ. 207. quia dicta
Domina Paganolla, vol. 4. & in conſ. 514. ad euiden-
tiam præmittendum eſt, nu. 4. vol. 5. vbi teſtatur hanc
* ſententiam eſſe communiter * à ſcribentibus receptā,
idem Bal. in l. rogaſti. §. ſi tibi, col. 2. ff. ſi cert. pet. Fely.
quoque in c. licet ex quadam, col. 4. verſ. 2. limita pr̨
dicta, vt nō habeat locum, de teſtibus, & proſequitur
Petrus de Rauenn. in tractatu de conſuetudine, col.
22. quærit etiā, an per teſtes ſingulares, nu. 198. Roch.
de Cur. in eod. tractatu de conſuetudine. nu. 620. verſ.
quinta eſt dubitatio, & nu. 621. verſ. & prima opinio.

9 Præterea illud animaduertas, cōſuetudinem † ſiue
ſtylum reſpicientem deciſoria cauſæ non ligare forē-
ſes, ſecus ſi fuerit ordinatoria iudicii, vt docuere glo.
* Ant. de Butr. Abb. & communiter Doct. oēs * in c. ꝙ
clericis. de for. compet. & in c. eccleſia S. Mariæ. ibi la
tè Fely. col. 10. & col. 29. de conſtitutio. reſpicit verò
10 cauſæ deciſoria † quum reſpicit modum probādi, vt
exempli gratia patet de libro priuato mercatoris pro-
ducto in iudicio, vtrum ei adhibeatur plena fides, tūc
profectò proculdubio dr̄ reſpicere deciſoria, & non
ordinatoria, vt protulit Bart. in l. ictus fuſtiū, C. ex qb.
cauſis infam irrogetur. Bal. in l. 1. C. quæ ſit longa cō-
ſuetudo. & per alia adducta per Franciſ. Viuiū in ſuis
communibus opinionibus in verbo, conſuetudo, vbi
11 ſentit ex ſupradictis † conſuetudinem illam, vt creda
tur libro mercatoris, non ligare forenſes.

Conſuetudo enim quotieſcunque eſt localis, non
ligat niſi ſubditos, vt ait Oldradus in conſ. 248. Rom.
conſ. 163. Petrus Duen. regula 145. vbi latè hanc do-
12 ctrinam proſequitur. & in regula 146. & ratio eſt † qa
ex conſuetudine vnius loci non poteſt argui, nec in-
duci conſuetudo alterius loci, vt ita fuiſſe tentum per
DD. de Rota in vna Cauerien. decimarū corā Tolo-
meo eſt atteſtatus Ant. Mar. Papazo. in addit. ad dec.
ſextā, aliàs 460. quærit de conſuetu. in nou. num. 10. &
conſuluit Dec. conſ. 483. pro reſolutione, num. 22. vbi
13 † quia conſuetudo eſt ſtricti iuris, non extendit̄ de lo-
co ad locū, nec de perſona ad perſonā, & idē docuit
Alex. conſ. 68. nu. 1. lib. 2. & in conſ. 25. in fi. lib. 5. tra-
dit Dec. in c. 1. nu. 27. col. pen. in fi. de prob. Quo pacto
autem iſtud de extēſione intelligendū ſit, & in quib.
caſibus procedat, conſulas Vldar. Zaſi. in repetitione
l. de quibus, nu. 46. verſ. circa vim extenſiuam, de legi
bus, quo in loco format ſeptem concluſiones pro di-
lucidatione materiæ.

14 Iſtud tamen ſic accipies † vt conſuetudo vnius ci-
uitatis debeat extendi & obſeruari in caſtris, & locis
circumuicinis, ita ꝑ ſingulari obſeruauit Amanelli.
de claris aquis in ſingula. 231. Nota, quòd conſuetu-
do, tomo 2. ſingul.

Secundò velim, vt intelligas, hoc ſibi locū vēdica-
re, ſi conſuetudo ſit odioſa, quia tunc vti ſtrictè inter-
15 pretanda, non debet extendi ad aliū caſum † ēt ſimi-
lem ex maioritate rationis, vt conſulendo tradit Nat.
in cōſ. 435. nu. 22. Rolan. à Vall. in conſ. 53. nu. 34. vol.
2. & conſ. 69. nu. 24. vol. 3. Secus verò quando conſue-
tudo eſt fauorabilis, eodem enim caſu extenditur, ita
declarat Burſat. in conſ. 50. nu. 38. lib. 1.

Nec illud omiſerim, poſſe iudicē de conſuetudine,
16 ſi allegetur corā ipſo † extraiudicialiter ſe ipſum in-
ſtruere, ſic ſcripſit Bar. in l. lege Cornelia. ff. de teſtib.

Eſt etiam hic aduertendum, ꝙ cum verba facimus
de conſuetudine, intelligendū eſt de præſcripta, iuxta
gl. in c. mos. 1. diſtin. tex. cum gl. & ibi ſcriben. in c. Cu
mana. de elect. Bal. in c. 1. de feud. cog. col. 1. vbi inqt
17 † ꝙ illud quod dr̄ de conſuetudine, intelligitur de
præſcripta, nam anteꝗ̄ ſit præſcripta, non dicitur con-
ſuetudo, ſed voluntas inducendi conſuetudinē. Alex.
in conſ. 173. col. 1. lib. 6. Dec. conſi. 1. num. 10. & conſ.
483. nu. 26. latè Roc. de Curte. in tractatu conſuetudi.
gl. fi. char. 25. col. 1. & 2. & charta 26. col. 2. in paruis,
Beroald. conſ. 157. col. 3. lib. 3. quòd eo maximè pro-
cedit, ſi mentio conſuetudinis reperitur facta à cano-
ne, vel à lege, iuxta ea quæ habentur in l. de quib. ff. de
legi. per Roc. de Curte d. tract. dicta carta 25. col. 3. &
18 4. & † quoniam verba legis debent intelligi ſecundū
propriam ſignificationem, Bar. in l. ita vulneratus. ad
l. Aquiliam. & Bal. in l. ſi quis, C. de interdict. matrim.
int. pupillos, & quia etiam appellatione conſuetudi-
nis intelligimus de conſuetudine propria quæ talis dr̄
cum præſcripta ſit, vt patet ex præmiſſis, & notat Iaſ.
in l. de quibus, ſub num. 44 ff. de legib.

19 Conſuetudinem inſuper plenè † probari debere, tra
dit Bar. in repet. l. 2. q. 27. C. quæ ſit long. conſuetu. vbi
Cyn. poſt nu. 20. verſ. item dicit, & idē Bar. in l. de qui-
bus, num. 22. verſ. 2. probatur cōſuetudo, ff. de leg. Soc.
ſen. in cōſ. 141. viſis actis, nu. 1. verſ. quibus ſuppoſitis
vol. 4. Roch. de Curt. in tract. de conſuetud. nu. 644. &
ſeq. verſ. quod in his. Borgni. Caualca. in tract. de tut.
& cur. nu. 44. verſ. corroboratur, ſequitur Crau. conſil.
325. num. 1. Lauren. Silua. in conſ. 45. nu. 52. citat Iaſ.
in l. de quibus, ff. de leg. Henric. Bouer. in ſing. in verb.
ſtylus & conſuetudo, num. 7. & ratio eſt, quia conſue-
tudo eſt facti, ideo probari debet, glo. in l. 1. C. quæ ſit
long. conſuetud. Barto. in l. præſcriptione. C. ſi contra
ius, in fi. & Vldar. Zaſ. in d. l. de quib. nu. 3. ff. de legib.
Rolan. à Valle in conſ. 71. viſo proceſſu, nu. 20. verſ.
nec obſtat, lib. 1. Natt. in conſ. 554. nu. 25. verſ. poſtre-
mò, lib. 4. Ioann. Crot. in conſ. 64. M. conſules, nu. 17.
lib. 1. & in conſ. 131. conſilijs noſtris, nu. 51. eod. lib. &
Guid. Pap. ſingul. 26. Pariſ. in conſ. 25. primo aſpectu,
20 nu. 18. verſ. omnia enim, lib. 1. † & ſemper debet pro-
bari per illum, qui illam allegat, vt cauit Dec. conſil.
483. nu. 28. Ioan. Fab. in §. ex non ſcripto, Inſti. de iure
natur. gen. & ciuil. & ita ait Marian. Soc. cōſ. 65. n. 36.
vol. 1. teſtantur Doct. in c. fi. de conſuetu. Corn. conſ.
83. col. 5. vol. 4. Alex. conſ. 67. vol. 6. Bar. in d. l. de qui-
bus, num. 6. ff. de leg. Iaſ. in l. cum prolatis, nu. 9. ff. de
re iudic. Soc. ſen. in conſ. 3. capio primum, nu. 27. verſ.
quoniam ad hoc, vol. 4. & in conſ. 46. elegāter, & ſub-
tiliter, num. 51. verſ. poſtremò aduerſatur procurator,
vol. 4. Hieron. Cagn. in repet. l. quis maior, nu. 52. C. de
tranſact. & Marian. Socy. in repet. l. iſta ſtipulatio, nu.
224. ff. de verb. oblig.

21 Vnde cum plenè debeat probari cōſuetudo, fit † vt
per vnū teſtem non poſſit probari, neque ēt deferri iu
ramentum ſuppletiuum, vt Bald. docuit valde notan.
in d. l. de quib. ff. de legib. quē refert Lanfran. de Oria.
in repet. l. admonendi, nu. 80. verſ. 22. concl. ff. de iure-
iur. & ibi Iacob. Petr. de Ptolom. nu. 47. verſ. 22. & Cac
cialup. ibid. nu. 162. verſ. 34. voluit etiam Alex. conſi.
173. lib. 6. atque Crau. conſ. 325. nu. 1.

Cuius axiomatis ea ratio eſt, quia cū veroſimiliter
cōſuetudo debeat eſſe nota pluribus, licet duo teſtes
22 faciant plenā probationē † vnius tn̄ teſtimoniū non
facit ſemiplenam eo caſu, ex eo enim tn̄, quod vnus
teſtis probabit in re veriſimiliter pluribus nota, emer-
git quædam præſumptio contra producentem, per
quam detrahitur illi ſemiplenè, quò fit, vt iuramento
ſupple-

ſuppletorio,ſicuti dicebamus,non ſit locus,ita tradidit Bal.ſatis inſignitè,in d.l.de quib.de legib.quem refert & ſequitur Caccialup.in d. repet.l.admonēdi, nu. 162.verſ.34.de iureiur.

Quod quidem poſtremum de iuramento ſuppleto
23 rio ſic velim limites,& intelligas,† vt locum tunc nō habeat,qñ agiť de probanda cōſuetudine,quæ viguit in illo loco & viget, tunc enim verū eſt illud de præſumpta notitia in illo loco, iuxta ea, quæ fuere obſeruata in l.ſi tutor.C. de pericul. tutor. & in l. cū quidā, §.ꝙ dř.de acq.hæred. ſecus ſi tractaretur de probanda conſuetudine alterius ciuitatis, vel loci, nā tunc eſſet probabilis ignorantia illius conſuetudinis,ideò ad il-
24 lam probandā ſufficeret† vnus teſtis,& iuramentum partis,arg.eorum,quæ animaduerſa ſunt in c.1.de cōſtit.lib.6.cum ſimil.vt meminit Caccialup. vbi ſuprà, eo.nu.162.verſ.quod tamen limitant.

Poſteriori loco illud de iuramento ſuppletorio ſic accipies,& limitabis,vt non procedat,qñ ageretur de probanda conſuetudine multum antiqua, nā tunc cū veriſimiliter vix ſit inuenire aliquem,qui recordetur
25 † ſufficeret depoſitio vnius teſtis, vt hoc iuřm deferri poſſit ad illam probandam, vt notatur in authen. ſed cum teſtator.C.ad l.falcid.dum ibi ſit mētio de facto antiquo,vel implicito,& in l.ſi arbiter,ff.de proba. ſic idem Caccialup.in repet.d.l.admonendi,d.num.162. verſ.item eſſet dicendum.ff.de iureiur.

26 Quòd verò allegāti eam † incumbit onus ꝓbandi, tenet vltra iam ſuperius allata etiā Pariſ. conſ.51.nu. 14.vol.1.& idem in conſ. 10.num. 14.vol.4.limitabis iſtud,niſi huiuſmodi conſuetudo ſit notoria. quia ꝓ notorietatē eius non eſt opus eā probare,ſed ſufficit,ꝙ
27 ſimpliciter † fuerit allegata , vt auctor eſt Accur. in l. ciues.C.de appellat.Ioan.Fab.Inſtit.de iur.nat.gen.& ciuil.§.ex non ſcripto,verſ.circa quintū,Rom.in cōſ. 51.in prin.Calcan.conſ.82.col.2.Iaſ.in leg. 1.col.8.in prin.ff.de oper.nou.nunciat.& Marian Soc. conſ.67. nu.1.vol.1.Pariſ.in conſ. 13.attingendo articulū peritorij,nu.32.verſ.eo etiam vol.1.Nat.in conſ.218.licet de iure,num.5.libro 1.& in conſilio 391.ſit difficultas numero 6.lib. 2. & in conſ.575.ſubtiliter, nu.36.lib. 3.& conſ.110.quamuis,nu.8.eod.lib. Soc.iun.d. conſ. 65.nu.39. cum ibi ad hoc collectis,vbi (ꝙ plus eſt)ait,
28 † iudices hmōi cōſuetudinē poſſe ſupplere,& ad hoc probandū adducit Bal.in l.filiusfam.§. veterani,ff.de procura.& Alex.cōſ.14.in prin.vol.5. Imo.Cyn. poſt Iac.But.& Iac.de Aret.in l.2.C.quæ ſit long. conſuet. vbi ait, hmōi conſuetudinem notoriam non eſſe ne-
29 ceſſe vt probetur † afferendo exemplū de conſuetudine Angliæ, vt maior natu ſuccedat, cui etiam opinioni accedit Soc.d.conſ.65.nu.40.

30 Quòd autē huiuſmodi conſuetudo notoria † non indigeat probatione,tenet Cur.iun. in tractatu feudorum in prima par.q.1.nu.13.cum ibi allegat.vbi inqt, iudicem teneri ſupplere,& de ea inquirere,quod & ꝓbat Guido Pap.in ſing.912. nu.1.

Sed aliter opinari vř Crau.in tractatu de antiquita
31 te tēpo.in 1.par.§.ampliatur,nu.16.vbi ait † huiuſmodi cōſuetudinem notoriā probari ex inſpectione plurium inſtrūorum,probat id per l.vetuſtiſſima,C.de iur. domi.impetr.& ibi Ang.Curt.iun.in conſ.106. col.2. & vltra eos idē voluit Dec.conſ.1.nu.9. veruntamen idem Curt.iun.in conſ.60.nu.5.ait ex multis adductis non egere probatione,ſed ſufficere eam allegare, ſed ſibi ipſe contrarius ſecus ſenſit in d.conſ.106.quod ēt confirmauit in conſ. 52. nu.10. & quod ſufficiat allegare,tradidit Tiraq.in tracta.de præſcrip. §.1.gl.2. fol.
32 8.verbo ſed quæſtionis eſt,vbi quoque ait † huiuſmodi allegationē poſſe fieri etiam poſt concluſionem in cauſa,teſtatur ad hoc Ant.de Butr.in c.peruenit,de emptione,& vendit.& Alex.in l. 1.col.2.C.vt quæ deſunt aduoca.

Secundo loco limitare poteris, vt non procedat in
33 conſuetudine,quæ reſpicit ordinem procedendi † quia illa eſt modici præiudicij, vnde eam allegans non cogitur probare:quia de illa iudex poteſt ſe inſtruere,ſed ſecus eſt in conſuetudine, quæ reſpicit deciſionē cauſæ,illa namque legitimè probari debet, vt colligere eſt ex ſupra notatis in concluſione,& ita ſenſit apertè Dec.in d.cōſ.483.nu.29. vbi teſtem laudat Bar. in d.l. de quib.ff.de legib.verſ.2.probatur conſuetudo, & vltra eos ſcribit Ioan.Fab.in §. ex non ſcripto. Inſtit.de iur.natural.gent.& ciuil.

34 Tertiò limitabis in conſuetudine † quæ propriè vocatur ſtylus fori & curiæ,vbi agitantur cauſæ, quo caſu non eſt opus antiqua probatione huiuſmodi conſuetudinis,ſed iudex ſi de ea dubitat,dēt ſe (vt aiunt) informare,ſecus in conſuetudine extrinſeca, quæ plenè probari debet,vt traditum eſt ſup.in concl.& Dec. protulit in d.conſ.483.in fi.vbi ait,ita ſentire Alex. in l.quarta.§.hoc autem iudicium,ff.de dam.infect.col. penul.verſ.item iudex ſupplet, vltra eum addas idem ſenſiſſe Aret.qui de hac conſuetudine loqui vř in cōſ. 127.in cauſa Dominæ Antoniæ,in 2.col.verſ.ad ſecūdum.& Alex.conſ.1.col.fi.vol.6.& explicabitur infra
35 in concl.ſtylus,vbi ꝓpria huius materiæ eſt ſedes† cū hmōi cōſuetudo propriè, vt dixi, vocetur ſtylus,neq; iudicatur à toto populo,aut eius maiori parte, ſed ſolùm à iudice aliquo maiore, qui habeat poteſtatē legis condendæ:ſic docuit Bar.in repet.d.l. de quib.col. 4.in fine,& Aymo Crau.in ſuo trac.de antiq.temp.in 4.par.in 1.§.nu.36.vbi de hoc latè.

Sublimita huiuſmodi limitationē nō habere locū
36 † qñ conſuetudo,& ſtylus curiæ reſpiciunt litis deciſionē, quia tunc non ſufficit dicta informatio iudicij, ſed requiritur plena probatio, vt paulo ante diximus, & conſulendo ſenſit Soc. ſen.conſ.36.nu. 11.vol.4.& conſ.39.nu.27.& ſeq.eod.vol.

Quarto loco limitare tibi licebit, vt non ꝓcedat in
37 vidua petente veſtes lugubres † & vidualia ex cōſuetudine loci, quia non tenetur probare talem cōſuetudinem, ſed incumbit hæredibus onus probandi cōſuetudinem contrariam,vt decidit Ant. Capic. deciſ.26. nu.2.Alex.ēt in l.ſi ex re,§.illud, ff.de ſtip ſer.& Ang. in l.ſed vſuſfructus.§.dos legata,ff.ad l.falcid.

Poſtremò limitabis in conſuetudine generali per vniuerſum mundū, quia illam quis non teneť proba-
38 re † cum ꝓp eius generalitatem videať tranſiuiſſe in ius commune non ſcriptū,§. ex non ſcripto, Inſtit. de iur.natur.& ſcripſit Bal.in l.poſt dotē, ff.ſol. matrim. chart.& quod etiam placuit Dec. conſ. 483.nu. 20.& Capici.in dec.176.nu.21.meminit huiuſmodi conſuetudinem abijſſe in ius gētium,teſtatur Imo. in l.1.col. 4.ff.ſolu.matri.Curt.iun. in tract.feudorum,1.par.q.1. nu.16.& infra fuſius dicetur.

CONCLVSIO CCCCXXIV.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo an & quomodo probetur per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo probatur per teſtes.*
2 *Vſus populi, frequentia actus & diuturnitas temporis deponi debent à teſtibus ſuper conſuetudine.*
3 *Teſtes ſuper conſuetudine conuenire debēt in tpe, & actib. & deponere de aliquo actu affirmatiuo contrario legi.*
4 *Duo teſtes ſufficiunt in probatione conſuetudinis etiam longiſſimæ, & nu.13.*
5 *In Gallia decē requirunť teſtes ad probandā conſuetudinē.*
6 *In conſuetudine probanda ſatis eſt, ꝙ teſtes deducant tot actus,quot ſufficiunt ad conſuetudinem inducendam.*

7 *Teſtes*

7 Teſtes in probanda conſuetudine alicuius particularis ciui tatis probant, licet non iurent.
8 Teſtibus etiam non iuratis creditur in informatione ſuper fama, vel ſuper notorio, & in probanda conſuetudine.
9 Teſtes ſuper conſuetudine recepi poſſunt parte non citata.
10 Nudum factum cum conſenſu 40. annorum ſufficit ad inducendam conſuetudinem.
11 Teſtes etiam ſingulares conſuetudinẽ probant. Contr. ibi.
12 Teſtes ſuper conſuetudine, ſi rationẽ reddant, quia ſum vicinus tali loco, vel quia ſum conſanguineus, probant.
13 Conſuetudo plene probata dicitur per duos teſtes.
14 Conſuetudo vt inducatur, requiritur frequentia actuum.
15 Iudicis arbitrio relinquitur, an plures actus, an pauciores ſufficiant ad inducendam conſuetudinem.
16 Frequentatio inducitur ex duabus vicibus. Contr. ibi.
17 Tres actus ſunt neceſſarij ad frequentationem inducendã.
18 Iudicis arbitrio relinquitur, an per binum, aut tertiũ actũ inducatur notitia populi, & ex ea eius conſenſus.
19 Duo teſtes ſufficiunt ad probandum actus notorios.
20 Quæ palam fiunt, dicuntur frequenter fieri.
21 Conſuetudo q valeat inſtrumentum ſine nomine Imperatoris, non probatur per productione octo vel decẽ inſtrumentorum a notarijs factorũ ſine nomine Imperatoris.
22 Teſtes deponentes de frequentia actuum debent conuenire in actibus, in quibus teſtificantur.
23 Teſtes probant frequentiam actuũ a populo, etiam ſi vnus pro cãſcietia actum particulare, & alius aliũ inducat.
24 Teſtes ad conſuetudinẽ probandam per diuturnitatem temporis deponere debent illam fuiſſe obſeruatam per ſpaciũ ſaltem decem annorum.
25 Teſtes deponentes de conſuetudine a decem annis citra, vel dicentes iam ſunt decem anni & vltra, illam non probãt per diuturnitatem temporis.
26 Minus tempus decem annorum non ſufficit ad probandã conſuetudinem.
27 Tempus decem annorum longum dicitur.
28 Conſuetudo per decennium non poteſt tolli, quia obſeruãr etiam nullo alio probato aut adegato titulo.
29 In conſuetudine contra ius ciuile ſufficit, quod teſtes probẽt de decennio.
30 Conſuetudo contra ius quando eſt irrationabilis requiruntur triginta anni ad illam probandam.
31 Conſuetudo quando eſt contra ius canonicũ, requirit probationem de tempore 40. annorum.
33 Teſtes ſi deponant a quadraginta annis citra, ex talibus verbis non probant de tempore quadraginta annorum, ſed nec de tempore vnius anni.
34 Vniuerſitas eccleſiaſtica non poteſt ſtatuere contra ius canonicũ, vel contra populum laicum ſubditum eccleſiæ.
35 Populus ſubditus eccleſiæ quoad temporalia poteſt ſtatuere contra ius canonicum.
36 Conſuetudo quando inducitur ſciente, & patiente, ſuperiore, licet ſit contra ius canonicum, non requirit 40. annos ſed ſufficiunt decem.
37 Conſuetudo quando detrahit iuribus alicuius eccleſiæ requirit probationem 40. anno.
38 Corpus totum eccleſiæ non minus fauorabile eſſe debet, quã aliquod ipſius membrum.
39 Teſtium depoſitio opus eſt, vt ſit de tempore 40. annorũ ad probandam conſuetudinem ſuper eo, ſuper quo populus clare ſtatuere non poteſt.
40 Conſuetudo, vt inducatur contra reſeruata Principi, requirit tempus antiquum, cuius antiqui memoria nõ extat in contrarium.
41 Conſuetudo & præſcriptio non admittitur verſus Principem, niſi tempore innumerabili.
42 Tempus 40. annorum ſufficit ad inducendam conſuetudinem contra reſeruata Principi, vbi quis habet titulum.
43 Conſuetudo in habentibus cauſam diſcontinuam debet eſſe introducta per tanti temporis ſpacium, cuius initij memoria non extat in contrarium.
44 Teſtes deponere debent, nedum tempus immemorabile illius Principis, contra quem præſcribitur, ſed etiam ſcientiã & patientiam ipſius. Contrarium, nu. 45.
46 Modus cognoſcendi ſeruitutem ſeu iuriſdictionem continuam & diſcontinuam.
47 Seruitus illa habet cauſam continuã, vel quaſi, ex qua percipitur commodum naturæ.
48 Quæ ſint ea quæ Principi reſeruata ſunt.
49 Conſuetudo ficta, & intitulata momento induci poteſt.
50 Conſuetudo paſcendi probatur per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium.
51 Conſuetudo ſiue habeat cauſam perpetuam ſiue continuã, vel diſcontinuam ſemper ad illam probandam ſufficit tẽpus decem annorum.
52 Conſenſus maioris partis populi interceſſiſſe præſumitur circa conſuetudinem, quã teſtes deponunt actus fuiſſe vſitatos publicè præſentibus & ſcietibus infinitis perſonis.
53 Conſuetudo non dicitur probata, & ſi probetur pluramq; partem populi illam cognouiſſe, & ei conſenſiſſe.
54 Conſuetudinem probant teſtes deponetes, conſuetudinẽ eſſe, quando vlterius non fuerint interrogati. Contr. ibi.
55 Conſuetudo nõ probatur ex dispõne teſtis de auditu alterius.
56 Conſuetudinem probant teſtes deponentes vidiſſe hunc in modum obſeruari à talibus perſonis in tali loco per tantum temporis ſpacium.
57 In conſuetudine temporis probanda, ſufficit teſtes deponere ſe vidiſſe obſeruari ſuis temporibus, & a ſuis maioribus audiuiſſe ſic obſeruatum.
58 Ad conſuetudinis probationem non eſt idoneus teſtis deponens circa illam, ex qua ei oritur commodum proprium.
59 Conſuetudinem probant teſtes, qui præcipue non deponũt ad eorum commodum, ſed ſecundario.
60 Conſuetudo generalis non ſoluendi quartã epõ, poteſt probari per clericos, & rectores eccleſiarũ loci illius deponentes de facto ſuo negatiuo ad ipſorum commodum.
61 Conſuetudinem non probant teſtes deponentes tantũ vnũ ex tribus requiſitis.
62 Teſtes de conſuetudine interrogati de requiſitis ad eam omnia coniunctim deponere debent.
63 Teſtes licet interrogati non ſint, debent rationem congruã reddere.
64 Conſuetudinem ſatis probant periti, vt procuratores vel aduocati, licet dicant ſe non recordari, inter quas perſonas viderint obſeruari, nec in quibus caſibus.
65 Teſtes licet ſint periti, debent tamen deponere de his, quæ in facto conſiſtunt.
66 Conſuetudo ſicut dominium in iure conſiſtit, & ideo teſtes etiam non interrogati debent rationem adducere.
67 Conſuetudinem non probant teſtes ſingulares.
68 Teſtes ſingulares admittuntur ad probandam conſuetudinem generalem & obſeruantiam.
69 Teſtes quando producuntur ad probandum aliquid integrale conſuetudine, ſufficit ſimpliciter, vt conueniant in ipſo integrali & probabunt, licet in depoſitione particularium actuum reperiantur eſſe ſingulares.
70 Teſtes licet ſingulares in diuerſitate actuum ſi conueniant in frequentia, probant conſuetudinem.

1 CONSUETUDINEM probari † per teſtes, tradidere Cyn. Bal. Bar. & cæteri in l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. * atq; Doct. * cõmuniter in l. de quib. ff. de legib. Ange. & Faber Inſti. de iur. nat. gẽt. & ciuil. §. ex nõ ſcripto, vbi Ang. ait, oportere vt hæc tria teſtes deponant, id
2 eſt vſum populi, frequentiã actus † & diuturnitatem tpis illius actus, & ad id conſulas Albe. de Ros. in d. l. de quib. Rebuff. tractatu de cõſuetudine, n. 196. tom. 1. & latè tradentem adeas Guid. Pap. cõſ. 231. Etenim ex his tribus oritur conſenſus populi, atq; hæc tria cõiunctim requiruntur, alioqui non dr̃ probata conſuetudo, ſi deficiant in vno ex tribus, vt voluit Ang. vbi ſupra, quẽ ſequitur Curt. iun. conſ. 189. num. 10. quod etiã confirmauit Dec. conſ. 483. vbi num. 20. ait opus eſſe, vt deponant frequentiã actus, & reliqua duo re-
* quiſita, & atteſtatũ de cõmuni * adeò vt appareat in-
teruenisse

teruenisse tacitū cōſenſum populi, vel maioris partis,
vt ſup. alleg. Docto. tradidere, & idē Dec. in conſ. 402.
nu. 14. ſequit Alex. cōſ. 196. nu. 13. vol. 2. & conſ. 104.
nu. 8. lib. 4. Gram. cōſ. 59. nu. 5. & 6. in ciuilib. & Alex.
in conſ. 131. nu. 9. vol. 2. & in cōſ. 136. nu. 18. & in cōſ.
3 45. nu. 3. eo. vol. vbi addit. † hmōi teſtes debere con-
uenire in tpe, & actib. cęteroqui tanq̃ ſingulares non
probarēt, teſtē ad id laudat Pau de Leaza in diſp. ſua,
incip. contra inſtrm debiti, & Ant. de Butr. in c. licet
ex quadam. de teſtib. Bal. in l. 1. C. de teſta. oportet ēt
vt deponāt de aliquo actu affirmatiuo cōtrario legis,
ſecus ſi ſimpliciter deponāt de aliquo actu negatiuo,
qa non probāt, ad ꝙ cōſulas exempla poſita per Ale.
in conſ. 45. nu. 5. vol. 2. vbi multa affert diuerſa exem-
pla, quale eſt illud, per l. rē non nouā, §. patroni. C. de
iudic. vbi dr̄, ꝙ aduocati debeāt iurare de calumnia,
verū ſi non iurarunt, qa nō fuit petitū per 100. annos,
4 nō tolleretur lex, nec induceretur conſuetudo † duos
verò teſtes ſufficere in hmōi probatione cōſuetudinis
ēt longiſſimæ, reſpondit Guid. Pap. conſ. 116. nu. 9. &
idem conſ. 171. nu. 3. Io. Fab. & Ang. Are. in d. §. ex nō
ſcripto, Inſtit. de iur. natur. per l. vbi numerus. ff. de te
ſtib. & conſulas Zaſi. in repet. d. l. de quib. nu. 27. & 32.
ff. de legib. quo in loco ēt quid in hac re oporteat teſti
ficari, habetur, & videas Hoſt. rub. de cōſuet. nu. 10. in
5 ſumma † in Gallia verò X. requiruntur, vt ex d. Doct.
ſed velim obſerues, nō eſſe neceſſe, vt teſtes deponat,
aut aliàs probetur de primis actib. à quibus hmōi con
ſuetudo originē traxit, ſed ſatis eſt, deducere tot actus,
6 quot ſufficiant † ad conſuetudinem inducendam, vt
dixit Aymo Crau. in tract. de antiq. temp. in 4. parte,
verbo interim iſta, nu. 23. ſol. 202.

Primo loco ampliatur concluſio, vt procedat, ēt ſi
huiuſmodi teſtes non præſtiterint iurm̄ in probanda
conſuetudine inducta à populo alicuius particularis
7 ciuitatis, † nam probarent, licet non iurent, vt memi-
nit D. Ant. in repet. c. fi. de conſuetu. & cauit Fel. in c.
tuis, de teſtib. nu. 2. Iaſ. in repe. l. admonēdi, nu. 232. ff.
de iureiur. nam iudex tunc tanq̃ ſuper notorio debet
procedere per modum informationis. vt not. in c. bo-
næ, de poſtul ꝓlat. vt in c. veſtra. de cohabit. cleric. &
8 mulier. † ſed in informatione ſuper fama, vel ſuper no
torio creditur teſtibus ēt non iuratis, merito idē eſt di
cendū in probanda hmōi cōſuetudine, vt per eundē
Iaſ. loco prox. citato, motus auctoritate Ant. de Butr.
in c. in tua. de ſponſ. & in c. fi. de conſue. in pen. chart.
in col. fi. illius chartæ in verbo, venio ad ſecundū prin
cipale, ſcilicet qualiter conſuetudo probetur.

9 Amplia ſecūdò, vt hmōi teſtes † poſſint recipi par
te non citata, vt ſcriptū ſuit ab Ant. de Butr. in d. c. fi.
in antepen. col. vel ad primū ſi redacta, de cōſue Fel.
tradit in c. 2. poſt nu. 16. ver. 12. limita de teſtib. Barth.
& poſt eū Floria. in l. 3. §. Iul. ff. de teſtib. Cyn. in l. 2.
verſ. 2. qa circa hoc qū. q̃ ſit long. cōſue. Bal. & Alex.
in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc. Hippol. de Marſ. in l. de
vnoquoq; nu. 83. verſ. 42. caſus, ff. de re iud. vbi q̃ plu-
res idē ſentiētes citat Alex. in conſ. 14. viſo proceſſu,
col. 1. poſt nu. 1. verſ. circa primū inſiſtā, vol. 5. Goz. in
cōſ. 101. audio dubitari, col. 5. nu 27. verſ. 13. Ru. cōſ.
144. viſis his, q̃ in themate, poſt nu. 14. verſ. ꝑterea &
2. quia ampliat ēt in conſuetudine nō notoria, vol. 4.

Tertiò ampliabis, vt procedat, ēt ſi teſtes non lo-
quantr̄, nec vllam mentionē faciant de conſuetudine
10 † ſed tm̄ deponant de aliquo facto concurrente ſaltē
ſpacio 40. annorum, quia illud nudum factum cū cō-
curſu dictorum 40. annorum ſufficit ad inducendam
conſuetudinem, & ſic licet ſi teſtes deponant tantùm
de illo facto, probant conſuetudinem, licet de ea non
loquatur Guid. Pap. conſ. 17. nu. 4. verſ. ad quartū in-
cip. circa materiam, eum ibi allegat.

11 Quartò ampliatur, ēt ſi teſtes ſint † ſingulares, vt do
cuit Bar. in l. de quib. col. 10. in fi. ff. de legib. & Alex.
in cōſ. 41. viſis & optimè diſcuſſis, lib. 2. col. 3. ait, hanc
eſſe veriorem opinionē, ſicut refert Purpur. in l. 1. ff. ſi
cert pet. nu. 105. licet Cyn. in l. 2. C. q̃ ſit longa cōſue.
in contrariā deſcendit ſniam, & idem probaui Corn.
cū multis alleg. in cōſ. 39. incip. viſis actis, col. 5. ver &
conſuetudo, vol. 1. & in conſ. 286. nu. 4. vol. 3. & ꝙ te-
ſtes ſingulares probent, voluit Bal. in repet. l. de quib.
col. fi. ff. de ll. Alex. in conſ. 42. col. fi. vol. 4. Guid Pap.
in conſ. 116. & in conſ. 131. Aym. in conſ. 73. dicendū
vr̄, nu. 32. verſ. non obſtat, quod teſtes, conſulas etiam
Cato. Papienſem in repet d. l. de quib. nu. 433. ff. de le-
gib. verſ. ſed an per teſtes ſingulares, vbi ad vtranque
partem examinat concluſionem, ibique docet, qua-
liter teſtes dicuntur ſingulares.

Diuerſum ab hac re vr̄ voluiſſe Petr. & Cyn. in l. 2.
C. quæ ſit long. conſue. Io. And. in c. fi. de conſue. col.
33. verſ. practicant legiſtæ, & ibi Ant. de Butr. in pen.
col. Alex. conſ. 45. col. 1. vol. 2. & cōſ. 131. col. pen. eo.
vol. Corn. conſ. 50. col. fin. vol. 1. Ruy. conſ. 173. col. 3.
vol. 4. quorum opinio vr̄ * verior, quando agitur de
verificanda conſuetudine in certis caſibus, qui caſus,
cum ſint particulares, non poſſunt probari, niſi per te-
ſtes, & conteſtes, vt dicit Alex. in conſ. 104. col. fi. vol.
3. Iac. Por. lib. 1. concl. 34. verſ. tertio infertur, quod &
verius exiſtimat Ant. Gab. in ſuis cōcl. lib. 1. de teſtib.
concl. 2. nu. 26. vbi idem ſentientes citat.

Quintò prætereà amplia, etiam ſi ratione reddant
12 † quia ſunt vicinus tali loco, vel ſi agatur de conſue-
tudine caſatæ, erit bona ratio, ſi dicat teſtis, quia ſum
conſanguineus, vt expoſuit Purpu. in l. 1. ff. ſi cer. per.
nu. 105. & adeas Franc. Cur. tract. de cōſu nu. 615. Pet.
Duen. in reg. 125. per totum.

Sexto ampliabis, vt cōſuetudo ſufficiat ꝓbari per
13 duos teſtes, † & tunc dr̄ plenè probata dicta conſuetu
do, vt profitendo ſcripſit Hoſt. in ſumma, in tit. de cō-
ſue. in §. quot & quot teſtes, Cyn. & Bart. in l. 2. C. q̃ ſit
long. cōſue. q. 26. idem Bar. in d. l. de quib in 4. q. prin.
cum quo cæteri tranſeunt, Ioan. Faber in d. § ex non
ſcripto. Inſtit. de iur. natur. Alb. conſ. 33. vol. 2. in c. at
ſi clerici, vbi oēs * Doct. de iudi. q̃ opinionē declarat
Roch. de Cur. in repet. c. fi. de cōſue. 14. ſectione, n. 66.
Moder. in d. c. at ſi clerici, Bar. in l. de quib. in 4. q. prin.
ff. de leg. vbi ēt recentiores, qui teſtant * de cōi, prout
refert Fran. Viu. in ſuis communib. opinio. in verbo,
teſtes duo ſufficiunt ad probandam conſuetudinem.

Quod aūt ſupra diximus in cōcluſione, teſtes depo
nere debere de frequentia actus, limita & declara: vt
14 procedat † ſi deponāt de plurib. actibus, & nō de vno
tm̄, qa tunc non probant conſuetudinē, nā per vnicū
actū non inducit̄ conſuetudo, ſed requirit̄ frequentia
actuū, ſic ſcripſere Docto. in d. l. de quib ff. de legib. &
ibi Zaſ. nu. 14. verſ. ſed quot actus, & nu. 28. verſ. q̃ ſit
aūt iſta actuū frequentia, vbi ex mente Bald. in d. l. de
15 quib. aſſerit de hoc nō poſſe tradi certā regulam, † &
ideo relinqui iudicis arbitrio, qui quidē iudex debet
perpendere ex natura negotiorū, an plures actus, an
pauciores ſufficiāt, arg. l. 1. C. de iur. delib. idē tradidit
Roch. de Curt. in tract. de cōſuet. col. 81. nu. 589. verſi.
quandoq; tractamus, vbi teſtatur de * cōi, quod & la-
tè proſequitur Cato Papienſ. qui & contraria refellit
in d. l. de quib. nu. 53. cū plurib. ſeq. verſ. 5. quęro, & de
* cōi quoq; teſtatus eſt Villalo. in ſuis cōmunib. opin.
verbo cōſuetudo ad hoc vt probetur, ex Deci. in conſ.
489. n. 25. & Alex. d. cōſ. 43. nu 8. vol. 2. & idem Alex. in
l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. nu. 20. ff. de non. ope.
nunc. ait ſaltē requiri binos actus, teſtatur Abb. in c. fi.
de appell. Arch. c. illud. 12. diſt. & tradit Io. Crot. in cō
ſil. 411. viſa caſu propoſitione. nu. 25. lib. 3.

16 Huic verò rei, ꝙ duo actus ſufficiāt † illud patroci-
natur, qa frequentatio inducit̄ ex duab. vicibus, vt vo
luit gl. in c. monaſteria, in gl. 2. in fi. de vita & honeſt.
cle. quæ dicit, ſtatutū faciens mentionē de frequenta-
tione verificari in duab. vicib. ex hoc ēt dicebat Ac-
cur. in §. fi. in auth. de defenſo. ciuit. hanc dictionem,

frequenter, verificari in duabus vicibus, cui ſententię
adhæſit Hierony. Gig. in reſpõſ. penſio. 20. nu. 8. cum
ſeq. quorum opinionem propius ad veritatẽ accede-
re arbitror, licèt contrarium ſentire videatur Aymo
Crau. in cõſ. 134. n. 7. vbi ſẽtit, nec trinũ actũ ſufficere.
17 Et ꝙ † tres actus ſint neceſſarij tradidit Iac. de But.
in d. l. de quib. per rationes ibi allegatas, & relatas per
Ang. Aret. in d. §. ex non ſcripto. quã tamẽ opinionẽ
Iac. Butrig. reprehendit ibi. in d. l. de quib. Sal. vbi ipſe
in hanc deſcendit ſnĩam, hoc à iure non fuiſſe deci-
18 ſum, & ſtatutũ. & ideò relinqui † iudicis arbitrio, per
ea quæ ipſe ad hoc probãdum adducit, cuius opinio-
ni ſe ipſum ſubſcripſit Aret. in d. §. ex non ſcripto, nã
ait, cũ actus illi poſſint non eſſe ita manifeſti, vt per
binũ, aut per trinũ actum non tranſeat in notitiã po-
puli, aut maioris partis, vt ex ea notitia colligat̃ eius
conſenſus, ideò iudex arbitrabitur ex tranſitu in noti
tiã maiorẽ, vel minorẽ, hoc etiam comprobat Alex.
in conſ. 131. in cã vertente. nu. 9. verſ. nec obſtat. lib. 2.
& in conſ. 45. viſis atteſtationib. nu. 3. verſ. itẽ ad hoc,
& nu. 8. verſ. itẽ non deponit. eo. lib. 2. & idẽ ſentire vi
19 detur Bart. in d. l. de quibus † dicendo actus aliquan-
do eſſe ita notorios populo, vt ſufficiant duo, ſecus ſi
non eſſent ita notorij: vt ſi conſtrueretur pons inter
vnam, & alteram domũ in loco nõ publico nec per-
uio: quia tunc duo non ſufficerent: nã ea, quæ palam
20 fiunt, dicuntur † frequenter fieri ex ſnĩa Vlp. in l. pa-
lam. ff. de rit. nup. atq; Rnin. in conſ. 154. nu. 9. vol. 3.
ait, conſuetudinẽ notorij probari per binum actum,
probat id auctoritate Imp. in l. 3. C. de epiſcop. & cler.
cum alijs ibi collectis.
Sed cõtrarium ſentit & ſequitur Abb. in conſ. 160.
incip. in prædicta cauſa, ꝙ ſi producãtur octo, vel de-
cem inſtrumenta facta manu notariorum ſine nomi
21 ne Imperatoris † per hoc non probatur conſuetudo
talis in illo loco, quòd valeat inſtr̃m abſq; nomine
Imperatoris, refert Iaſ. in l. de quib. ff. de ll. in fi.
Ad id ẽt obſeruabis, nõ eſſe neceſſe: vt teſtes dedu-
cant, & probent actus, à quibus talis conſuetudo ori-
ginem traxit, ſed ſatis eſt deducere tot actus, quot ſuf-
ficiunt ad conſuetudinẽ inducendam, iux. not. in d. l.
de quib. & protulit Aym. Grau. in ſuo tract. de antiq.
temp. in par. 4. verbo materiam iſtam. fol. 202. nu. 23.
22 Illud vnum te velim admonitum † ꝙ teſtes depo-
nentes de frequentia actuũ debeant cõuenire in acti-
bus, in quibus teſtificantur. ſi quidem deponendo de
diuerſis actibus nihil agerent tanquã teſtes ſingula-
res, vt ſi vnus induceret conſuetudinem in fabis, alter
in lana, nihil facerent: ita Zaſ. in d. l. de quibus. nu. 32.
verſ. 7. concl. vbi tamen iſtud limitat, ſi teſtes conue-
niunt in eo, ꝙ deponant aliquem actum eſſe frequẽ-
23 tatum in populo, † & pro cauſa ſcientiæ vnus hunc
actum particularem, alius alium actum particularẽ
inducat, & ita inquit intelligendum eſſe contex. in l.
ob carmen. ff. de teſtib. & per Bart in d. l. de quibus.
Secundò limitatur, & declaratur, quod dixi de diu-
turnitate temporis, quod intelligat̃, vt deponere de-
24 beat, illam conſuetudinem fuiſſe obſeruatã † per ſpa-
cium ſaltem 10. anno. nec minus tempus ſufficeret.
Vnde ſi deponant, ꝙ eſt conſuetudo à decẽ annis ci-
tra, talis ꝓbatio nullius eſt ponderis, ita tradit Iaſ. in
* d. l. de quibus. nu. 47. ff. de legib. vbi * communẽ dicit,
& illum ſequitur Villalo in ſuis communib. concluſ.
in verbo conſuetudo introducitur: qui iſtud tñ intel-
ligit, qñ cõſuetudo eſt præter ius, ſecus contra ius, ci-
tat Io. Monach. de iur. patr. lib. 1. nu. 17. qui teſtat̃ de
* * cõi, & gl. in c. fi. de conſuet. lib. 6. Corn. conſ. 89. col.
25 4. verſ. & prob. & verſ. ſeu Anton. vol. 1. vbi † & idem
ait procedere, ſi deponant, iã ſunt 10. anni, & vltra: nã
id vltra nihil operatur cum poſſit intelligi de vna ho
ra: vt ex ibi allegatis, & ſic nõ fuiſſet impleti 10. anni.
26 Et quòd † minus tempus decem annorum nõ ſuf-
* ficiat, probant communiter * Doct. in ſæpe allegata.
l. de quibus. ff. de legib. & in l. diutina. ff. eo. & ita ait
Alex. in d. conſ. 45. nu. 8. vol. 2. & facit rub. C. quæ ſit
27 longa conſuetudo † nã longum tempus dicitur decẽ
annor. l. ſi cum fideicõmiſſaria. §. ariſt. ff. qui, & à qb.
Sed velim intelligas de conſuetudine rationabili,
& æqua, ut ait Franc. Viu. in ſuis commu. opinion. in
verbo conſuetudo & rõnabilis et æqua, &c. vbi quoq;
* ait, hãc eſſe cõem * opinionẽ, hoc eſt requiri ſpaciũ 10.
ann. & ita aſſerit Iaſ. in d. l. de qb. nu. 43. & idẽ atteſtat̃
Syluest. Aldobrãd. in §. ex nõ ſcripto. Inſt. de iur. nat.
* & ibi Chriſto. Porti. n. 4. idẽ ex cõi * ſcribentiũ ſnĩa ob
ſeruauit Laur. Chircou. in ſuis cõmun. opin. cõcl. 45.
incip. cõſuetudo ẽt cõtra ius ſcriptũ, & hmõi conſue-
28 tudo ꝑ decenniũ † nõ põt tolli, quæ obſeruet̃ ẽt nullo
alio ꝓbato, aut allegato titulo, ꝑ text. in c. venies, il 1.
de teſt. & ibi Panor. in 3. notab. & Fel. ibi in 4. not. vbi
obſeruat inſignẽ limitationẽ ad l. cũ de in rẽ verſo. ff.
de vſur. & idẽ ſequit̃ Tiraq. de preſcr. verbo ꝑ 10. an-
nos, verſ. 42. fol. 71. §. 1. gl. 4 alleg. c. ad Apoſt. & ibi ẽt
Panor. & Fel. de ſim. & voluit Pau. Liaz. in repe. cle. 1.
col. 7. ver. modò quærit̃. de reſt. ſpol. Panor. conſ. 6. in
q. q̃ vertit̃, col. 3. verſ. 2. remediũ, li. 2. vbi ad hoc affert
contex. in l. priuilegia. & ibi Bar. C. de Sacroſ. Eccleſ.
Iſtud ampliat̃, vt procedat, licèt talis cõſuetudo ſit
29 contra ius ciuile † q. in ea ſufficit, ꝙ teſtes probẽt de
decẽnio; vt docuit Bat. in d. l. de quib in 2. lectur. quẽ
ſequitur Iaſ. ibi col. 11. ver. ſecunda eſt opinio gl. vera
* & * cõis, & conſuluit Cur. iun. in conſ. 41. col. pen. Ve-
rũ Steph. Bertr. in conſ. 179. nu. 1. vol. 6. ait, quòd cum
ſit contra ius, ad eius probationẽ requiritur tẽpus im-
* memorabile. Petr. verò Duen. in reg. 138. de cõi * opi-
nione fidẽ faciens aſſerit ſufficere decenniũ, etiã ſi ſit
contra ius, ſiue præter ius, & pro hoc multos ibi in me
30 diũ affert, ſubdens ibi in 4. limit. ſecùs eſſe † qñ cõſue-
tudo cõtra ius eſſet irrationabilis: quia tũc reqrerent̃
30. anni, teſtatur Bal. in c. 1. qualiter olim feud. poſ.
alien. idẽ Bal. in c. clerici. de iud. nu. 3. glo. in l. domini
prædiorum. in verbo conſuetudo. C. de agric. cẽſi. lib.
11. hoc idem ſequitur Aret. conſ. 63. nu. 1. in fi.
31 Quòd ſi ſcire exoptes, quæ cõſuetudo † ſit rationa-
bilis, conſulas Fran. Viui. in ſuis communib. opinio.
in verbo conſuetudo rationabilis, vbi inter alia exẽ-
pla ponit cõſuetudinem rationabilem eſſe quid ſol-
uere pro lampadibus ardentibus ante Sanctiſſimam
Euchariſtiam, c. ad Apoſtolicam. de ſimoni.
32 Reſtringitur prædicta ampliatio, vt nõ ꝓcedat † qñ
cõſuetudo eſſet cõtra ius canonicum: quia requirit̃ ꝙ
teſtes deponant de tempore 40. ann. vt ſancitũ eſt in
c. fi. de cõſuet. ibi, nõ ſufficit poſſeſſio longæua quoad
præiudicandũ iuri poſitiuo, atq; tradidere Bar. & recẽ
tiores in d. l. de quibus. canit ẽt Alex. in conſ. 5. col. 3.
lib. 5. Are. in conſ. 41. poſt prin. Abb. & Ant. de But. &
Io. And. & Doc. in d. c. fi. de cõſuet. n. 11. Alex. in cõſ.
66. viſo, lib. 2. Soc. reg. 110. cõſuetudo de iure canon.
aliàs 101. quo in loco iſtud ampliat ꝓcedere, ẽt ſi cõ-
ſuetudo eſſet contra rõnem canonis, ꝑ gl. q̃ multum
cõmendat Gem. in c. vt litigãtes. in verbo ſtatuimus.
de offic. ordin. lib. 6. & ſequitur Fel. in c. ſtatuimus. de
maior. & obed. & in c. tua nos. in prin. de iureiur. & ꝙ
requiratur, vt teſtes deponant de ſpatio 40. annorum
quãdo conſuetudo eſt contra ius canonicũ, cõſuluit
Alex. in cõſ. 68. nu. 6. lib. 2. & idẽ ſcripſit Pet. Duen. in
reg. 160. vbi alios citat, ibiq; de hoc ponit rationem.
Nec illud obſeruatione dignũ obliuiſcaris, teſtes
nõ probare, ſi ita deponãt, videlicet à 40. annis citra,
33 ita obſeruat̃, † quia ex talibus verbis nõ probat̃ de tẽ-
pore 40. ann. ſed nec de tempore vnius anni, qa illud,
ꝙ fuit heri, ẽt non ante, dicitur fuiſſe à 40. annis citra,
opus eſt igitur, vt teſtis dicat à 40. annis, & citra, vt ait
Alex. in cõſ. 45. nu. 7. vol. 2. vbi pro hoc multa in me-
dium affert, & ſequitur cum multis collectis Stepha.
Bertr. conſ. 84. nu. 4. vol. 5.
Primò ſublimita, vt ꝓcedat in vniuerſitate Eccle-
ſiaſtica

34 ſiaſtica † nã illa nõ põt ſtatuere contra ius canonicũ, vel cõtra populũ laicũ ſubditũ Eccleſię, q̃ nõ põt ſtatuere in bonis Eccleſiaſticis cõtra ius canonicũ, quia tũc bene requirunt 40.ann.ſed ſecus ſi populus ſubditus Eccleſiæ vellet inducere cõſuetudinẽ cõtra ius canonicũ circa bona temporalia, tũc enim ſufficit ꝓbare
35 cõſuetudinẽ 10.ann.† cũ talis populus quoad tempor. lia poſſit et ſtatuere contra ius canonicũ.ita ait Corn. in cõſ.155.col.pen.lib.4.idē ſentit Cur. iun.in 2. parte tract. feudor.q.2.col.pen.& ſequitur Aymo Crauc.in tracta.de antiq.temp.in 4.par.in prin.nu.7.

Sed velim ſubreſtringas hāc ſublimitationē, vt nõ procedat, qñ inducitē talis conſuetudo ſciente, & pa-
36 tiente ſuperiore, † qa tunc licet ſit contra ius canonicũ,non requiruntur 40.anni,ſed ſufficiunt decē,vt traditũ fuit ab Ant.de Butr.in d.c.fi.de conſuet. & in ca. quia circa.de conſang.& affinit.cui accedit Gozad.in conſ.101.in Chriſti nomine.col.6.nu.25.verſ.11.& ſi dicatur,permotus auctoritate Ant. de But. in ca. quia circa.de conſang.& affini.& in d c.fin.de conſuet.idē tenet Corn.in d.conſ.293.col.2.lib.1.Dec.in cõſ.24. viſo puncto.col.2.in fi. verſ. accedit ſcientia. poſt nu. 1.ſed contrariam tamen ſequutus eſt ſententiam Iaſ. in d.l.de quibus col.12.in fi.

Secundò ſublimitabis ſupradictā 2. limitationem,
37 † qñ conſuetudo detrahit iuribus alicuius eccleſiæ, nunc enim requiruntur 40.anni,vt Inno.& Panor.voluere in c.cum dilecti.de conſuetu. vbi Abb nu.11.ꝓ hoc procedit, ſiue conſuetudo ſit contra eccleſiā vniuerſalē, ſiue particularē, qa nõ minus fauorabilis eſſe
38 debet totum corpus eccleſiæ, † q̃ aliquod ipſius membrum.& Abb.as ſequitur Iacob.de Bur.in d.l.de quib. nu.30.ff.de legib.licet Inn.in d.c. cũ dilecto. ſecus teneat,qñ cõſuetudo veniret cõtra vniuerſalē eccleſiā, ſed æquior & rationi magis eſt cõſentanea ſnīa Abb.

Poſteriori loco ſublimitaē d.ſecunda limitatio . & eius ſequēs ampliatio,vt nõ procedat,qñ apertiſſimè cõſuetudo eſſet ſuper eo , ſuper quo populus clarè ſtatuere nõ poſſet, qa vt valeat depoſitio teſtiũ ſuper ꝓ-
39 batione huiuſmodi cõſuetudinis † opus eſt, vt deponãt de tpe 40.anno.ita cauit Aret.conſ.22 col.4.verſ. ſed qñ vniuerſitas,dicens ita diſtinguere Bald.ſi rectè inſpiciaē,in rub.C.quæ ſit long.cõſuet. & Aym.Crau. in ſuo tract.de antiq.temp.in 4.par.in prin. nu.10.12. non obſtāte d.Aret.in d.conſ.2.. hoc nempe caſu requiri 40.annos aſſerit,imò ſufficere 30.annos,authoritate Accur.in gl.fi.in l.domini prædiorũ.C. de agric. & cenſi.lib.11.Bald.in c.1.in prin.quali.ter olim feud. amitt. Spec.in tit.de præſump. §.1.verſ. de cõſuetudine.Pau.de Caſtr.in d.l.de quib.ſequiē ibid.Iaſ.col.12. ſecundò limit. Cur.iun. in conſ.60.col.3.in fin.& in conſ.61.col.3.poſt prin.niſi eſſet aliquid contra ius canonicum,quia tunc non requiruntur 40. anni, vt ſup. dixi.Crau.vbi ſupra,nu.12.

Tertio loco ſublimitabis oīa ſupradicta,qñ ageretē de inducenda conſuetudine contra reſeruata Princi-
40 pi,vt ſi ageretē de præſcribēda iuriſdictione,qa † tunc non ſolùm non ſufficeret tempus 10. anno. imò nec 40.ſed tempus antiquum, cuius initij nõ extat memoria in contrarium, c.ſuper quibuſdam. §. præterea,de verb.ſign.& voluere Ant.Imo.& Doct. in c.fi.de conſuet.Iaſ.in d.l.de quib.col.14.ſub num.45.ff.de legib. Aym.Crau.in d.trac.de antiq.tempo.in 4.parte,num. 10. Alex.conſ.6.vol.1. Iacob.in d.l. de quib.num.31. Alex.conſ.137.col.1.lib.1.Dec.cõſ.483.col.pen. Crau. conſ.96.col.pen.Fel.in c.de quarta. col.13.de pſcript. Didac.Couar.in repet.c. poſſeſſor.in 2. par.§. 3.nu.3. de reg.iur.in 6.Bal.in l.imperiũ ſub num.3.Caſtr.ibid. col.pen. Albe.de Roſa.ſub nu.40.de iuriſd.omn.iudi. Cur.iun.cõſ.174.col.6.ſub nu.76.& ſeq. vbi dicit, hāc eſſe communem * opinionem. Gaſpar.Luſitan. in repetitio.d.l.imperium ſub nu.135. Dida.vbi ſupra, ſub nu.34.vbi,& ipſe atteſtatur de communi etiā in ſimplici iuriſdictione.& hoc generaliter procedit in quibuſcunq; reſeruatis Principi, † vt aduerſus ipſum nõ
41 admittaē nec præſcriptio,nec conſuetudo,niſi tpe immemorabili,nota ut ſcribentes in c. fi.de cõſue.Iaſ.in l. de quib.ſub nu.45.ff.de le. Alex.conſ.68. col.4.ſi.10. Balb.in trac.de pſcrip.2.par.2.par.prin.q.3.col.2.3.4. Roch.de Cur.de conſue.car.30.col.4.Crau. de antiq. temp.4 par.ver. tranſeo nūc ſub nu.11.& ver. materia iſta,nu.26.Rol. de Valle.conſ.2.ſub nu.122.lib.1.

Intellige tamen hanc ſublimitationem non proce-
42 dere, † vbi quis haberet tit. nam tunc ſufficeret tempus 40.annorum,vt voluit Didac.in d.reg.c.poſſeſſor, in 2.par.§.3. nu.5.

Iſtam tamē limitationē ſic velim amplies , vt verà ſit,ſiue agamus de iuriſdictione habente cauſam diſcontinuā,ſiue continuā, vt priorem partem ſubtiliter defendit Cur. iun.in cõſ. 174. ſacratiſſimæ Trinitatis.
43 col.8.ſub nu. 28.29. & 30. † nã in habentibus cauſam diſcontinuā requiritur , vt conſuetudo ſit introducta per tanti tpis ſpacium , cuius initij memoria nõ extet in cõtrariū,vt aſſerit Alex.in conſ. 173. viſo, & diligenter cõſiderato. nu. 1. & ſeq.vol.6. Dec.in cõſ.483. pro reſolutione hīs.col.pen. nu.26.& ſeq. Cra.in cõſ. 96.Dom. Goffredus,nu.5.ver.5.iſta conſuetudo,de cõtinua verò docuit Bar.in l.iuſto.§.non mutat nu.3.ff. de vſuc.& iſtā eſſe communem * opinionē auctor eſt Fel.in c.de quarta.col.13. poſt nu.37. de præſcr. Balb. et in tract. præſcrip. 2 parte. 2.part.prin.q. 3.col. 2.Didac.Couar.in repet.c.poſſeſſor.in 2 par.§.3. ſub nu. 3. de reg.iur.in 6 nam itidem,& iſto caſu requiritur tempus immemorabile.ita Bald.in repet.l. imperium ſub nu.12.verſ.ſed tũc venit. Caſt.ib.d. col.pen. Alber.de Roſat.ſub nu.4.ff.de iuriſ.omn.iudic.Cur.iun.d.conſ. 174.col. 6. ſub nu. 26. vbi tradidit ita * communiter ab oībus fuiſſe prolatū in ſimplici iuriſdictione, Gaſpar Luſitan.in repet.d.l.imperiū. ſub nu.135. Didac.in d. §.3.ſub nu.3.& 4.vbi,& ipſe atteſtaē de cõi * etiam in ſimplici iuriſdictione , & hoc in vniuerſum ꝓcedit in quibuſcunq; reſeruatis Principi, vt aduerſus ipſum nõ admittaē nec præſcriptio , nec cõſuetudo,niſi tēporis immemorabilis. ita dixerunt ſcrib.in c.fi.de conſuet. & Alex.in conſ.68.& viſo & dudum diſcuſſo. col.4. poſt nu.10.verſ. nec obſtat, ꝙ videatur,lib.2.Iaſ.in d. l.de quib.ſub nu.45.de legib. Aym. Crau. in tracta.de antiq.tempo.4.par.verſ. tranſeo nunc ſub nu.11.& in verſ.materia iſta,ſub nu.26. Bal.in trac. de præſcrip.d. 2.par.2.par.prin.q.3.col.2.3.& 4.& q.4.col.2.& 3. Rolan.à Valle in conſ.2. ſub nu.122.lib.2.

44 Subamplia hanc ampliationem,† vt nedū teſtes debeāt deponere tēpus immemorabile illius Principis, contra quē præſcribiē , ſed etiā ſcientiam,& patientiā ipſius Principis, concurrere enim debent illa duo copulatiuè, immemorabilitas , & patientia Principis, vt ſcripſit Abb.in c.cũ nobis.col.2.ſub nu.4. verſ. in hac tamē conſuetudine , ſiue præſcriptione , de præſcrip. & in cod.c.fi.verſ. quædā ſunt iura reſeruata Principi, tradidit etiā Cur.iun.in d.cõſ.174. ſub nu.28. Didac. in d.repet.d.c.poſſeſſor.d.2.pār.in initio.col.pen.& fi. & in §.2.verſ.tertia ſpecies, ſub nu.8. & in hanc partē etiā inclinat Crau.in d.tract.de antiq.temp.d.par.4 d. verſ.abſolutis, ſub nu.17. & in conſ.46. Dom. Goffredus.col.2.nu.6.verſ. tertiò non legitur, vbi quamplures alios ita conſentientes citat,atq; obſeruauere ſcribentes in d.l.de quib. ff.de legib.

45 Contrariam partem † tuetur Alex. in conſ.6. viſo themate.nu.4. verſ. verior tamen, lib.1.vbi de magis cõi * & propius ad veritatem accedere teſtatur, & in conſ.24.ponderatis his,quæ in themate, nu.15.verſ.& vbi doceret lib.5.& conſ.16.in cauſa, & lite num.15. verſ.nec obſtat etiā,eod.vol.5.Cur.iun.conſ.158.præſupponitur in facto.poſt nu.12.vbi etiā magis communem ** & verā eſſe teſtatur, motus authoritate Alex.in d.cõſ.6.& Dec.in conſ.85. diligenter pro ſententia.col.2.

poſt nu. 2. verſ. & in tali præſcriptione, quo in loco ēt
* communē * eſſe aſſeuerat Fran. Balb. de præſcr. 2. par. tertiæ par. prin. q. 6. nu. 22. Alcia. in l. munus. ff. de ver. ſignif. Fel. in d. ca. cum nobis. col. 2. nu. 3. verſ. quæ oīa cū alijs citatis à Crau. in d. tract. de antiq. tempo. d. 4.
46 par. verſ. abſolutis, ſub nu. 14. † Verùm quoniam paulò ante, ſi meminiſtis, mentionem fecimus de iuriſdictione, ſeu ſeruitute continua, vel diſcontinua, idcircò modus eā cognoſcendi paucis aperiendus eſt, qui rectè percipi poterit ab Anto. de Bur. in c. cū eccleſia. ad fi. col. 2. de cauſ. poſſ. & proprie. & poſt eū Feli. in c. de quarta. poſt nu. 37. verſ. modum autē, de præſcript. quo in loco refert ex Bal. auctoritate in l. 2. C. de ſeru. & aqua, illā ſeruitutē habere cauſam continuam, vel
47 quaſi † ex qua percipitur commodum naturæ, ſed illa ex qua nō pōt percipi cōmoditas, niſi ex facto hominis, & quatenus homo vtitur, dr̄ habere cauſam diſcōtinuam: nam natura ſemper eſt, ſeu poteſt eſſe in actu, & operatione, non ſic homo, & hæc eſt vera theorica ſecundum Bal. loco ſupra citato, quem refert & ſequitur Fel. loco quoque ſupra allegato.
48 Quænā verò ſint ea, † quæ Principi reſeruata ſunt, tradit Bal. in l. reſcripta. C. de precib. Imper. offer. per gl. & Doct. in c. quod translationem, extra de offi. leg. tex. in c. vnico, q̄ ſint regal. in vſib. feud. Pau. de Caſtr. & ibi Iaſ. nu. 14. l. 1. de offi. eius, &c. Soc. in reg. 110. incip. conſuetudo de iure ciuili, verſ. 2. fallit.

Quartò præterea ſublimitat̄, vt procedat in cōſuetudine vera & propria, ſecus in cōſuetudine ficta & in-
49 titulata, † quæ momento induci poteſt, vt ſi populus vno momēto dicat velle obſeruari pro cōſuetudine, vt maior natu ſuccedat, vel ſiue ex populi conſenſu colligat̄. & ſic de ſimilib. vt concludit Anto. de Butr. poſt Petr. de Bellaperr. Guliel. de Cun. in repet. c. fi. nu. 17. de conſuetu. Bar. in l. de quib. num. 44. ſequitur Iaſ. ibi. nu. 41. ff. de legib. & hanc ſublimitationem ponit Petr. Duen. in regul. 138. in prima limit.

Quintò ſublimitat̄, vt non procedat in probanda
50 conſuetudine paſcendi † in qua, cū habeat cauſam diſcontinuā, requiratur tp̄s, cuius initij non extat memoria in contrarium, vt Deci. reſpondit in conſ. 483. nu. nu. 26. auctoritate l. C. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſtiua. Curt. iun. conſ. 174. nu. 28. 29. & 30. vbi latiſſimè hanc materiam proſequitur.

Contrariū ſentit Aymo Crau. in d. ſuo tract. de antiq. tempo. vbi ait, q̄ ſiue conſuetudo habeat cauſam
51 perpetuam, vel continuam, † aut diſcontinuam, ſemper ſufficiat tempus 10. annorum, & pro hoc adducit Bar. in repet. d. l. de quib. col. 5. in fin. ff. de legib. & ibi Iaſ. col. 10. in fi. Cor. conſ. 136. num. 17. vol. 2. vbi prius tenuit.

Tertiò limita concluſionē principaliter, & præcipuè, q̄ dictum eſt de vſu populi, vt procedat, ſi teſtes deponant, q̄ tales actus fuerint vſitati publicè præſen-
52 tibus, † & ſcientibus multis & infinitis perſonis, vt ex hoc comprehendatur interceſſiſſe cōſenſum maioris partis populi, vt declarat Azo in ſumma. C. quæ ſit lōga conſue. & ſequit̄ Alex. in conſ. 136. num. 18. vol. 2. Bal. in d. l. de quib. Imò amplius addit Cyn. oportere, vt teſtes conueniant in tp̄e, & identitate actus, alioq̄ eſſent ſingulares, vt ſcripſere Doct. Anto. in c. licet ex quadā. de teſti. Bal. in l. 1. C. de teſtib. Io. de Imo. in l. in-
53 ter pares. de re iudic. † nam niſi probetur ſaltem populi pleramq; partē illud cognouiſſe, & ei cōſenſiſſe, (q̄ cōſenſus emergit ex illa cognitione, & notitia) nō dr̄ probata conſuetudo, vt Ang. Aret. docuit in §. ex nō ſcripto. col. 8. Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil.

Iſtud ſublimitare poteris, vt nō p̄cedat, ſi tales teſtes
54 vlterius interrogati non fuerint, † q̄a tūc ſi ſolū deponāt, cōſuetudinē eſſe, p̄bant conſuetudinē, vt Io. Fab. meminit in d. §. ex nō ſcripto. Inſti. de iur. nat. gent. & ciuil. quem ſequitur Guid. Pap. in conſ. 116. nu. 4.

In contrariā deſcendit ſn̄iam Dec. in conſ. 215. nu. 3. vbi ait, etiam ſi interrogati non fuerint, ipſos debere omnia ſupradicta deponere, & quod idem probauit. Steph. Bertr. in conſ. 8. nu. 9. vol. 6.

Quartò limitat̄, vt non procedat in teſte de auditu
55 alterius, † quia ex eius depoſitione non probat̄ cōſuetudo vt cōſultus rn̄dit Alex. cōſ. 45. viſis atteſtationibus. nu. 10. verſ. ſeptimus teſtis. col. 2. lib. 2. q̄ probat p̄ l. teſtiū. C. de teſtib. & c. præterea. eo. tit. nā in probāda conſuetudine oportet, q̄ teſtes deponant, vidiſſe hūc in modū obſeruari ab iſtiuſmodi perſonis in tali loco
56 † per tn̄ t̄pis ſpacium, vt * omnes Docto. ſcripſere in d. l. de quib. & d. l. 1. & 2. C. quæ ſit long. conſuet. Aret. & Fab. in d. §. ex non ſcripto. Inſti. d. tit. de iure natur.
* & ibi * communiter Docto.

Quòd ſublimitandū eſt, vt non procedat in probāda cōſuetudine t̄pis, cuius nō ſit memoria in cōtrariū, hoc nāq; caſu ſufficit, q̄ deponat ſe vidiſſe obſeruari
57 ſuis tēporibus †, & à ſuis maioribus audiuiſſe ſic obſeruari, nec vidiſſe, nec audiuiſſe quicquam, qui aliter viderit obſeruari, ita tenet Faber in d. §. ex non ſcripto. vbi ait, hoc caſu non eſſe neceſſe deponere, quib. caſibus, & inter quos viderit obſeruari, nam (vt ipſe ait) leges, quæ allegant conſuetudinē, hoc non dicunt, ſed tantummodo dicunt, fuiſſe ſic obſeruatū, nec dicunt inter quos, & iſi hoc tanq efficax ad deciſionem adducūt in d. l. fi. C. ad leg. Iul. maieſt. c. ſæpè. de verb. ſigni. idem ēt probauit Guid. Pap. in conſ. 244. nu. 2. & 3. & pro hoc faciunt multa allegata & obſeruata à Cra. in d. ſuo trac. de antiq. temp. par. 1. in verbo. viſo de fama, per totum & à nobis infra explicabitur in concluſione, conſuetudo antiqua.
58 Quintò limita in teſte † deponente circa conſuetudinem, ex qua ei oritur commodum proprium, quia non eſt idoneus ad huiuſmodi probationem, ſi credimus conſulenti. Alex. in conſ. 45. nu. 11. vol. 2.

Hoc ſublimita, vt verū nō ſit, ſi principaliter nō de-
59 ponant ad eorū cōmodū, † ſed ſecundariò, quo caſu probant, vt monuit Io. And. in reg. ſine poſſeſſione. in Mercuriali. vbi voluit, conſuetudinē generalē nō ſoluendi quartā ep̄o poſſe probari per clericos, & rectores eccleſiarū illius loci deponētes de ſuo facto nega-
60 tiuo † ad ipſorū commodum, quod tū non eſt præcipuum ipſorū, ſed eccleſiæ eorū, idem tenet, & ſequit̄ cōſulendo Alex. in conſ. 172. lib. 2. in conſ. 137. nu. 6. in fi. vol. 7. Bal. in conſ. 405. lib. 1. repetito conſ. 20. lib. 3 & in cōſ. 361. col. 4. lib. 2. Aym. Crau. conſ. 75. nu. 31.

Sextò limita concluſionē, vt tn̄ locū habeat, ſi oīa cumulatim, & cumulatiuè ſupradicta in concluſione deponant, ſecus ſi tm̄ vnū ex illis tribus, & ex eius cir-
61 cunſtantijs, & rationibus nō deponerent, † q̄a tūc nō probarent conſuetudinē, vt tradidit Alex. in d. conſ. 45. nu. 13. Dec. conſ. 483. nu. 26. Aret. in d. §. ex nō ſcripto. Inſti. de iure nat. gen. & ciuil. col. 7. verſ. q̄ro quot teſtes. Cur. iun. in conſ. 184. nu. 10. teſtē laudat Panor. in conſ. 54. incip. in prædicta cā. Nec ſufficit ſimpliciter dicere, talē eſſe conſuetudinē, vt ſupra allegat. Docto. voluere, & Pariſ. conſ. 10. vol. 4. nu. 16. & Bertran. conſ. 417. nu. 7. vol. 4. & idem conſ. 8. nu. 9. vol. 6.

Primò ſublimita, vt p̄cedat, ſi interrogati de eis fue-
62 rint, † q̄a tunc oīa coniunctim deponere debēt, ſecus verò ſi nō fuerint interrogati. vt Io. Fab. ſcripſit in d. §. ex nō ſcripto. id p̄bat per l. ſolā. C. de teſti. Fran. Curt. trac. de cōſue. nu. 615. Guid. Pap. in cōſ. 16. nu. 4. vbi (q̄ maius eſt) ait ēt ſi interrogati fuerint, & nō deponant, ipſos tūc probare: ſed cū hoc adducat Fabrum in d. §. ex nō ſcripto arbitror fore intelligēdū ſicuti ait Fab. iuxta doctrinā Bar. in l. nō ſolū. §. ſi liberationis verba,
63 ff. de lib. leg. veruntn̄ Dec. in conſ. 215. nu. 3. inq̄t, † q̄ licet interrogati non ſint, debeāt rationē congruā reddere, & pro hoc affert. Bart. in d. l. de qb. col. 9. ver. ſed quod ſi teſtes dicant, & idem tenet Bertran. in conſ. 8. num. 9. vol. 6. idem Roch. de Cur. in tract. de conſuet. num. 617. verſ. & quod teſtis. Immo teſtimonium talis

teſtis

teſtis ita deponentis, videlicet quòd ita eſt conſuetu-
do, eſt fatuum, vt ait Roch. de Curt. in d. tract. nu. 616.
verſ. item mouetur, auctorem laudat Io. And. in ſum.
de conſuet. col. 15. in fi.

Secundo loco ſublimita, vt non procedat, ſi huiuſ-
modi teſtes eſſent periti, prout eſſent procuratores po
64 riti, vel aduocati, † qa tunc licet dicant, ſe non recor-
dari, inter quas perſonas viderint obſeruari, nec in qui
bus caſibus, ſatis probarent, vt ait Fab. in d. §. ex non
ſcripto. & ſentit Bart. in d. l. de quib. & Faber pro hoc
allegat. l. fi. C. ad leg. Iul. Maieſt. quos ſequitur Roch.
de Curt. loco prox citato d. nu. 617.

Huic opinioni repugnat Deci. in d. conſ. 215. nu. 3.
65 vbi dilucidè tradidit, etiam ſi † teſtes ſint periti: debe-
re tñ deponere de his, quæ in facto conſiſtunt. qm̃ ad
eos non pertinet iudicare, ſicut facerent in hac mate-
ria probandæ conſuetudinis, id eſt, ſi tantum depone
rent conſuetudinem eſſe: quia hoc eſſet iudicare, &
non deponere. Dec. pro opinione ſua teſtatur Bar. in
l. 1. C. de vſur. in l. ſciendum. de verb. oblig.
66 Nam conſuetudo ſicut dñium in iure conſiſtit, † &
ideo teſtes ẽt non interrogati debent rationẽ adduce-
re, vt inquit Dec. vbi ſup. nu. 3. adducit Inno. in c. cum
cauſam, de teſtib. vbi Bal. refert, & ſequitur, & idẽ Bal.
in l. ſolam, de teſtib. & in l. cum res. nu. 3. C. de probat.
& huc ea ſpectant, quæ obſeruauimus infra in concl.
conſuetudo per dictum vnius Doctoris.

Septimò limita, vt non procedat, ſi teſtes ſint ſingu
67 lares, † qa non probant conſuetudinem, & hanc eſſe
• cõem * opin. atteſtatur Dec. in d. conſ. 215. nu. 3. alle-
gat Cyn. poſt Pet. in l. 2. C. quæ ſit long. cõſuet. col. an-
tepen. verſ. ſed pone teſtes, idẽ docuit Alex. conſ. 105.
in caſu. & hic, num. 8. verſ. non obſtat quintũ arg. vbi
• cõem * ſcribentium ſnĩam eſſe atteſtatus eſt, col. fi. in
prin. vol. 3. & in conſ. 175. col. 2. & 3. vol. 2. & cõſ. 196.
viſo teſtõ dicti Franciſci. poſt nu. 14. verſ. quinimo ſe-
cundùm eos. col. 3. eo. lib. 2. & in conſ. 45. viſis atteſta
tionib. nu. 4. ver. quia requiritur. & nu. 9. verſ. quartus
teſtis. lib. 2. & in conſ. 131. in cauſa vertente. nu. 9. ver.
nec obſt. eo. vol. 2. Corn. conſ. 89. col. 4. li. 1. Verùm de
hac materia teſtiũ ſingulariũ conſulas Aym. Crau. in
trac. de antiq. temp. in 4. par. prin per totum. §. ſed cũ
qa iſta materia, ex qbus ibi annotatis colligunt̃ mul-
tę ſublimitationes ad iſtam materiam, contra quem
ſentit Guid. Pap. in conſ. 116. & Io. Fab. Inſtitu. de iur.
natu. gent. & ciuil. §. ex non ſcripto. Bal. in l. de quib.
ff. de legib. Pariſ. conſ. 10. vol. 4. nu. 16. refert Dec. cõſ.
402. Soc. conſ. 99. nu. 7. vol. 1.
68 Primò ſublimita, vt locũ non habeat † in probãda
conſuetudine generali & obſeruantia: quia tunc ad-
mittuntur teſtes ſingulares, vt voluit Cur. Iun. in trac.
feudo. in 1. par. q. 1. num. 14. allegat Alex. in conſ. 172.
incip. viſis & opportune diſcuſſis. vol. 4. nu. 10. & cõſ.
72. lib. 1. & ſuperius fuit dictum.

Secundò ſublimitatur & intelligitur non procede-
69 re, † qñ producuntur ad probandũ aliquid integrale
conſuetudine, vt in ſanguinis coniunctione: nam tũc
ſufficit ſimpliciter vt conueniant in ipſo integrali, &
probabunt, licet in depoſitione ſuper particularibus
actib. reperiantur eſſe ſingulares, iuxta ſnĩam Calca.
conſ. 9. nu. 3. vbi allegat gl. ordin. in c. nihilominus. 3.
q. 9. & notat Inn. in c. qualiter, & qñ. 2. de accuſa. Ioã.
And. in Nouell. in c. 1. de arbit. in 6. Ang. atq; Imo. in
l. ex facto. §. itẽ quæro. de vulg. & pupil. Ang. in conſ.
231. & cum multis alijs alleg. per Calca. vbi ſupra.

Tertiò ſublimita, ſi vnus teſtis deponat de frequen
tia actus, & idẽ alius deponat, ſed vnus deponat de plu
70 rib. actib. & alius de plurib. alijs diuerſis, † qa tũc licet
in hoc ſint ſingulares, tñ qa cõueniunt de frequentia,
q̃ frequẽtia nihil aliud eſt, q̃ ipſa cõſuetudo, ꝓbãt, ita
tenet cõſuetudo Rui. in cõſ. 122. nu. 2. vol. 5. iuxta no.
in l. ſtipulatio iſta. §. hoc quoque. ff. de verb. oblig. Io.
Fab. in d. §. ex non ſcripto. Inſt. de iur. nat. gent. & c.

CONCLVSIO CCCCXXV.

ARGVMENTVM.

Cõſuetudo an per plura inſtrumẽta probet̃.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo probatur per inſpectionem plurium documentorum publicorum, & habetur pro notoria.*
2 *Cõſuetudo probatur notoria ex inſpectione omnium publicorum inſtrumentorum.*
3 *Conſuetudo vt inducatur ex pluribus inſtrumentis, ꝓbari debet, illis fidem adhibitam fuiſſe, & tandẽ conſuetudinẽ veniſſe in notitiam maioris partis notariorũ, & populi.*
4 *Conſuetudo, ꝙ inſtrumenta poſſint fieri ſine ſolemnitate nõ probatur ex pluribus inſtrumentis, in quibus non reperitur appoſita aliqua clauſula, niſi probetur, ipſis inſtrumentis fidem adhibitam fuiſſe in iudicio, vel extra.*
5 *Plura inſtra de antiquo habent vim probationis famæ.*
Probatio per famam in antiquis ſufficit etiam ſi agatur de graui præiudicio.
6 *Conſuetudo probatur etiam per ſcripturam.*
7 *Conſuetudo recipiẽdi fideiuſſores ſine teſtibus probatur per libros officij.*
8 *Conſuetudo ſcribentium probatur per libros.*
9 *Conſuetudo antiquiſſima, cuius initij memoria non extat*
• *in contrarium, probatur per ſcripturam.*
10 *Conſuetudinem nouam, atque recentem ſcriptura priuata non probat.*
11 *Conſuetudo ꝓſcribendi pignora, vel recipiẽdi fideiuſſiones ſine teſtibus non probat̃ ex ſcripturis & libris, niſi quoq; probet̃ huiuſmodi ſcripturis, & libris fidẽ fuiſſe adhibitã.*

Conſuetudinem probari ex in-
ſpectione plu-
1 rium documentorum publicorũ † & hoc pacto proba
ta haberi pro notoria, & ita non opus eſſe alia proba-
tione, quam plures tum profitendo, tum conſulendo
docuerũt, vt Ang. in l. vetuſtiſſimã. C. de iur. dom. im-
pet. Dec. conſ. 11. & pro tenui facultate. col. 8. poſt nu.
9. ver. & primò clariſſima, & col. 9. in fi. poſt num. 12.
verſ. & contrariũ patet. citat Bal. in l. 1. verſ. ſed q̃ro. n.
5. C. ad Velleia. idẽ tenet Cur. iun. in cõſ. 106. nu. 5. in
fi. ſequit̃ Aym. Crau. in cõſ. 134. nu. 9. quo in loco in eã
deſcendit ſnĩam, per duo inſtra ꝓbari cõſuetudinem.
2 Bal. tñ aliud ſenſit in d. l. 1. C. ad Velle. aſſeuerãs † con
ſuetudinẽ ꝓbari notoriã ex inſpectione oĩum publi-
corũ inſtrorum, ꝙ verius arbitror, vt ẽt placuit Crau.
in tract. de antiq. temp. in 1. par. §. ampliatur, nu. 8.

Iſtud ſic limitare poteris, vt non ꝓcedat, niſi probe
tur, ꝙ talibus inſtrumẽtis inducentib. d. conſuetudinẽ
3 † fides adhibita fuerit, & venerit in notitiam maioris
partis notariorũ, & populi, ita rñdit Alb. in conſ. 53. at
tingendo d. dubia. poſt nu. 1. & in conſ. 37. circa primũ
dub. col. 4. poſt nu. 11. verſ. & per hec relinquitur, in fi.
lib. 2. vbi conſultus reſpondit. ex pluribus inſtrĩs, in q-
bus non reperit̃ appoſita aliqua ſolennitas, neq; ipſis
adhibita fuit fides in iudicio, vel extra, non probari
conſuetudinem, ꝙ inſtra poſſunt fieri ſine illa ſolen-
4 nitate † niſi probetur, talibus inſtrumẽtis fidẽ datam
fuiſſe, vt ſup. cui opinioni ſe ſubſcripſit Aymo Crau.
in d. tract. de antiqu. tempo. in 4. par. in verbo, materia
iſta. nu. 41. & verſ. ſed videtur, circa medium.

Sublimitãda hæc limitatio eſt, vt vera nõ ſit in con
ſuetudine antiqua, cuius initij memoria non extat in
5 contrariũ † qa tunc plena inſtra de antiquo hñt vim
ꝓbationis famæ, vt in l. cũ aliquis. C. de iur. delib. quæ
probatio per famam in antiquis ſufficit, etiam ſi agat̃
de graui ꝓiudicio, ita protulit idẽ Aym. Cra. in d. trac.
de antiq. temp. in 4. par. d. verbo materia iſta, num. 41.
abunde reſtringit dictũ Abb. vt ſup. in d. col. 53. & 37.

Superioribus optimè conuenit, conſuetudinē pro-
6 bari † ēt per ſcripturā, vt traditū eſt in l. vetuſtiſſimā.
vbi Ang.C.de iur. domi.impe.vbi ex librorum recita-
tione probatur cōſuetudo circa præſcriptionē pigno-
rū,ſic ēt rñſum fuit à Barth. Socy.conſ.94. incip.in cā
validitatis inſtrumenti, nu.7. vol.1. vbi ait, per libros
7 officij † probati conſuetudinē recipiendi fideiuſſores
ſine teſtibus, & ad hoc affert ea, quæ fuere obſeruata
à Bal.& alijs in l.Gallus.§.idem credendū.ff. de lib &
8 poſth. † conſuetudinem ēr ſcribentium probari per li
bros,aſſeruit Bar. Soc.conſ.94.nu.7.vol.1.

Primùm limitabis hoc poſtremū, vt ꝓcedat in pro
bāda cōſuetudine antiquiſſima, cuius initij memoria
9 † non extat in contrariū,vt Aymo Cra.in d.tracta.de
antiq.temp.in 4.par.verbo materia iſta.nu.41. fo 206,
10 Secus in noua atque recenti, quia † ſcriptura priuata
non probat,vt docebimus in concluſione,ſcriptura.

Secundò limitare poteris, vt non ſufficiat, ſi produ-
cantur dictæ ſcripturæ & libri, in quibus appareat con
ſuetudo præſcribendi pignora, vel conſter, receptas
11 fuiſſe fideiuſſiones ſine teſtibus † niſi quoq; probetur
iſtiuſmodi ſcripturis & libris fidem fuiſſe adhibitam,
ita ſcripſit Crau.in d.tract.de antiq.temp.d. verb.ma-
teria iſta.ſo.206.vbi ad hoc teſtatur Abb. in conſimi-
li in conſ.53,& in conſ.73. col.4.in fin.lib.2.

CONCLVSIO CCCCXXVI.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo per dictum excellentis Doctoris, an & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo probatur per aſſertionem excellentis Doctoris.*
2 *Conſuetudo probata per dictum excellentis Doctoris transfert onus probandi contrarium in partem aduerſam.*
3 *Aſſertioni Doctoris excellentis fides adhibeda eſt in praxi, & in iudicando. Contrarium ibi.*
4 *Doctori atteſtanti de his, quæ in facto conſiſtūt, non credit. Facta per ſenſum cognoſcuntur, & non per diſcurſum intellectus, aut doctrinas, ibi.*
5 *Poetis, Philoſophis, hiſtoricis, & argētarijs fides adhibetur in his quæ ſpectant ad eorum profeſſionem.*
6 *Conſuetudo non conſiſtit ex libris, & doctrinis, ſed conſenſu populi, & actibus.*
7 *Doctori etiam excellenti atteſtanti de aliqua conſuetudine non creditur.*
8 *Teſti cuiuſcunq; ſit qualitatis, non creditur abſque iurō.*
9 *Teſtes admitti non iuratos, & qui deponāt per ſcripturas, non licet.*
10 *Duplex ſpecialitas circa idem concurrere non debet.*
11 *Conſuetudo non probatur concludenter, ſed præſumptiuè per aſſertionem Doctoris.*
12 *Præſumptiua probatio transfert onus probandi in aduerſarium.*
13 *Aſſertio Doctoris non facit plenam probationem ſed præſumptionem.*
14 *Dictum honeſti viri inducit iuſtam credulitatem.*
15 *Pro iudice, & pro notario præſumitur.*
16 *Doctori excellenti præſumptiuè de conſuetudine, quam atteſtatur, fides adhibetur, donec probetur contrarium.*
17 *Conſuetudinem probant Doctores, ſi cōiter aſſerant de ea.*
18 *Doctoribus ſtandum non eſt, ſi duo dicant, conſuetudinē eſſe & alij negant.*
19 *Aſſertioni Doctoris ſtandum eſt in practica, & iudicando.*
20 *Iudicij arbitrarij eſt materia probationis conſuetudinis ꝑ aſſertionem Doctoris.*
21 *Vnaquæque prouincia in ſuo ſenſu abundat.*
22 *Conſuetudo atteſtata à Doctore intelligitur de ea, quæ viget in curia, in qua verſatus eſt.*
23 *Conſuetudo quia eſt facti, contrarium probari poteſt.*
24 *Doctoribus affirmantibus aliquid affirmari de conſuetudine non eſt credendum, quādo conſuetudo iuri communi aduerſatur.*
25 *Teſti Doctori non creditur, ſi ſolus ſit.*
26 *Doctori aſſerenti in lecturis ſuis de cōſuetudine magis creditur, quam ſi aſſeret in conſilijs.*
27 *Aeris libido multum dominatur animis virorū præcipuè Doctorum.*
28 *Conſuetudo probatur ex auctoritate vnius gloſſæ.*
29 *Gloſſæ affirmanti aliquid de conſuetudine non creditur, ſi conſuetudo à iure communi recedat.*

1 CONSVETVDINEM probari † per aſ-
ſertionē excel-
lentis Doctoris, profitendo ſcripſit Bar. in repet. l.de
quib.poſt nu.21.ver.4. principaliter quærit. ff. de leg.
ea ratione, ꝙ ēt poetarum & philoſophorum dictis
ſtandū ſit.l.ſeptimo menſe.ff de ſtat.ho. & rñdit Pau.
Caſt.in cōſ.164.incip.in præſenti cauſa.vol.2. vbi ait,
credendū eſſe Baldo atteſtanti de cōſuetudine in l.cū
antiquiorib.C.de iur. delib ꝑꝑ eius auctoritatē exiſti-
mandū enim non eſt, illū ita affirmaſſe, niſi ſciuiſſet,
vel vidiſſet ita obſeruari, vt placuit Cum.conſ.37.mo
2 naſteria.in fi.& in conſ.169.viſo teſtō.taliē † vt tranſ-
feratꝫ onus probandi contrariū in partē aduerſam, vt
ꝑ Aym.Crau.in cōſ.116.col.3.Rimi.in conſ.539.col.
3.& infra latius limitat & conſuluit Barth. Veron. in
cōſ.39.incip. Lucius citis col.4 & in cōſ.59 col.4.cui
ſnīæ adhæret Lanfran.de Orian.in repet.c.qm̄ contra.
col.pen.de prob.Guid.Pap.in q.139.vbi ait, credendū
eſſe Anch.de quadā cōſuetudine aſſerēti, & in q.565.
nu.4.ita ēt ſenſit Maria.Soc.conſ.131.num.1.vol.2.ꝙ
idē tenet Chriſt.Porci.inſti.de his qui ſunt ſui, vel ali.
iur.in 3.col.in addit.ꝗ incipit, adde dū ſupra dixi in fi.
Iaſ.præterea cauit in conſ.168.vol.2.col 4, in fi. verſi.
vnde eſt aduertendū, vbi ēt teſtaꝫ Bal.in c.cū dilectus
nu.3.col.3.de conſuet.ꝙ idē placuit Iaſ.in cōſ.15.vol.
3 3.in fi. vbi ait, † hmōi aſſertioni Doctoris excellentis
fidē eſſe adhibendā in praxi, & in iudicando, inſuꝑ in
** conſ.540.nu.8.& 9.ait, hāc eſſe magis cōem ** opi. &
idē atteſtaꝫ in conſ.420.in fi. & idē in conſ.559. nu.7.
& conſ.692.nu.13.Cur.iun.ēt in conſ 80.nu.5. ſcripſit
** hanc cōem ** opinionem, & magis tutam, quod idē
aſſeuerauit Ferretus in conſ.102.nu.6.atq; Grat. conſ.
17.nu.18.cum ſeq.li.1.Dec.in l.2.§.1.col. fi.ſi cer pet.
Soc.iun.conſ.60.lib.2.reſpondit etiam Burſa.in conſ.
* 43.nu.53.lib. 1.qui de * communi itidem atteſtatur.

Contrariū in hac re fuit mente Alex.in l.poſt dotē
ff.ſolut.matr. Imol.in l.1. §.nuncia. ff.de oper.nou.
nunc.Are.in cōſ.132.in cauſa quę vertitur.col.2.Cor.
in conſ.83.circa primū lib.4.Fran.Cur. in cōſ.78.inci.
D.Franciſca.col.fi. iſti ēt contrariæ opinioni adhæſit
Bertr.in conſ.475.nu. 6.vol.4. & clarius in cōſ. 67.nu.
* 32.vol.4. nu.5. vbi atteſtatur hanc eſſe cōem * opi. re-
* centiorum, quod idem teſtatus eſt * Pet.Pariſ in conſ.
31.nu 14.cum ibi alleg.Neuiza.conſ. 45.nu.7. cū ſeq.
qui infinitos allegat, & conſ.66.nu.31. vbi ēt de more
Doctorū turbam inducit, atteſtans, & allegans hanc
* eſſe cōem * opi.& hāc partē audacter tuetur Vldanc.
Zaſ.in repe.d.l.de quib.nu.23.verſ.itē quid ſi Doct.ff.
de legi.arguendo à ſimili, ꝙ ſicut vnius ēt præcellen
tis dignitatis viri dicto non creditur.l.iuſiurandi.in fi.
4 C.de teſti.† ita doctori atteſtāti, quę in facto cōſiſtūt,
vt eſt conſuetudo.c.1.de conſt.lib.6. nō ſit credendū:
facta eñi per ſenſum, & nō per diſcurſum intellectus,
aut doctrinas cognoſcuntur, ex not.à Bar.in l.ſolā.C.
5 de teſtib.Nec rationes Bar.in aliquo òfficiunt, † nā ſi
poetis, philoſophis, hiſtoricis, & argētarijs fides adhi-
betꝫ, vt ipſe dicit, id euenit in his, ꝗ ſpectant ad eorum
profeſſionē, verùm profeſſio Doctoris nō eſt ſcire cō
ſuetudines, quia ipſa nō cōſiſtit in libris, & doctrinis,
6 ſed cōſenſu populi, † & actib.in ꝗb. Doctor nihil ma-
gis eſt, ꝗ lixa, calo, apparitor, vel cerdo, vt obſeruauit
Zaſ.d.nu. 23.verſ. vt profeſſio eiuſdē in d.l. de quib.ff.
de legi.& hanc partē conſulendo tuetur Fran.de Are-
in

in conſ. 132. in cã quæ vertitur, col. 3. poſt nu. 2. verſ. ſed tñ his non obſtantib. Burſat. idem tradidit in cõſ. 36. nu. 32. lib. 1. vbi citat alios ſic ſentientes, & cõem dicit, & in hanc ẽt eandem deſcendit ſniam ſibi cõtrarius Dec. in conſ. 472. nu. 19. ex quibus omnibus cõ
7 ſequitur, † vt non credatur Doctori etiam excellenti atteſtanti & aſſerenti de aliqua conſuetudine.

Qui verò hanc contrariam ſniam tuentur nonnullis promouentur rationib. Prima omniũ eſt, etenim
8 teſti, cuiuſcunq; ſit qualitatis, non creditur † abſque iuro, vt in religioſis patet in c. tuis. de teſti. & de epiſcopo conſtitutum eſt in c. fi. de iu. cal. quinimo nec etiã S. R. E. Cardinali creditur, ſi deponat abſq; iuramento, vt docuit gl. in c. cum olim 1. in verbo fratrũ, & ibi Abb. de priuileg. & idem Abb. in c. nuper de teſtib. Ergo multominus videtur credendum alicui Doctori etiam præſtantiſſimo abſque iuramento.

Viget etiam alia ratio, vt contrariũ ſentiaẽ, etenim ſi eis crederetur, concurreret duplex ſpecialitas circa
9 idem † prima eſſet, ꝙ admitterentur teſtes non iurati: Secundam ꝙ admitterent teſtes qui deponerent p ſcri- pturã, ꝙ non licere ſancitũ eſt in c. teſtes. 3. q. 9. & in l. 3. §. 1. dẽ diuus. ff. de teſti. per ea, quæ not. in c. ſuis. extra eo. tit. ſed iſtud nõ debet admitti: quia duplex ſpecia-
10 litas † circa idẽ concurrere non debet l. 1. & quod ibi no. Bart. C. de mortic. dot. & in l. ſi is qui pro emp. ff. de vſucap. confirmatur etiam per id; quod ſupra retuli- mus: nam conſuetudo eſt facti, & ideo debet probari, vt ſcitum eſt in c. 1. de conſtit. in 6. & hoc in caſu tenet idem Dec. in d. conſ. 472. nu. 19. vbi pro hac ratione in medium profert. Bal. in l. fi. C. de fidei. col. pen.

Verùm quũ, vt atteſtatur Bertran. in d. conſ. 465. nu. 6. vol. 4. illis, qui priorem opi. ſectantur, non deſint rationes, icciro vt hi inter ſe diſſentientes ſic benè reſ- concilientur dicendum arbitror, ꝙ cum oẽs ſcribentes permoueantur auct. Bart. in d. l. de quib. vbi ſupra, ſecundum eum intelligi debeant argumẽta, vt docuit Bar. in l. nõ ſolum. §. ſi liberationis verba. ff. de lib. leg.
11 qui Bar. † cum loquatur de huiuſmodi aſſertione doctoris, debet intelligi, non quidẽ probari conſuetudi- nem concludenter ſed præſumptiuẽ. Vnde dicendũ & conſtanter aſſeuerandum eſt, priorem opinionem, videlicet conſuetudinẽ probari per aſſertionẽ excell. & præſtantiſs. D. intelligi non de concludenti proba-
12 tione, ſed de pſumptiua, † quæ transfert onus probãdi in aduerſam, vt l. generaliter. §. ſi periũ. verſ. ſed cum ex præſumptione. ff. de fideic. lib. Si igiẽ hoc pacto intelligaẽ, tollunẽ eorũ argumentationes, qui contrariam ſequuntur ſniam id eſt; non probari conſuetudinẽ per aſſertionẽ excellentis Doctoris, vt ait Cur. iun. in d. conſ. 60. nu. 5. in fi. hoc idẽ ſenſit Bertr. in d. conſ. 465. no. 6. vol. 4. cui quidẽ declarationi intelligẽtiã, accedit Avin. Crau. in conſ. 325. nu. 1. ꝙ idem confirmauit Dec. conſ. 420. in fi. & in conſ. 59. num. 7. & in cõſ. 691. nu. 13. vbi innuit tradit, poſteriorẽ opinionẽ
13 ſupra allatã habere locũ, † quoad plenã probationẽ, ſed non quoad præſumptionẽ, & hanc opin. Bar. & aſſeclarũ illud iuuẽ, vt teſtis ẽt non iuratus facit præſumptionẽ, vt obſeruauit gl. in c. nuper. de teſti. tum ẽt quia
14 dictum honeſti viri inducit † illam credulitatem, vt obſeruat Accurſ. in l. Titio fundus. ff. de cond. & dem. & tradidit Dec. in conſ. 540. Dec. ẽt in conſ. 691. in fi. & argu. c. niſi eſſent. de præb. iſtis etiam adſtipulatur, quia pro iudice præſumitur, vt ſtatutum eſt in c. in noſtra. de procur. & in c. in præſentia. de renun. quin etiã
15 † pro notario præſumitur, ſic in c. ad audientiã. de præſcrip. ſiue igitur, ac meritò vẽ fides adhibenda excellenti Doctori pſumptiuè de conſuetudine q̃ ipſe atte-
16 ſtatur, † donec probetur contrarium, prout loquitur Bart. in d. l. de quib. vbi ſupra, & ex multis alijs collectis per Crau. in d. conſ. 325. num. 1. & hanc veriorem eſſe ** opinionem atteſtatur Io. Dur. in ſuo tracta. de arte teſtadi, tit. de ſubſti. caut. 35. nu. 3. De auctoritate verò aſſertionis Doctoris conſulas Franc. Purpu. in l. 1. nu. 134. vſq; ad nu. 140. ff. ſi cer. pet. & ꝙ ſaltẽ inducat præſumptionẽ, & transferat in aduerſariũ onus probandi, veriorẽ & magis cõem ** eſſe opin. teſtis eſt optimus Franc. Viu. in ſuis cõibus opin. in verſ. Doctor, vbi ait ponderandũ eſſe, an Doctor ſingularẽ demonſtret l... conſuetudinis, vt ei credatur, & ita voluit Hiſpa. in rub. ff. de don. inter vir. & vxor. §. hodie tñ de conſuetudine, nu. 1. Brun. ẽt in conſ. 66. col. 1. declarat prædicta procedere, quando Doctor excellẽs atteſtatur de conſuetudine vniformi, & vnica, alioqui ſecus eſt, ibi verſ. ſecus eſt ſi Doctor.

Concluſionem ſic limitabis, vt locũ ſibi nõ vendicet, ſi vnus, vel duo duntaxat aſſirment de tali conſue-
17 tudine, qa tunc non eſt ſufficiens probatio † ſed oportet, vt DD. cõiter aſſerant, conſuetudinẽ eſſe, vt tradidit Ioan. de Imol. in l. 1. §. nunciatio. ff. de nou. oper. nunci. pro quo adducit pronũciatũ Inn. in c. 1. de fid. inſtr. ꝙ eſt iſtiuſmo li, videlicet per plura inſtra cõfecta pbari quaſi poſſeſſionẽ notariatus, non aũt ſufficere duo inſtra, ẽt ſi ſint ſine cõtradictione recepta ab oibus, q̃ opinionem ſequitur Steph. Bertran. in d. cõſ. 465. nu. 6 vol. 4. & idẽ meminit in cõſ. 1 9. nu. 12. vol. 7. vbi ait de cõi atteſtatione Doctorũ, & placuit Frã. de Are. in cõſ. 132. in cauſa quæ vertiẽ. col. 3. poſt nu. 2. verſ. ſed tñ his non obſtãtib. & idem probauit Ant. Capi. in deciſ. Neap. 176. nu. 20. vbi diſuerdè ait, ſi cõmuniter aſſeraẽ conſuetudinẽ ita eſſe, iñ oẽs ... des ſit
18 habenda, per not. per Ioan. And. in c. 1. de conſtit. † ſi aũt duo Doct. dicant cõſuetudinẽ ita eſſe, alij verò negent, tunc eis non eſt ſtandũ, Avino ẽt Crau. cõſ. 325. nu. 1. col. 2. ſiue aſſertione, aut d vnius Doctoris tm dubit. in poſſe, an ei credendũ eſſet, iñ concurrentibus plurib. Doctorib. ita aſſerẽtib. ſine dubio eis credendũ eſſet, vt patet ibi ex multis allegatis ad hoc. E cõtra video Bart. in d. l. de quib. vbi ſupra loqui in vno ſingulari, & non plurali, & ſic de vno Doctore tñ, idem loquiẽ Pau. Caſt. in cõſ. 364. nu. 1. vol. 2. loquendo, de aſſertione Bal. & conſuetudine, idẽ probauit Guid. Pap. in d. q. 130. vbi aſſerit credendũ eſſe Ancha. & de vno tñ Doctore loquiẽ Iaſ. ẽt in d. conſ. 168. col. 4. in
19 fi. & conſ. 1. in ſin. vol. ... quo in loco tradidit † aſſertioni talis Doctoris ſtandũ eſſe in practica, & iudicãdo, & idẽ in ſingulari loquiẽ Dec. in d. conſ. 540 nu. 9.

Vt aũt hę opiniones cõciliari poſſint nõ obſtãte ea cõcordia & cõciliatione q̃ nup ſupra attulimus dici poſſet, vt per Guald. cautel. 25. de ſagit. vt prior opinio pcedat tm̃mõ in illa curia, ĩ qua verſatus eſt Doctor, nõ aut ĩ alijs locis, & ita pcedat poſterior opinio, ita cõcordes efficit has opiniones Ant. Gab. in ſuis cõcluſionib. concl. 4. de pba. lib. 4. vel dici poſſet, ꝙ ſi DD. cõiter aſſerãt cõſuetudinẽ ita eſſe, plenè, & ſufficiẽter pbarẽ, ſi verò vnus, vel duo de ea atteſtarenẽ, induceret pbationẽ nõ neceſſario cõcludentẽ, ſed pſumptiuã quatenus pbãdi onus trãsfert in aduerſariũ, ita ſcripſit Maria. Soc. cõſ. 60. nu. 10. vol. 2. & ibi citat, q̃ plures cõcordantes, oſtẽditq; hanc eſſe verã, & cõem * opinionem, & quod ſnia Bart. in l. de quib. col. 11. verſ. 4. principaliter quęriẽ. ff. de legib. eſt fulcita plurib. auctoritatib. nu. & in magno exceſſu, & ꝙ nephas eſſet ab ea recedere, & ita de vno Doctore atteſtãte tenet Duran. in tract. de arte teſtã. tit. de Inſtit. & ſubſti. cau. 35. nu. 3. vbi ait hãc eſſe veriorẽ * opi. Sic ẽt diſtinguit Dec. in d. cõſ. 691. in fi. videlicet, ꝙ vnus faciat pſum. per gl. in l. Titio fundus. ff. de cond. & dem. & p iudice pſumaẽ c. in nr̃a de pc. & c. in præſentia. de renunc. & pro notario præſumaẽ c. ad audientiam de præſcript.
20 Prętereà poſſet ẽt tenderi, † ꝙ cũ hæc materia pbationis ſit iudici arbitraria, ut probat tex. in l. 3. de teſt. uet. tu magis ſcire potes, & ita cõiter * tenẽt DD. & atteſtaẽ Cur. iun. in cõſ. 106. n. 3. Ideò iudex exhabita cõſideratiõe q̃s, & qualis ſit Doctor ita aſſerẽs, & quãtæ auctoritatis ſit, arbitrabiẽ, an ſoli ipſi credendũ ſit, an

pluribus aliis cum eo concurrẽtibus, vt puta, arbitror credẽdum eſſe ſoli Baldo propter eius auctoritatem, ſicuti credit Paul. Caſt. in conſ. 164. vol. 2.

Secundo loco limitatur, vt tantùm procedat in regionibus, in quibus extant tales Doct. cõſuetudinem 21 atteſtantes: † nam vnaquæq; prouincia in ſuo ſenſu abũdat, ita dicitur in marg. in deci. ad Guid. Pap. 156. nu. 4. ideò vt ait Io. Dur. in d. tract. de arte teſtan. tit. de ſubſtit. caut. 35. nu. 3. hanc regulam tantùm ſibi locũ 22 vendicare in curia in qua verſatus eſt Doctor ille † q ſuis ſcriptis in re aliqua eſſe conſuetudinem atteſtatur, & ad hoc probãdum adducit Pari. de Put. in tract. ſind. in verbo Doctor, ſeu aduocatus. Alex. conſil. 5. circa prin. col. vlt. lib. 5. & Dec. conſ. 472. teſtator. col. 2. & hoc modo ait procedere dictum Bar. in d. l. de q. bus. col. 9. & ipſe teſtatur ita ſeruaſſe.

Tertiò præterea limitabis, vt contrarium probari 23 poſſit † ex eo, quod conſuetudo ſit facti, ita ſcriptum reliquit Iaſ. in l. 1. C. de iure emphy. nu. 62. per not. in l. 2. in fi. C. quæ ſit long. conſuetud.

Ad hec quartò limitatur, vt tñ locum ſibi vendicet, qñ talis conſuetudo conuenit cum iure cõmuni, 24 ſecus ſi iuri communi aduerſetur † tũc enim licèt gl. aut ẽt plures Doct. affirment aliquid affirmari de cõſuetudine, tñ non eſt eis credẽdũ, immò iſtiuſmodi conſuetudo reprobatur, ita decidit Guid. Pap. q. 565. nu. 4. in verb. quibus cõſuetudinib. & ibi latè additio, vbi pro hoc affert Bald. in l. ſi is q. §. ſi antepherna in gl. in ver. nota. ff. de pign. & idem Bald. in l. conſentaneũ. col. 5. oppo. 5. in fi. C. quo. & quan. ind. cum aliis ibi collectis. Idem etiam ſentit D. Alex. in l. poſt dotẽ. col. 12. in verſ. & iuxta hoc quæro. ff. ſol. mat. Quod quidem ſine ratione conſtitutum non eſt: nam hinc ſequeretur, quod admitterentur teſtes per ſcripturã, & ſimul duo ſpecialia in idem ſubiectum concurrerẽt, quod fieri nõ poſſe ſupra (ſi meminiſtis) tradidimus.

Quintò limitatur, vt vera ſit in Doctore excellẽte aſſerente in lecturis ſuis, ſecùs verò in teſte Doctore, 25 † quia ſi ſolus eſt ei nõ creditur, vt ſentit Dec. in cõſi. 420. num. 15. verſ. non obſtat, & ita tradit Bar. in l. de quib. Sed vt ego arbitror, hæc limitatio parum ſtringit: nam ſi præſupponit fidem eſſe adhibẽdam Doct. aſſerẽti in literis, vbi nõ iurat, multò magis in Doct. excellẽti producto in teſtimoniũ credendũ videtur, cum tanquam teſtis cogatur iurare. In eam tamen in præſentia deſcendo ſententiam, hanc limitationem poſſe potius procedere, vt magis credendũ eſſet Do- 26 ctori aſſerenti in lecturis ſuis de cõſuetudine, † quàm in conſiliis: nã Doct. legẽdo magis nitũtur veritati, q̃ conſulendo, nam in lectura ceſſãt affectio & cupiditas æris, cuius libido quantum dominetur animis vi- 27 rorum præcipuæ Doctorũ tempeſtate noſtra, † ſi quis eſt, qui non videat, eum nihil videre cẽſeo: hoc enim adeò eſt apertum, vt nullã prorſus egeat probatione, vt de hoc atteſtatus eſt Aym. Crau. in tract. de antiq. temp. in 1. par. in verb. propoſitum noſtrum, num. 48. fol. 24. & à nobis infra tradetur in concluſione, Doctor, quam tu ipſe conſulas.

Addam ſuperioribus vnum, quod præ cæteris eſt 28 inſigne, † etenim pbari cõſuetudinem ex auctoritate vnius gl. eſt auctor mihi Bal. in c. cum dilectus. col. 2. de conſuet. & me docuit Dec. conſ. 540. nu. 9. & 10. atq; gl. in l. dos à patre. C. ſol. matr.

Quod velim limites hũc in modũ, vt tantum procedat, ſi talis conſuetudo adhereat iuri cõmuni, ſecùs ſi à iure cõi recedat: quia tunc licèt gl. aſſerat aliquid 29 affirmari de conſuetudine, † tñ ei non creditur, imò reiicitur huiuſmodi conſuetudo, vt ait Guid Pap. in marg. d. deciſ. 565. num. 4. ver. atteſtantur, vbi hoc pro alleg. Bal. in l. ſi is qui. §. ſi antipherna. in ver. in gloſſ. not. ff. de pign. & idem Bal. in l. conſentaneum. col. 5. oppo. 5. in fi. C. quo. & quan. iud. & Alex. in l. poſt dotem. col. 12. verſ. & iuxta hoc quæro. ff. ſol. matr.

CONCLVSIO CCCCXXVII.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo per approbationem, & iudicis pronunciationem, quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo probatur, quando iudex in cõtradictorio iudicio approbauit, & pronunciauit eſſe conſuetudinem.*
2 *Conſuetudo vt probetur ex pronunciatione iudicis, debet pluries ita fuiſſe iudicatum.*
3 *Conſuetudo vt probetur, non requiritur, quod ſit obtenta in contradictorio iudicio.*
4 *Conſuetudo debet eſſe obtenta in contradictorio iudicio in iudicialibus, ſecùs in actibus extraiudicialibus.*

1 Conſuetudo pbatur ex eo q † iudex in contradictorio iudicio approbauit & pronunciauit eſſe conſuetudinem, vt ſcriptum reliquit gl. in §. ex non ſcripto. Inſt. de iu. nat. gen. & ciu. & in rubr. C. quæ ſit long. conſuetud. q̃ ſequitur Alex. in conſ. 132. in 1. dub. lib. 1. & in conſ. 136. lib. 2. tenet etiam Franc. de Ramp. inter conſilia Cald. conſ. 6. in tit. de cenſi. Curt. iun. in tract. feud. in 4. par. q. 30. & ſecundum hanc opinionem non ſufficit, quod 2 ſemel tñ, ſed requiritur, † quod pluries ita fuerit iudicatũ, iuxta ſñiam eiuſdẽ gl. in l. de conſuetudine. ff. de legi. & in rub. C. quę ſit long. conſ. q idẽ ſequitur Sal. ibi. & Ang. Aret. in d. §. ex nõ ſcripto. Inſt. de iur. nat. gen. & ciu. cũ ibi alleg. nu. 20. & D. Vincent. de Franc. deciſ. 91. nu. 16. vbi aſſeuerauit, quod ex quo bis in cã fuerit iudicatum, fuiſſe etiam conſuetudinem bis iudicandi introductam, per ea quæ tradit Andr. in c. 1. col. 2. verſ. vndè ſi bis, qui feud. dare poſſ.

Contrariã ſequuti ſunt ſententiã, quod immò non 3 requiritur vllo pacto † conſuetudinẽ eſſe obtẽtam in contradictorio, Bar. in l. de quib. & in repet. illius. ff. de leg. & Abb. in c. fi. nu. 16. de conſuet. qui *communem dicit, & ipſum ſequendo refert Tiraq. in trac. de primogen. q. 91. in fi. & Villalob. in ſuis communib. opin. in verb. conſuetudo, verſi. nota quod ad hoc reſpondit, idẽ Abb. in conſ. 73. in 3. dub. lib. 2. Cep. conſ. ciuil. 31. circa fin. Socyn. conſil. 99. lib. 1. qui atteſtatur hanc eſſe ſententiam *communiter receptam, idẽ reſpondit Cran. in conſ. 5. nu. 6. Corn. ẽt meminit in conſ. 292. lib. 1. & hãc eſſe veriſſimã *opinionem aſſirmat Fran. Viu. in ſuis communibus opinionibus, in verbo, conſuetudo debet eſſe obtẽta, quo in loco tradit, difficile fore contra iſtam communem obtinere, & iſtis aſſentit Burſat. in conſ. 50. nu. 27. lib. 1. qui & *communem dicit.

Limitabis iſtud, tãtùm verũ ſit in actibus extraiu- 4 dicialibus, ſecùs in iudicialibus, † in quibus requiritur, quod ſit obtenta conſuetudo in contradictorio iudicio, ità reſpondit Bal. in conſ. 210. lib. 1. quem refert & ſequitur Viu. loco prox. citato.

CONCLVSIO CCCCXXVIII.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo vniuerſalis an indigeat probatione.

SVMMARIVM.

1 *Cõſuetudo vniuerſalis nulla eget probatione, quia propter generalitatem videtur tranſiuiſſe in ius commune non ſcriptum.*
2 *Conſuetudo per totum ferè orbem terrarum [illegible] probata cenſetur.*

cenſitur, ſi probetur & conſtet de cõſuetudine vrbis Romæ, ac maioris partis prouinciarum.

3 *Ad ius, quo vtitur vrbs Romę, tunc confugiendum eſt, quando in aliquo loco non eſt lex ſcripta, & caſus nõ poteſt decidi per ſimilia.*

4 *Roma eſt mundi caput, & cenſetur communis patria.*

5 *Conſuetudo generalis Romanorũ trahitur ad omnes prouincias ſimpliciter, & abſolutè.*

6 *Ad cõſuetudinem particularem vrbis Romę in ſubſidium confugiendum eſt, quando deficit lex ſcripta, vel cõſuetudo particularis.*

Conſuetudinem vniuerſalẽ nulla egere probatione, 1 † quod propter ius generalitatem videatur trãſiuiſſe in ius commune non ſcriptum colligere eſt ex §. ex non ſcripto. Inſt. de iu. na. gen. & ciu. & apertè tradidit Bal. in l. poſt dotem. ff. ſol. mat. Dec. etiam in conſ. 483. nu. 20. Quocirca ſi loquimur de conſuetudinis probatione, quę per totum ferè terrarum orbem inoleuit, licèt primo aſpectu eius probatio ferè nulla 2 eſſe poſſit † tamen ſatis huiuſmodi conſuetudo generalis per vniuerſum mundũ probata cenſetur, ſi probetur, & conſtet de conſuetudine vrbis Romę, & maioris partis prouinciarũ, vt declarat Io. Andr. in nouel. in rub. extra de conſue. ad ... ad quod facit gl. in c. cõſuetudo 1. diſt. & hoc eſſe dilucidè ſancitum in d. l. de quibus. ff. de legib. dũ dicit, quod quando in aliquo lo-3 co non eſt lex ſcripta, & caſus non poſſit decidi per ſimilia, tunc ſit confugiendum ad ius quo vtitur vrbs Roma, quæ l. de quib. iuxta ſententiam Alb. ibi, nu. 6. & clarius ſecundum Raph. Fulg. ibi n. 12. in 2. col. intelligitur de conſuetudine Romanorũ generali, licèt Bar. intelligat illum tex. procedere etiam in conſuetudine particulari vrbis Romę, ea ratione permo-4 tus, † quia Roma eſt mundi caput, & cẽſetur cõmunis patria, vt reſpondit Modeſt. in l. Roma. ff. ad munici, ſed vt atteſtatur Cur. iun. in tra. feud. in 1. par. q. 1. nu. * 16. cum quo communi * conſentiunt omnes cõuenerũt, 5 ſi extet conſuetudo generalis Romanorum † illa trahitur ad omnes prouincias ſimpliciter & abſolutè, ſed quando deficit lex ſcripta, vel cõſuetudo particu-6 laris, tunc in ſubſidium confugiendum eſt etiam † ad particularẽ conſuetudinem vrbis Romæ, ſi verò cõſtet de conſuetudine generali vrbis, non ſolũ in ſubſidium obſeruatur, ſed etiam ſimpliciter, & abſolutè, ita tradidit Cur. iun. vbi ſupra, ad quem te reijcio.

CONCLVSIO CCCCXXIX.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo antiquiſſima quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo antiquiſſima, cuius initij memoria non ſit in contrarium poteſt probari per ſcripturam.*

2 *Conſuetudo antiquiſſima non requirit probationẽ de actibus, à quibus originem traxit.*

3 *Conſuetudo antiquiſſima habet vim priuilegij à principe conceſſi.*

4 *Conſuetudo vetuſtiſſima non habet vim priuilegij in incapace.*

5 *Spacium centum annorum dicitur tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium.*

6 *Conſuetudo probatur per teſtes deponentes, ſe nũquam audiuiſſe nec vidiſſe contrarium.*

7 *Conſuetudo non probatur per ſcripturas niſi probetur, illis ſcripturis fidem adhibitam fuiſſe ab omnibus.*

8 *Conſuetudo, quod poſſunt fieri inſtrumenta ſine aliqua ſolemnitate, non probatur, niſi probetur fidem datam eſſe illis inſtrumentis, & id veniſſe in notitiam maioris partis notariorum & populi.*

9 *Plura inſtrumenta de antiquo habent vim probationis famæ.*

10 *Conſuetudo probatur per famam.*

11 *Conſuetudo fœnerandi probatur, quando bis, vel ter quis conſueuit fœnerari.*

12 *Conſuetudo fœnerandi probatur, quando contractus sũt celebrati per proxenetam tantum, & non per ipſos contrahentes.*

13 *Contractus fœneratitius cenſetur, ſi partes contraxerunt intercedente aliquo proxeneta, qui conſueuit contrahentes inducere ad ſimiles contractus celebrandos ſuſpectos, & fœneratitios.*

Conſuetudinem antiquiſſimam, cuius initij me-1 moria non ſit in contrarium † poſſe probari per ſcripturam elicere poſſumus ex reſcripto Imp. Iuſt. in l. vetuſtiſſimã. C. de iur. dom. impet. & reſpondit Soc. in conſ. 94. in cauſa validitatis inſtrumenti. col. 3. in fin. vol. 1. Verumtamen obſerues in probanda huiuſmodi conſuetudine neceſſe non eſſe quærere de actibus, 2 † à quibus originem traxerit iſtiuſmodi cõſuetudo, ſi conſulenti credimus Old. in conſ. 244. quia tota, col. 3. verſ. ... opponitur. nam id nullo modo fieri poteſt, cũ excedat hominum memoriam, & ita fuiſſe obſeruatum ait Crau. in d. trac. de antiq. temp. in 4. par. ver-3 bo materia iſta, nu. 3. Nec prætereũdum † huiuſmodi cõſuetudinem habere vim priuilegij à Principe conceſſi, vt docet Dec. in conſ. 11. nu. 9. vbi hoc comprobat per l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æſti. & in c. ſuper quibuſdam. de verb. ſign. §. præterea, & vltra eũ ſenſit Abb. in conſ. 71. vol. 2. quinimò non ſolũm habet vim priuilegij, ſed etiam habet vim legis, vt conſtituere Vlp. in l. 1. §. fi. ibi vetuſtatem legis obtinere, & Paul. in l. in ſumma. in princ. vbi vetuſtas quæ ſemper pro lege habetur. ff. de aqua plu. arc. Quæ omnia tamen ſunt intelligenda, videlicet quod huiuſmodi conſuetudo habeat vim priuilegij, ... in capa-4 ce, † ſecus in incapace, quod inſigne, & ſingulare cenſuit Hipp. de Marſ. in ſing. 15 ... nu. 2. & tradidit Pet. Rebuff. in tract. de deci. quæſt. 13. nu. 68. atq. Fel. in c. accedẽtes. nu. 6. in 2. limit. ... in c. cauſam quæ. de præſcr. nu. 2. & ibi Abb. & cæt. Cramer. in conſ. 5. nu. 70. vol. 1. Tempus verò cuius initij non extat memo-5 ria in contrarium, † dicitur ſpatium centum annorũ, vt Cyn. voluit in l. 2. C. de ſeru. & aq. nu. 9. quem ſequitur Cæp. in tract. ſeruit. ruſt. præd. c. 19. in princ. & Pet. Rebuff. in d. tract. de deci. q. 13. nu. 94. atque Petr. Duen. in Reg. 90. in 1. fallent.

Ad hæc probatur conſuetudo per teſtes deponen-6 tes ſe nunquam audiuiſſe, † nec vidiſſe contrarium, & communem ſemper fuiſſe opinionem in loco, ſi credimus ita reſpondenti Nat. conſ. 154. nu. 5. in 1. part. * vbi ait, hanc eſſe communem * opinionem & optimã practicam probandi huiuſmodi cõſuetudinem, quã tradit glo. in c. 1. in verb. memoriã, de præſcr. in 6 Bar. in l. 1. §. fi. ff. de aq. plu. arc. Spec. in ti. de prob. §. 1. ver. & nota. Corn. conſ. 22. vol. 1. per totum, quo in loco docet, quo pacto teſtes examinari, & deponere debeant in huiuſmodi conſuetudine.

7 Concluſionẽ ſic limitabis, vt non procedat, † niſi probetur, iſtiuſmodi ſcripturis fidem adhibitã fuiſſe ab omnib. alioqui per iſtiuſmodi ſcripturas nõ probatur conſuetudo, ita Aym. Crau. in tract. de ãtiq. tẽp. in 4. par. verb. materia iſta, nu. 41. vbi adducit ad hoc pronunciatum Abb. in conſ. 53. & 73. col. 4. lib. 2. vbi ait, quòd ex pluribus inſtrumẽtis, in quibus nõ reperitur appoſita aliqua ſolemnitas, non probatur cõſuetudo, quod inſtrumenta poſſint fieri ſine illa ſolemnitate, 8 † niſi probetur, quod talib. inſtrumẽtis fides data ſit, et venerit in notitiam maioris partis notariorũ, & populi,

ſed

ſed Crauet. ibidem non approbat hic dictum Abba-
tis, quando ſumus in antiquo, cuius initii non extat
9 memoria in contrarium: quia tunc † plura inſtrumē
ta de antiquo habent vim probationis famæ, vt in l.
cum aliquis. C. de iur. delib. quæ probatio per famam
in antiquis ſufficit etiā, vbi agitur de graui pīudicio.
10 Conſuetudinem præterea probari † per famā, ſcri-
pſit Cyn. in l. 2. verſ. 2. quæritur. C. quæ ſit longa con-
ſuet. quem ſequitur Alex. conſ. 14. nu. 1. vol. 5. atque
Marſil. in l. de minore. nu. 82. ff. de quæſt. cui adhæret
Duen. in reg. 299. fama, in fall. 21. aliq; Nouell. in reg.
4. fall. 4.
Si verò quis velit probare conſuetudinem fœnerā-
11 di † probabitur ex eo, quod bis, vel ter quis conſueue
rit fœnerari, vt protulit Barth. Cæp. in tract. de ſimil.
contract. præſump. 22. nu. 71. & habetur per gl. & DD.
in l. 3. in fi. C. de epiſ. & cler. & ad id extat gl. in auth.
de teſtib. §. quia verò multi, in verbo ſæpè. coll. 7.
Amplia tum maximè hoc poſtremum procedere,
12 quando † iſti contractus fuiſſent celebrati per proxe-
netam tantùm, & non per ipſos contrahentes, vt ait
Cæp. vbi ſup. d. nu. 71. Nam fœneratores nunquā ipſi
ſuos contractus per ſe celebrant, ſed per interpoſitas
perſonas, ſeu proxenetas ſuos iuxta ſententiā Gulicl.
de monte Lau. in clem. ex grandi. cit. med. de vſu. &
ibi etiam hoc dicit Zabarel. §. cæterùm. 3. q. Quod idē
13 etiam eſſet, † quando partes ipſæ per ſe contraxiſſent
intercedente aliquo proxeneta, qui conſueuerit indu
cere contrahentes ad celebrādos ſimiles contractus
ſuſpectos, & fœneratitios. Nam ſæpiſſimè huiuſmodi
contractus contrahuntur ex culpa proxenetarum, vt
meminit Cæpol. vbi ſupra.

CONCLVSIO CCCCXXX.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo, quòd maſculi excludant fœminas, & frater ſororem, quomodo probet.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo, quod maſculi excludant fœminas, & frater ſororem probatur, quando probatum eſt, maſculum, vel fratrem poſſediſſe bona ex cauſa inteſtati.*
2 *Conſuetudo probanda eſt.*
3 *Teſtis deponens ſuper conſuetudine, ſi interrogetur, quid ſit conſuetudo, & id non declaret, non probat, & hoc procedit, ſiue ſit peritus, ſiue imperitus, vt ibi.*
4 *Medicus ſi examinatur ſuper cauſa mortis, & deponit mortuum eſſe ex apoplexia, non poteſt interrogari, quid ſit apoplexia.*
5 *Qui de peritia artis examinantur, propriè teſtes non dicuntur.*
6 *Multi pro peritis habentur, qui tamen periti non ſunt, & in eorum relatione diligens inquiſitio iudicis interuenire debet.*
7 *Periti intelliguntur, vt teſtes in his, in quibus vera notitia haberi poteſt.*
8 *Notarius teſti æquiparatur.*
9 *Teſtes de quidditate eius, ſuper quo deponit, poteſt interrogari.*
10 *Teſtis deponens de nocte, debet ſcire, quid ſit lux, ſiue dies.*
11 *Teſtis non eſt interrogandus de quidditate, ſi ex eius dictis deprehenditur intelligere id, de quo deponit.*
Superfluis vti non debemus.
12 *Teſtis interrogatus, quid ſit illud, ſuper quo examinatur, non cogitur id definire verbis iuris, ſed ſatis eſt, vt verba facti dicat, ex quo ius reſultat.*
13 *Teſtis de poſſeſſione examinatus, ſi interrogetur, quid ſit poſſeſſio, ſufficit, ſi dixerit quando vnus retinet poſſeſſionem, & eius fructus colligit.*
14 *Teſtis non debet interrogari, quid ſit, quod deponit, quando deponit de eo, quod eſt ita clarum, vt nulla alia demonſtratione indigeat.*
15 *Teſtis ſuper conſuetudine non eſt interrogandus, quo pacto mutuum, vel conſuetudo accipiatur.*

Conſuetudinem quod maſculi excludant fœ-
minas, & frater ſororem, ſi quis voluerit probare, id
1 opportunè probare poterit ex eo, † quòd probatum
ſit, maſculum, vel fratrem poſſediſſe bona ex cauſa
inteſtati. Nec verò ſatis erit, ſimpliciter probare ſim-
plicem poſſeſſionem maſculorum, aut fœminarum,
nec quod ipſi maſculi excluſerint fœminas, niſi quoq;
probetur, quod excluſerint vi illius cōſuetudinis, nec
ſequitur, vt dicit Anch. conſ. 339. nu. 8. in prin. maſcu
2 li excluſerunt fœminas, † ergo probata eſt conſuetu-
do eas excludendi, etenim potuerunt excludi ex cau
ſa teſtamenti, quia fortè per teſtamentum maſculi
eſſent prælati fœminis, ſeu inſtituti maſculi excluſis
fœminis, & ita de fratre excludente ſororem cōſuluit
Corn. in conſ. 125. col. 2. ad fi, lib. 4. quos refert Aym.
Crauet. conſ. 171. nu. 14. verſ. 4. pro hac declaratione.
Teſtem deponentem ſuper conſuetudine, ſi inter-
3 rogetur † quid ſit conſuetudo, nec id declarat, nō pro-
bare, conſultum fuit ab Alex. cōſ. 45. viſis atteſtatio-
nib. col. pen. lib. 2. nu. 12. in fi. quem refert, & ſequitur
Purp. in l. 1. ff. ſi cer. pet. nu. 68. Pet. Rauen. in tract. de
conſuet. col. 11. num. 121. verſ. dicit teſtis, quod ita eſt
conſuetudo, & Roch. de Cur. eod tract. nu. 623. verſ.
6. eſt dubitatio d. col. 97.
Primùm illud ampliabis, ſiue teſtis ſit peritus, vel
imperitus, vt docuit Alex. in d. l. 1. ff. ſi cer. pet. nu. 15.
propè fi. & Purp. vbi ſupra num. 74. cuius Alexā. opi-
* nionem * omnes communiter ſequuntur, vt teſtatur
Purp. vbi ſupra.
Sublimita tamen prædictam ampliationem locū
4 non habere in peritis in arte, † vt exempli gratia, exa-
minatur medicus ſuper cauſa mortis, & deponit mor
tuum eſſe ex apoplexia, non poteſt interrogari, quid
ſit apoplexia. Purp. vbi ſup. nu. 73. ea ratione quia illi
5 qui de peritia artis examinantur, propriè † teſtes non
dicuntur, ſecundùm Bart. in tract. de teſtib. col. 4. verſ.
teſtis dixit aliqua vera. nu. 10. & latius hoc dictū pro-
ſequit Dec. poſt alios in c. propoſuiſti. col. fi. de prob.
nu. 53. de illis peritis. Roch de Curt. tract. conſue. nu.
612. verſ. ex prædicta diſtinctione.
Huic ſententiæ non diſſimulanter fuit aduerſarius
Purp. vbi ſup. num. 73. rationibus permotus ibi relatis
6 ab eodem, quarum prima eſt, † quia multi pro peritis
habentur, qui tamen periti non ſunt. §. præterea ſi me
dicus. Inſti. ad leg. Aquil. Secundo loco. quia diligēs
inquiſitio iudicis in relatione talium interuenire de-
bet, vt docuit Bartol. in l. ſemel. C. de re mil. lib. 10. in
princ. Aret. conſ. 142. ex facto. hæc talis inquiſitio præ
cipuè verſatur in hoc, an intelligat id teſtis, de quo
deponit. Tertiò, & poſtremò quia in his, in quibus ve
7 ra notitia haberi poteſt † tales periti intelliguntur vt
teſtes, ideò de veritate iurāt, ſic Bal. in l. hac edictali.
§. his illud. C. de ſec. nup. ſub nu. 1. hæc Purp. vbi ſup.
Secundo amplies velim, vt quod de teſte dictū eſt,
8 etiam ad notariū poſſit trahi, † quia teſti æquiparat. l.
Domitius. ff. de teſtam. ita Purp. vbi ſup. nu. 74.
Tertio loco ampliabis, vt ſicut teſtis ſcire dēt quan
9 titatem eius, ſuper quo deponit, ita † vt de ea poſſit in-
terrogari, & de eius contrario, vt tradidere Bartol. &
Purp. in l. 1. ff. ſi cer. pet. nu. 76. vnde fit, vt teſtis, qui de
fama mala deponit, interrogatus, quid ſit bona fama
debeat reſpondere, iuxta Bal. in l. 1. ff. de his, qui ſunt
ſui, & c. Alex. conſ. 117. nu. 4. lib. 4. & conſ. 150. lib. 5.
10 col. 5. nu. 13. Hoc idem † de deponente de nocte di-
cendum eſt, qui ſcire debet, quid ſit lux, ſiue dies, vt
ſcripſit Purp. vbi ſup. nu. 77. cum ibi alleg.

Primò

Primò limitabis ſupradicta non eſſe vera, quando ex dictis per teſtē deprehenderetur, illū intelligere id
11 †de quo depoſuit, ſic placuit Purpur. & Bar. in d. l. 1. ff. ſi cer. pet. ſub nu. 78. & pro eo facit, quod ſuperfluis vti nō debemus l. hæc ſtipulat. §. diuus. ff. vt leg. nom. caueat. arg. gl. in c. 2. in verſ. rationabili, de confeſ. lib. 6. & Bar. in repet. l. vbicunq; ff. de interrog. act.

Secundò præterea limitare poteris, vt non requiratur, vt teſtis ita interrogatus, quid ſit illud, ſuper quo
12 examinatur, cogat id definire verbis iuris, † ſed ſatis eſt, vt verba facti dicat, ex quo ius illud reſultat, vt meminit Purpur. vbi ſupr. nu. 81. Alex. conſ. 45. col. pen. lib. 2. & nu. 8. & conſ. 118. lib. 3. Bal. in l. data, col. 8. in verſ. prædicamento quantitatis. C. qui accuſ. nō poſſ. & ſatis inſigniter tradidit Soc. conſ. 253. in cauſa D. Io. Franciſci. ſub nu. 5. vol. 2. & huc ſpectant dicta per Bar. in l. ſciēdū. col. 2. verſ. ſed quæ eſt ratio. ff. de verb. obl. & hęc limitatio probatur per quandam ſimilitu-
13 dinem poſſeſſionis, ex quo inferri videtur, † q̄ ſi teſtis de poſſeſſione examinatus interrogatur, quid ſit poſſeſſio, ſufficit, ſi dixerit, q̄n vnus retinet poſſeſſionē, & eius fructus colligit, ita Bar. in l. de ætate. in fi. col. 4. nu. 11. ff. de minorib. Bal. in l. 1. in fi. C. de fur. Alex. in conſ. 57. nu. 6. lib. 1. & conſ. 134. eo. lib. Fel poſt Bal. in c. quotiens. extr. de teſt. col. 2. ver. 5. limita, & latè Purpur. vbi ſupr. nu. 82. 83. & hoc eſt, quòd teſtis de facto non de iure deponere debet, vt reſpondit Gram. cōſi. 82. nu. 40. Alex. conſ. 45. nu. 1. lib. 2.
14 Tertiò limitare tibi licebit, vt nō procedat, † q̄n teſtis deponit de eo, quod eſt ita clarū, vt nulla alia demonſtratio neceſſaria ſit, vel dari poſſit, vt ſi teſtis dicat, vidi iſſe album, interrogari nō debet, quid ſit albū, ita obſeruauit Bar. in d. l. de ætate. col. 5. verſ. ſed iuxta hoc, nu. 11. ff. de mino. & Purpur. vbi ſupra, nu. 84.

Inſuper quartò limitabitur ex mente Bar. in d. l. 1.
15 ff. ſi cer. pet. † quādo expreſsè reſpectiuè ad eius interrogatoriū formaretur, vt quo pacto mutuum, vel cōſuetudo accipiat, vt cauit inſignitè Soc. in d. l. 1. & ibi Purpur. nu. 85. ff. ſi cer. pet. quem omninò videas.

CONCLVSIO CCCCXXXI.

ARGVMENTVM.

An recipiantur teſtes parte non citata ad probandam conſuetudinem cuiuſdam Ciuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Ad probandam conſuetudinem cuiuſdā Ciuitatis poſſunt recipi teſtes parte non citata.*
2 *In probanda conſuetudine, quę reſpicit cauſę deciſionem non poſſunt recipi teſtes parte non citata.*
3 *In probanda conſuetudine notoria, teſtes parte non citata recipi poſſunt.*

Ad probandam conſuetudinē ciuitatis cuiuſdam
1 †poſſe teſtes recipi etiam parte non citata, profitēdo ſcripſere quā plurimi, vt Ant. de Butr. in c. fi. in antepen. col. ver. ad primum ſi redacta, de conſuetud. Fel. in c. 2. col. 5. in 12. limit. de teſt. Bar. per eum Flor. in l. 2. §. 1. Iul. ff. de teſtib. Cyn. in l. 2. verſ. 2. quia circa hoc quando conſuetudo, C. quæ ſit long. conſuet. Bal. & Alex. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduocat. Maria. in tract. citatio. col. 53. nu. 10. caſu, apoſtil. ad Abb. in c. 2. col. 3. de teſt. Alex. in cōſ. 14. col. 1. vol. 5. Nicell. in 52. cōcor. gl. in 49. fall. & fall. 96. conſuluere etiam Goz. in conſ. 101. col. 5. Ruin. conſ. 144. col. 7. qui ampliat ēt in conſuetudine notoria, vol. 4.

Declara & limita prædictam concluſionē nō procedere in conſuetudine, quæ reſpicit litis ordinē, non
2 autē in ea, † quæ reſpicit cauſæ deciſionē, quò 1 prior magni non ſit præiudicii, poſterior vtiq; hæc verò limitatio elicitur ex dict. Bart. in repet. l. de quib. col. 11. verſ. ſecundò probatur per teſtes, ff. de l. & colligitur à Soc. in conſ. 39. col. 5. in fi. in vlt. lib. at Dec. clarè dixit in conſ. 402. col. pen. atq; Soc. in conſ. 36. col. 2. vol. 4. apoſtil. ad deci. Thol. 115. Caſtan. in conſ. 47. col. 4. Zaſ. reſpondit in conſ. 5. vol. 1. circa fin. placuit Roc. in c. fi. col. 22. de conſuetud.
3 Et † in conſuetudine notoria hoc idē cauit Goz. in cōſ. 6. col. 2. in conſ. 101. col. 6. nu. 27. ver. 13. vbi idem ſentientes citat atq; Soc. iun. in conſ. 65. col. 11. vol. 1. de qua re nos ſupra iam verba fecimus, & ibi quæ adſunt, hic deſeruimus, ideò conſules illum locum.

CONCLVSIO CCCCXXXII.

ARGVMENTVM.

Conſuetum quem eſſe aliquid facere, quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetum quem eſſe aliquid facere, plenè probatur per famam.*
2 *Conſuetum iudicem eſſe incarcerare, torquere homines, vel vim inferre appellātibus, vel conquerentibus de eo, probatur per famam.*

1 Conſuetum quem eſſe aliquid facere †pbari plenè per famā, auctor eſt Duen. in reg. 299. in 17. fall. veluti in pbando iudicē eſſe cōſuetū incarcerare, conijcere, vel torquere homines, vel id genus aliā vim inferre appellā-
2 tibus † vel conquerentibus de eo, ita concludit Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, nu. 17. ff. de no. oper. nunc. quē ſequitur Alex. in addit. ad Bar. in d. l. de minore. §. plurimū, nu. 30. incip. vana uox. ff. de q. quam opinionem ſequitur Fel. in c. ueniens. 1. nu. 9. in fi. de teſt. idē Fel. in c. afferte, nu. 9. de præſ. & in c. de quarta nu. 24. de præſcr. & de illo dicto Bart. meminit etiam Alex. in conſ. 66. nu. 9. uol. 3. quam opinionem etiam ſequitur Iaſ. in reper. l. admonendi, nu. 246. ff. de iureiur. & Ruin. in conſ. 105. nu. 3. uol. 1.

CONCLVSIO CCCCXXXIII.

ARGVMENTVM.

Contemptus quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Contēptus probatur ex cōiecturis, & indicijs, quando ſciēs, vel prudens repugnat prohibitioni ſuperioris.*
2 *Citatus ſub pœna excommunicationis non comparendo præſumitur in contemptum feciſſe.*
3 *Celebrare dicitur in contemptum clauium, qui ſciens ſe excommunicatum celebrat.*
4 *Contemnere probatur, qui monitus pertinaciter ſe ingerit.*
5 *Contemnere nihil aliud eſt, quam aſpernari, & nō curare.*
6 *Contemnere quando quis dicatur.*

1 Contemptus probaē ex cōiecturis, & indicijs † q̄n quis ſciens, & prudens repugnat prohibitioni ſuperioris, ſiue cōparuerit, vel non comparuerit ad monitū ipſius, ut ſi mandetur alicui, q̄ compareat ſub pœna excommunicationis, &c. non cōparendo præſumitur in cōtēptū
2 feciſſe † niſi cōtrarium probetur, ita intelligere eſt ex Fel. in c. ſi quis, nu. 7. extra de maior. & obedien. tradit Bart. in c. ſi celebrat. de cler. excō. & c. dicens ad hoc

eſſe

eſſe ibi contex.ſingularem,& multa obſeruatione di-
gnum idem profitendo ſcripſit Henr. Botte. in tract.
de ſynod.epiſcopi.par.2. nu.80. ꝙ & probat ipſe Fel.
in c.cum quidam.col.4.verſ.5.declarat. de iureiur.&
facit etiam ad intelligentiam.c.notandum.24.q.3.&
c. per tuas. de ſent.excom. placuit præterea Arch.in
c.1.in gl.verbi contempſerit,de appel. in 6. & proba-
uit Card.in cle.1.in 3.not.de ſepul.Quibus iuribus,ſu-
pra adductis pmotus Paul de Leazar.in c.ſi celebrat,
aſſerit,quòd vbi quis probat cõtempſiſſe,ligatur, qui
3 aliàs non ligaretur.† Vnde,& ille dicitur celebrare in
contemptum clauium,qui ſcienter,ideſt,ſciens ſe ex-
communicatum, celebrauerit iuxta ſententiã Cald.
4 de verb.ſig.conſ.11.Fel.vbi ſup.nu.7.† Probatur autẽ,
& quem contemnere,qui monitus pertinaciter ſe in-
gerit,per d.c.ſi celebrat.quod animaduerſione, & me
moria dignum eſt, vt rectè bullæ ſenſus percipiatur,
quę non intelligi diſpenſatum cum his dicit, qui in
contemptum celebrarunt, vnde merito dicere con-
ſueuerat Domini.poſt alios in c.metropolitanum. 2.
5 q.7.Contemnere nihil aliud eſſe,quam aſpernari,† &
non curare, motus auctoritate Summi Pōtificis in c.
qui & humanis 12.q.2.c.excellentiſſimos.in fi. 11. q.
3.pulchrè Dom.in c.nullus.55.diſt.Si verò tibi ſit cor
6 di cognoſcere, quando quis dicatur † contemnere,
conſulas tex.in c.cum non ab homine, in fi. de iud.c.
qui diuinus.12.q.2.& c.excellentia.11.q.3. tibi etiam
auctor ſum,vt cõſulas Fel.ſi intelligere aueas, quod
diſcrimen ſit inter contemnere,& non parere,& ſi re-
liqua alia huc ſpectantia ſcire deſideres Fel. inquam
adeas in d.c. ſi quis à nu.77. vſque ad fi. vbi omnium
vberrimè hoc argumenti genus examinat.

CONCLVSIO CCCCXXXIV.

ARGVMENTVM.

Conteſtatio litis quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Conteſtatio litis probatur per narrationem, & reſponſionem negatiuam factam a reo in iudicio.*
2 *Conteſtatur lis, ſi reus dicit, poſita prout ponuntur, & narrata, prout narrantur, vera non ſunt.*
3 *Conteſtatio litis inducitur, etiam quando reſponſio facta ſit ex interuallo ab vna parte.*
Quod intellige vt nu. 6.
4 *Conteſtatio litis requirit partium præſentiam.*
5 *Cõteſtationem litis induci ex reſponſione negatiua rei, ſeruatur in praxi.*
7 *Conteſtatur lis, ſi iudex mandat reſponderi animo litem conteſtandi, & reus ſimpliciter reſpondeat.*
8 *Conteſtatam litem eſſe probatur per confeſſionem.*
9 *Conteſtatio litis probatur per confeſſionem aduocati etiam illicitam.*
10 *Conteſtatio litis probatur per confeſſionem etiam illicitã, niſi fuerit reuocata.*
11 *Conteſtatio litis probatur per confeſſionem rei, ſi libellus præceſſerit, & hoc animo reus confiteatur.*
12 *Conteſtatam litem eſſe probatur, ſi reus dixerit, reſpondẽdo actoris libello, tu mentiris.*
13 *Conteſtatio litis probatur etiam per reſponſionem factam libello per verbũ dubiũ, credit, vel non credit, aut neſcit.*
14 *Conteſtatur lis, ſi reſponſio dubia referatur ad libellum, ſecus ſi ad poſitionem.*
15 *Conteſtatio litis non probatur ex eo, quòd ſolùm reperiatur ſcriptum in actis, tali die lis conteſtata eſt.*
Contrarium, ibi.
16 *Conteſtandi litem animus in dubio præſumitur tàm ex parte rei, quam actoris.*
17 *Animus cõteſtandi litẽ non præſumitur, niſi exprimatur, quando in loco eſt conſuetudo talẽ animum exprimẽdi.*
18 *Proteſtatio impedit litis conteſtationem, quãdo actor proponens, & reus reſpondens proteſtatur hoc facere, non animo litem conteſtandi.*
19 *Conteſtationem litis impedit clauſula, non animo litem cõteſtandi, in libellis inſerta.*
20 *Proteſtatio conteſtationem litis impedit, ſi iudex non iubeat conteſtari.*
21 *Proteſtatio non valet, dum lex imperat, vetat, vel punit.*
22 *Proteſtatio, quia eſt contraria facto, non iuuat proteſtantem in neceſſarijs actibus.*
23 *Proteſtatio non releuat, quando cogitur quis præciſè litem conteſtari.*

Conteſtationem litis probari p narrationem,
1 †& reſponſionem negatiuam factam à reo in iudicio
negante ſimpliciter narrata per actorem, profitendo
dixit Bar.in l.1.C.de lit.cõteſ.n.3.poſt gl ibi in verbo
cũ iudex.verſ.& quod ſubijcit,& in l.ſi dubitet. §.ita
demũ.ff. de fideiuſſ. & cautum eſt in l. 2. ibi niſi poſt
narrationẽ,& reſponſionẽ.C.de iur.calum.iuncta gl.
ibi ſuper d.verb.reſponſionem, & conſtitutum eſt in
l.rẽ non nouam.§.patroni,ibi, cum lis fuerit cõteſta-
ta poſt narrationẽ propoſitã, & contradictionẽ obie-
ctã.C.de iud.& placuit eidẽ Bart.in d.l. 1. poſt nu.21.
Goffre.tradidit in ſumma tit.de lit.conteſt.col.2.ver.
lit autẽ litis cõteſt.ſentit hoc idem Matthæſ. in auth.
qui ſemel.col.3.ver.id autem ſi reus,poſt nu. 15. in fi.
C.quom.& quãd.iud.aſſeruit Spe.§.1.n.2.tit.de lit.cõ
teſt.decidit Rot.dec.12.aliàs 706.not.quod ſi pars de
lit.conteſt.in antiq.probauit hoc etiam Bal.in l.1.nu.
2.C.de lit.conteſt.& in c.1.in prin.ext.eo.tit. & nu. 2.
in 1.notab.ibi,& Rot.dec.2.aliàs 12.ſi pars rea, de lit.
conteſt.in no.Maran.in ſuo Spec.par.6.membro 10.
nu.4.verſ.ſecundo quæro,vbi docet praxim commu-
2 nem† litem conteſtandi,hoc eſt,vt reus dicat, poſita,
prout ponuntur,& narrata prout narrantur,vera non
eſſe,quam praxim ante eum docuerat. Bart. in d.l. 1.
d.num.73.C.de lit.conteſt.&c. vt dicat reus, narrata,
prout narrantur,non eſſe vera, & petita fieri non de-
bere,idem Goffr.in d.ſumma d.2.col. verſ. item not.
quod ſi plura in libello. & Spec. d.§.1.nu.2.verſi.for-
ma litem conteſtandi.Abb.in c.1.poſt nu.6.ver.item
lis conteſtatio firmatur,de lit. conteſt.
3 Primò amplia,vt iſtud etiam locum habeat,† ſi re-
ſpõſio facta ſit ex interuallo ab vna parte, quia ex ea
inducitur itidem conteſtatio litis propter animorum
concurſum,ita docuit Crot.in rub.de verb.obl.num.
27.pmotus auctoritate DD.de Rot.in dec.326.quam
non reperij in codice meo,& Domini.in c.fin. de lit.
conteſt.in 6. quod etiam confirmauit Abb. in d. c. 1.
col.4.poſt nu.6.ver.2.quòd temporis interuallum,de
lit.conteſt.& poſt nu.8.verſ.item videtur velle aper-
tiſſimè.
Huic tamẽ ſniæ alacriter reclamat Vbertinus Zu-
chardus in rub.C.de pact.nu.64. ibiq; aſſeuerat cęte-
4 ros ſcribentes ſentire contrariam ſententiam, † quia
conteſtatio litis requirit partium præſentiam, vt per
Bar.in d.l.1.col.2.in fi.de lit.conteſt.& ibi Bal. col. 1.
verſ.3.quæro,& Saly.col.1.verſ.quæro.
Reconciliare poteris,vt prior ſnia vera ſit in praxi
5 †quia ita ſeruatur,teſte Caſt.in rub.d.tit.de lit. cõteſt.
& declarat Zuchard.loco proximè citato,nu. 64.
Intellige prædictam ampliationem, vbi dicit etiã
procedere,ſi ex interuallo reſpõſio fuerit facta, locũ
ſibi vendicare, quando vel præceſſit ꝓteſtatio reſpõ-
6 dentis non animo litẽ conteſtandi, † & reſpondendo
poſteà ex interuallo vĩ à ſua proteſtatione receſſiſſe,
argu.l. cum in plures.§.locator horrei.ff.locat.vel qñ
iudex proteſtationem non admiſerit, mandat reſpõ-
7 deri animo litem conteſtãdi† ipſo reo ſimpliciter re-
ſpõdente videtur acquieſcere voluiſſe iudicis interlo
cutoriæ,vt ita declarat Abb.in d.c.1. col.7.poſt n.16.
verſ. ſi autem reſpondet ex interuallo, de lit.conteſt.

Secundo

Secundò amplia concluſionem, etiam ipſam litē
8 conteſtatam † probari per confeſſionem, vt tradidit
gl. in d. l. 2. in d. verb. reſponſionem. C. de iur. calum.
& Bart. in d. l. 1. C. de lit. conteſt. d. nu. 21. verſ. quærit
gl. & gl. ibi in d. verb. cum iudex, in fi. Fel. etiam in c.
olim. nu. 5. de lit. conteſtat. vbi teſtatur de communi
* *opinione, & Gofred. in d. ſumma. d. col. 2. verſ. ſed
contra poſt confeſſionem. Bal. in auth. offeratur. in fi.
nu. 21. C. de lit. conteſt. Spec. d. §. 1. nu. 11. verſ. ſed ſi
reus non neget, ſed confiteatur. d. tit. de lit. conteſtat.
Abb. in d. c. 1. col. 2. poſt nu. 6. verſ. & reo confitente.
de lit. conteſt. & col. 5. verſ. quæro quoad ſecundum,
nu. 13. Bal. ibid. col. 2. poſt nu. 4. verſ. modò quæro nū-
quid, & ibi Fel. nu. 5. verſ. ad illud vtrum confitendū,
* quo in loco de* communi opinione atteſtatur. Marā.
in ſuo Spec. par. 6. memb. 10. nu. 4. verſ. 2. quæro.
9 Primò ſubamplia præcedentem ampliationē † litis
conteſtationem probari per confeſſionem aduocati
etiam illicitam, ſi credimus Abb. in d. c. 1. col. 6. verſ.
adeò illa ſunt vera. nu. 14. de lit. cōteſt. vbi Fel. col. 5.
verſ. ad 5. q. nu. 22. adducens ibi idem ſentientes, niſi
tamen fuerit reuocata, vt aſſerit Spec. d. §. ſequitur.
verſ. ſit quoque. nu. 1. d. tit. de lit. conteſt.
10 Secūdò ſubamplia dictam ampliationem † etiam
litis conteſtationem probari per confeſſionem etiam
illicitam, niſi fuerit reuocata. Spec. §. ſequitur. verſ. ſit
quoq; nu. 1. d. tit. de lit. conteſt.
Intelligas nuper traditam ampliationem verā eſſe,
11 ſi libellus præceſſerit, † & hoc animo reus confitea-
tur, vt glo. voluit in d. l. 1. in d. verb. cum iudex, in fin.
quam ſequitur Bart. ibi poſt dictum num. 21. C. de lit.
conteſt. Abb. in d. c. 1. poſt nu. 13. col. 6. verſ. aut confi
tetur libello oblato, eo. tit. & ibi Bal. poſt d. nu. 4. verſ.
aut confitetur intendens procedere in cauſa, & verſ.
ſeq. aut confeſſio fit oblato libello.
Tertiò principaliter amplia concluſionem, etiam
12 probari litem conteſtatam † ſi reus dixerit reſpondē-
do actoris libello. Tu mentiris, vt ſentit glo. in d. l. 1.
ſuper d. verb. cum iud. ibi debet mihi decem, dum ibi
dicat glo. vel non eſt verum. C. de lit. conteſtat. Marā.
d. 10. memb. d. 6. par. poſt d. nu. 4. verſ. item inducitur
litis conteſtatio.
Quartò loco ampliabis etiam probari conteſtatio-
nem litis per reſponſionem factam per verbum du-
13 bium † credit, vel non credit, aut neſcit datam libel-
lo. c. cum ad ſedem. §. ad quę reſpondit, & ibi gl. 1. vbi
& Abb. nu. 5. ver. item not. quòd per hoc, de reſt. ſpol.
Spec. d. §. 1. nu. 9. verſ. forma lit. conteſt. ſentit Bal. d. l.
2. nu. 3. verſ. 3. nota. C. de iur. calum. & expreſſè confi-
tetur in l. 3. nu. 4. verſ. quæro, nunquid per verbū non
credo. C. quibus ad lib. procla. non licet, & idem Bal.
in d. l. 1. nu. 10. verſ. 9. quæro. C. de lit. conteſta. diſtin-
guens, an illa reſponſio referat ſe ad libellum, an po-
14 ſitionem † ſi ad libellum referatur lis conteſtetur, ſe-
cus ſi ad poſitionem, vt ibi per eum. Abb. in d. c. 1. col.
10. verſ. 4. quæro. nu. 27. de lit. cōteſt. vbi Fel. col. 5. ver.
ad 4. q. Maran. d. nu. 4. & d. verſ. inducitur.
Ad vnum tamen hic aduertas, cōteſtationem litis
non probari ex eo, quòd in actis ſolùm ita ſcriptū re-
15 periatur † videlicet tali die lis cōteſtata eſt, nec vlte-
rius aliquid dicitur, vt auctor eſt Spec. in tit. de lit. cō-
teſt. d. §. 1. verſ. quidam autem. nu. 10. quem refert, &
ſequitur Bart. l. ſciendum. nu. 18. ff. de verb. obligat. &
eum ſequitur in l. hæres inſtitutus. ff. de acq. hęr. Abb.
in d. c. 1. in fi. de lit. conteſtatio.
Contra tamē ſentire videtur Bal. in d. c. 1. poſt nu.
15. verſ. ſed quid ſi in actis, de lit. conteſtat.
16 Admonitum tamen hic te velim † animum con-
teſtandi litem in dubio præſumi tum ex parte rei,
tum ex parte actoris, niſi aliud appareat, ſi credimus
Soc. iun. in tract. fallen. reg. 298. in verb. litem conte-
ſtandi, & ad hoc citat contex. & ibi ſcribentes in d. c.
1. de lit. conteſtatio. & præcipuè Abb. poſt numerum
15. verſic. ſed ceſſante conſuetudine.
Quòd declarabis, vt verum nō ſit, quando in loco
17 eſſet conſuetudo declarandi expreſſè animum; tunc
enim non præſumitur animus conteſtandi litem, niſi
exprimatur, & ita neq; conteſtatio inducta cenſetur,
ita docuit idē Soc. d. reg. 298. & ſcripſit Fel. in c. 1. poſt
nu. 5. verſ. ad illud. de lit. conteſt. ibiq; Abb. tradit col.
7. poſt nu. 15. verſ. puto tamen, eo namq; caſu eſt de
ſubſtantia, vt exprimatur, iuxta ſententiam Fely. vbi
ſupra, & ex hoc limitanda venit deciſ. Rot. 2. alias 12.
ſi pars rea, de lit. cōteſt. in no. iam ſupra allata, vt ani-
maduertit Fel. in d. c. 1. poſt d. nu. 5. verſ. ad illud, qui
dicit inſignem limitationem ad d. deciſ.
Vnde eò magis concluſio vera eſt, quando actor
proponens, ſiue reus reſpondēs proteſtatur hoc face-
18 re non animo litē conteſtandi † eo enim in caſu cla-
rum eſt non induci litis conteſtationem, cum prote-
ſtatio ipſam impediat, vt tradidit gl. in d. c. 1. verſ. vn-
de ſi aliquis. d. tit. de lit. conteſt. l. 1. C. eo. tit. Inno. in c.
cum M. Ferrar. de cōſt. poſt nu. 1. verſ. valet ergo pro-
teſtatio. DD. in d. c. 1. & Soc. in d. reg. & gl. ſuper verb.
cum iudex. verſ. ſecus ſi dicat. d. l. 1. C. de lit. conteſta.
Matth. ſing. 63. nota cautelā. Spe. §. 1. ver. illud autem
nota. nu. 12. cum plurib. ſeq. tit. de lit. cōteſt. Bal. in d.
l. 1. nu. 5. verſ. 4. quæro. C. de lit. conteſt. & in l. 1. §. illo
proculdubio. C. de lati. lib. tol. & Fel. poſt nu. 68. verſ.
ad idem notat. D. Ant. in d. c. cum M. Ferrar. DD. in §.
morte. legis non ſolùm. ff. de nou. oper. nunc.
Etenim in libellis ipſa clauſula, non animo litem
19 conteſtandi, inſerta, † impedit litis conteſtationē, vt
tradidit. d. gl. in d. l. 1. in d. verb. cum iudex, ver. ſecus ſi
dicat reus. C. de lit. conteſt. cuius gl. doctrinam Doct.
* *communiter probant, iuxta ſententiam Matthæ. d.
ſing. 63. nota cautelam. Spec. d. §. 1. d. verſ. illud. l. qui
in aliena. §. ſi. vbi gl. ſuper verb. fallen. ff. de acq. hær.
& ibi Bal. hoc ſentit etiam Alex. conſ. 85. animaduer
ſis. nu. 4. vol. 4. Ferrar. in forma reſpon. rei, in glo. non
animo conteſtādi. Abb. in c. Cuma. nu. 5. verſ. 3. con.
prædicta, de elect. Alex. conſ. 42. in cau. & lit. col. 2.
poſt nu. 4. verſ. ex quibus infertur, quod inſtantia. vol.
3. vbi adducit alios concordantes. Io. Staph. in tract.
de gratiis expectan. ſuper verb. dicendum eſt modo,
nu. 26. verſ. quia proteſtatio præſeruat gratiam. Bart.
in l. 1. poſt nu. 2. verſ. item dicunt quidam. ff. ad Velle-
ian. Marſil. in l. vnius facinoris. §. cuſtodiæ. poſt num.
33. verſ. cautela eſt notabilis. ff. de quæſt. Abb. in d. c.
1. colum. 7. ver. ad vltimum veniendum. nu. 16. de lit.
conteſ. & ibi Fel. poſt num. 5. verſ. ad illud proteſtan-
te, & verſ. fallit ſecundo. glo. in d. c. cum M. Ferrariē.
§. verum ex aduerſo, ſuper verb. ſine præiudicio, de
conſtitu. & ibi Abb. poſt nu. 20. verſ. quoad vltimum,
& ibi Fely. poſt num. 68. & ſequen. ver. ad idem, quod
notat, vbi ab vtroque multa colligere poteris de ma
teria proteſtationis. Abb. à num. 15. vſque ad 26. ibi,
& Fel. à num. 26. vſq; in fi. & Matant. d. 10. memb. nu.
* 30. verſ. vlt. vbi dicit communem * opinionem eſſe li-
tem non fore conteſtatam.
20 Limita tamen hoc dictum de proteſtatione, † vt
conteſtationem litis impediat, adeò procedere, ſi
iudex non iubeat conteſtari, vt exemplo planum fa-
cit in d. l. 1. §. illud proculdubio. C. de latin. lib. tollen.
nam inquit quatuor eſſe legis virtutes, in quibus pro-
teſtationem nō valere, ſcilicet, dum lex imperat, ve-
21 tat, † vel ponit, quando tamen permittit, valere pro-
teſtationem, & ſic quæſtio iſta de proteſtatione diri-
mitur, & ita intelligendum eſſe dicit, quod notatur
in d. l. 1. C. de lit. conteſt. & ibi Bal. num. 5. ver. quarto
quæro, vbi in verſ. tertij dicunt, quòd iſta proteſtatio
non iuuat, quia eſt contraria facto diſtinguente, vt ibi
22 † concludens in neceſſarijs actibus non iuuare prote-
ſtationem proteſtantem, l. alimenta. ff. de neg. geſt. &
& Abb. in cap. Cumana. num. 5. & ſequen. de elect. &
Bald. in d. l. ſcimus, §. illud. C. de latin. lib. tollen. & d.
deciſ.

deciſ.Rot.2.alias 12.& idem dicit Bald.in d. l. qui in
23 aliena.in d.§.fi.†quod quando præcisè cogitur litem
conteſtari,ipſa proteſtatio nõ releuat,& in d.c.1. col.
2.poſt nu.4.verſ.ſed pone, quòd quis proteſtatur, de
lit.conteſt. Alex. in l.iuriſgentium,§. quod ferè poſt
nu.2.verſ.vt quia tibi interroganti reſpondeam,ff.de
pact.& Marant.d.Spec.d.ro.memb.poſt d.nu.10.ver.
niſi iudex prius iuſſerit litem conteſtari.

CONCLVSIO CCCCXXXV.

ARGVMENTVM.

Contractus ex non ſcripto, an probetur per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Contractus ex non ſcripto plenè probatur duobus, vel tribus teſtibus.*
2 *Contractum ex non ſcripto teſtes probant, ſi deponũt hoc, vel illo modo eſſe contractum, vel conuentum inter partes.*
3 *Contractus excedens ſummam cẽtum, ſi de eo non fuit factum publicum inſtrumentum, ſed tantum interuenerint teſtes, & iuramentum, per indirectũ probari poteſt per teſtes, non obſtante prohibitione ſtatuti.*
4 *Iuramentum in contractu appoſitum probari poteſt per duos teſtes coram iudice eccleſiaſtico.*
5 *Contractus indirectè probatur, probato iuramento ipſi appoſito.*
6 *Contractum in ſcriptis redactum dici probant teſtes deponẽtes ita conuentum eſſe inter partes, vt conficeretur de ipſo contractu inſtrumentum in ſcriptis.*
7 *Tranſactio illa videtur eſſe facta in ſcriptis, de qua conueni, vt conficeretur inſtrumentum.*
8 *Contractus non cenſetur celebratus in ſcriptis, niſi quando eſt actum, vt aliter contractus non valeat.*
9 *Promiſſio non dicitur facta in ſcriptis, niſi quando hoc eſt actum aperte, vt aliter promiſſio non valeat.*
10 *Contractus non dicitur in dubio celebrari in ſcriptis, niſi ſint aliqua coniectura, per quas appareat partes voluiſſe in ſcriptis contrahere.*
11 *Capitula pacis prius ponuntur in ſcriptis, quàm cõcludatur.*
12 *Coniecturę ex quibus dicitur partes voluiſſe cõtrahere in ſcriptis, efficiunt, vt contractus nõ dicatur perfectus, niſi poſt ſcripturam abſolutam.*

1 Contractum ex non ſcripto plenè ꝓbari† duobus vel tribus
teſtibus, videre eſt ex c.in omni.c.licet vniuerſis.§.fi.
extra de teſtibus,& ex l.vbi numerus.ff. de teſtib. & l.
in excedẽdis.C.de fi.inſtr.quod etiam decidit Thom.
Gram.deciſ.73.nu.8. & 9. pernotus auctoritate con-
2 text.iam citatorum, teſtes verò probant† ſi depoſue-
rint hoc vel illo modo eſſe contractum, & conuen-
tum inter partes,vt tradidit Bal.in l.rebus.in fin. C.de
re.permutat.

Ampliabis prædictam concluſionem,vt cõtractus
excedẽs ſummam veluti centũ, cum lege municipali
3 caueatur,vt nõ poſſit probari,† niſi per publicum in-
ſtrumentũ,tamen ſi de eo non fuit factum publicum
inſtrumentũ,ſed tantum interuenerint teſtes,& iura-
mentũ appoſitum ſit dicto contractui, per indirectũ
per teſtes probari poterit,non obſtante prohibitione
4 ſtatuti,nam iuſm in dicto contractu appoſitũ† ꝓbari
poteſt ꝑ ipſos duos teſtes coram iudice eccleſiaſtico,
vt docuit Io.de Imo.in reper.c.cũ contingat.in 6.car-
ta.de iureiur.quem refert,& ſequit̃ Fel.in c.ſicut con-
ſuetudo.in 6.col.poſt nu.15.verſ.textò intellige, de
prob.vbi idem ſennentes citat,nam probato iuramẽ-
5 to,indirectè quoq; probatur contractus,† quia iudex
cogit ipſum iurantem ad obſeruantiam ipſius cõtra-
ctus,cuius praxis auctor eſt Hipp. de Marſ. in rub.C.
de probat.nu.57.ver.ſextò limita, vbi ait id perpetuò
menti tenendum eſſe, & idem pro inſigni habuit in
ſing.ſuo 126.incip.in multis ciuitatibus.

Sicut etiam contractum in ſcriptis dici redactum
6 per teſtes probari poterit†ita conuentũ eſſe inter par-
tes, vt conficeretur inſtrumentum in ſcriptis de ipſo
cõtractu,vt traditũ eſt ab Hipp.de Marſ.in rub. C.de
prob.nu.66.vbi ad hoc teſtatur Franciſ. Aret.in conſ.
159.incip.longa eſt iſta conſultatio,nu. 10. cum alijs
ibi per eum allatis,& extat contex.in l.cõtractus, vbi
eleganter.Cyn.C.de fid.inſt.in verbo in ſcriptis,dum
7 contextus dicit† illam trãſactionem videri eſſe factã
in ſcriptis, de qua conuenit,vt conficeretur inſtrumẽ
tum, & latè proſequitur Aret.vbi ſuprà à num. 8. vſ-
que ad 11.

Contra verò contractus non cenſetur celebrari in
8 ſcriptis niſi quando eſt actũ † vt aliter contractus nõ
valeat,quem articulum latè ꝓſequitur, & examinat
Sal.in l.contractus.C.de fid.inſtr.& tradidere glo. &
Bart.in d. l. contractus,& in auth.ibi poſita.C.ſi cer.
pet.atq; Bal.in auth.præalleg. & reſpondit Angel. in
conſ.157.162. vbi dicit ad intellectum l. generaliter,
9 C.de non num.pec.dicens in ſimili,confeſſionẽ†non
dici factam in ſcriptis,ſeu promiſſionem,niſi quando
hoc eſt actum apertè,vt aliter promiſſio non valeat.
Inſuper addit & illud Saly.in d.l.contractus, contra-
ctum non dici in dubio celebrari in ſcriptis, niſi ſint
aliquæ coniecturæ,per quas appareat præter naturam
10 contractus † partes voluiſſe in ſcriptis contrahere,
exempli gratia,ſi ambę partes,vel earum altera,dixe-
rint ſe velle contrahere in ſcriptis, vel ſi verba cõtra-
ctus fuerint primò poſita in ſcriptura,adeò vt ſcriptu
ta præceſſiſſet contractum, ſicut ſolet fieri in capiti-
11 bus pacis,† quę prius ponuntur in ſcriptis,quam con-
cludatur, iſtæ enim & huiuſmodi ſimiles ſunt con-
iecturæ, partem voluiſſe contrahere in ſcriptis,adeò
12 vt contractus non diceretur perfectus, † niſi poſt
ſcripturam abſolutam,ita docuit Salyc. vbi ſupra, &
Bal.in d.l.contractus, reprehendẽs opinionem gloſ-
ſatorũ, dicentium, contractum dici fieri in ſcriptis,
quando partes conueniunt, vt fiat ſcriptura de con-
tractu,& ita ad verbũ reſpondit Fran.Aret.in d.conſ.
159.num.10.

CONCLVSIO CCCCXXXVI.

ARGVMENTVM.

Contractus an probetur ex ſolutione gabellæ.

SVMMARIVM.

1 *Contractus quilibet probatur ex ſolutione gabellæ.*
2 *Ex acceſſorio neceſſario infertur ad probationem principalis.*
3 *Promiſſio dotis neceſſario probata dicitur, probata promiſſione vſurarum dotis.*
4 *Contractus nõ probatur ex ſolutione facta parte abſente.*
5 *Solutio facta in præſentia partis plenè probat contractum contra partem, & tertium.*

1 Contractus quilibet†probatur ex ſolutione gabellæ, ſi lege mu-
nicipali caueatur,vt pro quolibet contractu ſoluatur
gabella, ex acceſſorio enim neceſſariò infertur ad ꝓ-
2 bationem†principalis,vt ait Aymo.Crau. in tract.de
antiq.temp.in 1.parte,in verbo quartò limitatur, nu.
79.vbi pro hoc adducit ſimile pronũciatum Bal.in l.
2.C.de dot.promiſſio.& Dec.in rub.C.de edẽdo. col.
3 1.quæ dicit probata ꝓmiſſione vſurarum dotis † ne-
ceſſario

ceſſariò probatam dici promiſſionem ipſius dotis, quibus ea patrocinanẽ,quæ fuere obſeruata ab Aym. Crauet.ibid.nu.78.& præcipuè ab eod.Dec.in conſil. 588.col.fi.& in conſ.682.col.2.in medio,& Curt.iun. conſ.68.col.2.poſt medium,& adeas ad hoc, quæ dicta ſunt ſuprà in concluſione,acceſſorij.

Hoc limitare poteris,vt tantùm procedat, ſi huiuſmodi ſolutio facta ſit parte præſente, vt placuit Crauet.vbi ſupra,ſecus ſi parte abſente, nam tunc ex ſolu
4 tione,† nõ probatur contractus contra tertium abſentem,tanquam ſit res inter alios acta,ita tenet Alex.in conſ.36.lib.5.& licèt Soc.in conſ.208.col.2.verſ.3.ex libris,vol. 2. in terminis aſſerit, quòd etiam non probatur,etiam ſi pars fuerit præſens, tamen reijcitur, & rectè à Crauet.vbi ſup. d.nu.78. vbi dilucidè tradidit
5 † quod ſi in præſentia partis facta fuerit,plenè probat contractum contra partem,& tertium.

CONCLVSIO CCCCXXXVII.

ARGVMENTVM.

Contraxiſſe per metum,an præſumatur, qui contraxit interuenientibus affinibus, & conſanguineis.

SVMMARIVM.

1 *Contraxiſſe per metum non præſumitur, qui interuenientibus affinibus, & conſanguineis contraxit.*
2 *Præſentia propinquorum in contractu arguit omnem dolum, & metum abeſſe.*
3 *Qui præſentibus conſanguineis teſtatus eſt, non præſumitur dolo, vel metu inductus ad teſtandum.*
4 *Contractus non præſumitur celebratus per metum in præſentia plurium conſanguineorum, vel ſaltem ad minimum duorum.*

1 Contraxiſſe per metum non præſumitur† qui contraxit interuenientibus affinibus, & conſanguineis, vt reſcripſere Impp.Dioclet.& Maxim. in l. tranſactione, quæ dominij.C.de tranſact.vbi DD.tradidere.gl.& Bal. in l. Polla.C.de his quib.vt indig. Doct. etiam meminere in c.cauſ.matrimon.ext.de offic.deleg.Bar.docuit in l.frater à fratre.col.pen.verſ.3.quarto quid in contractu.ff.de cõd.indeb.& in l.1.C.de præd.Curia. lib. 10. Alex.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.ff.ſolu. matrim.Dec.cauit inſigniter in conſ.232.colum.2.& conſ.219.viſo puncto,Ang.conſ.215.thema tale.col. fi.Alc.de præſump.reg.1.præſump.21.nu.1.adeas etiã Soc.conſ.293.capio primum.col.6.verſ.ſed adhuc videtur.lib.2.Steph.Bertr.conſ.4.viſis hinc indè. col. 6. refert,& ſequitur Tiraq.in repet.l.ſi vnquam,in verbo ſuſceperit liberos,pag.298. nu.297. de reuocã. donat.
2 Quòd etiam ratione confirmatur.†Nam propinquorum præſentia arguit omnẽ dolum,& metum abeſſe, vt vnanimes ſenſere Bart.Bal.& Iaſ.in d.l.tranſactio. & Alc.vbi ſup.

Sic velim amplies concluſionem,vt ſicut qui præſentibus conſanguineis contraxit; non præſumatur
3 metu contraxiſſe, vt dictum eſt, ita † qui præſentibus conſanguineis teſtatus eſt,non præſumitur dolo, vel metu inductus ad teſtandum, iuxta ſententiam Bart. in l.ſi.ff.ſi quis ali.teſta.prohib.& Bal.in d. l. 1. C. illo tit.& Alc.vbi ſup.& ibi addit.Io.Nicol. Arelata.

Limitabis nunc concluſionem non procedere,ni-
4 ſi adſit † præſentia plurium cõſanguineorum,vel ſaltem ad minimum duorum.Tiraquel. in d. repetitio. l.ſi vnquam. C. de reuocan: donatio.& tradidere alij ſup.in concluſ.allati,atque Andr.Alc.vbi ſup. in additione, in litera A.

CONCLVSIO CCCCXXXVIII.

ARGVMENTVM.

De contractu in dubio, quid ſit præſumendum, & quo pacto poſſit probari.

SVMMARIVM.

1 *Contractus in dubio iuſtus non fœneratitius eſt præſumẽdus.*
2 *Interpretatio in re dubia in mitiorem partem eſt amplectenda.*
3 *Promptiores debemus eſſe ad ſoluendum, quàm ad condemnandum.*
4 *A verbis, & denominatione contractus non eſt recedendũ.*
5 *Vſuram allegans illam probare debet, alioqui ſuccumbet.*
6 *Contractus in iudicio animæ potius eſt præſumẽdus vſurarius, quàm iuſtus, & contra eum debet fieri interpretatio.*
7 *Contractus ſimulatus, & illicitus per indicia & coniecturas, atque præſumptiones probatur, cum de ſui natura directè non poſſit probari, & per leues, ac leuiores probationes poſſint conuinci, atque per teſtes ſingulares poterit probari, vt num.8.*
9 *Simulata, & occulta difficilè probãtur, ſimulata & vſuraria directè.*
10 *Coniecturæ legales, & præſumptiones in occultis debent dici, & haberi pro euidentiſſima probatione.*
11 *Contractus duntaxat ſimulati probatio poteſt fieri ex vna tantum, & ex qualibet præſumptione, in probatione vero cõtractus ſimulati & fœneratitij ſimul alij tres præſumptiones coniunctim, alij duas requiri dixerũt.*
12 *Contractum tribus modis poſſe conſiderari fictitiũ, imaginarium, & ſimulatum.*
13 *In contractu ſimulato, vel vſurario quicquid percipietur de fictu, redditu, vel fructibus, in ſortem computatur, in contractu vero illicito quicquid vltra iuſtum pretiũ percipitur, reſtituitur; & contractus reſcinditur.*
14 *Contractus probatur ſimulatus ex modico tempore, quo venditio durauit.*
15 *Venditiones ſolent fieri, vt res ſit perpetuo penes emptorem, & pignorationes quouſque debitum ſoluatur.*
16 *Contractus præſumitur ſimulatus, ſi incontinenti venditor emptori pecuniam pretij reſtituerit.*
17 *Cõtractus non præſumitur ſimulatus, ſi ex interuallo reſtitutum fuit precium.*
18 *Incontinenti dicitur id factum, ſi eodem die venditionis, vel ſequẽti reſtitutum fuerit pretiũ, licèt in alio loco.*
19 *Dies vna non eſt longum interuallum.*
20 *Ad contractum ſimulatum præſumendum illa ſola ſimulatio ſufficit, ſi expreſſè per pactum fuit actum, vt ſcilicet per tantum modicum temporis ſpatium duret venditio, ſecus ſi hoc expreſſè actum non fuiſſet, non enim ſola ſatis eſt, ſed aliæ præſumptiones requiruntur.*
21 *Tempus modicum ad inducendam ſimulationẽ cõtractus relinquitur iudicis arbitrio.*

1 Contractum in dubio† nunquã præſumi vſurarium,ſed iuſtũ,& licitum,dixit Bal.in l.rogaſti. circa fi. ff. ſi cert. pet.& ibi Iaſ.nu.5.tenet etiam Dec. in conſ. 167. col. 2.verſ.ſed prædictis,nu.2.Crau.quoq; in conſ. 48. nu. 8.& conſ.145.nu.2.& conſ.156.num. 1. idem placuit Tiraq. cum pluribus per eum adductis in tract. de retract.in 2.lib.ad fi. nu. 127. cum ſequen.& gloſſ. probauit in cap.nauiganti.in verb.dubitatur,de vſur.vbi
2 dicit,iſtam interpretationem in re dubia† magis amplectendã,cum ſit in mitiorem partẽ, & pro hoc adducit cap.2.de reg.iur.& facit l.interpretatione.ff.de pen.l.Arianus,ff.de act.& obl.& c.ex literis. de prob.
3 vbi promptiores debemus eſſe† ad ſoluendum,quàm ad condemnandum, & in terminis dixit Socyn.iun. in conſ.

in conſ.83.nu.6.lib.2.Bal.& alij relati per Rol.à Val. conſ.40.in prin.& conſ.96.nu.12.& ſeq. lib. 2. vbi in-
5 quit,à verbis,†& denominatione contractus non eſſe recedendum, & ob id allegantem vſuram † illã probare debere, vt per ſcribẽtes ibi allegatos cõſtat,alioquin ſi non probat,habet è vulgato iure ſuccumbere, iuxta ſententiam Dec.in conſ.167. col. 1.

Iſtud ſic limitabis, vt non procedat in iudicio ani-
6 mæ†quia in illo potius debet fieri interpretatio cõtra eum,& ſic quòd cõtractus ſit vſurarius, cum illa pars ſit benignior, & tutior pro anima, vt traditum eſt ab Abb.in d.c.naviganti.nu.9.de vſur.& tradit Fel.in c. in præſentia.nu.18.de prob.quib.accedit Alc.de præſump.reg.3.in prin.& hoc dilucidè traditũ eſt à Bald. in conſ.453.committere, &c.lib.3.Mar.idem pro ſingulari axiomate ſcripſit in ſing.151. ſemper in obſcuris Catellia.Cotta meminit in memorial.in verb.delictum, latè Cravet. conſulendo proſequutus eſt in conſ.48.num. 8.

Quamobrẽ pro eo redarguendo,valdè laborarunt
• noſtri ſcribentes, & tandem *cõiter fuerunt opinati, quòd cum contractus ſimulatus,& illicitus, ſiue fœne-
7 ratitius non poſſit †de ſui natura directè probari,cum plerunq; celebretur occultè,& à prauis vſurarijs continuò excogitentur cautelæ pro euitanda coniectura vſurarum,ſufficiat probatio per indicia,& cõiecturas præſumptionesq;, vt colligere eſt ex reſpõſo Arrian. in l.non omnes.§.à barb ff.de re milit.& a gl.in l.1.ff. de prob.Cy.ẽt in l.1.C ad leg.Corn.de ſicar. late Crauet.in cõſ.156.nu.7. vbi hanc materiã vberrimè proſequit.& ſtidit Paul.Caſtr.in conſ.58.viſis his. col.2. & in conſ 74.in cã mota.col.2.ad fi.lib. 2. & ſufficere
8 ꝓbationes leues,†& leuiores,& plures imꝑfectas coniungi,& teſtes ſingulares ꝓbare, tradit latè Tiraq. de retract.conuent.in ꝓfat.nu.36. & plur.ſeq.& idẽ Pau. cõſ.319.viſis.& examinatis.col.2.poſt medium. li. 2. Io.de Ana.canit in cõſ.49.affatim ſcripſit idẽ Tiraq. de vtroq. retract.tit.de retrac.conuent. fol. mihi 313. nu.110.cũ multis ſeq.& aſſerunt Bal.in l.empti C. plus vale quod agi.Calc.reſpondendo probauit in conſil. 26.col.2.Dec.cõſ.143.nu.1.& Crau.cõſ.73.n.7. & parum non erit, ſi ex cõiecturis hmôi ſufficiat detegere fraudes,& calliditates,quas fœneratores in tractatib. hmôi ſolẽt adhibere,vt dicit Iaſ.in l.ſi quis argent. §. prætor ait.nu.26.& ſeq ff.de edend.& Alex. conſ. 56. col.1.lib 3 & conſ.197.col.fi.verſ.accedit illud.lib.7.
9 ĩñd.t Rip.lib 2.reſponſo.c.2. nu. 7.† Difficilè namq; eſt,vt quæ clanculum, occultè fiunt, callideq;, & ſimulatè tractantur probẽtur directè ſimulata, & vſuraria. Meritò leges permiſerunt probationem hmôi,
10 quæ habetur per legales cõiecturas,† & præſumptiones debere dici, & haberi ꝓ euidentiſſima probatione.vt l.ſi tutor.C.de penc tutor.& ibi gl.& l licet Imper ff.de leg.1.quæ latè ſup.probatur in concluſ.adulteriũ.Quæ aũt ſint tales præſumptiones, inferius breuiter,& lautiſſimè tractat.Cepo.in ſuo tract. de ſimul. contract. Quamplures ẽt adnotauit Tiraq.de retract. conuent.in præfat.per totum,& fuſius fortè omnium ſcripſit Affl.c. ſuper 1 pat. feud. in tit. de feud. dat. in vic.l.commiſſor.num.21.cum plurib.ſeq.

Verumtamen animaduertendum eſt, diſcrimẽ eſſe, an probetur contractus ſimulatus tantùm,an contractus ſimulatus,& fœneratitius,an vſurarius ſimul, qa
11 in probatione † duntaxat ſimulationis cõtractus põt fieri ex vna tantùm,& ex qualibet præſumptione,infra notanda, ſed ſecus eſt in probatione cõtractus ſimulati,& fœneratitij ſimul, nã in hoc dicunt quidam Doctores,tres præſumptiones coniunctim requiri ad ꝓbandum contractũ fictitium,& fœneratitium,& alij qui aiunt, ſufficere duas, vt infra ſuo loco notatur, & Crauet obſeruauit.d.cõſ.156.nu.7.& diſtinguit Paul. Caſt.cõſ.74.alias 321.vol.2.col.3.verſ nec obſtat.ſi dicat. Huc ẽt cõmodè põt referri diſtinctio cõtractuũ, q̃ tradit à Dd.de Rot.in dec.1.de don.in nou.n.4.vbi
12 dixere.tribus modis poſſe conſiderari contractũ,†videlicet,fictitiũ,imaginariũ,& ſimulatũ. Primus eſt, cùm vnus contractus celebrari ſimulatur, & in re vera alius celebretur,ſic loquitur totus tit. C. plus vale. quod agi.l.empti fides.C.de contrahen.empt.Secũdo modo dicitur cõtractus ſimulatus,quia licèt verè agatur,quod ſic fiat,tamẽ agitur, quod ita diſſolutio contractus fiat,alleg. l.4. §. ſi ab ignoto. ff.de manumiſſ.teſta. Tertio modo vocatur contractus fictitius, ſeu ſimulatus,qñ ex mente non procedit,idest,quando agiẽ inter partes, ꝙ contractus nullus ſit,& de hoc loquitur l.nuda ff.de diſtract pign.de rit.nup. l.ſimulatæ nuptiæ.l.imaginaria.ff.de reg.iur.l.emptor. ff. de aqu.pluu.arcen.hanc etiam diſtinctionẽ ponit Bertr. conſ.17 .in 2.pat. col 2.in princ.

Illud inſuper lector te velim admonitũ, maximũ eſſe diſcrimen,an cõtractus ſit ꝓ gnoratitius . ſimulatus,vel vſurarius, & illicitus,etenim ſi ſimulatus, ſit
13 vel vſuratius,†quidquid percipitur de fictu, reddittu, vel fructibus,in ſortem,ideſt,in debitũ principale cõputatur,vt ſtanitum eſt in c.ad noſtrã.ext.de empt.& vend.& per tot.tit.de vſur. ſed quando contractus eſt tantummodo illicitus,tunc illud tãtum, quod percipitur vltra iuſtum pretiũ.eſt reſtituendum,& contractus reſcindetur, vt reſcripſere Imp. Dioclet.& Maxim in l.2.de reſcinden.vend.cum ſimilibus.

14 Primò ergo probatur cõtractus ſimulatus† ex paucitate,& modico tpe, quo vẽditio durauit. nam cum
15 venditiones† ſoleant fieri, ut res perpetuò ſint penes emptorem,& pignorationes quouſq; debitũ ſoluat, ut l.ſi rẽ la 1.§.omnis.ff.de pign.act.meritò credendũ eſt,ex modico interuallo no uiſſe uẽdere, ſed pignorare,& apertè cauit Vlpian.in l.4.§.ſi ab ignoto.ff de manumiſ.& ita dicit Bat.in conſ.65.incip.Pet.Nicolæ.ſic etiã conſuluit Paul.de Caſt.in conſ.ſuo 74.lib. 3.& recentiores Pariſienſ.in conſuetu.Pariſienſ.tit.1. §.32.in 22.q.& eleganter ſcripſit Tiraq.in tractat. de utroq; retract.tit.de retract conſang.§.1.gl.14. incip. ſimilia propè uerba.nu.37.uerſ. ſed & ſi poſſeſſio.

Concluſionẽ ſic uelim amplies,ut non ſolùm procedat,qñ modico tempore durat contractus uẽditionis quia emptor uenditori citò reuendiderit,ut ſupra in concluſione diximus,ſed etiam procedit,ſi inconti-
16 nenti †uẽditor emptori pecuniam pretij reſtituerit, quia tunc præſumitẽ uenditio ſimulata ut docuit Bal. in l.per diuerſas,nu.24.C.mãdati.per l.ſi ncuri. §.ult. ff.de priuileg.credit.& huc ſpectant ea,quæ obſeruat Cæpol.in d.ſuo trac.de ſimulat.contract. in ſecũdo caſu principali,& ipſe Bald.conſ.293.incip. inter Dominicũ.uol.3.& latè Tiraq.in tract. de utroq; retract.tit.de retract.conſang.§.1.gl.14.nu. 37.& 38.

17 Sed limitabis prædictã ampliationem† ſi ex interuallo reſtitutum fuerit pretium, nõ enim tunc præſumitur ſimulatus contractus, ut uidere eſt ex allegatis ſupra in ampliatione,& p Tiraq.ubi ſupra. d. nu. 37. ſed quando dicatur incontinẽti, uel ex interuallo facta,hoc eſt relinquendum iudicis arbitrio, ut dicetur infra in proxima limitatione.Idem etiam dicitur fa-
18 ctum incontinenti,† ſi eodem die uẽditionis, uel ſequẽti reſtitutum fuerit pretium,licet in alio loco, ut
19 Pau.Caſtrẽ.cõſ. 332.n.2.vol.2.qa una†dies nõ eſt lõgum interuallum, ut colligere eſt ex reſponſo Venulei in l.ſi ex duob.in prin.ff.de duobus reis,& ita Bar. dixit in l.1.§.1.ff.de uerb.obl.& Cępol.in eo.ſuo trac. in 2.caſu princip ili,nu.12.

Nunc uerò limita concluſionem,ut uſq; eo proce-
20 dat† ſi hoc expreſsè per pactũ actũ fuit,ut ſcilicet,per tantũ modicum tẽporis durer uenditio, nam hoc caſu uera eſſet iſta ſimulatio, & per ſe ſolà ſatis eſſet ad pręſumendũ contractũ ſimulatum, & ita loquiẽ text. in d.§.ſi ab ignoto,& notat Barto in d.conſ.65. ſecùs uero ſi hoc expreſsè actũ nõ fuiſſet,ſed tñ receſsũ eſt

à ven-

à venditione infrà modicum tempus, nã tũc eſt præſumpta ſimulatio,& non vera.& ſola non eſſet ſufficiens ad præſumendum cõtractũ ſimulatum niſi iũcta cum aliis præſumptionibus,vt ait Barth.Cępol.in d.ſuo tract. de ſimul.contract.in 27. præſump.nu.79. circa finem,per d.§.ſi ab ignoto,tẽpus verò modicũ,
21 †& incontinenti habile ad inducendam huiuſmodi præſumptionem,quale,& quantum ſit, arbitrio iudicis relinquit, argu.l.1.ff.de iur.delib c.de cauſis,extr. de offic.deleg.& ſcripſit gl.fi.in c. non eſt dignum,& conſtat ex multis aliis collectis per Barth.Cępoll.vbi ſupra,in d.2.caſu principali.

CONCLVSIO CCCCXXXIX.

ARGVMENTVM.

Contractum probari ſimulatum, quod venditor remanſit in poſſeſſione rei venditę, & quo pacto id procedat.

SVMMARIVM.

1 *Contractus probatur ſimulatus ex eo, quod venditor remanſit in poſſeſſione rei venditæ,& nu.4.*
Contrarium nu. 5.
2 *Non præſumitur venditum,quod in patrimonio effectualiter reperitur.*
3 *Veriſimile non eſt,vt emptor,ſi ſoluit pretium, permittat venditorem colligere fructus,& remanere in poſſeſſione.*
6 *Contractus præſumitur ſimulatus ex ſola poſſeſſionis retentione non ſolum in contractu venditionis, ſed etiam donationis,atq; etiam in datione inſolutum,vt num.7. Intellige,vt nu.8.*
9 *Contractus præſumitur ſimulatus ex retentione poſſeſſionis,etiam ſi venditor conſtituat ſe emptoris,vel precarij nomine poſſidere,& etiam de tradita poſſeſſione confectũ fuerit inſtrumentum. Intellige,vt nu. 10.*
11 *Contractus ſimulatus præſumitur etiamſi aliquis alieno nomine emerit rem & ipſe ſoluat pretium,& penes ſe retineat poſſeſſionem rei venditæ.*
12 *Maritus ſi nomine vxoris emerit, & poſſeſſio rei venditæ tradita ſit marito, dominium rei venditæ ad maritum ſpectat,non ad vxorem.*
13 *Contractus ſimulati nulla apparente ſimulationis cauſa, propter poſſeſſionem non dicitur ſimulatus contractus, ſicuti etiam de donatione dicimus.*
14 *Quę verè non ſunt,non poſſunt dici facta in fraudem creditorum.*
15 *Donatio non poteſt dici facta cauſa mortis quæ non ſit.*
16 *Cauſæ debet apponi,propter quas ſit factus contractus,& ſimulatio.*
17 *Simulatio non præſumitur ex ſola poſſeſſione.*
18 *Emptor, vel donatarius poteſt agere vſque ad 30. annos actione perſonali ad rem ſibi traditam.*
19 *Contractus non præſumitur ſimulatus, ſi venditor fuerit ſemper in poſſeſſione,cum nunquam tradiderit verè, & corporaliter rem ipſam.*
20 *Nemo præſumitur iactare.*
21 *Contractus non præſumitur ſimulatus ex ſola poſſeſſionis retentione,quando in inſtrumento dicitur, quod conſtituit venditor ſe nomine emptoris poſſidere, quia iſta ſe compatiuntur,& non ſunt contraria.*
22 *Contractus non præſumi ſimulatus ex ſola poſſeſſionis retentione,ſi venditor reſponderit emptori de fructibus,quia fortè conduxiſſet venditor ab emptore rem venditam.*
23 *Simulationis præſumptio excluditur, vbi conſtat de veritate actuum.*
24 *Contractus præſumitur ſimulatus, ſi locatio ſit in perpetuum facta,& incontinenti poſt venditionem,& talis cõductor ſemper perſeuerauerit in poſſeſſione,& etiam poſt aliquot menſes,ſed facta ſit inter eaſdem perſonas coram eodem notario,& teſtibus, vt nu. 25.*
26 *Contractus non præſumitur ſimulatus,quando venditor ſibi vſumfructum reſeruauit,& cauſa percipiendi fructus remanſerit in poſſeſſione,ſi nullæ aliæ concurrerent præſumptiones ſimulationis,& fraudis, ſecus ſi aliæ extarent ſuſpiciones quæ fraudem,& ſimulationem præſumi facerent,vt nu.28.*
27 *Suſpicio fraudis,vel ſimulatio non poteſt præſumi, quãdo conſtat de iuſta cauſa retentionis.*
29 *Contractus non præſumitur ſimulatus,ſi venditor nõ remanſit in poſſeſſione,vt quia emptor ſibi locaſſet rem pro certa annua penſione,ſeu fructuum perceptione.*
Contrarium videas nu.30.
31 *Contrahens ſeu eius hæres ex ſola cõtinuatione poſſeſſionis non poteſt dicere contractum ſimulatũ, ſed tertius, in cuius fraudem fuit contractus celebratus,vt nu. 32.*
32 *Allegans turpitudinem ſuam non auditur.*
33 *Simulatio, & fraus præſumitur propter prohibitionem perſonarum.*
34 *Contractus ſimulati,& fraudulenti diſcrimen, & numero trigeſimoquinto.*
36 *Simulationis ſuſpicio ceſſat,cũ mutatur cauſa poſſeſſionis.*

Extant,& aliæ probationes, quibus contractus ſimulatus optimè poteſt
1 rit probari etenim ſecũdo loco probat ſimulatus† cõtractus ex eo, quod venditor remanſit in poſſeſſione rei venditæ,vt traditum eſt in l.ſicut. §. ſuperuacuũ à gl. fi.in ver.obiicere,& à Bart.ff.qu.b.mod.pig.vel hyp. ſoluat per l.ſi is,qui bonis. ff. de acq.hær.quod etiam probauit Cyn.in l.2.C.de repud.hæred.Bart.in l.poſt contractum.ff.de don.placuit præterea Affli. ſuper 1. feu.tit.de feud.dat.in vic.l.cõmiſ.nu.25. Cuius rei rõ
2 eſt,quia non præſumitur venditũ,† quod in patrimonio effectualiter reperitur,vt apertè canit Maria.in l. ſicut.§.ſuperuacuũ,ff.qb.mod. pig. vel hypot.ſoluit. cũ aliis allatis per Affl.c.loc.cit. nec veriſimile eſt,qd
3 † emptor, ſi ſoluit pretium permittat venditorẽ colligere fructus, & remanere in poſſeſſione, vt reſcripſerunt Imp.Theod.& Valent.in l.ſi quis.C.de natur.li. idem tenet Paul.de Caſtr.d.conſ.74. aliàs 325. incip. in cauſa.vol.2.hoc idẽ confirmauere Cyn. Bal. & recentiores Peruſini l. ſi parẽti C.de repud. hæred ſequitur Corn.conſ.135.viſis col.5. vol.1.& conſuluit Fulg.conſ.42.tãtumſis habens teſtatur Bar.in l. poſt contractu n.col. 2. ff. de dona.vbi voluit illud etiam procedere,etiam ſi in inſtro ad eſſet conſtitutum, nã cũ vrgeat fraudis ſuſpicio, debet corporalis traditio interuenire,vt cõſtituere Imp.Theod. Archad.& Honor.in l.1.C.de ſuffrag.& ibi not. & latius infr. ſic idẽ cauit,& concludit Cuma.conſ.31.in cauſa, quæ vertitur,& hanc opinionem probauit Spe.in tit.de don. §.1.ver.item aliquis,& reſpondit Bal.conſ.31. incip. Martin.de Eugubio.conſuluitq; Marian Soc.conſil. 84.nu.6.inſpectis.lib.3.per ea,quæ tradit Bal.in conſ.
4 438.vol.3. vbi ex ſola poſſeſſionis retẽtione affirmat præſumi cõtractum vſurarium, idem aſſeruit Anch. conſ.257.nu.4.Barth.Cæp.in d.ſuo tract de ſimul.cõtract.præſump.24.nu.76. Dyn. in l.omnes § Lucius. ff.quæ in fraud.cred.quem ſequitur Bar.in d.§ ſuperuacuum ante fi.& d.l.poſt contractum.verſ.3. præſumitur.ff.de don.& cum collec. per Cęp. vbi ſup.in d. præſump.24.ita Ruy.conſ.94.nu.9.vol.4.Dec.conſil. 692.poſt Bal.in l 3.verſ.1.caſu C.plus val. quod agit. & de hac re tradentem conſulas latè Decia. in conſ. 61.nu.39.lib.3.& Lap.de S.Gemin.in commen. ad l. 2.C.de pact interemp.& vend.§.1.num. 44.
5 Contrarium, quod immo contractus †non præſumatur ſimulatus ex ſola poſſeſſionis retentione, niſi alia cã concurrat.conſuluit Bar.in conſ.65.factũ tale eſt Petrus Nicola.quod conſilium * communiter ſequitur, & illud approbat,& tenet Rot.dec.1.aliàs 484.tit.de don. ext.Rot.in nou.Alex. in cõſ.28. in cã & lite vertente ſuper feud.col.3.in fi.vol.5.& in conſ.57.viſa breuitatis narratione.eo.vol.5. pulchrè Cor.in cõſ.203.viſo d.pũcto,col.2.lib.3. vbi reddit rationes iſtius opinionis,

niſi idē placuit Rom.conſ.304.plura ſunt quę allegātur.ſequitur hanc opinionem Aret.in conſ.65.in preſenti conſultatione,col.3.& 4.& in conſ.160.lōga eſt iſta conſultatio.col.5.in 3.dubio. & illi adhæret Soc. conſ.264.viſis inſtrumento donationis.col.3.lib. 2.& voluit Nicell.Placentinus in concord. contrari.Bart. concord.294.& idem decidit Bellam.deciſ.716. non per hoc ſolum,in prin.vbi hoc apertiſſimè tradidit.

Priori opinione retenta amplia concluſionē,vt nō 6 ſolùm procedat† in contractu venditionis,ſed ēt donationis,iuxta ſententiam Bar.in d.cōſ.65. & id direxere Domini de Rota in d.deciſ.1.tit.de dona. aliàs 484.extra Rotam. in nou.& Bella.probauit in d.dec. 716.non per hoc ſolùm quod cōſulenti placuit Dec. conſ.659.nu.3.Bar.docuit in d.l.poſt contractū. verſ. tertiò præſumitur.per d.l.ſicut.§.ſuperuacuū. ff.quib. mod.pign.vel hypoth.& ibi Bar.& idem Dec.conſil. 135.Tiraq.eleganter tradidit in tract.de iur. conſt. in 7 9.limit.Quod etiam procedit† in donatione in ſolutum,vt Mari.Soc.in conſ.84.nu.5. vol.3.

8 Sed intelligas,vt illud ꝓcedat† ſi concurrat aliqua alia cauſa ſimul cum retētione poſſeſſionis, vt ſuprà in contrarijs demonſtratum eſt, & per Dominos de Rota deciſum fuit in d.deciſ.1.de donat. in nou. & à Bellam.d.deciſ.716.

Secundo loco ampliaī,vt vera ſit, etiamſi vēditor 9 †conſtituat ſe emptoris nomine, vel precarij poſſidere,& ēt de tradita poſſeſſione confectū fuerit inſtrm nā hoc cenſetur ſimulatè factū, ex quo reuera in poſſeſſione remanſit.ita Paul.Caſt.loquutus eſt in d.ſuo conſ.74 in cā mota per dominam Dorotheam.col.3. verſ.2.coniectura.lib.2.& in conſ.139.ſuper iſto puncto occurrunt.col.pen.ver.& pro hoc benè facit,co. lib.2.& in conſ.465. videtur dicendū. circa medium. lib.2.& Bart.in d.§.ſuperuacuū.vbi declarat,quātum tēpus in id requiratur, & idē Bart.ſcripſit in l.poſt cōtractū.col.2.in fi.cū ſeq.& ibi Rom.col.3.ver.4.adde in quantum.ff.de don.cui accedit tum profitendo,tū ēt conſulendo Bal.in l.1.per illum text.C.de don.ante nupt.& in conſ.268.ſuper 2. puncto,& cadē l.poſt contractū.per multa collecta per Capol.vbi ſupra in d.l.præſump.24. Anch. conſultus reſpondit in conſil. 257.num.4.vbi ait,ꝙ procedit, etiamſi ſit conſtitutio precarij,idē voluit Corn.cōſ.121. duo obijciunī. col. fi.verſ.nec obſtat clauſula precarij.lib.2.& conſ. 137. licèt multas.ad fin.lib. 2. & latiſſimè proſequutus eſt Tiraq.de iur.conſtit.in 3.par.limita.in prin.nu.1.& 2. vbi infinitos ad hoc in mediū profert,quæ omnia referre ſuperuacaneū eſſet,idē voluit Aff.in 1.feud.tit. de feu.dat.in vicē l.cōmiſſ.nu.26.ꝙ ipſe intelligit ve-10 rum,† ſi fraus deduceretur contra tertium ,quia tunc precarium nō tolleret præſumptionem ſimulationis, aliàs ſecus,vt ex deductis ibi per eum.

11 Ad hæc tertiò ampliatur, vt procedat † etiam ſi qs alieno nomine emerit rē,& ipſe ſoluerit precium , & penes ſe retinuerit poſſeſſionē rei venditæ,nā hoc caſu ille nominatus præſumiī ſimulatè nominatus, & uerus emptor dr̄,qui poſſidet, vt ſupra docuimus, & meminit Ang.in l.quamuis,C.ſi quis alter.vel ſibi.& idē Ang.in l.filij.C.de don.inter vir.& vxor. vbi ait, 12 ꝙ ſi maritus† nomine vxoris emerit, & poſſeſsio rei venditæ tradita fuerit marito , tunc nomen vxoris ſimulatè eſſe oppoſitū,& dominiū rei venditæ ad maritum ſpectare,& non ad vxorem licèt nominata ſit, id apertè cautum eſt,& ibi tradidere Bal.& Saly. in l. multum intereſt.verſi.quòd ſi emiſti.C.ſi qs alter.vel ſibi.& ſequitur Dec.conſ.543.nu.15.cum ſeq.

idẽ conſ. 119. 2. lib. vol. latius, q alibi, et ibi ea, quæ ob-
ſtare videntur, refellit, et idẽ voluit Rol. à Valle cõſ. 40.
lib. 2. Gciar. ſing. 18. et ab hac ſnia, tot, ac tantorũ pa-
trum tam antiquorũ, q̃ recentiorum auctoritate, et nu
5 mero roborata † tanquam magis ** cõi, et cõſcientiæ
** minus periculoſa, recedendum non eſt, c. 1. de deci. vt
dixit Mich de Graſſis in ſuis cõmunib. opin. q. 8. in fi.
cui ſententiæ aſſentit Caſſad. dec. 1. de vſur. vbi rpe ſuo
ſemper ita fuiſſe iudicatum in palatio eſt atteſtatus,
et nõ requiri conſuetudinẽ fœnerãdi, ſed ſufficere mo
6 dicitatẽ pretij, † et pactu de retrouendendo, latè hoc
** ibi comprobat ex cõmuni ** ſcribentium ſententia.

Verum vtram harum ſequi malis, tua erit optio. ſi
primam ſequaris, ſcilicet, tria hæc coniuncta requiri,
illam limitabis, vt infra tradidimus in 1. limit. ſi verò
accedas ſecundæ opinioni, quæ videtur verior, limita
re eam poteris, vt infra in 2. limit.

Intelligas præterea, quæ adduximus in dicta prima
limit. et infra alia, ꝙ ad hoc, vt modicitas pretij iũcto
7 pacto reuendendi † faciat contractũ præſumi vſura-
riũ requiritur vt pretiũ ſit admodũ tenue, et forte intra
dimidiã, vt ſi res conſtans mille, ſit vendita pro ducẽ-
tis. vt in his terminis rñdit Rom. in conſ 304. in prin.
per text. in c. 1. verſ. quis enim dubitat, qualiter olim
feud. alien. poter. in vſib. feud. ibi vlliſſ. quem tex. arbi
tratur ſing. et meliorẽ de iure, hoc idẽ ſequitur Dec. in
conſ. 167. col. 2. verſ. accidit ẽt, ꝙ in caſu noſtro Grat.
rñdit in conſ. 157 cum ea. nu. 6 lib. 2. Iaſ. conſ. 153. col.
2. verſ. 2. modicitatem, et col. 3. verſ. 4 et col. 4 verſ. nõ
obſtat. Alex. in conſ. 28. lib. 5. idem Iaſ. in conſ 21. ſub
nu. 4. lib. 4. lib. 1. quod etiam confirmat apertè Cagn.
in d. l. 2. nu 57. C. de pact. int. empt. et uend.

Quo verò pacto probetur pactũ de retrouendendo,
dicetur infra in concluſione, pactũ, ad quã te reijcio.

Et

8 Et quomodo etiam in hoc caſu † probetur valor, & pretium rei emptæ, vel donatitij, infra obſeruauimus in concluſione Valor, & copioſiſſimè tractatur per Cæpo.in d.ſuo tract.de ſimul.cõtract.6.caſu principali,nu.109.§.verum quia.

Poſtremo quo pacto probetur, quem eſſe ſolitum fœnerari explicauimus ſupra in concluſione, conſuetudo fœnerandi.

Sic velim limites ſupradictam priorem opinionẽ.ſ. quod tria coniunctim requirantur,vt procedat,qñ nõ datur immoderatus exceſſus immodicitatis pretij, qa tunc illa tria requiruntur cõiunctim; ſecus ſi cõſtat, & probetur de enormi læſione pretij.ſ. in dimidiam iuſti 9 pretij,vel circa, quia tunc ad probandum ſimulatum eſſe contractum, dicta duo duntaxat ſufficiunt ꝓbari videlicet paruitas pretij, & pactum de retrouendẽdo, licet non probaretur cõſuetudo fœnerãdi, vel alia præſũptio,ita limitat Cag.in l.2.C.de pact.inr.emptor.& vend.n.17.& cõſuluit Cor.conſi.346. vol.1.& eſt cõſ. Caſtren.306.n.5.incip.quanquã longa.vol.2.& Calc. conſ.26.& Bald.cõſ.311.l.5.& cauit Aym. Crau.cõſi. 156.n.8.& 12.vbi exẽplo planũ facit in re vẽdita 200. q̃ cõſtabat 500.& ſequiť Tho.Gram.in d.dec.76.n.15.

Sed in hoc velim animaduertas ad cognoſcẽdã dictã enormẽ læſionem in pretio,rẽ ipſam eſtimari non 10 debere,prout conſtat ſimpliciter,† ſed minori dẽt exiſtimari pp pactum,& onus de retrouendendo ei iniũctum.iuxta ſñiam Dec conſ.167.nu.4. & Abb.in c.ad noſtrã ext.de emp.& vend.arg.l.fundi partẽ.ff.de contrah.emp.latiſſimè ſe fundit Tiraq.tra ct.de vtroq; retract.ti.de retract.conu.in præf.nu.20.cum ſeq. vbi ex ſñia Bar.Soc.in conſ.15.viſis ꝑtẽis.col.vlt. lib.1.n.57. 11 aſſerit,† vt quæ conſtent centum ſine hoc pacto,70.tãtum valeant ſi cum eodem pacto emantur, ad ꝙ ꝓpè infinita ipſe ibi adducit ſub n.20.I.credit hoc quidem veriſſimum eſſe,quem videas,& p te ipſum actum tñ, vt cum in iure definitum non ſit,quæ pretij modicitas 12 hæc cẽſeantur † relinquatur arbitrio iudicis,vt voluere Barb.cõſi.51.col.2.l.1.Bar.conſi.136.n.4.l.2.Tiraq. in repet.l.ſi vnquam in verb. oĩa n.31. C.de reuoc.dona.Soc.iun conſi.104.num.4 lib.3.ſcripſit Iac.Men.in tract.de arb.iud.caſ.217.nu.4 & ſeq.lib.1.cent.3.Nam 13 rõne oneris adiuncti † res exiſtimatur minoris cõſtare ſi credimus Ruin.in conſi.66.quia dubia col.4.verſic. tantominus,lib.4.voluit Bert. conſi.158.illud eſt certum,poſt n.3. lib.1. Dec.etiam vbi ſupra, & conſ.308. n.3.Nullus.n.paterfamilias mentis compos emeret rẽ valentem libris centum cum tali pacto de retrouendẽdo ꝓ libris 70.vt inquit Soc.d.conſ.15. in fi.li.1.nu.17 quem ſequiť Iaſ. in l.1. § ſi ſpes. n.10.ff.ad Treb.idem placuit Iaſ.ĩcõſ.151.col.2 verſ.itẽ illud,l.4 Rol.à Val. conſi.96.n.40.lib.2.& Soc.in conſi.94. nu.24.lib.3.

Intelligas tñ iſtud,vt procedere poſſit, qñ modicitas pretij inſpecto vero valore(pacto non deducto)eſt minor q̃ circa dimidiam, & nulla alia coniectura adeſt ex quib⁹ colligatur pignus,vel cum aliæ præſumptiones adſint,ſunt tñ tales,quæ ſine modicitate pretij nõ ſufficiunt,& minor, q̃ in tertia parte. Verùm ſi plures coniecturæ idoneæ reperiantur, quæ ferè etiam ſine 14 modicitate ſufficiunt, † vt qñ adeſt pactum redimendi,& eſt conceptum negatiuè,quo caſu æquiualet illi, ꝙ emptor ſit ſolitus fœnerari ſecundum Crau. d.cõſi. 156.nu.5.& Gabr.conſi.74.num.7. atque Rui.conſ.16 num.2.vol.3.& vt eſt in caſu Abb.in conſi.76. li.1.tũc etiam ſi modicitas ſit minor,q̃ in tertia, adhuc tñ ſufficeret,nulla pacti conſideratione habita, quia iura requirunt modicitatem in tanta parte: non autem læſionem ita magnam,ita conſuluit Hieronym.Gabr.in d ſuo conſ.74.num.21.vbi ſolidis,& firmis rationibus comprobat hanc ſuam conſiderationem,à qua fortaſſe tute non eſſet recedendum, idem reperi voluiſſe Tiraq.in tract.de retract.conuent. in præf.nu.26. de quo Gabriel nullam facit mentionem, fretus auctoritate Anto. de Butr.in c.ad noſtram.col.13.verſ.& ꝙ multi in hoc errant.de empt.ꝙ dictum idem Tiraq. ſingulare arbitratur,& à nemine ante ſcriptum,ibique ponderat tex.in c.illo vos de pign.hoc probantem,& ſecundum hanc conſiderationem nos ẽt pronunciauimus alias Placentiæ ĩ quadã cauſa vſuraria, corã nobis vertente inter Dñm Iulium de Perego & quõdã de Cur.

Et præter ea,quæ hic adduxim⁹, docuit ẽt Cag.ĩ l.2. nu.58.& ſeq.C.de pac.int. empt. & vend. & multi alij tradidere,vt Abb.in conſ.49.l.1.Dec.in l.pacta,q̃ contra,nu.15.C.de pact.Corn.in conſ.241.l.1.Pantaleon. in l.2.C.de reſci.vend.idem Abb.conſi.76.vol.1.Soc. in conſi.248.in fi.l.2.Abb.in c.in aliquib.ex.decim.vbi ad rem noſtram colligit, ꝙ ſi quis vendiderit ꝑdiũ cum onere retrouendendi ſi poſtmodum allegat paruitas pretij ad inferendum contractum vſurarium,nõ valeat verus valor rei æſtimatæ, ſed ſit habenda rõad onus impoſitum, quia tantominus prædium valet rõne oneris annexi, ſubiungens etiã ita ſæpius in facto reſpondiſſe, & id notatione eſſe dignum, quia in hoc multi conſueuerint labi,vt ibi per eum. Hinc ſequitur 15 † ꝙ allegans modicitatem pretij venditæ cum tali pacto de reuendendo teneať ꝓbare valorem, habita rõne ad tale pactũ:alioqui non probat,vt placuit Cagn. qui alios cõgerit in d.l.2. C.de pac.int.empt.& vend. num.58.& in l.2.q.48.nu.255. C.de reſcind.vend.

Præterea ad id etiam eſt animaduertendum, ad cõſiderandum,an modicitas pretij interuenerit conſide-16 ratur tempus contractus, .ſ. † quanti eo tpe res erat æſtimata,& valebat,vt l.ſi voluntatem, in fi. C.de reſc. vend. & Dec. monuit d.conſ.308. nu.2. vbi latè hanc materiam proſequitur.

Limitabis poſteriorem opinionem, q̃ habet ꝙ duntaxat illa duo ſufficiant,.i.modicitas pretij,& pactum de retrouendendo, vt tñ procedat in contractu emptionis factæ cum modicitate precij, & d.pac. nã hoc caſu cũ venditio,& emptio voluntaria ſit,& numera-17 tio ꝑij interuenerit realiter † merito ex modicitate ꝑtij,& d.pacto venditio ſimulata,& pign⁹,ac mutuũ fœneratiũ ꝑſumitur:ſed ſec⁹ eſt in donatione inſolutũ, ad q̃ creditor non vltrò, ſed ex neceſſitate debiti ſui conſequendi deſcendit, in tali tñ datione inſolutum, in qua nulla numeratio pecun.interuenit,vnde nõ ita facilè ꝑſumitur mutuum, cum tpe dationis inſolutũ nulla pecunia ad ipſum dantem inſolutum peruenerit,vnde requiritur ẽr,vt concurrat ꝓbatio cõſuetudinis fœnerandi ſic cõſuluit Fulg. in conſ.133.alias 34. in q.verſa.col.1. & idem conſ.18. viſo puncto,ſequiť, & refert Dec.in conſ.18.col.2.verſ.nec obſt.in conſil. 308.n.4.& 5.cum ibi allegat.& idẽ conſ.167.nu.5.6.& 7.vbi ait, ꝙ licet aliq DD.aꝑtè ſentiant, ꝙ ſupradicta opinio ſecunda procedat etiã in donatione inſolutũ; tñ non eſt vera eorum opinio,qa non cogitauerunt ſuper hoc,prout Fulg. ſupra ĩ dictis allegatis locis fecit, vbi rõnes efficaces reddit,& idem ſequitur Iaſ.in cõſi. 151.vol.4.per totum & voluit Cag.in d.l.2.n.54.C.de pact. int. empt. & vend. cauit Corn. in conſ.133.viſo vol.1.& ſequitur Pariſ.in conſ.81.conſultus n.30.li.2. & in conſ.75.omnis.col.pen.nu.33.verſ hinc uidem⁹, lib.5.latè Tiraq.de retract. conuen. in præfat.num.27 qui alios citat.

Contrarium vĩ ſentire Did.Couar.varia.reſol.l.3. c.8.n.6.Ang.conſ.236.multi conſortes.in fi.Imo.cõſ. 98.col.fi.verſ.preterea d.adiudicatio, & conſ.ſeq.col. 2.verſ.quintum dubium. Barb.conſ.61.li.1.Pariſ.ſibi contrarius in conſ.54. in præſenti.nu.82. lib.1.

Verum vt hãc ſcribentiũ contentionẽ ſedare poſſimus dicendum eſt,hoc debere potius reſidere in arbi-18 trio boni iudicis, † q ex uarijs coniecturis conſiderabit,atq; ꝑpendet qualitates & oẽs circunſtantias contrahentiũ, & cõtractus ꝓ eruenda ſimulatione ipſius, ꝓut tenuit Bald.ĩ cõſ.311.ĩ q.Galuan. col.2.in fi.lib.5. & Corn.in cõſ.346.col.pen.l.1.atq; Crau.cõſ.156.n.4

Subli-

Sublimitatͬ hæc 2. limitatio, vt vera ſit qñ datio inſolutum ſit abſolutè ſine facultate redimendi, ſecus ſi cum ea facultate, nã cæteris paribus nõ eſt differentia, vt recẽtiores Pratſ. ſcripſere in tract. de vſur. q. 74. & traditũ eſt in addit. ad Dec. in d. conſ. 308. nu. 5.

Secundò limitabis pſatã ſecundã opinionẽ, vt non
19 habeat locũ † in emptore viro bonę cõditionis famę & timoratæ cõſciẽtię, vt loquutus eſt Soc. cõſ. 248. incip. nunqd ex duob. poſt nu. 1. in fi. verſ. non omitto. li. 2. & Crau. cõſ. 48. in fi. cũ bona fama purget oẽs ſuſpiciones turpes, ſic Crau. cõſ. 145. in fi. ſic diremit Dec. cõſ. 309. nu. 7. ita voluit Iaſ. in cõſ. 153. col. 4. verſ. 8. in fi. & relati per Rol à Valle conſ. 40. nu. 6. & d. cõſ. 96. nu. 2. lib. 2. & Neuiz. in conſ. 87. nu. 25. in fi.

Primò ſublimitare poteris, vt nõ pcedat, ſi alicubi nõ reperiatͬ debitũ, pp ꝙ dicatͬ facta datio inſolutũ,
20 nec in libris creditoris nec in libris debitoris † eo cũ caſu cõtractus pſumitͬ ſimulatus, & ſi datũ iſolutũ, & nõ ptiũ interuenerit, vt traditũ eſt a Cęp. in d. trac. de ſimul. cõtrac. pſ. 26. nu. 86. itẽ poterit pbari per lib. & ſequitur Matian. Soc. in conſ. 84. nu. 6. & 7. vol. 3.

Secundo limita concluſionẽ ſimul cũ alijs pbatio nib. ſup. notatis, vt nõ pcedat, ſi in cõtractu ipſæ partes apponerent hãc cõditionẽ, videlicet ꝙ renunciãt,
21 † ſeu renunciauerũt exceptioni ſimulationis, & apparentiæ cõtractus, & nõ ſic actorũ, ſcilicet ꝙ nõ poſſit excipere, ꝙ ſic nõ ſit actũ, qa tunc hæc verba releuãt, & declarãt voluntatẽ, & mentem cõtrahentiũ, ſe noluiſſe iſtum cõtractum eſſe fictitium, vel ad ſimulationẽ
22 factum, † nam cum ſumus in claris, non opus eſt coniecturis. l. continuus, §. cũ ita. ff. de verb. oblig. cũ ſimilib. & ita tenet Barth. Cœp. in d. ſuo tract. de ſimul. cõtract. in præſumpt. 26. nu. 84. & Bart. in l. nemo põt. ff. de leg. 1. verſ. quæro, an renũciatio vbi ait id maximè pcedere, ſi hmõi renunciatio fiat ex interuallo poſt inſtrm, & hoc per l. 2. C. ꝙ met. cau. ita placuit Goza. in cõſ. 69. col. 3. verſ. 3. & ſi, &c. cui accedi Rol. à Val. in conſ. 93. nu. 6. & ſeq. lib. 1. & ante eos voluit Ioã. de Imo. in l. Seius, & Augerius. & ibi Alex. col. pen. in fi. ff. ad l. falci. nam * cõis, & vera eſt ſnĩa Doctorũ, † ꝙ
23 vbi qs innuit in inſtrõ oĩa, & ſingula in eo contenta eſſe vera, & ea velle attendere, & obſeruare, & in nullo cõtrauenire, nõ põt opponere exceptionẽ ſimulationis, vt de * cõi atteſtatur Rol. à Vall. d. cõſ. 93. viſo inſtrõ cõfeſſionis, nu. 22. lib. 1. & * cõem ẽt dicit Iaſ. in l. nemo põt. col. 9. in prin. voluit Cur. Iun. in cõſ. 134. col. 3. aſſeruit Goza. in conſ. 69. col. 3. & idem Curt. in conſ. 108. & in conſ. 110. & pro hac parte quamplura adducit Affl. ſuper 1. feud. tit. de feud. dat. in vic. l. cõmiſſ. nu. 161. cũ plurib. ſeqq. ꝙ ẽt comprobat ſubtilib. rationibus, licet recedat ipſe ab hac opinione.

24 Contrarium huius ſnĩæ, id eſt, † non valere renunciationem ſimulationis, tradidit Bart. in l. nemo põt. ff. de leg. 1. quem referendo ſequitur Affl. in loco iam citato, nu. 264. in quo loco affert rationes concludentes, & reſpondet contrarijs, adeas illum.

Reſtringas tñ, vt hæc poſterior opinio locum ſibi non vendicet, qñ contractus, ſiue diſpoſitio, cui dicta renunciatio accedit, eſt ipſo iure aliqua ſaltẽ apparẽter, & nihil in contrariũ appareat euidenter. Hoc cũ
25 caſu † renunciatio ipſa multũ operatͬ, qa cũ in promptu contrariũ de ſimulatione nõ appareat, ipſa ſimulatio indicatͬ pro nõ exiſtẽti. arg. l. in lege. ff. de cõtrahen. empt. & ſic pſumitͬ pro inſtrõ, l. cum precib. C. de probat. ſecus uero ſi contractus, cui appoſita eſt renũciatio exceptionis ſimulationis, tàm apparenter, quã re vera eſſet ipſo iure nullus, nullamq; pducens actionem, nam tunc verũ eſt, renunciationem nullius eſſe ponderis, ita de facto cõſuluiſſe Fulg. in ſuo cõſ. ꝙ incipit, circa vires inſtrĩ, refert Affl. in d. tit. de feud. dat. in vic. l. cominiſ. nu. 168. verſ. tertiò fallit, qui tñ ibi in poſtremis verbis non approbat hoc dictũ, id tñ velim tu cõſideres, & examines, quia hæc limitatio eſt ſubtilis, & auctoritas Fulg. eſt magna, & plurimum pollet.

Sed ad hanc ſecundã limitationẽ conſulere poteris Tiraq. de retract. conuent. in præfatio. nu. 10. vbi vr̃
26 velle, † imo iſtã renunciationẽ magis grauẽ, & ſuſpectũ reddere contractũ & videas Io. Bapt. Lup. in trac. de vſur. in l. 2. C de pact. int. empt. & vend. §. 1. nu. 39. Verumtñ relati à nobis DD loquuntur, qñ in contractu fuerũt expreſſa hæc verba, videlicet, vẽdidit verè, & non in fraudẽ vſurarũ, quo caſu actus magis redditͬ ſuſpectus, ex abũdè allatis ibidẽ per eos, q̃ verba multũ differre videntͬ à renũciationibus, de quib. in hac limitatione de qua tñ infra ſuo loco vberius diſſeram.

Sublimita tñ, vt in omni caſu limitatio procedat, ſi appareant legitimæ probationes, & cauſæ, ac indicia, q. cũ ex ſimilib. præſumptionib. iſte met cõtractus eſt
27 ſimulatus, † ita & hmõi renunciatio pſumitͬ ſimulata, vt l. doli, §. diuerſum, ff. de noua. & Bar. ſcripſit in l. nemo põt, ff. de leg. 1. verſ. q̃ro, an renunciatio, & idẽ voluere Card. Zabarel. & Io. de Imo. in d. c. ad noſtrã. extr. de emp. & vend. & Bar. in l. ſi. §. idẽ q̃ſiuit, ff. de cõdi. indeb. & p Barth. Cœpol. traditum eſt in d. tract. de ſimul. contract. præſump. 26. nu. 84.

Inſuper tertio vt nõ vera ſit poſterior opinio, ſi pactũ de retrouendendo nõ in ipſo cõtractu, aut in con
28 tinenti poſt ipſum, † ſed ex interuallo ſit appoſitũ, qa tunc non debet argui ſimulatus, ẽt ſi adſit paruitas ptij iuxta ſuã Alex. conſ. 28. col. 2. verſ. & q̃uis nonnulli. lib. 5. & protulit Rip. in l. nemo põt, nu. 73. ff. de leg. 1. cũ alijs congeſtis per Cagno. in d. l. 2. C. de pact. int. emp. & vẽdi. nu. 6. & nu. 130. Alex. ẽt cauit in cõſ. 38. nu. 3. lib. 1. atq; conſuluit Abb. cõſ. 133. & cõſ. 241. lib. 1. & quãplures more ſuo recẽſet Tiraq. de retract. conuentio. in præfatio. nu. 8. & ſeq.

29 Ab hac tñ opinione diſceſſere Imo. in d. c. ad noſtrã. poſt Io. And. ibi nu. 7. verſ. extra gl. & ibi Barba. ſequtur Alex. conſ. 46. col. 1. verſ. concurrit & alia. lib. 3. & conſ. 54. nu. 1. lib. 6. idẽ vr̃ ſentire Soc. conſ. 248. col. 1. lib. 2. Bertr. conſ. 184. vidi caſum in 1. dub. lib. 1. ſentit ẽt Pau. de Caſt. in cõſ. 109. col. 2. verſ. eſt et. li. 2. dũ ait, hoc pactũ reuendendi factu eodẽ die, ſimulationem
30 magis arguere † q̃ ſi eſſet factũ ex interuallo, vnde intelligit ipſe contractũ huiuſmodi nõ carere ſuſpicione, ẽt ſi tale pactũ fuerit adiectũ ex interuallo in alio inſtrõ per ſe, & ſeparatim non immineat tanta ſuſpicio, nõ n. ibi Ale. excludit à ſuſpicione vſuraria cõtractũ illũ in quo pactũ de retrouendendo ex interuallo ſit appoſitũ ſed intelligit, minui ſuſpicionẽ in tali caſu, & augeri, qñ in ipſo contractu, aut incontinẽti poſt ipsũ pactũ hmõi, ſit adiectũ, ſentit hoc ẽt Albe. in l. 2. C. de pact. int. emp. & vẽd. in ver. ſed qd ſi emptor. Idẽ ſẽtire vr̃ Doctor relatꝰ ĩter cõſilia Alex. in cõſ. 119. col. 2. ver. poſſet ergo li. 4. & cõſ. 51. n. 2. eo. lib. tenuit ẽt Tiraq. de retract. in præfat. nu. 9. & Cra. conſ. 156. nu. 18.

Quinimò ſecundũ alium Doctorem relatum inter cõſilia Alex. conſ. 122. lib. 4. per iſta magis augetur pſ-
31 ſumptio ſimulationis excogitatę, † cũ nihil aliud vſurarij excogitant, niſi cautelas pro cuitãda coniectura vſurarum, ꝙ ut facilius cõſequi poſſint, fortè ex interuallo curant apponẽdas iſtas pactiones, ꝙ approbat, & ſequitur Io. Bap. Lup. in commen. d. l. 2. C. de pact. int. emp. & uend. §. 1. nu. 36. & ſeq. & ante eum placuit Tiraq. in tract. de retract. conuen. in pſ fatione. nu. 6. 8. 9. & 12. qui uidendus eſt, & uoluit Crau. conſ. 156. nu. 18. & conſulas doctiſſimum Iacob. Menoc. de arbitr. iud. caſu 13. lib. 2. cent. 1. in quo loco ultra alia tradit
32 † totum iſtud arbitrio iudicis eſſe dijudicandum, ꝙ probat ex ſententia Aymo Crau. conſ. 156. nu. 17. qui ipſe permotus eſt ex doctrina Ang. in l. ſi uentri. §. fi. ff. de iis, quæ in fraud. credit.

Quod pcipuè uerũ vr̃ in hmõi contractibus factis
33 cum pacto reſolutiuo fuerit interpoſitũ iurm † cuius natura, licet ſit cõfirmare actus alias inualidos, auth. ſacramenta puberũ. C. ſi aduer. uend. in c. quis de pac.

in 6. tñ appoſitum in hmõi cõtractibus factis cũ hoc
34 pacto redimẽdi, † illos reddit magis ſuſpectos de ſi-
mulatione, & fraude, vt tenuit gl. in c. ſignificauit, ver.
ĩterdixit, in fin. de cõſi. ſequif Bal. in cõſ. 275. li. 1. licet
antea cõſuluerit cõtrariũ in conſ. 114. ſecundũ ea lib.
3. ea potiſſima ratione, quod in cõtractu ſimulato nõ
adeſt conſenſus ꝑpter præcedentem conuentionẽ de
ſimulando, ex quo fit, quod iuramentũ in eo appoſitũ
35 nihil operatur, † quia perinde eſt iurare ſeruare cõtra-
ctum ſimulatũ, ac ſi iuretur nihil ſeruare, vt latè in ter
minis tradit Affl. tit. de feud. dat. in vic. l. commiſſ. nu.
135. & ſeq. vbi pulchrè declarat materiã. Et hanc eãdẽ
opinionem gl. ſequutus eſt Guid. Pap. ſing. 938. propè
fin. qui ẽt accedit Soc. cõſ. 217. col. vlt. verſ. 3. lib. 2. quã
etiã approbat Tiraq. in loco iam allato de retract. cõ-
uent. in præfa nu. 16 & 17. illã ibi confirmat quia plu-
ribus auctoritatibus, & ante voluerũt Hoſt. & Io. And.
in d. c. illo vos vterq; ad fi. de pign. & hanc ſuſpicionẽ
eſſe violentã animaduertit Bal. in conſ. 275. præmiſſo
ſtatuto col. 2. verſ. prædictis non obſtantibus.

Quæ ſuſpicio eo magis augeretur, ſi fuiſſet cautũ, vt
36 in tempore reuenditionis per vẽditorem maius † aut
etiam minus pretium deberet reſtitui, quam ab empto
re fuerit datum, vt de maiori pretio tradit Abb. in d. c.
ad noſtram. in 4. caſu. vbi Imo. nu. 6. per text. in d. c. illo
vos de pign. & aſſeruit conſulẽdo Bertra. in conſ. 70. ſi
nõ ſine, col. fi. lib. 3. Couar. docuit var. reſolu. lib. 3. c. 9.
in prin decidit Guid. Pap. in tract. de cõtrac. illic. col. 6.
verſ. item ex eo, quod Cæp. meminit in tract. de ſimu-
lat. contract. in 4. præſum. cũ alijs, de quib. per Tiraqu.
in præfa. de retract. nu. 31.

De minori autem pretio cauit Bald. in conſ. 114. ſe-
cundum ea, quæ lib. 3. quem ſequũtur Tiraq. vbi ſupra
n. 32. & Io. Bap. Lup. in d. l. 2. C. de pac. int. emp. §. 1. n. 4.

37 Intelligas tamẽ, † hanc coniecturam per ſe nõ red-
dere contractum fœneratitium, ſed cõcurrentibus alijs
cõiecturis, vt aſſerit Cagn. in d. l. 2. nu. 62. poſt Iaſ. in
cõſ. 153. col 4 lib. 4. quib. adheret Io Bap. Lup. vbi ſup.

Tertiò limita cõcluſionem, quando dilucidè in in-
38 ſtrumento, & cõtractu fuerit iuratum † omnia, & ſin-
gula in inſtrumento contenta vera eſſe, tunc enim nõ
probatur ſimulatus etiam ſupranotatis præſumptioni-
bus, & allegando ſimulationẽ veniret contra iuramẽ-
tum, vt ſcripſit Io de Imo. in d. c. ad noſtrã. de emp. &
vend. ad fin. & Bald. docuit in l. fi. C. de nõ num. pec. &
Cæp. ſenſit in d. tract. in præſum. 7. nu. 46. & in preſũp.
26. nu. 84 protulit Affl. in 1. feud. tit. de feud. dat. in vi-
cem. l. commiſſ. num. 157. verſ. tertio fallit, vbi dicit ita
* communiter ſentire Doct. in l. nemo poteſt ff. de leg.
1. teſtaf Petr. de Peruſ. Cardinalem, & Io. de Imo in c.
ad noſtrã. de empt. & vend. & ibi animaduertit, conſi-
derandum eſſe: quo pacto concipiatur iuramẽtum ad
hoc, vt excludat exceptionẽ ſimulationis. ſicut in ſimi
39 li dicitur in l. ſi duo patroni. ff. de iureiur. † quod illud
adiuuat, quia iuramẽtũ debet ſeruari in ſpecifica for-
ma, & vt conditio, vt dixit Bart in l. amplius. ff. rem ra
tam haberi, & no. in d. c. ad noſtram.

Intellige, vt iſtud nõ procedat, ſi ſimulatio ſit dete-
cta, vel probationes allegantes ſimulationẽ fuerint re
ceptæ, & admiſſæ, etenim poſt receptas probationes ſu
40 per ſimulatione † turpitudinẽ ſuam licitum eſt alle-
gare, ſi in hac re fides eſt adhibẽda in l. alios. ff. de iure-
iur. quem refert, ſequitur Affl. d. loco proximè citato,
nu. 160. cui adhæret Soc. conſ. 164. col. 6. in 4 dubio, lib.
2. & cõſuluit Nat. conſ. 305. optimũ ius, nu. 9. lib. 2. vbi
iſtud ampliat procedere etiãſi probationes ipſæ eſſent
admiſſæ cum clauſula ſaluo iure impertinentium, & e.
ga licet forſan de iure nõn eſſent admittendæ, ſi tamẽ
de facto ſint admiſſæ, ſufficit, & eo caſu poſt detectũ
precium poteſt allegari propria turpitudo.

Hic prætcrea te velim admonitũ, illam ſimulatio-
41 nem inſtrĩ † vbi eſt iuratũ oĩa, & ſingula eſſe vera, poſ
ſe aliquando detegi, ex productione ipſius inſtrĩ, ex
quo emergerẽt præſumptiones, veluti, quia res magni
pretij eſſet vendita paruo ꝑtio, & emptor publicè cõ-
ſueuiſſet fœnerari, item eſſet conſiderandum tẽpus, &
locus celebrati inſtrĩ, ac qualitates perſonarum, nec-
non an pretium eſſet confeſſatum, & de iſtiuſmodi
præſumptionibus nam tantæ poſſent eſſe ꝑſumptio-
nes ſimulationis contractus, vt ex eius productione
deberet iudicari ſimulatus non obſtante, quod in cõ-
tractu ſit iuratum omnia eſſe vera, ita pulchrè tradit
Afflict. in d. tit. de feud. dat. in vic. l. commiſ. nu. 160.

Secundò intellige hanc etiã limitationem, vt ſibi
42 locum non vendicet, ſi ille, † qui iurauit, obtinuerit
abſolutionẽ, qua impetrata abſolutione poterit con-
tra inſtrumẽtũ hoc pacto iurato agere, ſine iniuſtitia
pretii ſecundũ Affl. in ſuperiori loco allato, nu. 158.
ex traditis p Io. de Imo. in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1.
& Bal. in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſ. & ex allatis à
Petr. de Peruſ. & Card. Floren. in d. c. ad noſtram. de
empt. & vẽd. & Doct. in d. l. nemo poteſt, ff. de leg. 1.
43 Verùm ſi iurans eſſet mortuus † eius hæres non te-
nef petere abſolutionem à iuramento, quia vinculũ
iuramenti tanquam perſonale extinguitur cum per-
ſona, & non concomitaf hæredem, vt not. Inno. in
c. veritatiſ de iureiur. ſecundum Bald. in l. 3. C. plus
val. quod agit. quem ſequitur Affl. vbi ſup. num. 159.
44 Contrariũ pronunciauit Tiraq. in tract. de retract.
conuent. in prefat nu. 16. ibiq; affirmauit, quòd licet
alias iuſ. n pleruncq; cõfirmet cõtractus, & actus inua
lidos. c. cũ contingat. de iureiu. c. quãuis de pac. lib. 6.
cum ſimilibus, tñ qñ eſt appoſitũ in contractibus hu-
iuſmodi factis cũ pacto redimendi, nedum nõ corro-
45 borat contractum, † nec eius fidem auget, ſed potius
illos magis ſuſpectos reddit de fraude, & ſimulatio-
ne, vt ante eũ voluerũt Hoſt. & Io. And. in c. noſtram
vterq; ad fi. de pig. Bal. in cõſ. 275 ꝑmiſſo ſtatuto, col.
2. verſ. nec ꝑmiſſis obſtantib. lib. 5. vbi dicit hãc ſuſpi-
cionẽ eſſe violentã. ꝙ plures, & alij allati per Tiraq.
loco ſupra citato idẽ tenuerũt, q ꝑ te videri poterũt.
46 Reſtringif hæc limitatio, ſi poſt ex interuallo † fa-
cta fuerit renunciatio exceptionis, vt ſupra in 2. limi-
tatione diximus, quia tunc etiã ſine prædicto inſtru-
mento tolleretur præſumptio ſimulationis, vt l. 2. cũ
ibi not. C. quid met. cauſ. & Bart. notat in d. l. nemo
poteſt. ff. de leg. 1. & animaduerſum eſt à Doct. in d. c.
ad noſtrã ext. de empt. & vend. atq; obſeruauit Cæpol.
vbi ſupra d. præſumpt. 7. & 26. de hoc tamen proximè
diximus, & intellige, vt ibi.

Verùm qñ incontinẽti, vel ex interuallo actus cẽ-
47 ſeatur geſtus, & in ſpecie noſtra, † qñ pactũ redimen-
di cenſeri debeat fuiſſe incõtinenti appoſitum, vt ex
eo actio cõpetat, vide latiſſimè per Tiraq. de retract.
conuent. gl. 4. et 5. §. 1. ibi enim dilucidatur materia.

Limita etiam ſupra traditam poſteriorẽ opinionẽ,
vt non vera ſit qñ cõtractus fieret cũ eccleſia, ſeu vi-
ris eccleſiaſticis, quibus conſcientia optimæ menis eſt
49 cordi, quia tunc et ſi † cõcurrãt illæ duæ præſumptio-
nes, pactũ de retrouẽdendo et modicitas pretij, tamẽ
ex his non præſumitur contractus fœneratitius, vt eſt
conſtitutio Martini Papæ, et Calixti in extrauagãtib.
cõmunibus, tit. de empt. et vend. c. regimini. vbi erat
pactũ de lucrando, et redditus 14. pro cẽtenario plus,
et, tamen deciditur non eſſe fœneratitiũ, vt per illa iu-
ra tenet Alcia. in reſpon. 40. lib. 1. to. 1. licet alias, et in
terminis docuit Albe. in l. iubemus nulli la 2. nu. 16.
ver. ult. iſta quæſtio. C. de ſacroſ. eccl. Rol à Vall. reſ-
pondit in conſ. 56. nu. 20. lib. 1.

Quartò limitatur poſterior opinio, uidelicet, ꝙ illæ
duæ præſumptiones cõcurrere debeant, ideſt, paruitas
pretij, et pactum de retrouendẽdo, non procedere in
49 feudalibus, † nam contractus feudi ex ſola paruitate
pretij præſumif ſimulatus ita decidit Matth. de Affl.
ſup. 2. feu. tit. qualiter olĩ feud. alie. poter. c. 1. §. donari
n. 30. p illũ tex. et p c. ſũmoperè. ext. de extraord. cog.

Limu-

Limitabis id verum eſſe, quando huiuſmodi contractus
factus fuerit ab inferiore à Rege, puta feudatarijs, ſe-
50 cus ſi fiat à rege, † nam ab eo potius præſumitur haberi
gratia, quàm prætextu pecuniæ, vt dicit text. in c. 1 de feu.
dat. in vic. legis commiſſor. & ita ait Matt. ab Affl. vbi
ſupra d. §. donat. vbi ait, adeo valere contractũ feuda-
51 lem factum à Principe † ſub penſione vnius denarij,
quia vř tunc Princeps vſus liberalitate, & ad hoc faciũt
à nobis animaduerſa in concl. liberalitas.

Quintò limita concluſionẽ, vt ſibi locũ non vendi
cet, ſi pactũ de retrouendendo non fuerit appoſitum
in ipſo contractu, vel incõtinenti poſt ipſius celebra-
52 tionem, ſed ex interuallo † quia tunc ex ſentẽtia mul
torũ traditum eſt, non argui ſimulatione contractus.
vt inter alios dixit Alex. in conſ. 28. col. 2. verſ. & quàmuis
nonnulli. uol. 5. cui accedit Rip. in l. nemo poteſt, nu.
73. ff. de leg. 1. Cagn. etiam adhæret, qui alios citat in
l. 2. C. de pact. int. empt. & ven. nu. 6. & nu. 130.

53 Cui ſnīæ alacriter reclamat † Bal. in cõſ. 122. in in-
ſtrumento, col. fi. ibi, ex contrarijs igitur, qualibet li.
3. quod probauit Ruin. in conſ. 16. circa primũ. nu. 10.
lib. 4. Iaſ. confirmauit in conſ. 153. circa primum, col.
1. lib. 4. & firmauit Crau. conſ. 156. nu. 18. late Tiraqu.
qui hoc idẽ aſſerentes congerit in tract. de retract. cõ-
54 uent. in præfat. nu. 12. ibiq. illud interuallũ † magis ſu
ſpicionẽ fraudis augere affirmat tanquàm excogitatum id
fuerit, ne fraus ipſa pateret, ſecundũ Io. And. in c. ad
noſtrã, quẽ ibi retulit Imo. nu. 7. in verſ. ext. gl. de emp.
& vendi. & ſequitur ibi Barba. idem cõſuluit Doctor
quidam inter conſilia Alex in conſ. 120. lib. 4. & idem
Alex. in conſ. 46. col. 1. verſ. concurrit & alia. lib. 3. &
voluit Bertr. conſ. 184. vide caſum, in 1. dubio. lib. 1. &
huic opinioni aſſentitũr Lap. de S. Gemin. in cõmen.
ad l. 2. C. de pact int. empt. & vend. §. 1. nu. 34. & ſeq.

Ratio iſtius concluſionis illa põt eſſe, quòd cum non
in ipſo principali contractu fuerit iſtud pactũ appoſi-
tũ, quodãmodo dř ſecreto & clanculũ, ac vt id lateat
55 factũ. ideo fit, vt magis præſumatur fraus, † quia quæ ſe-
creto fiunt, magis præſumunť ſuſpecta, & doloſa, vt in
his terminis vſuræ tradit Cœpol. in tract de ſimul. cõ-
trac. pſumpt. 20. in conſ. crimi. 17. viſa cõmiſſione, col.
pen. verſ. nẽ & vlt. Dec. ẽt in conſ. 331. col. 2. verſ. 4. vt
præſump. atq; Rom. in conſ. 54. viſis, col. 2. verſ. 3. & quàm
plura ſcribit Tiraq. de retra. cõuẽt. in pfa. n. 13. & 14.
ſequiť Lap. de S Gem. in d. l. 3. §. 1. C. de pact. int. emp.
n. 35. vbi & ipſe quàm plura adnotauit, ad quos te reijcio.

CONCLVSIO CCCCXLVIII.

ARGVMENTVM.

Contractus an probetur ſimulatus per teſtes
productos contra inſtrumentum, & ex eo
quòd ferè omnia pacta apponantur in fa-
uorem creditoris, & quãdo ei, qui condu-
xit prædium ſuum venditum, conſtituta
eſt penſio.

SVMMARIVM.

1 *Contractus probatur ſimulatus per teſtes productos contra inſtrumentum, & quot teſtes ſufficiant, nu. 2.*

3 *Teſtes non deponentes de forma inſtrumenti non poſſunt deponere de ſimulatione.*

4 *Teſtis vnus de viſu an ſufficiat ad probandum ſimulationẽ contract. vide remiſſiue.*

5 *Teſtes ſingulares faciunt probationem ſimulationis contractus alijs coniecturis concurrentibus.*

6 *Contractus ſimulatus probatur ex eo, quòd ferè omnia pacta apponuntur in fauorem creditoris.*

7 *Contractus probatur ſimulatus, & vſurarius, quãdo ei, qui conduxit prædiũ a ſe venditum conſtituta eſt penſio, quæ magis commenſuratur pretio tradito, quàm valori rei.*

Superſunt adhuc tres probãdi ra-
tiones, quo pa-
cto ſimulatus contractus palàm fieri poſſit, quarũ pri
1 ma eſt † per teſtes productos contra inſtrumentũ, vt
tradidit Tiraq. in tract. de vtroq; retract. tit. de retract.
conſangui. §. 1. gl. 14. nu. 57. & voluit Accur. in l. illici-
tas. §. veritas. ff. de offi. pręſid. & in §. ſi verò tale. in au-
thent. de inſtr. caut. & fid. Bal. placuit in l. 1. col. 2. verſ.
demũ quæro. C. plus val. quod agi. &c. aſſeuerauit ẽt Ioan.
Faber. in § nẽ verborũ. col. 4. verſ. vnde & hoc. Inſtit.
de inutil. ſtipula de hoc meminit Imo. in c. ad noſtrã.
ext. de empt. & vend. Verùm licet gl. d. §. ſi vero tale,
** aſſerat quatuor teſtes requiri, ** cõior tñ eſt opinio,
2 † pauciores ſatis eſſe. Tametſi glo. in d. §. ſi vero tale,
poſſit procedere, cũ quis directo vellet probare cõtra
inſtrũ, veluti ſi negetur ita inſtrũ factum non fuiſſe,
ſed ſecus quàm directo, vel indirectò quis non vult pro-
bare contra inſtrũ, ſed prout eſt, fatetur ita factũ fuiſ-
ſe, ſed agitur de probando aliud fuiſſe verè actum à
contrahentibus aliud ſimulatè ſcriptum, ſicut ille tit.
plus val. quod agitur &c. quia tunc duo ſufficiunt, & hmõi
probatione per teſtes vide latè per Bald. in l. 1. C. plus
val. quod agi. & c. & per Tiraq. vbi ſupra. Verùm ad id ob
3 ſerues, † teſtes non deponentes de forma inſtrumenti
non poſſe deponere de ſimulatione, vt reſpondit Bal.
cõſ. 21 parte quinta, nu. 3.

4 An verò vnus teſtis de viſu ſufficiat † ad probandũ
ſimulationem contractus, te docebit. Affl. c. in c. 1. de
feud. dat. in vic. leg. commiſſo. no. 3.

Concluſionem amplies, vt teſtes ſingulares alijs cõ
5 iecturis concurrentibus † faciant probationem ſimu-
lationis contractus, vt conſuluit Pau. Caſtr. conſ. 169.
num. 4. vol. 2. & Cuma. cauit in conſ. 155. col. 2. poſt
med. nu. 3. & 4. vbi latè.

Præterea probatur ſimulatus contractus ex eo, quòd fe
6 rè omnia pacta † apponuntur in fauorem creditoris,
& p̃ ratum, vel nil fiat in fauorẽ debitoris, vt tradidit
Card. in clementina 1. §. cęterum, q. 3. de vſur. & reſpõ
dit Abb. in conſ. 77. verſ. item & 3. cui accedit Natta
conſ. 198. nu. 13.

Poſtremò probatur contractus ſimulatus, & vſura-
7 rius. † quando ei, qui conduxit prædium à ſe vendi-
tum conſtituta fuit penſio, quæ magis commenſuretũ
pretio tradito, quã valori, & æſtimationi rei, vel eius
redditibus, veluti ſi pro fundo valoris 300. & empto p̃
centum ſoluantur pro penſione decem, nam tunc il-
la decem præſumuntur ſolui pro vſura dictæ pecuniæ
centum, & non pro redditibus fundi, quia maior mer-
ces pro eis deberetur, cum ſit valoris 300. ita Natta do-
cuit d. conſ. 198. nu. 14.

CONCLVSIO CCCCXLIX.

ARGVMENTVM.

Contractum ſimulatum probandi cui incum
bat onus.

SVMMARIVM.

1 *Contractum ſimulatum eſſe, vel fœneratitium qui dixerit, probare debet, & cauſam ſimulationis oſtendere, & declarare.*

2 *Contractum ſimulatum aſſerens non eſt audiendus, niſi deſignet ſpeciem fictionis.*

3 *Contractus in dubio non præſumitur ſimulatus, vel vſurarius, niſi probetur.*

4 *Contractum eſſe ſimulatum aſſerens, probare debet, etiam ſi aliqua præſumptio ſit in contrarium.*

Digitized by Google

5 *Contractum ſimulatum qui dixerit, probare tenetur, dum modo opponatur ab alia parte, quæ petat declarari cauſam & ſpeciem ſimulationis.*

6 *Contractum ſimulatum eſſe non ſatis eſt probare doloſum vel fictitium in genere, ſed ipſa ſpecies, & modus ſimulationis, aut fraudis ſigillatim probari debet.*

Contractum eſſe ſimulatum, vel fœneratitium ſi quis dixe-
1 rit † illũ probare debere, colligere eſt ex Scæuolæ rñſo in l. patronus. ff. de probat. & cauſam ſimulationis, vel fictionis oſtendere & ſigillatim declarare debere certam, & claram, rñdit Bar. in conſ. 65. incip. factum talè proponit. Petrus Nicolæ poſt nu. 2. verſ. his p̃miſſis, & ibi cũ allegatis in marginalib. additio. & idem obſeruauit Bar. in l. poſt contractũ. nu. 3. verſ. ſecunda p̃ſumptio. ff. de dona. & annotauit Bal. in l. ab Anaſtaſio. nu. 6. verſ. vltimò ſume arg. C. mand. atq; animaduertit Paul. Caſtr. in l. iuriſgentiũ. §. dolo malo. ff. de pact. ꝙ conſulenti placuit Alex. conſ. 111. incip. viſo ſuperiori themate. vol. 3 & idem in conſ. 28. in cã, & lite vol. 5. quorũ ſniam plurimi probauere, vt Anch. in cõſ. 228. ad corroboratione. Barb. conſ. 22. n. 1, vol. 4. Dec cõſ. 463. nu. 8. incip. in cã, quę noĩe Cameræ, & Dñi de Rot. in dec. 1. aliàs 484. extra Rotã, ꝙ per hoc.
2 nu. 5. de donat. in nou. vbi diremere, cũ † qui non deſi gnet ſpeciem fictionis non eſſe audiendũ quia aduerſarius ſic redderet̃ dubius, vt l. 1. §. 1. ff. de eden. l. Pomponius ſcribit. ff. de rei vendi. l. 1. §. Labeo. ff. de flumi. l. Titię tex. in prin. ff. de leg. 1. cũ alijs ibid. alle. imo de
3 bet ſuccũbere, vt Anch. voluit in d. cõſ. 226 nu. 2 † q̃a in dubio non præſumit̃ contractus ſimulatus, vel vſurarius niſi probet̃, ſic ſcripſit Barr. Soc. conſ. 264 nu 1. vol. 2. imo ſemper ſine fraude, & bona præſumit̃ celebratus, vt cauit Nat. conſ. 198. nu. 5. & 21.
4 Ampliatur concluſio vt procedat † etiam ſi aliqua præſumptio ſit in contrariũ, vt conſtat ex his q̃ modo attulimus, ꝙ intellige cũ hoc temperamẽto, dummodo interuenient renunciatio exceptionis ſimulationis, vt ſupra notatũ eſt, & ita ait Bar. Cœpol. in d. ſuo tract. de ſimul. contract. præſumpt. 26. nu. 85.

Limitabis modò, vt vera ſi, dummodo opponat̃
5 ab alia parte, † quæ petat declarari cauſam, & ſpeciẽ ſimulationis, & non aliter, vt docuere Bal. & Sal. in l. ab Anaſtaſio. C. mand. & Barr. Cœpol. vbi ſupra in d. 26. præſump. nu. 89. & 90. vbi latè.

Illud præterea obſeruandũ eſt, non ſatis eſſe p̃bare contractũ eſſe ſimulatũ, doloſum, vel fictitium in ge
6 nere, ſed neceſſe eſt † vt ipſa ſpecies, ac modus ſimulationis, aut fraudis ſingillatim probet̃, vt eleganter ac doctè memoriæ prod. dit Tiraq. in tract. de vtroq; retract. §. 1. gl. 14 nu. 59. & docuit Bar. in conſ. 65. col. 2. cui adhæſit Bal. in l. ab Anaſtaſio in fi p̃ illum tex. C. mand. ꝙ cæteri confirmauere vt in primis Pet Anch. conſ. 226. ad corroboratione. in 2. dubio. Pan. Caſt. in l. iuriſgentiũ. §. dolo. & ibi Alex. ff. de pact. vbi & ipſe Alex. dicit, id eſſe multa, & diligenti obſeruatione dignum, & idẽ Alex conſ. 112. viſo ſuperiore, col. 1. lib. 3. & conſ. 28. in cauſa. col. 3. in fi. verſ. modò ſic. lib 5.

Reliqua aũt, quæ in hac p̃batione ſimulati cõtractus lectori deeſſe videbuntur, ad ipſos ipſe fontes accedat, ac inde reſidua hauriat, quæ huc tranſponat.

CONCLVSIO CCCCL.

ARGVMENTVM.

Contumacia an probetur per ſcripturam, & inſtrumẽtum, & cui incumbat onus illam probandi.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia per ſcripturã, & inſtrumentum probari põt.*

2 *Contumaci incumbit onus probandi, iudicem citantem nõ eſſe idoneum.*

3 *Contumax probatur, qui nõ mittit procuratorẽ legitimũ.*

4 *Contumax probatur, qui aufugit, & latitat, ne perſonaliter apprehendi poſſit.*

5 *Latitare præſumitur, qui præmiſſa diligenti rimatione, nõ reperitur in loco, vbi conſueuerat morari.*

6 *Citatus contumax non poteſt haberi, ſi iudici copiam ſui nõ fecit illa die, qua iudex non ſediſſet.*

7 *Ad hoc, vt quis contumax probetur, requiritur trina citatio, vel vna peremptoria.*

8 *Contumax quis probatur ſi interuenerit trina citatio, vel vna p̃ tribus, & pars ſe præſentet in termino citationis, & contumaciam abſentis accuſet.*

9 *In criminalibus etiam, ad hoc vt quis contumax dicatur, actor debet expreſſe accuſare contumaciam rei.*
In criminalibus proceditur ad inſtar iudiciorũ ciuiliũ ibi.

10 *Contumax vere dicitur, qui citatus peremptoriè, non inuitus eſt, ſi conſtet ipſum habuiſſe notitiam citationis, & nõ comparuiſſe.*

1 Contumaciam poſſe probari per ſcripturam, † & inſtrumentum, nullus eſt, qui repugnet, nã licet vergat ad crimen, debet ſcribi in actis, vt tradidit Bald. in l. 1. C. quor. appellatio. non recipiuntur, & ſcriptũ fuit in addit. ad Bar. in l. ſenatus. ff. ad ſenatuſconſ. Turpil.

Si verò contumax iudicem citantẽ nõ eſſe idoneũ
2 probare voluerit † ipſi contumaci hoc onus probandi incumbet, vt rectè animaduertit Alex. in l. 2. nu. 13. ff. ſi quis in ius vocat. non ier.

Quinimo probari ẽt contumacẽ eum, qui non mit
3 tat † procuratorẽ legitimum, docuit Bal. in auth. ei q. num 3. C. de tempor. appel. cui reſpondendo adhæret Natt. in conſ. 5. non videtur ꝙ Ioan. Iacob. nu. 9. verſ. quinimo magis, quos refert, & ſequitur Fran. Burſa. in conſ. 74. mirabitur forſan quiſpiam. nu. 138. poſt verſ. quinimo ſi principalis lib. 1.
4 Tertiò loco p̃bat̃ cõtumax † qui aufugit, & latitat, ne perſonaliter apprehẽdi poſſit, vt idẽ cõſuluit Natt. in cõſ. 240. reddidi aliàs. nu. 3. uerſ. nec obſtat, ſi dicat̃ ex multorum ſnĩa, quos apud eundem ibid videas.

Is verò latitare præſumit̃ eo ipſo, ꝙ pręmiſſa dilige
5 ti rimatione † non reperitur in loco, vbi conſueuerat memorari, vt idem cauit Natt. in eo. conſ. 240. poſt dictum nu. 3. verſ. quòd autem fraudulenter.

Quod limitabis, non eſſe verum, qñ illa die citatus Iudex non ſediſſet, nam licet iudici copiam ſui nõ fe
6 cerit, † tñ contumax non poterit haberi, ita me docuit Natta in conſ. 364. ſtante Marchionali decreto, nu. 7. et ſi iudex, motus auctoritate Paull iuriſcor ſulti in l. 2. in fi. ff. ſi quis in vocat. non ier. atque Pompon. in l. arbiter calendis ff. de recep. arbi.

Intelligas tñ ꝙ in vniuerſum, ad hoc vt quis probet̃
7 contumax † requiritur trina citatio, vel vna peremptoria, vt de hoc contex. eſt vulgatiſſimus in l. cõſentaneũ. § tres denunciationes. et ibi Bar. Bal. et Sal. no. C. quo et qñ iud. vbi Bar. ſatis inſigniter hoc ampliauit, vt non ſolũ requirat̃ trina citatio, vel vna pro tri-
8 bus, ſed ẽt deſideretur † vt pars, ſcilicet actor ſe præſentet in termino citationis, et contumaciã rei abſentis accuſet, per cõtex. egregiũ, & inſignẽ in l. properandũ. §. & ſi quidẽ ibi, actoris abſentiã accuſante. C. de iudicijs. quẽ contex. ad hoc melioiẽ de iure dicunt Fulg. & Pau. de Caſt. ibi ꝙ dictũ vendicat ſibi locũ nedum
9 in cauſis ciuilibus, ſed ẽt in criminalib. qñ & tũc † requirit̃ ẽt actorẽ debere expreſsè accuſare cõtumaciã ipſius rei, alioqui non cenſeret̃ contumax, nam in criminalib. procedit̃ ad inſtar iudiciorũ ciuiliũ. l. abſentẽ. §. 1. ff. de pœn. ꝙ voluit Imo. poſt Bar. in l. inter accuſatorẽ. ff. de publi. iudi. & in l. abſentem C. de accuſ. ꝙ obſeruauit idẽ Bar. in extrauag. ad reprimendũ. in verb. neglexerit. & hoc inſignè arbitratus eſt Trigon. in ſing. 88. poſt nu. 1. incip. compertum habes.

Superio

Superioribus probationibus hanc adiungas, q̃ tradidit Matth. Mattheſil. in l. ea quæ ſtatuuntur. num. 7. verſ. nota ex iſta glo. C. quomodo, & q̃n iud. vbi in * hanc ſn̄iam * cōi conſenſu ſcribentes deſcendere ait, 10 † citatum peremptoriè, & non inuentū dici verū contumacem, ſi conſtare poterit ipſum habuiſſe notitiā citationis, & non cōparuerit, vbi ad hoc probandū affert clarū contex. in l. properandū. §. ſin autem ex geſtis. & §. quod aūt. iuncto. §. & ſi quidem. C. de iudic.

CONCLVSIO CCCCLI.

ARGVMENTVM.

Conuenticula an præſumatur illicita, & quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Conuēticula cū ſit regulariter prohibita, illicita præſumit.*
2 *Conuenticula probanda eſt per participes criminis.*
3 *Conuenticula probari poteſt per coniecturas, cum ſit difficilis probationis.*
4 *Conuenticula eſt, quandocunque congregatio aſcendit ad numerum decem hominum.*
5 *Ad excludendum conuenticulam facit præſumptio, quod caſu, & fortuito quis præſumitur in loco delicti aſtitiſſe.*

Conuenticula cū ſit regulariter prohibita, præſumi illici1 tā, † & cū dolo, ſancitū eſt in l. 3. in prin. C. de ſu. mu. Trinit. & idem ſenſit Lucas de Penna in l. quēadmodum C. de agri. & cenſit. lib. 11. nu. 197. q̄ ēt cū cōſtitutū in l. cōuenticula. C. de epiſc. & cler. l. 1. C. ad l. Cōr. de ſicar. & l. ſi nō conuici. C. de iniur. in terminis rn̄dit Alex. in conſ. 3. ponderatis verbis. col. 1. vol. 1. & Nat. in conſ. 665. ſub nu. 2. verſ. pro quo facit. lib. 4.

2 Vnde † cū conuenticula illicita præſumat, probanda erit per participes criminis vt reſpondit Alex. cōſ. 13. nu. 14. lib. 6. & conſ. 120. nu. 3. lib. 7. quin ēt poteſt 3 probari per coniecturas, cū materia † ſit difficilis probationis, vt auctor eſt Hippoly. de Marſ. in ſua pract. criminal. in prin. nu. 6. & 7.

Et quomodo probabitur, q̄ ſit conuenticula, docet 4 Cor. in cōſ. 216. li. 3. per totū, vbi admonet, † conuenticulam eſſe, quandocunq; cōgregatio aſcendit ad numerum decē hominum, nu. 1. in d. conſ. & idem Cor. conſ. 199. lib. 4. atq; Pariſ. in conſ. 171. nu. 9. cū plurib. ſeq. lib. 4. & Alex. conſ. 224. nu. 3. lib. 2. Ad excludendū verò conuenticulam, quæ debet eſſe congregatio 5 ex propoſito, facit præſumptio † q̄ caſu & fortuitò quis præſumitur in loco delicti aſtitiſſe, vt traditū eſt à Fely. in c. ſicut dignū. nu. 6. ext. de homicid. atq; Carrer. in pract. §. de homicid. ij ſecondo. nu. 55.

CONCLVSIO CCCCLII.

ARGVMENTVM.

Conuerſatio quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Conuerſationem habens in domo, vbi patratum eſt delictū, veluti furtum, habet contra ſe præſumptionem, q̄ notitiam habeat furti, adeo vt torqueri poſſit.*
2 *Conuerſatio cum malis hominibus indicium facit.*
3 *Conuerſatio malorum ante, & poſt delictum patratū facit præſumi delicti conſilium.*
4 *Conuerſatio malorum plurimum permouet animum iudicis circa indicium ad torturam.*
5 *Conſuetudo malorum aſpernanda eſt.*
6 *Societas, cum qua quis verſatur, indicat hominem.*
7 *Conuerſatio facit præſumi, quod quis ſciat cauſam, quare talis, cū quo verſatur, ad illum, vel ad illum locū iuerit.*
8 *Præſumitur ſcire, quæ fiunt in loco, qui frequenter conſueuit accedere.*
9 *Conuerſatio ſi fuit interpolata potuit actus geri eo tempore, quo quis cum aliquo non verſatur.*

Conuerſationem in domo vbi patratū eſt de1 lictum, veluti furtum † habere contra ſe præſumptionem, q̄ notitiam habeat furti, adeo quidē, vt torqueri quis poſſit, tradidit Bruu. in tracta. de indic. 3. q. 1. par. nu. 2. & profitēdo ſcripſit Blan. in l. ſi. nu. 73. ff. de quæ.

2 Et hinc eſt, q̄ conuerſatio cum malis hominib. † faciat indiciū, vt aſſerunt Ang. in tract. malef. in §. ffama publica. nu. 16. & Guid. de Suzar. in tract. de indic. nu. 32. atq; Blanc. in d. l. fi. nu. 253. & rn̄dit Crau. in conſ. 220. nu. 11. & 12. q̄ maximè tunc procedit, qñ q̄s viſus fuerit conſuetudine malorū ante, & poſt aliquod deli3 ctū patratū, † quia tunc illa cōuerſatio facit præſumi delicti conſiliū, & ita cauit Crau. vbi ſup. d. nu. 12. & docuit Bart. in l. plures §. quamuis. & § ſi parens. ff. de. adminiſt. tuto. c. ſæpè. 23. q. 1. & dixit Bald. in conſ. 95. regula iuris. circa ſi nu. 6. vol. 1.

Et q̄ ex cōuerſatione malorū plurimū permoueat 4 animus iudicis † circa inditiū ad torturā, profitēdo ſcripſit Bar. in l. ſi plures. §. ſi parens. nu. 1. & §. quis. nu. 3. ff. de admin. tut. & obſeruauit conſulendo Cra in cōſ. 73. incip. dicendū vr̄ prima fronte nu. 13. verſ. inſtat p̄ſumptio. atq; Marſ. in ſua pract. crimi. §. expedita, nu. 91. verſ. modo vltra p̄miſſa, atq; rn̄dit Cra. in cōſ. 220. rn̄deo ad dubia nu. 12. verſ. ruſus iſta cōuerſatio. qui ad hoc adducit Alex. in cōſ. 149. col. 2. ad fi. & in cōſ. 154. col. 2. lib. 7. quæ quidē nūquā inueni in codicib. 5 meis. Vnde fit, vt non extra rē moneat Propheta † aſpernandam eſſe malorū conſuetudinē. Pſal. 6. dū cecinit. Diſcedite à me oēs, qui operamini iniquitatem. & Pſal. 17. cū ſancto ſanctus eris, & cū peruerſo peruerteris. & Pſal. 49. ſi videbas furem currebas cū eo, & cum adulteris portionē tuā ponebas, & hoc multis alijs innumeris locis cauet; & ita conſuluit Gram. conſ. 17. nu. 14. & confirmat Abb. in c. clericis. de iudi. & in c. ad hæc, nu. 1. de iud. 31. diſt. c. diffinimus, atq; monuit Oldr. cōſ. 62. incip. & circa hæc. col. 1. poſt nu. 1. Nam 6 ſocietas † cū qua quis verſat̄, iudicat hominē, vt cautū eſt in c. innotuit. de elec. & habemus ab Vlpian. in l. ædiles. §. Pedius. ff. de ædil. edict.

Ampliāda eſt cōcluſio, vt ēt cōuerſatio faciat p̄ſumi, q̄ q̄s ſciat cām, quare talis, cū quo verſat̄, ad illum 7 † vel ad illū locū iuerit in quo poſtea patratū ſit aliqđ delictū, veluti homicidiū, vel furtū, vt cōſuluit Crau. d. cōſ. 220. ſub nu. 12. verſ. amplius. & colligere eſt ex c. querendū. 2. q. 7. cū oportet. vbi gl. de accuſ. & ex l. 2. in verſ. detegit. cū gl. in 3. intellectu. C. vbi de crimin. ag. oport. & docuit Bar. in l. 1. in 2. q. C. de ſumm. Trin. & fid. catho. rn̄dit Bal. in conſ. 297. Petrus Lombardi. lib. 3. idē conſulendo ſenſit Paul. de Caſt. in conſ. 423. col. 2. li. 2. ita ēt placuit Corn. in cōſ. 340. col. pen. li. 1. * hoc p̄terea aſſeruit Dec. in cōſ. 583. iuridicū, nu. 4. ver. & ad hoc facit. col. 2. & id p̄tulit Aneh. cōſ. 170. col. fi. ſcripſit Aret. in conſ. 219. col. 5. verſ. aliqū tutor, cauit Socy. in cōſ. 264. col. 6. lib. 2. nu. 10. & monuit Alex in cōſ. 81. ſtantib. col. 2. nu. 5. verſ. confirmātur prædicta, 8 lib. 4. vbi ait † eum præſumi ſcire ea quæ fiunt in loco, ad quem frequenter conſueuerit accedere.

Limitabis præmiſſa nō p̄cedere, ſi conuerſatio fue9 rit interpolata, quia potuit actus geri eo t̄pe † quo q̄s cū eo non verſaretur, ita voluit Pau. de Caſt. cōſ. 248. viſis, & ponderatis omnib. col. 2. ſub num. 4. verſ. & ſic poſito, vt in ſimili tradunt Doct. in l. 1. §. 1. ff. de itine. act. priu. & in terminis hoc illud patiocinatur, q̄ ſcribit Ang. in l. iuſtiſſimè. §. 1. ff. de ædil. edict. & quæ ſcripſit Crau. d. conſ. 225. d. nu. 12. ſub fin.

Digitized by Google

CONCLVSIO CCCCLII.

ARGVMENTVM.

Copula carnalis quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Copula carnalis probatur per viſum, ideſt per deponentem, ꝙ viderit ſolum cum ſola in lecto, & nudum cum nuda.*

2 *Ex violenta, & certa ſuſpicione fornicationis poteſt ſentẽtia diuortij promulgari.*

3 *Copula carnalis per rerum naturã nõ poteſt uerè probari.*

4 *Probatio vera debet de neceſſitate concludere, de probationibus, cap. in præſenti.*

5 *Probationes ueriſimiles iura recipiunt in actibus, in quibus probationes ueræ non poſſunt haberi.*

6 *Probationum materia eſt fauorabilis.*

7 *Filiatio, & paternitas, cum non poſſint naturaliter probari, ſufficit, quod probetur opinio, & nominatio.*

8 *Probatio uiſus ſolius cum ſola, nudi cũ nuda in lecto, recipitur pro ualida in materia probationis copulæ carnalis.*

9 *Copula carnalis probatur per auditũ propriũ cũ fama, & teſtis de auditu ſuper ea, quomodo deponere habeat.*

10 *In probatione copulæ carnalis admittuntur qualeſcunque probationes etiam præſumptiuæ.*

11 *Copula carnalis probari poteſt per cohabitationem uiri, & mulieris.*

12 *Copula carnalis probatur per famam uiciniæ, & etiam per teſtes ſingulares.*

13 *Coniunctio uenerea probatur per teſtes de credulitate, quãdo concludunt præſumptiuè ex iuris diſpoſitione.*

14 *Copula carnalis probari poteſt per iuramentum.*

15 *Copula probatur per iniectionem brachij collo.*

16 *Copula præſumitur, ſi reperti fuerint mulier, & uir ĩ ſolitudine, uel ſi uiſi ſint ꝑ nemora, per plana, & loca ſecreta.*

17 *Coniunctio uenerea probatur, quando uir filio illius mulieris, cum qua conſuetudinem habebat, certum quid in teſtamento reliquerit.*

18 *Copula carnalis probatur, quando uir, & mulier ſoli uiſi fuerunt cubiculum ingredi & ex eo poſt certum tempus egredi vnus poſt alterum, & mulier conſpecta fuit cum rubore, & crine ſoluto, ac horrida, & inculta.*

Copula carnalis quo pacto probetur. latius ſupra explicauimus in concluſ. adulteriũ, & in cõcl. coitus. Verũ, vt & ſuperioribus aliquid addã, in ea ſũ opinione, vt ad oẽm effectũ, tàm ad matrimoniũ dirimendũ. q̃ ẽt ad pęnã irrogandã pro crimine carnalis copulæ, ſufficiet ꝓbare copulã ꝑ viſum, .i., ꝙ viderit ſolũ cum
1 ſola in lecto † nudũ cũ nuda, nec alia ꝓbatio reqritur, vt dixit Lap. alleg. 53. n. 1. & ad id adẽdus erit Accur. ĩ l. ſi vero nõ remunerãdi. §. ſi adoleſcẽs luxurioſ⁹. ĩ gl. 1. ff. mãd. & id ſancitũ eſt in cõtex. c. præterea. de teſt. ĩ context. ẽt in c. literis. de præſump. & conſuluit Dec. conſ. 177. viſo copioſo. n. 10. ꝙ etiam docuere Abb. & Butr. in d. c. præterea. Ruin. etiã reſpondit conſ. 53. ex plurib. n. 1. 2. & 10. vol. 5. & voluit Ferre. in cõſ. 389. Redemptoris noſtri ĩ cauſa nobilis. n. 50. vol. 2. atq; Nat. in conſ. 205. non puto cogi poſſe, n. 3. verſ. probatᷣ aũt. Corſe. in repet. ad Abb. poſt verſ. teſtes licet vnus poſt alium, vbi plenè, ꝙ placuit etiã Pariſ. in conſ. 54. aſſertæ. poſt n. 61. vol. 4. & idem in conſ. 170. deteſtabilis. n. 12. & ſeq. ver. tale. n. eo. lib. 4. & in conſ. 37. ſtante priori matrimonio, n. 32. verſ. & ꝙ ſoroie in. eo. lib. 4. & meminit Io. de Amic. conſ. 69. qñ in proceſſu num. 10. & ſcripſit Lud. Rom. conſ. 71. viſis & percunctatis. nu. 6. atq; probauit Crot. in conſ. 413. viſa copia. n. 24. verſ. Vlterius præmitto. lib. 3. vbi ex contextu. d. c. ex literis
2 colligit † ex hmõdi violenta, & certa ſuſpicione fornicationis poſſe ſnĩam diuortij promulgari Cor. præterea in conſi. 51. in hac conſultatione, num. 14. lib. 1.
3 Nam per rerum naturã non põt verè probari † copula carnalis, & quamuis quis atteſtaretur cõmixtionem, nõ tñ eſſet vera illa ꝓbatio, q̃a, & hoc eſſ
ſine ſeminis emiſſione, vnde nõ adfuit copula
4 ꝓbat hoc eſſe, ꝙ ab hoc contingit abeſſe, † nan
tio vera dẽt de neceſſitate concludere, de prob
bus c. ĩ pſẽtia, vt ꝓtulit Lap. alleg. 52. & 53. & h
in iſtiuſmodi actibus in quibus probationes ve
5 poſſunt haberi † recipiãt iura ꝓbationes veriſir
non eſt anguſtanda probationum facultas, vt
eſt in c. literis. c. 3. loco extr. de præſumptio.
Fel. in cap. præterea, extra de teſtib. in c. cauſa
pen. poſt n. 13. de præſcrip. & ſenſit Abb. conſ.
atque Alex. in conſ. 82. viſo proceſſu. col. 3. pe
verſ. hoc confirmo. vol. 3. & in l. non hoc. n. 3.
6 no. quod dictum teſtis, C. vnde cognat. † cũ pr
nium materia ſit fauorabilis; vt cõſtituit Imp.
Gazaros. in fi. C. de hæret.
Hinc etiam eſt, ꝙ filiatio, & paternitas nõ p
7 turaliter probari, & iõ ſufficit, ꝙ † probetᷣ op
nominatio, vt ſancitũ eſt in c. Michael. extr. de
sbi. ꝙ latius dicetᷣ infra in concl. filiatio, & co
tiſſimè tradentem Tiraq. in tract. de vtroq. ret
§. 1. gl. 16. n. 7. ſic etiam dicendum eſt in hac
8 in qua recipitur pro valida probatione † viſu
ſola, nudi cum nuda in lecto, hoc notatur ex
c. præterea. de teſtib. Quod ſi eueniat, vt hæc p
viſus haberi non poſſit, cõfugiendum eſt ad a
9 bationem, .i. auditus proprij cum fama. Hoc e
ſtis audierit eos commiſceri carnaliter, ſed n
rit, quia impediebatur cõſpectus aſſerib⁹, cor
lio, noctis obſcuritate, ſed deponat, ꝙ audieb
eorum ſibi notas, anhelitus iucundos, ueneri
verba apta ad ipſam rẽ, vt loquutus eſt Lap. v
alleg. 53. quib. ſi fama adminiculatᷣ, ſufficit ad
effectũ, & habetᷣ ꝓ plena probatione copulæ
10 ut ſenſit Lap. ubi ſupra, ſub n. 3. & hoc eſt † ꝙ
tione copulæ admittantur qualeſcunq; prob
ẽt præſumptiuæ, ut ſancitum eſt in d. c. literi
tertio loco. ext. de teſtib. & adeas Rui. conſ. 5
lib. 5. atq; Marian. Soc. conſ. 32. fere per totum
Couarr. in epito. 1. partis, c. 3. §. 1. n. 13. & 14. la
quitur Bero. q. 54. per totum, atq; Cepol. conſ.
11 & ſeq. per tot. in quo loco docet † quod etiam
carnalis probari poſſit per cohabitationẽ vi
lieris præcipuè ſi fuerit uoluntaria, & amor in
fuerit mutuus.
12 Quod uerò copula probetur † per famam u
ſtatur Abb. in c. tertio loco, 1. quem refert, &
Alb. conſ. 26. col. 4. & Io Crot. in d. conſ. 4 1 3. n
item teſtimonium uiciniæ, & huiuſmodi fam
tur per duos teſtes, ut tradit Bar. ĩ l. de quæſtio
rimum col. 4. verſ. quarto qualiter probetur. ff.
ſtio. & reſpondit Ferret. in conſ. 389. nu. 18. ve
mundo uol. 2. quinimo addit Bar. ubi ſupra ẽt
bari per teſtes ſingulares.
Quod, & ampliare poteris, ut ẽt uenerea co
13 † probetur per teſtes de credulitate, qñ concl
ſumptiuè ex iuris diſpoſitione per actus de q
ſtis atteſtatur, ita probari in d. c. ex literis, & in
tio loco, de præſumptio. aſſeruit Io. Crot. in d.
nu. 25. poſt uerſ. qui autem ſint lib. 3.
14 Nec prætéribo, copulam ẽt probari poſſe
iurm, ꝑ tex. in c. continebatur gl. ibi in uerb.
dum eſt. extr. de depoſ. impuber. & tradidit Ti
tract. de utroq; retract. tit. de retrac. cõſang. §. 4
uerb. admittitᷣ ad ꝓbandũ. n. 3. & aſſeruit Pan
cõtinebatᷣ. Verũ tñ licebit uxori probare co
tex. in c. propoſuiſti, de prob. ubi ẽt gl. & Pan
idem dicunt, atq. glo. in c. 1. extra de frigid. &
in c. ꝙ aũt. 27. q. 2. c. ſi quis accepeperit. 32. q. 1.
ubi ſup. conſuluitq; Nat. conſ. 205 in 1. p. n. 3. &
de a slatè Calder. conſ. 3. tit. de prob. & Laure. S
ſil. 3. nu. 15. cum ſeq & Pariſ. conſi. 10. num. 3 3.
15 Inſuper † quod iniecerit brachium collo p

co

copula, vt patet ex allatis per Ruin. in conſ. 192. nu. 4.
lib. 4. vbi latè. Prout etiam ſi mulier, & vir fuerint re-
perti in ſolitudine, vt ſi viſi ſint p̃ nemora, per plana,
16 & loca ſecreta † præſumitur copula, licet neceſſario
non probetur, cum contrarium id eſſe poſſit, ex c. pro
poſuiſti. de proba. ita obſeruauit Ioan. de Imo. in d. c.
tertio loco. in 4. notab. de præſumptio. quem ſequitur
Crot. in d. conſ. 413. nu. 27. & ſeq.

Ad hæc venerea coniunctio ex eo probari poterit,
17 † qñ vir illius mulieris, cum qua conſuetudinẽ habe-
bat, filio certum quid in teſtõ reliquerit, ſi credimus
Pariſ. in conſ. 57. ſtante priori matrimonio. nu. 33. ver.
& quia in teſtamento. lib. 4. argumento eorum, quę di
xit Bar. in l. cum quid. ff. ſi cer. pet.

Nec illa ꝓbatio copulę carnalis eſt in poſtremis ha
benda, etenim illã ꝓbari ex eo quidã voluerũt, ꝙ vir,
& mulier ambo ſoli fuerunt inuenti, & viſi cubiculũ
18 ingredi, † & ex eo poſt certũ tp̃s egredi, vnus poſt alte
rũ, & ipſa mulier cõſpecta fuit cum rubore faciei, & cri-
ne ſoluto, & tota horrida, incompta, inornata, & in-
culta, vt tradidit Ferret. ex ſuĩa multorũ in d. cõſ. 389.
Redemptoris noſtri. In cauſa nobilis Dñę Catherinę,
nu. 21. verſ. poteſt etiam dici, vol. 2.

CONCLVSIO CCCCLIIII.

ARGVMENTVM.

De corruptela quid cenſeatur, & quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Corruptela cenſetur inter magnas, & capitales cauſas in iu dice, licet etiam in minimo committatur.*
2 *Corruptela adeo execrandum, & deteſtabile facinus eſt vt crimini leſæ Maieſtatis comparetur.*
3 *Corruptelæ crimen probatur nedũ ſi interuenerit pecunia, vt iudex ferat ſententiam iniuſtam ſed etiam ſi data ſit, vt ferat iuſtam.*
4 *In pœnã deteſtabilis criminis corruptelæ incidit ſemper iudex, ſi capiat, vt iudicet ſiue, vt non iudicet, vel aliquid ad eius officium pertinens maius, vel minus faciat.*
5 *Corruptelæ crimini quis ſe aſtringit, ſi ei detur pecunia, ſicut ſi dari promittatur, licet non interuenerit numeratio.*
6 *Ad corruptelam probãdam ſola promiſſio pecuniæ ſufficit.*
7 *Corruptela probatur etiam ſi iudex corruptus promiſerit aliquid non facere, & tamen fecerit.*
8 *Corruptelæ crimen commiſſum probatur, ſi conſtat, quod iudici fuerit aliquod æs alienum remiſſum.*
9 *In delictis non attenditur modus, ſed effectus.*
10 *Corruptela probatur, ſi cõſtiterit iudici quidpiam eſſe mutuatum, ſiue in pecunia, ſiue in alia re.*
11 *Mutuans pecuniam magiſtratus dicitur eum corrumpere.*

Corruptelæ vitium quã ſit deteſtabile
ſcelus ſuperius in conclu.
barataria, vberius explicauimus. Hinc iure, ac meritò
1 fit † vt cenſeatur inter magnas, & capitales cauſas in
iudice, ſecundũ Bal. in l. obſeruare. §. ꝓficiſci. q. 11. ff.
de offi. ꝓconſ. licet ẽt in minimo cõmittat̃, iuxta ea,
quę animaduertit idem Bal. in l. furti. §. ſi pactus. ff. de
iis qui not. infam. & hoc tenuit Paris de Put. in ſuo tra
ctа. ſyndic. in verſ. barataria. aliàs incipit multa de ba-
2 rataria, verſ. ſi fideiuſſ. col. 2. & adeò execrandum † &
deteſtabile facinus eſt, vt crimini læſæ maieſtatis cõ-
paretur, vt tradidit Par. vbi ſupra in verbo corruptio,
& reſpondit Thom. Gram. conſ. 35. nu. 1. 2.

Probatur aũt hoc crimen, nedum ſi interuenerit pe
cunia, vt iudex ferat ſñiam iniuſtam. Verùm etiam ſi
3 data ſit, † vt ferat iuſtã, vt ſideré Vlpia l. 2. in ſi. & Pau
lus in l. vbi autem. ff. de condi. ob turp. cau. cũ ibi not.
per gl. & Doct. Paris vbi ſupra, in verſ. corruptio. col. 3.
& idem voluit Gramm. vbi ſupra nu. 4.

Primò amplia, conclusionẽ procedere, ſi iudex ca-
4 piat, vt iudicet, ſiue non iudicet, † vel aliquid ad eius
officium pertinẽs maius, vel minus faciat, q̃a ſemper
hoc caſu etiam incidit in pœnam huius deteſtabilis
criminis, ita voluere Marcell. in l. 3. & in §. lex Iulia in
fi. prin. & Venuleius in l. 4. ff. ad l. Iul. repetun. atq; Vl-
pian. in l. 1. ff. de calumniatorib.

Quod ſubamplíabis, etiã ſi nihil promittendo prin
cipaliter capiat, vt placuit Marcell. in l. 1. ff. ad l. Iul. re
petun. cui Paris adhæſit in d. verſ. corruptio, & Gram.
vbi ſup. nu. 5.

Secundo amplia nõ requiri, vt interuenerit ipſa nu
5 meratio pecuniæ † cũ nihilominus huic crimini ſe qs
aſtringit, ſi ei detur pecunia, ſicut ſi dari promittat̃, vt
colligere eſt ex l. lex Iulia. verſ. vel licet non accepe-
rint. ff. ad leg. Iul. repetun & ab Imp. in l. iubemus. C.
eo. tit. ibi vel vitio cupiditatis ingeſtam cũ ver ſeq. &
dilucidius ſancitũ eſt in authen. nouo iure. C. de pœn.
iud qui malè iudic. & in conſtit. Neapol. conſtit. liti
gator. in conſtit. corruptela. & in l. & generaliter. §. ſi
6 igit̃ in fi. ff. de calũ. & † ꝙ ſola promiſſio pecuniæ ſuffi
ciat, id apertè tradidit Paris in prædicto verſ. corrupt.
2. col. & placuit Sal. in l. q explicãdi. 1. col. C. de accuſ.
quod etiam ſenſit Philip. Fran. in c. 1. de teſtib. nu. 7.

Ad hæc tertio ampliare poteris veri eſſe concluſio
7 nem † etiam ſi iudex corruptus promiſerit aliquid nõ
facere, & tamen fecerit, vt apertè voluit Vlpia. in l. &
generaliter. §. ſi igitur. ff. de calumn. & qui accepit, in-
quit, ne cõſuluit, ne faceret & ſi fecit, tenetur, & pro-
bauit Gram. vbi ſupra nu. 7.

Quartò amplíabis, vt ẽt commiſſum hoc crimen
8 probetur † ſi conſtet, ꝙ iudici fuerit aliquod æs alienũ
remiſſum, vt cauit Paul. in l. 2. & Vlpia. in l. 3. ff. de ca-
lumn. nihil enim refert qua ex cã improbitas, vel cor-
9 ruptio iudicis denegatur, † quia in delictis non attendi
tur modus, ſed effectus, per id, quod obſeruauit Vlpia.
in l. 1. §. occiſorũ. ff. ad Sylla. & in terminis iſtis eſt cõ-
textus inſignis in d. l. iubemus. C. ad l. Iul. repetun. per
quem ita ſenſit Iac. de Bel. in §. ſi quis autem. in auth.
vt iud. ſin. quoquo ſuffrag. 2. col.

Quinto, & vltimo loco ampliare tibi licebit, ſi con
10 ſtiterit iudici, † quidpiam eſſe mutuatum, ſiue in pecu
nia, ſiue in alia re illud conſtiterit, vt conſtituere Im-
peratores Honor. & Theodoſ. in l. quiſquis. vbi clare
loquutus eſt Bal. C. ſi cer. pet. & idem Bal. per illũ tex.
in l. 1. C. de calum. dixit mutuantem pecuniam mag.-
11 ſtratui † dici eum corrumpere, ſubdens idẽ eſſe in aliis
rebus, idẽ ſequitur Paris de Put. vbi ſupra, in verſ. cor-
rumpens, in verſ. an ſi tempore ſententiæ col. 2.

Cætera quæ hic tradi poſſent, colligere poteris ex
concluſione, barataria, quæ hoc commodè transferri
poſſunt, ad illã retrieciſſe ſit ſatis. Quòd ſi copioſius
hæc velis cogn ſcere cõſulas Pari. de ſyndt. in verbo
corruptio, vbi de pœnis probationib. & modis corrũ-
pendi vberrimè diſſerit, quem tu ipſe videre poteris,
nos ad alia tranſeamus.

CONCLVSIO CCCCLV.

ARGVMENTVM.

Corruptus pretio ad deponendum, an repellatur à teſtimonio.

SVMMARIVM.

1 *Corruptus pretio ad deponendum à teſtimonio repellitur.*
2 *Teſtimonium in reum dicere illi nõ licet qui ob teſtimoniũ dicendum, vel non dicendum pecuniam accepiſſe iudicatus, vel conuictus eſt.*
3 *Corruptus a teſtimonio repellitur, etſi pecuniam non receperit, ſed tantum precibus fuerit adductus ad teſtimonium deponendum. Contrarium ibid.*
4 *Teſtimonium illius reiicitur, qui nec prece, nec pretio adductus deponit ſed ſine vlla pactione ſperat ad ſe peruenturum commodum.*

5 *Corrupto teſti non creditur, & ſi verum depoſuerit.*
6 *Teſtimonium corrupti nullum eſt, ſicut ſententia per corruptionem lata, nec partium confeſſione remitti poteſt.*
7 *Sententia per teſtimonium corrupti lata reuocari poteſt.*
8 *Corruptos teſtes repellere poteſt iudex etiam ex officio nullo opponente.*
9 *Corrupti teſtimonium admittitur in præiudicium eius, à quo pecuniam accepit. Contrarium nu. 10.*
11 *Depoſitio falſorum teſtium nõ facit indicium etiam ad inquiſitionem formandam.*
12 *Ex corrupti depõne nec cõtra falſariũ probatio induci põt.*
13 *Quando agitur ciuiliter ad recuperandam pecuniam datã pro depoſitione, corrupti teſtimonium admittitur.*
14 *Teſtis eſſe poteſt, qui accepit pecuniam, ne parti faueret.*

1 Corruptum pretio ad deponendum à teſtimonio repelli,† tradidere gl. & Io. And. & Sicul. in c. licet. de ꝓba. & cautũ eſt in contex. in c. quoties. de teſtib. & c. ſicut. eo. tit. & in c. non ſanè 27. q. 5. ita ẽt reſpondit Calliſtratus in l. 3. §. lege Iulia ff. eo. tit. lege Iulia, inquit I. C. de vi cauetur, ne hac lege in reum teſtimonium dicere liceat ei,
2 qui ob teſtimoniũ dicendũ,† vel non dicendũ, pecuniã accepiſſe iudicatus, vel conuictus erit, ꝙ plerique ſcribentes confirmauere, vt Fel. in alleg. c. licet. col. 5. verſ. noto. Spec. tit. de teſtib. §. 1. verſ. itẽ opponitur, ꝙ recepit. Fel. in c. fraternitatis. 4. col. verſ. tertia conclu. de hæret. Bar. in l. Diuus. ff. de re iudi. l. ſi quis teſtib. C. de teſtib. Alb. de Roſa in l. quæritur. nu. 4. ad l. Iul. de adult. Saly. in d. l. ſi quis teſtib. Afflict. c. 1. ſi de inueſt. inter domi. & vaſall. lis oriatur, nota. 11. & ibi Bal. nu. 7. Sal. in l. falſum. C. ſi ex falſ. inſtrum. Io. And. in nouel. ſicut nobis. col. 4. de teſtib. Zabarell. in c. ſicut. nu. 1. & ibi Bal. de teſt. b. nu. 1. & Anch. Anto. de Butr. vbi ſupra, Iacob. Aegyd. in ſuo tracta. de teſtib. nu. 22. Aufrer. de teſtib. nu. 30. Lanfran. ibidem nu. 79. atq; Domhauder. ibid. nu. 21.

Primũ ampliabis, concluſionẽ locum habere, ẽt ſi
3 pecuniam nõ receperit,† ſed tñ precibus fuerit adductus ad deponendum, ita docuit Saly. in l. falſum, nu. 3. C. ſi ex falſ. inſtrum. ſic ſenſit Bal. cap. 1. nu. 7. ſi de inueſtit. inter dom. & vaſall. lis ori. & c. & aſſerit Io. Môticell. in ſuo tract. de teſtib. in verbo corruptus, verſ. 3.

Contrariũ cõſuluit Dec. conſ. 189. lętatus ſum plurimum. nu. 16. cum ibi alleg. vbi etiam ait, poſſe teſtẽ pretio induci ad deponendum veritatem.

Præterea ampliare poteris, vt ẽt eius teſtimoniũ re-
4 ijciatur,† qui nec prece, p̃ciove adductus deponit, ſed ſine pactione vlla ſperat ad ſe peruenturũ commodũ, ita placuit Bal. in c. placuit. nu. 1. vbi latè, de teſtib. & protulit hoc idem Cyn. in l. dictantib. de teſtib.

Tertiò inſuper amplies velim, vſq; eo concluſionẽ
5 procedere, vt nec corrupto credatur,† & ſi verũ depoſuerit, nihilominus eũ diceñ falſus, vt inſigniter ſcripſit Affli. de feud. c. 1. ſi de inueſt. inter dom. & vaſal. lis ori. nota. 11. ꝙ latè proſequitur Fel. in conſ. 50. nu. 24. & hoc apertè cauit Martia. vnà cũ Accur. inſigniter in l. 1. in prin. ff. ad leg. Corn. de fall. & habetur per Bal. in c. licet cauſam. in 8. col. de probat.

6 Quartò amplia,† vt adeo nullum ſit teſtimonium corrupti, ſicut ſñia per corruptionem lata, adeo vt ẽt confeſſioné partium remitti non poſſit, iuxta ſententiam Bar. in auth. at qui ſemel, num. 27. C. de proba. ꝙ adeo quidem verum eſt, vt ſententia per huiuſmodi te-
7 ſtimonium lata† reuocari poſſit, ſi credimus Panor. c. licet. nu. 4. de probat.

Poſtremò ampliabis, vt iudex etiã ex officio nullo
8 opponente huiuſmodi teſtes† repellere poſſit, vt auctor eſt Ant. de But. in c. ſignificante. num. 5. extra qui matr. accuſ. poſ. & c. exceptionem. de excep. vbi ait, illam eſſe opinionem * communem Doctorum.

Primò limita concluſionẽ: nam licet dictũ ſit in cõ
9 cluſione ipſius corrupti teſtimonium reijci† admitti tñ in præiudiciũ eius, à quo pecuniã accepit, vt voluit Nell. tracta. de teſtib. nu. 202. & placuit Dec. in c. placuit. nu. 4. ext. de teſtib. ꝙ et probauit Iaſ. in l. 1. nu. 2. ff. de fer. & de hoc meminit Bero. q. 58. num. 6. & decidit Gramm. voto 11. nu. 10. atque confirmant Lanfran. in c. qm̃ cõtra. de teſtib. poſtremò tradidere Bal. & Afflict. in c. 1. n. 11. ſi de inueſt. inter do. & vaſal. lis oriat.

Sed vt huic contrariam ſñiam ſequamur, ſuadet cõ tex. in c. ſicut. & in c. teſtimonium. de teſtib. & in c. pat
10 uuli. 22. q. 1.† quia ſic dicens tres patitur defectus, & periurus eſt, & criminis ſocius, ac infamis, ita cauit Per. de Anch. conſ. 231. col. aliàs cõſ. 24. col. 1. verſ. ad hoc rñdeo. atq; Fulg. rñdit in conſ. 173. incip. in cã inquiſitionis. col. 1. & idẽ in cõſ. 107. incip. ſuper eo. col. 3. vbi ſubdit, talẽ depoſitionẽ falſorũ teſtium non fa-
11 cere indiciũ† ẽt ad inquiſitionẽ formandã, vt cõſuluit idẽ Fulg. in cõſ. 136. incip. in cã criminationis. col. fi. verſ. nouiſſimè ſic conſultus rñdit Dec. conſ. 189. incip. lætatus ſum. in 5. col. vbi quamplures deciſiones, & conſilia adducit, quę ferè oĩa commemorat Gram. in conſ. 46. nu. 10. idem Dec. in conſ. 189. nu. 9. Socin. Iun. conſ. 39 nu. 54. col. 2. & idẽ Gram. voluit cõſ. 35.
12 nu. 31.† vbi inſigniter ait, ut nec cõtra falſarium vlla probatio ex eius depoſitione induci poſſit, vbi ẽt teſtatur, ita voluiſſe Innoc. in c. 1. ext. de cõfeſſ. atq; Steph. Aufrer in tract. de reprob. teſtib. in verſ. falſitatis. & ſequitur Petr. de Monca. in ſupplemẽto tract. de teſtib. D. Io. Cror. verſ. circa iſtam 4. partem. Marſi. in conſi. 79. incip. ſalus omnium. col. 4. vol. 2.

Sed hanc prudentum litem dirimere, & intelligere
13 poteris, vt prior opinio vera ſit,† quando agitur ciuiliter ad recuperandam pecuniam datam pro depoſitione, & non quando criminaliter, ita concludendo probat Boer. dec. 319. nu. 5. ad nu. 6.

Secundo loco limitabis, vt falſa ſit cõcluſio, qñ te-
14 ſtis ille eſſe põt.† qui recepit pecuniã, ne parti faueret, vt docuit Spe. de teſtib. §. 2. verſ. q̃d ſi recepit, cui adhæret Aufrer. de teſtib. nu. 27. quorum ſñiæ accedit ẽt Monticel. vbi ſupra, in verbo, corruptus. §. vlt.

CONCLVSIO CCCCLVI.

ARGVMENTVM.

Creditor qui petit ſuũ debitorẽ detineri vti ſuſpectum de fuga, quæ probare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Creditor petens ſuum debitorem, vti ſuſpectum de fuga, detineri tria probare debet, & quæ.*
2 *Debitum probatur per teſtes vel per inſtrumentum.*
3 *Probatio per iuramentum creditoris non ſufficit ad detinẽdum in carceribus debitorem. Contra. nu. 5.*
4 *Debitũ debet eſſe liquidũ, anteq̃ procedatur ad capturam.*
6 *Probatio per iuramentum creditoris quare ſufficiat ad detrudendum in carceribus debitorem.*
7 *Plura poſſunt opponi contra teſtem, q̃ contra iuramentum.*
8 *Sacramentum per ſe ſolum non ſufficit ad probandum id, quod generat magnum præiudicium.*
9 *Captura hominis eſt magni præiudicij, ac infamiæ, & maior quàm captura rerum.*
10 *Infamia, & iniuria dicitur illata debitori ob carcerationẽ.*
11 *Probatio per ſolum iurm creditoris ſufficit ad capiendum debitorem, qñ adeſt probabilis ſuſpicio inſtantis fugæ.*
12 *Probatio per iuramentum creditoris non ſufficit ad capiendum debitorem, ex eo quia non poſſideat immobilia.*
13 *Suſpicio fugæ quomodo probanda.*
14 *Cauſa ſuſpicionis fugæ plenè probari debet, vbi periculum non eſt in mora.*
15 *Cauſa ſuſpicionis fugæ emerſa per contractũ debet probari per teſtes.*
16 *Suſpicio fugæ dẽt plenè probari, & iuſtificari poſt capturã.*

Credi-

1 Creditor qui petit ſuum debitorē detine-
ri, vt ſuſpectum de fuga, †debet
probare tria præcipuè. Primò debitum. Secundò ſu-
ſpicionem fugæ. Tertiò, quod ſuſpicio ipſa ex poſt ſu-
peruenerit. Nam ſi ſuberat tpe debiti, nihil proficiebit,
& ſine iſtis tribus nullo pacto ad incarcerationē de-
bitoris deueniri debet. Et hæc omnia vbiq; per ſcribē-
tes vberrimè comprobantur, & in primis a Fanfrā. de
Orian. in ſuo tract. de recuſat. num. 7. 8. & 9. latius ſcri-
pſit Parit. in ſuo tract. de ſimul. in verbo captura, ferè
per totum, & latiſſimè ſe fundit ad hoc Io. Bapt. Cac-
cialup. in tract. de debito. ſuſpect. & fugit. in 6. princi-
pali. q. per totum.
De primo requiſito habet̃ contex. in l. hoc autē. §.
non defendi. ibi, conſtare dēt, liquereq; prætori. ff. ex
quib. cauſ. in poſſ. eat. & eſt caſus in l. 1. C. de præd. cu-
rial. lib. 11. atq; habetur in auth. ei qui. cir. n. ibi, iuxta
tamen menſuram debiti. C. de bon. auct. iud. poſſeſſ.
De ſecundo probatur in l. ſi fideiuſſor. §. ff. qui ſa-
tiſd. cog. & in l. ſi ab arbitro. §. ex quibus. ff. eod. & c. &
in l. in omnibus. ff. de iud.
Tertium etiam probatur in d. §. ex quibus cauſis,
& in l. qui bona. §. de illo. & in l. n. ff. de dam. infect.
ac in l. ſi creditor. in fi. C. de ſponſ.
2 Modus aūt probandi debitum, † quod eſt primum
requiſitū, erit p teſtes, vel per inſtr̃m, vt tradidit Ang.
in d. l. ſi ab arbitro §. quibus ex cauſis. ff. qui ſatiſ. cog.
vbi id admonet pro cautione aduocatorum, idē pla-
cuit Parid. in d. trac. de ſynd. in d. verbo captura. nu. 7.
teſte in ſandat Bart in l. Lucius. C. de agric. & ceſ. lib.
3 11. Nec ſufficeret hoc caſu † probatio per iuramentū
ipſius creditoris, vt dixit Bal. in l. apertiſſimi. C. de iu-
dic. cir. fi. & Ang. in d. § ex quib. qui ibi aſſerit, ſe mul-
tos in carcerib. detentos ex ipſis carcerib. eximendos
curaſſe: quia ſæpè imperiti iudicis imperitiam aduo-
catorū ſequentes faciunt detineri debitores ob ſuſpi-
cionem ſolo iuro creditorū approbatum, quod minimè
debet fieri, iux ſenten. eiuſdē Ang. & Lanſ. de Orian.
locis ſup. relatis, idem Bal. cōſultus reſpondit in cōſ.
285. Quia non opus colorati. col. 1. nu. 2. & 3. lib. 1. &
huc ſpectant, quæ per ipſum Bal. animaduerſa fuere
in l. conſentaneū. C. quō, & quando iudex, verſ. quæ-
4 ro vna cū Butrig. vbi dixit, † quod antequā procedat̃
ad capturā, debitum debet eſſe liquidum, conſuluit
Nat. conſ. 430 poſt nu. 7. verſ. quib. tamen non obſta-
tib. & nu. 9. & ſeq. lib. 2. & Dec. in conſ. 75. pro tenui.
col. 2. verſ. 6. ſcripſit Thom. Parpal. in repetit. l. 2. poſt
nu. 75. verſ. 2. concl. ff. ſolut. matrim. vbi teſtatur hanc
** eſſe magis ** communem opinionem, & idem tradit
Iaſ. in l. ſi arbitro poſt num. 3. ff qui ſatiſd. cog. a ſerēs
hoc fuiſſe approbatum a modernis ſcribentibus ibi,
& ab hoc non recedit Seball. Sapia. in repet. l. cui iu-
riſdict. nu. 10. ff de iuriſdict. omn. iudic.
5 Iſtis non diſſimulanter fuit aduerſarius† Paul. Caſt.
in conſ. 38. aliàs 373. pro pleniori examine. col. 2. poſt
nu. 7. verſ. ex his ſequitur, quod eſt conſ. vlt. lib. primi
ſecundùm antiq. impreſs. quo in loco aſſeuerat ſuffi-
cere probationem per iuramentum creditoris eā ra-
6 tione † quòd hæc probatio nullum afferre præiudi-
cium poteſt capto ſuper debito principali: quia præſti-
ta ſatiſdatione de ſtando iuri relaxetur, & niſi actor
poſteà ordinariè agēdo probet debitum, & faciat il-
lum condemnari, nullū damnum patietur, igitur in-
quit Caſtr. ſufficit iuramentum, ſicut in miſſione, quę
fit ex primo decreto. vt not. in l. cū proponas. & auth.
ibi poſita. & in corpore vnde ſumitur. C. de bo. auct.
iudi. poſſ. Quod & etiam comprobat alia ratione, nā
ſi exigeretur pbatio per teſtes, vel inſtrumēta, poſſet
debitor fugā arripere. l. argent. §. cum autē. ff. de eden.
Subdit, & tertiò, non plus poſſe deducere creditorē
ad fidem iudicis per productionem vnius teſtis parte
nō citata, quàm per iuramentū ipſius, cum plura poſ-
7 ſint opponi contra teſtem, † quam contra iuramentū,
quod nō niſi ex magna cauſa retractatur. l. videamus
ante ſi. ff. de in liti iura. inquiens deindè, quod ita ſer-
* uat totus mundus. & ſub nu. 8. & damnat Bald. in d.
l. apertiſſimi. in fi. C. de iud. contrarium ſententiam, di-
cens quod aliquantulum imperfectè, & ineptè loquutus
fuit, & iux. ſentent. reſpondit Alexā. in conſ. 19. viſo
proceſſu capturæ. nu. 21. verſ. & ibi in propoſito lib. 3.
& ita etiam ſeruari in praxi aſſeuerat Io. Cror. in rep.
l. 2. poſt nu. 38. ff. ſol. matr. verſ. ſucceſſiuè ex iſta glo.
Prior ſententia videtur verior, & recepta, & propte-
reà Caccialup. in d. tract. de debit. ſuſpect. & fug. 6. q.
princ. nu. 11. (licèt aſſentire videatur opinioni Caſtr.)
mutatur tamen de eo, quod aſſeuerauit per totū mun
dum ita in practica obſeruari, ſcilicet ſatis ſit proba-
re per iuramētum, cum in partibus ipſius Caccialupi
(atteſtatur ipſe) oppoſitum practicari, videlicet quod
de debito fiat fides per inſtrumentum, vel teſtes, & ſic
plenè vt tenuit Ang. vbi ſup. & idē Ang. in d. l. ſi cre-
ditores ff. de priuil. cred. quem Ang. ſequitur Imol. in
l. 2. in prin. ff. ſol. matr. & ita etiam quamplures excel-
lentes viros conſultos reſpondiſſe teſtatus eſt idem
Caccialup. loco proximè citato poſt nu. 11.
8 Quod & ratione ſuadetur, † nam ſacramētum per
ſe ſolum non ſufficit ad probandum id, quod generat
magnum præiudicium, niſi aliundè plenè probatum
ſit, vt colligere eſt ex tex. in l. in bonæ fidei C. de in rē.
iur. & in l. admonendi. ff. eo. tit. ſed captura hominis,
& in vinculis ſtare eſt magni præiudicij, ac infamiæ,
9 & maior, quàm captura rerum, ... & omnimodo.
C. ne filius pro patre. & comprobat Bal. in d. cōſ. 285.
quia non opus. nu. 2. & 6. lib. 1. Ergo non debet ſatis eſſe
probare per iuſiurandum, adeò Bal. loc. cit. vbi per
tot. conſ. quib. & aliis rationibus tuetur hanc partem,
& ex hac ratione videtur tolli fundamentum Paul. de
Caſt. dum aſſeuerabat, per capturam nullū afferri præiu
dicium capto quia imò multum affertur propter infa
10 miam, † & iniuria, quę dicitur illata debitori ob car-
cerationē, vt etiam animaduertit Thom. Parp. in d. l.
poſt nu. 75. verſ. ſed impetrare capturam. ff. ſol. matr.
Conciliare poteris has inter ſe opiniones diſſentiē
tes, vt ſenſus Paul. Caſtr. pcedere poſſit, vbi eſſet pro-
babilis ſuſpicio inſtantis fugæ nam tunc ne, dum ex-
pectaremus probationem per teſtes, vel inſtrumenta,
euaneſceret prouiſio ſtenda creditori per fugam debi
11 toris, † ſufficeret probatio per ſolum iuramentū, cum
& hoc caſu permiſſum ei ſit capere debitorē propria
auctoritate, per contex. in l. non ſolum. §. de illo. ff. de
vſucap. & l. ſi quis curialis. C. de epiſc. & cler. cū aliis
vberrimè allatis per Caccialup. in tract. de debit. ſu-
ſpect. & fug. q. 4. prin. nu. 10. verſ. ſi verò ſit debitor Se
cùs verò erit, ſi ageretur de capiendo debitorem non
12 ratione inſtantis fugæ collectę ex indiciis, † ſed ſo-
lùm ex eo, quia nō poſſidet immobilia, tunc quia non
imminet illa celeritas non ſufficeret probatio per iu-
ramentum, ſed ſequenda eſſet ſententia. Ang. & alio-
rū requirentium probationē per inſtrumentū, vel per
teſtes. ita has contentiones ad concordiā reduxit Cac
cialup. d. ſuo tract. de debit. ſuſpect. q. 6. princ. poſt nu.
12. & cōcludit in nu. 15. hanc eſſe iuridicam opinio-
nem, & idem ſentire videtur Paris de Put. in ſuo tract.
de ſynd. in verbo captura, poſt nu. 7. & ſeq.
Ad probādum autem ſuſpicionem fugæ, quod eſt
13 ſecūdum requiſitum, † dicas, vt diffuſius diſſeruimus
in concluſ. fuga, vbi ad ſaturitatem plura ad hanc rē
ſpectāria annotauimus, & hoc in loco concludas, ſin
* cōmunem * practicam ſufficere probationem per iu-
ramētum, quantum attinet ad conceſſionē capturæ,
& vbi periculū eſſet in mora, aliàs ſi non immineret
periculū fugæ, & peteretur capi debitorem, quia forē-
ſiſſet, & non poſſidens immobilia, deberet creditor
aliundè, quàm per iuramētum habere probationem,
vel per teſtes ſaltem duos, vel aliàs taliter, quòd ſuffi-
ceret, ſi parte citata fierent, ita pſitendo ſcripſit Ioā.
Caccialup.

Caccialup.d.tract. de debit.ſuſpect.d. q.6.prin.nu.17.
& 18.& fuit de mente gl.& Inn.in c. quoniã frequen-
ter.in verbo ſummatim, vt lite non conteſt. pro quo
etiã facit.contex.in l.eorum.ff.de damn.infect. ibi ti-
mẽtis,tex.in l.q bona.§.ſi quis ſtipulatus.cod.tit.ſen-
tit Bal.in d.l.apertiſſimi. C. de iud. & ſatis videtur de
mente Pau.de Caſt.in d.conſ.473.pro pleniori, quod
eſt cõſ.fi.1.vol.nu.4.& 5.ibi,ſecunda cauſa eſt inſtans
fuga,&c.& nu.7.ibi ne fuga debitoris inſtruatur, atq;
idem sẽtit Ang.in d.l.nemo carcerẽ dùm voluit, igi-
tur ſufficere iuramentũ, quia periculum eſt in mora,
14 †quaſi ſentiat,quod vbi periculum nõ eſſet in mora,
deberet plenè probari cauſa ſuſpicionis, apertè etiã
reſpondit Alex.in cõſ.19.viſo proceſſu.nu.1.lib. 3. &
ſcripſit Sebaſt.Sapia in repet.l.qui iuriſdictio. nu. 18.
verſ.ſecundo requiritur.ff.de iuriſd.omn. iud.

Tertiùm prętereà requiſitum, quod ſcilicet cauſæ
ſuſpicionum emerſere poſt cõtractũ debere probari
15 per teſtes †vel aliàs ita quod induci conſtet, rẽ ita ſe
habere,docuit Ang.in d.l.ſi creditores.per illũ tex.ff.
de priuil.cred.& idem in d.l.ſi ab arbitrio.§. 1. ff. qui
ſatiſd.cog.& fuit de mente Bar.in l.ait pretor.§.ſi de-
bitorem.ff. quæ in fraud. cred.

Diſſimilis ſibi ipſi diſſimilẽ ſequutus eſt ſentẽtiam
Ang.in d.l.nemo carcerẽ,dùm aſſeuerauit, quoad ad
concedendam capturã ſufficeret de hoc fidem facere
per iuramentũ,& idem placuit conſulẽdo Caſtr.in d.
cõſ.473.col.fi.poſt nu.8.lib. 2. & hoc probatur ex cõ-
tex.in c.paſtoralis.de except.cum vulgaribus.

Sed idem ſentient hi inter ſe diſcordantes, ſi dice-
mus ab initio ſatis eſſe cauſas ſuſpicionũ fugæ ſuper-
ueniſſe,fidem facere per iuramentum, vt hac mente
16 fuere.Ang.Pau.& cæteri,†verùm poſt capturã debet
plenè probari,& iuſtificari ipſa ſuſpicio, aliàs captu-
ra redderetur iniuſta, & tanquam facta contra iuſti-
tiam reuocanda eſſet,ita Paul.de Caſt.in d.conſ. 473.
in fi.lib.1.& tradit eleganter Ang.in d.l.nemo carce-
rem.de exact.trib.lib.10.ipſum ſequitur Imol.in l. 2.
ff.ſol.mat.in gl.ſuper verb.ſuſpectum, vt etiam refert
Caccialup.d.tract.de debit.ſuſpect.q.6.prin.nu.2.vbi
dicit hoc menti tenendum eſſe,& habetur per Bal.in
d.conſ.285.quia nõ opus.col.1.lib 1. Verũ quia om-
nia,quæ hic deſunt affatim abſoluimus in concl. fu-
ga ibi lector te reijcio.

CONCLVSIO CCCCLVII.

ARGVMENTVM.

Creditor agens hypothecaria, quid proba-re debeat.

SVMMARIVM.

1 *Creditor agens hypothecaria debet probare,debitorẽ fuiſſe dominum illorum bonorum, ſuper quibus petit aſſiſtẽtiam.*
2 *Hypothecaria dat ius in re,& iura debent conſtitui ab eo, qui dominium habet,vel eius voluntatem.*
3 *Agentem hypothecaria, quid probare oporteat.*
4 *Creditori agẽti hypothecaria ſufficit probare bona obligata fuiſſe tempore obligationis, & debiti contracti bona fide in bonis & de bonis debitoris.*
Quod intellige,vt nu.26.
5 *Creditori ſufficit probare poſſeſſionem debitoris abſq; quod probet de titulo bonorum illius.*
6 *Creditor agens hypothecaria contra debitorem pignorantẽ probare habet poſſeſſionem ſolam ipſius debitoris tempore obligationis, vel poſtea.*
7 *Debitor non poteſt refricare quæſtionẽ dominij, nec ècõtra creditor debitori.*
8 *Debitor ex poſſeſſione pręſumitur dominus.*
9 *Creditor, ſi agit contra hęredẽ vniuerſalem ſui debitoris, probare habet ſolũ poſſeſſionem principalis debitoris ſui.*
10 *Debitor pręſumitur dominus, cum poſſedit rem bona fide, & vt ſuam.*
11 *Creditor agens hypothecaria cõtra debitorem debet etiam probare,debitorem conſuetum poſſidere tpe moti iudicij.*
12 *Creditor agens contra donatarium actione hypothecaria, quid probare debet.*
13 *Donatarius probare debet rẽ prius donatã, quã obligatã.*
14 *Inſtrumentum prius pręſumitur confectum fauore pię cauſę,vt potius ſit ius ipſius.*
15 *Agens hypothecaria ad rem aliquam probare debet, ſuam bonorum obligationem pręceſſiſſe donationem de ea re factam reo conuento.*
16 *Titulus pię cauſę pręſumitur in dubio eſſe prior.*
Pia cauſa, & fiſcus ęquiparantur,ibid.
17 *Creditor agens hypothecaria contra tertium poſſeſſorem habentem cauſam lucratiuam a debitore,probare ſolùm habet poſſeſſionem rei obligatę fuiſſe penès debitorem tempore obligationis.*
18 *Quãdo tertius poſſeſſor,contra quem agitur, habuit bona titulo oneroſo; neceſſe eſt probare dominium, vel quaſi debitoris.*
19 *Conuentus hypothecaria per creditorem poteſt negare rem fuiſſe ſuam,licet habeat ab illo cauſam.*
20 *Contra tertium poſſeſſorem requiritur probatio dominij recti, vel vtilis ſiue ille prętendat cauſam lucratiuam ſiue oneroſam.*
21 *Creditor agens ex interdicto Saluiano vtili,tantummodo probare habet rem eſſe, vel fuiſſe poſſeſſam tempore contractę obligationis ab eo, qui eam obligauit.*
22 *Creditor,quando agit hypothecaria contra tertiũ poſſeſſorem non habentem cauſam à debitore, debet probare de dominio directo, vtili, vel quaſi ſui debitoris in re ad quam agit.*
23 *Hypothecaria non confert titulum habilem ad dominij acquiſitionem,nec ad vſucapiendum, ſed ſolum ad obtinẽdum poſſeſſionem.*
24 *Agens hypothecaria debet fundare ſolam intentionem in titulo, & iure ſui debitoris, & illud probare.*
25 *Agenti hypothecaria contra tertium poſſeſſorem,qui nullã cãm habet a debitore, ſufficit ꝓbare rẽ fuiſſe in bonis debitoris tẽpore obligationis contractę, vel poſt, & nu. 26.*
27 *In bonis noſtris ea videntur eſſe, quę poſſidemus.*
28 *Probare de dominio apprimè difficile eſt.*

Creditor agens hypothecaria debet ꝓbare debitorẽ fuiſſe dominum illo-
1 rum bonorum † ſuper quibus petit aſſiſtentiam, vel
aliter ſatisfieri virtute illius hypothecę.nec ſufficeret
ꝓbare bona prædicta fuiſſe in bonis,& de bonis dicti
debitoris tẽpore obligationis, vt auctor fuit Accurſ.
in §.item Seruiana.Inſt.de act.& idem in l.vſucapio.
in gl.mag.ibi dùm dicit,item nonnè qui agit dẽt pro-
bare dominiũ eſſe debitoris,&c.C.de pign. atq; idem
in auth de trien.& ſemiſſ.§. illud quoq; in gl.quæ in-
cipit,rei vẽdicatio,& eſt alia gl.in l.ſi ſuperatus.ff. de
pig.quã ſententiam latè confirmat Cyn.in l.cum res.
C.ſi res alien.pign.dat.ſit, quæ ſecundum Bald.ibi in
iſta materia portat coronam:affert Cyn.ibi rationem
2 hanc, † quia hypothecaria dat jus in re. l.in noxalib.
ff.de noxalib.& l.rem alienam.C.de contrahẽ.empt.
cũ ſimilibus, ſed iura debent conſtitui ab eo. qui do-
minũ habet,vel eius voluntatem.l.2.ff.de pig. act.er-
gò debitor debet probare ſe habuiſſe dominiũ,quod
creditorẽ oportet probare,idem voluit Bal. in d. l. cũ
res.C.ſi res alien. pign. dat. ſit. & conſulendo reſpon-
dit Alex.in conſ.137.in cauſa,& lite vertente,num.4.
3 lib.2.qui clarè tradit†agentem hypothecaria oporte-
re probare bona,pro quibus agitur hypothecaria ſpe-
ctaſſe.& pertinere ad debitorẽ tempore debiti cõtra-
cti,vel poſt iure directi dominij, vel ſaltem vtilis, vt
idem ſentientes adducit.

In contrariam deſcendit ſententiam,quod ſcilicet
credito-

creditori agẽti hypothecaria ſufficiat probare bona,
4 † quæ prætenduntur obligata fuiſſe tempore obliga-
tionis,& deb.ti contracti bona i.de in bonis,& de bo-
nis debitoris,ſaltẽ ꝙ probetur dominiũ illius, gl.in l.
rẽ alienam.ff.de pign.act.atq; gl.id clarius tradidit in
d.l.cum res.C.ſi res alien.pign.dat. ſit, & hoc idẽ ſen-
tit alia gl.in l.ante omnia.ff.de ,pb.& gl.in l.añæ.Inſt.
de actio.cui ſententiæ adhæret Bar.in d.l.cũ res. atq;
Dyn.in d.§.itẽ Seruiana de act.& Bal.in l.de reb. cir-
ca fi.C.de don.ante nup.volens quòd ſiue ille tertius
poſſeſſor habeat cãm à debitore,ſiue non,non requi-
ratur neceſſariò,quod probetur de titu o illorum bo-
5 norũ debitoris, † ſed ſufficeret creditori probare poſ-
ſeſſionem.Bal.tamen ibi ſe reijcit ad id,quod dixit in
d.l.cũ res. & ibi potius videtur vna cũ Cyno reſidere:
hanc tamen opinionẽ ſequitur,& firmat Aret.in d.§.
item Seruiana.poſt nu.15.verſ tertio caſu principali,
circa fi.ibi,tu tamen teneas opinionem Bart.aſſerẽtis
ita obſeruari in vſu forenſi, licèt contraria opinio ſit
multum colorata, atq; iuxta hanc opinionem cõſul-
uit Aret.in conſ.138.Lancellotus de Imo. poſt num.
1.collocatum inter conſilia Alex.lib. 2. quod conſi-
lium fuit editum aduerſus d. conſ. 137. & eidem ſen-
tentiæ adhæret Affl.in deciſ. 37.quædam Abdeuda.
num 5.verſ. fuit etiã in tertiò dubitatum,vbi dicit,ita
fuiſſe concluſum in ſacro conſ Neap.& idem aſſeruit
in deciſ 387.licèt hodiè.nu. 6. quibus in locis in can-
dem deſcendunt ſententiam.

Verùm qui priorẽ tñ ſequi maluerit, ita primò
6 declarabit,vt locũ ſibi nõ vendicet,† qñ creditor agit
hypothecaria contra debitorem pignorantem.Nam
tunc ſatis eſt probare poſſeſſione ſolã ipſius debitoris
tempore obligationis,vel poſteà ſecundũ diſtinctio-
nẽ l.& quę notandum.§.quod dr.ff.de pigno:ib.& eſt
caſus in l.ſi inter.§.1.ff.eo.ti. quibus iuribus permotus
idẽ Aret.idem firmauit in d.§.item Seruiana. nu. 15.
verſ.1.caſu Inſti.de act.vbi hanc rationem reddit,qa
7 debitor nõ poteſt reſricare quæſtionem dominij,† ſi-
cut nec econuà creditor debitori,per tex.in l.ſi pigno
re.§.ſi prædo,& §.ſi creditor.ff.de pign. act. Hinc pro
cautione illud adhibet, aduocatum debere ponere,
& deducere ipſum debitorem fuiſſe dominum, vel
habuiſſe d.ctam rẽ in bonis, quod poſteà probabitur
cõtra eum, eo ipſo quòd probat poſſeſſionem eiuſdẽ
8 debitoris,† quia ex poſſeſsione præſumitur dominus,
cum(vt iam dictum eſt) non poſsit reſricare quæſtio-
nem dominij,aliàs niſi hoc in libello eſſet deductum,
ꝙ fuiſſet in bonis debitoris,ſuccumberet creditor, tã-
quam ꝙ plenè non deduxit ius ſuũ,& hanc doctrinã
eleganter tradidit Bar.in l.rẽ alienã,in verſ.quarto cir
ca iſtã materiã.ff.de pign.act.& ſequitur Sal.in l.certi
iuris.C.loca.qui Aret.in loco citato ait, id eſſe menti
tenẽdum,ut diſcamus practicare: huic etiam opinio-
ni adhæret Neguſ.in ſuo tract.de pign.in 3.memb. 8.
part. poſt nu.6.verſ.1. igitur concluſio ſit.

Amplianda eſt hæc limitatio,vt etiam procedat,ſi
creditor agat contra hæredẽ vniuerſalem ſui debito-
9 ris, † qui hæres uelit uti adminiculo ſolius teſtatoris:
nã tunc ſufficiet eidẽ creditori probare poſſeſsionem
eo pacto, quo tradidimus in principali debitore, ne
hæres iſte melioris exiſtat cõditionis defuncti ſui.l.in
his.§.nõ dẽt.ff.de reg.iur.& ita cauit idẽ Aret. in d. §.
item Seruiana.nu.75.ver.2.uerò caſu principali. Inſt.
de act.in quo loco tñ diſtinguit,an teſtator meritus
fuerit in dominio,nec ne & concludit,ut ibi,pro qua
reſolutione cõſulas Neguſan.in d.tract.de pign. in 3.
memb.8.par.nu.7.uerſ.2. concluſio ſit.

Declarandum tamẽ eſt id,quod diximus creditori
ſufficere probare poſſeſsionẽ debitoris, ut uerum ſit,
10 dũmodo probetur eum bona fide poſsediſse, † ideſt,
quòd eã poſsederit,ut ſuã,& ſic bona fide, iuxta l.Ti-
tiã.ff.de ſolut.nam cũ poſsedit bona fide, & ut ſuam,
præſumitur dominus,uel quaſi,per l.1.C. de priuileg.
fiſci.& ita obſeruauit Neguſ.in d.tract de pigno.in 3.
memb.6.par.poſt nu.6. verſ. dũm tamen dictum eſt,
permotus auctoritate Salyc.in d.l.cum res.col.5. C.ſi
alien.res pign.dat.ſit.

Secundò præterea his addas, quòd creditor agens
11 hypothecaria contra debitorem † debeat etiam pro-
bare debitorem conuentũ poſſidere tẽpore moti iudi
cij:quia cum iſta ſit actio in rem,vt l. pig ff.de pig. &
l.pignor.C.eo.requiritur, vt reus cõuentus poſſideat.
l.1.C.vbi in rem actio & l.1.C. de alien. ind. mutan.
cau.fact.& ita præcipuè animaduertit Paul. de Caſtr.
in d.l.rem alien.in pen.col.ver. qualiter autem probe
tur,quem ſequitur Neguſ.loco nuper allato n.6.in fi.

Ad hæc tertiò creditor agens contra donatarium
12 actione hypothecaria † debet probare hypothecam
præceſſiſſe donationem, & rem prius ſibi fuiſſe hypo
thecatam,caſus eſt in l.de reb.C. de donat. ante nup.
quem ad hoc ſingularẽ putauit Bar.in l.ſi prius.C.de
iur.fiſ.lib.10.& pro inſigni obſeruauit. Rom. in ſing.
159.agens hypothecaria & idẽ docuit Bal.in l. ſi de-
bitorẽ.C.de priu.fiſc.atq; id eximiũ eſt arbitrat.Corſ.
in ſing.13.in verb.act hypoth.incip priuatus agens.

Hoc tamen limitabis non procedere in fiſco, qui
13 non probat,† ſed donatarius probare debet rem prius
donatam,quàm obligatam vt eſt tex. in d. l. ſi prius.
C.de iure fiſci,li.10.& tradidere Rom.in d.ſing. 159.
& Corſ.d.ſing.13.cũ adductis in add.ad d.ſing Rom.

Eadem etiam ratione arbitrari debemus in pia cau
14 ſa,† fauore cuius præſumitur inſtrumentum prius cõ-
fectum, vt potius ſit ius ipſius piæ cauſæ,ſic inſigniter
tradidit Roma. in auth.ſimiliter.in 13.ſpeciali inter
contract.ad leg.Falc. vbi refert ſingulariter cõſuluiſ-
ſe Franc. Aret.Sen.quòd agens hypothecaria ad rem
15 aliquam,† quam dicit fuiſſe debitorũ, debeat proba-
re ſuam bonorũ obligationem præceſſiſſe donationẽ
de ea re factam reo conuento,per tex.notab.in d.l.de
reb.C.de donat.ant.nupt.Verùm in fauorem pię cau
16 ſæ præſumendum eſt in dubio ſuũ titulum † eſſe prio-
rem altero.per tex.ſingularem loquentem in fiſco in
d.l.1.vbi Bart.C.de iur.fiſc.lib.10. nam pia cauſa, &
fiſcus æquiparantur.l.ii.C.de ſacroſan. eccleſ. & hoc
ſequuntur Soc.conſ.67.eadem dic.col.4.nu.8, verſic.
confirmatur hoc fundamentum.lib.3.& Dec. in l.in
ambiguis,poſt nu.1.verſ.& quod dicitur de dot. ff. de
reg. iur. quod vberrimè proſequitur Tiraq de priuil.
piæ cauſæ,priuil.133. vbi alios idem ſentientes citat.

Secundò loco priorem opinionem intelligendam
17 eſſe aſſero vt locum non habeat † quando creditor
agit hypothecaria contra tertium poſſeſſorem habẽ-
tem cauſam lucratiuam à debitore: quia eo caſu ſuf-
ficit probare poſſeſſionem rei obligatæ fuiſſe penès
debitorem tempore obligationis,ita profitendo ſcri-
pſere Bart.& Bal.in l.de reb.C.de donat.ant.nupt.at-
que Cyn.& Bar.ac Iac.Butrig in d l.cum res. C. ſi res
alien.pig.dat.ſit.Flor.etiã in l.ante omnia.C.de pro-
bat.& reſpondit Alex.in conſ.185. in cauſ & lite nu.
4.verſ.immo etiã dico.lib.6. & conſulas Paris. in cõſ.
50.nu.19.& ſeq lib.1 & Grat. in conſ. 40. Antequam
veniam.nu.14. poſt verſ. præterea cõſiderandum eſt,
lib.2.quibus ſe ſubſcripſit Aff.c.in d.deciſ.37.nu. 15.
& tradiderunt Faber in d.§.item Seruiana. nu. 15. &
Iaſ.nu.89.& licèt Alex.in conſ.115.viſo proceſſu lib.
6. videatur ambigere de veritate iſtius opinionis, ta-
** men hanc eſſe veriorem, & ** communiorem atte-
ſtatus eſt Michael Craſſ.in ſuis cõmunib. opinionib.
18 c.12.tit.de cred.& debitor.q.4.† Secùs tamẽ erit dicẽ-
dum,ſi iſte tertius poſſeſſor, contra quem agitur, ha-
buerit bona tit.oneroſo.nam tunc ſatis non erit pro-
bare poſſeſſionem, ſed neceſſe etiã eſſet probare do-
minium,vel quaſi ipſius debitoris,ſcripſere Cy. Bart.
& Ang.in d.l.cum res.C.ſi res alien.pignor.dat.ſit,&
idem docuit Bart.in d.l.rem alienam.num.6.ff.de pi-
gnor. actio. idem placuit Iaſ in d. §. item Seruiana.
num.

num.89. & hanc eſſe * communem opinionem teſta-
tur Alex. in d. conſ. 115. viſo proceſſu circa fin. lib. 6.
citat Ang. in l. 1. ff. de public. ſuper gl. in verbo à non
domino, vbi ex notatis ibi per gl. colligit ipſe Angel.
quòd non ſequitur, emi rē à te ergo confiteor eſſe tuā
19 † vndè dicit idem, ſi modò cōuenior hypothecaria p
creditorem, potero negare rē fuiſſe tuam, licèt habeā
à te cauſam, & inquit ibi de facto ſe ſæpiùs practicaſſe.
Illi tamen ſententiæ hoc eſt in cauſa lucratiua ſuf-
ficere probare poſſeſſionem rei obligatæ fuiſſe penes
debitorem tempore obligationis, quando agitur cō-
tra tertium poſſeſſorē, repugnat Neguſ. in d. tract. de
pign. in 3. memb. 8. par. nu. 8. verſ. tertia concluſio eſt,
20 vbi aſſerit, † immò requiri probationem dominij dire-
cti vel vtilis, ſiue ille tertius poſſeſſor prætendat cau-
ſam lucratiuam, ſiue onerosam, quam ſententiā fuiſ-
ſe Bar. in d. l. rem alienam. 2. col. ff. de pign. act. aſſerit
contra Cyn. & communiter * ab omnibus eſſe rece-
ptam, vbi etiam iis, quæ contra obſtare videbantur,
reſpondit, & huic ſententiæ accedentes adducit, &
vberrimè hanc opinionem tuetur, quam confirmat
conſulendo Alex. in conſ. 98. viſo, & cōſiderato. nu.
6. verſ. prætereà poſito lib. 2.

Tertio prętereà p[illegible]ior erit tibi intelligenda opinio,
21 vt locū ſibi vendicet, † ſi creditor agat ex interdicto
Saluiano vtili, quia tunc non opus eſt probare, nedū
dominium debitoris, ſed nec ē rē eſſe obligatam, ne-
que docere de obligatione ſed ſatis erit, tātummodo
probare, illam rem eſſe, vel fuiſſe poſſeſſam tempore
contractę obligationis ab eo, q cā obligauit, q perpe-
tuò memorię eſſe tradendū, cu[illegible] vtile in praxi, dixit
Aret. in d. §. itē Seruiana, poſt nu. 18. eire fi. de act. cu-
ius ēt fuiſſe ſunt ante eū Bar. in l. rē alienam. nu. 5. ff. de
pign. conſulti rñderunt Soc. ſen. in conſ. 112. viſo, p-
ceſſu. nu. 6. libr. 2. Alex. in d. conſ. 185. nu. 4. lib. 6. & in
conſ. 70. videretur circa primum. nu. 3. verſ. circa ſe-
cundum, lib. 5. atque Nat. in conſ. 474. de anno 1423.
D. Gulielmus. nu. 4 ver. non competit etiam Saluia-
num, & Roland. à Valle in conſ. 14 nu. 6. verſi. ſecun-
do quia intentans. lib. 1. atque Paul. de Caſtr. in conſi.
178. in 3. meb. nu. 19. & 26. lib. pro cautione etiam
tradidit Capoll. in cautel. 81. incipien. quando quis
vult vendicare, poſt nu. ſecundum, atque voluit Afl.
in deciſ. 383. licèt hodie. nu. 6. vbi aſſerit ita fuiſſe ob-
ſeruatum tàm in Magna Curia Vicariæ, quàm in Sa-
cro Conſilio, quod & animaduertit Reuerēdiſſimus
Contardus in ſuis doctiſſimis Commentariis ad leg.
vn. C. ſi de momentan. poſſe. fuer. appel. limit. 4 nu.
11. vbi idem ſententes adducit, ampliando illud etiā
habere locū, ſi deindè res hypothecata ſit amiſſa, vel
hypotheca extincta morte debitoris, qui tantum ci-
uiliter poſſidebat tempore obligationis, & ita dixe-
runt Domini de Rota die 28. Nouēbris 1541. in vna
Romana viginti mill. pro Illuſtriſſima Domina cō-
tra creditores, vt atteſtatur Pur. in ſuis recollect. de-
ciſionum, deciſ. 208. incip. eadem die, lib. 1.

Quòd ſi poſteriorem ſententiam amplecti quis vo-
22 luerit, illam limitabis, vt vera non ſit, † quando credi-
tor agit hypothecaria contra tertium poſſeſſorē non
habentem cauſam a debitore: nam in eo caſu credi-
tor debet probare de dominio directo, vtili, vel quaſi
ſui debitoris in re, ad quam agit, vt ita voluiſſe Cyn.
Bart. & Salyc. ac communiter * alios ſcribentes in d. l.
cum res. C. ſi res alien. pign. dat. ſit. teſtatus eſt Negu-
ſan. in d. tractat. de pign. in 3. memb. 8. par. nu. 11. ver-
ſic. quarta concl. quo in loco huius rei reddit rationē,
23 † quia hypothecaria non confert titulū habilē ad do-
minij acquiſitionem, nec ad vſucapiendum, ſed ſolū
ad obtinendam poſſeſſionē, vt l. ſi eum venditor. in
prin. ff. de euict. & ideo ages hypothecaria debet fun-
24 dare ſua intentionē in titulo, & iure ſui debitoris, † il-
lud pbare, q ipſe debitor teneretur probare, ſi vellet
obtinere contra talem poſſeſſorē, vt eſt text. & ibi not.
per gl. & Doct. in l. ſi ab eo. ff. de pign. & ita concludit
Aret. in d. §. item Seruiana. poſt nu. 16. in fi. verſ. quar-
to caſu principali, Inſt. de act. atq; Barth. Socy. conſil.
112. viſo proceſſu agitato. nu. 7. lib. 2. * vbi de cōmuni
opinione teſtatur.

Huic tamen ſententiæ aduerſatur Ang. Aret. inter
conſ. Alex. lib. 2. in d. conſ. 138 Lancel. de Imol. poſt
num. 1. verſ. aut agitur, quo in loco apertè reſpondet
25 † agenti hypothecaria contra tertium poſſeſſorē, qui
nullam cauſam habet a debitore, ſufficere probare rē
fuiſſe in bonis debitoris tempore obligationis, vel
poſt, & eandem ſententiam ſequutus eſt Afflict. in d.
deciſ. 183. nu. 7. vbi aſſerit ſe vidiſſe ſæpiùs, ita fuiſſe
iudicatum in Sacro Conſilio & Vicaria, à qua ſentē-
tia non eſſe recedendum ait.

26 Quo autem pacto intelligatur illud, † quod ſupra
diximus creditorem ſcilicet probare rem fuiſſe in bo
nis debitoris tempore obligationis, conſulas Petrum
de Vnzola in ſua pract. [illegible] not. tit. de prohib. oblig.
rei alien. poſt nu. 7. ver. Item noto, quo in loco ex mē-
te Doct. dixit, ſatis eſſe, ſi creditor probet debitorem
27 tempore obligationis poſſediſſe illam rem, † quia in
bonis noſtris ea videntur eſſe, quæ poſſidemus, vbi
reiicit opinionē gl. in d. §. item Seruiana. Inſti. de act.
quæ in ea erat opinione, vt arbitraretur probare rem
eſſe in bonis debitoris tempore obligationis debere
declarari, id eſt debitorē fuiſſe dominū eius rei eo tē-
28 pore, quo obligauit, q valdè durū eſſet creditori, † cū
pbare de dominio ſit apprimè difficilè: vnde raròēt
in hypothecaria obtineret, ideo illam gl. non ſeruāt
Doct. vt teſtat idē Pet. de Vnzol. loco nuperadducto.

CONCLVSIO CCCCLVIII.

ARGVMENTVM.

Creditum, de quo non appareat ſcriptura, vel teſtes, quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Creditum, de quo non appareat ſcriptura, vel teſtes, qua cautione, & qua ratione probari poſſit.*
2 *Dictum teſtis de auditu valet, quando paries, vel cortina eſt in medio inter ipſum, & perſonam loquentem.*
3 *Teſtis de auditu facit aliquam præſumptionem.*
4 *Teſtimonium de ſenſu auditus valet, quando teſtis notam habet vocem loquentis, licèt illum non videat. Intellige vt nu. 5.*
7 *Cæcus poteſt eſſe teſtis, modo cognitas voces habeat contrahentium.*
7 *Cautela alia probandi creditum presbyteri cuiuſdam Placentini.*

1 Creditum de quo non appareat ſcriptu-
ra, vel teſtes, † hac cautione
probari poterit, vt creditor ducat debitorem in cu-
biculum ſuum, & ibi habeat teſtes abſconditos ve-
luti poſt cortinas, & tunc blandis verbis debitorem
alloquendo accedat tandem ad ſermonem ſui cre-
diti, cumque interroget, quando velit ſoluere illa
decem, quæ illi mutuauit: ille enim debitor cre-
dens, neminem ibi eſſe in illo loco præter ipſum, &
creditorem, confitebitur liberè debitum, & tunc au-
dita eius confeſſione tales teſtes poterunt examina-
ri, & deponere ſe ipſos audiuiſſe talem hominem
cōfitentem debitum Titio, & promittentem ſibi ſa-
tisfacere, licet non viderint illum aperta facie, ſed lo-
quelā eius habeant notam, ita docet Hipp. de Marſil.
in d. rubric. C. de probat. num. 350. teſtatur ad hoc gl.
* communiter approbatam in l. 2. §. idem Labeo ait,
in verbo audierunt. ff. de aqua pluuia arcend. quæ
2 gloſſa videtur velle † valere dictum teſtis de au-
ditu,

ditu, quando paries, vel cortina eſt in medio inter teſtes, & perſonam loquentem, quod etiam obſeruauere. Bart. & alij DD. in d. §. idem Labeo. & tradidere Cyn. & DD. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. & videtur eſſe cõtextus cum glo. in verbo auditu, & ibi DD. in c. præterea. ext. de teſtib.

3 Et in huiuſmodi materia teſtis de auditu, † licèt vt plurimum talis teſtis non probet, tamen facit aliquã præſumptionem, iuxta ſententiam Alex. in conſ. 77. incip. in cauſ. accuſationis. in 2. col. nu. 4. verſ. 4. indiciũ, vol. 1. & Hipp. Marſ. in ſing. 371. teſtis de auditu, & in ſing. 557. Tu ſcis.

Fundamentum verò, cui Doctores innitũtur, hoc videtur eſſe: quia regulariter valet teſtimoniũ de ſen-
4 ſu † auditus verborum alterius, quando teſtis habet notam vocem loquentis, licèt perſonam loquentem non videat, vt habetur in l. teſtium. cum auth. rogati. ibi poſita. C. de teſtib. & in c. teſtes. 7. q. 9. & in c. 1. 14. q. 2. & hoc etiam firmat. Matth. in ſing. ſuo 124. incip. Nota, quòd licèt regulariter valeat teſtimonium. hãc etiam opinionem probant DD. in d. l. ſi non ſpeciali, & in d. c. præterea, extr. de teſtib. vbi dicunt prædictã glo. in d. l. 2. §. idem Labeo. habere locum generaliter
5 † in omni caſu excepto in teſtamento, & in cauſa criminali. & in caſu, in quo tractatur de matrimonio ſeparando. Hypp. vbi ſup. nu. 352. quia in iſtis trib. caſibus teſtes debent videre, & inſpicere perſonã loquentem, & in talibus caſib. ſi aliqua cortina ſit in medio, vel aliquis paries inter teſtes, & perſonam loquẽtem non valebit teſtimonium illorum, ita concludit Barthol. Cæpol. in ſua caut. 230. incip. Quando quis non poteſt, & idem tradidit Fel. in d. c. præterea. de quo ẽt teſtatur Abb. poſt Io. And. & alios in c. 2. col. 1. de cõſuet. vbi ponit facti contingentiam. Bal. in l. conuenticulam. in pen. col. C. de epiſ. & cler. Spec. in tit. de teſtib. §. 1. verſ. quid ergo ſi viro, & mulieri, atque Cyn. in l. teſtium. in 4. q. C. de teſtib.

Vnde non iniuria ſupra docuimus in concluſione,
6 Cæcus. Cæcum poſſe eſſe teſtem, dummodo † habeat cognitas voces contrahentium, & explicabitur infra in concluſ. teſtis de auditu, vbi propria eſt ſedes.

Supra verò allatum modum confitendi debitum docet menti eſſe tenendum Hypp. vbi ſup. num. 134. vbi atteſtatur ſe ita in facto habuiſſe.

Ego verò alium creditum probandi modum huic
7 ſubiungam, † cuius auctor fuit Præpoſitus quidã D. Brigidæ Presbyter Bartho. Rubinus Placentinus, quẽ modum propter facinoris ſelluitatem relatu dignũ ſum arbitratus. Hic igitur nullis teſtibus, nec ſcriptura vſus, ſuo, quem vocant compatri ingentem pecuniæ ſummam erogauerat, vt ex illa mercaturam faceret, & quidqd lucri ex illa negociatione perceptus eſſet, id omne inter ſe partirent. Præpoſitus igitur Rubinus de Compatris non admodũ ſincera fide dubitans, cũ intellexiſſet perperã collocatos eſſe nummos, pecuniamq; periclitari, foreq; vt nunquam eam poſſet recipere: tum verò huc, & illuc animũ in varias partes diſtrahens, cogitare cepit, quo fieri poſſet, vt compater coram teſtib. incautè quod acceperat, vltrò fateretur. Is prepoſiti calliditatem cum mente præſenſiſſet, nunquam adduci potuit, vt coram teſtib. receptũ creditum confiteretur. Rubinus cum hac ſpè cecidiſſet, vt illa ratione nummos acceptos Cõpater proferret, curatum æſtu fluctuans, ad aliam excogitatam vafriciem animũ intendit. In grauem itaq; morbũ, ex quo conualeſcere non ſperaret, ſe incidiſſe callidè ſimulauit. Verũ vt inediam fingere rectius poſſet, panem, & vinum, cætera victui opportuna in cubiculũ abdidit, quibus nullo præſente famem explere poſſet. Adhibet medicos, inuiſunt, ſalutares potiones ei conſtituũt. Is arreptis potionib. clã oẽs effudit. Medici multis elapſis diebus, cũ in dies magis morbũ ingraueſcere ſimularet Rubinus, potionẽ nihil ſibi profuiſſe inſpexiſſent, nec eũ quicquã cibi, potuſvè ſumpſiſſe cũ intellexiſſent, hominis ætate iã matura (annũ enim ſeptuageſimũ, & eo amplius attigit) inſpecta ſalute eius deſperata ab ipſis deſeritur Rubinus. Inuiſitur à propinquis, & amicis, viri vicẽ dolent, miſerantẽ eius malã fortunam, gemunt, lugent, & lamentantẽ, Rubinus Cõpatrem non cõparere perſpiciens, eũ videndi, & corã colloquendi, priuſquã ab hac vita diſcederet, mira ſe cupiditate teneri ſignificauit. Acceſſitur: inuiſit ægrotãtem Cõpater. Rubinus ægrè vocẽ trahens, ſuſpirãs, oẽs mortẽ acerbiſſimè ferre inquit, ipſe vero cæteris acerbius tuliſſet, ni tã fidum, & maximè familiaritate, atq; adeò neceſſitudine coniunctũ Cõpatrẽ ſemel antequam moreretẽ, inſpexiſſet, atq; fuiſſet cũ eo colloquutus, orat obteſtatur, vt poſtq̃ ab hac lucis vſura migrauerit, preces ad Deũ pro animæ ſuæ ſalute effundat, & bona verba precetur. Cum & ipſe Cõpatrẽ ſuũ grata memoria proſequi in hac vita ſtatuiſſet: ſe enim conſtituiſſe, vt quos nũmos pro negociatione ipſi erogauerat, apud eundẽ Cõpatrẽ remaneret, ſed hac lege, vt filiabus ſuis eos æquis portionibus partiretur, vt honeſtè in matrimoniũ collocari poſſent. Spõdet, pollicetẽ Compater ſe id libentiſſimè facturum, & proindè maximas ſemper ei gratias ꝓ tãta in ſe ipſum benignitate, & humanitate habiturũ, atq; adeò relaturũ. Rubinus aĩam iam agere fingens, hoc vltimæ voluntatis ſuæ elogium publicis tabulis eſſe teſtatũ, vix tandem Cõpatri ſignificat, ne vna cũ defuncti mente filiæ Cõpatris dote ſibi legata fraudari poſſent. Lætus, & exiliens Cõpater acceſſit tabellionem, & teſtes ad id peragendum. Multa dictante Rubino ſcribit tabellio, demum obſecratur Compatrẽ Rubinus, vt nũmorum ſummam, quos ad faciendam mercaturam tradiderat, ſibi aperiat, vt rationes ſubducere poſſit, quot cuique filiarum pro dote ſit legaturus, q̃ cum feciſſet Compater, & in publicas tabulas eſſet relatũ, exilijt illico è lecto Rubinus integer, & incolumis, Cõpatris perfidiam deteſtans, nũcq; confeſſione ſua conuictũ effugere non poſſe, quin nummorum ſummam ſibi reſtituat, ſic hoc Rubini aſtu iudicis decreto meritò fuit coactus Compater, vt traditam ſibi pecuniam Præpoſito Rubino redderet.

CONCLVSIO CCCCLIX.

ARGVMENTVM.

Credo, verbum, an affirmet, an neget.

SVMMARIVM.

1 *Credo, verbum in atteſtationibus non affirmat.*
2 *Credere, & ſcire non poſſunt concurrere ſimul, cum ijs inſit quoddam diſſidium.*
3 *Scientia in his, quę ſunt facti, habetur, quando illam capimus per proprium ſenſum.*
4 *Credulitas ex coniecturis oritur.*
5 *Scire ſe habet ad certum, credere ad dubium.*
6 *Teſtis dicens ſcio, quia credo, non affirmat.*
7 *Teſtis dicens, videre meo, non affirmat.*
8 *Teſtis ſi dicat, iudicio meo, non affirmat.*
9 *Teſtis ſi dicat, ſcio pro certo, non affirmat.*
10 *Conſuetudo non valet, vt teſtis de credulitate deponentibus plenè credatur.*
11 *Credo, verbum affirmat, ſi teſtis addat aliquam cauſam ſuæ credulitatis.*
12 *Credo, verbum affirmat, ſi teſtis per illud verbum quidpiam deponat in veriſimilibus.*
13 *Conſulens per verbum credo, rectè & certiſſimè conſulit.*
14 *Per verbum, credo, inducitur iuris diſpoſitio in ſententiam proferente.*

1 Credo, verbum in atteſtationibus poſitum nõ faſtir mare aſſeruere gl. & cęteri DD. in l. teſtiũ. C. de teſtib. & ibi

& ibi plenè Cyn. quòd varijs in locis dum reſpondit placuit Alex.conſ.56.viſo proceſſu.num. 11.lib.2.& aſſeuerauit Bal.in l.ſiue poſſidetis.C.de prob. num.6. Alex.protulit in rub.ff.de iureiur. & fuit obſeruatum in l.1.ff.de vent.inſpicien Bal.et in l.ſolam.eo.tit. C. de teſt.& plenè in c.3.loco,& in c.literis.de præſump. & in c.quotiens.de teſti. & ibi Abb.nu.9.vbi latè hãc materiã proſequitur,& hanc reddit rationẽ Abb. ibi-
2 eo quòd credere † & ſcire,non poſſunt concurrere ſi-
3 mul,nam ijs ineſt quoddã diſsidiũ,etenim ſciẽtia † in his,quæ ſunt facti,habetur,qñ illam capimus per proprium ſenſum,vt quod videmus,vel guſtamus,& iſta ſcientia requiritur in atteſtationib.c.teſtes.3.q.9.

4 Credulitas verò † ex coniecturis dimanat, & ſic ibi non eſt verè ſcientia,vt obſeruat Bar.in l.admonẽdi. ff.de iureiur.& plenè per Abb.in c.literis de iura. cal.
5 & ſcire ſe habet † ad certum credere verò ad dubium. c.firmiter credimus.de ſumm.trin.& fid.catho.

6 Primò amplia concluſionẽ ex eo,quòd † dicit Bal. in l.conuenticulam.col 8.verſ.ex prædictis infero.C. de epiſcop.& cleri.ſi teſtis dicat ſcio,quia credo,nam fieri poteſt,vt teſtis credat,& tamen non ſit verum,vt in l.de tutela.C.de reſtit.in integ.minor.Fel.in c.quoties,nu.7.de teſtib.

7 Subamplia,idẽ eſſe,ſi teſtis † dicat, videre meo, ita dixit Bal.in reper.l.de quibus.poſt nu.35.ff de leg. idẽ
8 ſi dicat † iudicio meo, vt voluere Ang. & recentiores in repetit.l.ſciendum.in 3.col.ff.de verb.obl.Alex.in conſ.24.num.14.vol.2.& Bal. in c.niſi cum pridem. de renunc.nu. 2

9 Secũdò ampliabis cõcluſionẽ † ſibi vẽdicare locũ, et ſi dicat,credo pro certo, vt auctor eſt mihi locupletiſsimus Alex.in d.cõſ.56.ſub nu.11.& dixit Bal. in l. 2.§.obſeruari.C.de iuram.calum.et in l.cõuenticula. C.de epiſc.& cler.atq; meminit Spec in tit. de teſt.§. 1.verſ.id quod deponit de credulit.& ibi Ioan. Andr. quod placuit Fel.in c.quotiens,nu.7. de teſt.

10 Tertiò ampliare poteris,vt non valeat † conſuetudo, vt teſtibus deponẽtibus de credulitate plenè credatur,nã hoc caſu eis non creditur,vt aſſerunt Ant.de Bur.in c.1.de appel.atque Fel.in d.c.quotiens.nu. 8.

11 Limitabis porrò concluſionem,ſi addat † aliqua cauſa ſuæ credulitatis,quia tunc verbum credo, affirmat,vt credidit Bal.in l.ſi ſeruus.§. qui quinq; verſic. & eſt argumentum.ff.de leg.1.atq; Alex.reſpondit in conſ.109.nu.7.libr. 1. quod placuit Ant. de Butr.in c. quotiens de teſtibus,& ibi Abb.nu.9. Hoſtien. etiam in c. in præſentia. eodem tit. & per iura ſuprà in concluſione relata.

Secũdo loco limites velim concluſionem, ſi teſtis
12 † per verbum,credo, deponat quidpiam in veriſimilibus,veluti ex eo quod viderit ſolum cũ ſola,vel nudũ cum nuda,credat copulã inter tales eſſe ſequutã, vt in hac credulitate credidit Abb.in c.quotiens, & c.præterea de teſtib.& per Fel.proditum eſt in d.c.quotiẽs, vbi ſuprà,& in c.qualiter,de accuſ.& in c.inquiſitionis.de ſenten. excommunic.

13 Tertiò præterea limitare poteris in cõſulente,† etenim p verbũ,credo,rñdet conſulens certiſsimè, vt ſi dicat, credimus ſic eſſe de iure,vt voluit Anton. de Butr.in c ex parte.per illum tex.nu. 6. extrà de poſtul.

Quartò,& poſtremò limitabis idem eſſe in ſentẽtiam proferente,nam per verbum tale inducitur iuris diſpoſitio,& profertur ſententia, quod fuit effatum ab Ant.de Butr.vbi ſupra.d.nu.6.cui quidem illud optimè ſuffragatur, quod animaduerſum eſt in capitulo præterea requiſiti ſumus.de appellat. & in capit. 1. in verbo merito crederemus, de delict. puer. & ibi per D. Barba.

Fuſius hæc proſequerer, ſed ne diutius patiẽtia veſtra in legẽdo abutar,vos ad Fel. vberrimè de his diſſerentem reijciam.conſulendus igitur erit Fel.in cap. quotiẽs.à nu.7.vſq; ad finem,extr.de teſtib.

CONCLVSIO CCCCLX.

ARGVMENTVM.

Communia criminalium.

SVMMARIVM.

1 *In criminalibus vnus teſtis cõiunctus cũ fama non pbat.*
2 *In criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores.*
3 *In criminalibus vnus teſtis cum fama non probat,etiam ſi de crimine agatur ciuiliter.*
4 *In criminalibus etiam ſi agatur de crimine excipiendo vnus teſtis cum fama non probat.*
5 *In criminalibus non creditur teſtibus rationem non aſſerẽtibus eius, quod dicunt.*
6 *In criminalibus requirunt teſtes omni exceptione maiores.*
7 *In criminalibus probationes imperfectæ non coniunguntur ad faciendam plenam probationem.*
8 *In criminalibus non habet locum probatio,quæ fit per iuramentum in caſu.l.ſi quando.C.vnde vi.*
9 *In criminalibus non poteſt quis damnari ex præſumptionibus.*
10 *In criminalibus teſtes exhibentur coram iudice.*
11 *Teſtis vnus cum fama in criminalibus plenam probationem facit,ſi adſint aliæ coniecturæ vehementes.*
12 *In cauſa criminali ſufficit vnus teſtis de veritate, duo de fama, & duo de indicio.*
13 *Teſtis vnus cum fama concurrente aliqua præſumptione ſufficit ad id, vt quis torqueri poſſit, ſed non quantum ad condemnationem.*
14 *Probationes eſſe debent luce clariores ad condemnandum.*
15 *Præſumptiones ſufficiunt in criminalibus,quando agitur de pœna pecuniaria.*
16 *Ex vrgentiſsimis præſumptionibus pōt procedi,& cõdemnari in caſu,in quo claræ probationes haberi nõ poſſunt.*
17 *Semiplena probatio interdum dicitur plena,ſecũdum ſubiectam materiam.*
18 *In cauſa criminali, in qua imponenda eſt pœna pecuniaria,nõ eſt neceſſe teſtem debere reddere rationẽ dicti ſui.*

In criminalibus vnum teſtẽ coniunctum cum fa-
1 ma † non probare aſſeuerauit.gl.in c.veniens,il 1. ſuper verb.illorum, vbi Bal.nu.7. de teſti.& obſeruauit Bal.in c.1.de appel.n.3.verſ.tu dic quo eo cũ ſimilib. vt per Dec.in d.c.veniens nu.25.verſ.2.concluſ. & in d.c.1.de appel.nu.64.verſ.2.concluſ.glo.& conſ. 189. nu.15.verſ.vnde videmus,& conſ.4 9.nu.9 verſic & ideò fama,& nu.18.verſ.quia fama,& 163. & Alexã. conſ.1 .num 28.viſo proceſſu.col.3.lib,1.qui tamen loquitur de præſumptionib.vt ibi,nu. 3. & nu. 4. verſ. ſed aliud eſt,poſt d.num.4. Anto de Butr.etiam tradit in d.c.veniens.col.pen.Imo.col.1 Fel.col.4.num. 22.verſ.3.concluſio, & Abb.col. 2. nu. 8. verſ.quæro nunquid,nec ab hoc receſſit.Imo.in l. intereſſe. ff. de acquir.poſſeſ.& meminit Cyn.in l.fin.in 1.col. verſi. nunquid ergo fama.num.3.C.de quæſtio. Bal. etiam voluit in l.ſi quis ex argentarijs.§.1.colum.1. num.4. verſ.exemplum,vnus teſtis.ff.de eden.c.t.verſ. quæro ergo,de appella.& Salic.protulit in l.ea quidem.col. pen.verſ.ſed tunc oritur dubium.C.de accuſat. reſpõſum fuit ab Oldr. conſ. 192. poſt num.2. verſic. vnde dicunt Doctor.& docuit Hyppol.in l. de minore. §. plurimum.colum.12.ff.de quæſtio.poſt num.61.verſ. modo vltra,ibi,& hanc partem, cauit Iaſ. in conſilio 167.colum.fi.num.11.verſ.& præterea, & fortius. & Soc.iun.conſ.99. viſo themate propoſito. nu. 6. verſ. conſequenter videmur. volum. 2. Quæ concluſio ea
2 ratione corroboratur, † quia in criminalibus debent eſſe probationes luce meridiana clariores,ſic vno cõſenſu ſciuere Impp.Grat.Valent.& Theod. in l. ſi. C. de probatio. & Doctor. vbi ſupra, quod & à multis communi-

conſulentibus fuit probatũ vt ab Alex.cõſ.15.col. 2.
verſ.2.quia vbi agitur,vol.1.& cõſ.66. poſt nu.1. ver.
& dicit ibi Ang.co.vol.1.Bar.in l.ſi.poſt nu.4.ver.cõ-
trarium eſt.ff.de in lit.iurã.Dec.d. conſ. 429.nu.8.Iaſ.
conſ.34.Ad motiua data,poſt nu.9.verſ.2.caſu,col.6.
vol.1.Matſ.in ſua pract tit.q. circa probat. requi.nu.
2.Rom.l.1.nu.....ff.de nou oper.nunc.

3 Ampliabis quæ dicta ſunt,† &ſi de crimine agatur
ciuiliter,ita ſenſit Alber.in d. c. veniens il 1. nu. 4. &
in fi.de teſt.& ibi etiã Ant.de Butr.col.fi. cui adhæſit
Hipp.in d.§.plurimum.nu.95.verſ.limita etiam dictã
concluſionẽ.col.17.ad idẽ reſpondit Io. de Anan. in
conſ.59.col.3.& à Dec.traditum eſt in c.1. col.fi. nu.
66.verſ.& hoc locũ habet &ſi de crimine, de appell.
idẽ voluit Marian.iun.conſ.99.col.4.vol.2.nu. 24.&
ſeq.vbi latè,qñ agitur tamen,vel ad punitione,vel ad
applicandã pœnam fiſco, ſecùs aliàs vt ibi vbi tractabatur, an per coitum illicitũ eſſet contracta affinitas.

4 Secundo loco velim amplies, † etiam ſi agatur de
crimine excipiendo,vt eſt Bal.in c.tã litteris in ſecũdo
notab.de teſt.nu.1.cui ſe ſubſcripſit Fel.in d.c.veniẽs.
col.4.d.tit.poſt d.nu.12.verſ.& amplia iſtam concluſionem,quibus accedit Dec. in d.c. 1.in fi. de appell.
nu.71. verſ. vltimo fallit.

Præterea in criminalibus non creditur teſtibus ra-
5 tionẽ non aſſerentibus eius,† quod dicunt,etiã ſi inter
rogarentur,vt Sal.docuit in l.fi.col.2.verſ exemplum
ſi teſtes,C.de prob.& Alex.conſilitus reſpõdit in cõſ.
15.viſo proceſſu.lib.1.nu.6.ver.cum teſtibus in crimi-
nali. Dec.d.conſ.429 nu.11.verſ. 3.in criminalibus.

6 Inſuper † requiruntur teſtes omni exceptione maiores.ſi credimus ita aſſerenti Bal.in d.l.ſi.nu.5.ver.quędam eſt probatio maior.C.de probationib.atq. Io.de
Anan.in cõſ.17.viſa relatione,& Dec.d.cõſ.429. nu.
12.ver.4.in criminalibus teſtes.Quin etiã in crimina-
7 libus probationes imperfectæ non coniunguntur † ad
faciendã plenam probationem, vt animaduerſũ fuit
à Bal.in l.ſi quis ex argentariis. §.1.poſt nu.4.verſ.iſtæ
duæ ſpecies.ff.de edendo,& a Dec.d.conſ.429.nu.13.
verſ.5.in criminalibus probationes imperfectæ,& in
c.cum cauſam.col.pen.de prob.nu.32.verſ. 2. limita-
tur. Alex.etiam conſ.180. in cauſa Angelorum ,poſt
nu.6.verſ.quia vnumquodque, vol.2.

Ad hæc probatio, quæ fit per iuramentum in caſu
8 l.ſi qñ.C.vnde vi.† nõ habet locum in criminalibus,
vt mihi teſtis eſt locupletiſſimus ad id Bar.in l.fi.ff.de
in lit.iur.poſt nu.4.verſ.& ita iuramẽtum,& ibi Alex.
in apoſt ad Bar.ſequit Dec.d.conſ 426. nu. 14. verſ.6.
probatio. Et licet in ciuilibus ex præſumptionibus qs
damnari poſſit, vt ſupra multis in locis diximus, ta-
9 men † ſecùs eſt in criminalibus, vt obſeruauit Ant. de
Butr.in c.quanto de præſump.& Dec.d.conſ. 429. vbi
de hac materia per totum diſſerit,& conſ. 189.nu. 3.et
9.& huc pertinet,quod dixit Alex.in conſ.70.viſo p-
ceſſu. lib.1.per tot. vbi dicit in criminalibus teſtes re-
quiri omni exceptione maiores,non aũt præſumptio-
nes, poſt num.6. & quod dicit in d.conſ.180.in cauſa
Angelorum,lib.2.à nu.1.ad 7. & in hanc ſententiam
reſpõdit Anch.conſ. 23. viſa inquiſitione,cuius mẽti
accedit Fulgoſ.in conſ. 173.in cauſa inquiſitionis.

10 Nec illud ſilebo † in criminalibus teſtes exhiberi
coram iudice,ita ſanxit Imp. Iuſtin.in l.iudices. C.de
fide inſtru. Præterea opus eſt in his teſtibus,non teſti-
moniis, vt apertè conſuluit Calliſtrat. Iuriſconſul. in
l. 3. §. idem dicunt. ff.de teſt.quod probauit Fel.in c.cũ
in eccleſiis,de maior.& obed. in princ.

Limita quod dictũ eſt ſupra,vnum teſtẽ cum fama
plenè non probare,vt nõ procedat,ſi adſint aliæ con-
11 iecturæ vehementes, etenim tunc &t in criminalibus
p vnum teſtem plena probatio habetur , vt præcipuè
tradidit Bal.in l.ſi quis.§.1.in 4.notab.ff.de edẽd. nu.
4.vbi inquit , in cauſa criminali ſufficere vnum teſtẽ
12 de veritate,duo de fama,† & duo de indicio,quod la-
tè proſequitur Dec.conſ.167.quaſi p totum , ſed præ-
cipuè,nu.28.& Aret.dixit in c.veniens.de teſtib.& in
conſ.13.poſt nu. 9. verſ.qui ergo habet vnum teſtem
de veritate cum ſententiæ maiorem in modum conci-
nit,quod obſeruauit Alex.in cõſ.24.lib.2.nu.41. verſ.
non obſtat,quòd in criminalibus.

13 Quod ſublimitabis,vt tantũ procedat ad id,† vt qs
torqueri poſſit,iuxta ſententiã Spec.in tit. de præſũp.
§.ſpecies.col.pen.verſ.& idẽ eſt,ſi aliquis interfectus,
nu,8.vt etiam voluit Bal.in l.fi.C.de quæſt. atq; Bart.
in l.fi.nu.1.& ad fi.l.ff.de quæſt.& Tho.Gram.conſ.7.
nu.2.3.& paſſim in toto conſ. Secùs verò quãtum ad
condemnationem : nam etiam ſi concurrant aliquæ
præſumptiones,non ſufficit,vt tradidit Spec. in tit. de
præſump.d.§.ſpecies.col.2.poſt n.4. vbi id probat au-
ctoritate Iuriſconſulti.in l.abſentem.ff.de pœnis,nam,
14 vt dictum eſt ſupra,† debẽt eſſe probationes luce cla-
riores ad condemnandum l.fi.C.de proba.& Dec.d.
conſ.159.nu.15.cum ſeq.& ibi alleg.

Secundo limitare potens,quod dixi ſupra in crimi
nalibus , requiri probationes luce clariores, nec ſatis
eſſe præſumptiones,vt hoc tantum verum ſit , quãdo
15 ageretur de pœna corporali,ſecùs† ſi de pœna pecu-
niaria,tũc enim huiuſmodi præſumptiones ſufficiũt ,
& ita d.l.fi.C.de prob.limitat Lud.Bononien. in cõſ.
49 in addit.conſ.Io de Anan.cui illud proximum eſt,
quod notauit Bal.in l.tertia.C.ad l.Iul.maieſtat. poſt
nu.2.verſ.ego teneo,& videtur de mẽte gl. prout eam
declarat Imol.in c.ueniens il 1.col. 10.de teſt.& ita &t
intelligit d.l.fi. Alc.de præſump.reg.2.præſump.9.nu.
4. uerſ. quia illud procedit, & Bald.in d.l.3.C.ad leg.
Iul. maieſt.d.uerſ. ego teneo.

16 Tertio limitatur,quãdo ſumus in caſu † in quo cla-
ræ probationes haberi non poſſunt,tũc nempè ex vr-
gentiſſimis præſumptionibus poteſt procedi , & con-
demnari,ut ad id fusè ſe fundit Aegyd.Boſ.in ſua pra
ctica crim.in prin.in tit.de delict.nu.10. & 12.argu.l.
non omnes.§.à barbaris ff.de re milit. & l. neq; nata-
17 les.C. de prob. Vndè ex hoc illud exit,† ut interdum
ſemiplena probatio dicatur plena ſecundũm ſubie-
ctam materiam.l.2.ubi DD. C.de Carbon. edict.

Quarto limitatur id,quod ſupra tradidimus,teſtem
in criminalibus debere reddere rationem dicti ſui,ut
tantum locum ſibi uẽdicet in cauſis criminalibus , in
18 quibus uenit imponenda pœna corporalis.† ſecùs ue-
to ſi eſſet cauſa criminalis , ex qua imponenda eſſet
pœna pecuniaria,ut auctor eſt Ludou.Rom.in ſimi-
li de iuramento loquẽs in l.ait prætor, la 1.ff.de iure-
iurand.nu.7.& ſeq.cum aliis allatis in addit.ad Fel.in
c.in omni.extra de teſti.in uerbo quando,in littera A,
uerſ.iſtam concluſionem limitat.& Alex.ibi,nu.8.&
ſeq.atteſtans de communi opinione,& in cõſ.66.uiſo
proceſſu uertente inter Eliſeum,poſt nu.1.etiã dicens
de communi opinione,uol.1.

C O N C L V S I O CCCCLXI.

A R G V M E N T V M.

Crimen an probetur per inſtrumentum.

S V M M A R I V M.

1 *Crimen probari non poteſt per inſtrumentum.*
2 *Reus debet conuinci teſtibus.*
3 *Teſtes non debent teſtificari per ſcripturam , ſed viua voce.*
4 *Crimen nullo modo probatur per inſtrumentum , quando agitur ad effectum imponendæ pœnæ.*
5 *Crimen non poteſt probari per ſententiam excommunicationis, ſiue per eius abſolutionem.*
6 *Sententia excommunicationis non fertur propter crimen , ſed tantum propter contumaciam.*
7 *Crimen probatur per inſtrumentum, quãdo agitur de probatione criminis,quæ oritur ex inſtrumento.*

8 Quæ

8 *Quæ delictum circunſtant, probantur per inſtrumẽtum.*
9 *Violentia poteſt probari per inſtrumentum.*
10 *Crimen probatur per inſtrm, quando eius probatio ex ipſo oritur, etiamſi tale inſtrm ſit extractum ex archiuio publico, vel ſcriptura fuiſſet manu priuata conſcripta.*
11 *Inſtrm probat crimen, ſi producitur ad id, vt ille, qui conſenſit inſtrumento, puniatur pęna, cui potuit ſe obligare.*
12 *Inſtrumentum probat crimen, quando eſt confectũ de voluntate illius, contra quem producitur.*
13 *Delictum patratum per ſcripturam probatur per ipſum inſtrumentum.*
14 *Delictum probatur per inſtrumẽtum, quando eſt commiſſum per ipſum, vel in ipſo, veluti quia eſt falſum.*
15 *Coniuratio probatur per ſcripturam, ſi aliqui faciunt coniurationem ſubſcribendo ſe promiſſioni.*
16 *Crimen probari poterit per inſtrumentum, ſi inſtrumentum fuerit factum mandato ipſius delinquentis.*
17 *Scriptura authentica, vel confecta à perſona in dignitate conſtituta, vbi agitur de præiudicio leui, probat.*
18 *Violenta iniectio manuum in clericum ad id, vt probetur excõmunicatio in vim dilatoriæ, probari poteſt per inſtrumentum.*
19 *Qui dicit ſe ſpoliatum lite pendente, ſufficit probare ſe lite incoboata poſſediſſe, & ea pendente ſpoliatum.*
20 *Crimen probatur per inſtrumenta, quãdo agitur ciuiliter.*
21 *Crimen probatur per inſtra legitimè confecta, vt confeſſionis factæ in iudicio, vel ſententiæ condemnatoriæ.*

1 Crimen non poſſe probari † per inſtrumentum, profitendo ſcripſit Fel. in cap. cũ in eccleſijs. nu. 1. & paſſim per tot. ext. de maior. & obedien. & Abb. ibi. nu. 2. poſt glo. ibi ſuper verbo authenticas. Cyn. in d. l. ſciunt cuncti. col. 2. verſ. contra videtur, quòd inſtrumentum non probet. C. de prob. Bal. in c. cum in eccleſ. nu. 2, & poſt d. nu. 2. ver. porrò in criminalib. & verſ. item quòd ſi agitur. Henr. Boer. in ſing. 45. in verb. notoriũ. nu. 14. verſ. crimẽ nõ põt.
2 Cuius rei ratio eſt, † quia reus debet conuinci teſtibus, vt ibi aſſeruit Fel. ruſſus quia in inſtrumento eſſet fortè ſcriptus teſtis minor 20. annis, cuius tamẽ voci nõ crederetur in criminali, vt ſancitum eſt in c. forus. de verb. ſignif. Porrò quòd teſtes exhibentur iudici in criminalibus vt eſt conſtitutum in l. iudices. C. de fid. 3 inſtr tum quia, † teſtes non debent teſtificari per ſcripturam, ſed viua voce, vt habemus in c. teſtis. 3. q. 9. c. primates. 2. q. 1. c. à nobis. qui matrim. accuſ. poſſ. c. relatum. 5. q. 2. c. tua, de cohab. cleric. & mul. c. præſcripta. 2. q. 8. quod pleriſque ſcribentibus placuit vt Bal. d. c. cum in eccleſ. d. verſ. porrò. & Cyn. in d. l. ſciunt. col. 2. verſ. centeni teſtes, & Fel. in d. c. cum in eccleſijs in prin. Spec. & Io. And. de teſtib. §. nunc tractandum, verſ. quid de muto nu. 17. D. Ant. de Butr. in c. fi. in fi. ext. de teſti. cogen. Bal. in l. iuriſiurandi. C. de teſtib. Anch. in c. fi. col. pen. de re iudic. in 6. Innoc. in c. ea noſcitur. de his, quæ fiunt à prælat. DD. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæſt. Iaſ. in d. conſ. 34. num. 9. col. pen. in prin. lib. 1. Aymo Crauet. tract. de antiq. temp. par. 1. verſ. ſeu §. quarto limitatur. nu. 13. verſ. ſecundò ſublimitatur, cum ibi alleg. Luc. de Penn. in l. placet. C. de collat. fun. lib. 11.

Quæ concluſio tum maximè procedit, quãdo ageretur ad effectum imponendæ pęnæ: † quia tunc per 4 inſtrm nullo modo probatur crimen, ſic reſponſum fuit à Lud. Rom. conſ. 349. Dũm quæritur, in princ. & concluditur plenè in l. fi. C. de probat. in l. contra neceſſitatem. C. ad leg. Aquil. in l. obſeruare, quæ canonizata eſt. C. quor. appel. recip. l. Senatus ad Turpil. c. cũ in poſitionib. de iureiu. lib. 6. Io. And. in reg. ſemel l. b. 6. de reg. iur. in Merc. vbi plenè Hipp. de Marſil. in ſua pract. crim. §. & quia in ſua pract. in rub. de queſt. circa materiam probat. q. 1. Old. conſ. 199. num. 5. pro fundamento. Fel. ſuper rub. de fid. inſtr. & in d. c. cũ in eccleſ. poſt nu. 7. verſ. iſta fallentia. de maior. & obed.

5 Ampliari iſtud poterit, vt † neq. per ſententiam excommunicationis, ſiue per eius abſolutionẽ probari crimen, ſi credimus Fel. in c. teſtimonium. poſt num. 25. de teſtib. vbi iſtud extendit eſſe, ſi excommunicator diceret: quia furtum feciſti, & monitus, vt comparereres, & ſatisfaceres, non feciſti, excõmunicamus te.
6 Ratio eſt, † quia ſnĩa excommunicationis non fertur propter crimen, ſed tñ propter contumaciam, vt ibi per eum, atq; etiam quia ſæpè excommunicaẽ quis iniuſtè, & tamẽ infertur vinculũ abſolutionis, vt colligere eſt ex c. 1. 11. q. . & prodidit Bal. in d. c. teſtimonium, de teſtib. quem refert Fel. ibi. nu. 25.

Limita concluſionem habere locum, quando agi-7 tur † de probatione criminis, quæ oritur indirectè ex ipſo inſtrumento vel coadiuuat probationem criminis, veluti, accuſo te. quòd incendiſti domum meam, teſtibus probo incendium, dominium domus inſtrõ. Ita inquit Io. And. in d. reg. ſemel, vbi alia plura ponit exempla, & ita intelligit. c. pleriq;. 2. q. 7. c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpol. & tradidere Bu. Imo. & Docto. poſt Fel. in d. c. cum in eccleſijs. 1. fall. Bal. in d. l. fi. C. de probat. Cyn. Bal. Salic. in l. ſciant. C. de probat. Salic. in ſing. C. de accuſatio. & vberrimè Fely. in c. cum P. Tabellio. ext. de fid. inſtrum. verſ. ergo quæritur. & idem Lanfrãc. de Orian. in ſua praxi. c. 9. de inſtrum. produ&. num. 42. & voluit Oldr. conſ. 75. & iſta fuit doctrina Guiel. in l. 1. §. diuus. ff. de teſtam. & addas Bal. in l. contra negantem. C. ad leg. Aquil. ad finem,
8 vbi dicit, † ea quæ delictum circumſtant, poſſe probari per inſtrumentum, & idem Bald. dixit in l. 2. ff. de fer. ad fin. propter glo. ibi, & argumento eorum quæ ſcribit Hoſt. in c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpolia. ſuper
9 verbo inſtrumenta. ibi, † quòd violentia poteſt probari per inſtrumentum, idem voluit Alex. de Imol. in l. in Senatus. ff. ad Turpil. Amanuel ſingul. 50. Nota ꝙ crimen. Henr. Boer. d. ſing. 45. in verbo notorium. nu. 14. verb. crimen non poteſt.

Amplia prædictam limitationem, etiam ſi tale in-10 ſtrumentum ſit extractum † ex archiuio publicò, vt protulit Iaſ. in d. conſ. 34. col. pen. lib. 1. d. nu. 9. cui accedit Crauet. de antiq. temp. par. 1. verb. ſeu §. quarto limitatur. d. num. 13. etiamque ſi ipſa ſcriptura fuiſſet manu priuata conſcripta, vt ait Fel. in d. c. cum in eccleſijs, poſt numerum quintum. verſ. amplia etiam de maio. & obed. per gl. in c. ſanè. in verbo corũ librorũ, & clem. 1. de vſur. exẽplo planum faciens in ſcribẽte recepiſſe vſuras, & gl. in l. in Senatus. ſup. verb. chirographũ, & ibi Bart. ff. ad Turpil. in prin. & l. nõ intelligit. §. tacita. iuncta ibi gl. ſup. verbo, chirographum. ff. de iure fiſci, & ibi Bartol. num. 2. verſ. nota. ex hac glo. quod per priuatam ſcripturam.

Secundò loco limitare tibi licebit, niſi producatur 11 inſtrm ad probandũ crimen ad id vtiſe, † qui conſenſit inſtrõ puniatur pęna. cui potuit ſe obligare, nõ aũt alia pena corporali, ita inſigniter docuit Abb. in d. c. cum in eccleſ poſt nu. 2. verſ. & conclude aliter, & ſequitur Fel. ibid. nu. 3. verſ. fallit ſecundo, & Dom. it. in c. conſtitut. §. cæterũm. de verb. ſign. in 6. vbi ait, per
12 inſtrm probari poſſe crimen, † qñ eſt confectum de voluntate illius, cõtra quem producitur, aliàs nequaquam, & ita refert Fel. vbi ſup. d. nu. 3. d. verſ. fallit 2.

Tertiò prætereà limitabis, niſi delictum fuerit patratum per ſcripturã, veluti faciendo ſtatutum cõtra
13 libertatẽ eccleſiaſticã † latè enim crimen probaẽ per ipſum inſtrm, per c. nouerint. de ſent. excom. ita Bart. docuit in d. l. in ſenatus. ff. ad Turpil. nu. 1. ver. ſecũdò nota. Imol. & Fel. in c. cum in eccleſ. nu. 4. verſ. fallit tertiò. Salic. in d. l. ſciant. & Bal. in d. l. contra negantem. C. ad leg. Aquil. nu 6. ver. & hoc placet. Dom. in d. c. pleriq; afferens exemplum, vt ſi quis ſcribere, ſe quid credere, ꝙ eſſet hæreticum, ꝙ probat per c. ſanè. 24 q. 2. ita procedit tex. in c. ñ. de iureiur. in 6. ſic canit Fed. de ſen. in cõſ. 255. D. Alex. & dixit Bal. in d. c. cũ in ec-

14 in eccleſijs, poſt nu. 2. verſ. idem Collectarius † deli-
ctum probari per inſtrumentum, quādo eſt commiſ-
ſum per ipſum, vel in ipſo, veluti quia eſt falſum, ita
traditum eſt à Flor. poſt Bart. in l. 3. §. idem Diuus. ff.
de teſtib. facit c. ſi quis presbyterorum. de reb. eccleſ.
non alien. & idem Bal. d. l. fi. nu. 7. C. de probat.

Quartò limitabis, niſi agatur de probando delicto,
15 ꝙ committitur contrahēdo. Vnde † ſi aliqui faciunt
coniurationes ſubſcribendo ſe promiſſioni, talis con
iuratio probatur per illam ſcripturam. ſic aſſeruere
D. & Fel. nu. 5. ver. fallit 4. in d. c. cum in eccleſijs, vbi
Abb. poſt num. 2. verſ. & conclude aliter. d. maior. &
obed. & D. in d. c. plerique affert ad id d. c. a. §. caterū,
cum glo. ſuper verb. canonicas, verſ. & per hāc decre-
talem, de verb. ſignif. in 6. & idem Bart. voluit in l. in
Senatus. ff. ad Turp. nu 2. verſ. dic breuiter. Bal. d. nu.
7. & Salic. in d. l. ſciant. glo. etiam & Bart in l. non in-
telligitur. §. tacita. poſt nu. 2. verſ. quod intellige verū
ff. de iur. fiſc. & Salic. in l. ſinguli. C. de accuſ.

16 Quinto limitare poteris, † niſi inſtrumentum fue-
rit factum mandato ipſius delinquentis, nam hoc ca
ſu poterit per inſtrumentum probari crimen, ita pro-
cedit. gl. in c. ſi. 87. diſt. & Fel. vbi ſup. nu. 6. verſ. fallit
quintò, de malor. & obed. c. cum in eccleſijs, & hinc
eſt, ſi nominem, ſeu mādē ſcribi tutorem à lege pro-
hibitum in teſtō, tale teſtamentum probabit me deli-
quiſſe ex tali denominatione, vt voluere d. gl. in d. c.
ſi. 87. diſt. atq; D. in d. c. cū in eccl. & in d. c. plerique.

Sextò velim limites, vbi ageretur de præiudicio le-
17 ui & ſcriptura eſſet authentica † vel confecta à perſo-
na in dignitate cōſtituta, vt colligere eſt ex d. c. cum
in eccleſijs, & Fel. latè ibid. nu. 7. verſ. fallit ſexto, &
verſ. ſeq. verſ. pro iſta fallentia, & huc pertinet, quod
obſeruauit Flor. in d. l. 1. verſ. demum. ff. de teſtib. &
exemplum afferri poteſt de eo, quod cōſuluit Rom.
in conſ. 349. per totum, dum quæritur, an ad excōmu-
nicationem, &c. vbi inquit, violentam iniectionem
18 manuum in clericum, † ad id vt probetur excōmu-
nicatio in vim dilatoriæ probari poſſe per inſtrumē-
tum non autem in finem peremptorię, quia non agit̄
de magno præiudicio, cum ſtatim actori competat
remedium abſolutionis contra hanc dilationē iudi-
cij, quo in loco eū latè videas, ꝙ & deciſū fuit à DD.
Rot. deciſ. 251. aliàs 8. licèt ſic concertatio, de excep.
in nou. & deciſ. 400. alias 8. ſi quis petat. in nou. de ſen
ten. excom. Hoſt. & gl. tradidere in c. pia. de excep. in
6. & Rom. voluit in l. 1. in prin. col. 1. verb. ſi quoad ſe
cundum. ff de nou. oper. nunc. nu. 4. ſimile quidpiam
voluere DD. Rot. in dec. 14. aliàs 2. de reſt. ſpo. in nou.
19 fuit dubitatum vtrum peteret, vbi † quando quis dicit
ſe ſpoliatum lite pendente, ſufficit probare ſe lite in-
choata poſſediſſe, & ea pendēte ſpoliatū ad eius reſti
tutionē, licèt aliter poſſeſſione ſuā nō coloret, q̄a nō
petit̄ poſſeſſio principaliter, ſed īcidēter p viā attētati
20 Septimò limita † niſi agatur de crimine ciuiliter,
per tex. in d. c. cum in eccleſ. vbi agebatur ad inſtificā-
dum excōmunicationem, nam tunc probatur per in-
ſtrumentum, & ita procedit tex. in c. cum ad ſedem.
de reſti. ſpol. ibi enim non agebatur, ut ſpolians puni-
retur de ſpoliatione, ſed vt reſtitueret rem, qua ſpolia
uerat alium, & ita confirmat D. in d. c. cum in eccleſ.
quem refert, & ſequit̄ Fel. ibi nu. 8. verſ. fallit 7. & Bal.
et monuit in d. l. contra negantē. C. ad leg. Aqui. poſt
nu. 6. in fi. vbi dicit Iac. de Butr. dixit, quando agit̄ ci-
uiliter, tunc crimen facilius probari per inſtr̄m, &c.

Octauò limitabis in inſtrumēto confeſſionis factæ
21 in iudicio, vel ſententiæ condemnatoriæ † quia per ta
lia inſtrumenta legitimè cōfecta probatur plenè cri-
men, ſi credimus Bal. in d. l. ſciant. poſt nu. 7. ver. item
eſt verum, niſi ſit inſtrumentum, & huc ſpectat lecti-
dum Bal. ibi. l. quoniam. & ibi gl. in l. ictus fuſtium. in
prin. ff. de infam. & ſeq. Flor. in l. 3. §. item Diuus. ff. de
teſt. cui quadrat quod notat Abb. in c. at ſi clerici. in
1. notab. nu. 3. per illum tex. extr. de iud. & idem dixit
Bal. in l. 1. ad fi. C. quorum appellat. non recipiuntur,
poſt nu. 3. verſ. quæro nunquid. Fel. etiam in d. c. cum
in eccleſ. nu. 9. verſ. fallit octauò, & vltimo.

CONCLVSIO CCCCLXII.

ARGVMENTVM.

Crimen an probetur per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Crimen probandum eſſe per teſtes.*
2 *In criminalibus opus eſt teſtibus, non teſtimonijs.*
3 *In criminalibus probatio fieri poteſt per teſtes, licèt per ſtatutum cautum ſit, debere fieri per inſtrumentum.*
4 *Conſtrictus ad probandum per inſtrumētum, ſi producat quinque teſtes, admittitur.*
5 *Inſtr̄m poteſt reprobari per quatuor, vel quinq; teſtes.*
6 *Securitas in ſcriptis ęquipollet quinque teſtibus.*
7 *Contrauenient ſtatuto debet probare crimen per teſtes legaliſſimos.*
8 *Teſtes legaliſſimi admitti debent non obſtante probibitione ſtatuti.*
9 *Crimen etiam cōtra Pontificem Maximum probatur per duos teſtes.*
10 *Glo. in c. prȩſul. propter eius impiam doctrinam à ſanctiſſimo inquiſitionis vrbis tribunali improbata eſt.*
11 *Crimina quę occultè fiunt non ſolùm probātur per teſtes, ſed etiam per indicia, & prȩſumptiones.*

1 Crimen † probandum eſſe per teſtes, dictū
eſt à nobis ſupra, & id tradidit Io.
And. in reg. ſemel malus. per totum, extra de reg. iur.
cui aſſentitur Abb. in c. cum in eccleſijs. num. 2. & ibi
Fel. in princ. de maior. & obedien. & eſt cōtex. in l. 3.
2 §. idem diuus. ff. de teſtib. vbi in criminalibus † opus
eſt teſtibus non teſtimonijs, idem in l. contra negan-
tem. in fi. C. ad leg. Aquil. conſuluit Soc. iun. conſ. 39.
nu. 16. ver. id procedit etiam vol. 2. reſpondit Caccia-
lup. in conſ. 109. col. 1. atq; eſt tex. in c. at ſi clerici, &
ibi gl. in verbo legitima probatione. vbi etiam Abb.
num. 32. verſ. quæro vna cum glo. & Dec. ibi nu. 104.
& ſeq. de iud.

Amplies cōcluſionē, vt ipſa procedat etiam, ſi per
ſtatutum cautū ſit probationē debere fieri per inſtru-
3 mentū, quia eo non obſtante † in criminalibus, vt in
furto, fieri poterit probatio p teſtes, etiam ſi res mihi
ſubtractæ fuerint pecuniæ, vel res maioris quātitatis,
& precij, q̄ contineat illud ſtatutū, ita animaduerſum
fuit ab Hipp. de Marſ. in rub. C. de prob. nu. 52. 53. 54.
cum alijs ſeq. vbi tradit limitationes, quomodo p te-
ſtes probari crimen poterit non obſtāte ſtatuto decer
nente, vt tantùm debeat fieri probatio per inſtrumē-
tū, quibus patrocinatur, & quæ fuerunt obſeruata per
Fel. in c. ſicut conſuetudo. nu. 12. ver. 3. concl. de prob.

Primo limites, & intelligas velim prædictā amplia
4 tionē procedere † niſi cōſtrictus ad probandū per in-
ſtrumentū producat 5. teſtes, q̄ia eo caſu admittitur,
p tex. ſingularē in l. teſtiū. 1 C. de teſt. ita dixit Panor.
in d. c. ſicut conſuetudo. ext. de prob. poſt. nu. 10. verſ.
vbi in certo caſu exigit, & ibi Fel. nu. 13. ver. ſecundò
intellige, & idē in ſimili in c. cum Io. de fide. inſtr. vbi
5 nu. 12. ver. gl. in verb. quodlibet † dicit inſtr̄m poſſe re-
probari per quatuor, vel quinq; teſtes, quantumcumq;
ſit authenticum, vt ibi per eum, proſequens vſque ad
nu. 14. affert ad id probandum. l. optimam. C. de con-
mit. & contrah. ſtipul. vbi Cyn. hoc voluit poſt nu. 2.
ver. quatuor oppono. in fi. p quib. facit in argu. quod
voluit Bal. in l. fi. in 3. col. C. de fideicom. poſt nu. 15.
verſ. item per l. teſtiū. & nu. 16. ver. item ſcias ſecundū
6 Pet. vbi dicit † ꝙ ſecuritas in ſcriptis æquipollet quin-
que teſtibus, & ſi in teſtamento ſunt ſeptem teſtes

deſcripti,ſufficit quinque deponere, & fuit obſeruatum per D.Ant.in c.ſicut.in fi.de re iud. & per eundẽ in c.ſignificauit.de teſtib.in pen.col.

7 Secũdo loco limitabis,† vt cõtraueniens ſtatuto,vt ſupra debeat crimen probare per teſtes legaliſſimos, iuxta ſententiã Fel.in d.c.ſicut cõſuetudo. n. 14. verſ. quartò intellige,& in d.rub.C.de prob.nu.55. verſ. 4.
8 limit.quia tales teſtes debent admitti † non obſtante prohibitione ſtatuti,vt auctor eſt Ant.in c.2. extra de prob.nã poterit hoc facere de æquitate canonica, ne contingat alium ditari cum alterius iactura.d.nu.55.

Secũdò ampliabis concluſionẽ,etiam ſi agatur de
9 probatione criminis cõtra Pont.Max.† quia tunc per duos teſtes probatur,vt animaduerſum fuit à gl. in c. præſul.2.q. .quam facit ſingularẽ Abb.in c. quoties. de teſtib.poſt nu.1.no.1.& idem Abb.in c.per tuas.de maior.& obed.vlt.not.& in c.ſuper eod.il 2. d. tit. de teſt.poſt nu.2.verſ.& item,& in c.licet.2.not.ibi, duo tamen probatæ vitæ,poſt nu.1. & in c.at ſi clerici. de iud.poſt nu.3.D.etiã Ant.in c.licet.in pen.col.ext.de elect & in c.licet vniuerſis.de teſtib.& Fely.d.c.quoties.in prin.atq; Dec.in c.at ſi clerici. nu. 1. extra de iud.& Marian.Soc.conſ.109.nu.16.vol.2.

Sed ne quis decipiatᷣ,velim te prudẽs lector admonitũ,gl.illam in d.c.præſul.iure ac meritò ꝑpter eius
10 impiam doctrinam † à sãctiſſimo Inquiſitionis vrbis tribunali improbatam, deteſtatam, & execratã eſſe, vt videre eſt in cenſura decreti editã iuſſu Illuſtr.Cardinalium præſidentium congregationis eiuſdem ſanctiſſimæ inquiſitionis. Iccircò eam tanquam ſcopulum deuitabis,quam omnes reijciunt,refellunt, atq; delent,vnde & in codice meo deleta eſt,quam etiam ſi poſſem perpetuis ignibus addicere vellem.

Limita concluſionem eiſdem illis modis, quibus concluſio ſuperior, quibus addere poteris vt non ſolùm probetur per teſtes,ſed etiam per indicia & præſumptiones,in ijs videlicet criminibus, quæ occultè fiunt,vt ſunt veneationes,ſtupra,adulteria,vt reſpõſum fuit à Grain.conſ.17.nu.1.2.& 3.& docuit Bar.in l.ſi quis ex argentarijs.§.fi.ff.de edend. quod & tradidere iuris Pontificij profeſſores in c. bona fides extra depoſit.& ibi Panor.reliqua viuenda erunt in cõcluſione delictum.

CONCLVSIO CCCCLXIII.

ARGVMENTVM.

Crimen læſæ maieſtatis quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læſæ maieſtatis probatur ꝑ teſtes etiã non idoneos.*
2 *Crimen læſæ maieſtatis æquiparatur crimini hæreſis.*
3 *In crimine hæreſis omnes teſtes etiam inhabiles admittuntur, & ſic in crimine læſæ maieſtatis.*
4 *Pupillus,vel alias minor 14.annorum in crimine læſæ maieſtatis rectè recipi debet in teſtem.*
5 *Minores in crimine læſæ maieſtatis admittuntur cũ auctoritate tutoris.*
6 *Mulieres admittuntur ad probandum crimen læſæ maieſtatis,& accuſare,& teſtificari poſſunt.*
7 *Mulier ẽt meretrix teſtificari põt in crimine læſæ maieſtat.*
Iulia quæ fuit meretrix cõiurationẽ Catilinæ patefecit,ibi.
8 *Frater contra ſororem in crimine læſæ maieſtatis admitti debe', & econtrà.*
9 *Filius admittitur contra patrem in crimine læſæ maieſtat.*
10 *Filius contra patrem,& pater contra filium inſurgere debent ob conſeruationem patriæ.*
11 *Seruus admittitur in probatione criminis læſæ maieſtatis.*
12 *Vaſallus admittitur ad accuſandum dominum in crimine læſæ maieſtatis.*
13 *Iudæus contra Chriſtianum admitti poteſt in crimine læſæ maieſtatis.*
14 *Teſtes laici,fœminæ,& criminoſi admittuntur contra clericum pro crimine læſæ maieſtatis.*
15 *Teſtes infames & criminoſi contra clericos admittuntur ſi clerici ipſi ſint malæ conditionis,& famæ.*
16 *Teſtes etiam ſingulares probant crimen læſæ maieſtatis.*
17 *Ratio quare teſtes ſingulares probent crimẽ læſæ maieſtat.*
18 *Teſtis vnicus ſufficit ad faciendum indicium ad torturã in crimine læſæ maieſtatis.*
19 *Teſtis vnicus ſi nõ deponit de veritate facti, & delicto immediatè,nõ ſatis eſt ad inducendũ indiciũ ad torturam.*
20 *Crimen læſæ maieſtatis probari poteſt per coniecturas, & præſumptiones.*
21 *Præſumptiones,& indicia ad probãdum crimen læſæ maieſtatis debent eſſe euidentes, & apertæ.*
22 *Vbi maius periculum vrget, ibi cautius eſt agendum.*
23 *Crimen læſæ maieſtatis probari poteſt per teſtes participes, & ſocios criminis.*
24 *Socius criminis ſi eſt inimicus rei inq.ſiti,nõ eſt admittẽdus.*
25 *Socius criminis ſi alias eſt infamis,vel alijs criminibus notatus,non eſt admittendus in teſtem.*
26 *Sola depoſitio ſocij criminis non ſatis eſt ad torturam.*
27 *Socius criminis etiam ſi fuerit tortus nullam probationem facit,niſi præcedant aliqua alia iudicia.*
28 *Socij criminis,& alias inhabiles perſonæ in teſtes nequeunt adhiberi ſine tortura.*
29 *Infamis contra aliquem non auditur, ni torqueatur.*
30 *Teſtes infames alias inhabiles,ſi grauati ſunt alijs indicijs, vt conuicti de mendacio in ſua depoſitione, rectè repelluntur.*
31 *Teſtis inimicus ẽt in crimine læſæ maieſtatis nõ recipitur.*
32 *Inimicus etiam conſtitutus in articulo mortis, & recepturus ſanctiſſimum Corpus Chriſti non eſt admittendus in crimine læſæ maieſtatis.*
33 *Non omnis qui moritur eſt Ioannes Euangeliſta.*
34 *Inimicus non capitalis contra inimicum admittitur, licèt de illius fide nonnihil detrahatur.*
35 *Crimen læſæ maieſtatis propriè non dicitur committi ex ſolis verbis petulantibus, & iniurioſis.*
36 *Priuilegium recipiendi teſtes non idoneos in crimine læſæ maieſtatis non videtur extendi,vbi maieſtas læditur ſolum verbis.*
37 *In caſibus diuerſis non permittitur extenſio de vno ad aliũ etiam ex maioritate rationis.*
38 *Teſtes inhabiles licèt admittãtur ad probandum principaliter crimen læſæ maieſtatis,non tamen admittuntur ad probanda adminicula talis delicti.*
39 *Teſtes inhabiles ex eorum repugnantia,aut periurio in loquendo falſitatem non probant crimen læſæ maieſtatis.*
Contrarium.nu.40.
41 *Crimen læſæ maieſtatis non probatur literis Principis atteſtantis talem commiſiſſe illud crimen contra eum.*
42 *Principis,nec Regis fides adhibetũ, ſi atteſtetur per proprias literas talem fuiſſe proditorem ſuum.*
Nullus in eã propria eſt audiẽdus,nec eſt idoneus teſtis,ibi.
43 *Crimen læſæ maieſtatis probatur per confeſſionem rei.*
44 *Crimen læſæ maieſtatis poteſt probari per inſtrumentum, & ſcripturam publicam.*
45 *Crimen læſæ maieſtatis quibus modis committatur, vide remiſſiuè.*

1 Crimen læſæ maieſtatis ꝓbari ꝑ teſtes † ẽt nõ idoneos,& aliàs inhabiles, atque nõ integros quãplures,tũ profitendo, tũ ẽt cõſulendo ſcripſere,è quorũ nu.eſt Abb.in c.1.de confeſſ. poſt nu.5.ver.fallit in crimine læſæ maieſt. & in c. fi. nu.2. & 4.de teſt.& in c.licèt Hely.nu.10.verſic. nota quòd in crimine,de ſimon.& ibi aperiè Io.de Anan. col.4.ad hæc accedunt gloſ.iuncto tex.in l.mulier.§. famoſi.ſuper d.verb.famoſi.ff.de accuſa. & in c.cũ P. Man.concl.de accuſ.gl.1.Reſpondit Alex.in cõſ.127. col.fin.num.19.verſ. cum etiam in crimine læſæ maieſtatis,

Digitized by Google

ieſtatis, vol.4. Bello. in conſ. 43. quatuor proponūtur
mihi dubia. nu.7. ver. ad ſecunda, an ſindicus Thom.
Gram. vot.3. nu.30. & Pet. de Anch. in cōſ.277. incip.
ex prædicta facti. nu.3. quem refert, & ſequitur Hipp.
de Marſ. in conſ.1. nu.27. & huic optimè fauet cōtex.
in c. tanta. de ſimon. & in c. quoniam. & in c. literis, de
2 teſt. & adſtipulatur † quod crimē lęſę maieſtatis equi-
paratur crimini hæreſis, vt in c. vergentis. & ibi Doct.
de hęret. c. licèt Heli. de ſimon. & auth. Gazaros. C. de
hęret. ſed in crimine hęreſis omnis teſtes etiam inha-
biles admittuntur, c. in fidei fauorem. de hæret. in 6. &
paſſim à Doct. in locis iam citatis, atq; per Marſ. in d.
3 conſ.1. nu.28. † ſic itaq; in crimine lęſę maieſtatis per
reg. æquiparatorum, hoc idē obſeruauit Ang. in trac.
de malefi. in verb. *che hai tradita la tua patria*, ver. quę-
ro quis poſſit accuſare de hoc crimine, & in verb. nec
non ad querelam. ver.6. repellitur infamis, ibi, tamen
in certis caſibus, & Gandi. de malefic. tit. qui accuſ.
poſſ. vel non. col.1. verſ. item in crimine læſæ maieſt.
Piacen. etiam in tract. de accuſ. tit.2. nu.7. ver. ſunt ta-
men quædam. Spec. etiam in tit. de accuſ. §.3. viden-
dum, poſt nu.1. verb. ſuorū autem inimicorum, ibi, et niſi
in criminalibus exceptis.

Ex cōcluſione illud primo loco poteſt elici, pupil-
lum vel aliàs minorē 14. annorum in huiuſmodi cri-
4 mine † rectè recipi debere in teſtem, vt fuit obſeruatū
à gl. in l. inuiti. l. 2. de teſt. ibidem ſuper verb. ſed nec
pupillus. ver. fallit. per contex. in l. de minore. in prin.
ff. de minor. & animaduertit Marſil. in comm. d. l. de
minore. nu.6. verſ. & ſubdit ibi. & in cōſ.1. nu.31. verſ.
nam pupillus. nu.75. verſ. item pupillus, & ante eum
tradidit Spec. in tit. de accuſ. §.1. verſ. item excipitur,
quòd eſt pupillus, idem voluit Alber. in tract. de teſti.
in rub. quando repell. teſt. ratione perſonæ nu.10. uer.
preterea, & uerſ. repellitur etiam teſtis. Capic. monuit
in deciſ.130 primum dubium eſt. nu.55. uerſ.1. eſt ex
illa, & placuit Bonif. de Vital. in tract. de malefic. in
rub. de q. & tortur. & quæ perſonæ excuſantur ab eis,
uerſ. excipiuntur minores.

Iſtud tamen uelim intelligas ut admittātur mino-
5 res † cum auctoritate tutoris, ſic cauit Spec. d. §.1. tit.
de accuſ. d. uerſ. item excipitur, quòd eſt pupillus. per
contex. in l. clarum. C. de auct. preſtan. & ſequutus eſt
Gand. in ſuo tractat. de malefic. tit. qui accuſ. poſſ. uel
non, uerſ. item repellitur, alias repellitur.

Secūdò colligi poteſt, ut ad probandū iſtud crimē
6 † mulieres admittantur, ita reſpondit Marſ. in d. conſ.1.
nu.33. uerſ. item fratrem, ſororem et nu.39. uerſ. nam
accuſare, et teſtificari poteſt, cui cōcinit, quod habetur
in l. conſenſu. §. ſi quis igitur, ibi, uel certè contra no-
ſtrum imperiū, et §. uir quoq; ibi, uel contra noſtrum
imperium aliquid machinantibus. uiſcto. §. ſin autē. C.
de repud. et cōſulēdo prulit Alex. in cōſ. 24. Animad
uerſis. nu.17. uol.2. et in conſ.11. nu.5. uol.1. id etiam
ſācitum reperitur in c. ex eo. 15. q.3. et in l. ex eo. ff. de
teſt. atq; in l. ex illi teſtamēto. §. mulier, de teſta. et pdi-
dit Spec. in tit. de accuſ. §.1. uerſ. item quid eſt mulier
nu.16. et in tit. de teſte. §.1. num.83. uer. eſt mulier. ubi
Io. And. ſuper. uerb. teſtes, in litera H. cui adheret etiā
Io. Crot. in tract. de teſt. §. circa primum. nu.26. uerſic.
mulier, et ſequutus eſt Marſ. in d. l. de minore. num.5.
uerſ. et ſubdit etiam Spec. ff. de q. Hoc item præcipuè
habemus à glo. in l. de crimine. ſuper uerb. proſequa-
tur, et à gl. ſeq. circa med. C. qui accuſ. non poſ. huc et
ſpectat, quod cautum reliquit I.C. in l. de quæſt. ff. ad
leg. Iul. maieſt. et idem confirmauit Gandin. in tract.
de malefi. d. tit. qui accuſ. poſſ. uel non, uer. itē accuſat
mulier. ſcripſit Fel. c. quoniam. nu.5. de teſti. cogēd. et
Bonif. de Vital. in tract. de malef. in rub. de teſt. et qui
repelluntur à teſtimonio, coln.2. uerſ. item repellitur
mulier, et aſſeuerauit Gondiſal de Villadieg. in trac.
de hæret. q.13. nu.10. uerſ. eſt tamen ſpeciale.

Iſtud de muliere ampliare poteris, ut locū ſibi uē-
7 dicet, † etiam ſi ipſa mulier eſſet meretrix ut colligere
eſt ab Alex. in d. cōſ.11. circa primum dubiū, in prin.
nu.2. uerſ. et poſito lib.1. et apertè uſ ſancitū in d. l. de
quæſt. ff. ad l. Iul. maieſt. ubi Iulia, quæ fuit meretrix,
cōiurationem Catilinæ patefecit, ut et animaduertit
Gig. in tract. de crim. læſæ maieſt. tit. quō, et per quos
crimen læſæ maieſtatis probetur. q.13. nu.2. et ante eū
dixit Crot. in d. tract. de teſt. ubi ſup. nu.57.

8 Tertio et illud exijt, ut † in hoc crimine frater con-
tra ſororē, et ècōtra admitti debeat, ſi credimus Spec.
d. tit. de accuſ. §.1. nu.14 uer. item quòd eſt frater, quē
ſequutus eſt Marſ. in d. l. de minore. nu.4. uerſ. et facit
etiam, et idem Marſ. reſpondit in d. conſ.1. nu.33. hoc
etiam tradit idem Spec. tit. de teſt. §. de teſtium. nu.1.
uerſ. ſed nunquid frater arg. c. literas §. nos uerò, ubi
præſertim in fratrem, quem tanquam chariſſimum
non aſſeruiſſe hæreticum, de præſump. & comproba-
uit Gig. in d. tract. de crim. læſæ maieſt. d. rub. quomō-
do & per quos crimen læſæ maieſtatis probatur. q.9.
nu.5. verſ. ergo in crimine læſę maieſtatis.

9 Quinimò etiā † filium contra patrē admitti in hoc
crimine dixit Glo. in l. id tamen. ſuper verb. nā vt cri-
men. verſ. niſi in exceptis criminib. ff. de accuſ. cui ac-
cedat, quod inſignitè docuit glo. in c.1. in verb. Chri-
ſtiani, de conuerſ. infidel. vbi filium contra patrē de-
10 bere inſurgere, ob conſeruationem patriæ, ſcriptum
reliquit, & huc ſpectant, quæ pro hac ſententia latè
tradit Gig. in trac. de crim. lęſę maieſtatis. rub. qui ac-
cuſ. poſ. in crim. læſę maieſtatis. q.8. per totum, quo in
loco probat rationibus, & auctoritatibus, filios cōtra
patrē admitti in hoc crimine ad accuſādum propter
maximam immanitatem huius criminis, cauit etiā
Cepol. in ſuis cautel. cautel.1. & ibi p cautione trādit
vtile fore, patrē in hoc crimine exhibere propriū fi-
lium, vt mitius puniatur, ex allatis ibi per ipſum.

11 Ex hoc quarto fit, ſeruum et admitti poſſe † in pro-
batione huius criminis, vt conſtituere Impp. Arch. &
Honor. in l. ſi quis. in fi. C. de his qui accuſ. nō poſſ. at-
que Theodo. & Valent. in d. l. cōſenſu. § ſin aut. C. de
repud. & in l. meminiſſe. in fi. C. ad l. Iul. maieſt. mo-
nuit Bar. in l.1. C. de prec. Imp. offer. & tradidit Spe. in
tit. de actore. §.1. verſ. item quod eſt ſeruus. nu.71.

Cui ſatis appoſitè pertinet, quod ſcripſit Gig. in d.
trac. de crim. læſę maieſt. rub. q accuſ. poſſ. q.12. ubi va
12 ſallū admitti ad accuſandum dominum † in crimine
læſæ maieſtatis docet per gl. in c.1. §. item ſi delator.
in verb. perdit in tit. quæ fuit pri. cau. benef. amitten.
in vſib. feud. & ibid. Mat. h. de Affl. nu.31. idem dixit
Spec. in ti. de accuſ. §.1. ver. item quod eſt libertus. nu.
25. per l. pen. C. de crim. læſ. maieſt.

13 Quinimo huc nimirū referri poteſt † vt Iudæus cōtra
Chriſtianū in hoc crimine admitti poſſit, p contex. in
c. cōtra Chriſtianos. de hæret. in 6. ibi. aut p Chriſtia-
nos ſeu Iudæos, &c. & ibi gl. ſuper d. verb. Iudæos. & p
tex. in c. in fidei fauorē. eo. tit. in 6. Feli. d. c. quoniam,
verſ. fallit 6. in criminalib. exceptis, de teſt. per ratio-
nes de quibus ibi per eū. & Gōd. ſal. in d. tract. de hæ-
ret. q.13. nu.10. qui licet ipſe, & cæteri loquātur in cri-
mine hæreſis, tñ idē dicendū eſt in crim. læſæ maieſt.
cū hæc crimina inter ſe ęquiparent. c. vergētis. de hæ-
ret. vbi gl. in verb. exheredato. & gl. in l. Manichęos.
§. nā ſi in criminalib. ſup verb ſubire. C. de hęr. & Ma
nich. & nos tā ſupr. diximus in princ. concluſionis.

Ampliare primum poteris concluſionem princi-
14 palem, † vt etiam hi teſtes laici, fœminæ, & criminoſi
admittantur contra clericum pro crimine huiuſmo-
di, vt firmat Alber. in l. famoſi. ff. ad leg. Iul maieſt. &
de laico contra clericum dixit gl.1. in c. cum P. Mā-
conella, & ibi Doct. de accuſ. eadē gl. in c. de cætero.
& ibi Doct. maximè Fel. col.2. in fi. verſ. limita 6. poſt
nu.9. de teſt. & Spe. in tit. de accuſ. §.1. verſ. item quod
eſt homicidia. nu.30.31. iuncto verſ. in ſumma nota,
quod præmiſſæ perſonæ. nu.37.

Intelligas iſtud, vt verũ ſit, ſi clerici ipſi fuerint ma-
15 læ conditionis, & famæ, †quia tunc teſtes infames, &
criminoſi contra eos admittuntur vt ſancitum eſt in
c. in primis §. de perſona. verſ. quòd autem dicatur à
ſeruis. 2. q. 1. ſecùs verò ſi fuerint bonæ opinionis, & fa
mæ, quia eo caſu non admittuntur c. quia ſuut, diſtin.
28. & c. miramur. diſtin. 61. & c. nullus. diſtin 40. quod
obſeruauit Marſil. in d conſ. 1. nu 39. & 40.

Secundò ampliabis concluſionẽ, vt procedat, ſi te-
16 ſtes ſint ſingulares, †nã & eo caſu ꝓbant crimẽ iſtud,
ita rñdit Pet. de Anch. cõſ. 4 .o. ex prædicta facti nar-
ratione, in 2. dub. & tradidit Crot. in tract. de teſt. in 7.
par. ver. 9. ſit cõcluſio. 141. per moris auctoritate eiuſ-
dem Ancharani, & idem reſpondit Hipp. de Marſil.
d. conſ. 1. verſ. quia reſpondeo pluribus modis. nu. 27.
41, & ſeq. vſq; ad nu. 62. vbi nu. 45. hãc reddit rationẽ,
17 quia ille, †q aliquid vult machinari contra eius Prin-
cipem, ſciens magnitudinem ipſius criminis, & pęnã,
quæ reis infligitur, adeo cautè procedit, vt nunquam
aperiat mentem, & propoſitum ſuum alicui in præ-
ſenna alterius, & hoc, vt caſu quo ille, cui dixit, vellet
ipſum accuſare, poſſit negare, vnde fieri non poſſet, vt
queat probari hoc per aliud, & proptereà cum à com
muniter accidentibus tale crimen committẽdum re-
uelerur alicui ſoli in abſentia aliorum, eſt dicendum,
vt neceſſariò teſtes ſingulares admitti debeãt ad pro-
bandum tale crimen, ne aliàs eius probatio reddere-
tur impoſſibilis, idem etiam tradit Bello. in conſ. 32.
reſoluendo plura dubia, nu. 6. ver. & ad probadas has
concitationes.

18 Tertiò ampliari poterit concluſio, vt † etiam teſtis
vnicus ſufficiat ad faciendũ indicium ad torturã, vt
profitendo ſcripſit Alb. in l. in quęſtionib. per tex. ibi-
dem in fi. ff. ad leg. Iul, maieſt. ex vnico enim indicio
videtur procedi poſſe ad torturã in crimine læſæ ma-
ieſtatis, vt vna mente fuere Pet. & Cyn. in l. ſi quis. C.
ad leg. Iul. maieſt. & Bald. in l. milites. C. de q. quos re-
tulit Gig. in d. trac. de crim læſę maieſtatis d. rub. qũo
& per quos, & c. q. 23. nu. 1. & reſpondit Mari. in conſ.
125. nu. 26. verſ. quando eſt vnus tantũ in teſtis.

Intelligas iſtud procedat, quando vnicus teſtis de-
19 ponat de veritate facti, & delicto immediatè †ſecus ſi
de indicio, vel alijs circunſtantijs, quia tunc non ſatis
eſt vnicũ teſtem inducere, ſed duos requiri ad minus,
tradit gl. ſing. & ibi Doct. in l. fi. C. famil. erciſc. & ita
reconciliando ſcribentes in hac re diſſentiẽtes, diſtin
guit Gig. loco proximè citato. nu. 2. atq; idem placuit
Soc. ſen. in conſ. 54 nu. 1. vol. 3. & Ang. de maleſic. in
verb quòd fama public. verſ. qualiter probetur.

Quartò ampliare tibi licebit, vt ẽt crimen iſtud ꝓ-
20 bari poſſit † p cõiecturas, & præſumptiones, vt ex plu-
ribus cõprobauit Gig. in co. tract. crim. læſæ maieſta-
tis. d. rubr. qũo, & per quos, & c. q. 29. per totũ. Nam cũ
crimen læſæ maieſtatis ſit difficile probatu, debẽt ad-
mitti coniecturæ, & præſumptiones, quæ in ſimilibus
criminibus difficilis probationis admitti ſolent, vt eſt
in furto, adulterio, & ſimil. de quib. latè p Marſ. d. cõſ.
1. nu. 47. & conſ. 1. nu. 21. verſ. quia in his, quę ſunt diſ-
ficilis, & in conſ. 28. nu. 10. verſ. & in iſtis ſimilib. quæ
ſunt difficilis, cum alijs citatis per d. Gig. d. q. 29.

21 Declares tamen, †vt indicia, & præſumptiones hu-
iuſmodi debeant eſſe euidentes et apertę vt colligerę
eſt ex c. literas, iuncta ibi gl. ſuper verbo vehementẽ,
& ibi Doct. & præcipuè Abb. nu. 3. verſ. nota ꝑ ſuſpi-
cio, de præſũp. inquiens, vt quanto delictũ ſit grauius,
tanto vehementiores debẽt eſſe præſumptio. quia vbi
22 maius periculum vrget, †ibi cautius eſt agẽdum c. ubi
periculum. de elect. in 6. & facit. l. famoſi. ff. ad l. Iul.
maieſt. quod & animaduertit Gig. d. q. 29. nu. 3.

Quintò amplia concluſionem, vt etiã huiuſmodi
23 crimen probari queat per teſtes participes† & ſocios
criminis: ita colligitur ex d. c. fi. vbi Abb. id apertè tra
dit poſt num. 2. verſ. nam admittuntur. de teſt. cogen.
ſcripſit Spec. in tit. de accuſ. §. 1. verſ. item repellitur,
qui fuit ſocius, nu. 10. atq; tradit Marſ. d. l. de minore.
nu. 3. verſ. pro quibus facit. ff. de quæſt & gl. aperta. in
l. qui liberi. in verb. participes, & ibi Bal. num. 3. C. de
teſt. ac ſancitum eſt in c. 1. de confeſſis. ibi crimine læ-
ſæ maieſt excepto. vbi ẽt gl. ſuper verb. confeſſis, verſ.
hoc generale, eſt etiã contex. in c. ſi quis Papæ. § pro-
pter gl. ſuper verb. pertulerit. 79. diſt. & accedunt gl. in
c. 1. ſuper verb Auctores, & gl. fi. in fin. de teſt. lib. 6. id
ẽt ſequutus eſt Tho. Gram. voto 3. n. 6. & quamplures
conſulendo reſponderunt, vt Alex. conſ. 13. conſide-
ratis his. nu. 14. verſ. 8 præſuppono. vol. 6. & in cõſ. 89.
poſt nu. 1. verſ. & ad torquendum, vol. 3. idem Gram.
conſ. 35. in cauſa Magnifici Antonij, nu. 49. verſi. nec
omitto, & conſ. 38. nu. 1, 15. & 21. Marſ. d. conſ. 1. nu.
32. verſ. item patet. & in conſ, 109. nu. 11. verſ. nec ob-
ſtat, ſi dicatur. Dec. etiam conſ. 242. nu. 3. ver. vbi con-
cludit, & monuit Io Crot. in tract. de teſt. n. 93. & ſeq.
& latè ꝓſequitur Gig. in d. tract. de crim. læſæ maieſt.
d rub. quomod. & per quos. q. 7. per totum.

24 Primo loco velim limites hanc ampliationẽ †non
procedere, quãdo ſocius criminis inquiſiti rei eſt ini-
micus, tunc enim nullatenus eſt admittendus, vt per
Gram. d. cõſ. 38. n. 3. & infra ſumus dicturi latius in 1.
limitatione.

Secundo loco limitabis, vt hæc ampliatio vera nõ
25 ſit, quãdo ſocius criminis eſſet aliàs infamis †vel alijs
crimin. notatus, tũc quippè admittendus non eſſet in
teſtem, vt reſpondit Tho. Gram. in cõſ. 35. in cã mag.
Ant. nu. 27. & in voto 34. nu. 9. & Marſ. d. conſ. 74. nu.
12. & 13. quibus aſſentitur Gig d. tract. de crim. læſæ
maieſt. d rub. quomodo, & per quos. d. q 7. nu. 7.

Tertio loco limitabis, vt ampliatio locum habeat,
quando cũ dicto ſocij criminis concurrãt alia admi-
26 nicula † alioqui ſi adſuerit ſola depoſitio ipſius ſocij
criminis, non ſatis erit ad torturã, vt non obſcurè lo-
quutus eſt Matth. de Affl. in c. 1. in §. & bona cõmit-
tẽtiũ. col. 3. n. 27. in tit. quę ſint regalia, in vſib. feudor.
authorem laudat Alex. in d. cõſ. 69 viſo themate in-
quiſitionis. nu. 2. verſ. nam in criminalib. vol. 3. & ha-
betur per Marſ. d. conſ. 74. nu. 7. & ſeq. ſequitur Blanc.
in l. fi. ff. de. q. in tract. de indit. nu. 37. verſ. dicit, quod
ſocio criminis creditur in criminibus exceptis. idem
Marſ. in pract. crim. in §. diligenter. nu. 60. hoc idem
ſcriptum reliquit. Abb. in d. c. 1. nu. 2. & ſeq. de con-
feſſis, Thom. Gram. reſpondit in cõſ. 35. in cauſa Ma-
gnifi. Ant. nu. 49. verſ. nõ omitto, quod magiſtraliter,
& memorię tradidit And. Barb. in ſuo tract. de teſtib.
nu. 44. verſ. vbi particeps criminis.

Quod ẽt intelligas procedere, etiam ſi ſocius crimi
nis fuerit tortus, nã contra culpatum ſola eius depoſi-
tio etiã in his criminibus exceptis nullam vim habet
27 †niſi præcedant aliqua alia indicia, vt declarat Lud.
Bolog. in add. ad tract. de tortur. & indit. Guidõe Su-
za. nu. 54. verſ. intellige prædicta, & conſuluit Gram.
in conſ. 21 ſub nu. 8. 9. & 10. vbi in verſ. quòd quando
* nulla concurrit, ex ſententia Rom. dicit hanc eſſe *cõ
munem opinionem, quam, & ipſe firmiſſimis tũ au-
ctoritatibus, tum etiam rationibus corroborat, & idẽ
Gram. in conſ. 61. in cauſa egregij. nu. 1.

Primùm omniũ ſic concluſionem limitabis, vt ſo-
28 cij criminis† & aliàs inhabiles perſonæ ſine tortura in
teſtes nequeant adhiberi, vt aſſeuerauit Marſil. in d.
pract. crim. d §. diligenter, nu. 85. verſ. item teneas etiã
menti, auctorem laudat Raph. Fulg. in cõſ. 173. incip.
in cauſa inquiſitionis, in 1. col, ante fin. & ibi egregias
afferre rationes aſſerit, verũ præter illas Fulg. rationes
illam Marſil. vbi ſupra ſubiungit, nam eundẽ ſocium
criminis alium ſibi ſocium nominãdo iam infamiæ
29 notã incurrit, propterea ꝙ crimẽ cõfeſſus eſt †ſed in-
famis contra aliquem non auditur, ni torqueatur, vt
fuit ſancitum in c. illi qui. 5. q. 5. & in c. in primis. 2. q.
1. in fin. quod & placuit gloſ. atq; Innoc. in cap. cum

ſ. de

§.de accuſ.& in hanc ſententiam reſpondit Alex. in conſ.11.cir.primum dubium.nu.3.verſ quinimo.vol. 1.idem voluit Marſ.in d.pract.crimi. d. §.diligenter. nu.2.verſ.ſed infamis, & nu.83. verſ.& teneas etiam menti. Meritoque ſocius criminis non admittitur in teſtem,niſi tortus.

30 Intelligas iſtud tamen,vt procedat † ſi ipſi infames teſtes, vel aliàs inhabiles ſint grauati aliis indiciis, vt ſi conuicti ſint de mendacio in ſua depoſitione, vel alio ſimili vitio laborent, quia eo caſu rectè repellũtur,aliàs nequaquã,vt auctor eſt Guid.de Suz. in tracta.de indit.& tortur.nu.15.verſ.ſed quid, motus auctoritate imperatoris.l.fi.C. de accuſ. & per alia iura, quæ ab eo ibid. adducuntur, idem tradidit auctor in addit.ad Alex.conſ.in d.conſ.11.in verb. tortu.lit. B.

Secundo principaliter limitabis concluſionem,vt 31 locum ſibi non vendicet in teſte inimico; qui etiam in crimine huiuſmodi læſe maieſtatis non recipitũ,cuius ſnĩæ fuit Bar.in l.famoſi.verſ.conſpiratores tamẽ. ff.eo.tit.vbi ẽt Ang.in prin.verſ.in text. ibi. & probat hoc idem contexi. in §. ſi vero quis dicatur odioſ. & ibi gl.ſuper verb.non adſit, in auth.ẽ.de teſtib. atq; §. item propter inimicitias,& §.inimicitia,& ibi glo. ſuper verb.inimicitias.& ſuper verb.capitales.Inſtit. de accuſ.tutor.& ad hoc ſolet adhiberi.c.per tuas. de ſimon.qui conex loquitur in ſimonia, & ſic in crimine excepto,ideo idẽ eſt dicẽdum in crimine læſæ maieſtatis,qꝫ idem crimen exceptum eſt, vt habetur in c.ſi quis cum militib 6.q.1.idem ſcripſit Mart. in l.de minore.nu.13. verſ. ſed teneas menti duo in materia iſta.ff.de queſt.& idem docuit Abb.in c.inquiſitionis §.3.nu.7.verſ.vlterius nota,de accuſ. & ante eũ hoc addidit Spec.in tit.de accuſator.§.1.in fi.verb.etiã ondit etiam Pariſ.in conſ.152.vidi exemplum. nu. 13. verſ. prout etiam vol.4.cui adhæret Fed.Schench. in trac. de teſtib.nu.40.atq; Alber.de Roſa d.tract. de teſtib. poſt nu.4.ver.eſt tamẽ diligenter in 1.par. nec ab hoc receſſit Bagarot.tract.de reprobat. nu.40. verſ. reprobantur teſtes hoc etiam placuit Specul.ti.§.1. in prin. tit.de teſte,& colligere etiam eſt ex reſponſo. I. C.in l.3.in prin.ibi,vel an ei inimicus,& ibi glo. in d. verb. inimicus.ff.de teſtib. & fere ad nauſeam permultos ad idem congerit Hierony. Gig.in ſuo tract.de crim.læſæ maieſtatis.tub.quomodo & per quos crimen læſæ maieſtatis probetur.q.2.lib.2.nu.1.cum plurib. ſequentib. ſcripſit Abb in plurib. locis, vt in c.licet Hely. col.2. poſt num.11.verſ.vlt.colligere de ſimon.Rom.etiam in l.ſi verò.§.de viro.col.14.n.37. verſ.15. principalis fallent.ff.ſolut.matrim. Thom. Grammar. in conſil. 46.in cauſa Magnifici Triſtani.num. 8. & ſeq. verſic. quod tanquam inimici,& in conſ.38. num. 12. & 13. atque in voto 3.num.40.verſ.attamen, & in voto 11. num. 17. verſ. nec obſtabit depoſitio.reſpondit etiam Alex.in conſ.127.viſa inquiſitione,nu. 19.vol.4. atq; Fely.in c.de his.§.repelluntur,nu.1.vſq; ad nu.4.& in c.cum oporteat in 4.col.verſ.noto ſexto, quod eo ipſo,de accuſ.Bald.præterea in l.præſcript. col. 11. poſt num. 36. verſ.tertium exemplum. C.ſi contra ius,vel vtil. pub.

32 Quàm poſtremam limitationem ſic ampliabis †vt nec etiam inimicus conſtitutus in articulo mortis, & recepturus Sacratiſſimum corpus Chriſti eſſet admittendus in crimine huiuſmodi læſæ maieſtatis contra inimicum,nec ei fides eſſet habenda, vt voluit Bald. in tit.de Pac.Conſtant.in verb.vaſalli noſtri, poſt nu. 33 6.verſ.& puto, quia, vt ipſe inquit † non omnis, qui moritur,eſt Ioannes Euangeliſta, quod etiam probauit Grammar.in conſ.46. nu. 7. & ſeq.eundem ſequitur Gigas in d.tract.de crimin.læſæ maieſt.d.rub.quomodo,& quos,& c.d.q.2.nu.3.lib.2.& voluit Hippol. de Marſ.in l.1.§.præterea.num.6.verſ. amplia etiam. ff.de quæſtio.

Verum illud,quod modo diximus,intelligas,& reſtringat, vt verum ſit in inimico capitali, ſecus ſi 34 nullæ intercederent capitales inimicitiæ,† quia tunc talis inimicus admittitur,licèt de illius fide nonnihil detrahatur, vt aſſeruit idem Marſil.d.præterea. nu.7. verſ.& ſcias,quod iſte tex.auctorem laudat Innoc.in d. cap. cum oporteat de accuſat. quod etiam ea confirmat ratione,quia pro leui inimicitia non ita facilè quis præſumitur mentiri,ſicut pro graui, ita nominatur in auth.de teſte.§. ſi verò quis dicatur.

Tertio præterea limitabis,vt tantum procedat,quã agitur de crimine læſæ maieſtatis, quod oritur ex aliquo facto,ſecus ſi ex ſolis verbis petulantibus,& inio 35 noſis,† ex quibus propriè non dicitur committi crimẽ læſæ maieſtatis, vt conſultus reſpondit Crauet.in ſuo conſ.6.nu.1.cum ibi allegat.& nu.9.nu.52.nam tunc teſtes idonei ſunt neceſſarii, quod probat auctoritate Summi Pontificis Alexan.III.in c.tanta de ſimon.& per ea,quæ fuere obſeruata in c.quoniam,& in c.tam literis.de teſtib.& auctoritate. Abb.in c. 1.de confeſſio. Nam illud priuilegium recipiendi teſtes non idoneos,cum habeat locum, vbi agitur de crimine læſæ 36 maieſtatis † non videtur extendendum,vbi maieſtas læditur ſolùm verbis, etenim & ſi grauiſſima ſit illa offenſio verbalis,non tamen tanti eſt præiudicii,quãtum in ſe habet offenſio realis.Ideò non videtur licita extẽſio de caſu realis offenſionis ad caſum verbalis iniuriæ,& hoc maximè quando ſumus non ſolùm in materia exorbitanti, veluti credendum eſſe teſtib. non idoneis, ſed etiam pœnali,iuxta latè animaduerſa à Bar.& recentiorib. in l. ſi conſtante. ff. ſol.matri. quod etiam apertè aſſeruit conſulendo Rom. in cõſ. 150.in propoſita quæſti.verſ. 1. quia in exorbitantib. 37 nu.4. & cum † hi duo caſus ſint diuerſi, læſio ſcilicet factis,& verbis,vt per Crauet. d.conſ.6. in princ. non permittitur extẽſio de vno caſu ad alterum, etiam ex maioritate rõis,vt auctor eſt Anch. cõſ.151.n.4.Quocirca ex his in eam tandem ſententiam deueniendũ eſt,vt vbi agatur de crimine læſ.maieſt.verbis tãtum, ſimus in puris terminis iuris cõmunis,id eſt teſtes idoneos eſſe neceſſarios Quibus illud optimè videtur patrocinari,qꝫ ſcribit Bar.in l.in quæſt.ff.ad leg.Iul.ma 39 ieſt.vbi licèt teſtes inhabiles admittantur†ad probãdum principaliter crimẽ læſ.maieſt.d.l.in quæſt. & c.per tuas de ſimon. non tamen admittuntur ad probãda adminicula talis delicti, cuius ſnĩæ ſe ipſe ſubſcripſit. Bal.in auth.ſi dicatũ,in fi.C.de teſt. qꝫ & probauit Dec.in cõſ.410.in cauſa mora Mediolani.n.15. verſ. & vlteri⁹ cõſiderãdũ eſt,& Crau.vbi ſup.d.cõſ.6.n.1t.

Ad hæc quarto limitare tibi licebit, vt procedat 39 tantùm;quando teſtes eſſent inhabiles ratione perſonæ,veluti ſi eſſet pupillus,mulier,&c.ſecus autẽ ſi inhabilitas oriretur ex eorum teſtium repugnantia, aut periurii in loquendo falſitatem,vt id late proſequitur Aymo Crauet.d.conſ 6.nu. 58. & 59.

Huic contraria videtur cõprobari , atq; decidi ſententia ab Vrbano IIII.Põtifice Maxi. in c.accuſatus. 40 §.licèt verò de hær.in 6.† vbi admittuntur teſtes periuri,quod tamen non obſtat,nec vllam vim facit, nã ibi admittuntur teſtes periuri, qui celauerunt veritatẽ,quando ſcilicet appareret,quòd in indiciis manifeſtis ex ſola ſidei , non animi leuitate , aut odii fomite reuelarent,qꝫ primò celauerant, vt aſſeruit Crau. vbi ſup. d. nu. 59. quæ rõ omninò nõ venit cõſiderãda in crimine læſ.maieſt. humanæ,vt ibi per Crau. d. n.59.

41 Conſentaneum eſt, & ſuperiorib.quod ſequitũ † crimen læſ.maieſ quod quis patrauit, non probari literis Principis atteſtantis, talem commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis contra eum , vt ad hanc rem cautum eſt à Dec.conſ.528.pro reſolut. nu.4. idem traditum fuit à Cardan conſ.128.in quæſtione quæ vertitur . in prin. hoc etiam aſſeuerauit idẽ Dec.in conſ.606. Sereniſs. Imperator Carolus.poſt num.4.verſic.quibus tamen non obſtantibus, atque idem Dec.in conſil.410. in

Digitized by Google

cauſa mota,num.8. verſ.tertiò principaliter.idem te-
ſtatur Iaſ in conſ.14.ad motiua data.nu.8.& ſeq. ver.
non obſtat aliud.vol.1.hos ſequutus eſt Ruin. in cōſ.
147.viſis his.nu.8.vol.1.& in conſ.3.videtur prima fa
cie.nu.5.ver.ſed præmiſſis.lib.5.quod etiam probant
Fel.in c.quæ in eccleſ.nu.27.& ſeq.de conſtitut.hoc
idē placuit Andr.de Iſer.in c.1.in prin.ad fi.in tit.quo
42 tempor.miles,vbi inquit,† nec Principi,nec Regi fidē
adhiberi, ſi atteſtetur per proprias literas,itiuſmodi
fuiſſe proditorem ſuum,quod etiam ea ratione con-
firmatur, quia nullus in cauſa propria eſt audiendus,
nec eſt idoneus teſtis,vt reſpondit Pompon in l. nul-
lus.ff.de teſtib.ad quæ conferunt,quæ diximus in cō-
cluſione, aſſertioni Principis.

Veruntamen, & ſi per aſſertionem Principis non
43 probetur huiuſmodi crimen †poterit tamen probari
per confeſſionem rei,vt pluribus tum rationibus,tum
etiam auctoritatibus corroborat hoc Gigas in d. ſuo
tract.de crimin.læſæ maieſtatis,in rubrica quomodo,
& per quos crimen læſ.maieſt.probetur, q.1.incipiē.
primo quæro.per totam quæſtionem.lib.2.

Quinimò illud crimen læſæ maieſtatis poterit cō-
44 modè probari per inſtrumentum † & ſcripturam pu-
blicam , vt videre eſt apud eundem Gigant. in d. ſuo
tract.de crimin.læſæ maieſt.d.rub. quomodo , & per
quos,&c.qu. 21.quæro, per to. lib. 2. qui hoc ad vn-
guem examinat .

Sed hæc hactenus de crimine læſæ maieſtatis.Ma-
teriæ quidem vbertas efflagitaret, vt longiori ſermo-
ne ipſam proſequerer , ſed ne aliorum labores mihi
ipſe aſcribere videar ,de auctores hoc argumenti ge-
nus vberrimè explicantes vos in præſentia reijciam.
Adeat,qui volet hæc cognoſcere.Crauet. in d. conſ.
6.per totum.Hypp.Marſ.in l.verum.num.1. & 5.C.ad
45 leg.Pomp.de parricid.† & quibus modis id commit-
tatur tradidit Domhauder.in ſua pract.crim.c.62.nu.
1.cum ſeq.atq; Petr.Duen. in reg.173.& latiſſimè cir
ca hanc materiam ſe fundit Matth.ab Afflict in c.1.
in vſib.feud.quæ ſint regal. à nu.1. vſq; ad nu. 53. & à
nu.73.ad nu.111. vbi tradit 45. modos quibus cōmit-
tatur prædictum crimen. Verùm omnium vberius id
proſequutus eſt Hieron.Gigas in ſuo tract.de crimin.
læſ.maieſt.vbi oīa, quæ in huius criminis tractatione
neceſſaria erant,doctiſſimè, & affluēter examinauit.

CONCLVSIO CCCCLXIV.

ARGVMENTVM.

Criminalis cauſa ex quo probetur, & quæ dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Criminalis cauſa probatur ex eo, quod pœna venit applicanda fiſco,etiam ſi cauſa ſit ciuilis.*

2 *Cauſa ciuilis dici debet , quando principaliter in iudicio agitur ad commodum priuatum.*

3 *Cauſa criminalis dicitur, quando principaliter agitur ad commodum publicum ex delicto ſiue ad publicam vindictam.*

1 Criminalis cauſa probatur ex eo† quòd
pœna ſit adiungenda fiſco,
etiam ſi cā ſit ciuilis,ita habemus à glo.in l.3.ff.de ſe-
pulc.violat. quā ſequitur ibi Bart. & idem tradit Bal.
in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſc.& cler. Dec.qui
hoc late proſequitur in rub.de iudic.in 1.lect. nu.95.
verſ.tertia opinio , vbi in vtranq; partem affert argu-
* mēta,& concludit pro hac ſententia,quam dicit* cō-
munem,& ab omnibus amplexam.idem latius com-
probat in 2.lect.eiuſdē rub.nu.52.ver.tertiò principa-
* liter,ibiq; communiter* eſſe receptum atteſtatur, &
conſulendo reſpondit Barbat. conſ.11.nu.4.vol.4.&
monuit D.Vincent.de Franchis in deci. Neap.deciſ.
162.nu.16.idem proditum reliquit Robert.Marāt.in
ſuo Spec.de ord.iud.in 4.par.prin.in 1.diſtin.iud. n.2.
* ver.ſed breuiter, quo in loco ex ſentētia * communi
2 ſcribentiū docet† quomodo cauſa criminalis cogno-
ſcatur à ciuili, & breuiter admonet illam ciuilem di-
ci debere,qñ principaliter in iudicio agitur ad cōmo
dum priuatum,ſiue talis cauſa deſcendat ex delicto,
ſiue ex contractu,criminalem vero , quādo principa-
liter agitur ad commodum publicū ex delicto tantū,
3 ſiue ad publicam vindictam,quicquid in contrarium
* ſentiat Abb.in d.rub.de iud.col.fi.qui vt* cōmuniter
reprobatus,non eſt attendendus,vt per Maraut. loco
iam allato,& Alex.in add ad Bar.in d.l.3.in prin.qui
ſpecie damnat locum illum Abb.atq; Philip.Franc.
* in d.rub.de iud.col.fi.qui pari modo vna mente* om-
nes id centere contra Abb. atteſtatus eſt.

Reliqua ſpectantia ad abſoluendam hanc cōclu-
ſionem conſulas eūdem Marant,vbi ſupra,à quo ha-
bere poteris limitationes , & declarationes . quas in
præſentia miſſas facimus temporis anguſtia oppreſſi ,
illas latius explicaturi, cum plus ocij nacti erimus.

CONCLVSIO CCCCLXV.

ARGVMENTVM.

Criminoſus an ratione criminis à teſtimonio repellatur , & quando , & in quibus admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Criminoſus ratione criminis à teſtimonio repellitur.*

2 *Criminoſus eo maximè à teſtimonio repellitur, ſi in crimine perſeuerauerit.*

3 *Criminoſus ob crimen famoſum damnatus repellitur à teſtimonio.*

4 *Criminoſus a teſtimonio repellitur , ſi fuit publico iudicio condemnatus.*

5 *Semel olim criminoſus, adhuc criminoſus præſumitur.*

6 *Criminoſus ſi reſipuerit,nec eū ſequatur infamia,admittitur in cauſa ciuili, vel criminali ciuiliter intentata.*

7 *Emendatus de crimine eſt homo integer.*

8 *Emendatus criminoſus ſemel conuictus non admittitur , niſi agatur de modico præiudicio.*

9 *Criminoſi admittuntur , vbi alij teſtes haberi non poſſunt.*

10 *Criminoſi etiā admittuntur in crimine læſa Maieſtatis.*

11 *Hæretici vbi alij teſtes haberi non poſſunt,admittuntur.* Contrarium ibi. *& nu. ſeq.*

12 *Hæretici in teſtimonium admitti non poſſunt , cum hodie omnes ſint infames .*

13 *Criminoſi admittuntur in crimine hæreſis.*

14 *Criminoſus contra criminoſum admittitur.* Contrarium,ibid.

15 *Teſtis alias inhabilis admittitur ad teſtificandum ſuper crimine ſymoniæ .*

16 *Criminoſi admittuntur in crimine ſacrilegij.*

17 *Teſtis alias inhabiles admittuntur in cauſa dilapidationis bonorum.*

18 *Criminoſi admittuntur in crimine fraudatę annonę.*

19 *Criminoſus in crimine fraudati cenſus admittitur .*

20 *Criminoſus admittitur in crimine perduellionis .*

21 *Inimicus capitalis non admittitur in criminibus perduellionis, fraudati cenſus, fraudatę annonę. dilapidationis bonorum ſacrilegij, & ſymonię.*

22 *Pars, ſi ſciuerit teſtem criminoſum eſſet,vel tempore iuramenti,vel tempore depoſitionis , & non oppoſuerit , amplius non poterit opponere .*

23 *Teſtis,cui obijcitur crimine in genere propter hoc nō repellitur a teſtificando.*

24 *Teſtis*

24 *Teſtis inſtrumentarius,qui eſt deſcriptus in teſtamẽto admittitur,quamuis ſit criminoſus, dummodo occultè ſit criminoſus.*
Idem dicitur de mediatore, & proxeneta in inſtrumẽto deſcripto,num.25.
26 *Teſtis criminoſus ſi examinetur unà cum alijs teſtibus fide dignis, dictum illius ſuſtinetur.*
27 *Sententia lata ad dicta teſtium criminoſorum, & inhabilium non reijcitur,licet poſtea afferantur probationes ſuper inhabilitate.*
28 *In cauſa appellationis inhabilitas teſtium criminoſorum obijci poteſt.*
29 *Teſtis, & ſi conuincitur in eo,quod prima facie præſumitur eſſe crimen,poteſt tamen aliquo modo excuſari a delicto ratione ignorantiæ, vel alia iuſta cauſa.*
30 *Chriſtianus ſi teſtificatur contra Iudæum,non poteſt excipi contra ipſum de crimine.*

1 Criminoſum ratione criminis† à teſtimonio repelli, ſancitũ eſt à Summo Pontifice in c.ſuper eo.& c.1.de teſt.
& in c.conſtituimus.3.q.5.ita etiam cauit Arcadius
I.C.in l.ob carmen.in prin.ff.de teſtib. quam ſententiam pleriq; ſcribentiũ probauere,vt Anch.in c.1.de
excep.Io.And.in c.cum I.& A.col.4.de ſentent.& re
iud.Campeg.de teſt.reg.57.& 28.Alex.conſ.25.poſt
nu.10.ver.& præterea iſte teſtis.lib.4.Fel.in d.c.teſtimonium,& gl.ibi ſuper verb.opinio.de teſtib.in n.1.et
ſeq.Spec.de teſt.§.1.poſt nu.1.verſ.item quod eſt conſpirator.& poſt nu.24.verſ.item opponitur quod eſt
criminoſus.Hipp.de Marſi.conſ.22.nu.7.vol.1.Paul.
conſ.87.Potuit,nu.38.& ſeq.vol.1.Butr.in c.ſuper eo.
nu.1.de teſt.& idem in d.c.teſtimonium.nu.1.de teſt.
latiſſimè Io.Monticel.in ſuo reper.de teſtibus in verbo.criminoſus.Nell.à Sanct.Gemin.de teſt.num.15.
verſ.criminoſus.Aufrer.ibidem.nu.29.verſ.criminoſus in crimine.Alb.de Malet.ibi in 1.Lanfr.de Oria.
ibid.num.69.verſ.primo nunquid criminoſus Ioan.
Crot de teſtib.parte 3.num.42.Franc.Cur.in tract.de
teſtibus.num.104.54.concluſione.Alber.de Rotat.d.
trac.in 1.parte in rubr.quando teſtes repelluntur.nu.
1.And Barb.d.trac.nu.5.ver.nota ibi in criminali,&
nu.18.ver.ergò peccatum in 1.parte,gl.1.in d.c.teſtimonium.de teſt.Thom.Gram.conſ.3.nu.29.& conſ.
63.nu.2.& voto 22.nu.4.& conſ.25.nu.25.gl.in c.dudum il 2.ſuper verb.electionis tempore,ibi,ſic,& qui
in crimine detinetur.de elect.
Verùm intelligas cõcluſionem,tũ maximè procedere
2 † ſi in crimine perſeuerauerit, vt ſancitum eſt in
c.teſtimoniũ.de teſt.& ibi gl.ſuper ver.confeſſus.in fi.
Spec.d.§.1.d.ver.itẽ opponitur, quod eſt criminoſus.
3 Idẽ ſi fuerit ob crimen famoſum † damnatus,vt colligere eſt ex c.ob crimen.4.q.5.& d.l.ob carmẽ.ff.d.tit.
4 vel ſi fuerit publico iudicio† condemnatus,vt reſpõdit Calliſtratus Iuriſconſultus in l.3.§.leg.Iul.ff.de teſti.& præfati in citatis locis,ac latè Spe.§.1.poſt n.89.
verſ.itẽ quod fuit ob crimen famoſum,tit.de teſtam.
5 Ratio eſt,qa ſemel olim criminoſus†adhuc præſumitur criminoſus,arg.l.quiſquis.C.leg.Iul.Maieſt.&
Domhauder.in tract.de teſt.nu.13.& regula iuris, ꝙ
ſemel malus,ſemper præſumitur malus in eodem genere mali,& Spec.vbi ſupra ver.item quod olim fuit.
Primo loco limitabis,concluſionẽ non procedere,
6 ſi reſipuerit,nec eum ſequatur infamia,†quia tunc admittitur in cauſa ciuili, vel criminali ciuiliter intẽtata,iuxta ſñiam Spec.d.tit.de teſt.d.§.1.verſ.itẽ opponitur,quod eſt criminoſus,ibi,ſi ſit emẽdatus,& And.
Barb.d.tract.2.parte,nota quòd emendatus.Abb.etiã
in c.1.poſt nu.11.de except.verſ.nota hoc dictum, ꝙ
poſt pœnitentiam,& glo.in d.c.teſtimoniũ.ſup.verb.
emendatus,de teſt.Alber.de Malet.in d.trac.de teſt.
c.3.nu.1.& rationẽ reddit Barb.in conſ.40.col.2.verſ.
7 tertiò,ſi opponatur,vol.3.†quia emendatus de crimine,eſt homo integer,vt ibi,& videas Ant.de Butr.in
d.c.teſtimonium.nu.19.
Limita prætereà non procedere in cauſa criminali,quia etiam emendatus criminoſus ſemel cõuictus
8 †nõ admittitur,vt colligitur ex c.teſtimoniũ.de teſti.
& ibi Fel.inſigniter in terminis.nu.24.& And.Barba.
d.tract.d.2.part.poſt nu.1.verſ.licèt enim.
Sublimita, niſi agatur de modico præiudicio, ſi
credimus Fel.d.n.24.& Abb.in d.c.teſtimonium, per
notata in c.inquiſitionem.extra de elec.& c.inter dilectos.de fid.inſtr.
Ad hec ſecundò limita principaliter concluſionẽ,
9 vbi alii teſtes haberi non poſſent † tunc enim admittuntur etiam criminoſi,vt Bar.docuit in l.1.C.de sũm.
Trinit.& fid.cathol.nu.12.ver.habes ergo.cui adhæſit Alber.de Malet.vbi ſupr.nu.4 cum tamen temperamento,quia ſimpliciter non admittuntur,ſed cum
tormentis,vt in auth.de teſt.§.ſi verò ignoti.col.8.&
ibi gl.ſuper verb.feſtinãtes, & vide quæ diximus in 1.
limitatione in concluſione,crimen læſæ maieſtatis.
10 Inſuper tertiò limitabis†vt criminoſi etiã admittãtur in crimine læſæ maieſtatis,vt ſupra dictum eſt, &
ſancitum reliquere Imperatores Valentin.Valens,&
Grat.in l.nullus,& Modeſt.I.C.in l.famoſi C.ad leg.
Iul.maieſtat.quod & probauit Ant.de Butr.in reper.
in dictione teſtis.vbi teſtatur Guido de Suza.C.de
precibus Imperatori offerẽ.l.1.& probauit Campeg.
de teſt.d.reg.27.in 12.fallent.
11 Quarto limites velim†in hæreticis,ſecundum glo.
in l.3.§.lex Iuliæ,ff.de teſt.ſuper verb.palam,& gloſſ.
etiam ſentit in c.teſtimonium.extr.eo.tit.per l.quoniam.de hære.& voluit Alber.vbi ſup.nu.6.
Longè tamen ſecùs ſenſere Cyn.nu.7.& Bar.in d.
l.1.C.de ſumm.Trin.& fid.catho.ver.breuiter veritas
12 eſt ita.eo quòd† cum hodie omnes hæretici ſint infames,in teſtimonium admitti non poſſunt.& quòd
ſint infames probatur auth.gazaros.& l.penult.C.de
hæret.& hoc viſa eſt tenere gl.ſecundum quod adducitur à DD.in d.c.teſtimonium.de teſt.
13 In crimine tamen hæreſis,criminoſi admittuntur,
vt conſtitutum fuit in c.vergẽtis.de hæret.de quo ſupra diximus in d.concluſione,crimen læſæ maieſtatis.
Quinto loco fallit,quando producerentur criminoſis
14 contra criminoſum†ita docuit gloſ.in d.l.3.§.lex
Iul.& l.quoniam.de hæret.& Alb.vbi ſupr.nu.7.gl.fi.
in d.c.teſtimonium.de teſt.et per nota.per Bal.Bar.in
l.cum mulier.ff.ſol.mat.
Contrarium ſenſit gl.in d.c.teſtimonium,extra de
teſt.verſ.dico quòd non poteſt.vbi dicit tamen quod
excipiens,quem eſſe ſeruum,& ipſe eã.iem exceptionem poteſt contra eum replicare.
15 Sextò prætereà fallit in crimine ſimoniæ,nã† propter acerbitatem criminis admittitur teſtis alias inhabilis ad teſtificandum ſuper hoc crimine.ita ſciuit
Innoc.III.Pontifex Maximus in c.licèt Hely extr.de
ſimon.& tradidit Io.Campeg.d.reg.29.in 1.fallen.&
in concluſione,ſimonia, diſſeremus.
16 Septimò limites velim in crimine†ſacrilegii,vt colligere eſt ex l.ſi quenquam.C.de epiſc.& cler.& à c.
hi qui.16.q.4.& tradidit Alber.in d.tract.de teſt.d.c.
3.num.14.atq; Campeg.vbi ſupr.& de hoc conſulas
concluſionem,ſacrilegium.
Octauo limitare poteris in cauſa dilapidationis,vt
17 ſi bona eccleſiæ fuerint dilapidata,†nam hoc caſu teſtis alias inhabilis admittitur, vt ſancitum eſt in d.c.
licèt Hely.& in c.ſi quis presbyterorum.extra de reb.
eccl.non alien.
Nono limitare tibi licebit in crimine fraudatæ an
18 nonæ† ꝙ cõmittitẽ, qñ portator vectigaliũ ad exercitũ,furatur ipſa victualia,vt aſſeuerauit Alb.vbi ſup.
nu.14.& Campeg.vbi ſupr.in d.reg.27.in 4.fall.
Decimò fallit in crimine fraudati cenſus,quod cõ-
19 mittitur† quando quis pecuniam publicã depoſitam

ſubtrahit, vel furatur, iuxta ſententiam Alber. vbi ſupra d. nu. 14. quos omnes caſus refert Speculat. in tit.
de accuſ. §. 1. circa † nem, quem ſequitur Ioan. And.
Abb. & Butr. in c. ſi de teſtibus.

Vndecimò limita idē eſſe in crimine perduellio-
20 nis † vt traditum eſt à Specul. vbi ſupra in proxima li
mitatione, & per Doctor. ibi allatos.

Sublimita prædicta ſex proximas limitationes, vt
21 in his non admittatur † inimicus capitalis, ſi credi-
mus Spec. vbi ſup. quem notanter refert, & ſequitur
Alber. vbi ſup. d. nu. 14. de quo vide quæ ſup. diximus
in concluſ. crimen læſæ maieſtatis, in 1. limitatione.

Duodecimò limitabis, ſi pars non ignorauerit te-
ſtem criminoſum, vel tempore iuramenti, vel tēpore
22 depoſitionis, & non oppoſuerit, amplius † nō poterit
opponere, vt habemus in auth. ſi dicatur. C. quod ꝓdi
tum eſt à Campe. vbi ſup. d. reg. 27. limit. 10. & profi-
tendo ſcripſit Petr. de Anch. in d. c. teſtimonium. de
teſtib. & Cyn. voluit in l. ſi quis teſti. C. de teſti. nu. 5.

Decimotertiò limitatur, ſi teſti obiiciatur crimen
23 in genere † qui propter hoc non repellitur à teſtificā-
do, & ideò debet obiici in ſpecie cū loci obiectione,
& temporis, vt in c. præſentium de teſti. li. 6. & ita ob-
ſeruauit Salic. in d. auth. ſi dicatur. in 3. col. & reſpon-
dit Rom. cōſ. 290. nu. 2. & ſeq. gl. in prooem. prag. ſan-
ctio. ſuper verbo Dei, verſ. nec etiam ſola tributi. gl. 3.
in c. paſtor. de except. l. ſcire. §. ſcire. ff. de excuſ. tutor.
Bart. in l. 2. nu. 8. ff. de excep. Bal. in l. ſine teſtatoris. in
prin. verſ. ideò illa generalia. ff. de leg. 1. gl. in c. pia ſu-
per verb ſpeciem. verſ. non ergo, de except. in 6. gloſ.
ſuper verb nomen, in princ.

24 Decimoquartò limita in teſte inſtrumētario, † qui
eſt deſcriptus in teſtamento quamuis ſit criminoſus,
dummodo occultè ſit criminoſus, etiam ſi appareat
poſteà inhabilis ratione criminis, ita protulit Fely. in
c. ſuper eo. 2. nu. 1. de teſtib. ſequitur Mōncel. de teſti.
in verſ. criminoſus. verſ. teſtis inſtrumentarius, prout
25 dr in ſimili de mediatore † vel proxeneta in inſtrumē
to deſcripto, & aduocato, ita prob. lit. Abb. in c. ex li-
teris. nu. 1. & 2. de tranſact. 1. & 2. notab. prout ſi poſt
redditum teſtimoniū detegitur defectus teſtis, nihil-
ominus eius dictū adhuc valet, nec vitiatur ꝑ not. in §. ꝙ
ſi qs verò. in auth. de teſt. gl. ſi. ī l. ad teſtiū. §. ff. de teſt.
Ang. in §. ſed cū aliqs n. 1. verſ. 3. ſi teſtis. Inſt. de teſta.

Decimoquintò limitabis hoc pacto, nam ſi teſtis
criminoſus examinetur vnà cum aliis teſtib. fide di-
26 gnis † dictum illius ſuſtinetur vt auctor fuit Fel. in d.
c. teſtimonium. nu. 2. & 7. & valet ad aliqualē proba-
tionem, vbi aliorum adminiculis ſuſtentatur, ꝙ fuit
pronunciatum Anch. c. per tuas. 1. nu. 4. de ſimon. &
nu 7 per ea, q̄ aīaduertit. Ang. in ſuo conſ. 1. & de hoc
articulo videas cumulatè apud Fel. vbi ſup. d. nu. 5.

Decimoſextò limita, vt ſententia lata ad dicta te-
27 ſtium criminoſorum † & inhabilium non reiiciatur,
licèt poſteà afferantur probationes ſuper inhabilita-
te, vt videre eſt in c. præterea ii. extr. de teſtib. & aſſe-
uerauit Fely. in terminis in c. ſuper eo. 1. nu. 1. eod. tit.
ibi, idem dicit de ſententia.

28 Quod ſublimita, niſi fuerit appellatum, † nam in
cauſa appellationis poterit obiici, vt ait Fel. in d. c. ſu-
per. eo. nu 1. allegat gl. in verbo per ſententiam. in c.
1. extra de except. & conſulas Cor. cōſ. 21. nu. 2. vol. 3.

Decimoſeptimò limita, quando teſtis conuincitur
in eo, quod prima facie præſumitur eſſe crimē, poteſt
tamen aliquo modo excuſari à delicto ratione igno-
29 rantiæ † vel alia iuſta cauſa, tunc enim iſte teſtis om-
ninò non repellitur, non tamen illi præſtatur plena
fides, caſus eſt ſingularis, quem ad hoc ponderat. In-
noc. & D. Ant. de Butr. in c. 2. ext. de arbit. nu. 2. quem
refert Io Crot. in tract. de teſtib. par. 3. nu. 45. quod &
voluit Aret. in c. cum à nobis. de teſtib. & Fel. notat. in
c. cum dilecti nu. 4. verſ. ſed aduerte, quòd oportet in-
telligere. col. 1. de accuſat.

Decimooctauò limita, ſi Chriſtianus teſtificaretur
30 contra Iudæum † quia non poteſt excipere contra ip-
ſum de crimine, vt habemus à Io. Crot. d. reg. 27. & di
xit Abb. Sicul. in c. Iudæi. de teſtib. vbi diſtinguit. nu.
3. verſ. vlt. hic quæritur.

CONCLVSIO CCCCLXVI.

ARGVMENTVM.

Criminoſum eſſe emendatum à crimine, cui incumbat onus probandi, & quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Criminoſum eſſe emendatum à crimine qui dixerit, id probare debet.*
2 *Qui ſemel euaſit in malum virum per crimen contra eum probatum, amiſit præſumptionem bonitatis, & præſumitur ſemper criminoſus, niſi probetur emendatus.*
3 *Miles, ſi ſemel ſe malè habuit in militia, non eſt ei amplius credendum.*
4 *Semel excommunicatus ſemper præſumitur excommunicatus, niſi probetur abſolutus.*
5 *Criminoſus teſtis in dubio præſumitur.*
6 *Emendatio in dubio non præſumitur, quando crimen eſt manifeſtum.*
7 *Emendatus præſumitur, qui crimine commiſit occultè, & confeſſus eſt ſacerdoti.*
8 *Criminoſus, ſi agatur in cauſa criminali, ſemper eſt repellendus, & emendatio eius non præſumitur, ſiue crimen fuerit occultum, ſiue manifeſtum, ſiue pœnitentiam egerit, ſiue nullam.*
9 *Criminoſus emendatus præſumitur, ſi agitur in ciuilibus, & crimen fuerit occultum, ſiue manifeſtum, dummodo pœnitentiam egiſſe probet per ſacerdotem.*
10 *Criminoſus præſumitur purgatus & emendatus, ſi trium annorum interuallo ab improbè factis abſtinuerit, & in rectis actionibus, & honeſtis ſeſe exercuerit.*
11 *Homo nouus fingitur, qui ab iniquo viuendi genere deſiſtit, & reuertitur ad bonum.*
12 *Criminoſum emendatum verè quem eſſe probatur per ſacerdotem confeſſionis.*
13 *Confeſſio, & pœnitētiæ iniunctio probatur per ſacerdotem, ſed ſatisfactio exterior ꝑ familiares, & alios, q̄ viderūt.*

Criminoſum eſſe emendatum à crimine ſi
1 quis dixerit, † id probare debet ſi credimus Abb. in c.
teſtimonium, poſt nu. 14. ver. ex his colligitur. de teſt.
ꝙ pronunciatū omni, & emergere videtur ex vulga-
ta regula, ſemel malus. de reg. iur. lib. 6. nā cum ſemel
euaſerit in malum virum per crimen contra eū pro-
2 batum amiſit præſumptionē bonitatis, † & præſumitur
ſemper criminoſus niſi ꝓbetur emendatus, vt ꝑ Abb.
loco citato, & ibi Fel. nu. 14. in gl. in verb emendatus,
ꝙ etiam comprobatur per contex. in l. ſocii §. iiſdem.
ff. de accuſ. vbi q. ſi calumniatus fuit in accuſatione
prima, calumniari etiam præſumitur in ſecūda, quod
rectè ibi obſeruat Bart. nu. 8. & eſt cōtex. in l. non oēs,
3 §. à Barbar. ff. de re milit. in quo loco habetur, † quod
ſi miles ſemel ſe malè habeat in militia, nō ſit ei am-
plius credendū quia non eſt veriſimile, vt in poſterū
benè ſe habeat. Quibus finitimū eſt, ꝙ ſcriptis ꝓdidit
gl. iuncta theorica Abb. in c. propoſuit. de cler. excō-
mu. miniſtr. vbi notat Abb. ex illa gl. quod ſemel ex-
4 communic. ſemper præſumitur excōmunicatus, † niſi
probetur abſolutus, de quo latius infra in concluſio-
ne, excommunicatus, & eiuſdem ſentētiæ fuit Alex.
in conſ. 5. in cauſa inquiſitionis. nu. 3. lib. 1. & conſil.
93. quod eſt duplicatum in eo. lib. atque monuit Hip-
pol. de Marſ. in ſing. 217. incip. ter, vel quater. nu. 2.

Huic

Digitized by Google

Huic aduerſari videtur, quod alibi à ſcribentib. tra-
5 ditum eſt † nempè criminoſum teſtem in dubio preſu
mi emendatum, vt reſpondit Alex. in cõſ. 149. incip.
viſo proceſſu inter Michaelẽ. nu. 5. verſ. 2. reſpondeo.
vol. 5. auctorem laudat gl. in c. ipſi Apoſtoli. 2. q. 7. &
fuit de mente Spec. in tit. de teſte. §. 1. verſ. item oppo
nitur, quòd eſt criminoſus. poſt nu. 7. ibi. nã in occul-
tis. atq; placuit Ant. de Butr. in c. teſtimonium. de te-
ſtib. vbi etiam ſentit Abb. d. nu. 14. verſ. non bene. &
ſequitur Monticell. in ſuo repertorio, de teſtibus, in
verb. crimiñoſus. verſ. finali.
Concordes has inter ſe opiniones efficere poteris,
6 ſi dicas, priorem ſententiam procedere † quando cri-
men eſt manifeſtum, quia eo caſu non præſumitur in
dubio emendatio. Poſteriorẽ verò locũ ſibi vendica-
7 re, ſi crimen fuerit occultũ, & cõfeſſum ſacerdoti † qa
tunc benè emẽdatus præſumi poterit, ita colligere eſt
ex theorica Inn. in d. c. teſtimonium. nu. 2. ver. emen-
datus, de teſtib. quem ſequitur Abb. ibid. nu. 14.
Vel ſecũdo loco dicere poteris, vt prior opinio ve-
ra ſit, ſi agimus in cauſa criminali, nam tunc ſiue cri-
8 men fuerit occultũ † ſiue manifeſtum, ſiue pęnitentiã
egerit, ſiue nullam, criminoſus ſemper erit repellen-
dus & emendatio non præſumetur, niſi probabitur.
Poſterior vera erit, ſi verſemur in ciuilib. & crimẽ
9 fuerit occultum ſiue etiam manifeſtum, † dummodo
pœnitentiam egiſſe probabit per ſacerdotẽ. ita diſtin-
guit. gl. in d. c. ipſi Apoſtoli. 2. q. 7. & comprobat Spe-
cul. d. tit. de teſte. §. 1. verſ. item opponitur ad. nu 7. &
ab hoc non receſſit. Abb. d. c. teſtimonium. d. nu. 14.
Alexã. etiam iuxta hanc ſententiam reſpondit in d.
conſ. 149. num. 5. lib. 5. & ſequitur Alber. de Malet. in
tract. de teſtib. c. 3. num. 69.
Vel tertio loco erit dicendum, vt poſterior opinio
procedere poſſit, quãdo criminoſus trium annorum
10 interuallo ab improbè factis abſtinuerit † & in rectis
actionibus, & honeſtis ſeſe exercuerit, tunc enim præ
ſumitur purgatus, & emendatus, ſic habemus ab Im-
per. in authen. de monach. §. hinc autem nobis. verb.
ibi facit. quẽ pro eleganti, & ſingulari context. ad idẽ
refert Ant. Corſ. in ſing. 226. in verb. præſump. 1. idem
tradidit Fel. in c. cum deputati. in prin. de iudi. ita etiã
tradidit Rom. in conſ. 236. vt præmiſſa cõſultatio. nu.
5. vbi ait, propter deſiſtentiam ab iniquo viuendi ge-
11 nere & reuerſionem ad bonam † quem fingi nouum
hominem, adeò vt fingatur nũquam fuiſſe talis qua-
lis erat tempore malæ vitæ, q̃ & ſenſit Bal. in l. 1. §. ſi
magiſtratus. poſt nu. 1. ver. item nota, quòd ex preſen-
ti paupertate. ff. de magiſt. conueniend. in quam ſen
tentiam plurima colligit Nic. Boer. in addit. ad Dyn.
in reg. ſemel malus. de reg. iur. in 6. litera A. & profitẽ
do ſcripſit Iaſ. in l. ſi prius. col. 19. poſt num. 43. verſ. tu
ergo dic in cod. ff. de oper. nou. nunc. per d. §. hinc au-
tem nobis. verſ. ſancimus, ibi. ſed per triennium totũ,
& ibi, & d. triennio toto. in auth. de monach.
Si quis verò ſciſcitetur à me, quo pacto probetᷣ cri-
12 minoſus emendatus verè † huic ex ſententia glo. in fi.
d. c. teſtimonium reſpondebo, probari per ſacerdotẽ
confeſſionis, vt colligitur ex c. ſi peccauerit. 2. q. 1. c.
in cap. & ibi per Archid. 50. diſtinct. Innoc. verò in d.
c. teſtimonium. nu. 2. aſſerit, confeſſionem poſſe pro-
13 bari, & pœnitentiæ iniunctionem per ſacerdotẽ † ſa-
tisfactionem autem exteriorem probari per familia-
res, & alios, qui viderunt, dixit etiam Abb. ibi poſt nu.
13. ver. venio ad gl. & fuſius hæc tradentem conſulas
Alber. de Malet. in tract. de teſtib. par. 3. nu. 70.

CONCLVSIO CCCCLXVII.

ARGVMENTVM.

Criminis particeps an à teſtimonio repellatᷣ.

SVMMARIVM.

1 *Criminis particeps à teſtimonio repellitur.*
2 *Abſolutio participis criminis alteri prodeſt.*
3 *Criminis particeps nec quidem ad indicium valet. Contrarium nu. 4.*
5 *Criminis particeps admittitur ad probandam coniurationem factam.*
6 *Criminis particeps admittuntur in ſubſidium, quando aliunde veritas haberi non poteſt.*
7 *Criminis particeps poteſt eſſe teſtis, quãdo agitur de hæreſi, vel læſa maieſtate.*
8 *Particeps criminis falſæ monetæ admittitur in teſtem.*

1 Criminis participẽ † à teſtimonio repelli
elicitur à reſpõſo Pauli in l. re-
perita. ff. de fid. inſtr. & à c. veniens de reſtitu. ſpol. atq;
ex c. nemini. 5. quæſt. 4. & ibi Arch. nu. 1. col. 2. quod
etiam pleriq; tum conſulentes, tum etiam profitẽtes
tradidere, vt Butr. in cap. preterea. nu. 5. de teſtib. Sy-
nus in leg. quoniam. num. ſecundo. verſi. & an idem
ſit in alijs. C. de teſtib. & ibi Angel. num. 1. 3. & 4. Bal.
conſ. 383. nu. 4. lib. 5. Alex. conſ. 159. nu. 8. libr 6. Fulg.
conſ. 136. in fi. col. 2. Spec. tit. de teſt. §. 1. nu. 37. verſic.
item quod ſocius criminis. Corn. conſ. 112. nu. 5. vol.
3. & conſ. 58. nu. 4. vol. 1. & cõſ. 94. nu. 5. vol. 31. Gram.
deciſ. 2 . nu. 1. idem Gram. deciſ. 40. nu. 16 Corn. cõſ.
324. nu. 3. vol. 3. Feder. Schenc. tract. de teſtibus. num.
37. & Alber. de Malet. d. tit. de teſtibus. cap. 4. num. 65.
2 Iacob. Egid. ibid. num. 16. Cuius rei ratio eſt, † quia al-
terius abſolutio alteri prodeſſet. l. quoniam liberi. iũ-
cta gloſſ. ſuper verb particeps. C. de teſtibus quod &
voluit Feder. Schenc. ubi ſupra d. nu. 37. cui conuenit
reſponſum Pariſ. conſ. 53. nu. 15. uol. 1. et conſ. 54. uol.
4. num. 50.
3 Ampliabis vſq; eò concluſionem procedere, † vt
ne quidem ad indicium ualeat, iuxta ſententiã Ruin.
conſ. 7. uol. 5. num. 14. quod etiam probauit D. Nell. à
Sanct. Gemin. de teſtib. nu. 16. quod probat per c. 1. de
confeſſ. ibi ciuili cenſentur, &c. cui ſententiæ adhæ-
ret Pariſ. d. conſ. 54. nu. 1 . vol. 1. & conſ. 151. num. 16.
vol. 4. & conſ. 63. eod. vol.
4 Contrariam ſequutus eſt ſententiam † Alex. conſ.
120. nu. 3. lib. 7. arg. c. ſicut nobis. de teſti. immò quod
ſemiplenè probet, noluit D. Ant. de Butr. in c. quoniã
num. 4. de teſtibus.
Primo limita concluſionem, ut particeps criminis
5 admittatur † ad probandam coniurationem factam,
ſic ait Ioã. Crot. de teſt. nu. 11. cui opinioni reſpondit
Alex. cõſ. 227. nu. 16. lib. 4. & conſ. 69. nu. 7. uol. 2. latè
etiam proſequitur Gram. uol. 3. nu. 2. 3. 4.
Secũdo loco limites uelim, ut admittantur in ſub-
6 ſidiũ, † quando aliundè ueritas haberi non poteſt, ut
auctor eſt Fel. in c. fi. nu. 4. de teſtib. & latè dictum eſt
ſupra in præcedenti concluſ. 2. limitatione.
Tertiò limitabis, etenim particeps criminis poteſt
7 eſſe teſtis, † quãdo agitur de hæreſi, uel læſa maieſtate,
uel ſymonia. Butr. ita ſcripſit in c. ueniens, num. 8. de
teſt. cui accedit Alber. de Malet. tract. de teſti. c. 4. nu.
95. quod deſignat hic uerſiculus, per teſtem ſocium
criminis ſymonia probatur.
Quartò limita, nam particeps criminis falſæ mo-
8 netæ † admittitur in teſtem. ut aſſeruit Mart. Lauden.
trac. de monet. nu. 11. tom. 6. quod etiã uoluit Monti-
cel. in ſuo tract. de teſti. in uerb. criminis particeps.

CONCLVSIO CCCCLXVIII.

ARGVMENTVM.

Culpa an præſumatur, & quo pacto probari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Culpa non præſumitur, ſed probari debet ab illo, qui eam allegat.*

2 Culpa

2 *Culpa non præſumitur, niſi quis conuincatur.*
3 *In dubio illa interpretatio ſemper ſumenda eſt, per quā excludatur culpæ præſumptio.*
4 *Ad tollendam culpam præſumitur quis feciſſe in rebus alienis, quod in ſuis ſolitus eſt facere.*
5 *Incendium, & furtum ſolent committi ſine culpa.*
6 *Incendium licet præſumatur ortum culpa habitantium, tamen talis culpa præſumitur leuiſſima.*
7 *Conductor, cùm non teneatur, niſi de dolo, lata, & leui culpa, & non de leuiſſima, poterit ſe excuſare de incendio illato in domo conducta, & ex hoc nō tenebitur ad aliqua damna. Contrarium ibi, & nu. ſeq.*
8 *Incendium præſumitur factum culpa inhabitantium, niſi conductor ipſe probet incendium abſque ſua culpa, vel ſuorum pro quibus tenetur proceſſiſſe.*
9 *Conductor de incendio non tenetur nec ex lege Aquila, licet leuiſſima culpa veniat in ipſa lege. & culpa leuiſſima, quæ dicatur, ibid.*
10 *Culpa conductoris in incendio ad hoc, vt ipſe teneatur, debet eſſe commiſſa in faciendo, vel committendo.*
11 *Actio legis Aquiliæ datur domino propter factum non propter negligentiam.*
12 *Commodatarius tenetur de leuiſſima culpa.*
13 *Commodatarius non tenetur de furto ex leuiſſima culpa, quando furtum eſt patratum a perſona cōiuncta, a qua non ſuſpicatur.*
14 *Commodatarius non tenetur, quando furtum fuit factū a famulo commodatario, vna cum re commodata.*
15 *Commodatarius non tenetur de cuſtodia, quādo famulus fuit tranſmiſſus, vt cuſtodiat rem commodatam.*
16 *Cuſtos rei præſumitur eſſe in culpa, & ei incumbit onus probandi.*
17 *Quando in controuerſia venit, an dolus, vel culpa præſumenda ſit, potius culpa præſumitur, quam dolus.*
18 *Præſumptio ſemper captanda eſt, per quam delictum excludatur.*
19 *Culpa præſumitur in procurante.*
20 *Culpam abfuiſſe probatur, quando paterfamilias adhibuit diligentiam adhiberi ſolitam per alios.*
21 *Conſuetudo excuſat a culpa.*
22 *Culpa præſumitur abfuiſſe, quando quis fecit illud, quod diligenter paterfamilias faceret.*
23 *Culpæ formas omnes modum cognoſcendi, vide remiſſiuè.*
24 *Culpa alicuius, vt alter nō poſſit habitare cum alio, quo pacto probari poſſit.*
25 *Qualitas requiſita ad actum debet ſpecificè probari.*
26 *Culpa illius, qui debuit mittere procuratorem, & nō miſit, probatur, ſi facilè procuratorem habere potuit.*
27 *Culpa ex negligentia tutoris, qui non erogauit pecuniam pupilli in emptionem prædiorum, non probatur, niſi oſtēdatur prædia eſſe venalia, quæ emere potuiſſet.*
28 *Culpa mariti, qui non adhibuit medicū, in curanda vxore, probatur, ſi facilè medicum habere potuit.*

1 CULPAM non præſumi, ſed probari debere per illum, † qui eam allegat, profitendo ſcripſit Ludo. Bolog. poſt Andr. Barba. in l. 4. §. Cato poſt nu. 144. verſ. & ſubdit idē Ang. & nu. 145. verſ. 2. adde ff. de verb. oblig. & ad id affert cōtex. notabil. in l. fi. in verbo interdum. ff. de cuſto. reor. gl. in l. quoties §. qui dolo. ff. de probat. idē tradit Bal. in c. 1. titu. de feud. ſin culpa non amit. in vſibus feud. in
2 prin. in verſ. noto culpā non præſumi, † niſi quis conuincatur q idem extendit, ſiue ſit culpa in omittēdo, ſiue in faciendo, & huic aſſentit Alex. in conſ. 100. nu. 3. vol. 1. & Crau. conſ. 151. nu. 11. qui adducit clarè, & ſpecificè probandam eſſe culpā, quod & placuit Bart. in conſ. 93. & Laurent. Siluan. in conſ. 46. vidi celeberrimè nu 4 & poſt nu. 9. Benedict. etiam Capra in reg. 78. nu. 52. & plur. ib. ſeqq.
In dubio namq; ſemper ſumenda eſt illa interpreta
3 tio, † per quā excludatur culpæ præſumptio. l. except. vbi gl. in fi. & Bar. ff. de fideiuſſor. nu. 7. gl. ſuper verbo in longinquo. & Doct. in l. ſi quis ex argentariis. §. fi. ff. de eden. gl. Bart. & Doct. in l. ſi creditor. C. de dign. actio. idem Bar. d. conſ. 193. commune Lucignani. Et ideò ad tollendam culpam præſumitur quis feciſſe in
4 rebus alienis, † quod in ſuis ſolitus eſt facere. Ang. in l. ſed ſi damnum. §. 1. ff. de pecul. vbi adminiſtrator præſumitur feciſſe in negocijs alienis, quod in ſuis ſolitus erat facere, vt ceſſet in eo culpa. Crauet. d. conſi. 151. nu. 18. vbi latè.
Hæc primò ſic limitare poteris, vt locū ſibi non vēdicent in his, quæ non conſueuerunt cōmitti ſine cul-
5 pa, vt eſt incendium, † & furtū: eo enim caſu præſumit quis eſſe in culpa ex ſola habitatione, & ei incumbit onus probandi contrarium, iuxta ſuam glo. Bart. & Bal. in d. l. ſi creditor. C. de pig. act. & in l. ſi quis ex argentarijs §. an verò. ff. de edend. idem proditum reliquit Horma noct. Detus in repet. d. §. Cato. num. 118. verſ. ſubdunt, per contex. in l. ſi vendita. ff. de peric. & commo. rei vendit. & in l. 3. §. 1. ff. de offic. præf. vigil. & obſeruauit Bened. Capra in concl. 78. num. [illegible] & placuit Bologn. in eo §. Cato. nu. 146. verſ. tamē limi. ff. de verb. oblig. & ſcripſit Franc. Marc. in dec. Delph. q. 121. nu. 2. & Hercul. de proband. negat. fol. 23. à tergo, verſ. 31. infertur, ex Pariſ. ſentētia in conſ. 16. col. 2. lib. 4. & declarat Siluan. in d. conſ. 46. num. 8. & ſeq. nec prætererit Ioan. Sadolet. in repet. l. quod te nu. 16. verſ. & per hæc. ff. ſi cert. pet. atque meminit Alex. in conſ. 50. viſis, & opportunè ponderatis, nu. 1. verſi. modos lib. 1. ac comprobauit Ioan. Anto. Trigona ſing. 57. num. 3.
Iſtud tñ ſic accipias, vt licet præſumatur incendiū
tit.de fur.ad ſi.num.25.& in tit. de pig.§.1. in verſ.ſed
qualiter ꝓbabit.nu.15.arg; Iaſ.in d.l.ſi qñ.n.43.C.vn
de vi. Alex.ẽt in conſ.72.vol.1.nu.6.per ibi adducta.

Tertiò limitare tibi graue ne videat̃, vt locũ ſibi nõ
24 vẽdicet, niſi prius appareat de dãno illato † nã anteꝗ̃
appareat de hmõi dãno dato eſt deferẽdũ iuſm, ſecus
poſtea, iuxta ſniam Math.de Affl.de feu.ti. de pa.iur.
firm.§.illicitas.nu.4 & ante eũ ait Barr.in l.diuus.nu.
3.verſ.item ſunt ſtatuta.ff.de mili.teſta. per l.eũ exce-
ptione §.in hac.ſi.ꝙ met.cau.nam Bal.inquit in d.l.ſi
qñ.nu.2.& ſeq.C. vnde vi plenè debere ꝓbari crimen
25 dãni illati, † & nõ per iuſm, ſed ſuppoſito crimine tũc
per iuſm ꝓbatur dãnum, & intereſſe ꝑſonarũ, ſed prius
etiã in primis dẽt conſtare de violentia, anteꝗ̃ perue-
niatur per iuramentum contra criminoſum, & debet
ẽt prius præmitti iudicis taxatio talis intereſſe, & dam
ni, & poſtea præſtatur iuramentum ſecundum formã
taxatam, & vltimo ſententia profertur, ita loquutus
eſt vbi ſupra, & Iaſ.d.l.ſi quando.nu.7. 12. & 13. & de
hoc attigimus paulo ante 1.limit.

Quintò limitabis, & intelliges, vt iuſm debeat de-
26 ferri † ſuper damno paſſo tempore damni illati: nã
irritũ eſſet illud iuramentũ, ſi dicerem, iuro me tantũ
damnum paſſum eſſe ex tali facto, niſi ſe referret ad
tẽpus damni dati: põt enim eſſe, ꝙ hodie intereſſit ma-
gis, quam tempore damni dati, ſed hoc nõ debet inſpi
ci, ita protulit Bar.in l.3.§.in hac.ff commo.nu.10.af-
fert ad id, l.vbi.§.1. C.de eden.& l. ſi quod.§.fin.cum
l.ſeq.C.de conſtit. pecu.

Quintò limitare non grauabere qñ non interuenit
27 dolus, vel violẽtia, † ſed tñ culpa lata, omittendo, vt
monuit Accur. in l.ſemp §. in hoc interdicto, in verſ.
iurauerit.ff.ꝙ vi, aut clam in l.vni.§. in alijs ſuper ver
bo ſubtilitatem.C.de ſen.quæ pro eo, ꝙ intereſt, quia
tunc non ſtatur tali iuramento; vt videre eſt ex ſupra
allatis, vna cum Bar.in l.ſi quando. verſ.quæro ſtatu-
tum.C.vnde vi, & idem Iaſ.nu.59. & per Rebuff.in re
pet.d.l.vni.C.de ſen.quę pro eo, ꝙ inter.gl.in verſ.ſub
tilitatem, poſt nu.516.verſ. quod intellige, ſi faciẽdo,
& latius dicetur in concluſione, intereſſe.

Sextò loco limitãda erit, qñ iurans nõ eſſet pſona
28 honeſta, † tunc ꝑfecto nõ eſſet deferendũ iuſm, arg l.
nõ oĩs, §.à Barbaris.ff.de milit.teſt.& Rom. meminit
in l.dãnũ, ia 3.ff.de dam.in fe.& addi. magna ad Bart.
verſ.itẽ procedit in d.l.ſi qñ. C. vnde vi, & tradit Frãc.
Cur.in rep.l.admonẽdi.nu.201.uer.quod eſt notandũ
ꝓ ſtatutis, ff.de iureiu. quo in loco enucleate affirmat
29 † nõ credi iuſo damnũ paſſi, niſi iurans ſit omni exce
ptione maior, & idẽ ante eũ voluit Ang.in l.pupilla-
ris.act.ff.de popul.act.ꝓdidit.ita bis fuiſſe iudicatũ, &
ppea idẽ Cur.loco ꝓximè allato admonet, iſtud forè
perpetuò calamo ſignãdũ, & ſentit Bal. in l.in bonæ
fide, nu.20.uerſ.uenio ad quartam.C.de iureiu.

Septimò limitabis nõ procedere, habita ratione ad
30 qualitatẽ, † & conditionem perſonæ iurare nolentis,
nã ſi ruſtico aliquod damnũ eſſe illatũ, & uelit iurare,
ꝙ habuerit libros in domo, nõ eſt credendũ, ita illius

additionis magnæ ad Bar. auctor inquit in d.l.ſi quando. circa fin. verſ. item hanc legem intellige ſecundũ Docto. habita conſideratione ad qualitatem, & conditionem perſonæ.

Octauò limitare opus erit, qñ copulatiuè non con-
31 currunt † difficultas probationis, & delictũ præcedẽs, ſi ita attestanti credimus Iaſoni in d.l.ſi quando. num. 35. verſ. in ead. gl. ibi, in fi. at difficultas probationis dicitur adeſſe, vbicunq; res non poſſunt oculorũ ſenſui demonſtrari, vt quia ſunt peremptæ, nam tunc ſemp
32 dr̃ adeſſe † difficultas probationis, vt Iaſ. ſcripſit in d. nu. 35. per Bar. in l. in actionib. ff. de in lit. iurand. col. fi. poſt nu. 22. verſ. quod autẽ dicit. per l. cũ res. §. pen. ff. de lega. 1. & Fulg. in d.l. cũ furti. poſt nu. 3. verſ. vtroque enim iſtorum caſuum. ff. de in lit. iuran. & gl. in c. ſtatutũ. §. 1. de reſcrip. lib. 6. ſuper verbo ſaltẽ. vbi ait, ꝙ hoc caſu ſtetur iuramẽto, vt ſcilicet aliter nequeat
33 probari, † & ſic in ſubſidium, vt in illa additione magna ad Bar. traditum fuit in d.l. ſi quando. in prin. teſtatur Bal. in l. contra negantem. C. ad l. Aquil. vt ſentit ibi Bal. nu. 7. in fin.

Nonò ẽt limitanda tibi erit cõcluſio, vt eo vſq; nõ non procedat, quin contrarium poſſit probari, ẽt ſi le-
34 ge municipali caueatur, † credi debere de damno per iuſm damnũ paſſi, vt teſtis eſt ad id Ang. in l. qui vas. in prin. ff. de furt. & idem per ſimilitudinem ait Ang. in auth. de exhibitione reorũ, notat auctoritate illius contex. l. qui reſtituere. ff. de rei vendic. per illũ tex. in verſ. illa taxatione cũ gl. vbi dicit, ꝙ ſtãte ſtatuto, vel diſpoſitione legis, vt pro damno dato ſtetur iuſo dãnum paſſi, tñ iudex poterit, non obſtante d. iuſo, & ſta-
35 tuto † admittere probationes in contrarium, vt in d. addit. ad Bart. circa fi. verſ. ſi autem ſtatutũ. l. ſi qñ. C. vnde vi, & in hanc eãdem ſñiam cauit Ioan. And. in additio. ad Spec. in tit. de offi. om. iud. §. fi. verſ. 6. quin & hoc idem ferè voluerunt Iac. de Aretio. Ang. Imo. & Pau. de Caſt. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infect. vbi & Rom. nu. 1. & 2. & ibi ẽt Alex. vbi ait ab
* omnibus vna mente ita concludi, vt nu. 17. ſicut ẽt refert & ſequitur Iaſ. in d.l. ſi qñ. nu. 27. & 28. C. vnde vi, & in l. fi. nu. 4. verſ. ſi ſtatutum diſponat. ff. de in lit. iuran. & Ang. in d. §. qui damni. ait etiam ſi ſtatutum
36 diceret eſſe credẽdum relationi ſaluarij, † licet iudex non poſſet aliunde inueſtigare, & recedere à dicto iuramento: nam nihilominus damnũ patiens poterit dictam relationem ſaltuarij falſam demonſtrare, ad ꝙ probandum affert ea, quæ obſeruata fuere à Iac. Butr. in l. 1. C. ſi aduer. lib. cui rei illud ẽt patrocinatur, ꝙ notat idem Bar. & Bal. in l. 1. C. de re iudi. nu. 3. vbi dicunt quòd ſi ſtatuto caueatur, vt ſtetur dicto familiæ
37 poteſtatis, procedit, † niſi cõtrarium probetur, & hoc idem aſſeruit Bal. in l. 1. nu. 4. verſ. quærit hic Iacob. C. ſi aduerſ. liber. quam ſententiam ea quoque adiuuãt, quæ plurima adducta fuere ab auctore addit. ad Bar. in d.l. ſi quando. C. vnde vi.

Nec illud animaduerſione eximiũ velim à memo-
38 ria elabatur tale contrariũ probari poſſe † per inſpectionem iudicis, vt notat Bal. in l. contra negantẽ. C. ad l. Aquil. nu. 7. verſ. quæro dicit ſtatutum, de probat. poſt nu. 1. verſ. ſed certum eſt, ꝙ probatio per rei euidentiam, & in l. contra negantem. in fi. nu. 7. C. ad leg. Aquil. & in d.l. 1. poſt d. nu. 4. verſ. Azo in ſumma. C. ſi aduerſ. lib. & in l. ait prætor. in prin. ff. de iureiur. ver. reus ſe defendit & Iaſ. in d.l. fi. poſt nu. 3. verſ. in contrarium vr̃ facere regula, ff. de lit. iuran. & Franc. Cur. in repet. l. admonendi. nu. 351. verſ. quia hoc negare, col. 77. ff. de iureiur. vbi adducit concordantias, teſtãs
* ibi communem fore hanc opinionem proſequens vſque ad num. 353.

Veruntñ nonã hanc limitationẽ primò velim ſub
39 limites, † qñ ſtatutũ haberet iuſm pro plenaria ꝓbatione, nã eo caſu probatio in contrariũ non admittiſ, vt fuit obſeruatũ in illa additione magna ad Bar. lite-ra A. in d.l. ſi qñ. verſ. tamen vr̃ limitandum. C. vnde vi. citat gl. in clem. 1. de proba. atque Alex. in d.l. qui bona. §. damni. nu. 15. de damn. infect.

40 Secũdò ſublimitabis procedere, † qñ ſumus in cauſa nimis præiudiciali, quia tunc ẽt ſtante tali ſtatuto, vt ſcilicet credatur iuſo, tñ contrarium probari põt, gl. ita me docuit in clem. 1. de iurepat. §. præcipimus. ſuper verb. oneramus. & in ſimili Bald. in cauſa ardua loquitur in l. bonæ fidei. verſ. & breuiter conclude. C. de iureiu. ſecus ſi non ſit caſus nimis præiudicialis, qa
41 † tunc non admittitur probatio in contrariũ, ita atteſtatur gl. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem ſuper verbo relinquatur. de reſcri. in 6. quas gl. ita vr̃ intelligere Bal. in l. 1. nu. 2. & 3. C. de iureiu. & in l. nemo. C. de fur. ſicut refert, & ſequitur ẽt auctor illius additionis magnæ ad Bar. in d.l. ſi quando verſ. item ſimiliter nullibi tamen in lib. meo in d. tit. de fur. nec. ff. nec C. inueni legem incipientem Nemo. credo voluiſſe allegare l. nemo in l. fi. C. de ſent. & interlo. om. iud. & ſentit idem Bal. in d.l. in bona fidei poſt nu. 4. verſ. 3. inſpicitr̃ qualitas rerum. C. de iureiu.

Decimò limita principaliter concluſionẽ non pro-
42 cedere, qñ agitur criminaliter, † qm̃ tunc non ſufficit iuſm, vt docuit Bar. in l. fi. in fi. verſ. contrarium eſt verum. ff. de in lit. iuran. & ibi Alex. nu. 1. & Iaſ. in l. cum furti. nu. 8. eo. tit. & Ang. in d.l. ſi quando. C. vnde vi, & Fulg. in d.l. cum furti in fi. ver. vlt. hæc procedunt ibi, quia in cauſis criminalibus; probationes debent eſſe
43 † luce meridiana clariores. l. ſciant, C. de probat. latè Cur. iun. qui idem ſentientes citat in reper. l. admonẽdi. nu. 349. verſ. quarto limitatur. ff. de iureiu. Bal. in d. l. bonæ fidei poſt nu. 1. verſ. quinto oppon. ibi. & breuiter conclude. C. de iureiu.

Contrariũ voluit Iaſ. in d.l. fi. n. 7. & in d.l. ſi qñ poſt nu. 57. verſ. puto contrariũ, quo in loco in ea fuit ſententia, vt velit cõcluſionem procedere nullo habito diſcrimine, ſcilicet, etiãſi agatur criminaliter, & obijcit ſe regula, in criminalibus probationes debere eſſe
44 luce meridiana clariores, nã fatetur † ad probandũ, vt furtum, requiri plenam probationẽ, ſed ad probandum damnum prouenienſ ex d. furto ſtandũ eſſe iuramento, per d.l. ſi quando, & dixit Ant. de Petruc. in repet. l. 1. nu. 242. ff. de iureiur.

Fœdere diſtinctionis has opiniones inter ſe diſſidẽtes conciliare poteris, q̃ tibi ſuppeditabit Cur. in l. admonendi. col. 77. de iureiu. poſt d. num. 349. verſ. quia
45 aut agitur, vbi ait, quãdo ad ſolam æſtimationẽ, † ſiue ciuiliter, vel criminaliter ſtari iuramento de robari aſſerit ſecus ſi agendo criminaliter ad eſtimationem, vt vel maiori, vel minori æſtimatione conſurgeret maior, vel minor pena.

Vndecimò limitabis locã ſibi non vendicare, ſi iu-
46 dex videret ipſum velle deierare, quo caſu † non iurabit, vt retulit Bal. in l. 1. C. ſi aduer. liber. vt in addit. ad Bar. in d.l. ſi quando. C. vnde vi, in fi. 1. addit. magnæ refertur in ver. ita limita, niſi iudex videret.

Duodecimò limitare, & intelligere poteris, vt talis damnũ paſſus iurare debeat coram iudice, vel alio ab
47 ipſo iudice ad id conſtituto, nã non ſufficeret † iuſm, vt clariſſimè voluit Bal. in d.l. 3. ait ꝑtor, in prin. verſ. circa quintum. poſt num. 2. ff. de iureiu. per no. in l. hac conſultiſſima. §. pen. C. de teſtam. & in l. iubemus. C. de lib. cauſ. & Alex. in hanc rñdit ſñiam in conſ. 60. incip. clariſſimè Domine Iudex. col. 3. ver. non obſtat, ſi diceretur, nu. 10. vol. 3. quos refert, & ſequitur Tiraq. in tract. de præſcri. verſ. verba hæc noſtra. §. 1. gl. 8. cir. fi. ibi, declara quinto, vt iſte iurare debeat.

Decimotertiò limita nõ procedere, ſi extet ſtatutũ
48 † vt credatur iuramento damnũ paſſi, quia intelligitur de damni quantitate, non autẽ de illatione ipſius damni Bar. ita ſcripſit in l. Diuus Traianus. de teſtam. milit. & in l. ſi quando. C. vnde vi.

CON-

CONCLVSIO CCCCLXXIII.

ARGVMENTVM.

Damnum an in dubio præſumatur illatũ ab inimico, vel à vicino, & quo pacto probeť.

SVMMARIVM.

1 *Damnum in dubio præſumitur illatum ab inimico, vbi de male merito non conſtat.*
2 *Damnum ſemper præſumitur iniuria datum.*
3 *Damnum in dubio præſumitur illatum à vicino.*
4 *Vicini, & domeſtici, & qui habent notitiam hominũ, quãdo maleficiũ commiſſum eſt in aliqua via, potius debent capi, & poni ad torturam, quàm qui non habent notitiã.*
5 *Damnum in dubio præſumitur illatum à vicino, quando vicinus eſt malæ conditionis, & famæ.*
6 *Damnum non eſſe datum, quomodo probeť, vide remiſſiuè.*
7 *Damnum probatur per confeſſionem etiam abſente parte coram duobus teſtibus extraiudicialiter iuncta fama ſuper ipſo damno dato.*
8 *Damnum non dicitur probatũ, probando tantũ pecunias eſſe acceptas ad cambium, ſi etiam non probetur id fuiſſe factum ob retardatam ſolutionem.*
9 *Probatio debet concludere.*
10 *Damnum vt probetur ob retardatã ſolutionẽ, neceſſe eſt probare, vt ex eo, quod debitor non ſoluit pecunias, creditor fuit aſtrictus pecunias accipere ad intereſſe.*

1 Damnum in dubio præſumi † illatũ ab inimico, vbi de malè merito non conſtat, rñdit Crau. conſ. 35. nu. 3. verſ. ꝙ odium. & Rom. conſ. 7. in prin. verſ. quod aũt de certo malefactore. Ang. de Arimi. in addi. ad Ang. de maleſi. in verb. fama publica. col. 8. ver. quæro, ꝙ ſi reperiatur ſuper verb. capitali. Calca. conſ. 63. Vẽtura, & fratres, col. 3. poſt nu. 59. viſo proceſſu. poſt nu. 19. verſ. 7. accedat. Dec. ẽt conſ. 64. col. 4. poſt med. ver. ſed iſta ratio. Calcan. quoq; ſenſit conſ. 65. nu. 2. ver. & confirmanť prædicta Grat. reſpon. 136. num. 25. lib. 1. Gram. conſ. crim. 22. nu. 7. & adeas eundem Gramm. in vot. 34. in
2 prin. & nu. 1. † nam damnum ſemper præſumitur iniuria datum, vt ex notatis colligere eſt à Iacob. de Belui. in ſua pract. iudiciaria in prin. nu. 8.

3 Sic ẽt itidem dicimus, damnum in dubio † præſumi illatum à vicino, ita videre eſt ex Pomponij rñſo in l. ſi ita. §. vlt. ff. de fund. inſtruct. & ex Calliſtrati reſponſo in l. ne quid. ff. de incen. ruin. & naufrag. & cũ aliis adductis à Luc. de Pen. in l. quemadmodũ. C. de agri. & cenſit. verſ. 90. præſumitur. lib. 11. hoc idem probauit Gui. Pap. in tract. de præſump. nu. 108. & ſequutus eſt Franc. Marc. in q. 181. nu. 7. lib. 1. cui ſñiæ adhæſit Rober. Maran. in l. is põt. ff. de acq. hered. nu. 253. verſ. & propter hanc Bar. quoq; voluit in l. ſi ita. §. fin. ff. de fund. inſtruct. & inſtrum. leg. Iaſ. d. l. ſi qñ, nu. 40. Ang. de maleſi. in verb. fama publica. col. 8. ver. & ſis benè cautus, faciunt d. per Bal. in l. dñs horreorum. ff. locati, ꝙ quando in aliqua via committitur aliquod male
4 ficium † debent potius vicini, & domeſtici capi, & poni ad torturam, & qui habent notitiam hominum, ꝗ̃ qui non habent notitiam, vt ſequiť, & refert Calcan. conſ. 73. Vẽtura, & fratres, col. 2. verſ. ad hoc accedat, ibi, vnde etiam Bal. Tiraq. d. tract. de pœn. temperan. cauſa 51. poſt nu. 59. verſ. ſicut & in ſimili, & cauſa 23. nu. 10. verſ. huc nimirum referri.

Limita, intellige procedere, qñ vicinus eſſet malæ
5 conditionis, † & famæ, teſte Bal. in l. 1. col. fi. C. locati. & Ang. de maleſi. in d. verb. fama publica. 6. col. & ibi Ang. in addi. & Ang. ibi verſ. quæro, quid ſi reperiať quidam occiſus, & ſeq. quẽ refert, & ſequitur Rober. Marant. in repet. l. is poteſt. ff. de acq. hære. poſt num. 235. verſ. hoc tamen limita, Calca. d. conſ. 63. Ventura, & fratres. col. 4. poſt nu. 2. verſ. ſimiliter, ſi quis reperiatur occiſus iuxta oſtium alicuius. ibi, & hoc debet intelligi. Tiraq. trac. de pœn. temp. cauſ. 51. poſt num. 59. d. verſ. ſicut, & in ſimili.

Quomodo autem probetur damnũ non eſſe datũ,
6 † conſulendus erit ad id Bal. in l. 1. in fi. C. de re iudi.

Contra verò, qui damnum probare voluerit, id optimè probare poterit per confeſſionẽ ẽt abſente parte
7 † coram duobus teſtibus, extraiudicialiter ſi ita reſpõdenti credendum eſt Rom. in conſ. 7. num. 1. verſ. ſecundo iuncta tamen fama ſuper ipſo damno dato, vt ibid. dixit Rom. & in conſ. 8. & 373. in fi. & dictum eſt ſupra in concl. confeſſio.

Rurſus damnum nõ dř ꝓbari, probãdo tantum pecũnias eſſe acceptas, vt noſtri loquuntur, ad cambiũ,
8 † ſi etiam non probetur id fuiſſe factum ob retardatã ſolutionem, ita fuit approbatũ per Dominos de Rota coram D. Io. Paulo in vna verten. inter Simonem Centurionem, & Martinum Perez die 15. Maij M. D. LXII. vt adnotauit Moedan. deciſ. 103. nundum typis tradit.

9 Ratio eſt, † quia probatio debet concludere, vt fuit animaduerſum in c. in præſentia de proba. & in l. non hoc C. vndè legit. quæ tamen non concludit in caſu præſenti, ex eo maximè, quod potuerit euenire ipſum paſſum fuiſſe damnum alijs de cauſis, quàm ex retardata ſolutione, vel quod acceperit pecunias ad cambia pro manutentione in lucro, & non in damno, vt conſiderarunt præfati Domini d. dec. 103. per gl. in §. de illa, & ibi Doct. inſtitut. de ſociet. Ideò neceſſe eſt
10 in caſu iſto probare, † quòd ex eo, quòd debitor non ſoluit pecunias, creditor fuit aſtrictus, vt acciperet pecunias ad intereſſe.

CONCLVSIO CCCCLXXIV.

ARGVMENTVM.

Datia aliquem fraudare voluiſſe, qua ratione poſſit probari.

SVMMARIVM.

1 *Datia præſumuntur indicta auctoritate ſuperioris.*
2 *Datia iuſta, & legitima nemini fraudare licet ſalua conſcientia.*
3 *Datia præſumitur fraudare, qui non ſeruat iter, vel nauigium conſuetum.*
4 *Datia non præſumitur fraudare, qui metu hoſtiũ, vel alio impetu non ſeruat iter, vel nauigium conſuetum.*
5 *Datiarij præſumuntur temerarij, & extorquere vltra debitum.*
6 *Datiarij licentia non poteſt per teſtes probari, cum ius eſt, quæſitum fiſco.*
7 *Datiarius non poteſt præiudicare fiſco in iure quæſito.*
8 *Datiarij licentia probatur per teſtes, cum non eſt ius quæſitum fiſco.*
9 *Datiarius poteſt præiudicare fiſco in iure non quæſito ipſi fiſco.*

1 Datia præſumi, † indicta auctoritate ſuperioris reſponſum eſt à Ripa. in reſpon. 68. num. 20.

Quæ quidem cum à ſuperiore iuſtè, & legitimè im
2 poſita fuerẽ, ſalua cõſcientia nemini † fraudare licet, & fraudans ſcienter tenetur etiã in foro conſcientiæ ad reſtitutionem, vt tradidit Fabia. de Monte in trac. de emp. & vend. q. 4. prin. verſ. 20. quæro nu. 51.

Vnde ſi quis probare voluerit, aliquẽ fraudare vo-
3 luiſſe datia,†probabit eum non ſeruaſſe iter, vel naui-
gium conſuetum. Etenim contra hunc datia fraudã-
di præſumptionem ſurgere, conſultum fuit à Rimin.
in conſ.33.nu.44.

Hoc autem poſtremo loco traditum ſic limitabis,
4 vt non procedat, cum metu hoſtiũ,† vel alio impetu
iter, & nauigium conſuetum non ſeruaſſet, ſic ab eo-
dem cautum eſt Rimin. in d.conſ.33.num.45.

Quid verò ſi is, qui non ſeruauit iter, & nauigium
conſuetum, à ſatellitibus deprehenſus fuerit; an tunc
5 temporis ſe à Datiarijs, qui,† vt inquit Cuman. in coſ.
5. circa med. præſumuntur temerarij, & extorquere vl
tra debitum, licentiam habuiſſe non ſeruãdi iter, vel
nauigium conſuetum, vt exportaret res illas, quas ha-
bet, probare per teſtes poterit? Et per teſtes huiuſmo-
6 di licentiam non poſſe probare,†cum ius eſt quæſitũ
fiſco, reſpondit Bald. in conſ.79. incipi. *dauanti da voi
ſauio*, nu.6. vol.2. per l.fi.C.de acqui.poſſ. quo quidem
7 in iure datiarius non poteſt† præiudicare ipſi fiſco.

Iſtud tamen limitabis, vt locum ſibi non vẽdicet,
8 †cum ius non eſſet quæſitum fiſco, in quo tunc datia-
9 rius poteſt† obeſſe fiſco, vt ait ibidem Bald. in d. conſ.
79.nu.6.vol.2.per l.fi.§.ſi quis profeſſus.ff. de public.
nam tunc huiuſmodi licentia datiarij poterit per te-
ſtes probari.

Sed quoniam hæc fuſius ſumus proſequuti in cõ-
cluſione, gabell. iccirco, ne bis idem repetamus ad il-
lam te in præſentia rejcio.

CONCLVSIO CCCCLXXV.

ARGVMENTVM.

Datum aliquid alicui, an præſumatur eſſe datum ex cauſa magis veriſimili.

SVMMARIVM.

1 *Datum aliquid alicui præſumitur datum eſſe ex cauſa magis veriſimili.*
2 *Datum quod fuit pauperi, præſumitur datum pro anima, & intuitu pietatis.*
3 *Datum, vel promiſſum à muliere viro, intelligitur datum vel promiſſum ob cauſam dotis.*
4 *Datum mulieri coniunctæ etiam pauperi, potius præſumitur datum contemplatione coniunctionis ſanguinis, quam intuitu pietatis, & paupertatis.*

1 Datum aliquid alicui† præſumi id eſſe datum ex cau-
ſa magis veriſimili, conſultus reſpondit Abb. conſil.
77.num.30. ex quo axiomate illud commodè poteſt
colligi, vt ſi quid fuerit datum pauperi, præſumatur
2 datum pro anima† & intuitu pietatis, & præſertim in
dote, quæ alicui mulieri pauperi datur, vt habemus à
Dec. in conſ.102.num.4.

Rurſus verò datum, vel promiſſum à muliere viro
3 intelligitur datum,† vel promiſſum ob cauſam dotis,
vt traditum eſt à Io. Coraſ. in repet. l. q liberos, nono
priuilegio nu.197.ff.de ritu nupt.

Hoc autem limitabis non procedere, quando fuiſ-
ſet datum mulieri coniunctæ, nã etiam ſi illa ſit pau-
4 per† tamen videtur potius eſſe datum contempla-
tione coniunctionis ſanguinis, quàm intuitu pieta-
tis, & paupertatis, ad quod videtur reſpexiſſe iur. con-
ſultus in context. l. tutor. §. qui tutoribus. ff. de excuſ.
tutor. & refert Dec. in d. conſ. 120. d. nu. 4. verſic. ſecus
verò, vbi multa adducit, de quibus vide in concluſio-
ne, dos.

CONCLVSIO CCCCLXXVI.

ARGVMENTVM.

Debere nihil ſe dicens, an id probare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Debere nihil ſe dicens, & à creditore non laceſſitus a ſeipſo petens ſe liberatum declarari, debet id probare.*
2 *Reus licet principaliter petat ſe abſolui a petitis, & perpetuum ſilentium aduerſario imponi, non tamen actor efficitur, quando actor prius coueniſſet reum in iudicio.*
3 *Debitor quando primo coparuit coram iudice, & petijt terminum ſtatui creditori ſuo ad agendum dicitur actor.*

Debere nihil ſe dicens, & propterea à creditore non laceſſitus
1 †à ſe ipſo petens ſe liberatum declarari, debet id pro-
bare, quia actor dicitur, cũ primũ ad iudicium cõpa-
ruit, ſic voluit iuriſc õſultus in l. in trib. in fi. ff. de iudi.
& ſummus Pontif. ex in c. forus. §. actor. de verb. ſign.
atq; reſpondit Dec. in conſ.43. in prin. poſt nu. 1. col.
2. verſ. ſed tamẽ. quem etiam refert, & ſequitur Herc.
de prob. neg. nu.26. verſ. primo infertur.

Illud velim reſtringas, vt locũ ſibi nõ vendicet, qñ
actor prius conueniſſet reũ in iudicio, quia licèt reus
principaliter petat ſe abſolui à petitis, & perpetuum
2 ſilentium aduerſario imponi,† nõ tamen iccircò effi-
citur actor, adeò vt ipſe onere probandi grauetur, ſed
retinet commodũ regulæ, quod actore non probante
reus abſoluatur, ita inſigniter decidit Ant. de Butr. in
c. in præſentia. per illum tex. in 2. col. in 6. notab. verſ.
verum. de prob. quod etiam voluit Dec. in cõſ.?.n.9.
qui viſus eſt Herculano contrarium ſenſiſſe, ſed pace
illius viri dixerim, rectè non perpendit diſcrimen ca-
3 ſus,† nam ea, quæ dicuntur in concluſione, & tenet ip
ſe Dec. in d. conſ.45. pcedunt quando debitor primò
comparuit coram iudice, & petijt terminũ ſtatui cre-
ditori ſuo ad agendum, vt ipſe Dec. ibidem declarat.

CONCLVSIO CCCCLXXVII.

ARGVMENTVM.

Debiti ſolutio an per inſtrumentum deletũ repertum apud debitorem probari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Debiti ſolutio probari poteſt per inſtrumentum deletum repertum apud debitorem.*
2 *Debiti ſolutio probatur, ſi inſtrumentum reperitur penes debitorem, nam præſumitur à creditore ipſi redditũ animo liberandi eum.*
3 *Debitor etiam ſi habeat penes ſe inſtrumentum, & dicat ſe liberatum virtute pacti, non tamen præſumitur liberatus, niſi probet huiuſmodi inſtrumentum fuiſſe ſibi per creditorem redditum.*
4 *Pactum de non petẽdo habet vim donationis, quam in dubio quis non præſumitur facere.*
5 *Inſtrumentum debiti eſſe redditum per creditorem debitori probari debet per quinque teſtes.*
6 *Debitũ præſumitur ſolutum, ſi inſtrm̃ ſit penes debitorem.*
7 *Debitũ nõ præſumitur eſſe ſolutũ ob reſtitutionẽ pignoris.*
8 *Debitum ſolutum præſumitur, quando inſtrumentum reperitur litura inductum penes notarium.*
9 *Debiti ſolutio facta præſumitur ſi inſtrumentũ reperitur deletum etiam apud extraneum, & tertiam perſonam.*
10 *Inſtrumentum quando reperitur penes debitorem, præſumitur ei redditum per creditorẽ animo liberãdi eum.*
11 *Inſtrumentum debiti quando eſt apud tertium, non præſumitur ei datum per creditorem animo liberandi.*

12 Debitum

12 *Debitum non ſolùm non probatur ſolutum, ſi probetur debitorem ſubtraxiſſe inſtrumentum debiti, ſed imò ſi tenor ipſius inſtrumenti plenè non probetur, ſufficit iuramentum creditoris ad condemnationem.*

13 *Debitum non probatur fuiſſe ſolutum ex cancellatione, ſi perſona ſit domeſtica, & cohabitet cum creditore.*

14 *Inſtr̃m debiti apud debitorem repertum non facit plenam probationem ſolutionis, ſed tantum præſumptionem.*

Debiti ſolutio probari poteſt per inſtrumentum deletum
1 repertum apud debitorẽ, vt profitendo ſcripſit Arch.
in c.hunc nu.76.diſtin.cui conuenit doctrina Abb. in
c.pen.nu.17.ver.nunc venio, vt lit.penden. atq; Fel.in
c.accedens.nu.2.vt lit. non conteſt. ꝙ & confirmauit
Spec.in §.poſtq̃.poſt nu.8.verſ.quid ſi debitor. ibi can
cellato aũt tit.de inſtru.edi.& nu.16.verſ.porrò.com-
probauit quoq; Bar. l.qui tabulas.nu.5. ff.de furt.& l.
bello.§.fi.in fi.vbi Bar. ff.eo.tit. & Caſtr.in l.ſi de poſ-
ſeſſione,nu.2.C.de probat.& l.ſi chirographum.ff.eo.

Primò amplia, vt concluſio vera ſit, ẽt ſi non eſſet
deletum dummodò reperiat̃ penes debitorem, ꝙ ei
2 redditum fuerit, † nam tunc præſumitur à creditore
debitori redditum, animo liberandi eum, nam licet
interlitum non ſit, facilè tñ fuiſſet debitori illud indu
cere, ita Io.Andr.retulit in addit.ad Spec.in tit. de in-
ſtru.edit.§.poſt quam.verſ.porrò.num.16.ſuper verb.
dno.in litera H.& Anto.de Butr.ſenſit in c.eccleſia.il
2.vt lit.pend.quos refert, & ſequitur Alex. in conſ.56.
nu.11.lib.2.verſ.& per prædicta.

Limita hanc primam ampliationẽ non procedere,
3 † ſi debitor habens penes ſe inſtr̃m, diceret ſe libera-
tum virtute pacti, nã tũc ẽt ſi penes ſe habeat inſtr̃m,
non præſumitur tamẽ liberatus, niſi probet huiuſmo-
di inſtrumẽtum fuiſſe ſibi per creditorem redditum,
4 vt l.Labeo.cũ ibi nota.ff.de pac.& ratio eſt, † quia pa
ctum de non petendo habet vim donationis, q̃ quis
in dubib non præſumitur facere.l.cum de indebito.ff.
de probat. & l.filiusfamilias, ff.de donat.& per quin-
que teſtes debet probari huiuſmodi inſtrumentum
5 † eſſe redditum, vt dixit gl. notab. in l.1.in §. ille etiã.
C.de Latin.liber.tollen.& refert ſequendo Guid.Pap.
in tractatu de præſump. poſt nu.22.verſ. an eo ipſo ſe-
cus ſi alleget ſolutionem, quia eo caſu, cum inſtrumẽ
6 tum ſit penes debitorem † præſumitur debitum ſolu-
* tum, vt de * communi opinione atteſtatur Guid. Pap.
in c.ex literis.nu.5.de conſuet.

Secundò limita hanc primam ampliationem pro-
cedere, qñ eſt reſtitutum pignus, quia eo caſu non præ
ſumitur eſſe ſolutum debitum, nam ex illa reſtitutio
ne, & traditione pignoris debitor ſentit aliquam com
7 moditatem, † & ſic potius præſumitur reſtitutum pi-
gnus ad aliq̃ commoditatem ipſius debitoris, q̃ pro li
beratione debiti, ſecus in reſtitutione inſtr̃i, ex illa eñ
non poteſt aliqua alia præſumptio oriri, quàm libera
tionis debiti ſic not.Guid.Pap.in d.cap. ex literis, nu.
5.verſ.ibi.l.poſtquam de conſuet.

Secundò amplia concluſionẽ locum habere, quan
dò inſtrumentum reperitur litura inductum penes no
8 tarium, † quia tunc præſumitur debitum ſolutum, vt
auctor eſt Bal.in rub.C.de prob.ſub nu. 28.verſ. iuxta
hæc quæro.& in l. Labeo.§.1.in fi.ff.de pactis.

Tertiò amplia concluſionẽ locum ſibi vendicare,
qñ tale inſtr̃m deletum eſſet etiam repertum apud ex
9 traneum, & tertiam perſonam, † quia tunc etiam præ
ſumitur debitum præceſſiſſe, & ſolutionem eſſe factã,
ita Bar.proditum reliquit in d.l.fullo.§.qui tabulas.ff.
de furt.per l.qui tabulas.eo.de furt.& ibi Bar.

Huic opinioni repugnat Alex. in d.conſ.59.nu.11.
vol. 2. reijciens rationem Bar. quia quando reperitur
10 penes debitorem, † præſumitur redditum per credito-
rem animò liberandi eum, per l. Labeo.cum ſeq. ff.de
pact.quæ ratio ceſſat, quando eſt apud tertium, nam
etſi præſumeretur ei datum per creditorẽ, non tamen
11 poteſt dici, ꝙ præſumatur ei datum animo † liberan-
di, quia nihil ad eum extraneum pertinet, & idem vi-
detur tenere Ang.in l.ſi vnus. C.de teſtib.

Primò limita concluſionem non procedere, ſi pro-
betur, debitorem ſubtraxiſſe inſtrumentum debiti, nã
tunc non ſolùm non probatur debitũ ſolutũ, ſed imò
12 ſi tenor dicti inſtr̃i plenè non probetur † ſufficit iur̃m
creditoris ad condemnationem, vt tradidit Paul. de
Caſtr.in l.ſi de poſſeſſione.nu. 3.C.de probat.

Secundò limitabis concluſionẽ locum non habe-
re, ſi perſona eſſet domeſtica, & idem domiciliũ vnà
cum creditore incolens, quia tunc ex huiuſmodi can-
cellatione non probat̃ ſolutũ fuiſſe debitũ, nã cum ſit
13 perſona domeſtica, & cohabitet cũ creditore † facilè
potuit ipſi tale inſtr̃m auferre, & delere, ita ab Alex.
cautum eſt in d.conſ.59.nu.11.vol.2. & prius à Bar.in
l.fullo.§.qui tabulas.ff.de fur.& Io.Nicol.Arela. retu
lit in additio.ad Alciat.de præſump. reg.1. præſumpt.
33.nu.6.& Guid.Pap.in tract.de præſump.poſt nu.22.
verſ.ſi verò virtute ſolutionis.Bal.etiam in d.l.vnica,
§.ille etiam.C.de latin.liber.tollen.

Tertiò limitare, & intelligere poteris, vt nõ eò vſq;
procedat concluſio, vt ex hoc oriatur plena probatio
14 ſine alio adminiculo, † ſed tñ faciat præſumptionẽ,
ita expreſsè dicit gl.in l.pact.ff. de pact. q̃ ibi ſequunt̃
Gulielde Cun.Iac.Butr.Bal.in l.vnica. §.ille, nu.3.C.
de latin.liber.tollen.& Alex.in d.cõſ.59.n.12.vol.2.

CONCLVSIO CCCCLXXVIII.

ARGVMENTVM.

Debitorem ſuſpectum eſſe de fuga an probe-tur per iuramentum creditoris.

SVMMARIVM.

1 *Debitorem eſſe ſuſpectum de fuga probatur per iur̃m creditoris, & propter talem probationem capi poteſt.*

2 *Iuramentum ad probationem debiti non ſatis eſt neque ad probationem ſuſpicionis fugæ, quoad illud, vt permittatur, vt poſſit capi.*

3 *Suſpicio dilapidationis bonorum debitoris poteſt probari per iuramentum, & propter hanc ſuſpicionem poteſt capi, & in carcerem conijci.*

4 *Suſpicio fugæ debitoris iurata tollitur, ſi probetur, debitorẽ eſſe bonæ famæ, & ſummæ exiſtimationis, ac probitatis.*

5 *Suſpicio fugæ debitoris etiam iurata excluditur, & tollitur, ſi probatum fuit poſſidere immobilia, vel eſſe habitatorẽ continuum in vrbe.*

6 *Debitorem ſuſpectum eſſe de fuga, non probatur per iuramentum, quando non eſt periculum in mora.*

7 *Debitor nulla habens immobilia, ſi mobilia poſſidet multa, quæ haud facilè exportari poſſunt, non redditur de fuga ſuſpectus.*

Solent debitores, qui ſoluendo non ſunt, vel
ægrè, & tardè nimis ære alieno exeũt,
etiam ſe ſuſpectos de fuga reddere. Hinc fit, vt contra
eos mandata, & (vt noſtrorum loquẽdi formula vtar)
arreſta, ſimiliaq; ſæpe relaxentur.

Quapropter operæpretium eſſe duximus hic ſubne-
ctere, quænam probatio iſto caſu admittenda ſit, qua
in re placuit maioribus noſtris, debitorẽ ſuſpectũ de
1 fuga poſſe ꝓbari per iur̃m creditoris, & per talẽ ꝓba-
tionẽ poſſe ẽt capi, & retineri pp creditorem, vt obſer
uauit Alex.in l.2.nu.22.ff.ſolu.matr.& animaduertit.
Ang.in l.nemo carcerem.C.de exactor.trib.lib.10.

Ab hac ſnĩa diceſſere Bal.in l.apertiſſimi. poſt n.9.
verſ.ſi verò volo, vbi ẽt Ang.C.de iu.& idẽ Ang.Pau.
de Caſt.& Imol.in l.q bona.§.de illo.ff.de dam.infec.
2 qb.in locis in ea fuere opinione, vt † nõ ſatis ſit iur̃m
ad probationẽ debiti, neq; ad probationẽ ſuſpicionis
fugæ, quoad illud, vt permittat̃, vt poſſit capi, ꝙ etiam
refert, & ſequitur Fran.Cur.in tract. de ſequeſt.nu.42.
verſ.8.principaliter quæro, & latiſſimè ad id ſe fundit
doctiſſimus Iac.Menoc.de arbit.iud. li.2.cẽt.1.caſ.87.

Si quis priori voluerit adhærere ſniæ, ampliare po-
terit,vt concluſio ēt procedat in ſuſpicione dilapida-
3 tionis bonorū debitoris, † quia illa ēt pōt probari per
iurm, & propter huiuſmodi ſuſpicionem poteſt capi,
& in carcerē conijci,licet huiuſmodi captura dato fi-
deiuſſore de iudicio ſiſti poſſit reuocari,ita dixit Alc.
in l.ſi ab arbitro.nu.8.ff.qui ſatiſ.cogan.& ibi Ang.&
conſulas Alex.in l.neq.. §.fi.ff.de in ius vocan.

Limita modò concluſionē locū non habere ſi cō-
4 trariū probeť, vt ſi probetur debitorē † eſſe bonæ fa-
mæ,& ſummæ exiſtimationis, ac probitatis, nā tunc
tollitur illa ſuſpicio iurata,vt colligitur ex Iuliani rñ-
ſo in l.argentū.ff.commodati.& docuit Iaſ. in l. 1.nu.
18.ff.qui ſatiſd.cog.confirmauit Neuiz.conſ.52.n.19.
ſequutus eſt Tiraq.qui multa ſimilia recenſet in trac.
de pœnis,cauſa 51.nu. 41. & 42.vt ſi probatum fuerit
poſſidere immobilia,nam ēt hoc caſu excluditur di-
cta ſuſpicio,vt rñdit Macer.in l.ſciendū. ff.qui ſatida.
5 cog.,† aut probetur eum eſſe habitatorē continuum
in vrbe, nam & tunc tollitur huiuſmodi ſuſpicionis
probatio iurata, ſic habemus ab Vlpia.in l. hæres ab-
ſens.§.ſi quis cautelā.ff.de iud latè Roma.id pſequi-
tur,in conſ.241 incip.ſpectabiles domini,nu.1.

Secundo loco limitare nō grauabere, concluſionē
locū ſibi non vendicare,qñ non eſſet periculū in mo
6 ra, † nempè ſi peteretur capi,quia immobilia nō poſ
ſidet. Tunc iudex non debet eſſe contentus ſolo iurō,
ſed curabit ſibi fidē faciendā de debito per teſtes, vel
inſtrm,vel per quid aliud iſtis par, vt traditū eſt à Cac
cialup. in tractatu, de debitore ſuſpecto, q.prin. 6.nu.
15.vbi latè examinat iſtū articulū,& latius dicetur in
concluſione ſuſpicio,& in cōcluſione,iurm,& in cō-
7 cluſione,fuga debitoris, fieri enim poteſt, † vt debitor
nulla habens immobilia, mobilia poſſideat multa,
quæ haud facilè exportari poſſent, & quæ eum mini-
mè ſuſpectum redderent,vt tradunt Bal. Aret.& Soc.
in l.creditor.la 2.ff.ſi certum petatur.

CONCLVSIO CCCCLXXIX.

ARGVMENTVM.

Debitor an tanquam idoneus præſumatur comprobatus fuiſſe à creditore.

SVMMARIVM.

1 Debitor tanquam idoneus præſumitur comprobatus à creditore. Contrarium nu.4.

2 Creditori incumbit onus probandi ſe iuſto errore ductum putaſſe debitorem fuiſſe idoneum,cum non eſſet.

3 Ignorantia creditoris de idoneitate debitoris poteſt probari per iuramentum.

5 Aſſerens aliquem præſciuiſſe,debet hoc probare.

6 Iuro creditorū eſt adhibeda fides in materia ſequeſtrationis rerū cauſam ſuſpicionis ſuperueniſſe poſt contractū.

1 Debitorem tanquā idoneū † præſumi
cōprobatum fuiſſe à credi-
tore, tradidit Vlpia. in l.3. ff.de fideiuſſ.vnde incūbit
onus probandi creditori,ſe iuſto errore ductū putaſſe
2 eū eſſe idoneū, † cū nō eſſet,ita Alex.docuit in l.ſi ab
arbitro.nu.4.verſ.in dubio tñ.ff.qui ſatiſd. cog. & ſen-
ſit Pau.Caſt.in l.etiam.§.1.in fi.ff.ſolut.matr.

Et huiuſmodi ignorantia, ſiue error poteſt probari
3 † per iuramentum, vt probatur ex his, quæ retulit,ad
hoc Franc.Marcus,q.522.lib.1.

Contraria tñ concluſioni noſtræ ſententia vř poſſe
4 colligi ex reſcripto † Imperator.Leon.& Anthem.in
l.fi.verſ.ſi quid probatum fuerit,vbi Bal. num.1.C.de
ſponſal.vbi ſentit Bal. aſſerentem aliquem præſciuiſ-
5 ſe, † debere hoc probare, & idem expreſsè profitetur
Fulg.in l.ſi legib.nu.1.primo not.C.de epiſ.audient.

Quòd ſi lector prior tibi placuerit cōcluſio, illā in-
telligere poteris, vt in materia ſeqſtrationis rerū cau-
6 ſam ſuſpicionis ſuperueniſſe poſt contractū † ſit adhi
benda fides iurō creditorū,ita decidit Pau. de Caſt.in
conſ.38. aliàs 473. incip. pro pleniori examine,nu.8.
& per totū.vol.1. idem docuit Barr.in l.ſolent.nu.16.
C.de alim.& cibar.leg. Bal.in l.1.nu.2. vbi etiam Sal.
C.de reb.cred.quos refert ſequendo Franc.Cur.de ſe-
queſtr.nu.46.q.9.licet Bar.& Bal. hic allegati non lo-
quantur in his terminis, ſed in ſtatuto ſuper dāno da-
to.Et ad hæc,quæ diximus in hac concluſione conſu-
las ea,quæ tradidimus in concluſione, fuga debitoris.

CONCLVSIO CCCCLXXX.

ARGVMENTVM.

Debitum an poſſit probari per teſtes.

SVMMARIVM.

1 Debitum poteſt probari per teſtes, etiā ſi lege municipali ſit cautum,ne poſſit probari,niſi per inſtrumentum.

2 Debito probato per teſtes poſſum petere à iudice, vt cōpellat debitorem meum ad faciendum mihi inſtrumentum.

3 Cautela creditoris ad hoc,vt debitor ſponte cōfiteať debitū.

4 Inſtrumenti de debito amiſſi ſubſtātia probari pōt per teſtes, & tenor ipſius inſtrumenti, quo probato,probať debitū.

5 Teſtes etiam ſingulares deponentes de diuerſis confeſſionib, factis diuerſo loco, & tempore probant debitum.

6 Debitum non probatur per teſtes ſingulares deponentes de diuerſis confeſſionibus.

7 Debitum per teſtes ſingulares probať, quando ſingularitas eorum eſt adminiculatiua, & tendit ad eundem finem.

8 Debitum non probant teſtes ſingulares, quando ſingularitas eſt obſtatiua, & ipſi non conferunt in vnum rei finē.

9 Pactum inter partes initum,vt debitum non probetur,niſi per inſtrumentum,non valet.

10 Pactum inter partes, vt niſi per inſtrumentum probetur debitum,non nocet,quinetiam per teſtes probari poſſit.

11 Teſtes ſi ex officio iudicis examinentur, probant debitū nō obſtante pacto inter partes inito, vt probari non poſſit, niſi per inſtrumentum.

1 Debitum pōt probari per teſtes,etiamſi le
ge municipali eſſet cautum † ne
poſſet pbari,niſi per inſtrm,ita me docuere iuris Pō-
tificij profeſſores eximij Abb.in c.2.nu.10.verſ.venio
nunc ad tertiū,& ibi Fel.nu.16.& ſeq.de proba. atque
pōt id cōprobari per ea,quæ adduxit Hippol.de Marſ.
in rub.C.de probat.nu.43.& 45.cum ſeq.

Primò ampliabis, vt probato debito per teſtes poſ-
2 ſim petere à iudice, † vt cōpellat illū debitorē meum
ad faciendū mihi inſtrm,vt auctor eſt Matth.de Affl.
in conſtit. Neapol.libr.1.de ferijs, & ſolennitat.rubr.
73.nu.88.per l.in creditore.ff.de euict.& l.2.§.item.ff.
de aq.pluu.arcen.& alijs ibidem adductis.

Ad hæc ſecundò amplies velim,prout in ea cautio
ne,q̃ tradit Hipp.de Marſ.in d.rub.C.de proba.nu.mi-
hi 350.verſ. & circa primū cum ſeq. videlicet qñ reus
nō habet teſtes,vel inſtra ad hoc,vt probare poſſit de-
bitum,propterea ꝙ mutuo dedit pecuniam amico ſe
motis arbitris, quoniā ei fidebat. Vnde nec ſibi cauit
ab illo,nec aliqua ſcriptura id poteſt probari,hic verò
debitor æs alienum coram teſtibus conſiteri tenuit.
3 Quocirca,vt ſuccurrať creditori † poterit ipſe debi
torē in ſuum cubiculum ducere, ibique alicubi teſtes
hr̄e abditos,ne poſſint videri,tū à lōge repetito princi
pio, tandē quaſi aliud agens ad ſuū deſcēdat creditū,
rogetq;

rogetq; debitorem qñ demum illo ære alieno, quod
ſecum contraxit, ſe velit exoluere, & qñ perſoluere
ſibi velit illa centum, quæ ei diebus præteritis huma-
niter mutuo dedit tunc debitor nullũ præter credito-
rem adeſſe putans facilè debitũ ſponte poterit fateri,
ratus iſtiuſmodi confeſſionẽ ſibi non nociturã. Itaq;
audita debitoris confeſſione, teſtium poterit haberi,
quæſtio, & iidẽ deponere potuerunt, ſe audiuiſſe iſtiuſ
modi debitorẽ confitentem debitum ſatis ſe eſſe fa-
cturum, licet eum non viderint, niſi fortè per boſtij ri-
mulam, ſed eius vocẽ habere notã. Hoc igitur pacto
creditoris intentio optimè erit probata ratumq; erit,
& firmũ iſtiuſmodi teſtimoniũ, vt de hoc teſtis eſt lo
cupletiſſimus Accurſ. in l.2.§. idẽ Labeo. in verb.au-
dierunt.ff.de aq.plu.arc.cuius doctrinã, vt eximiam
plurimum commendant, & ſequunẽ ibid. Bar. & cæte
ri omnes ſcribentes cũ multis relatis ab Hipp. Marſi.
vbi ſupra.d.nu.350.ad quod conſulas ea, quæ ante di
ximus in concluſione, creditum.

Inſuper tertio loco ampliare poteris, ẽt ſi de debito
factum fuiſſet inſtrumentum, ſed poſteà amiſſum eſ-
4 ſet, nam iſto caſu † per teſtes probari poteſt ſubſtantia,
& tenor ipſius inſtrumenti, quo probato vnà cũ caſu
amiſſionis inſtrumenti probatur debitum, ac ſi de eo
oſtendiſſet inſtrumentum, ita proditum eſt à Bal. in c.
1.§. ſi enim dño.nu.1.ver.no. ꝙ licet.nt.quid ſi inueſt.
& facit, quod per eundem traditũ fuit in c. 1.§. ſacra-
mentum.nu.15. verſ. ſed nunc ego quæro.tit. de con-
ſuet.rec.feud. & hoc idem monuit Bart. in l. ſicut ini-
quum. poſt nu.1.C.de fide inſtru., & in l.1.num.27.ff. ſi
cert.pet.atq; latè proſequitur Hipp.de Marſ.in d.rubr.
C.de probatio.nu.355.verſ.circa ſecundum caſum.cũ
ſeq.cauit Henric.Bouer.in ſing.in ver.inſtrumentum,
nu. 13. vbi tria requiri, vt probetur debitũ ex vi inſtru-
menti deperditi, nos admonet.

5 Quartò, amplia veram eſſe concluſionẽ, † etiamſi
huiuſmodi teſtes ſint ſingulares deponẽtes, velut de
diuerſis cõfeſſionibus factis diuerſo loco, & tempore,
ita cum multis alleg. voluit Craue.in ſuo tract. de an-
tiq.temp.in 4 parte, verbo, ſed enim, quia in hac mate
ria & c.nu.9.verſ.ſed in contrarium, & nu.15.verſ.iſtis
ita præmiſſis, quibus in locis quam plura huc ſpectan
tia congerit, ad quæ te reijcio, & ibi habes etiam ſcri-
bentes idem ſentientes.

Contrariam ſñiam eſt ſequutus Pau.de Caſt.in cõſ.
155.in cauſa quæ vertitur coram Dño Vicario.in fin.
lib.2. & in conſ.269.viſo proceſſu.in fi.poſt nu.2.verſ.
6 præterea in caſu noſtro, eo.lib. vbi apertè tradit † debi
tũ non probari per teſtes ſingulares deponentes de di
uerſis confeſſionibus, & idem tradit Alex. in conſ.68.
viſo proceſſu inter Antoniũ.nu.7. & 8.lib.3. & conſi.
57.lib. 6. ꝙ eſt duplicatũ ibi, cui opinioni facit, ꝙ ob-
ſeruauit Rom. ſing.205.incip. Prohibi.nu.2. & tradit
etiam Aſſl. deciſ.364.fuit deciſum.nu.3. & ſeq.

Reconciliare poteris, vt prior ſententia procedat,
7 qñ ſingularitas teſtium eſt adminiculatiua, † & tendit
ad eundem finem, quia tunc benè probant, vt conſul-
tus reſpondit Alex. in conſ.21. Reper nu.4. verſ.iſtud
etiam.lib.4 authorem laudat Bal.in rub.de contro.in
ueſt.nu.2.verſ.eſt benè verũ, & latè proſequitur Crau.
d.tract.de antiq.temp.d.verbo, ſed enim.nu.10. & plu
rib.ſequent.

Poſterior verò ſñia locũ habet in ſingularitate ob-
8 ſtatiua, † & quando teſtes non conferunt in vnum rei
finem, vt pulchrè declarat Bal. in d.rub. C.de cont.in-
ueſt.poſt num.2. & conſulendo diſtinguit Cœpoll.in
conſ.3.num.9.in ciuil. Alex.etiam monuit d.conſ.21.
nu. 5. lib. 4. & quam plures idem ſentientes congeſſit
Crau.loco proximè citato.

Quintò ampliabis, etiamſi partes inter ſe eſſent cõ-
9 uentæ, ne debitũ probeẽ, niſi per inſtrũ, † tale nempè
pactum non valet, ſi credimus ita docenti Floria. in l.
Aquilia.ff.ad legem Aquiliam, quod & placuit Butr.
in c. ſi diligenti. de foro compet. quibus accedit ſñia
gl.in auth.vt ſin.phi.na.cred. & deb.§.ſi.in ver.Sena.
Conſulto, circa med.colla.7.Spec. idem quoq; proba
uit tit.de prob.§.videndũ.ver.ſed pone, el 1.nu.4. & in
verſ.ſed quid ſi debitor.nu.6. nec ab hac opinione di-
ſceſſit Pau.Caſtr.in l.pactum inter hæredes.nu.5.ff.de
pact.quib.doctr.Bal.rñdet in auth. iubemus. poſt nu.
10 7.verſ. & ideo illa.C.de iudicijs, † ꝙ procedit, etiamſi
tale pactum eſſet iuratum, nã non nocet, ne poſſit ẽt
per teſtes probari, vt in hanc ſententiã videtur reſpon
diſſe Paulus in l.1. ff.de fide inſtru.

11 Verumtamen id eſſe verum intelligas, † ſi teſtes ex
officio iudicis examinentur, ſecundùm Specu.in d.§.
verſ.ſed quid ſi debitor.d.nu.6 in ſi.tit. de probat.

CONCLVSIO CCCCLXXXI.

ARGVMENTVM.

Debitum an probetur per taciturnitatem de
bitoris, & quo pacto.

SVMMARIVM.

1 *Cautela creditoris, qua poteſt ex taciturnitate debitoris ha
bere debiti probationem.*
2 *Debiti probatio firmiſſima ex qua taciturnitate debitoris
emergat.*
3 *Epiſtola repræſentat perſonam illam mittentis.*
4 *Iudici iniuriam infert prohibens eius literas præſentari.*
5 *Debitor non dicitur confiteri contenta in literis creditoris,
ob earum retentionem, ſi in ipſis contineatur calculus ra
tionis dati, & recepti. Contrarium ibi.*
6 *Verbum, continuo, intelligitur iudicis arbitrio, vt debitori
recipienti literas creditoris non denegetur tempus legen-
di, cogitandi, & petitiones conſulendi.*
7 *Literæ non potuerunt ratæ haberi ab acceptante quando
ſcribens eſſet mortuus, antequam ſint receptæ.*
8 *Literæ, in quibus confiteor me tibi debere centum, plus, mi-
nuſve, ſi antequam tibi reddantur, ego moriar, non noce
bunt, nec præiudicabunt hæredibus meis.*

Superiori concluſioni aliam non longè
diſſimilem ſubijcimus. Etenim
eadem hypotheſi firma manente, pecuniam fuiſſe
mutuò datã ſemotis teſtibus, nec aliunde poſſe haberi
mutui probationẽ, alia via creditori meritò ſubueniẽ
dũ eſt, ne iure ſuo poſſit vlla ratione defraudari.
Creditor enim debitori corã duobus, vel tribus teſti-
bus, qui legant ea; quæ in litteris continentur, litteras
1 exarare poterit, † in quibus eundem debitorem certio
rem faciat, rogetq;, vt ſibi illa centum, quę ipſi ab illo
debenẽ reſtituat. Quæ literæ debitori ab vno ex illis te
ſtibus reddanẽ, qui viderit, & perlegerit ea, quæ in illis
ſcripta fuere: nam ſi poſtquã ipſe debitor legerit lite-
ras illas, ſtatim non interpoſuerit teſtationẽ cõtrariæ
voluntatis, hoc eſt, ſe mirũ in modum mirari de iſtiuſ
modi literarũ genere, & nihil omninò pecuniarũ de-
2 bere, verùm tacuerit, tunc profectò † per iſtiuſmodi
taciturnitatẽ firmiſſima emergit debiti ꝓbatio, adeo
vt ex hoc ad ſoluendum, & ad ſatis creditori facien-
dũ cõpelli poſſit, ſic doctiſſimè more ſuo docuit Bar.
in l. filiusfamilias.la 2.per illũ tex.ff.ad Macedo. & in
l.quo enim.in §.1. poſt nu.1.verſ. quãdoq; ſuperuenit
ſcientia.ff.rẽ rat.hab. & in l.Titius.nu.2.in fi. ff.de cõ-
ſti.pec.vbi Bal.ver.ſed quæro, an eo ipſo, cui fauet, ꝙ
notat idem Bal. in l. ſi procurator abſentis. in prin. de
proc. vbi ex illo tex. colligit, quẽ approbare videẽ eo
ipſo, ꝙ litteras recipit, nam ſi litera ipſa diſplicebat
3 contradicere debuerat, † & nu.4.ſcripſit Epiſtolam re-

præſentare perſonam illam mittentis,& literas atque præſentiam cenſeri ad paria,& hoc idem ſentit Fely. in c.mandata.poſt nu.1.verſ.& pro prædictis. de præ-
4 ſump. dicens iniuriam iudici inferre † prohibens eius literas præſentari,quia fit iniuria in literis clauſo, nõ literis,per l.oſſa.§.fi.ff.de religioſ. Alex. reſpõdit etiã in cõſ.147.incip.ponderatis his, de quib.in 4.col.poſt nu.16.verſ. quia iſte teſtis deponit.vol.2.& Hipp.de Marſ.ſing.344.in princ.incip.taciturnitas.vbi multos teſtatur.& Gozad.in conſ.23.nu.6.verſ.3.alterum.& poſt nu.9.verſ.5.& vltimo,conſuluit etiam Barba.ad idem in conſ.6.ſcriptum eſt.col.5.nu.27.& relatu eximium cenſuit Mattheſ.in ſuo ſing.22.incip.not. mirabilem,& ibi Gabrie.Saray.in addit.multos allegat, & Rip.in l.admonendi.nu.138.verſ.communiter tamen tenetur.de iureiur.de * communi opinione atteſtatur, quem etiã refert vnà cũ multis alijs Menoch. de arbitr.iud.lib.2.cent.1.caſu 21.& latiſſimè per Burſat.in conſ.39.vbi etiam atteſtatur de *communi.nu. 15.& in d.l.admonendi.Coraſ.num.72.& ſeq. verſic. operatur namque, de iureiuran.

Primo loco limitandum erit hoc non procedere, quando in huiuſmodi literis cõtineretur calculus ra-
5 tionis dati,& recepti, † vt fieri ſolet, & vltimo loco poneretur in literis, vt reſtitueret ea, quæ ex ſumma deducta reliqua ſunt:licèt enim quis retineret literas non per hoc diceretur confiteri cõtenta in literis eſſe vera præſente retentione,ſed potius literas retinuiſſe, vt videret,an optimè fuiſſet ratio ſubducta,ita tradidit Cæpol.in caute.9.pone quod filius.verſ hoc tamẽ limita verùm,permotus reſponſo Calliſtrati in l.cum ſeruus.ff.de condit.& demonſt.& Pauli in d.l.ſi filiuſfamil.la 2.ff.ad Macedonia.

Contraria ſententia videtur colligi ex Sceuolæ reſponſo in l.emptor.§.Lucius Titius. ff. de pact. & ibi Bald.verſ.item no. pro literis mercatorum.

Secundò prætereà limitabis concluſionem veram eo vſq; non eſſe, vt etiam proteſtatio non poſſit fieri ex interuallo,nam licèt Paul.in d.l.ſi filiuſfami.ff.ad
6 Macedon.dicat cuntinuò, † tamen illud verbum intelligitur iudicis arbitrio, vt ſcilicet tempus recipienti non denegetur legendi cogitandi,& petitiones cõſulendi,vt eleganter ſcripſit Alc.in l. deteſtatio. col. 10.verſ.quod autem ſola ſcientia obligetur.ff.de verbo ſi.& Anch Reg.c.q.48.nu.5. quos refert ſequẽdo Menoch.de arbit.iud.lib.2.cent.1.caſu 21.in fi.

Tertiò velim limites concluſionem, quando ſcri-
7 bens eſſet mortuus,autem qualiteræ ſint receptę, † qa tunc non potuerunt ratæ haberi ab acceptante, vt ſapientiſſimè decidit Ant.de Butr.in c.fi.de confeſ.cui adhæſit conſulendo Ruin.conſ.131.num.6. vol.1. id etiam probauit Alex. in conſ.24. nu. 9. vol. 5. & latè proſequitur hoc Anch.Regien.in d.q.48. & huc ſpectant ea,quæ idem Alex. reſpondit in conſ. 110. viſis acutiſſimis.nu.3.verſ. non obſtat, ſi dicatur. vol. 1. & conſ.135.ponderatis his.num.6.verſ. eo magis.vol.2. quod debet ſequi ratihabitio tempore habili.

Ampliabis iſtam tertiam limitationem etiam veram eſſe, quãdo ſcribo tibi literas,in quibus cõfiteor me tibi debere centum,plus,minuſvè.& antequã iſtæ
8 literæ tibi reddantur,ego moriar,†hoc caſu iſtiuſmodi literæ non nocebunt, nec præiudicabunt hæredib. meis, ita ſingulariter dicit Innoc. in c. cum dilectus. de ſucceſs.ab inteſtat.quod effatum ſingulare,& eximium putant Anto.in c.fi.in 5.col.ext. de cõfeſ. Barbat.in d.c.cum dilectus,& in c.poſt ceſſionem.de probatio.& Marſ. qui multos refert in rubr.nu. 265. verſ. & primo dico cum ſeq.C.de prob.& in ſing. ſuo 373. vt noſti à Doct.& in l.fin. num.46.verſ. & tene menti notabile verbum,de quæſt.& Corſet. in ſuo ſingul. incipient.ſi ſcribo.in verbo confeſſio.il quinto,& cõſulas infra concluſionem litera.

CONCLVSIO CCCCLXXXII.

ARGVMENTVM.

Debitum an probetur per confeſſionem extraiudicialem factã etiam abſente parte.

SVMMARIVM.

1 *Debitum probatur per confeſſionem extraiudicialem, licèt ex ea non inducatur obligatio.*
2 *Debiti confeſſio poteſt probari per teſtes,etiam ſtante ſtatuto,debitum probari poſſit,niſi per inſtrumentum.*
3 *Debitum probatur per confeſſionem extraiudicialem etiã factam abſente parte.*
4 *Confeſſio ſine cauſa etiam per verba enunciatiua, vel non probat liberationem.*
5 *Confeſſio debiti non probat debitum, quando emergit in præiudicium tertij.*

Debitum probari per cõfeſſionem extraiu-
1 dicialem,†licèt ex huiuſmodi cõfeſſione nõ inducatur obligatio,decidẽdo ſenſit Guid.Pap.in deci. 272. nu.2.vbi teſtatur gl.& Doct.in l. Publia Meuia.§.fin. ff. depoſi. quod etiam aſſeruit Accurſ. in l.1.ff.de interrog.act.verſ.nec obſtat.& in l.ſcimus.C.de agri. & cenſ.lib.11.ver.quia in illo.conſuluit etiam Caſtren. conſ.109.viſa petitione.nu.5.verſ. nam confeſſio extraiudicialis.vol.2.& conſ.143.nu.9. verſ. quia cõfeſſio facta.d.2.vol.incip.viſo proceſſu. Afflict. in tract. de iure prothomiſ.§.4.viſis iis.nu.5.verſ.4.no.& nu.6.
2 & 7.& huiuſmodi debiti confeſſio†poteſt probari per teſtes etiam ſtante ſtatuto,ne debitum probari poſſit, niſi per inſtrumentum,vt Fel.& Abb.voluere in c. 2. ille nu.16.hic nu.10.verſ. venio. nunc ad tertium.de prob.& Hipp.de Marſ.in rub.C.de prob.nu.52.verſic. primò enim limitatur dictum ſtatutum,cum ibi allegatis,& ſenſit Crau. in tract. de antiq. temp.in verbo quæritur etiam.nu.82.in 1.parte, verſ. teſtium tamen recognitio eſt.

Amplia concluſionem, etiamſi confeſſio extraiu-
3 dicialis†ſit facta parte abſente,ita Bal.voluit in l. generaliter,nu.15.& ſeq. C.de non.nu.pec.& in l. rationes.poſt num.2.verſ.diſtinguit.C.de prob.& in conſ. 392.incip.in 1.in 3.vol.& in conſ.10.in q. vol.5.nu.3. hanc eandẽ ſententiam adiuuant,& confirmant quę fuere obſeruata à Card.in c. ſignificauit. de teſtibus,
4 vt dixit,confeſſionẽ ſine cauſa† etiam per verba enũciatiua, vel mera probare liberationem, auctoritate Accurſ.in l.tale pactum.in princ. de pact. & ſequitur Fely.in d.c.ſignificauit.col.2.verſ.nota tertiò. & hoc fauore liberationis,& de hac concluſione vide ſuprà concluſionem,confeſſio facta ſine cauſa.limit. 5.vbi concordantia,& contraria cum extenſionibus habẽtur,& infra concluſione,liberatio, & ſolutio.

Concluſionem limitabis, vt non vera ſit, quando huiuſmodi confeſſio emergit in præiudicium tertii,
5 †nam tunc confeſſio debiti non probat debitum vt ꝑ multa exempla, & allegata colligere eſt à Marth. de Affli.de iure ꝓtho.§.4.n. 11. cũ ſeq.& videas Burſ. in conſ.32.nu.1.per totum.Pariſ.conſ.137.quæſtio, quæ proponitur.nu.4.verſ.ſi ergo marito. cum ſeq. vol. 4. Bello. cõſ.47.in eã eorum de Munchinis.nu.4. verſi. ſecus reſpectu creditorum.Gabr. in communibus cõcluſionibus.concluſ.4.poſt nu.2. verſ. contrarium. & ſeq.lib.3.de iur.dot.de qua confeſſione vide latius in concluſione, confeſſio.

CON-

CONCLVSIO CCCCLXXXIII.

ARGVMENTVM.

Debitum an præſumatur præceſſiſſe ex ſolutione decem annorum.

SVMMARIVM.

1 *Debitum ex ſolutione decem annorum præceſſiſſe præſumitur.*
2 *Debitũm non probatur, quando ſit vna ſolutio per decem annos.*

1 Debitũ præſumitur præceſſiſſe† ex ſolutione decem annorum, vt à præſtãtiſſimo Papiniano traditum eſt in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. & colligere eſt ex reſcripto Imperatorũ Diocletiani, & Maximiani in l. ſi certis annis. C. de pact. & ibi Doct. & præcipuè Bal. n. 7. & idem Bal. reſpondit in conſil. 238. nu. 4. vol. 1. qui tamen loquitur in terminis longiſſimæ præſtationis.

Hoc limitare ita poteris non procedere, quãdo fie-
2 ret vna ſolutio per decem annos, † quia ex ea nõ probatur debitum, vt Bar. docuit in l. eum qui aliàs incipit, Iabolenus poſt nu. 3. verſ. ratio eſt, quia. ff. de ann. leg. vbi expreſsè limitat. d. l. cum de in rem verſo, & l. ſi certis annis, & idem etiam dicunt Petrus, Cynus, & Baldus, in l. 2. num. 2. C. de dotis promiſſ. quos refert, & ſequitur Hieronym. Gigas in tract. penſion. q. 81. num. 5.

CONCLVSIO CCCCLXXXIV.

ARGVMENTVM.

Decimæ, an probentur per teſtes ſingulares, & quomodo: & laicus decimas percipiens, quid probare debeat, vt illas poſſit retinere.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ probantur per teſtes ſingulares, & quomodo. Contrarium num. 3.*
2 *In decimis tempus, & locus non eſt de ſubſtantia actus.*
4 *Rectores eccleſiarum illius prouinciæ, in qua petuntur decimæ, admittuntur ad probandum conſuetudinem alicuius loci non ſoluendi decimas.*
5 *Decimam ſolutam fuiſſe eccleſiæ quando probatum eſt, probari etiam debet ſolutam eſſe pro cauſa ab eccleſia allegata.*
6 *Decimas percipiens laicus, vt illas poſſit retinere, & contra eccleſiam ſe tueri, quid probare debeat.*
7 *Decimas percipiens laicus aſtrictus eſt ad probandum eas recepiſſe ante Concilium Lateranenſe.*
8 *Decimas ſi laicus probet tantummodo ſe poſſediſſe ex tẽpore, cuius initij memoria non extat in contrarium, & alleget conceſſionem ſibi factam ante Conciliũ Lateranenſe, ſtandum eſt eius aſſertioni.*
9 *Actori, qui probauit diuturnam poſſeſſionem decimas percipiendi, non incumbit onus probandi ſuos maiores de huiuſmodi decima, vel reditu, ante Concilium Lateranenſe fuiſſe inueſtitos.*
10 *Laicus ſi probare poterit poſſeſſionem decimas percipiendi tanti temporis, cuius memoria in contrarium nõ extat, obtinebit, ac ſi appareret conceſſionem factam fuiſſe ante Concilium.*

Decimæ probantur per teſtes ſingula-
1 res, videlicet ſi vnus dicat† vidiſſe eccleſiam recipere vno anno decimam de fabis illius campi, alij dicant, de ordeo illius campi alio anno, alij de frumẽto alio anno, nihilominus enim rectè probãt, vt aſſeruit Spe. in tit. de inquiſitione. §. 1. verſ. & prodeſt. nu. 18. & in tit. de teſte. §. iam de interrog. verſ. hinc eſt, quòd ſi qs vult probare iuriſdictionẽ, nu. 13. cui rñdet, quod cõſuluit Gemin. in conſ. 117. nu. 3. ver. ſicut dicimus. cu-
2 ius rei illa eſt ratio, quia in decimis tempus † & locus non eſt de ſubſtantia actus, & ideo non refert, ſi vnus deponat de vno tempore, & alius de alio, iuxta ſentẽtiam Specu. vbi ſuprà, cuius ſententiam plurimi ſunt ſequuti, vt Guid. Pap. deciſ. 544. & Aret. in l. ex facto. §. item quæro. in 2. notab. ff. de vulga. & pupilla. Io. And. in c. qualiter, & quando. col. 3. de accuſat. Corn. conſ. 34. col. pen. vol. 2. nu. 11. & in conſ. 134. col. 1. & ſeq. vol. 1. & in conſ. 247. col. 8. & ſeq. vol. 2. Cæpol. in conſil. 3. ciuil. colum. 4. poſt num. 9. verſ. ſecunda eſt ſingularitas teſtium ſubalterna. Venafr. in conſil. 1. Crauet. in conſ. 78. colu. 2. Grat. in conſ. 150. num. 18. colum. 2. vol. 2. Ruin. conſ. 67. col. 7. num. 15. vol. 5. & in conſ. 177. col. 1. vol. 5. & Nell. à Sanct. Gemi. in ſuo tract. de teſtib. nu. 82. verſ. teſtis inductus ad probandum mutuum.

3 In contrariam deſcendere† ſententiam Hoſtien. in ſum. de teſt. §. quæ diuerſitas. verſic. quid ſi agatur, de decim. vbi etiam refert ibidem hoc idem ſẽſiſſe Goffred. & voluit etiam gl. fi. in c. nihilominus. 3. quæſt. 9. quos recenſet Alex. in conſ. 100. poſt nu. 5. verſic. fortius videtur. volum. 1. & idem in conſil. 72. num. 4. volum. 1. & Iacob. Aegyd. in ſuo tract. de teſt. in prin. num. 32.

4 At è contra† ad probandum conſuetudinem alicuius loci non ſoluẽdi decimas admittuntur Rectores eccleſiarum illius prouinciæ, in qua petũtur decimæ, ita ſcripſit Abb. in c. inſuper. de teſtib. Alex. reſpondit in conſ. 78. in cauſa. & lite verten. nu. 2. vol. 1.

Verùm decimam ſolutam fuiſſe eccleſiæ non ſuf-
5 ficit ſolùm probare, † niſi etiã probetur ſolutam eſſe pro cauſa ab eccleſia allegata, vt ſi aſſeueratur, quòd pro canone debito eccleſiæ ratione directi dominij ſit ſoluta: id enim debet probari, ſi credimus Sal. in l. ſi certis annis. C. de pact. poſt Bartolum in l. cum de in rem verſo. nu. 3. ff. de vſuris. & Ant. de But. in reper. c. peruenit. de cenſib. quos refert ſequendo Alexan. in conſ. 14. nu. 9. vol. 2.

Eiuſmodi eſt illud, vt laicus decimas percipiẽs, ad id, vt illas poſſit retinere & contra eccleſiam illas vẽdicãtem poſſit ſe tueri, debeat probare illas poſſediſ-
6 ſe tanto tẽpore, † cuius initij memoria non ſit in contrarium. Item famam extare illas habuiſſe ante Concilium Lateranenſe, ita voluere Imo. Io. And. Henric. Boic. & alij ſcribẽtes in c. cum Apoſtolica, præſertim Abb. nu. 12. verſ. ſed pulcherrimum dubium. de his, de ſi. à Prælato per illum tex. ibique Abb. poſt nu. 12. verſic. & cum hac opinione, putat iſtam opinionem æquam, nam cæteroqui propter difficultatem probãdi, vt ipſe inquit, ſæpè laicus priuaretũ iure ſuo, quod etiam Rebuff. in ſuo tract. de decimis. q. 13. n. 69. Feli. idem probauit in c. cauſam. colu. 1. verſ. limita dupliciter. n. 3. de præſcr. hoc quoq; deciſum fuit in capella Tholoſ. quæſt. 440. item fuit quæſitum olim, atque reſpondit Alex. in conſ. 6. nu. 5. lib. 1. quos conſulẽdo ſequutus eſt Barbat. in conſ. 49. col. 3. verſ. cum ergo. vol. 3.

Cõtrariam ſequutus eſt ſententiam Hoſt. in d. c. cũ
7 Apoſtolica, vbi voluit† laicum aſtrictum eſſe ad probandum eas recepiſſe ante Conciliũ Lateranenſe, qđ probat quinque rationibus, quas refert Henric. Boic. in d. c. cum Apoſtolica, & ibid. Abb. d. num. 2. & Barbat. in conſ. 35. nu. 13. volum. 2. verſic. quid operatur peccato,

peccato, qui tamen huiuſmodi opinionem Hoſtiẽſis
improbant. Hanc eandem contrariam opinionẽ vna
cum Hoſtienſe tenuerunt Archi.& Io.Monac.in c.2.
de decim.lib.6.quos refert, reprobando tamẽ additio
ad d.q.440.Capell.Toloſ.nu.3.

Verùm, qui priori opinioni adhærere voluerit, quã
* pro * cõmuni adducit Abb. in d. c. cum Apoſtolica,
nu.11.verſ.vltimo hic quæritur, ampliare poterit, vt
8 etiã vera ſit, † quando laicus probaſſet tantummodo
ſe illas poſſediſſe ex tẽpore cuius memoria non extat
in contrarium,& allegaret conceſſionem ſibi factam
ante Concilium Lateranẽſe, quia tunc parendũ eſſet
eius aſſertioni, vt conſulẽdo tenuit Barb. in d. cõſ.35.
* verſ.ſecundo præſuppono. nu.9.lib.2.& de * cõmuni
atteſtatur ibid.num.17.verſ. quod ſi laicus probat, vbi
multa ſimilia adducit, & in col.5.nu.8.verſ. quòd illi
defertur iuramentum, ibidem illud colligit, ꝙ ex quo
9 actor probauit hmõi diuturnam poſſeſſionem, † ſibi
non incumbere onus probandi ſuos maiores de huiuſ
modi decima, vel redditu ante Conciliũ Lateranenſe
fuiſſe inueſtitos, ſed totum illud Barb. reſponſum ubi
in hac materia erit videndum, vbi plurima ad idem
tendentia in medium affert.

Hanc ẽt ampliationem vř comprobare Alc.in cõſ.
6.nu.5.verſ.ꝙ laici decimas vol.1.per doctrinam Ioã.
Andr.& Ant.de Butr.vbi inquit, ꝙ ſi laicus poterit ꝓ-
bare poſſeſſionem tanti tpis, cuius memoria in cõtra-
10 rium non extat, obtinebit, † ac ſi appareat, conceſſio-
* nem factam fuiſſe ante Conciliũ, & ibi de * communi
ſcribentium ſnĩa atteſtatur. In hanc eandem deſcẽ
dere ſnĩam Imo.& Butr. in d.c.cum Apoſtolica. Alb.
de Roſat.in ſuo dictionario, in verſ.16.circa fin. verſ.
quid neſcitur, quos ẽt refert ſequendo Balb. in ſuo tra
ctat.de præſcrip.in 1.par.prin.q.7.poſt nu.21.uerſ.ſic
* concludunt Butr.& Imo & confirmant ibi * communi
ſcribẽtium calculo hanc eſſe receptam opinionẽ.
Quòd ſi latius hæc cognoſcere uolueris conſulas hæc
fuſius proſequentem Rebuff. in d. q. 13. de decim.&
Balb.in d.q.7.1.par.5.par.prin.per totum.

CONCLVSIO CCCCLXXXV.

ARGVMENTVM.

Deciſiones Rotæ, an ſint neceſſariæ, & poſſint adduci ad deciſiones cauſarum

SVMMARIVM.

1 *Deciſiones Rotæ licet probabiles ſunt, tamen non ſunt neceſſariæ, nec ad deciſiones cauſarum adduci poſſunt. Contrarium, nu.10.*

2 *Sententia contra deciſiones Rotę valida eſt.*

3 *Deciſiones Rotæ ſunt dicta probabilia ſicut alia dicta Doctorum, & Rota non eſt ſequendus, vbi liquido conſtat de rationibus Doctoris alicuius.*

4 *Deciſiones nouæ, vel Egidij Bellameræ ſunt probabiles, & magiſtrales, ſed non conſtituunt ius, licet ſint magnæ auctoritatis.*

5 *Auditores recentiores, quando debeant ſequi deciſiones antiquorum.*

6 *Auctoritati cuiuſcunq; non credendum, niſi is ſit, qui poſſit condere leges, vel dictum ſuum ratione probetur.*

7 *Deciſiones Rotæ non ſunt iura, & ideò poſſunt reprobari.*

8 *Communis opinio maioris eſt auctoritatis, quam ſit Rota.*

9 *Iudex quare non cogatur iudicare ſecũdum deciſiones Rotæ, quibus fides adhibetur tanquam deciſionibus magiſtralibus.*

10 *Deciſiones in curia Romana, quare faciant ius ad inſtar ſtyli.*

11 *Intellectus Cardinal.in c.Paſtoralis. in vlt. quæſt. de fide inſtrument.*

12 *Deciſiones Rotæ extrà curiam faciunt fidem tanquam reſponſa prudentum.*

13 *Capella poteſt errare, ſed eccleſia nequaquam.*

14 *Deciſiones, ſi reperiantur inter ſe contrariæ, adeò vt diſtinctionis fœdere non poſſint conciliare parendum eſt vltimæ.*

Deciſiones Rotæ licet ſint probabiles, tamẽ
1 non eſſe neceſſarias † nec ad deciſiones cauſarũ poſ-
ſe adduci, traditum eſt à Felyn.in c.2.col.ult. poſt nu.
46.uerſ.ad idem de regularibus, de reſcrip. & ab eodẽ
Fely.ſcriptum eſt in c.Paſtoralis, col. fi.nu.10. uerſ.&
idem eſt de deciſionibus Rotæ, de fid. inſtrum. ubi il-
2 lud elicit, † ualidam eſſe ſnĩam contra deciſiones Ro
tæ, ꝙ etiam placuit Dominico in d.c. duob. col.5.nu.
9.de reſcrip. & ibi Franc. nu. 10. in 6.ubi inquit, deci-
ſiones huiuſmodi eſſe dicta probabilia, ſicut alia di-
cta Doctorũ, & ideò Rota nõ eſt ſequẽdus, ubi liqui-
3 do contra conſtat † de rationib. Doctoris alicuius, &
ſequitur Iaſ.in l.1.nu.30. ff.ſi cer.pet. & ibi Dec.col.6.
nu.25.uerſ.& ideò deciſiones, & Fely.in c. qualiter &
quando, il 2.poſt nu.3.remiſſiuè, de accuſa.hoc etiam
cõprobauit Baptiſta de Sancto Blaſio in repet.prooe-
mij decret.in 3.q.dicens, deciſiones nouas, uel Egidij
4 † Bellameræ eſſe probabiles, & magiſtrales, nõ tñ cõ-
ſtituere ius, licet ſint magnæ auctoritatis, locupletiſ-
ſimum teſtem laudat non minus dignitate, q̃ doctri-
na inſignem Cardinal.in c.Paſtoralis.q.fi.de fid.inſtr.
idem quoq; uoluit Gemin.in conſ.34.incip.ſuper præ
5 miſſo dubio.col.3.nu.7.uerſ.nec debent, dicens † non
debere auditores recentiores ſequi deciſiones anti-
quorum, niſi quando in eis adducuntur iura, uel ratio
urgens de iure, quia non eſt credẽdum auctoritati cu-
iuſcunq;, niſi ſit iſtiuſmodi, qui poſſit condere leges,
6 ut dictũ ſuum † ratione probetur, ut ſancitum eſt in c.
ego ſolis.9.diſt.Prætereà deciſio Dñorum non conſti-
tuit ius, niſi quo ad partes, inter quas iudicatur. Idem
Gemin. hoc cõſuluit in conſ. 113. caſus talis eſt dudũ
beneficio in col.fi.poſt num.2. in fi.verſ. & ſi dicatur,
quicquid Rota teneat, & in cap. neque, 9.diſtin. & ibi
Cardinal. Alex. qui fuit Auditor Rotæ. qui hunc in
modum loquitur, Deciſiones noſtræ non ſunt iura, &
7 † ideò poſſunt reprobari, idem vř etiam tenere Bella-
mer.in dec.42.in fin.ſi in cauſa profa. de lit.conteſta.
cuius hæc verba ſunt. Quòd concluſio Rotæ eſt ex in
aduertentia, & eam reprobat, dicẽs, quod fortè in ex-
tu conſiliorum Domini non intelligentes indelibe-
ratè reſponderunt, ſicut vidit quandoq; accidere, hoc
idem ſequuti ſunt Marian. Socy.in c.1.in antepe.col.
q.18.de lit.conteſt. & Barba.in c.1. col.15.de lit.con-
8 teſt. aſſerens † communem opinionem eſſe maioris
auctoritatis, quam ſit Rota, & refellit ſententiã Imo-
læ contrarium ſentientis, & refert Neuiza.in Syl.nup.
car.mihi 206.in reg. quando eſt ſequenda communis
opinio ampliat.4. Huic eidem opinioni ſuffragatur
dec.17.Caſſiodor.de præben.nu.7. vbi inquit, iudicẽ
9 † non cogi iudicare ſecundum deciſiones Rotæ, quia
non ſunt approbatæ à Summò Pontifice, ſed eis fides
adhibetur tãquam deciſionibus magiſtralibus, & gl.
in reg.cancellar.in prooem.fol. mihi 4. in prin.inquit
quandoq; Rotã rotare, & Barb.retulit in rub.de ſum.
Trinit.& fid.cath. in clem.in fi.

Nec grauiſſimorũ auctorum ſententia, atq; ratio-
10 nes † Pauinũ, qui fuit Rotæ Auditor, permouere non
potuerũt, quin illorum opinioni apertè refragaretur
in præludijs extrauag. Ioan. XXII. qui repræhẽdit Do
minic.in d.c.duobus, eo quod ille, & Petrus de Anch.
conſuluerũt contra Rot. vbi aſſeruit deciſiones in cu-
11 ria Romana facere ius † ad inſtar ſtyli, cũ ad Audito
res ſpectet interpretari verba, & mentẽ Pontificis Ma
ximi in reſcrip. & cũ cauſæ cognitione, & pleno exa-
mine, & ſũt in hac quaſi poſſeſſione, ſciẽte, & patiẽte,

immo

immò volente,& mandante Pontifice arg.eorũ,quę no.Io.And.poſt Hoſt.in c.1.de poſtulat.Prælat.dicẽs Petrum de Anch.& Dominic. qui contra Rot.cõſuluerunt, pace illorum iniquè egiſſe. Proſternit etiam opinionem Io.Mona.& Ioan.And.retenta opinione Arch. & multas ibidem refert deciſiones, ex quibus concludit ipſas ad inſtar ſtyli in curia Romana conſtituere ius. Et ad hoc probãdum adducit capitulum ſicut.de re ind.vbi Summus Pontifex adducit ſtylum
12 ſapientum,& ibi facit mentionem de dicto † Cardinal.in cap.Paſtoralis.in vlt.q.de fid.inſtr. dicens illud procedere, niſi ſæpius ſiñ ipſas deciſiones reperiatur iudicatũ,adeo ꝙ ſtylus introductus, vel conſuetudo. l.de interpretatione.l.nam & Imperator. ff. de legib.

Extra curiam autem inquit ibi Pauin.faciunt fidẽ
13 † tanquã reſpõſa prudentum. §.reſpon.pruden. Inſti. de iur.natur. & in hac opinione reſidet ipſe Pauinus.

Quibus magis placuerit prior opinio,poterunt illã ampliare,idem procedere quoad deciſiones Capellę Tholoſanæ,quæ ideo dicitur Capella,non autem ec-
14 cleſia,quia Capella poteſt errare,† eccleſia autẽ nequaquã,ſecundũ Io. Montaigne in tract. de Bigamia. q.5.col.12.nu.29.verſ. item notabis ad deciſionẽ Capellæ Archiepiſcopalis Tholoſanæ.

Vnde ex hac eadem ratione idem dicendum erit de deciſionib. Regni Neapolitani,& Curiæ Delphinatus, & Pedemont. & in alijs ſimilib. deciſionib. vt inquit Neuiz. in relata 4. ampliatione.

Quod ſi reperiantur deciſiones inter ſe contrariæ, adeò, vt diſtinctionis fœdere non poſſint conciliari parendum erit vltimæ deciſioni, vt cenſuit idem Pauin.vbi ſuprá, vt per ſimilitudinem obſeruauere ſcribentes in c.1.de conſtitutionibus.

CONCLVSIO CCCCLXXXVI.

ARGVMENTVM.

Declaratio voluntatis teſtatoris quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio voluntatis teſtatoris probatur per duos teſtes.*

2 *Legatum validum, & obſcurum quoad verba poteſt corã duobus teſtibus declarari.*

3 *Mulier ad probandam declarationem voluntatis teſtatoris recipitur, licèt alias in teſtamentis repellatur.*

4 *Declaratio voluntatis teſtatoris quando per vnicum teſtẽ probatur, ſatis eſt, vt declaretur per ipſum, cui hoc teſtator commiſerit.*

5 *Teſtis probat declarationem voluntatis teſtatoris, quando iureiurando affirmat eam fuiſſe voluntatem ipſius.*

6 *Declaratio voluntatis teſtatoris debet etiam confirmari ex coniecturis probabilibus, nec ſatis eſt ſola aſſertio ipſius teſtis.*

7 *Electus à teſtatore ad declarandum eius voluntatem ſi iuramento affirmauit talem fuiſſe mentem ipſius, illi credendum erit abſque alijs coniecturis.*

8 *Electus a teſtatore pro declaratione ſua voluntatis, poteſt declarare abſque eo, quod citetur pars, quæ ex hac declaratione lædi poſſet dummodo nihil de proprio ſenſu iudicet, & explicet ſolùm teſtatoris voluntatem.*

9 *Contra dictum declarantis voluntatem teſtatoris, nihil opponi poteſt, neque etiam contra ipſius perſonam, ſi fuit electus ab ipſo teſtatore.*

10 *Electus ad declarandam voluntatem teſtatoris, ſi aliquid ſecũdùm proprium ſenſum iudicauerit, pars debet citari quæ ex hac declaratione lædi poteſt, & eius præſentia neceſſario requiritur.*

11 *Relictum, ſi inutile omninò eſt, & per declarationem vtile redatur, tunc eadem ſolemnitas adhibenda eſt in declarando, quæ conſueuit in dando requiri.*

1 Declarationem volũtatis teſtatoris porbari † p duos teſtes inſigniter tradit gl.in l. hæredes. palã. §. ſi quid poſt factum teſtamentum.per l.vbi numerus.ff de teſtam.huic ſententiæ conſulendo aſſenſit Oldr.in cõſ. 297. nu. 7. aſſerens voluntatem circa declarationem teſtamenti per duos teſtes probari poſſe, idẽ reſpõdit Signor.in conſ.188.nu.19. hoc etiam placuit Bart. in d.l. hæredes palam. §. ſi quid poſt factum. num. 4. & illum ſequutus eſt Caſtren. ibidem. num. 13. ſcripſit Bald.in l.quamuis.num.1.& Salyc.ibidem num.4.de impub. & alijs ſubſti. quamplures etiam conſulti reſponderunt, vt Bald.in conſ.440.volum.2.Alexandr.
2 in conſ.54.num.3.vol.3.dicens † legatum validum,& obſcurum quoad verba poſſe coram duobus teſtibus declarari, per gl.ſingularem in d.§.ſi quid poſt factũ, quæ pro* communi ſententia dictorum eſt recepta, vt ibi ipſe eſt teſtatus.Corn.etiam in conſ.174.num. 13. vol.2.Paul.in conſ.34.nu.46.vol.2.& in conſ. 15. nu. 14.vol.13.in quo loco* communem eſſe opinionem itidem affirmat, idem reſpondit Curt.iun.in conſ. 56. nu.10.ſcriptum reliquit Soc.ſen.in l.1.nu.38.ver.3.ff. de vulgari,& pupil. ſubſtit.

Primo loco ampliabis, vt concluſio procedere poſ-
3 ſit etiam ſi probaretur ex teſtimonio mulieris, † quę ad probandum declarationem voluntatis recipitur, licet alias in teſtamentis repellatur, vt cautum eſt in l.qui teſtamento.§.mulier.de teſtam.& ita in hac hypotheſi reſpondit Oldr.in conſ.297.nu. 8. quem citat Franciſ.Mantic.in ſuo eleganti tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 3.tit. 1.nu.13.

Secundò ampliare poteris, vt etiam concluſio locum ſibi vendicare poſſit, ſi per vnicum teſtem probetur declaratio hæc, quia tunc ſatis erit per ipſum, vt
4 declaretur † cui hoc teſtator commiſerit iuxta caſum l.Theopompus,& ibi tradita à Bart. de do. præleg. ꝙ & tradit Soc.ſen.in l.ſi ita ſcripſerio.nu.3.de condi. & demonſt.& reſpondit Gozad.conſ.3. num. 27. quod procedit tàm ratione quantitatum, vt loquitur d.l. Theopompus, quam gratia perſonę cui teſtator legare voluerit, vt in l.quem hæred.ff.de cond.& dem. vt docuit Mantic.d.tit.1.lib.3.nu.15.

Intellige hanc ampliationem, vt demum vera ſit,
5 † quando is, cui teſtator commiſit declarationem ſuæ volũtatis, iureiurando affirmauerit eam fuiſſe volũtatem teſtatoris, ac etiam ſi ex verbis ipſius teſtamẽti cõſtabit teſtatorem ipſum commiſiſſe ei hãc declarationem, vt doctè declarat idẽ Fran. Mant.in iã citato loco de coniect.vlt.volũ.lib.3.tit.1.nu. 15. vbi etiã vnum addit, huiuſmodi declarationem volũtatis debere etiam confirmari ex coniecturis probabilibus
6 † nec ſatis eſſe ſolam aſſertionem ipſius teſtis, vt poſt Bar.in d.l.Theopompus.nu.4.& Imo.in l.illa inſtitutio.num.9.ff.de hæred.inſt.ac alios congeſtos per Didac.in c.cũ tibi.in fi.de teſtam. egregiè conſultus explicauit Paul.de Caſt.in conſ.177.nu.2.vol.2.

Quod pronunciatum tempera, vt tunc demũ verũ ſit, ſi ipſe electus à teſtatore ad declarandum eius vo-
7 luntatem perhibuerit teſtimonium iniurato, † ſecùs ſi iuramento affirmauerit talem fuiſſe mentem ipſius, nam eo in caſu ei erit credendum abſq; alijs cõiecturis, vt declarat Paul.de Caſt.in d.l.quem hæredi.nu.1. & eſt ſequutus Ruyn.in conſ.19.num.5.volum.2.cui aſſentit Mantic.d.nu.15. verſ. ſed illud tamen aduerte,& hoc ſine dubio procedit, ſi pſona electa à teſtatore honeſta ſit,& bonę famæ, vt cauit Bal.in l.captatorias.nu.8.C.de teſtam.militis.

Tertiò amplia concluſionẽ, vt vſq; eò vera ſit, vt iſte electus à teſtatore pro declaratione ſuæ volunta-
8 tis, poterit declarare abſq; eo, ꝙ citetur pars † quæ ex hac

hac declarotione lędi poſſet, dūmodo is declatās explicet ſolū voluntatē teſtatoris, & nihil de proprio ſenſu iudicet, ita tradit Rom. in l. captatoria. nu. 4. C. de teſt. milit. & cōſuluit Ruin. conſ. 19. nu. 4. & 9. vol. 2. & ſcripſit Iaſ. in l. ſi quis arbitratu. nu. 22. verſ. 4. de
9 verb. oblig. cuius rei illa fuit ratio † quia contra dictū
iſtius declarantis nihil opponi poteſt, neque etiā cōtra ipſius perſonam, cum fuerit electus ab ipſo teſtatore vt probāt auctoritates iam allatę, ſecus ideo erit, ſi iſte electus ad declarandum voluntatem teſtatoris ex ſe, & ſecundum proprium ſenſum aliquid iudicauerit, quia eo caſu præſentia, & citatio partis, quę ex
10 hac declaratione lędi poteſt † neceſſaria, requiritur,
vt proditum eſt in l. ſi quis arbitratu, & ibi Bar. ff. de verb. oblig. & in l. mulcta. de cōd. & demonſt. cū alijs allatis per Manticam loco iam ſæpius citato, nu. 16. ea ratione, quia pręſentia partis poteſt teſtem debentem declarare trahere in contrariam ſententiam. l. ſi in tres. de receptio. arbitr.

Limita, & intellige, vt concluſio vera ſit, quando relictum, quod venit declarandum ſit obſcurum, ſed tamen eſt vtile, & propter defectū probationis inuti-
11 le reddi poſſit: ſecus vero, † ſi tale relictū inutile omnino eſſet, & per declarationem confirmaretur, ac vtile redderetur, quia tunc eandem ſolemnitatem adhibendam eſſe in declarādo, quæ conſueuit in dando requiri, docuerunt poſt Dyn. Bartol. in d. l. heredes palam. §. ſi quid poſt factum, nu. 4. de teſtam. & ibi Paul. de Caſtr. num. 13. Bald. etiam ſenſit in l. 1. in. fi. C. de codicill. & conſuluit Pariſ. in conſ. 58. num. 33. vol. 3. Hos refert, & ſequitur Franciſ. Mantica de cōiectur. vltimar. volunt. lib. 12. tit. 16. num. 8.

Reliqua huc ſpectantia traduntur à nobis infrà in concluſione, Mutatio voluntatis, & in concluſione, Voluntas teſtatoris, quas velim videas.

CONCLVSIO CCCCLXXXVII.

ARGVMENTVM.

Decretum Iudicis interpoſitum fuiſſe quis probare debeat, & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Decretum iudicis interpoſitum fuiſſe ex certa cauſa negans, id probare debet.*
2 *Decretum iudicis præſumitur ex iuſta cauſa interpoſitū.*
3 *Pro decreto iudicis etiam præſumitur, quando in ipſo non eſt facta præcipua, & ſingularis mētio cauſarum, dummodo adſit clauſula, omni meliori modo.*
Contrarium, num. 5.
4 *Ad præſumendum pro decreto ſufficit. quod etiam ſimpliciter dictum ſit, cum cauſæ cognitione, licet non enumerentur ſingularia.*
Contrarium, num. 5.
6 *In decreto iudicis diligens cauſæ cognitio, circa quæ non requiratur.*
7 *Decretum iudicis, vt pręſumatur, requiritur, quòd ſit facta ſingularis mentio cauſarum, & ſolemnitatum.*
8 *Pro decreto iudicis pręſumitur ob eius auctoritatem, etiam ſi ſit homo nequam, & improbus.*
9 *Decretum non præſumitur interpoſitum ex iuſta cauſa, quando interpoſitum eſt ex abrupto.*
10 *Decretum iudicis requirit legitimam cauſæ cognitionem.*
11 *Cauſæ cognitio ex breuitate temporis præſumitur non interueniſſe.*
12 *Iudex quando in cauſa criminali dat curatorem minori inquiſitio, aduertere debet, ne eo momēto temporis, quod datus eſt curator, det auctoritatem minori in aliquo actu.*
13 *Pro decreto iudicis præſumitur, quando cauſæ cognitio eſt talis, quæ illico, & continuo adhiberi poteſt.*
14 *Pro iudicis decreto præſumitur, quando iudex ante decretum plenam habuit illius cauſę cognitionem.*
15 *Sententia arbitri poſt compromiſſum proximè pronūciata, valet, & pro ea præſumitur ex eo, quod ante compromiſſum cauſa erat longo tempore diligenter examinata.*
16 *Decretum non præſumitur eſſe interpoſitum iuſtis de cauſis à iudicibus minoribus. Contrar. nu. 17.*
18 *Decretum iudicis non præſumitur interpoſitum ex iuſta cauſa, quando in ipſo eſſet error manifeſtus per euidentiam facti.*
19 *Pro decreto iudicis non præſumitur, quando iudex eſſet idiota.*
20 *Pro decreto iudicis non præſumitur, quando pars plenè non docuiſſet iudicem de negotio.*
21 *Pro iudicis decreto non præſumitur, quando in ipſo non interuenit cauſæ cognitio.*
22 *Notario aſſerenti in inſtrumento cauſæ cognitionem interueniſſe in decreto iudicis, non creditur.*
Contrarium, num. 23.
24 *Pro decreto iudicis non præſumitur, quando alia probatio vrgentior, vel certa excluderet illā pręſumptionem.*
25 *Non pręſumitur pro iudicis decreto, quando ſit inſignis, & magna lęſio.*

Decretum Iudicis interpoſitū fuiſſe ex ve-
1 ra cauſa negās † id probare debet, vt ait Spe. in tit. de
empt. & vendit. §. nunc dicēdū. verſ. & breuiter ſcias. nu. 5. ad hoc probandum adducit. l. & ſi præſes. C. de prædi. & alijs rebus min. & l. ſiquidem. §. 1. C. eod. nā hoc fit, ne decreta prætorum elluſoria ſint, vt ait Iul. in l. ſi prętor. ff. de iudic. & ad hoc cōſuluit Alex. cōſ. 147. viſo themate, & dubijs, poſt nu. 9. verſ. pro tali de-
2 creto. in fin. vol. 7. quòd ideò pſumitur ex iuſta cauſa
interpoſitū, vt Specul. ait. vbi ſubra, & Bald. in l. quæcunque. ff. de Publ. & Ang. in l. ſciēdū. vbi Ale. nu. 26. ver. itē fallit de reg. ff. de verb. oblig Fely. in c. quæ in eccleſiarum, col. 19. poſt nu. 60. verſ. & pro hoc adducitur. de conſtitut. Dec. in c. quoniam contra. nu. 187. verſ. vltimo no. de probatio. Ruin. cōſ. 63. videtur prima conſideratione, nu. 1. & 2. volum. 1. & idem Bald. in l. quæcunque poſt nu. 2. verſ. item præſumitur pro decreto. C. de bonis, quę liber. Caſtrē. conſil. 38. ſuper eo, quòd quæritur, in princ. vol. 2. n. 1. & 2. Pariſ. conſ. 98. colum. 4. nu. 21. volum. 1. Aret. conſ. 69. viſo puncto. poſt nu. 2. verſ. præterea dato quod auctoritas iudicis. Curt. in repet. l. pacta nouiſſima. num. 13. C. de pact. Alex. in cōſ. 125. viſis, & conſideratis. poſt. nu. 2. uerſ. 4. & ult. uol. 1. & ſentit in conſ. 85. uiſo themate. uol. 2. alias 149. uol. 7. in princ. & d. nu. 4. & in conſ. 80. uiſis themate, nu. 5. uol. 5. & Hippol. Marſil. qui alios refert in ſingulari ſuo 438. incip. lex multū cōfidit, et ex adductis ab Alc. de præſūpt. reg. 3. pręſūpt. 9.
* et in terminis in ea regula. præſūptio. 10. ubi de* cō-
muni atteſtatur Corn. in cōſ. 98. nu. 1. uolu. 1. Abb. in cap. quoniam contra de probat. colu. 11. poſt. nu. 19. uerſ. ſed reſpectu iuſtitię, ubi etiā Par nu. 137. et Iaſ. in l. nec quicquam. in §. ubi decretum, nu. 79. ubi habes, quomodo probetur quando nō ſit in inſtrumento notarij, nec iudicis confeſſione, cauſa cognita interpoſitū extitiſſe ff. de offi. proconſ. et in l. mandata. nu. 6. de offic. eius. et in l. poſt dotem. num. 83. ff. ſolut. matr. et in rubr. Cod. qui admitti. num. 7. et in l. pacta nouiſſima nu. 8. C. de pact. Corn. conſ. 248. uerſ. tamē non uidetur. uolum. 1. et in conſ. 109. colum. 1. in fi. uerſ. et p decreto iudicis. uol. 3. Bal. in cōſ. 475. uerſ. et no. uol. 1. conſ. 66. uerſ. quoad ultimum pactū. uol. 3. Quid pluribus: eſt tex. in l. 2. uerſic, quod non arbitramur. C. de offic. ciuil. iudic. quem text. adducit. Bald. in l. errore C. de teſtam. facit tex. in l. ab ea parte. in 2. reſponſ. ff. de. probat.

Primò

Primò ampliabis concluſionem etiam procedere,
3 quando in decreto nõ eſſet facta præcipua, & † ſingularis mentio cauſarum, vt conſulendo tradidit Ruin. d.conſ.63. poſt nu.3. verſ. quinimò quamuis dictã, cũ in ſpecie non exprimatur, dummodo adſit clauſula, omni meliori modo, quia tunc præſumitur pro decreto, ità Alex. d.conſ.80. viſis themate. nu.5.6.& 8. per ea quæ ibi adducit. vol.5.

Secundo loco ampliare poteris, vt vera ſit, quando
4 ſimpliciter etiam eſſet dictum, † cum cauſæ cognitione: nam licèt non enumerentur ſingularia, nihilominus ſufficit ad præſumendum pro decreto, ita tradidit Paul. Caſtr. in l. cum hi. § ſi prætor. nu.2. in fi. ff. de trãſact. quem refert, & ſequitur idem Alex. in d.conſ.80. nu.6. quibus adhæret Abb. in conſ.4. nu.55.

Contra iſtas duas ampliationes videt ſentire Ang.
5 in l.1. C. de fid. inſt. lib.10 † & eſt de mente Bar. Bal. & Io. de Platea, & cæterorum ibi, & aliorum, quos refert Alc. de præſumpt. reg.3. præſump.10. nu.3. & atteſtat ibi ſub nu.4. iſtam opinionem eſſe in puncto iuris verioris nempè requiri cauſarum declarationem, & q refert Caſtr. d.conſ.38. nu.3. verſ. in contrarium facit Dec. cõſ.353. in caſu propoſito. col.3. n.7. verſ.7. & vlterius, & in conſ.403. quãuis in caſu propoſito. col.5. nu.19. verſ. poſtremo cõſiderandum, & in d.c. quoniã contra nu.190. ver. & illud quod Bert. conſ.55. caſus ſuper quo conſ. nu.15. verſ præterea decretum. vol.3. Ruin. d.conſ.63. videtur 1. conſideratione, ver. poteſt & tertio reſpunderi. vol.1. Alex. d.l. ſciẽdum. poſt nu. 26. in fi. verſ. quod tamen intellige. ff. de verb. oblig.

Conciliabis tamen huiuſmodi controuerſiam fœdere diſtinctionis, vt ſcilicet ampliationes procedant quando in decreto non requiritur diligens cauſę co-
6 gnitio, † veluti in emancipatione, vel manumiſſione facta per maiorem, vel quando ſuccedit loco cõſenſus agnati in contractibus mulierum ſecundũ formã ſtatutorum nam tunc ſatis eſt, ſi ſimpliciter aſſeratur interueniſſe cauſæ cognitionem, vel apponatur clauſula, omni meliori modo, vel alia huic par.

Altera verò opinio tunc locum habet, quando in decreto requiritur cauſæ cognitio, nam tunc vt præſu-
7 matur requiritur, vt ſit facta ſingularis mentio † cauſarum, & ſolemnitatum, ita diſtinguit Alc. in d. reg.3. præſump.10. nu.5. de præſump. quod confirmat, quod conſuluit Ruin. d.conſ.63. poſt nu. 2. verſ. quod præſertim procedit, & nu. ſeq.

Inſuper tertio ampliabis concluſionẽ procedere, ſi iudex eſſet homo nequam, & improbus, etenim ni-
8 hilominus pp eius auctoritatẽ præſumitur † eũ pro decreto, ita Bal. pronit in c. ſicut per illum text. poſt nu.3. verſ. no. propter auctoritatem de re iud. & illum ſequitur Iaſ. in c.1. num.3. ver. item diligenter no. qui feud. da. poſſ. & in l. pacta nouiſſima. nu.8. C. de pact. cui adheret Frã. Nicolai in repet. c. quoniam cõtra in q. fi. poſt gl. nu.29. de prob. & Franc. Curt. in d. repet. l. pacta nouiſſima. d. nu.13. C. de pactis.

Primò limites velim concluſionẽ locum ſibi non
9 vendicare, quando appareret decretum fuiſſe † interpoſitum ex abrupto, veluti quia eodem tempore in alienatione rei minoris interueniſſet auctoritas, ſeu decretũ iudicis, & datio curatoris, ita conſultus reſpõdit Anch. conſ.72. viſis diligenter. ait & refert, & ſequitur Alex. conſ.218. Viſis verbis. nu.10. vol.2. & idem voluit Anch. conſ.26. & conſ.188. Lanfr. quoque in tract. de arbit. q.22 in 4. par.5. memb. nu.45. & videtur ſentire Pau. Caſt. in d. cõſ.38. ſuper eo, quod quæritur. nu.4. & ſeq. d. vol.2. & facit, quod dicit idem Caſt. cogitaſſe donans de legitimatione filiæ tempore donationis: quia ex breui poſtea interuallo fecit eam legitimare, ex quo non habet beneficium l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. propter exiſtentiam, & ſuperuenientiam filiæ ratione dictæ legitimationis ex pauco interuallo poſt donationem factæ, vt in conſ. eiuſdem Caſtr.434. Corn. in conſ.89. lib.1. Curt. ſen. conſil.45. col.3. & quod conſuluit Dec. in conſ.295. reſpondeò per ordinem, poſt nu.5. col.2. ver. præterea dico, quod cogitaſſe præſumitur. Iaſ. in l. is apud quem nu.16. C. de eden. & in l. in ius vocati. la 2. § prætor ait. la 2. nu. 1. ff. de in ius voc. & in l. iudic. nu.1.2. & 3. & in conſil. 21. nu.5. col.2. lib.1. & in conſ.43. col. fi. verſ. item ex alio euidenter apparet nullitas huius ſententiæ, vol. 4. & Alex. in conſ.33. nu.6. lib.4. in quibus conſiliis ſimiliter loquitur de ſententiis præcipitanter latis, non valituris. Paris etiam conſ.85. vidi copias. nu 46 & ſequen. vol.3. atq; Bertrand. conſ.90. venditio ſtabuli, nu.1. & 2. vol.2. & Fel. in c. eccl. Sanctæ Mariæ. col.5. poſt nu.13. verſ. quartò addit tex. & ſeq. de conſtit. & proſequitur in terminis noſtris Octauius Simoncellus Calliẽſis in tract. de decr. in lib.3. tit.7. inſpect.3. n.47. ver. declaratur modo. alios concordes adducẽs.

10 Tale enim decretum † requirit legitimã cauſæ cognitionem, vt reſpondit Vlp. in l. magis puto §. non paſſim. ff. de rebus cor. quæ quidem cauſæ cognitiò ex breuitate temporis præſumitur non interueniſſe, vt in l. ſi finit. § ſi fortè. verſ. feſtinare non debet. ff. de dam.
11 infect. & c.1. de reb. eccleſ. non alien. in 6. Felyn. in d.c. eccleſ. Sanctæ Mariæ. col.7. & ſeq. num.14. verſ. nonò ad hanc partem, & verſ. vndecimò pro hac parte nu. 15. de conſtit. Dec. in l. de alimentis. nu.7. & ſeq. C. de tranſac. Ruin. d.conſ.63. nu.13. verſ. quòd autem propter. d. vol.1. & Bertr. conſ.278. nihil opponitur. nu.1. vol 1. vnde Hypp. in ſua pract. §. nũc videndum. col. 6. nu.32. & ſeq. dat conſilium, vt animum aduertere debeat iudex quando in cauſa criminali dat curatorẽ
12 minori inquiſito, ne patiatur, nec admittat, † quòd eo momento temporis, quo datus eſt curator, det auctoritatẽ minori in aliquo actu, nam ille actus eſſet nullus propter breuitatem temporis, cum liquido appareat non interueniſſe cauſæ cognitionem, quæ ad validitatem actus debet intercedere, quod plurimorum corroborat auctoritatib. vt placuit Bert. conſil. 293. viſa petitione. nu.12. verſ. ex quib. omnib. vol.3. Hanc eandem opinionem probauit Cuman. in conſ. 180. nu.3. hanc etiã confirmauit plurib. in locis Barb. in conſ.1. col.33. nu.13. in verſ. quinimo plus dico Ibi, q cum hodie ſit aliquis contractus. vol.1. & in conſ. 40. nu.19. verſ. vnde non valuit iſta præſtatio auctoritatis. col.4. vol.1. et in conſ.6. col.2. in verſ. capio deciſionem. et in conſ.41. col.4. verſ. hoc decidit in indiuiduo. vol.4. et placuit Dec. in d.conſ.351. d. n.7. et in d.conſ.403. poſt nu. 19. verſ. et quòd cauſę cognitio, Bertrán. conſ.113. ſententia promulgata nu.1. et per totum. vol.1. et Pariſ. in d.conſ.85. num.43. lib.5. et in conſ.80. nu.49. vol.1. loquens ibi de ceſſione bonorũ cum cauſæ cognitione facta, et ſic infert pro ea præſumi, et approbauere Petr. Anch. Regien. in queſt.16. nu.13. Bert. cõſ.113. ſentẽtia promulgata. nu.6. vol.1.

Sublimita huiuſmodi limitationem non eſſe ve-
13 ram, quando cognitio cauſæ eſſet talis, † quæ illico, et continuò adhiberi poſſet: quia tunc præſumeretur pro decreto, et valeret, ita Alex. aſſeruit in conſil. 80. nu.9. vol.5. et tradidit Purp. in rub. ff. de officio aſſeſſ. q.4. num.134. Imò etiam in conſ.99. col.2. verſ.6. dubium. Ruin. quoque in conſ.90. circa finem. verſ. nec ſecundum. vol.5.

Ad hęc ſecundò ſublimitanda erit prędicta limitatio, vt locum non habeat, quando iudex plenã ha-
14 buiſſet † ante decretum illius cauſæ cognitionẽ: nũc enim ceſſat ratio, ergo et iuris deciſio, ut l. illud. ff. ad leg. Aquil. et ait Hyppol. in rub. ff. de fideiuſſor. quęſt. 5. nu.81. et 86. et ita ſenſit conſulendo Soc. in conſil. 121. num.3. uol.3. ubi loquitur de arbitro, qui poſt cõ-
15 promiſſum proximè pronũciauit: † nam ex eo, quod ante cõpromiſſum longo tempore cauſa erat diligẽter examinata, et diſputata corã eo, valet ſententia, et pſumitur pro ea, ut ex ibid. relatis colligere poſſumus

Secundò

Secundò limita concluſionẽ non procedere in iudicibus minorib. vt in Magiſtratib. pedaneis, vel mu-
16 nicipalibus: etenim in ipſis non præſumitur† decretũ eſſe interpoſitũ iuſtis de cauſis, ſicuti in maioribus iudicibus, vt in Prçſide, Prçtore, & ſimilibus, ita ſapiẽter monuit Bal. in l. tutores. ff. de cõfirmat. tutor. & Azo. in ſũma. C. de tutor. & cura. qui non ſatiſd. & ſequitur Iaſ. in d. l. pacta nouiſſima, poſt. n. 9. ver. limita prædicta. C. de pact. & in d. c. 1. nu. 10. verſi. limita prædicta. oĩa qui feud. da. poſſ. & in d. rub. C. q admitti, poſt n. 7. ver. niſi reſpõdeas. prout ſingulariter limitauere Bal. & Frã. Cur. in d. repet. d. l. pacta nouiſſima. nu. 14. verſ. quod verũ intelligatis. & Marſ. in d. ſing. ſuo 478. nu. 2. incip. lex multum confidit. Pariſ. conſ. 98. col. 4. nu. 21. verſ. prout etiã tollitur. vol. 1. Trigon. in ſing. 122. diligenter obſeruabis. poſt nu. 2. verſ. limita ſingulariter. Bertr. in conſ. 226. col. 3. ver. præterea d. Doct. uol. 3. in nou. & latè proſequitur idẽ Simoncell. Callien. d. lib. 3. tit. 7. inſpectio. 3. nu. 41. ad nu. 43. nam decretũ maiorum Magiſtratuum multum operatur, ut dixit excellens Octauianus Vulpellius à Sancto Angelo Merautenſe. conſ. 43. nu. 10. uol. 1.

17 Contrariam† ſequutus eſt ſententiam Dec. in l. pacta nouiſſima. col. 1. uerſ. ſecundò nota. num. 6. C. de pact. & ibi Alc. in gl. in uerb. maximè.

Tertiò limitare poteris, quãdo in tali decreto eſſet
18 error manifeſtus† per inſolentiã facti, ita cautum eſt à Paul. de Caſt in conſ. 174 incip. contra ſuperius conſulta n. 5. uol. 1. ubi ad hoc adducit obſeruata ab Inn. in c. propoſuiſti. de prob. ſic etiã cenſuit Bald. in l. 2. in §. ſed alio. in 1. lect. n. 15. q. fi. ff. ſi ex noxali cã agatur. per ea, quæ fuere animaduerſa in l. Imperatores. ff. de priuil. credit. & huic ſententiæ conſenſere Marſ. in d. ſing. 438. & Alc. d. reg. 3. præſump. 10. num. 11. de præſump. vt & proſequitur idem Callien. d. lib. 3. tit. 7. inſpectio. 3. nu. 50. uerſ. quartò declaratur.

Quartò limitabis concluſionẽ non procedere, qñ
19 iudex eſſet idiota, † quia tunc non præſumitur ꝑ decreto: nam non eſt ueriſimile illum curaſſe obſeruanda iuris ſolemnia requiſita, quç ipſe ignorat uel adhibuerit legitimam cauſæ cognitionẽ. ita reſponſũ fuit ab Aret. in conſ. 69. poſt nu. 2. verſ præterea dato, quẽ refert ſequendo Alc. in d. reg. 3. præſump. 10. nu. 11. de præſump. & proſequitur dictus Callien. d. tract. de decretis. lib. 3. tit. 7. inſpectio. 3. nu. 39. uerſ. tertius caſus eſt, multa ad idem tradentia adducẽs, quç ex te uidere poteris, ad num. 41.

Quintò limita concluſionem non habere locum, quando pars plenè non docuiſſet iudicẽ de negocio,
20 †nam tunc non præſumitur pro decreto, ita cõcludit Bal. in conſ. 375. nu. 4. uol. 3. ꝑ text. in l. 1. C. de prçdiis decur. lib. 10. & refert illum ſequendo Alc. in d. reg. 3. præſ. 10. nu. 9. ut & proſequitur dictus Callien. d. lib. 3. tit. 7. inſpect. 3. nu. 49. uerſ. tertiò declaratur.

Sexto loco limita, quando in decreto non interue-
21 nit cauſç cognitio, tũc nẽpe† non prçſumitur pro decreto, ſi credimus Paul. de Caſt. in d. cõſ. 38. col. 1. uer. in contrarium facit. nu. 3. uol. 2. cui ſe ſubſcripſit Purpur. in l. pacta nouiſſima. col. fi. uerſ ſecũdo limiteris. atq; Cuman. conſ. 184 uerſ. & uidetur probare. quam ſententiam probauere plurimi, ut Pariſ. in cõſ. 99. nu. 9. uol 1. Barba in d. conſ. 41. col. 3. in fi. uerſ. & ſic poſito quod pater. d. uol. 4. Dec. in d. conſ. 403. col. 5. uerſi. poſtremò conſiderandũ eſt, poſt d. nu. 19. & conſ. 556. nu. 6. Bertr. in d. conſ. 226. col. 2. uer. ſed quod d. petens decre. col. 3. in nouis Feder. de ſen. d. conſ. 142. uerſic. poſſibile enim eſt, poſt num. 1. & uerſ. adde de hoc in Spec. Imo. in cõſ. 98. col. 1. uerſ. nam regulare. Rebuf. in rub. de concluſ. Lateran. Concil. uer. tertiò annullatur. Ferrat. caut. fi. col. 1. uerſ. nam per illa uerba.

Ampliabis iſtam limitationẽ ueram eſſe, et ſi notarius in inſtrumento aſſeruiſſet, cauſæ cognitionem
22 interueniſſe, †nihilominus enim non creditur, vt crediderit Paul Caſtr. in d. conſ. 38. col. 1. verſ. in contrarium facit. vol. 2. Iaſ. in d. l. ſciẽdum. col. 5. nu. 13. verſ. tertiò adde. ff. de verb. obligat. & in l. ne quicquam. §. vbi decretum. nu. 71. col. antepen. verſ. immo plus cõſuluit. ff. de offic. proconſul. Dec. in conſ. 550. col. 2. nu. 6. verſ. & non creditur verbis notarij, in d. c. eccleſia Sanctæ Mariæ. col. 8. verſ. vbi plus voluit, quòd ſi notarius poſt nu. 15. de conſtit. Bertrã. in d. conſ. 226. col. 2. verſ. ſed quòd d. petens decret. in nou. Pariſ. cõſ. 85. nu. 29. & ſeq. vol. 3. & idem vr̃ ſentire Ruin. d. cõſ. 63. nu. 13. verſ. quod non creditur aſſerenti.

Verũ ab iſta diſceſſit ampliatione profitẽdo Paul. de Caſtr. in d. l. cum hi. §. ſi prætor. verſ. niſi in inſtru-
23 mento expreſsè hoc caueatur. ff. de tranſact. † quam ſententiam probauit conſulendo, & docendo Alex. conſ. 213. in fi. ver. ad hoc faciũt. nu. 7. uol. 7. & in cõſ. 80. col. 2. verſ. præſumitur etiã. nu. 6. vol. 5. & in l. ſciendum. col. 6. & ſeq. poſt nu. 27. verſ. hoc etiam ibi optimè facit. ff. de verb. oblig. & hoc idem videtur ſentire Dec. in c. quoniam contra, poſt nu. 29. verſ. non obſtant allegata in contrarium, & in 8. notab. nu. 34. & ſeq. de probat. & nu. 180. verſ. prædicta concluſ. & nu. 191. verſ. quod verbis enunciatiuis inſtrum. & idem videtur ſequi dictus Calliẽ. d. lib. 3. tit. 7. in 3. inſpect. poſt nu. 33. verſ. ſi quidem, qui tale inſtrum. producit.

Sed hanc ſcribentium contẽtionem ſedabis fœdere diſtinctionis, quam ſupra retulimus poſt primam, & ſecundam ampliationẽ, & ad hoc conſulas Anch. Regien. in q. 6. per totum.

Septimò porò limitare tibi licebit, concluſionem
24 non procedere, †quando alia probatio vrgentior, vel certa excluderet hãc præſumptionem pro decreto, ita Bal. docuit in c. ſicut in fi. de re iudic. ſic etiã cenſuit Imo. in l. ſi quis cum alter. col. fi. ver. item aduerte. ff. de verb. oblig. ita quoque ſenſit Alex. in l. pretia rerũ. col. pen. poſt nu. 9. verſ. tenet etiam Ludou. ff. ad leg. Falc. ita placuit ante omnes Bart. in l. ambitioſa. col. 7. verſ. viſis, & examinatis. nu. 27. & ſeq. ff. de decre. ab ord. faciend. vel in hanc reſpondit ſententiam Calca. conſ. 23. nu. 68. verſ. & licet. idem ſenſit Alex. conſil. 81. col. 3. verſ. id bene facit, vol. 2. ſed cæteris Clarius conſuluit Pariſ. conſ. 98. col. 3. nu. 14. verſ. licèt enim vol. 1. & in conſ. 100. col. 2. verſ. ad quod etiam. num. 19. eod. vol. 1. & in conſ. 12. nu. 59. uerſ. prout etiam, nam licet pro decreto. uol. 2. & conſ. 85. nu. 40. verſic. proptereà certum eſt, quòd contra inſtrumentum, &
25 decretum. Nam cum ſit inſignis, & magna læſio, † nõ præſumitur pro decreto iudicis, quia iſta præſumptio illam præſumptionem excludit, iux. ſentent. Paul. de Caſtr. in conſ. 174. col. 2. verſ. nec obſtat, quòd decretum. nu. 5. vol. 1. cuius in hac re mentem comprobauere nonnulli ex profitentibus, & conſulentibus è quorum nu. eſt Purp. in l. pacta nouiſſima. col. fi. uerſ. 3. licet. C. de pact. Corn. in conſ. 124. col. fi. verſ. tamẽ ubi. & conſ. 214. col. pen. uerſ. nec obſtat. & conſ. 252. col. 4. verſ. ſed veniendo. vol. 3. Pariſ. d. conſ. 85. nu. 49. uerſ. & maximè hoc procedit. uol. 3. Ruin. in conſil. 107. nu. 14. verſ. nec obſtat, quod propter decretũ iudicis. vol. 1. & in conſ. 140. col. pen. verſ. nec etiam ſecundũ eum, poſt nu. 10. vol. 4. & latè videas d. Calliẽ. in d. tract. de decret. lib. 3. tit. 7. prima inſpectio. poſt nu. 4. ver. quòd licèt propter decretum, & nu. 51. & 52. verſ. declaratur quinto. in 3. inſpect. eiuſdẽ lib. 3. & ti. 7.

CONCLVSIO CCCCLXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Decretum an ex antiquitate temporis interueniſſe præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Decretum interueniſſe prçſumitur ex antiquitate tẽporis.*

2 Inſtru-

Digitized by Google

2 *Inſtrumentum ſi reperiatur continens alienationem rei eccleſiaſticæ, in qua ſuperioris decretũ requirebatur, ſi elapſum eſt lõgum tempus, decretum interueniſſe præſumitur, licet nulla de ipſo facta fuerit mentio.*

3 *Decretũ bene præſumitur ex antiquitate interueniſſe, quãdo ageretur de modico pręiudicio, ſed ſecus ſi de magno.*

4 *Decretum propter antiquitatem temporis præſumitur interueniſſe in actu, in quo erat neceſſarium, quãdo interuenit ſcientia ſuperioris.*

5 *Scientia, & patientia non pręſumitur ex antiquitate tẽporis, quñ actus inferioris eſſet pręiudicialis Principi, cuius decretum in illo actu interueniſſe deberet, ſecus vt ibid.*

6 *Scientia ſuperioris non videtur neceſſaria, quando eſſet lapſum tempus, cuius initÿ memoria non extaret in cõtrarium.*

7 *Decretum pręſumitur ex antiquitate temporis, niſi pars ex aduerſo ipſam decreti ſolemnitatem interceſſiſſe negaret.*

8 *Decretum ex antiquitate temporis præſumitur, niſi ex ipſius inſtrumenti facie liquido appareret ſolemnitatẽ non interueniſſe.*

1 Decretum præſumitr̃ interueniſſe ex † an-
tiquitate temporis, ut uoluit
Anch. in conſ. 136. incip. ex conſ. excel. Doct. ubi ait,
quod ſi reperiatur inſtrũm continẽs alienationem rei
eccleſiaſticæ, in qua requirebatur decretũ ſuperioris
2 ſi elapſũ ſit longũ tẽpus, tunc præſumatur † decretum
interueniſſe, licet in eo nulla de decreto facta fuerit
mentio idẽ refert. & ſequitur Tiraq. in trac. de præter.
§. per 10. annos. 1. §. 1. gl. 4. uerſ. 35. facit, & ibi teſtatur
Ang. in l. quod ſi nolit. §. 1. ff. de ædil. edic. & Barbat.
in l. ſciendũ. col. 16. de uerb. obli. & ibid. Alex. nu. 19.
* uerſ. itẽ fallit ſecundum Ang. ubi * communem dicit,
& hoc placuit Fel. in c. Alberic. nu. 3. uerſ. item inquã
tum dicitur hic de teſt. idẽ uoluit Calcan. in conſ. 1 t.
col. 5. circa med. uerſ. non obſtat, quòd iſta fuerit minor.
no. Dec. in l. 1. col. 4. C. qui admit. nu. 8. uerſ. ex glo. &
ſupradictis, & hoc regulare etiã dixit Soc. iun. conſil.
56. nu. 21. uerſ. 2. etiam reſpondetur. uol. 2. Caſtr. conſ.
81. col. 3. poſt num. 7. uerſ. & ſi dicatur. uol. 2. & alÿ ibi
* per Socyn. relati, & * communem eſſe opinionem ait
Alex. & ipſe idem Alex. in conſ. 1. nu. 1. uol. 4. & in l.
ſciendum. nu. 19. ff. de uerb. obl. & ibi. Crot. qui & ip-
* ſe de * communi atteſtatur. nu. 9. Aret. in conſ. 36. caſus
talis eſt. Dec. conſ. 371. poſt num. 12. Corn. conſil.
109. in fi. lib. 3. apoſtil. ad notab. Matth. ſil. notab. 12.
* nu. 4. & 5. ubi itidem de * communi ſcribentium ſententia
teſtatur. reſpondit Clariſſimus Iac. Menoch. in
conſ. 90. nu. 3. lib. 1.

Primò limitabis, & intelliges non procedere, quã-
do ageretur de magno præiudicio, ſecus de modico,
3 † quia propter huiuſmodi modicum præiudicium ex
antiquitate bene præſumeretur, ut conſultum fuit à
Soc. in conſ. 56. nu. 23. uerſ. & maximè hoc dicẽdum.
uol. 2. & reſpondit Alexã. in conſ. 148. ab ipſo relatus,
dicit benè hoc Alexã. in conſ. 12. uiſo proceſſu iuxta
probabilem conſuetudinem. poſt nu. 7. uerſ. quia re-
ſpondeo allegans Bart. in ſua diſput. quædam mulier
habens magnum patrimonium. uolu. 4. quos refert ẽt
Anch. Regien. in q. 52. nu. 15.

Secundo limitare, & intelligere poteris quãdo in-
teruenit ſcientia ſuperioris, cuius decretũ erat neceſ-
ſarium in actu, quod ſcilicet ſciuerit actum ſic geſtũ:
4 † nam tunc propter huiuſmodi antiquitatem tempo-
ris præſumeretur interueniſſe decretũ in actu, in quo
erat neceſſariũ, ita dicit Crau. ĩ ſuo trac. de antiq. tẽp.
in 3. par. uerſ. uidimus in genere. nu. 35. uer. nono pro-
pter antiquitatem temporis pręſumitur ſolemnitas
decreti, & idem decidit Affl. in deciſ. 107. col. fi. num.
10. lib. 3. & in terminis idem Alex. cauit in conſ. 218.
col. 3. uerſ. præterea. nu. 8. lib. 6.

Primò ſublimites uelim prædictã ſecundã limita-
tionẽ procedere tantũ, ſi actus inferioris eſſet præiu-
5 dicialis Principi, † cuius decretũ in illo actu interue-
nire deberet: nam tũc bene requireretur eius ſciẽtia,
& patientia, nec præſumeretur ex antiquitate tempo-
ris: ſecus autem ſi ageretur de præiudicio ipſius infe-
rioris, quia tunc ſuperioris ſciẽtia non videtur neceſ-
ſaria, vt idem Crauet. in d. ſuo tract. de antiq. tempor.
in verſ. vidimus in genere. nu. 29. verſ. ſed hic quæro
licèt ibi hoc non audeat pro vero affirmare.

Secundò ſublimita, locum non habere, quãdo eſ-
ſet lapſum tempus, cuius initÿ memoria non extaret
6 in contrarium: † nam tunc non videtur neceſſaria hu-
iuſmodi ſcientia. Ita Crauet. dixit in eo. tract. de an-
tiquit. temp. in d. verſ. vidimus in genere. nu. 29. verſ.
iſta tamen ſcientia ex notatis per Alex. in conſ. 6. nu.
4. verſ. uerior tamen, & magis communis opinio. &
ſequent. lib. 1.

Tertiò limita concluſionem, niſi pars ex aduerſo
7 † ipſam decreti ſolemnitatem interueniſſe negaret, vt
ait Alex. conſ. 9. poſt nu. 6. uerſ. non obſtat, ſi diceretur.
uol. 3. quem refert, & ſequitur Afflict. deciſ. 345.
ſunt enim N poſt num. 5. verſ. ad hoc facit reſponſũ,
& Anton. Gomeſ. de contract. c. 2. nu. 17. vt refert d.
Callien. d. lib. 3. tit. 7. d. 3. inſpect. nu. 35.

Quintò limitabis, niſi ex ipſius inſtrumenti facie
8 liquido appareret † ſolemnitatem non interueniſſe,
vt auctor eſt Alex. d. conſ. 1. ponderatis his poſt nu. 1.
verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus, & nu. 2. uol. 4. &
voluit Soc. iun. conſil. 56. num. 22. uol. 2. Natta etiam
conſil. 162. num. 29. uol. 1. Burſat. quoque conſil. 23.
num. 16. vol. 1. Crauet. de antiquit. temp. par. 3. nu. 27.
intelligens ipſe tamen ibi, non quãdo nihil enuncia-
retur in inſtrumento de ipſa ſolemnitate, ſed quando
minus legitima pro ſe ferret, ut refert, & proſequitur
d. Callien. d. lib. 2. tit. 6. inſpect. 3. n. 36. ver. declaratur
ſecundò.

CONCLVSIO CCCCLXXXIX.

ARGVMENTVM.

Decretum iudicis, an faciat præſumi omnia ſolemniter, & ritè acta.

SVMMARIVM.

1 *Decretum iudicis facit pręſumi omnia ſolemniter, & ritè acta fuiſſe.*

2 *Decretum interpoſitum in alienatione eccleſię, vel minoris, facit, vt pręſumatur contractum factum in vtilitatem eccleſiæ.*

3 *Ex decreti pręſumptione pręſumitur minoritas illius, cui prętor vti minori curatorem dedit.*

4 *Decretum iudicis facit ceſſare omnem fraudem, dolum, & metum.*

5 *Spoliato non datur reſtitutio in integrum, quando ex decreto iudicis fuit ſpoliatus ſiue ſit interpoſitum decretum per modum voluntarię iuriſdictionis, ſiue per modum contentioſę, vt num. 6.*

1 voluntate teſtatoris, videlicet vt notarius ſcribat in nouiſſimo loco inſtrumenti ea, quæ ſupra deleta ſũt, mutata,vel addita,dicendo nempè, Ego notarius deleui,mutaui & addidi,vt ſcriptũ fuit à Bal.in l.noſtrã nu.2.verſ.& not.quòd iſtę cancellationes.C.de teſta. & in l.ea quæ.in princ. nu.1. C.commin.et epiſt.cum alijs relatis ab Alexã.in conſ.14.viſis,& conſideratis. num.16. & ſeq. & per tot.lib.6.& caueat notarius,ne hanc fidem facit in margine,vel poſt completum in-
2 ſtrumentum† quia huiuſmodi ſcriptura ſita extra corpus inſtrumenti carens die,conſule, & ſigno notarij, nõ faceret fidem, vt ſanxit Imperator Iuſtinianus in §.oportet.in auth.de fid.inſtrum.& per Innoc.in c.1. eod.titul.& Alexand.in l.ſi vnus.poſt num. 8. verſic. extra gloſſ. C. de teſtamentis, cum alijs, quos refert Durand.in tract.de arte teſtandi, titulo de mutatione teſtam.caut.6.ad idem conſuluit Alex.in conſ.59. viſo proceſſu cauſæ tàm principalis poſt nu.5.verſ.& quod dicta ſcriptura,lib.2.et videas ſupra cõcluſionẽ noſtram,cãcellatio, vbi de hac re fuſius diſſeruimus.

CON-

CONCLVSIO CCCCXCVI.

ARGVMENTVM.

Delictum an præſumatur, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Delictum non præſumitur, niſi probetur.*
2 *Præſumptio delicti licèt ſit valida ad obtinendam abſolutionem, non tamẽ ſatis eſt, vt ex ea aliquis cõdemnetur.*
3 *Præſũptio delicti ſumi nõ ſolet, vbi agit de pіudicio tertij.*
4 *Delictũ præſumitur in his, quæ ſunt de genere ꝓhibitorũ.*
5 *In dubio interpretatio fit contra delinquentem.*
6 *Delictum in dubio præſumitur in foro conſcientiæ, vt tutior via eligatur pro ſalute animæ.*
7 *Teſtator, ſi cõfeſſus ſit ſe fuiſſe fœneratorẽ, fiet interpretatio, illũ ſemper fuiſſe, vt hæres ad reſtitutionem cõpellatur.*
8 *Hæreſim, & irregularitatẽ in dubio tutius eſt ꝓſumere, ſi agitur ad imponendã pœnitẽtiam pro vtilitate animæ.*
9 *Nemo ab origine eſt fœnerator, nec præſumitur quis vnquam retro vſurarius.*
10 *Delictum præſumitur, quando eſt fauorabile delinquenti, vel ei commodum ex ipſo oritur.*
11 *Delictum præſumitur, potius quãdo in actu prima fronte ineſt maior delicti, quam boni ſpecies.*
Contrarium ſub num. 12.
12 *Conſpiratio licet poſſit capi in bonam partem, tamen intelligitur in malam.*
13 *Dolus præſumitur, quando probatur interueniſſe cauſam quæ potuit facere actum illicitum.*
14 *Quando qs nihil hẽt cum alio negotij, debet in dubio ꝓſumi eum non deliquiſſe, licet non aſſeratur aliqua cauſa.*
15 *Delictum præſumitur, ſi prima fronte præſumatur factum fuiſſe peruerſo animo.*
16 *Prima præſumptio tollitur a contrarijs præſumptionib.*
17 *Contrarium præſumptionis delicti probari poteſt per iuramentum.*
18 *Iuramentum præſtitum nihil prodeſt, quando contra iurantem eſſet aliqua præſumptio iuris.*
19 *Delictum quando intereſt rei pro abſolutione, vt præſumatur, tunc eius fauore præſumitur.*
20 *Coniectura l. merito ff. pro ſocio, non excluditur, quando quis fuiſſet malus in eodem genere mali.*
21 *Dictum teſtis, quod ad delictum accipi poteſt, & non, in dubio præſumitur delictum ad hoc, vt noceat producenti.*

1 Delictum non præſumi, niſi probetur, habemus ab Vlpiano in l. merito. ff. pro ſoc. & ibi Doct. Hanc eãdem concluſ. permulti conſulendo, decidendo, & profitẽdo confirmauere, ex conſulentibus adeſt Burt. in cõſ. 94. nu. 10. & in conſ. 111. nu. 24. Doctiſs. Iac. Menoch. in conſ. 99. nu. 12. & in conſ. 82. nu. 105. & in cõſ. 101. nu. 54. & in conſ. 102. nu. 6. Crauet. in conſ. 68. diuino ſubſidio, Andreas iuuenis. col. fin. nu. 23. verſ. & ſi dicas. Hipp. in conſ. 2. col. 1. & ſeq. & profitendo ſcripſit Alc. in tract. de præſ. reg. 3. præſ. 1. nu. 1. Bocr. quoque decidit in deci. 215. nu. 22. Duen. in reg. 194. in verbo, delictum. Cæp. conſ. crim. 21. nu. 17. Barb. in conſ. 77. preclarè ſcribitur, in princ. vol. 4. Bal. etiam in l. precibus. col. 5. poſt nu. 1. verſ. excuſat ergo. C. de impub. & alijs ſubſtitut. Natt. in conſ. 549. nu. 11. & in conſil. 407. nu. 20. Ceph. conſ. 76. nu. 23. Iaſ. in l. qui iuraſſe. in §. 1. nu. 8. ff. de iureiur. & in l. ex hoc iure. nu. 11. ff. de iuſtit. & iur. & in l. rogaſti. in §. ſi tibi. ff. ſi cer. pet. Pau. in c. in præſentia. de probat. & vide latè ad hanc concluſionem. Ant. Tngon. in ſuo ſing. 70. incip. clarum eſt, & in ſing. 41. incip. notam habes regulã, & Octau. Vulpel. in conſ. 38. ſuppoſita querela. nu. 3. & 5.

Primo loco limites velim ſecundùm Bart. in d. l. merito. ff. pro ſocio, quem refert, & ſequitur Alc. vbi ſup. nu. 4. hoc eſt, vt non procedat, quando ageret de
2 aliquo condemnando, † quia talis præſumptio licèt ſit valida ad obtinendam abſolutionem, non tamen ſatis eſt, & valida, vt ex ea aliquis cõdemnetur, & eſt gl. inſignis, iuncto tex. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiur. & ibi Doct. idem placuit Roma. in conſ. 304. incip. plura ſunt, in princ. poſt nu. 2. in fi. Dec. etiã aſſeruit in l. ſi emancipati. in 3. notab. poſt nu. 3. verſ. nõ obſtat alia ratio. C. de collat. Idem in c. Oſius. col. 2. nu. 11. verſ. item illa regula. de elect. atq; in c. ſuper literis. col. 4. in fi. poſt nu. 31. verſ. item quod quis præſumatur. de reſcript. nec ab hac re recollit. Soc. in cõſ. 57. in cauſ. reſtitut. nu. 17. verſ. nec obſtat. vol. 4. Lud. Gomeſ. ſequutus eſt in tract. de gra. expectat. nu. 80. verſ. & hoc regulare eſt. Gozad. conſuluit in conſ. 66. In Chriſti nomine, decreueram. nu. 3. col. 2. ver. tertiò dico. Ruin. reſpondit in conſ. 68. ſuper 1. col. 2. poſt nu. 4. verſ. nec etiam obſtat. vol. 4. Menoch. meminit in conſ. 60. num. 32. & 33. Crauet. ſenſit conſ. 57. nullo
3 modo. nu. 6. verſ. ſextò, & vltimò. † nam iſta præſumptio ſumi non ſolet, vbi agiẽ de pіudicio tertij, vt tradidit Fel. poſt Abb. in c. cũ in iur. in prin. de off. deleg.

Secundò limitare poteris locum nõ habere in his,
4 quæ ſunt de genere prohibitorũ: † nã in his ꝓſumitur delictum, vt aſſeuerauit Dec. in c. in præſentia. nu. 14. de prob. vbi ad hoc affert. c. 1. de preſ. & l. 1. C. de ſica. vbi ſi homicidiũ cõmittatur, ꝓſumiẽ in dubio doloſè cõmitti, licèt potuiſſet patrari ad defẽſionẽ. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. & in c. 3. de ſent. excom. vel potuiſſet cõmitti ex culpa abſq; dolo, quo caſu mitius dẽt puniri, vt cauit Paul. in l. in l. Corn. ff. de ſicar.
5 † & tamen in dubio interpretatio fit contra delinquentẽ, ita etiã voluit Bart. in l. ſi quis ex argẽ. §. an verò nec hæredi verſ. breuiter quidã poſt nu. 4. ff. de edẽ. & ibi Ang. in §. cũ Prætor. verſ. conclude, ꝙ aut. nec defuere iſtius ſniæ quãplurimi aſſertores, vt Alex. in conſ. 74. viſo tit. nu. 2. vol. 6. Corn. conſ. 28. col. fin. verſ. nec obſtat, vol. 3. & Imper. Diocl. & Maxim. in l. ſi non conuicij. C. de iniur. Alex. in conſ. 93. repetitus in cauſa. col. 2. nu. 6. verſ. nec obſtat. vol. 6. Fel. in c. cum dilecti in 4. col. 7. notab. poſt nu 2. de accuſ. Pariſ. cõſ. 78. ad dubij reſolutio. nu. 16. verſ. tamen quia vol. 4. & conſ. 149. in præſenti cauſa, nu. 19. verſ. illud enim certum eſt, co. vol. 4. Ruin. cõſ. 1. col. fi. poſt nu. 5. verſ. nec obſtat, vol. 5. Cæp. in conſ. 29. nu. 4. verſ. item quia in delictis. Giam. vot. 3. nu. 5. Hipp. conſ. 4. nu. 21. & conſ. 7. nu. 6.

Tertiò limitanda erit concluſio, vt vera non ſit in
6 foro cõſcientiæ, † nã in tali caſu in dubio delictũ præſumiẽ, vt tutior via eligatur pro ſalute aĩæ, ita Dec. ait in c. in præſent. nu. 15. de probat. per glo. in c. veniens. de ſponſ. cũ alijs ibi relatis. Idem Mars. Soc. iun. voluit in conſ. 29. cir. præſentẽ. nu. 31. vol. 2. ꝙ idem confirmauit Hipp. Marſ. in ſing. 151. ſemper in dub. nu. 2. & Anch. teſtatus eſt in conſ. 179. 1. facie. cir. fi. vbi voluit, ꝙ ſi teſtator confeſſus ſit ſe fuiſſe fœneratorem,
7 † fiet interpretatio, illum ſemper fuiſſe ad hoc, vt hæres compellatur ad reſtitutionem, quia iſtud erit ſalubrius pro anima defuncti, & hoc dictum ſequitur etiã Fel. in c. ſi. nu. 14. verſ. fallit 3. de præſ. & in d. c. in præſentia. poſt nu. 13. verſ. 2. not. quod iſta dicta, de probatio. idem dicitur in hæreſi, & irregularitate, quã in
8 dubio tutius eſt præſumere, † ſi agatur ad imponendã pœnitentiam pro vtilitate animæ, vt ex multis concludit Albert. de aſſertio. catho. agnoſ. q. 7. nu. 17.

Diſſenſit in fœneratore, illiusq; partes tutatus eſt Alc. de præſump. reg. 3. præſump. 1. nu. 14. vbi repro-
9 bat d. Anch. in d. conſ. 179. ex eo, † quia ab origine nemo eſt fœnerator, nec præſumitur quis vnquã retrò vſurarius, & alia ibi adducit, quæ tu ipſe videas.

Nec graue tibi fuerit quarto limi[tare], vt nõ procedat, qñ delictũ fauorabile eſt delinquẽti, vel ei cõmo-
10 dũ ex delicto oriẽ, nã tũc † ꝓſumiẽ delictũ, iuxta mentẽ cõſulentis. Alc. cõſ. 127. viſa inquiſitione formata. nu. 12. verſ. vnde nunq̃, vol. 4. cũ ibi alleg. & idem tenet Hipp. de Marſ. cõſ. 77. incip. Dominus labia mea

aperiat.nu.7.& cõſ. 124.licèt plura.col.2.nu.10. verſ. & pro hoc facit, & cõſ. 62. Summi Dei inuocato ſuffragio.col.3.nu.4.verſ.nam nunquam,quibus accedit Alb.in l.2.§.2.& in l.ſi quis mihi bona.§. patri. ff. de acq.hær.& in l.ſi ventri.§.fi.& ibi per Bart.ff.de priui. cred.& in l. poſt contractum. de donat. & dixit Alb. in l.1.C.ſi quis Imp.mal.& in l.metum,& ibi Bald.ff. quod met.cauſ.& in l.fi.C. de prob. ad hoc extat glo. ſingularis in l.qui iuraſſe,in §.ſi pater.ff. de iureiu. reſpondit Rom.in conſ.304.Plura ſunt, quæ allegãtur, poſt nu.2.in fi.& ibi Horat.Mandoſ.in addit.litera B. qui idem ſentientes citat.Crauet. quoque in conſil.8. nu.4.& in conſ.75. num. 13.

11 Quintò limitabis, quando in actu † prima fronte ineſt maior delicti,quàm boni ſpecies, quia tunc potius præſumitur delictum.ſic traditum eſt in c.eſtote, & c.cum dilecti. vbi Abb.& cæteri,de accuſ.& dixit Abb. in c. exhibit. de iud.vbi licèt conſpiratio poſſit
12 capi in bonam partem,† tamen intelligitur in malã.

Contra ſupradictam limitationem multa adducit Alc.in d.ſuo tract.de præſum.reg.3. præſum. 1. nu.5. ad quem te reijcio.

Sextò limita,quando ille, qui dicit non deliquiſſe, probat,interueniſſe cauſam, quæ potuit facere actum licitum,prout in d.l.merito,vbi probatum fuit, illum habuiſſe partem in re,qua vtebatur,ſecus ſi talis cau-
13 ſa non probaretur: †etenim tunc præſumeretur dolus, vt Alc.docuit in d.ſuo tract.de præſ.in d. reg. 3. præſ. 1.nu.11.cũ ibi adduct.& ita declarat Fel.in c.nõnulli col.7. poſt nu.42.verſ. ad iſtud poteſt reſponderi.

Sublimitabis prædictã limitationẽ, & intelliges procedere, qñ agitur præcipuè circa inueſtigationem ali
14 cuius negotij,ſecus ſi in vniuerſum,†qñ quis nihil habet cũ alio negotij: dẽt.n.in dubio præſumi cũ nõ deliquiſſe,licèt non afferatur aliqua cã,cui innitatᷣ talis præſump.ita ſcripſit Alc.in d.3.reg.1.præſump. n. 12. verſ.aduerte tamen.adducit gl.in c.ſi forte, in verbo, ſcientiæ,vbi Io.Andr.& Dominic.de elect. in 6.

Septimò limites velim,vt locum ſibi nõ vendicet,
15 vt prima fronte ſaltem † præſumatur delictum factũ fuiſſe peruerſo animo,vt aſſeruit Abb. in c. 1. de præſump.nu.3.verſ.no.quod in maleficijs.& ibi Innoc.

Primò ſublimitabis,vt uera nõ ſit, ſi cõtrariũ pbeᷣ
16 alijs præſumptionib. † huiuſmodi nãq; prima pſumptio tolliᷣ. Abb.& Fel.tradidere in d.c.1.n.17.de pſũ.

Secundò ſublimitanda, vt contrariũ probari poſſit
17 per iuſm, † nã id in animo ſitũ eſt, vt reſponſum eſt ab Alex.conſ.127.viſa inquiſit.nu.15.vol.4. & cõfirmauit Inn.in c.2.de conſt.Bar.etiam docuit in l.inter oẽs.§.rectè,poſt nu.2.ver.p hac gl.facit.ff.de furt.

Reſtringas in dictam ſecũdam ſublimitationẽ,nõ procedere, qñ contra iurantẽ eſſet aliqua præſumptio
18 iuris, † qñ tunc ei nihil prodeſt iuſm præſtitum, ita Innoc.protulit in d.c.2. de conſtit. & ibi Io. Andr. & gl.in c.1.de pœn. in verbo commodè.

Inſuper octauò limitanda eſt concluſio, vt locum nõ habeat,qñ intereſt rei pro abſolutione, vt delictũ
19 præſumatur,† tunc nempe eius fauore præſumiᷣ,ſi fides eſt habenda Rom.in d.conſ.304.plura ſunt.col.1. verſ.nec refragatur.poſt nu.2.nec ab hac opinione diſceſſit Fel.in c.fi.col.4.nu.13.de præſ.verſ.fallit 2. neque reticuit, Dec. in l. ſi emancipati.col.3.poſt nu.3. verſ.nec obſtat,ſi dicatur.C.de collati.hoc haud ſuppreſſit.Alc.in tract.de præſ.reg.3.præſ.1. nu. 4. quibus ſe ſubſcripſit Hipp.in l.in rixa.nu.60. ff. de ſicar. & in conſ.53.incip.longè eſt Do.nu.31.& in conſ.77. Dominus labia mea aperiat.nu.7.& ſenſit Aym. Craue. conſ.57.incip.nullo modo legitur,num. 6. & ad hoc adeas Marſ.in conſ.104.qui conſ. Rom.citat.nu.14.

Nonò limites, quando quis fuiſſet malus in eodẽ
20 genere mali,† nã tunc non excluditur coniectura.d. l.merito.ff.pro ſocio,vt dixit Gozad. conſ. 66.col.2. verſ.2.reſpondeo. nu. 7.

Decimò,& poſtremò loco limitabis, vt nõ habeat locum in d.teſtis,quod in vtranq; queat accipi partẽ,
21 ideſt,quod poſſit ſe habere ad delictũ,nec poſſit,†qa in dubio præſumitur delictum,ad hoc, vt noceat producenti,iuxta ſententiam.Ang.in conſ.10.col.3.verſ. nunc deſcendo ad tertiam, quem refert Illuſtr. Card. Alban.in ſuis lucubrationib. ad Bart. in d. l. meritò, ſub nu.4.ff.pro ſocio, vbi ponit duodecim limitationes ad dictam legem meritò,quæ ſpectant ad regulã, vt vnuſquiſq; ſemper præſumatur bonus,& conſulas ſup.noſtram concluſ.Bonus, & pro ſupradictis adeas plenè Gabriel.in ſuis concl.lib.7.de crim. concluſ.2. vbi facit duodecim illationes,illas ampliando, & limitando.

CONCLVSIO CCCCXCVII.

ARGVMENTVM.

Delictum an rectè, & manifeſtè probari debeat, & an per teſtes,& per famam publicam probetur, ac quomodo plenè probatum dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Delictum rectè,& manifeſtè probari debet, & de eo conſtare, ſiue accuſando,ſiue inquirendo agatur.*
2 *Coniecturæ non ſufficiunt ad probandum delictum.*
3 *Probatio euidens dicitur illa quæ ex coniecturis colligitur in caſibus in quibus lex ſtatuit, vt coniecturæ habeant vim plenæ probationis.*
4 *Cõiecturę validę,& a iure approbatę pbãt,maximè in delictis occultis, quando concurrit difficultas probationis.*
5 *Delicti probatio nedum neceſſaria eſt, ſed etiam identitas rei,ſuper qua aſſeritur delictum patratum fuiſſe.*
6 *Identitas in criminalibus non præſumitur.*
7 *Delictum per teſtes optimè probatur.*
8 *Delictum quando eſt patratum domi, probatur per teſtes domeſticos.*
9 *Delictum quando non eſt patratum in domo,vt probetur debent teſtes eſſe omni exceptione maiores.*
10 *Delictum probari poteſt,& plenè,etiam per illos teſtes,qui ceperunt delinquentem,ſi vrget difficultas probationis.*
11 *Delictum non probant teſtes primo examinati, & demũ in tormentis repetiti non citata parte. Contrar.nu.12.*
13 *Delictum non probant atteſtationes teſtium examinatorũ reo non citato,quando reus comparet, & vult ſe defendere,ſecus ipſo abſente,& contumace.*
14 *Delictum non probant teſtes, qui deponunt de delicto de nocte commiſſo longo ab ipſis interuallo, vel non lucente Luna, vel ſine lumine.*
15 *Magis creditur teſtib.deponentibus de non delicto, quã de delicto,ſi ab vtraq; parte examinati ſunt num. pares.*
16 *Magis creditur teſtibus deponẽtibus homicidium commiſſum fortuito,et non conſultò,quàm dicentib. contrariũ.*
17 *Delictum, quando plenè probatum dicatur.*
18 *Delictũ concurrente inimicitia, vel odio probatur, vbi qs ſecreto alloquutus fuit alterũ, & ille delictum patrauit.*
19 *Delictum probatur per famam publicam delicti commiſſi,& quo pacto teſtes illam probent.*

Diximus in ſuperiori concluſione, ſi meminiſtis, delictũ non præſumi, ſed probari debere.Nos igiᷣ huius rei memores, meritò hic ſubijcere voluimus, Delictum rectè,& mani-
1 feſtè probari & de eo conſtare debere,†ſiue accuſando,ſiue inquirẽdo agatur.l.ſi qñ,in verbo, patefacta. & ibi Bart.poſt nu.2.verſ.item oppo.in fin.& Iaſ.in 4. notab.nu.11.C.vnde vi.quibus accedit Ang. in l.certũ.ff.de confeſ.& tradidit Abb.in c.1.in fi.& ibi Dec. n.97.ver.poſtremò.de offic.deleg.quo in loco reiecta opinione Imol. ſẽtiẽtis cõtrariũ, firmat ſiſtam Abb.

ad

ad quod ſpectant ea, quæ obſeruauit Alex. in cõſ. 19.
cir. 1. poſt nu. 1. & 5. vol. 7. & in conſ. 33. col. 1. lib. 1. &
quæ animaduertit Dec. in conſ. 410. in cauſa mota,
nu. 7. col. 2. atq; Crauet. in conſ. 260. Ad dubia ſubti-
lia. in lib. 2. nu. 1. & ſeq. nec non huc pertinent quę tra
dita fuere ab Hipp. de Marſ. in pract. in prin. nu. 5. ver.
iſtud. & per Gramm. in conſ. 19. nu. 2. & in conſil. 60.
nu. 8. & in conſ. 8. in prin. Blanc. in l. fi. in prin. nu. 17.
de quæſt. Alex. in conſ. 19. nu. 1. vol. 7. & Boer. deciſ.
164. nu. 8. atq; Hippol. conſ. 134. nu. 3.

Hanc concluſionem ſic primò ampliabis, vt vſq;
eo procedat, † ne ſufficiant coniecturę ad illud probã
dum, iuxta ſententiam Dec. poſt Abb. in d. c. 1. nu. 88.
& 89. de offic. deleg. quos refert etiam ſequendo Cra-
uet. in conſ. 244. in cauſa Inquiſitionis. nu. 1.

Limitanda tamen eſt iſta ampliatio, vt nõ vera ſit
in caſibus, in quibus lex ſtatuit, vt coniecturæ habeãt
3 vim plenæ probationis, † nam tunc euidens probatio
dicitur illa, quæ ex coniecturis colligitur, ꝙ eſt ſanci-
tum. in c. 1. de cler. non reſid. & in c. cum diœceſis. de
vſur. & not. Bal. in l. ciues. in princ. C. de appel. & aſſe-
uerauit. Accur. in l. abſentem. in verb. damnari in fin.
ff. de pœn. & tradidit Alex. in l. licèt Imp. nu. 4. verſ. in
tex. ibi. de leg. 1. Dec. quoq; placuit. in d. c. 1. in fin. de
offic. deleg.

Secundò limitatur, quando cõcurrit difficultas ꝓ-
4 bationis, † nam eo caſu conſtando per cõiecturas va-
lidas, & à iure approbatas, maximè in delictis occul-
tis, probabitur delictum per coniecturas, ita Foller.
inquit in ſua pract. crim. in verſ. capiat infor. nu. 18.

Secundo loco ampliabis concluſionẽ, vt nedũ ſit
5 neceſſaria ꝓbatio delicti, verùm ẽt idẽtitas rei, † ſuper
qua aſſeritur patratũ delictum fuiſſe, vt ſenſit Abb. in
c. cum Io. col. fi. poſt nu. 16. in fi. de fid. inſtr. quem ſe-
quitur cõſulendo Dec. in conſ. 101. pro tenui faculta-
te. col. 2. verſ. benè facit, quod D. Card. conſuluit Cra-
uet. etiam meminit in d. conſ. 244. nu. 2. vbi quoq; ait,
quòd quando aliàs præſumeretur identitas in crimi-
6 nalibus, non habeat locum, † vt ſcilicet non præſuma
tur, & ad hoc adducit doctiſſimè tenentẽ, & id dicen-
tem Corn. in cõnſ. 233. col. 2. & in cõſ. 277. col. fi. li. 3.

Ex iſtis igitur, quę proximè texuimus, ſatis apertè
conſtare arbitror, delictum debere probari: quo vero
pacto id probandum ſit, nunc paucis eſt diſcutiendũ.

7 Delictum itaq; probatum optimè dicetur † cum il-
lud per teſtes conſtabit, vt videre eſt ex multis, quæ
accumulauere Io. And. in reg. ſemel, de reg. iur. in 6.
& Abb. atq; Fel. in c. cum in eccleſ. nu. 2. verſ. ſed per
prædicta. de maiorit. & obed. nec id conſulenti diſpli
cuit Soc. iun. in cõſ. 39. perſpectis his. nu. 4. vol. 2. & ex
alijs allatis ſup. in concluſ. crimẽ, ad quem te reijcio.

8 Quòd poſtremum ſic velim primũ amplies, † vt ſuf-
ficiant teſtes domeſtici, qñ domi delictum eſt patra-
tũ, vt conſultum fuit à Rom. in conſ. 451. quædã mu-
lier. nu. 7. & per l. conſenſu. C. de repudijs. & cautũ eſt
à Bal. in conſ. 427. quædam mulier. nu. 5. vol. 5. in quã
ſententiam plurima congeſſit Gabr. in concl. 11. nu.
33. de teſtib. verſ. 4. princ. limita. At quando delictum
9 non fuiſſet in domo patratum, † dẽnt teſtes eſſe omni
except. maior. vt traditum eſt in l. maritus à gloſſ. &
Bart. ff. de q. quod & arriſit Alex. de Imol. in cõſ. 181.
vol. 2. & ſequitur Franc. Mar. in deciſ. 285. nu. 4. lib. 2.

Præterea ſecundò ampliabis, vt probari poſſit etiã
per illos teſtes, qui cęperũt delinquentẽ, & potiſſimũ,
ſi alij teſtes non reperirẽtur contra ipſum malefici-
10 um, † nã ſi vrgeat huiuſmodi difficultas probationis
iſti teſtes plenè probant, vt probauit multos referẽdo
Matth. de Affl. in cõſt. Neap. li. 2. ti. de his, qui fideiuſ.
rub. 10. nu. 30. vbi ſcribit ẽt de teſtib. deponentibus de
delicto notorio, & de publica fama delicti commiſſi.

Primò limita, nõ habere locum in teſtibus, primo
examinatis, & demum in tormentis repetitis, non ci-
11 tata parte, † nam tunc non probant delictũ, iuxta cõ-
munem * ſcribentium ſententiam, de qua teſtatur Bar.
in l. fi. in fi. de quæſt. & Marſ. in l. 1. n. 7 co. tit. refert, &
ſequitur Viuius in commun. opin. in verb. teſtes non
poſſunt, qbus accedit Lud. Cattus cõſ. crim. 99. nu. 29.
inter plurium crim. conſ. vol. 1. atq; cõprobauit Blãc.
in pract. crim. fol. 5. nu. 33. idem aſſeruit Ant. de Butr.
in c. qualiter, & quando. §. debet poſt nu. 40. de accuſ.
vbi atteſtatur ita obſeruari ſolere in communi vſu fo
renſi, & ibid. illum refert Aret. nu. 98.

Veruntñ cõtrariã fori conſuetudinem ſolere ob-
12 ſeruari † atteſtatur Blan. in loco nuper relato, & hanc
* eſſe * cõem omniũ curiarium praxim, dicit Foll. in ſua
pract. crim. canon. fol. 109. nu. 1. & Alex. in conſ. 61.
habita ſuper contentis. nu. 9. ver. & dato, ꝙ in fi. lib. 1.

Sedabis tñ contrarias has opiniones hoc pacto, vt
prior procedat, quando reus comparet, & vult ſe de-
13 fendere, & † tunc atteſtationes taliũ teſtium ipſo non
citato, non probant delictum, ſecus ſi ipſo abſente, &
cõtumace, ita diſtinguit Clar. in ſua prac. crim. §. fi. q.
11. verſ. item quaro, & ſequitur Burſ. in conſ. 34. nu. 5.

Ad hæc ſecundo limita, locum ſibi nõ vendicare,
cum teſtes deponũt de delicto noctè commiſſo, &
longo ab illis committentibus delictum interuallo
14 erant ſeiuncti, † & Luna non lucebat, uel non aderat
lumẽ, ꝓpterea, quod tunc nõ probãt delictũ, quinimò
falſi ſuſpicione laborant, iuxta tradita à Gram. voto
21. ſummi opificis. nu. 2. & conſ. 58. Redemptoris gẽ-
tium. n. 1. Cot. memorial. in uerb. teſtes: quod placuit,
& Viuio in ſuis commu. opi. in verbo, teſtis deponẽs
* de nocte, vbi atteſtatur de * cõi prudentũ conſenſu, &
Corn. conſulendo ſenſit in conſ. 217. vol. 1. cui acce-
dit Crau. conſi. 99. Io. filius. nu. 9. & Celſus Vgo conſ.
120. nu. 62. & conſ. 62. nu. 5. quos etiam refert, & ſequi
tur Burſ. in conſ. 34. nu. 6. cum ſeq.

Tertiò limitabis, qñ ab vtraq; parte eſsẽt teſtes exa-
15 minati, † & eſsẽt num. pares, etenim tũc magis credit̃
deponentib. de nõ delicto, quã de delicto, ſi credimus
Cęp. cõſ. crim. 1. uerſ. itẽ vr̃ ex alio. & conſ. ciui. 60. cui
rei ſuffragatur, ꝙ no. Bald. in c. in noſtra. nu. 1. verſ. no.
ꝙ plus creditur, de teſt. ubi inquit magis credi teſt. di-
16 centibus homicidiũ commiſſum fortuitò, † et nõ cõ-
ſultò, quã dicentibus cõtrarium, & ibi etiam Feli. col.
3. nu. 11. ver. & præferuntur dicentes homicidium.

Attendite, & aliud probationis genus, quo delictũ
probare poſſitis etenim.

Delictum probatum dicitur plenè, vbi concurrunt
ſimul hęc tria.

17 † Primò inimicitia, vel odiũ ꝙ quis gerebat, cõtra
quem delictũ commiſſum fuit, ſecundo minę contra
ipſum met, tertio delictũ continuò ſequutum, vt con-
ſultũ fuit à Crau. q multis id ꝓbat, in conſ. 35. ex plu-
rib. concludendum eſt, nu. 4. uerſ. quinimò iſtis tribus.

Quòd quidẽ amplies velim, etiam qñ nõ interceſ-
18 ſerint minæ, † ſed tñ ubi qs ſecretò alloquutus fuerit
alteri, et ille patrauerit delictũ, nam alijs duobus ſu-
prà cõcurrentibus ꝓbaĩ delictũ, ut aſſeruit plurib. Iaſ.
in l. 1. C. de ſer. fug. in col. 5. 5. limit. poſt nu. 31. et illũ
refert, & ſequitur Crau. in d. conſ. 35. nu. 4.

Nec illam probationem intactam relinquam.

19 Delictũ quoq; probari per famã publicam † delicti
cõmiſſi, vt tradidit Matth. de Affl. in conſti. Neap. tit.
de his, qui fideiuſſorib. lib. 2. rub. 10. num. 31. ubi ait ad
probandũ huiuſmodi famam, ſatis eſſe, ſi teſtes dicãt.
communiter à populo ſic æſtimari, & cenſeri.

CONCLVSIO CCCCXCVIII.

ARGVMENTVM.

Delictum, an probetur ex confeſſione extraiudicialis.

SVMMARIVM.

1 *Delictum probatur ex confeſſione extraiudiciali ad id, vt confi-*

conſitens torturæ ſubijciatur.
2 *Confeſſio delicti extraiudicialis non probat, quia in criminalibus requirunt probationes luce meridiana clariores.*
3 *Confeſſio extraiudicialis delicti non ſufficit ad plenam probationem contra conſitentem.*
4 *Delicti confeſſio extraiudicialis non ſolùm probat contra confitentem, vt ſubijciatur torturæ, verùm etiam ad ſui defenſionem.*
5 *Delictum probatur ex confeſſione extraiudiciali etiam facta a minore.*
6 *Delictum probatur etiam per confeſſionem clerici factam coram laico. Contrar. nu. 8.*
7 *Clericus confeſſus coram laico committitur cum proceſſo ad Epiſcopum.*
8 *Contra clericum non poteſt procedi ad torturam, vrgentib. quibuſcunque indicijs, niſi ipſe ſit infamis.*
9 *Delictũ probat cõfeſſio extraiudicialis facta p̃ſente parte.*
10 *Delictum confeſſio extraiudicialis facta parte præſente nõ probat, ſed facit indicium ad torturam.*
11 *Præſentia partis nullam vim habet in criminalib.*
12 *Delicti confeſſio extraiudicialis probat contra confitẽtem, ſi pars præſens acceptet confeſſionem. Contr. nu. 13.*
14 *Confeſſio extraiudicialis nocet in iudicio, ſi eſt deducta tanquam delictum.*
15 *Delictum ex confeſſione extraiudiciali extraordinariè poteſt arbitrio iudicis puniri.*
16 *Confeſſio extraiudicialis delicti ſi eſt geminata, vi geminationis probat.*
17 *Confeſſio extraiudicialis delicti ad hoc, vt quis ſubijciatur torturæ, debet eſſe facta coram duobus teſtib.*
Omne indicium debet probari per duos teſtes. ibi.

Superioribus delicti probation ib. & illa annectenda eſt. Delictũ p̃bari ex cõfeſſione extraiudiciali, ad id. ſ. vt
1 cõfitens † torturæ ſubijciat̃: ſecus aũt, vt ordinaria pœna illi irroget̃, ꝙ deciſum reliquere Dñi de Rot. in deciſ. 1. aliàs 180. licet cõfeſſio. de confeſſ. in nou. & pulchrè in hãc ſñiam ſcripſit Dec. in c. at ſi clerici. nu. 1. de iudi. idẽ ſenſit Iaſ. in l. magiſtratib. nu. 4. verſ. iſta limit. ff. de iuriſd. om. iud. idẽ tenet Imo. in c. poſt inquiſitionẽ. de elect. Paris quoq; voluit de Puteo in tract. de ſindicatu, ĩ ver. mãdauit Rex p̃ti. n. 20. Bar. ẽt docuit poſt gl. ĩ l. capite 5. ff. de adul. & diremit hoc Bell.
2 dec. 721. licet cõfeſſ. vbi reddit rationẽ, † cur plenè nõ probet, quia (inquit) in criminalib. requiruntur probationes luce meridiana clariores, vt ait ſancitũ ab Imperat. Grat. Valent. & Theodoſ. in l. fi. C. de proba. ſed fieri põt, vt quis confiteatur delictum, & tñ non commiſerit illud, vt quandoq; fieri ſolet, vt de mulieris fama detrahatur, vel eius coniugis, ſiue alij, aut ea mente, vt quis ſe iactet, & glorietur: fieri enim põt, vt ipſe mentiatur, quocirca huiuſmodi confeſſio delicti non
3 ſufficit † ad plenam probationem contra confitentẽ, quod ſequitur Mil. in reperto. in verbo, cõfeſſio extraiudicialis, & de * communi atteſtatur Fely. in c. olim, poſt n. 8. verſ. fallit ſeptimo, de reſcrip. & in c. ſi cautio. col. 5. verſ. quarta declaratio. poſt nu. 24. de fid. inſtru. & in c. de hoc. col. 1. n. 1. de ſimo. placuit quoq; Mar. ĩ l. de minore. ver. vlterius, cõfeſſio facta. n. 50. ff. de qõ.

Primo loco iſtud ampliabis, vt nedũ procedat cõ-
4 tra confitentẽ, vt ſubiiciatur torturæ, verùm ẽt † p̃bet ad ſui defenſionem, & ad abſolutionẽ, nempè ſi qua mulier accuſaſſet ſuũ cõiugem de adulterio cum Titia commiſſo extraiudicialiter, poſtea cõfeſſa ſit, præſentibus teſtibus id dixiſſe, non ꝙ res ita ſeſe haberet, ſed metu cõſanguineorũ, talis namq; confeſſio p̃deſt ad abſolutionẽ, ita concludit Rom. in conſ. 167. Ant. accuſatus. col. 2. poſt nu. 6. verſ. quinto præmiſſa, ꝙ dictum non eſt noſtris ſcribentibus notum in hac materia. Ideo illud menti penitus tibi inhæreat.

Secundò amplies, etiãſi confeſſio eſſet facta à mi-
5 nore. † ex illa n. nihilominus probat̃ delictũ, ita Mar. teſtatus eſt in d. l. de minore, in prin. nu. 50. ver. quæro vlterius, confeſſio facta. ff. de qq. vt ẽt auctor eſt Bal. in l. clarum. C. de auct. præſt. & pro ſingulari, & eximio axiomate no. Anto. Columbus in ſing. 15. quando.

Tertiò amplia, vt procedat, etſi clericus confiteat̃
6 coram laico, & ſic coram non ſuo iudice, † q̃a nihilominus cũ ex hac cõfeſſione dicat̃ infamia notatus, poteſt puniri, ita tenet Abb. in c. 1. poſt nu. 7. de poſ. & ſequit̃ Fel. in c. olim. col. 2. verſ. tertius caſus. poſt nu. 2. de reſcrip. quibus adhæret Dec. in c. at ſi clerici, ver. 6. aliàs ſum ſequutus iſtã partem. poſt nu. 165. de iudi. & ſequit̃ Aug. de Arim. in addi. ad Ang. de Aret. dẽ maleſi. in verbo, nec non ad denunciationẽ, verſ. q̃ro an cõfeſſio facta per tex. in d. §. ſi verò crimen, in verbo,
7 prius iudicẽ ciuilem adeat. Auth. de Sanctiſ. epiſ. † vbi clericus confeſſus coram laico remittit̃ cum proceſſu ad Ep̃m, vt in iudicando ep̃s illi proceſſui innitatur.

Totus fuit alienus ab hac ſñia Marſ. ex multis adductis in ſing. ſuo 55. incip. aduertas ad vnum. vbi voluit contra clericũ non poſſe procedi ad torturã, vrgẽ-
8 tibus quibuſcunque indicijs, niſi ipſe clericus ſit infamis, ꝙ dictum (vt eius verbis vtar) inquit, ſibi bis feciſſe honorẽ, & habuiſſe & practicaſſe in ciuitate Cumarũ, & ex illo conſequutum fuiſſe apud peritos maximum honorẽ, ſed parum lucri, quia ille clericus, quẽ liberauerat à tortura, erat pauper, & promiſit illi ſatiſfacere de miſſis, & orationib. Idem tenet Iaſ. in l. magiſtratib. nu. 3. verſ. noc. illud, ff. de iuriſd. omn. iudic.

Primò limitanda eſt concluſio, vt nõ procedat, qñ
9 cõfeſſio eſſet facta p̃ſente parte, † quia tũc probat delictũ, ita inquit Abb. in c. at ſi clerici. poſt nu. 16. col. 7. verſ. quæro quẽ effectũ. de iud. & ita intelligit ea, quæ notauit Inno. in c. per inquiſitionẽ. de elect. & Rom. in repet. l. ſi vero. vlt. col. poſt nu. 89. verſ. 8. probat̃. §. de viro, ff. ſolu. matri. Idẽ ait Tindar. in tract. de teſtib. in 2. lib. c. 6. incip. Dic Bald. de quæſ. col. 2. poſt nu. 5. ver. inuoluta res eſt, & cõſuluit ad hoc Rom. in cõſ. 7. viſis neceſſarijs. poſt nu. 1. verſ. 2. ex alia cauſa. Mil. aſſeruit idem in reperto. in uerbo, confeſſio extra iudicialis.

10 A contraria parte, † ſcilicet parte præſente ſolũ facere indicium ad torturam, & non probare, ſtat Aret. quẽ ſequitur Fel. in c. olim. col. 3. ver. fallit tertiò. poſt nu. 5. de reſcrip. teſtatur Bal. in l. q̃m etiam uerſ. & aduerte, cir. fi. ff. de his, qui notant. infam. dicens p̃ſentiã
11 partis nullã uim habere † in criminalib. & iſtã opi. p̃bauit Fel. in c. ſi cautio. poſt nu. 24. uer. quarta declaratio. de fide inſtru. & ſequitur Dec. in c. at ſi clerici. col. 11. uerſ. ſecunda conclu. poſt nu. 128. & ſeq. de ind.

Qui uoluerit priorẽ ſequi ſententiam, intelliget illã
12 ueram eſſe, † ſi pars præſens acceptet confeſſionẽ, probat enim tunc contra confitentem, ita docuit Mil. in ſuo repert. in uerbo, confeſſio extraiudicialis.

Contrariũ ſenſit Dec. in c. at ſi cler. col. 12. poſt nu.
* 137. de iudic. ubi inquit * cõem eſſe opin. † ut ſufficiat
13 præſentia ſine expreſſa acceptatione. idẽ uoluit Sadolet. in rep. l. certũ, §. ſi q̃s abſente. col. pen. de confeſſ.

Inſuper ſecundò limitabis, ut uera non ſit, quando hmõi confeſſio extraiudicialis eſſet deducta in iudiciũ tanq̃ delictum, ueluti quia confeſſus ſit ſe adulterio ſtupraſſe quampiam mulierem, & aliquis accuſet eum de adulterio, ſicq; ille confeſſionẽ deducat inti-
14 tulũ delicti, † ſi poſtea probetur per teſtes adulteriũ, nocet in iudicio, ita tradidit Anto. de Butr. in d. c. at ſi clerici. de iudi. & ſequitur auctor addit. ad d. primam dec. alias 180. licet confeſſio, in fi. de confeſſis. in nou. & Mil. ſenſit in ſuo repert. in uerbo, confeſſio extraiudicialis. Iſta uerò eſt inſignis declaratio, & limitatio, ad quã nec Fel. nec alij animum aduertere, proinde videas, ne tibi lector excidat.

Tertiò limites uelim, ut licet ex illa cõfeſſione deli-
15 cti non poſſit in eũ animaduerti ordinariè, † tñ extraordinariè poterit arbitrio iudicis puniri, nempè, ſi q̃s iactet ſe extraiudicialiter adulterio uitiaſſe uxorem

Titij

Titij, tanq̃ ſe extollens de illo delicto poterit puniri. Ita docuit Inn. in c. quam ſit graue, de exceſ. præl. etiã ſine alio accuſatore, ita inſigniter concludit Bellam. in d. deciſ. 721. licet confeſſio in fi. et ſequitur Fely. in c. olim. in col. 3. poſt nu. 7. verſ. fallit ſexto. de reſcr. ꝙ axioma animaduerſione dignum, et egregium arbitratus eſt Paris de Put. in tract. de ſindic. cart. 69. in 3. col. poſt prin. in ver. ad dictum ſingulare, quod etiam valdè ꝓbauit Hypp. de Marſ. in l. de minore, poſt nu. 53. verſ. vltra prędicta. de quęſt.

Quartò limita, quando confeſſio delicti eſſet gemi-
6 nata, †etenim tunc vi geminationis probat, ſecundũ Bar. in l. cum ſcimus. poſt nu. 6. verſ. no. quòd confeſſio. de agric. et cenſ. et aſſerit Fel. in c. de hoc. col. 1. nu. 3. verſ. 3. limita. de ſimo.

Quintò, et poſtremo limitabis, et intelliges, ad hoc, vt poſſit ſubijci torturæ requiri confeſſum eſſe illud
17 delictũ † corã duobus teſtibus, nã ſi confeſſio extraiudicialis facit indiciũ, omne iudicium debet probari ꝑ duos teſtes, iuxta ſententiam Bar. in l. fi. nu. 7. ver. quęro qualiter debeat. ff. de q. quod etiam prodidere gl. et cæteri Doc. in l. 1. C. fam. erciſ. ita reſum fuit ab Alex. in conſ. 180. in cauſa Angelorũ nu. 2. et 6. vol. 2. Hæc, et alia huiuſmodi videre potens ſupra in concluſione, cõfeſſio extraiudicialis, et in concluſione, crimẽ, ad quas, ne bis idem extra rem repetam, te reijcio.

CONCLVSIO CCCCXCIX.

ARGVMENTVM.

Delictum, an probetur ex fuga, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Delictum regulariter non probatur ex fuga.*
2 *Delictum ex fuga non probatur, licet lege municipali cõtrarium eſſet cautum.*
3 *Iure cõmuni cauetur, quem ex præſumptionibus damnari non poſſe.*
4 *Delictum probatur per fugã, ſi eſſet manifeſtum contra fugientem, & delicti genus pœnam mortis poſtularet.*
5 *Delictum baratariæ probatur ex fuga facta pendẽte cauſa. Contrarium. nu. 6.*
7 *Intelligentia tex. in l. conſiliarios. C. de aſſeſſor.*
8 *Fuga inducit confeſſionem delicti.*
9 *Verbum, tenebitur, non accipitur pro habebitur, vel cenſebitur, ſed pro eo, quod erit obligatus.*
10 *Magiſtratus fugiens habetur pro confeſſo.*
11 *Fuga magiſtratus arrepta antequam e magiſtratu ſe abdicet, inducit, vt puniatur tanquam committens crimen læſæ maieſtatis.*
12 *Magiſtratus, ſi intra quinquaginta dies, per quos debet ſtare ad ſindicatum, fugam arripit, & perductus ſit, licet inuitus ad locum, ex quo fugerat, ex illa fuga contra ipſum nulla probatio delicti inducitur.*
13 *Delicti tanta probatio inducitur ex fuga magiſtratus, vt tormẽtum illi additum, ſatis ſit ad eum condemnandum.*
14 *Ex fuga oritur probabile indiciũ, vt malemeritus torqueri poſſit. Sublimita, vt nu. 15.*
16 *Delicti probatio, & plena fides inducitur in criminalibus etiam ad condemnationem in fugiente ex carcerib. Sublimitabis, vt nu. 17.*

1 Delictum regulariter non probari ex fuga, †cautum eſt ab Vlp. in leg. Corn. vbi Bar. nu. 1. ff. ad Syll. et ſancitum habemus à Iuſti. in l. vnica. §. ſin aũt poſt. C. de rap. virg. et ab eo. Iuſt. in §. ſuſcepto. in Auth. de exhib. reis, et in l. raptores, ut & Bar. C. de epiſc. et cler. idẽ tradidere poſteriores noſtri ſcribentes, vt Fel. in c. nullus. in prin. verſ. regula quòd fuga, extr. de præſump. vbi ponit hanc cõcluſionem cũ ſex fallẽtijs. Idẽ facit Scipio Iannat. in ſua reg. 116. idẽ Bernard. Diaz. in ſua reg. 208. et Duẽ. in ſua reg. 209. Marſ. quoq; in rubr. C. de prob. n. 279. verſi. alio modo enim fit probatio refert, et ſequitur hanc reg. Fel. vbi ſupra cum multis ibi adductis, ſed videas quæ diximus in concluſione, fuga.

2 Id ampliabis, vt eo vſq; cõcluſio procedat, vt † etiã ſi lege municipali eſſet cautũ, ut ex fuga probaretur delictum, nihilominus cõcluſio noſtra haberet locũ, nec ualeret illud ſtatutũ, cum repugnet iuri cõmuni,
3 quo cauetur, quẽ ex præſumptionibus † damnari non poſſe, iuxt. ſententiã Vlpiani in l. abſentem. ff. de pęn. et in l. 1. §. Diuus. et Pauli in l. fi. ff. de q. ita Rom. docuit in d. leg. Cornel. ff. de ſica. nu. 3.

Reſtringas hanc ampliationẽ, ut tãtum procedat,
4 niſi eſſent manifeſta delicta contra fugientem, †et delicti genera pœnam mortis poſtularent, tũc enim ualeret ſtatutum, et ſic ex eo probatur delictum per fugam, ut una mente in hanc deſcendere ſententiã Fel. Dec. et alij in c. ſicut. de proba. quos refert, et ſequitur Duen. in reg. mihi 209. ſiue 389. in 1. ampliat.

Primò limitabis, ut nõ uera ſit concluſio in magiſtratu de pecunijs repetundis accuſato, q pendẽte cã
5 fugiat, † nã tũc ex huiõi fuga probatur iſtiuſmodi delictum baratariæ (ſic enim pecuniarum repetundarũ crimẽ noſtri appellant) et hr̃ pro confeſſo, id dilucidè ſancitũ eſt ab Imp. Arcad. et Honor. in l. conſiliarios. C. de aſſeſſor. quẽ contextũ commẽdãr plures Doct. ab Hipp. relati in reper. rub. C. de prob. nu. 281. verſic. primus enim eſt. et Bar. in d. l. conſiliarios. ubi de hoc exultat, et geſtit. Idem voluit Fel. in c. nullus. nu. 2. de pręſum. et Rom. ſẽſit in repe. l. admonẽdi. nu. 58. ff. de iureiur. et ibi Fran. Cur. nu. 161. et Rip. nu. 73 et Caro Sacch. nu. 57. hoc idẽ probauit Io. Sign. in l. leg. Corn. nu. 15. ff. ad Syllan. et reſpondit Oldr. in conſ. 65. nu. 1. adeas, q̃ deduximus in cõcluſione, fuga magiſtratus.

6 Contra iſtã limitationẽ faciunt ea, † quæ animaduertit Iaſ. in l. admonẽdi. nu. 88. poſt Sal. in eadẽ l. nu. 11. de iureiur. vbi concludũt. cõtex. in d. l. cõſiliarios. non loqui quantũ ad ipſum magiſtratũ fugientem, ſed contra ſubtrahentem, et fugere impellentẽ ipſum
7 magiſtratũ, quæ intelligentia vr̃ vera, † ſi rectè conſiderent uerba ipſius legis: inquit. n. ibi tex. pro cõfeſſo autẽ tenebitur, qui accuſatus huiuſmodi perſonã ſubtraxerit. Ideoq; hoc modo eſt interpretanda, vt ille, q poſtquam magiſtratus fuerit accuſatus de aliquo delicto, huiõi pſonã nẽpè accuſari ſubtraxerit, teneatur reſtituere in quadruplũ, quæ docebantur ablata. Iſtã vero intelligentiam optimè adiuuat tex. in l. quoties. de exactor. tributor. lib. 10. ibi, qui cũ diſtulerit, coerceatur, ac totius ſummæ exactionem in ſe ſuſcipiat.

Verum in hac cõtrouerſia poſſumus dicere illum tex. in d. l. conſiliarios rectè facere ad probandã limi-
8 tationẽ prædictã, † et ex illo colligitur fugã inducere cõfeſſionẽ delicti, nam talis eſt ſenſus, ille, qui ſubtraxerit perſonã accuſati, tenebitur pro cõfeſſo. põdera verbum tenebitur, quia nõ accipit̃ pro habebitur, vel
9 cẽſebitur, ſed tenebit̃, † hoc eſt, erit obligatus, nempè emendare dãna ab ipſo fugiente illata, ut ex uerbis tex. ſeq. colligitur, ſcilicet, teneat̃ reſtituere, etc. et ſic lex dixit ſubtrahentem teneri, et in hoc Iaſ. et Salyc. uera dicunt. At quando textus inquit ꝑ cõfeſſo tenebitur, innuit fugientẽ eſſe confeſſum ex illa fuga, nã ſi tenebitur pro confeſſo, et remanet obligatus ꝑ cõfeſſo, q́s eſt iſte confeſſus niſi fugiẽs, uel ſubtrahẽs, et
10 quõ eſt confeſſus niſi ex fuga? † ergo magiſtratus fugiens hr̃ pro confeſſo. Et hoc pacto, q̃ retulimus, uera ſunt, atq; Bar. et alij à criminationib. illęſi remanent.

Verumtamen utri adhæreamus parti, lector tu videris. Non omittã tamen, quo res planior, fiat diſtinctionẽ Rom. in repet. l. admon. n. 58. de iureiu. vbi aſſerit, ꝙ aut magiſtratus fugã arripit, anteq̃ è magiſtra-
11 tu ſe abdicet, et tũc illa fuga hoc inducit, † vt puniat̃

tanquam

tùq̃ cõmittens crimẽ læſæ maieſt. ita probat tex. in §.
ſi quis aũt. in Auth. de admin. aut fugit poſtq̃ perfun-
ctus fuerit munere intra tñ 50. dies, per quos debet ſta
re ad ſindicatũ ex forma iuris cõis, l. 2. C. vt oẽs, iudi-
ces. & in §. neceſſitatem. in Auth. vt iudi. ſine quoquo
ſuffr. & in d. l. conſiliarios. C. de aſſeſſo. & tũc ſi perdu-
12 ctus ſit, licet inuitus † ad locũ ex quo fugerat, ex illa
fuga cõtra ipſum nulla ꝓbatio delicti inducit̃, ſed de-
lictũ, ad hoc, vt cõdemnet̃, debet legitimè probari, ita
tex. innuit in d. §. neceſſitatẽ. ſecus aũt, ſi non fuerit re-
ductus ad locũ, à quo fugit, tunc. n. ex illa fuga induci
13 tur tanta probatio delicti † vt iur̃m illi additũ ſatis ſit
ad eũ condemnandũ, vt colligimus ex §. nulli, verſ. ſu
ꝑ hoc in Auth. de colla. cui quidẽ diſtinctioni Roma
ni ſubſcribit ſe ipſe Iaſ. in l. admonendi. nu. 177. & ibi
Io. Bapt. Caccialup. nu. 85. & Fely. in c. nullus, nu. 2. de
ꝓſump. cũ ibi alleg. & Hipp. de Marſ. in rub. C. de ꝓba.
nu. 281. d. verſ. primus enim eſt in officiali.

Secundò velim limites, vt ſaltẽ ex fuga oriat̃ pro-
14 babile indiciũ, † vt malemeritus torqueri poſſit, vt ex
multis videre eſt, q̃ deduxit Iaſ. in d. l. admonendi. ſub
* nu. 88. in lec. & in repe. n. 169. vbi hãc eſſe * cõem opi.
aſſeuerat, & tradidit Hipp in pract. crim. in §. diligen-
ter. nu. 41. & ſenſit Iac. de Beluiſ. in prac. iudi. in tit. de
quæſt. nu. 1. quibus adhæret Marc. Ant. Blan. in tract.
de indicijs, nu. 258. idẽ cõprobauit Ang. Are. in tract.
maleficiorũ, in verb. ꝙ fama publica, nu. 46. & voluit
Rom. in repet. d. l. admonendi. nu. 57. & hanc conclu.
tradidere Bar. in l. fi. ff. de q. Bald. in l. volũtatis, nu. 11.
C. de fideiuſ. Io. Imo. & ibi Fely. nu. 3. & in c. nullus. de
ꝓſump. & qñ locum habeat vide Dec. in conſ. 234. ꝙ
incipit, in effectu, 2. col. vol. 2. verſ. non obſtat. & vide
dicta per nos, in d. concl. fuga.

15 Sublimita † huiuſmodi limitationem in quatuor
caſib. poſitis à Iaſ. in d. l. admonendi. nu. 89. & in ſeptẽ
quos ponit Duen. in reg. mihi 390. cum ſeq.

Tertiò limitare poteris, vt concluſio locũ non ha-
beat in fugiente ex carcerib. nam in criminalib. indu
16 citur plena fides, & probatio delicti † etiam ad con-
demnationem, vt apertè cauit Calliſtratus in l. in eos.
ff. de cuſto. reor. & in l. milites argu. §. pen. ff. de re mil.
& ſcripſit hoc ẽt Spec. in tit. de præſumpt. §. 2. verſ. de
violẽta & ibi latius Io. And. in add. magna, qui dicit
hoc fuiſſe diſpùtatũ in curia Romana, prout ẽt refert
Iaſ. in d. l. admonẽdi, nu. 90. de iurei. atq; placuit Are.
in tract. maleficiorũ, in verb. ꝙ fama publica nu. 46.
& ibi Aug. Arim. in addit. nec id omiſit Hipp. ĩ prac.
in §. diligenter, nu. 46. & in §. attingã. nu. 44 & in repe.
rubricæ, C. de proba. nu. 282. verſ. itẽ eſt alius, nec ret-
cuit Fel. in c. nullus, nu. 3. de præſump. nec intactum
reliquit Fran. Cur. in repe. d. l. admonẽdi, nu. 169. & ibi
Pet. de Tholo. nu. 77. Soc. protulit in reg. 142. in 3. limi
ta. ita conſuluit Oldr. in conſ. 64. in prin. ſequutus eſt
Alex. in conſ. 144. in 11. par. verſ. excõmunicatus vide
quæ diximus in noſtra concluſione fuga carcerati.

17 Sublimitabis, † vt per Pet. Duen. in reg. num. 192. in
verſ. fuga, & dicetur latius infra in eadem met conclu-
ſione, fuga carcerati.

CONCLVSIO D.

ARGVMENTVM.

Delictum, an per inſtrumentum probetur.

SVMMARIVM.

1 *Delictum regulariter per inſtrumentuum non probatur.*
2 *Per inſtrumentum non probatur Titium percuſſiſſe, etiã ſi notarius rogetur in ipſo actu percutiendi, niſi quando notario eſt commiſſa inſpectio vulnerum, qui videret, & inſtrumentum conficeret.*
3 *Reus debet conuinci teſtibus.*
4 *In criminali non credit atteſtationi teſtis minoris 20. ann.*
5 *Delictum non probatur per inſtrumentum, licet repertum in archiuio publico, & ſolemne, & publicum.*
6 *Coniuratio probatur per ſcripturam, in qua conſpirantes ſubſcripſerunt ſe promiſſioni.*
7 *Delictum probari poteſt per inſtrumentum, quando agit̃ ciuiliter, & etiam qñ agitur ad probãdum adminicula.*
8 *Delictum per inſtrumentum non poteſt directè probari.*

1 Delictũ regulariter † non pro-
bari per in-
* ſtrumentum * omnes notant in l. ſciant, C. de prob. &
iuris Pontificij ſcribentes in c. cum in eccleſijs, de ma-
io. & obed. & in c. ſuper his. de accuſ. & profitentes in
l. cõtra negantẽ. C. ad l. Aqui. ĩ l. obiecimus ere. C. quor.
appel. nõ recip. & in l. In ſenatus, ff. ad Turpil. ibi Bar.
verſ. in contrariũ vẽ, latè Io. And. id proſequit̃ in reg.
ſemel. de reg. iur. lib. 6. in Mercurialib. & rñdit Old. in
conſ. 199. Pro fundamento attendendum eſt. Roma.
cauit in cõſ. 349. in prin. Saly. docuit in l. ſinguli nu. 2.
C. de accuſ. & in fi. C. de prob. & cõſulas Marc. Maur.
in ſing. 416. ſolet dici. & cõferunt d. per Fed. de Senis
in conſ. 199. quæritur an dñs. in fi. dicens inſtr̃m non
probare certificationem. Cyn. in l. fi. poſt nu. 1. verſ. &
è contra, C. de prob. & eſt gl. in c. fi. de iureiu. in 6. ſuper
verſ. datis. & in c. cum in eccleſijs. de maior. ſuper ver-
bo, authenticas & ſentit Inn. in c. ſtatuimus. num. 2. de
offi. deleg. tradit Bar. in l. 3. §. idẽ Diuus. ff. de teſtib. ſe-
quit̃ Alex. in l. prætor. de eden. proba. Bald. in l. 2. ff. de
fer. præclarè idẽ Bal. in rub. C. de fid. inſtr. poſt Bart. in
2 auth. ſi quis in aliquo C. de eden. vbi dicit, † ꝙ per in-
ſtrumentum non probatur, ꝙ Titius percuſſit, etiamſi
notarius rogatur in ipſo actu percutiendi, niſi quãdo
notario eſſet commiſſa inſpectio vulnerum, qui vide-
ret ac inſtr̃m cõficeret, teſte Iac. de Belu. in eius pract.
iud. in §. nunc reſt. nu. 128. verſ. nec dicas crimen ple-
nè probari per inſtrumentum.

3 Concluſionis noſtræ ea põt afferri ratio, † q̃a reus
debet conuinci teſtib. vt ait Fel. in c. cũ in eccleſijs. in
prin. de maior. & obed. tum quia in inſtrumẽto poſſet
eſſe ſcriptus teſtis minor 20. ann. & tamen eius atteſta
4 tioni non crederet̃ † in criminali, vt colligitur ex c. ſo
rus. de verb. ſign. & tradidit Fely. vbi ſupra. in prin. vbi
alias refert rationes.

Primò amplia, veram eſſe concluſionem, etiam ſi
inſtrumentum eſſet repertum in Archiuio publico,
5 & eſſet ſolemne, & publicum, quia † nihilominus ex
illo non probatur delictum, vt aſſeruit Iaſ. in conſ. 34.
col. pen. nu. 8. lib. 1. & Bar. in d. l. in ſenatus. d. ver. in cõ
trarium, ff. ad Turpil. quos refert, & ſequitur Crau. de
antiq. temp. in 1. par. verſ. quartò limitatur nu. 13. ver.
ſecundò ſublimitatur.

Concluſionem modo limitabis non habere locũ,
qñ agitur de probando delicto, ꝙ committitur cõtra-
hendo, veluti ſi aliqui contra Titium conſpirando
6 ſubſcribãt ſe promiſſioni, † nam tunc talis coniuratio
probabit̃ ex illa ſcriptura, vt traditũ eſt à Cy. in l. fi. in
fi. verſ. verumtñ. C. de prob. & Bar. ꝓbauit in l. in Sena
tus. ff. ad Turpi. gl. & Bar. ꝓdidere in l. nõ intelligit̃. §.
tacita. ff. de iur. fiſ. & Sal. meminit ĩ l. ſing. C. de accuſ.
& dixit Fel. in c. cũ in eccleſijs, vbi ponit octo limita-
tiones, de quib. dictũ eſt ſup. in cõcluſione, crimen, &
in cõcluſione, cõiuratio, & cõcluſione, crimẽ læſę ma
ieſtatis, & in concluſione, damnũ, ad quas te reijcio.

7 Secundò limita non procedere, † qñ agit̃ ciuiliter,
tunc nempè probari põt per inſtr̃m, vt deciſum fuit à
Put. in dec. 10. lib. 2. nondũ typis tradit. ac ẽt qñ agit̃
ad probandũ ſ adminicula, vt uolo probare damnum
datum in re mea, & ad dominium probandũ produco
8 inſtr̃m, † ſed directè delictum per inſtrumentum non
poteſt probari, ut id exemplo planũ facit Bar. in d. l. in
Senatus. ff. ad Turpilia. & alij in concluſione allegati.

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO DI.

ARGVMENTVM.

Delictum an probetur ex tranſactione.

SVMMARIVM.

1 *Delictum probatur ex tranſactione,*
2 *Delictum in quo licite poteſt tranſigi non probatur ex tran*
ſactione.
3 *Delictum ex tranſactione non probatur, quando tranſigi-*
tur expreſſe proteſtando tranſactionem facere cauſa re-
dimendi ſe a vexatione,
4 *Delicti confeſſio non inducitur ex tranſactione, quando*
tranſactio eſt gratuita.
5 *Delictũ non inducitur ex tranſactione, etiam ſi quis dede-*
rit, vel promiſerit aliqd ei, in quẽ delicti culpa conferebatᷣ,
vt eũ a culpa, ob quam in diſcrimẽ vocabatur, liberaret,
6 *Delictum ex tranſactione non inducitur, etiam quando*
ſit tranſactio, & per pactum generale remittuntur om-
nia damna, & iniuria.
7 *Crimen confiteri non dicitur tranſigens in caſu à iure com*
muni conceſſo.
8 *Delictum confiteri dicitur tranſigens in caſu à iure non*
permiſſo.

1 Delictum probatur † ex trãſa-
ctione ita
aſſeuerauit Pau. iur. conſult. in l. quẽ. ff. de his, qui no-
tãtur infamia, & ſanxere Imperatores Valeria. & Gal
lien. in l. non damnatos. C. ex quib. cauſis infamia ir-
rogetᷣ, & rñdit Vlpia. in l. in fiſci cauſis. ff. de iur. fiſci.
& in l. eius qui, & in l. Imperator. eo. tit. de iure fiſci. ca
uit Cœpol. caut. 158. qui paciſcitur, in prin. & ſenſit
Octauian. Vulpell. in conſ. 68. in prin. vol. 1.
Primò limita locum ſibi non vendicare in delictis,
2 † in quibus licitè non poteſt tranſigi, vt traditũ eſt ab
Vlpiano, in l. fin. ff. de præuaricatorib. & in l. 1. & 2. &
ibi gl. de his, qui ſibi mortem conſciuerunt.
Secundò limita non procedere, qñ tranſigitᷣ expreſ
3 sè, proteſtando, & declarãdo tranſactionẽ facere † cã
redimendi ſe à vexatione. Ita conſultum fuit à Caſtr.
in cõſ. 348. incip. notandũ, ꝙ adulterium. in fi. nu. 16.
vol. 1. & Io. Faber. tradidit in l. tranſigere. circa fi. C. de
tranſact. itẽ dic, ꝙ in caſib. cauit Cœpol. d. caut. 158.
verſ. ſecunda eſt, ꝙ in tranſactione exprimatur.
Tertiò limites non eſſe veram cõcluſionẽ, qñ tran
4 ſactio eſt gratuita, † nam tunc non induceretᷣ cõfeſſio
delicti, vt videre eſt ex l. non dãnatos. C. ex quib. cau-
ſis infamia irrogetᷣ, & in l. in fiſci cauſis, ff. de iure fiſci.
A contrario ſenſu Bar. in d. l. tranſigere. in 2. lectu. 2.
col. verſ. item oppono. d. l. ſi maritus. C. de tranſa. Bru.
in tractatu, de indit. col. 11. verſ. quæro, quid de cõfeſ-
ſione tacita. Caſſan. in cõſ. 58. licet pro parte, poſt nu.
22. verſ. & ſi reperiretur. Cœpol. d. caut. 158. qui paci-
ſcitᷣ. verſ. ſed ſi quis velit euitare, & Marſ. in eius prac.
§. diligenter. nu. 178. verſ. quæro vlterius, an tacita cõ-
feſſio. in fi. d. ver. hoc idem placuit eidem Octau. Vul
* pel. in conſ. 4. nu. 9. vol. 1. vbi * communem dicit.
5 Amplia iſtam limitationẽ, vt procedat, † ẽt ſi quis
dederit, vel promiſerit aliquid ei, in quẽ delicti culpa
conferebatur, vt eum à culpa, ob quam in diſcrimen
vocabatur, liberaret, vt notat Caſſan. in d. conſ. 58. d.
nu. 22. ver. & ſi reperiretur, & videas Gram. in voto ii.
6 in fi. & etiam qñ ſit tranſactio, † & per pactũ genera-
le remittuntur omnia damna, & iniuria, vt ait Cœpol.
d. caute. 158. verſ. ſed poteſt d. caute. & per totum.
Diſtinguas aũt, vt in d. l. trãſigere. C. de tranſact. an trã
7 ſigatᷣ, vel paciſcatᷣ in caſu à iure conceſſo, † & tunc nõ
dᷣ crimen confiteri tranſigens, vel paciſcens in crimi-
ne, in quo pœna ſanguinis ingeritur, nec oritur indi-
ciũ contra eũ: ſi vero facta ſit in his, in quib. criminib.
non ingeritur ſanguinis pœna, vel in caſu à iure non
8 permiſſo † vt in adulterio, tunc tacitè dᷣ tranſigens
confiteri, & hoc modo intelligitur d. l. quñ. ff. de his, q
not. infam. vt notant Doctores præfati in d. l. tranſige
re, vbi Iaſ. in fin. dat multas cautelas. ne dicatur tranſi
gens delictum confiteri, & Brun. in d. tract. ſup. allega
to. atq; Marſ. in d. pract. in §. diligenter, poſt dictũ nu.
Secũdò limitabis,& intelliges ꝓdicta, vt tale depo
7 ſitũ confeſſatũ tm̃.i. † de quo aliter conſtare non põt q̃ per confeſſionē depoſitarij, non gaudeat priuilegijs veri depoſiti.ſ. de cuius vera numeratione certiſſimis probationib.appareat.Ita Bal.tradidit in conſ.384.duo ſunt videnda in fi.lib.1. quē refert, & ſequitur Soc. in d.cõſ.142.diu profectò. lib.1.nu.7. quem refert etiam Tiraq.in tract.de vtroq; retrac. vbi ſup.nu.14.

CONCLVSIO DXI.

ARGVMENTVM.

Teſtes deponentes de depoſito, & ſuper depoſito,an probent, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes de depoſito, ſi dicant tantummodo iſtiuſmodi confeſſum fuiſſe recepiſſe depoſitum, non probant.*
2 *Teſtes ſuper depoſito certæ ſummæ in ſaculo, nõ probãt, niſi dicant vidiſſe numerari certam ſummam.*
3 *Teſtes probant, ſi vnus dicat vidiſſe pecuniam deponi, & alter vidiſſe numerari.*
4 *Depoſitum excedens libram auri debet probari per quinq; teſtes inſtrumentarios, & infra libram per tres.*
5 *Cautio probandi depoſitum nullis teſtibus, & nulla ſcriptura factum.*
6 *Depoſiti plena probatio inducitur contra depoſitariũ ob acceptationem literarum deponentis, & ſilentium eius.*

Teſtes deponentes de depoſito ſi dicant tantummodo iſtiuſmodi cõfeſſum fuiſſe
1 depoſitum † nõ probant: oportet enim, vt deponāt re ipſa factum fuiſſe. Aliud enim eſt depoſitũ re vera traditum,aliud cõfeſſum,arg.l.1.§. ſi mutuũ.ff. ſi quis in fraudem patro.& dixit Bal.in conſ.218.nu.5.vol.1.

Quemadmodũ et̃ teſtes ſuper depoſito certæ ſummæ in ſaculo nõ probant,licet deponant vidiſſe depo
2 ni ſacculũ,niſi dicant vidiſſe numerari† certā ſummā vt aſſeuerauit Bar.in l.cũ ſeruus.ad fi.nu.3.de cond.& demon.& conſuluit Natt. in conſ.202.nu.12.vol.1.& ſenſit Rol.à Valle in conſ.63.perſpectis diligēter his, nu.24.verſ.nam vt depoſitum.vol.1.

Quod limitabis, ſi vnus teſtis dicat vidiſſe pecuniā
3 deponi,& alter vidiſſe numerari, † tūc nempe probāt, vt tradidere Docto.poſt gl.ſuper verb.pro cauto.verſ. ſed quid ſi cui dixero,in l.cum quid. ff.ſi certũ peta.& aſſeruit

Digitized by Google

aſſeruit etiam Spec. in §. 1. verſ. ſed pone, egi contra te ad decem. in fi. ibi, ſed dic contra. nu. 66. tit. de teſte. quem refert, & ſequitur Bal. in l. 1. col. 4. poſt num. 14. verſ. vnde ſi pero decem. C. de teſta. Nell. in tract. de teſtib. in verbo, teſtis inductus ad probandum mutuum. num. 182.

Iſtud ſublimites velim, vt non habeat locum, quãdo
4 depoſitum excederet libram auri. † nã tunc debet probari per quinque teſtes inſtrumentarios, & infra libram tres ſufficiunt, vt atteſtatur Matth. de Afflic. in feud. in tit. de inueſti. inter dom. & vaſ. c. ſi quis ſe, vel patrem. num. 3. per Auth. de fid. inſtr. §. ſi quis igitur. iuncta gl. ibi ſuper verbo non minus tribus. & probauit Nell. in ſuo tract. de teſtib. nu. 84 ſuper verbo, de nu. teſtium. verſ. ſi quis vult probare ſolutionẽ debiti.

At quo pacto, roget quis, probandum erit depoſitum nullis teſtibus, nulla ſcriptura factum, atq; muni-
5 tum, † cautio eſt, vt per literas corã duobus, vel ſi mauis tribus teſtibus, qui literatum ſeriem legãt, ſcriptas depoſitarios ſignifices, eumq; roges, vt ea, veluti centum, quæ penès ipſum depoſueras, ibi, quoniã opus eſt, humaniter reſtituat, quibus ab vno ex illis teſtib. depoſitario redditis literis. ab eoque perlectis, ſtatim idem depoſitarius proteſtatus non fuerit ſe mirum in modum de tali literarum ſerie admiratione capi, nihilque cuiquam debere, vel id genus alia dixerit, verùm tacuerit, tunc ob hanc literarum acceptatio-
6 nem, † & ſilentium contra hunc depoſitarium plena inducitur probatio, adeò vt poſſit compelli, vt depoſiti ſummam perſoluat. cuius quidem cautionis auctor eſt Marſ. in rub. C. de proba. nu. 265. verſ. & primò dico. cum ſeq. & Bart. in l. filius la 2. ff. ad Maced. & in l. quo enim. §. 1. ff. rem rat. habe. & latè diximus ſup. in concluſ. Debitum, & in concluſ. Creditum.

CONCLVSIO DXII.

ARGVMENTVM.

Deſcendentia affinitatis, conſanguinitatis, vel familiæ in antiquiſſimis, an probetur per famam, & vocem publicam, ac per teſtimonium de auditu, & probando gradus conſanguinitatis, an probetur deſcendentia.

SVMMARIVM.

Deſcendentia affinitatis, conſanguinitatis, vel familiæ in antiquiſſimis excedentibus memoriam hominum probatur per famam, & vocem publicam,

Contrarium. num. 2.

In probatione deſcendentiæ requiritur verus actus hominis, nec ſufficiunt verba tantùm.

Deſcendentia, quæ recens contracta eſt, ſi nõ excedit memoriam hominum, vt probetur, non tantum requirit publicam vocem, & famam, ſed ſimul cum ipſa probationem tractatus, & nominationis.

Deſcendentia probatur probando gradus conſanguinitatis, & ſuorum maiorum per inſtrumenta publica.

Deſcendentiam probant inſtrumenta loquentia de ipſa et per verba enunciatiua, dummodo ſimus in antiquis.

Antiquum in probatione deſcendentiæ dicitur ſpatium quinquaginta, vel quinquaginta ſex annorum.

Teſtimonium teſtis non ſufficit ad probationem gradus deſcendentiæ, quia quilibet gradus debet probari per duos teſtes, & gradus ſinguli diſtincti ſunt probandi.

Deſcendentia probari poteſt per teſtimonium de auditu, quando ſumus in antiquiſſimis.

Deſcendentiã, & gradus conſanguinitatis pſumuntũ ſcire teſtes conſanguinei, ideo ad illam probãdã admittuntur.

Deſcendentia probatur per indicia, & coniecturas,

11 *Teſtimonium de auditu non admittitur, quando agitur de probanda deſcendentia ad matrimonium dirimendũ, cum agatur de graui præiudicio, ſicut et ibid.*

12 *In deſcendentia, quando ſunt vocati filij legitimi, & naturales, non ſufficit, vt probatio concludat de deſcendentia, niſi etiam concurrat illa qualitas legitimi, & naturalis.*

Deſcendentia affinitatis conſanguinitatis, vel familię quãdo ſumus in antiquiſſimis, ideſt, excedẽtibus hominum
1 memoriam † probatur per famam, & vocem publicã, vt conſultum fuit à Franc. Aret. in conſ. 37. nu. 1. verſ. ſed q̃a hic agimus. col. 1. doct. Bal. permotus in auth. quas actiones. nu. 16. C. de ſacroſanct. eccle. & ita expreſsè voluit Hoſt. & Io. And. in c. licèt ex quadam de teſtib. & ibi Abb. nu. 3. verſ. no. ibi, propter breuẽ hominum vitã cum ſeq. ſequitur Ceph. qui multos alios profert in conſ. 137. nu. 45. ad hoc idem rñdit Alex. loquens de filiatione in conſ. 90. in cauſa, & lite inter illos de Bardellis. nu. 6. & 10. verſ. comprobantur prædicta. col. 3. vol. 6. cui conuenit Dec. in conſ. 321. col. 4. nu. 6. verſ. accedit etiam, quod iſti de Puteo.

Contrariam videtur probaſſe ſententiam Pariſ. in conſ. 23. nu. 240. verſ. prout etiam quia col. 33. vol. 1.
2 ea ratione motus, † quia in huiuſmodi pbatione deſcendentiæ requiritur verus actus hominis, nec ſufficiunt verba tantùm, vnde colligit teſtimoniũ de auditu, quod in huiuſmodi probatione famæ eſt neceſſarium, nõ ſufficere, per ea, quæ multa ibidem in medium affert, ſed infra demonſtrabitur poſſe probari per teſtimonium de auditu.

Quo circa priori ſententiæ adhærendo, limita non procedere, quando agitur de probanda deſcendẽtia,
3 † quæ recens contracta ſit, quæ non excedat hominũ memoriam, namq; tunc non ſufficeret publica vox, & fama ſola, ſed ſimul cum ipſa debet probari tractatus, & nominatio, iuxta ea, quæ tradit Bart. in l. filium definimus. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. cũ alijs ab eod. Franc. Aret. relatis in d. conſ. 37. in princ. verſ. ſed qñ ageretur de probando conſanguinitate. col. 1.

Præterea hæc eadem, quam ſic noſtri vocant, deſcẽ-
4 dentia probatur, † probando gradus cõſanguinitatis, & ſuorum maiorum, ideſt, ſi probaret patrem ſuum fuiſſe filium veluti Sempronii, & gradatim ſup. aſcẽdendo per inſtrumenta publica. Quinimmo etiã Sempronium fuiſſe patrem talis probari poteſt per inſtrumenta publica iuxta mentem Aret. in d. conſ. 37. poſt nu. 1. verſ. ſecundus modus. col. 2. & idem videtur ſentire Pariſ. d. conſ. 23. poſt nu. 252. verſ. & quoniam ipſe Illuſtris Marchio. col. 34. d. vol. 1.

Illud ampliare poteris, vt verum ſit, etiam ſi huiuſ-
5 modi inſtrumenta loquerẽtur de deſcendentia, † per verba enũciatiua, dummodo ſimus in antiquis, vt reſponſum fuit ab Alex. d. conſ. 90. in cã, & lite. nu. 10. verſ. ex his reſponſum. col. 4. vol. 6. quem refert, & ſequitur Alb. in conſ. 83. nu. 3. vbi Alex. d. cõſ. 90. nu. 8. & 9. ait, antiquum in huiuſmodi probatione dici ſpa-
6 tium 50. † vel 56. annorum, per ibi adducta, & proſequitur Pariſ. d. conſ. 23. nu. 252. verſ. quia licet enũciatiuẽ. vol. eo. & idẽ ſenſit Rota in vna Anagnina Caſtri Sarculæ coram Puteo. vbi agebatur de filiatione ſexaginta annor. quæ antiqua exiſtimata eſt, & in recollectis Putei deciſ. 523. incip. die 24. Ian. 1547. li. 2. & ita ibi fuit intellectum d. Saliceti in l. 3. ff. de teſtib.

Illud verò intelliges, quando gradus deſcendentiæ
7 pbaĩ per teſtes, † vt nõ ſufficiat teſtimoniũ illius, ſm Bal. in c. ſeries. nu. 3. de teſtib. ſed quilibet gradus dẽt probari per duos teſtes, vt inquit Inno. in d. c. ſeries in fi. de teſtib. quẽ ſequit̃ Bal. ibi, & in l. 1. col. 4. q. 8. poſt nu. 14. verſ. præterea, quod duo teſtes. C. de teſtam. & gradus ſinguli diſtincti ſunt probandi, vt ſancitum eſt in c. licet ex quadam ibi, ſingulos gradus. de teſtib.

quod & comprobauit Dec. in d. conſ. 321. poſt nu.4. verſ.præterea ſuper quarto capitulo, & nu.ſeq. & latè in conſ.524. Viſis his.nu.2.3.4.& 5. atq; rñdit Natt.in conſ.388.ſtatutum Aquenſe, nu.3. lib.2. & tenuerunt nouiſſimè Dom.de Rota in Vrbeuetanen. Fidcicom miſſi coram Domino Lancilloto die 31.Ianua.1575.

8 Inſuper deſcendentia probari pōt,† qñ ſumus in antiquiſſimis per teſtimoniũ de auditu, vt clarè conſtat ex his,quæ retulit Franc.Aret.in d. conſ.37. ſub nu.1, & nu.2,& multos ad hoc congeſſere Cephal.in conſ. 137.nu.45.& Rolan. a Valle in conſ. 82. nu.47. lib.1. & Put.in d.dec. 523.lib. 2.incip. die 24.Ianuarij 1547. in cauſa Anagnina Caſtri Sarculæ nondũ typis tradi. & Bar.in l.non epiſtolis.nu.3.C.de probat.

Quod poſtremum primò velim amplies, vt ẽt ad-
9 mittantur teſtes conſanguinei, ipſi enim † præſumuntur ſcire gradus, & deſcendentiam conſanguinitatis, vt docuit Bar.in l.qui duos.col.3.nu.12.verſ.quæro dixi, ꝙ oportet. ff.de reb. dub. & in repet. auth.ingreſſi, nu.690. Bald.etiam ſentit in l.qñ ſororem. C.de iure delib.quos refert,& ſequitur Nat.in conſ.108.nu.3 in 1.par.Roll.à Valle, cōſ.19. facta fuit donatio, nu.39. verſ.ex qua coniunctione, & clarius in conſ. 3. deuenio modo,nu.100.verſ. quòd coniunctus præſumitur, referens Bal.in d.l.quoniam ſororem.

Secũdò ampliabis, vt ẽt poſſit probari per indicia,
10 † & coniecturas,vt placuit Aret.in d.conſ.37. de quibus diximus in concluſione,Filiatio,vbi tractauimus de illa probanda per præſumptiones, in verbo Vidimus aſſerentem ſe filium.& in verbo, Videamus modo,ad quam te reijcimus,ne bis idem conſcribamus.

Primo loco limita non procedere,qñ agitur de probanda deſcendentia ad matrimonium dirimendum:
11 † tunc enim cum agatur de graui præiudicio,non admittitur teſtimonium de auditu,ſecus verò ſi nō ageretur de diſſoluendo matrimonio propter ſanguinis coniunctionem, qñ tunc cum eſſemus in antiquiſſimis,de quibus non extat memoria in contrariũ ꝓbaretur per teſtimonium de auditu, vt ad id multa collegit Franc. Aret.in d.conſ.37.nu.3.& 4.

Secundò limitare,& intelligere poteris, vt qñ ſunt
12 vocati filij legitimi,& naturales,non ſufficiat,† vt ꝓbatio concludat de deſcendentia,niſi ẽt concurrat illa qualitas legitimi & naturalis, vt poſt Goza. in cōſ. 39.col.1,& Dec.in cōſ.471.nu.1. & ſeq. tradit Rolan. à Valle in conſ.3.nu.41.& ſeq. vol.1.

Iſtud tñ argumanti genus,de quo hucuſq; diſſeruimus,vberrimum, fertile, & abſolutũ reddere poteris, ſi in conſilium adhibueris ea, quæ tradidimus plurib. in Concluſione, Affinitas, & in concl. Conſanguinitas atq; infra in conclu. Parentela. Hic igitur vlterius non progrediar,ſed ad illas concluſiones te reijciam, ſitienti namque fontem monſtrare ſatis eſt.

CONCLVSIO DXIII.

ARGVMENTVM.

Diem allegans,& deducens, an debeat illum probare.

SVMMARIVM.

1 *Diem allegans & deducens,illum probare debet.*
2 *Actor ſi intentat decimam horam diei, & probat de prima ſuccumbit, & reus abſoluendus eſt.*
3 *Actor inſtante reo accuſato poteſt cogi ad exprimendã diẽ, ad hoc vt reus valeat probare illo die non patraſſe delictum. Contrarium nu.4.*
5 *Dies appoſitus quando non debet apponi,ſi tunc non fuerit probatus,ex hoc reus non venit abſoluendus.*

1 Diem allegans, & deducens † dẽt illum probare, iuxta ſententiam conſulentis Bal.in conſ.68. ad euidentiam,nu.3.in fi.vol.3.per notata in l.1.C.qui accuſ.nō poſſunt,cætero qui reus venit abſoluendus,iuxta regulam, Actore non probante.

Primò amplia idem procedere nedũ in qualitate,
2 ſed etiam in ſubſtantia diei † nempè ſi actor intentet decimam horam diei, & probet de prima, nam tunc ſuccumbit,& reus abſoluendus eſt,per ea, quæ multiſcius animaduertit Bal.in l.2. poſt nu. 2. verſ. ex quib. allegationib.in fi.col.2.C.de probat.

Secundò ampliare tibi licebit, vt vſque cō vera ſit concluſio, vt inſtante reo accuſato poſſit cogi ad exprimendã diẽ,ad hoc, vt reus poſſit & valeat probare
3 † illo die non patraſſe delictũ,vt Bar.docuit in l.2.§.ſi quis Epheſi.nu.6.ff.de eo,ꝙ certo loco,& ibi ſequitur
* Iaſ.aſſerens huiuſmodi opin. Bar. eſſe * communiter receptam. Idem voluit Bar.in l.is,qui reus col.4.verſ. quæro,an in accuſatione,nu.9.& ſeq.ff.de publ.iud.& ibi Imol.& idem Bar. tradidit in l. libellorum.nu.12. & ſeq.verſ.circa tempus quæro.ff.de accuſ.& in l.Pantonius.§.rei. nu.3.& ſeq.verſ.not. ex hac gl. ff.de acq. hæred.& ſequitur, & refert Ang. de maleſi. in verbo, & ad hoc colloquium, verſ. quid ſi ego imploro offi-
* cium iudicis.col.1. et de * communi ſententia ſcribẽtium atteſtatur etiam Sal.in l.in cauſis nu.5. de accuſ. hoc idem ſentit Alex.in conſ.72.poſt.nu.5. verſ.et licet colum.1.

4 Iſtorum tamen opinioni repugnauit, † et contrarium ſenſit Fulgo.in d.l.2.§.ſi quis Epheſi. ad quæ ibi allegata reſpondet Iaſ.in d.§.ſi quis Epheſi.

Limitabis modo principalẽ concluſionẽ non habere locum,qñ dies appoſitus non debet apponi.nã ſi
5 tunc non fuerit probatus,† ex hoc reus nō venit abſoluendus,vt videre eſt ex his, quæ obſeruauit Sal. in d.l. in cauſis.nu.7.C.de accuſ.cum diſtinctione,vt ibi.

Pluribus concluſionẽ hãc proſequerer, ſed vereor, ne dum diem probandũ eſſe fuſius pertracto,diem ipſum incaſſum conteram: Fruſtra enim eſt,bis idem repetere. ad eas igitur concluſiones noſtras in quibus hæc latius tradidimus.id eſt,concluſionem {Tempus, et concluſionem, Accuſator,atq; concluſionem,Annus.Sed ad cætera deſcendamus.

CONCLVSIO DXIIII.

ARGVMENTVM.

Diffamatio quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Diffamatio non probatur ex eo, quòd teſtes dicant, talẽ eſſe infamia iuſtum ob hoc,vel illud crimen.*
2 *Diffamatio probata dicitur ſaltem ad inquirendum,uel in carcerem detrudendum.*

1 Diffamatio non probatẽ ex eo,ꝙ teſtes dicant, talem eſſe infamia iuſtũ ob hoc,uel illud crimẽ: nã potuit eſſe infamia notatus apud aliquos tñ,et non apud totum populũ, aut pleramq; eius partem,ut docuit Bar. in l.3.§. eiuſdem quoq; de teſtib.et in l.de minore.§.plurimũ.col. 3.uerſ.ſed quid ſi dixit. ff.de quæſt. et ex multis adductis à Craue.in conſ.41.nu.5.uerſ. præterea nō ꝓbant, et Bald.ſenſit in conſ.447. ad euidentiam præmittendum eſt,nu.5.uer.item non eſt dubium.uol.5.

Concluſionẽ limitabis, ut ſaltem dicatur probata
2 ad inquirendũ,† uel in carcerẽ detrudendũ, ut auctor eſt Cy.in l.nullus.poſt nu.3.uer.aut eſt homo nobilis.

C.de

C.de exhib.reis, & Bald. reſpondit in conſ.246. Viſis actis & alleg.vol.4.& 360.nu. 6.vol.3. & in conſ.438.
ad euidentiam præmittendum eſt, quis dicatur vſurarius manifeſtus,nu.12.

Verùm quoniam iſtius materiæ propria ſedes eſt in concl.Fama, hanc ideò ibid. peragendam reſeruo.

CONCLVSIO DXV.

ARGVMENTVM.

Dignitas, quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas probatur ex eo,quod quis habeat administrationem rerum eccleſiæ cum iuriſdictione.*
2 *Dignitas probatur ex eo, quod quis habeat officium, cuius nomen de iure communi innuit dignitatem.*
3 *Archidiaconatus de iure communi eſt nomen dignitatis, imo prima dignitas, quæ habet iuriſdictionem, & tenet vicem epiſcopi.*
4 *Dignitas benè reperitur ſine cura, & administratione ſpiritualium.*
5 *Dignitas probatur ex conſuetudine.*
6 *Dignitas probatur per verba enunciatiua.*
7 *In priuilegio ſi exprimatur certa qualitas circa eccleſias exẽptas, illa qualitas non probatur per priuilegium, niſi de ea aliter conſtiterit.*

1 Dignitas probat̃ ex eo,† quod quis habeat adminiſtrationẽ rerum eccleſię cũ iuriſdictione, vt colligimus ex c. volumus.diſtin. 89.& ex c.epĩs gubernationem. 88. diſtin. & ex c.literas.de reſtit.ſpol.ꝙ, & probauit Archi. in c. 1.nu.a.de conſuet.lib.6.quẽ ibi ſequuntur Io.And.Dom.& Philip.Fran.& Cardin.Zabarel.in ca.de multa..verſ. hoc idẽ,& ibi Pet.de Anch.& Abb.Sic. col.6.verſ.extr.gl. nu.21.de præben & Fran.Aret.in conſ.23.nu.2.

Secundo probatur ex eo.ꝙ quis habeat officiũ cu-
2 ius nomen de iure cõi innuit dignitatem,† nempè,q a vocetur Archidiaconus,licet de more,& conſuetudine eccleſiæ non habeat adminiſtrationem,neque iuriſdictionem dum tñ habeat prærogatiuam in eccleſia ſua tàm in choro,quàm in capitulo. Idem Archid. tradidit vbi ſupra,, afferens exemplum de Archidiac. Parmen.qui ſecundum Inno.in d.c.de multa,poſt nu. 6.verſ. ſimiliter Abbates, quaſi nullum officium Archidiaconi facit in eccleſia,& ibi.dicit Hoſt. in verſi. hoc idẽ eſſe in Archidiacono eccleſiæ Ebrundunen. & Zabarel.in clem.vt hi.§. t.in r.not.de æta.& quali. & ſingulariter in conſ.30.incip.in hac dubia q̃ſtione, col.5.verſ.itẽ eſt dare talem dignitatem, & idẽ ſenſit Fel.in c.ex literis.col.3.verſ.& de illo dicto poſt nu.5.
3 de conſtit.† & hoc quia Archidiaconatus de iure cõi eſt nomẽ dignitatis,imo prima dignitas: habet enim iuriſdictionem, & tenet vicem epiſcopi, vt videre eſt in c.1.& in c.ad hæc de offic. Archid.& tenet glo.in c. deliberatione,in verbo,electionis, de offic. leg.lib.6. & ideò licet de conſuetudine huiuſmodi dignitas Archidiaconatus non habeat iuriſdictionem,tñ (vt dixi
4 mus) de iure communi habet nomen dignitatis, † & dignitas bene reperitur ſine cura, & adminiſtratione ſpiritualium,vt ſancitũ eſt in c.cum in illis. de præbẽ. lib.6.& in d.c.1.de conſuet.c.1.de æta.& qualit.ca.ſuper eo.de pręben.lib.6.clem.1.& clem.ſi plures.de pręben.c.dudum.il 2.de elect.Rot. dec.442. aliàs 17. fuit dubitatum, vtrum ſi habens gratiam de beneficio,tit. de conceſſ.præb.in nou.

Tertiò probatur ex cõſuetudine, vt qs ſcilicet, ha-
5 beatur pro conſtituto in dignitate, † vel ꝙ extet con-

ſuetudo, vt in eccleſia tale officiũ habeatur pro dignitate,vt ait Archid.in d.c.1 nu.2,de conſuet.in 6.& latè Franc.de Aret.proſequit̃ in conſ.23.& Ianus Boer. q.286.per totum & conſulas Staphil. de ſignatu. gratiæ,& iuſtitiæ.ver.tranſ. nunc ad dignitates. fol. mihi 159. in forma parua.

6 Non tamen dignitas † probatur per verba enunciatiua,vt ſancitum eſt in tex.in clem.ſummus Pontifex, in fi.de ſenten.excomm.& in c.ſi Papa.de priuile.lib. 6.cui ſuffragatur,quod notat Inno.in c.inter dilectos. de fide inſtrum.vbi inquit, quòd ſi in priuilegio exprimat̃ certa qualitas circa eccleſias exemptas, illa qua-
7 litas non probetur per priuilegium, † niſi de ea aliter conſtiterit,vt proſequitur latè Franciſc. de Aret.in d. conſ.23.nu.8.9.& 10.

CONCLVSIO DXVI.

ARGVMENTVM.

Dilapidatorem quem eſſe, an probetur per teſtes, & quomodo non probetur.

SVMMARIVM.

1 *Dilapidatorem quem eſſe probatur per teſtes deponentes talem eſſe, & reddentes rationem,quia ſunt vicini.*
Contrarium nu.2.
2 *Teſtes deponentes quem eſſe dilapidatorem, debent deponere de actibus,quibus infertur talem eſſe.*
3 *Dilapidatorem quem eſſe non probatur ex eo,quod teſtes deponant de publica voce,& fama tantùm.*
4 *Dilapidatorem quem eſſe non probatur ſimpliciter ex fama,ſed oportet ꝓbare cauſas, vnde fama traxit originẽ.*
5 *Dilapidatorem quem eſſe probatur ex vulgi opinione,quãdo mulier agit contra maritum dilapidatorem conſtante matrimonio.*
6 *Dilapidatorem quem eſſe,debet probari per ſigna extrinſeca,quando agitur de magno præiudicio.*

Dilapidatorem quem eſſe probat̃ per teſtes,deponen-
1 tes talem eſſe dilapidatorem, † & reddentes rationẽ, quia ſunt vicini,vt voluit Purpur.in l.3.num.108. ff.ſi cert.pet.non enim ſatis eſſet nuda dilapidationis allegatio,ſed legitima probatione opus eſt,vt aſſeruit Andrea Gail.pract.obſer.lib.1.obſeruat.147.nu.5.verſic. præterea non aliter.

Contrariam tamẽ ſñiam quoad teſtes,ſequutus eſt Bert.in conſ.222.nu.3.vol.3.vbi ait,debere deponere
2 de actibus, quibus infertur † quem eſſe dilapidatorẽ, vt videlicet deponant nimis luxuriosè ſe vixiſſe vel luſiſſe,vel donaſſe,vel pretijs vilibus,& ſine cauſa bona ſua alienare,vel alia ſimilia agere, nec ſufficere generaliter deponere illum eſſe dilapidatorem.Idem videtur voluiſſe Alex.in conſ.72.nu.9.vol.1.

Rurſus verò dilapidatorem quem eſſe non probat̃
3 ex eo,† quod teſtes deponũt de publica voce,& fama tantùm: debent enim reddere rationem, & cauſam ſcientiæ etiam non interrogati,vt placuit Innoc.in c. cum cauſam.nu.1.de teſtib. & docuit Bar. in l.ſolam. poſt nu.3.verſ.ſed ſi depoſuit.C.de teſtib.atque refert Alex.in d.conſ.72.nu.9.verſ.nec etiam obſtaret,lib.1. vbi voluit, etiam non ſufficere, vt ſimpliciter probe-
4 tur fama, ſed oportere probare cauſas, † vnde fama traxit originẽ,motus doctr.Bar.in l.de minore. §.plurimùm.in fi.ff.de q.& Bal.ſenſit in l. proprietatis.poſt nu.4.verſ.iſtæ enim cauſæ. C. de probat. & in l. decurionum. C. de pœn. & hoc à maiori parte populi ita dicitur,per l.3.§. eiſdem.de teſtib. & infra in concluſione,Fama, dicemus.

Quod poſtremum limitabis, vt locum non habeat
5 qñ agitur de modico præiudicio, † nempè qñ mulier
agit contra maritum dilapidatorem conſtante matri-
monio, nam tunc ſufficit vulgi opinio, vt concludit
Bar. in l. ſi conſtante. nu. 10. ver. cum ergo, ff. ſol. matr.
per gl. in §. illud in auth. de æqua. dot. & refert Iaſ. in
d. l. ſi conſtante. nu. 57. ſecus qñ agitur de magno præ-
iudicio, vt quia mulier agat contra extraneos poſſeſ-
6 ſores, vel in caſibus ſimilibus † tunc enim debet pro-
bari per ſigna extrinſeca, ſcilicet illũ vẽdere, vel dila-
pidare, vt colligitur ex l. his qui. §. fi. cũ glo. ff. de tut. &
curat. dat. & ex l. 1. in prin. de curat. furio. & tradit. Iaſ.
in d. l. ſi conſtante. nu. 154. cũ ſeq. ſed ad hanc conclu-
ſionem adhibeas concluſionem Prodigalitas.

CONCLVSIO DXVII.

ARGVMENTVM.

Dilatio probatoria, an ſit cõcedenda illi, qui in prima dilatione nullã probationẽ fecit.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio probatoria non eſt concedenda illi, qui in prima dilatione nullam probationem fecit.*
2 *Iura negligentibus non ſubueniunt.*
3 *Omnis probatoria dilatio de iure communi eſt peremptoria, atque vnica, vt ſemel tantum dari poſſit.*
4 *Dilatio omnis probatoria de iure cõmuni eſt peremptoria, etiamſi non fuerit appoſitum verbum peremptoriè, quia illud ex iuris diſpoſitione ſubintelligitur.*
5 *Dilatio licet dicatur peremptoria, non tamen permitius, quia in alia inſtantia probari poteſt, licet in iſta perempta ſit facultas probandi.*
6 *Dilatio data abſenti non dicitur peremptoria, neq; currit, niſi à die, quo fuerit intimata.*
7 *Dilatio omnis probatoria, ſiue ſtatuta ſit abſenti, ſiue præſenti ſemper intelligitur peremptoria.*

1 Dilationem probatoriam non eſſe cõ-
cedendã illi, † qui in pri-
ma dilatione nullam probationem fecit traditũ eſt à
Spe. in tit. de proba. §. 1. & Bal. docuit in addit. ad eun
dem, in tit. de dilatio. Abb. ẽt cõſuluit in conſ. 64. poſt
2 nu. 2. vol. 2. in prin. & ratio eſt, † quia iura negligẽtib.
non ſubueniunt, iuxta ſñiam Scæuolę in l. pupillus. in
fi. ff. quæ in fraud. cred. & Pauli in l. nõ enim. ff. ex qb.
cau. ma. ac Summ. Pont. in c. nunciatum, 84. diſt. & ſe
cundum Pet. de Beninten. in Bononien. dec. 45. nu. 4.
vel potius quia omnis probatoria dilatio de iure cõi
3 eſt peremptoria, † atque unica, vt ſemel tantum dari
poſſit, vt docuit Alex. in l. fi. in 1. not. uerſ. no. ꝙ omnis
* dilatio, & ibi Doctores * cõiter. ff de ferijs, quod & pla
cuit Abb. in c. licet 4. notab. nu. 4. uerſ. no. 4. & aſſeruit
Fel. in c. paſtoralis. nu. 2. uerſ. dum dicit Abb. de exce.
quos refert Crauat. ad Veſtr. in c. 4. lib. 5. nu. 8.
Quod poſtremum ampliare poteris, ẽt ſi non fue-
4 rit appoſitum verbum peremptoriè, † quia tñ illud ex
iuris diſpoſitione intelligitur, ſic tradit Alex. per illũ
tex. in l. fi. in 1. not. ff. de ferijs, & ſcripſere Abb. & Fel. ĩ
c. paſtoralis. n. 2. ver. dum dicit, de excep. quo in loco
alios idẽ ſentientes citat, & diremere Domini de Rot.
dec. 485. aliàs 22. nota ꝙ in cauſa criminali, de teſtib.
* in antiquis. & hanc eſſe * communem ſcribentiũ ſen-
tentiam teſtatur Rober. Marant. de ord. iud. par. 6. act.
3. tit. de dilatio. nu. 2. qui & ipſe concordes citat.
5 Iſtud intelligas velim, † vt licet dicatur dilatio per-
emptoria, non tamen perimatius, quia in alia inſtan-
tia probari poterit, licet in iſta perempta ſit facultas
probandi, vt docuit idem Fel. d. c. paſtoralis. poſt nu.
2. de excep. pmotus auctoritate Bar. in d. l. fi. de ferijs.
Limitabis primò concluſionẽ vt locũ ſibi non vẽ-
dicet, quando dilatio fuit data abſenti, quia non dr̃ eo
6 caſu peremptoria, neq; curit, † niſi à die, quo fuerit ab
ſenti intimata, vt auctor eſt gl. in l. fi. ff. de ferijs. quam
ſequitur Fel. in d. c. paſtoralis. nu. 3. & tradit Rober. de
iudic. d. 6. par. 3. act. nu. 14. ibiq; pro hac ſñia affert Bar.
Alex. & recentiores in l. Labeo. in fin. ff. de iureiur. &
Bal. in l. ſi ea. col. fi. C. qui accuſ. non poſ. atq; idẽ Bal.
in l. 1. poſt nu. 2. verſ. nota ꝙ dilatio. C. de tempor. ap-
pelat. & in auth. ei qui nu. 5. verſ. quæro nunquid. C.
eo. tit. quo tamen in loco reſtringit hoc, niſi ei eſſet in
timata perſonaliter.
Huic poſtremò aduerſarij vr̃ idem Bal. in auth. iu-
bemus. C. de iudic. nu. 3. atq; Alex. in d. l. fi. de ferijs in
7 prin. nu. 3. qui indiſtinctè tenent † omnem dilationẽ
probatoriã, ſiue ſtatuta ſit abſenti, ſiue præſenti, ſem-
per intelligi peremptoriam, & ibi damnant glo. in d.
l. fi. reſpõdentq; ad iura, de quibus in ipſa gl. ꝙ loquũ-
tur in dilationib. expectatonis, non in probatorijs.
Alias octo limitationes affert Robert. Marant. de
ord. iudic. d. 6. par. d. 3. act. à num. 5. uſque ad num. 15.
quas hic tranſcribere non duximus, conſulas tu illũ.

CONCLVSIO DXVIII.

ARGVMENTVM.

Dilectio maior in vno, quàm in alio quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Dilectio maior in vno quàm in alio probatur ex eo, quòd quis maiori alium honore proſequitur.*

Dilectio maior in vno, quã in alio
probatur ex eo, ꝙ
1 quis maiori aliũ honore proſequitur † uelut ex prio-
ri uocatione, aut inſtitutione, argõ l. Publius ff. de con
dit. & demonſt. & auth. hoc amplius. C. de fideicom.
vt etiam in hanc reſpondit ſñiam Com. in conſ. 161.
nu. 13. uol. 2. & in conſ. 210. nu. 9. eo. vol. & alios refert
Crauet. in conſ. 161. nu. 4. & 5. Socin. quoque in conſ.
188. nu. 17. uol. 2. & Franc. de Aret. conſ. 155. ſub num.
1. verſ. ſed in ſubſtitutione.
Cætera huc ſpectantia uidenda erunt in concluſio
ne, Affectio, & in concluſione, Amor.

CONCLVSIO DXIX.

ARGVMENTVM.

Diligentia quibus modis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Diligentia ex multis probatur, quæ vide remiſſiuè.*
2 *Communitas inquiſitas de negligentias in capiendo homicidas, quibus modis probare poterit ſuam diligentiam.*
3 *Diligentia in dubio præſumitur.*

1 Diligentia probatur ex mul-
tis, † quę
tradita fuere à Bar. in conſ. 102. incip. chariſſimè Do-
mine, nu. 5. conſulens in caſu cuiuſdam cõitatis inqui
ſitæ de negligentia in capiendo quoſdã homicidas,
vbi ita inquit, eos poſſe probare ſuã diligentiã, ꝓban-
do ꝙ officiales ciuitatis tranſierũt, ut illos poſſent cõ
prehendere, ut l. fin. C. de his, qui latrones. & l. 1. §. iin

autem

autem poſt commiſ.de rap. virg.Item poſuiſſe cuſtodes ad limites,et loca cōfinia, vnde uériſimiliter poterant dicti homicidiæ inſurgere, p l.in nomine Do-
2 mini.§.2.C.de offic.Prętor.Africa.†Itē rumorē fuiſſe concitatū in Ciuitate, uel Caſtro,ut omnes traherēt ad capiendū malefactorem.l.prætor.§.ſi quis tamen. ff.ui bon.rap.l.1.§.tuliſſe.ff.ad Sillania. uel campana ſonata,ut notatur in l.fi.de dolo,et in l.aliud.§.refertur de reg. iur. Item diligenter fuiſſe perquiſitum per omnia loca,ubi poterant veriſimiliter eſſe dicti malefactores,ut l.3.§.Nerua.ff.de acq.poſſeſ. Item ſi factum fuerit pręconium per ciuitatem, quòd quicūq; aſſignaret talem, haberet tātum de auro communis, & qui ſcirent,et non indicarent, punirētur,arg.l.1.de his,qui in prior.creditor.loco ſuccedūt et l.1.§. non ſolum.de iuſti.et iur.et l.lege Cornel.ff.ad Syllan.ad id quoque conſulas eundem Bar.in tract.de teſtibus, in uerbo,lata culpa.num.112.et adeas Franc.de Aret.in conſil.28.

Reliqua abundè tibi ſuppeditabimus in cōcluſione,negligentia,et in concluſione,culpa.

3 Superioribus et illud optimè cōuenit,nam†diligētia in dubio præſumitur,ut colligitur ex c.niſi.de preben.et à c.ad audientiam.de præſum.atq; ex c. deputati.de appell.quod et tradidit Cyn. in l.ſi quis decurio.C.de falſ.et probauit Abb.in conſ.41. col.3. poſt nu.2.lib.1 et deciſum fuit à Dominis Rotæ deci.125. aliàs 3.ſufficit acceptandi beneficium.de cōceſſ.preben.in nou.et ſenſit Crau.in conſ.77.nu. 11. et adeas Alex.in conſ.45.habita.1.uol.

CONCLVSIO DXX.

ARGVMENTVM.

Diſcordia an probetur per teſtes ſingulares, & an præſumatur oriri ex nouitate.

SVMMARIVM.

1 *Diſcordia probari poteſt per teſtes ſingulares. Contrarium nu.2.*
3 *Diſcordia præſumitur oriri ex nouitate.*

1 Diſcordiam probari poſſe p teſtes ſingulares† aſſeuerauit Fran. Purpur.in l.1.ff.ſi cert.pet.nu.4.ubi inquit, illam eſſe bonam rationem,ſcio, quia ſum uicinus, ideò teſtes ſingulares eam probant.arg.gl.in l.ob carmen.§. fin. de teſt.et illum refert Gabr.in ſuis concluſ.tit. de teſt. concl.2.nu.52.uerſ.17. infertur.

2 In contrariam deſcendit ſententiā† Alex. in conſ. 100.ſub nu.5.uol. 1.

3 Quæ quidem diſcordia præſumitur oriri † ex nouitate,ut probatur in c.cum conſuetudinis.de conſuet. et traditum fuit à Luc.de Pen. in l. quemadmodum. C.de agric.et cenſ.lib.11. uerſ. 133. Item ex communione,ut latè ſumus proſequuti ſupra in concluſione communio.

CONCLVSIO DXXI.

ARGVMENTVM.

Diſſenſus quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Diſſenſus,quo pacto probetur,vide remiſſiuè.*
2 *Quæ contraria ſunt conſenſui, probant diſſenſum.*

1 Diſſenſus †quomodo probetur, conſulas concluſionem noſtram infra emptio per teſtes,ſub 1.ampliatione,ubi 11.modi adducuntur,quibus diſſenſus huiuſmodi probari poſſit: atq; etiam concluſionem,conſenſus, quia quæ con-
2 traria ſunt conſenſui,† probant diſſenſum per regulā contrariorum.

CONCLVSIO DXXII.

ARGVMENTVM.

Diſcuſſio, an probari debeat per ſentētiam, & quibus modis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Diſcuſſio probari debet per ſententiam ad hoc, ut poſſit perueniri ad pignorum captionem,uel contra fideiuſſorem.*
2 *Diſcuſſio probari poteſt per relationem diſcuſſoris.*
Relationi diſcuſſoris dicentis ſe inquiſiuiſſe, & nihil inueniſſe, fides habetur ibid.
3 *Diſcuſſoris relatio transfert onus probandi in aduerſariū.*
4 *Diſcuſſio poteſt,probari per famam.*
5 *Diſcuſſio poteſt probari per euidentiam rei.*
6 *Diſcuſſio probatur ex eo, quod fuerat præfixus terminus ad res exhibendas,& nihil exhibeatur.*

1 Diſcuſſionem debere † probari per ſententiam, ad hoc, vt poſſit perueniri ad pignorum captionem, vel contra fideiuſſorem,profitendo ſcripſit Bart. in l. ſtipulatio. §. habet autem. nu.4. de oper.nou.nunc & idem docuit in l.à Diuo Pio.§.in vendit.de re iud.Nam requiritur ſententia declaratoria,vt ibi Bartol. & refert ſequendo Roma.in conſ.211. Allegationes Docto-
* ris. nu.4. de * communi ſcribentium ſententia idem Rom.atteſtatur in conſ.241.ſpectabiles Domini. nu. 7.& idem in d.l.ſtipulatio.§.habet.in fi.& Fel.voluit in c.euidentia.in gl.fi.de accuſat. atque conſuluit Io. Bapt.Ferre.in conſ.128.num.5.lib.1. & reſpondendo
* ſenſit Sign.in conſ.57.ſub nu.6.verſ.præterea talis, & de* communi tradidit Iaſ.in d.l.ſtipulatio.§. habetur autem poſt nu. 10. quem ſequitur Neguſ. in tract. de pign.par.8.1.memb.col.4.verſ.iſta autem regula ampliatur,quibus adhæret conſulendo Pariſ.in conſ.50. ex lectura.num.45.lib.1.

2 Præterea poteſt probari per relationem † diſcuſſoris,vt habemus à iuriconſul.in l. magis puto. §. ne tamen.ff.de reb cor.quinimmo fides adhibetur eius relationi dicenti ſe inquiſiſſe, & nihil inueniſſe, vt notatur in d.l.ſtipulatio.§.habet autē.de oper.nou.nūc. & ſenſit Bal.in auth.ſed hodiè.nu.2. C. de act. & oblig.& idem Bart. meminit in d.l.à Diuo Pio.§.in venditione. num. 7. ff. de re iudi.vbi inquit,ita ſe habere conſuetudinem.

3 Quòd quidem de relatione diſcuſſoris ampliandū eſt,† vt vſq; eo procedat,vt transferatur onus probandi in aduerſarium,vt auctor eſt Accurſ.in l.cum de lege,in verbo,hæredis probatio. ff. de probat. cui accedit varijs in locis Bart.in l.ſi conſtante.in princ.ff.ſol. matr.in 1.q.1.par.princ.poſt nu.7.& in l. decem. poſt nu.3.de verb.oblig.& in l.fi.§.licentia. in princ. C.de iure deliber.& iſtis ſe ſubſcripſit Ang.in l.multum.§. 1.ff.de acq.hæred.quos refert,& ſequitur Alex.in cōſil.34.conſultus aliàs.nu.4.vol.4.

4 Inſuper tertiò poteſt probari diſcuſſio†per famam, per ea,quę fuere animaduerſa in l.2.ff.quā.fiſ. vel priua.nam cum res quædam poſſint occultari, l.2. Cod. quan.& quibus quar.pars de lib.11.& l. 1. §. ſed cum poſſium.ff.de colla. bon. cum ſimil.non poſſunt oculis ſubiici,vt refert tenendo Bald. in auth. ſed hodie, ſub nu.2.C. de act. & oblig.

5 Ad hæc quarto loco poteſt probari per euidētiam rei,†nempè ſi hoſtiatim talis panem petat, vel. decē. ff.de

ff.de verb.obl.et l.fi.ff.ſi cert.pet.et ait Bal.in d. auth.
ſed hodie.poſt nu. 2.uerſ.idem probatur.

Poſtremò,& quintò poteſt etiam probari ex eo, ꝙ
6 fuerat præfixus terminus ad res exhibendas, † & nihil
exhibeatur,vt arg.l.in legem. ff.de contrah. empt. &
tradidit gl.ordin.in l.à Diuo Pio.§.in venditione. in
verb.capiãtur.ff.de re iud.& ibi Bar.& Bal.in d.auth.
ſed hodie,d.nu.2.ver.item probatur,ſi dato.C.de act.
& oblig.

CONCLVSIO DXXIII.

ARGVMENTVM.

Diſpenſationem allegans, an illam probare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſationem allegans illam probare tenetur.*
2 *Diſpenſationem allegans debet etiam probare cauſam diſpenſationis eſſe veram.*
3 *Diſpenſationem allegans nedum tenetur illam probare ſed etiam diſpenſantem habuiſſe ius diſpenſandi.*
4 *Diſpenſationem allegans illam probare non tenetur, quãdo cauſa eſſet talis, vt ſine illa eſſet conceſſa diſpenſatio ſecus, vt ibi.*
5 *Impetrans non arctatur ad probandam diſpenſationem, quando per triennium fuerit habitus pro diſpenſato. Contrarium nu. 6.*
7 *Diſpenſatio ſi eſt contra ius, non præſumitur diſpenſatio.*
8 *Diſpenſatio ſi ſit veriſimilis ex antiquitate temporis, qualitate beneficiati, & maiorum ſuorum, illa præſumitur ſaltem cum iuramento ipſius allegantis diſpenſationem. Contrarium nu. 9.*

1 Diſpenſationem allegãtẽ † illam probare teneri
obſeruauere ſcribentes in c.2. & fin.de ſciſmat. & ibi
præcipuè Card.in 4.col. quod ſequitur Paul. Borgaſ.
in ſuo trac.de irreg.par.2.c.de prob.diſpenſ.nu.1.qui-
nimmò debet probare cauſam diſpenſationis eſſe ve-
2 ram,†licèt alius dicat eſſe falſam, vt auctor eſt Spec.
in tit.de excep.§.nunc videndũ.verſ. licèt impetrans.
huc quoq; pertinet, ꝙ notauit Innoc.in c.ex parte.de
priuileg.& refert ſequendo Oldr.in conſ.256.nu.2.&
colligitur ex notatis in c.2.& fi.de ſciſmat. & ibi Do-
ctor.& præcipuè Card.in col.4.

Amplia hoc,vt nedum teneatur probare diſpenſa-
3 tionem,† ſed etiam diſpenſantem habuiſſe ius diſpẽ-
ſandi,vt notatum eſt in c.fi.de ſimo.& in c. quod au-
tem.de iure patro.& in c.Daibertum.1.q.7. et in cap.
nuper de donat. inter vir.& vxor.& in l.fi. ff.ſi à non
compet.& in l.traditionib.de acqu rer.dom.& refert
Paul.Borg.in ſuo tract.de irreg.parte 2.tit. de probat.
diſpenſ.nu.2. cum ſeq.

4 Primò limitabis,vt locũ non habeat, † quando cã
eſſet iſtiuſmodi, vt ſine illa eſſet cõceſſa diſpenſatio,
nam tũc non cogitur probare: ſecùs ſi illi cauſæ inni-
teretur diſpenſatio, vt in caſu, ſuper quo reſpondit
Oldr.in d.conſ.256.Ita Innoc.placuit in d.c. ex parte
Abbatiſſæ.in prin.de priuileg.

Secundò velim limites concluſionem, vt vera nõ
5 ſit, † qñ per triennium fuerit habitus pro diſpenſato:
tunc enim non arctatur impetrans ad probãdam, vel
planum faciendã diſpenſationẽ ſi diceretur ſubrepti-
tia, nam præſumitur bona, ita dixit auctor addit. ad
Rot.in deci.2.aliàs 136.voluerũt Domini.de fil.preſ-
byt.nu.6.in non.per no.in alleg.Lap.89.

Contrarium tenuit conſulendo Bellam. in cõſ. 10.
factũ eſt tale.nu.43.verſic.& ſi dicas,quod conceſſio.
6 †quem refert,& ſequitur Crau.de antiq.temp.3. part.
in prin.nu.19.cum ſeq.vbi voluit,quòd ſi diſpenſatio
ſit contra ius, vtpotè quod quis tenuerit duo benefi-
cia,vt vocant incompatibilia,vel ſit minor,aut aliter
7 incapax ad beneficium,†ſed aſſerat ſe diſpenſatum,
etiam quòd poſſederit longo tempore, non præſumi-
tur diſpenſatio.

Hæc tamen à Bellam.tradita ſic accipienda ſũt, vt
non procedant cõſiderata antiquitate temporis, qua-
litate beneficiati,& maiorum ſuorũ, qui ipſum bene-
8 ficiatum ſuſtinuerunt:† nã ſi veriſimilis ſit diſpẽſatio
ex iſtis qualitatibus, illa præſumeretur ſaltem cum iu-
ramento ipſius allegantis diſpenſationem, vel ipſius
amiſſionem, ita docuit Abb.in c.licet Heli.col.fi.poſt
nu.23.ver.ſed dubitari poſſet.col.fi.de ſimon. per no.
in c.fi.de iureiur.

A Bellam.diſſenſit Anch.in conſ.117.argumento
eorum, quæ animaduertit Inn.in c.illud.de præſump.
9 & c.innotuit.de eo,qui fur.or.ſuſcep.†nõ enim (inqt)
eſt veriſimile, quòd epiſcopus, qui ſingulis annis in-
uiſit eccleſias,de vita,moribus,& titulo beneficiato-
rum,paſſus eſſet, ſi diſpenſationem non habuiſſent,&
iſtud conuenit cum dicto Abb. in alleg.c.licet Heli.
poſt d.nu.20.ibi, cõſiderata qualitate ſuperiorum, &
refert Sarnen.in reg.de trien.q.10. in fi.

CONCLVSIO DXXIV.

ARGVMENTVM.

Diſpenſatio expreſsè facta, an poſſit teſtibus, & inſtrumentis probari.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio expreſsè facta poteſt teſtibus, & inſtrumentis probari.*
2 *Diſpenſatio in Romana curia probatur ſcriptura, nec ſufficiunt teſtes.*
3 *Diſpenſationem tutius, & facilius eſt probare per ſcripturam.*
4 *Crimen, ſuper quo diſpenſatum eſt, ſi publicum ſit, debet fieri publicum inſtrumentum ſuper abſolutione, ſi occultum, & ſecretum, & inſtrumentum ſecretum fiet à diſpenſante ad cautionem. Sæpè quod occultum putatur, publicè prædicatur ibi.*
5 *Diſpenſatio præſumitur fieri ex pluribus cauſis, & non ex vna tantum.*
6 *In diſpoſitione ſtatuti, quo cauetur, vt ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, non debet tantummodo adduci illa cauſa vnica, quòd ſit factum fauore agnationis.*

1 Diſpenſationem expreſsè factã poſſe teſtib.† &
inſtrumentis probari tradidit Bald. in addit. ad Spec.
in tit.de diſpenſ. in verſ.ſed nunquid ſuperior. quem
refert,& ſequitur Gig.in tract.de penſ.q.34. nu. 14.

Iſtud limitabis locum ſibi non vendicare in Ro-
2 mana Curia, nam ibidem requiritur ſcriptura, † nec
ſufficiunt teſtes,per reg. Cancellar. vt gratia non ſuf-
fragetur, niſi literis expeditis, & refert Paul. Borgaſ.
ſuo tract.de irreg.in 2.par.tit.de prob. diſpen. num. 7.
ſecus verò eſſet extra curiam, vt obſeruauit Ioan.
Andr.in ſua gloſſ.in c.Romana in verſ.in ſcriptis. de
conſ.in 6.

3 Tutius, & facilius tamen † eſſe cenſuerim proba-
re per ſcripturam, argum.c.cum medicinalis.de ſent.
excommunic. in 6. & vt ſcripſere Doctores in c. fra-
ternitati.in gloſſ. 1.de ſchiſmat. Et propterea conſi-
lium erit, quod ſi crimen, ſuper quo diſpenſatum
eſt, ſit publicum, fiat publicum inſtrumentum ſu-
4 per abſolutione: † ſi verò delictum ſit occultum,&
ſecretum, conficiatur inſtrumentum ſecretum à di-
ſpenſante ad cautionem, quia ſæpè quod occultum
putatur,

putatur·publicè prædicatur,& ſic ſeruat curia in omnibus diſpenſationibus,&t in foro cõſcientię,& in delictis occultis, in quibus fit delicti præcipua mentio.

Nec prætcrierim illud,quod ad rem noſtram optime facit, diſpenſationẽ præſumi fieri ex pluribus cau
5 ſis,†& non ex vna tantùm,per ea,quæ tradidere gl.& cæteri Docto. in l.quamuis.C.de fideicommiſſ.& ibi Iaſ.num.8. referens alios,& ſequitur Alb. in conſ.74. num.11.

Ex hoc iſtud infertur,vt in diſpoſitione ſtatuti,quo cauetur,vt ſtantibus maſculis fœminę non ſuccedãt,
6 non debeat tãtummodò adduci illa vnica cauſa, † id
* ſcilicet eſſe factũ fauore agnationis,vt* cõmuni conſenſu omnes in hanc deſcendere ſententiam,nã Bar. doctiſſimè,& ſapiẽtiſſimè in l.liberorum.nu.13. verſ. quæro pone.ff.de verb.ſignif.dicit·hoc eſſe falſum,& à Bar.opinione ſtat conſulendo Fran.de Aret.in cõſ. 27.proponitur ex facto.col.3.in fi.& refert Iaſ.in d.l. quamuis.in fi.C.de fideicommiſſ.

CONCLVSIO DXXV.

ARGVMENTVM.

Diſtantia an probetur per famam, & vulgi opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Diſtantia probatur per famam, & vulgi opinionem.*
2 *Diſtantiæ liquido probari non poſſunt.*
3 *Teſtis ſuper diſtantia loci quas rationes reddere debeat.*

1 Diſtantia probatur per famã, † & vulgi opinionem, veluti quòd inter loca certus milliarum numerus nuncupatur, illi ſtandum eſt, niſi probetur contrarium,nam credendum eſt,illud vulgare,& antiquum, à certa antiquorũ metiẽdi ratione ſumpſiſſe
2 originẽ,ea quoq; de cauſa,†quia hæc liquidò probari non poſſunt, vt habemus ab Africano in l.nõ omnes §.à barbaris.ff.de re milit.& docuit Bar.in l.cõtinuus. §.cum ita ſtipulatus.nu.2.ff.de verb.obl.& in trac. de teſtib.in verſ.vicena millia.nu.55.

Teſtis verò deponens ſup diſtantia loci debet red-
3 dere rationem,†quia ſcio præfatã diſtantiam loci, & ſolitus ſum in tãto tempore ire ad dictum locum cũ hominibus eiuſdem conditionis, & ſemper vidi maiorem partem tanto tempore peruenire,vel quia ſcio diſtantiam dicti loci,et mihi eſt in more poſitum per alia itinera ſimilia ire cum hominibus eiuſdem conditionis, et communiter in tot diebus tantum iter perambulare ſolent,ita loquutus eſt Bar.in d.l.continuus.§.cum ita ſtipulatus.de verb.obl.

CONCLVSIO DXXVI.

ARGVMENTVM.

Diuitem quem eſſe aſſerens, an illud probare teneatur, & ex quo probetur, ac quibus modis.

SVMMARIVM.

1 *Diuitem quem eſſe aſſerens, ſi huic dicto innitatur, illud probare compellitur.*
2 *Quilibet tenetur illud probare,quod eſt fundamentum ſuę intentionis.*
Quilibet naſcitur nudus,& pauper.ibi.
3 *Qui negat quod naturaliter ineſt,ideſt paupertatem,& allegat diuitias,probare tenetur.*
4 *Diuitiarum qualitas eſt regulariter repugnans naturæ, ideo non creditur, niſi probetur.*
5 *Mutatio,vt plurimum facta non creditur,niſi probetur.*
6 *Diues olim,hodie etiam præſumitur diues,nec præſumitur amiſiſſe dominium rerum ſuarum.*
7 *Diues aliquis non præſumitur,quando nulla fit mentio de præterito,ſed ſimpliciter agitur de præſenti:& ei,qui dicit,incumbit onus probandi.*
8 *Diuitiarum perſeuerantia non præſumitur.*
9 *Non valet argumentũ,Nunc eſt diues, ergo & olim erat.*
10 *Diuitem quem eſſe probatur,quando probatum eſt, talem habere in bonis,quinquaginta aureos, vel centum.*
11 *Diuitem quem eſſe, quando agitur de magno præiudicio, relinquitur iudicis arbitrio.*
12 *Vnus miles,vel vir nobilis habens mille in bonis,eſt pauper: & vnus ruſticus habens minus,eſt diues.*
13 *Diuitem quem eſſe quibus modis probari poſſit,vide remiſſiuè.*
14 *Teſtis deponens aliquem eſſe diuitem,ſi reddit rationem in cauſa ſcientiæ, quia ſum vicinus, vel conſanguineus, probat.*
15 *Teſtes domeſtici in probandis diuitijs admittuntur.*
16 *Diuitias alicuius probare qui voluerit,non rectè probabit ex illa præſumptione,quod non iactet ſuum.*

Diuitem quem eſſe ſi qs aſſeruerit cum
1 huic dicto innitatur,†illud probare compellitur,iuxta ſententiam gl.in l.ſi vero,et ibi Bart.§. quæ pro rei qualit.ff.qui ſatiſd.cog. verſ. dubitetur per illum textum,et l.ſi creditores in fin.ff.de priuileg.credi. et per illud tritum axioma, vt quilibet teneatur illud pro-
2 bare,† quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, vt dixit Paul.in l.ei qui. ff. de prob cum ſimilib. Ea etiam potiſſimum ratione, quia quilibet naſcitur nudus, et pauper, et ſancitum eſt in tex. in c.ſicut 2. 47. diſtinc. et protulit Luc.de Pen.in l.2.col. 6. C. quan. et quib. par. quar.debet.quod idem veriſſimè decidit Afflict. in deciſ.377.nu.5. Vnde qui negat, quod naturaliter ineſt, hoc eſt paupertatem, et ſic qui allegat diuitias
3 † probare tenetur,arg.notatorum à Fel. in c. fi. col.4. poſt nu.15.de preſumpt.et à Ioan.Igneo in l.neceſſarios.§.non alias,num.84.ff.ad Sylla. ad quod reſpondit etiã Pariſ.conſ.95.col.2.lib.3. et in terminis Paul. de Caſtr.et Iaſ. tradidere in d.gl. dicti. §. quæ pro rei. et ibi Ang.et ſenſit Bald. in l. 4. C. quando fiſcus,vel priuatus.Idem Bald.meminit in c.fi.col.2 poſt nu. 4. et ſeq.de præſump.Ang.conſuluit in conſ.270.incip. Bonifacius.col. fin. Calder. quoque in hanc reſpondit ſententiam in conſ.10.tit.de probat. Alex. etiam cauit in conſ.118.col.4.incipien.in cauſa,et lite, vol. 2.et in terminis Aret.docuit in conſ.66. viſo puncto.
4 col.8.num. 8. vbi egregiè, † quòd cum qualitas diuitiarum ſit regulariter repugnans naturæ, quia nemo naſcitur diues,non creditur,niſi probetur,cum etiam quia aſſerens ineſſe diuitias, videtur præſupponere mutationem, quæ vt plurimum facta non creditur,
5 † niſi probetur, ſic reſponſum fuit ab Excellentiſſimo Papiniano in l:3. de probat. et à ſummo Pontifice in c.maiores.de baptiſ.cum alijs adductis ab Hercula.in ſuo tract.de proban.negatiua. nu. 12. et ex multis allatis à Natt.in conſ.238.num.7.lib.2. et latè proſequitur Couar.var.reſol.lib.2.c.6.

Verumtamen cõcluſionẽ noſtram limitabis,vt nõ
6 procedat,qñ olim quis fuerit † diues, quia etiam hodie præſumitur diues,& non præſumitur amiſiſſe dominiũ rerum ſuarum,vt l.ſiue poſſidetis.C.de proba. Ita in hanc deſcendere ſententiam Hoſtien.Io. And. But.& Imol.in c.1.in fi. de ſcrutinio. Archi.& Geminia.idem ſenſere in c.fi.6.q.5. quibus adhæſit Alb. de Roſa.in l.ſi vero.§.qui pro rei qualitate.ff. qui ſatiſd. cogan.quos refert,& ſequitur Alciat.de præſumpt.in
7 reg.2.præſump.27,in prin.ſecùs vero,† quando nulla

fieret

ſieret mentio de prçterito,ſed ſimpliciter ageretur de
præſenti, quoniam tunc non præſumitur aliquis di-
nes,ſed ei qui dicit,incumbit onus probãdi, vt voluit
* glo.* communiter approbata in d.§. qui pro rei qua-
litate. vnde qui tenetur eligere diuitem, debet illam
qualitatem probare. ſic habemus ab Vlp. in l. 1. §. ſi
magiſtratus.ff.de magiſtratib. conuenien. & à Celſo
in l.non eſt neceſſe.& ibi tradidit Fulg. nu. 2. de pro-
batio.atque refert Alcia.in d.præſump.27.nu.4.

In hac re tamen,vt contrarium ſentiam,auctor eſt
mihi Triphoninus in l.in confirmando, & ibi Barto.
ff.de confir.tut. quod etiam refert Natt. in conſ.358.
8 contra fratres.nu.7. & 8. lib.2. † vbi ait,perſeuerantiã
diuitiarum non præſumi, quem tu ipſe adeas.

Sublimitare poteris prædictam limitationem, nõ
procedere èconrra,de pręſenti ſcilicet ad præteritũ à:
9 nam non valet argumentum,nunc eſt diues,†ergo &
olim erat,ita ratiocinatus eſt, & collegit Aret. in d.
conſ.66.viſo puncto.d.col.8.num. 8.

Sed ad hæc adeas,quæ ſupra tradita ſunt in conclu
ſione, Allegans, & infra in concluſione, Paupertas,
atque in concluſione,Inopia, & in concluſione Sol-
uendo quem non eſſe.

Certum igitur eſt, vt qui dixerit, aliquem diuitem
eſſe,id probare debeat. Quo pacto verò id poſſit pro-
bari,in hoc totus rei noſtræ cardo vertitur.

10 Diuitem itaq; quẽ eſſe probatur ex eo,† quod pro-
batum fuit talem habere in bonis quinquaginta au-
reos,per l.nõnulli.ff.de excuſatio.& refert gl.in auth.
præterea.in verbo,locuples.C.vnde vir.& vxor.quod
& probauit Bart.in l.ſi conſtante.ff.ſolut.matr. num.
13.& ibid.Iaſ.nu.144.& Rip.nu.29.vel centũ aureos,
vt placuit Accur.in §.ſed noſtra.Inſtit. de ſucceſ. li-
bert.& in §.pen.in auth. de exhiben. reis.

Quod vltimo loco traditum limitabis,vt procedat
tantùm, qñ agitur de modico præiudicio, ſecus de
11 magno,† quia tunc relinquitur arbitrio iudicis,vt te-
ſtis eſt ad id locupletiſſimus. Accurſ.in d.auth.pręte-
reà.C.vnde vir.& vxor.cui accedit Bart.in d.l. ſi con-
ſtante.nu.14.vbi ait,hoc iudicem debere arbitrari,ſe-
cundùm diſcrimẽ perſonarum,& factorum, vt vnus
miles,vel vir nobilis habẽs mille in bonis ſit pauper,
12 † & vnus ruſticus habens minus,ſit diues.arg. l.nepos
Proculo.ff.de verb.ſignif. Idem ſenſit Alexa. in d. l.ſi
conſtante.nu.13.& ibi Iaſ.nu.144.atq; Rip. num. 29.
hoc etiam ſequuti ſunt Dec.in gl.in d.auth. præterea
nu.15.& Curt.iun.nu.23. ad hoc idem conſuluit Dec.
in conſ.165.in cauſa matrimoniali.nu.7.quorum ſen
tentiæ album calculum addidit Didac. lib.2. variar.
reſol.c.6.nu.5.qui alios plures huius ſententię retulit,
& alios addit doctiſſimus Menoch.in tract. de arbitr.
iudic.lib.2.cent.1.caſu 65.nu.7.

Multis quoque alijs modis poteſt probari,diuitem
13 quem eſſe, † de quibus diſſeruimus in concluſione,
Paupertas, & traditum eſt à Bart. in d.l.ſi conſtante,
nu.13.& 14.& ibid.Iaſ.nu.144. vſque ad 153. nam ex
ijs probatur paupertas,quæ cum ſit contraria diuitijs,
cognito quibus caſibus probatur paupertas, cogno-
ſcetur & quibus probentur diuitiæ,vt l.1.ff.de his, qui
ſunt ſui,vel alieni iuris,& Inſtit.eod. tit. cum ſimilib.
& vltra Bart. ac Iaſ. in l.ſi conſtante de hac materia
videre eſt tex.in l.1.& ibi Bart.ac Doct.C.de iur. dot.
Iaſ.in auth.præterea.C.vnde vir,& vxor.text.& ſcrib.
in l.paupertas.ff.de excuſ.tut.gl.& Ang.in §.hinc au-
tem nobis.in auth.de hæred. & fal. Bald. in l.quis ad
declinandam.C.de epiſc.& cler.

Illud poſtremò pro corrolario in hac materia ad-
14 demus,teſtem deponẽtem aliquem eſſe diuitem, † &
reddentem rationem in cauſa ſcientię,quia ſum vici-
nus,vel conſanguineus,probare:vt tradidere Bart. in
l.1.nu.15.verſ.quæro quid in teſte,vbi Alex. num.16.
verſ.facit etiam iſta lex. ff.ſi cert. petat. & ibi Purpur.
nu.92. huc quoq; ſpectat reſponſum Pomponij in l.ſi
ita de fun.inſtruct. quibus reſpondet Alex. conſ.50.
in cauſa,& lite inter Io.nu 17.vol.5.& voluit Roma.
in conſ.245.ad primum.in fi.& meminit Ang.in l.be
15 ne eſt,nu.5.†Quòd autem teſtes domeſtici in probã-
dis diuitijs admittantur,tenet Bal.in l.facultas.nu.77.
C. de iure fiſci.lib.10.

Contra verò, ſi quis probare voluerit diuitias ali-
16 cuius † nõ rectè probabit ex illa præſumptione,quòd
nõ iactet ſuum,vulgata.l.cum de indebito.ff. de pro-
bationibus,vt auctor eſt Pariſ.in conſ.99.iſtę Io.Fran
ciſcus.nu.59.verſ.nec idoneitas.vol.3.

Sed hæc plenius diſcutiemus infra in concluſione,
Paupertas, ad quam me reijcio.

CONCLVSIO DXXVII.

ARGVMENTVM.

Diuiſio in dubio, an præſumatur,& quibus modis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio in dubio non præſumitur,niſi probetur.*
2 *Diuiſio præſumitur,ſi per longum tempus,vt per decenniũ inter præſentes,& viginti inter abſentes, fuit inter fratres, vel alios ſimiles ſeparata poſſeſſio communium bonorum.*
3 *Obligatio non probatur, ſed exequutio obligationis, cum ex prima natura communionis erant obligati fratres ad diuidendum.*
4 *Diuiſio præſumitur valida ex longinquitate temporis,etiã ſi fuerit ab initio nulla,vtpote in termino facta ſine decreto iudicis.*
5 *Diuiſio ex diuturnitate præſumitur, etiamſi non conſtet alium de fuiſſe factam diuiſionem.*
6 *Sicut diuiſio præſumitur ſtante curſu temporis, ita durãte poſſeſſione indiuiſa per longum tempus præſumitur facta communicatio poſt diuiſionem.*
7 *Diuiſio,nedum præſumitur ex diuturnitate temporis,verum etiam diuiſionis ratificatio.*
8 *Diuiſio non præſumitur etiam per tempus decennij,quãdo in diuiſione eſſet inæqualitas.*
*Contrarium.nu.*10.
9 *Qui minus portionis hæreditatis poſſederit, non cenſetur propterea ius ſuum remiſiſſe.*
11 *Diuiſio ex diuturnitate temporis non præſumitur facta inter fratres, vel alios ſimiles, quando agitur de graui præiudicio.*
12 *Diuiſio præſumi non poteſt,quando alter tantum ex fratribus poſſedit totum.*
13 *Diuiſio probatur ex libris æſtimi, ſiue cataſtri.*
14 *Diuiſio per teſtes probatur,& eſt titulus habilis ad prçſcribendum.*
15 *Diuiſio probatur ex confeſſione.*

Diuiſionem in dubio non præ-
1 ſumi,† niſi probetur, colligere eſt ex reſcripto Impe-
ratorum Diocle.et Maximia.in l.penult.C. commu.
diuidund.et ibi Petrus de Rauen. Cyn. poſt num.3.et
Sal.quod et dũ de iure reſpõdit,placuit Alex.in conſ.
14.lib.2.et in conſil.3.lib.3. atque obſeruauit Ang.in
§. ſi. Inſt. de ſociet. quin etiam potius præſumitur ita
fratres poſſediſſe gratia commodioris vſus, quam di-
uiſionis, ita more ſuo eleganter ſcripſit Tiraquell.de
præſcrip.in verbo,per decem annos.glo.4.verſic. 14.
circa finem.

Concluſionem hanc limites velim nõ ꝓcedere, ſi
per longũ tempus,nẽpè per decennium inter præſen-
tes, & viginti inter abſentes fuerit inter fratres, vel
2 alios ſimiles ſeparata poſſeſſio cõium bonorum, † nã

hoc

hoc caſu præſumitur diuiſio, ita aſſeuerauit gl. in d. l.
pen. ver. ſi maior. C. communi diuidun. & ibi Doc. &
Bar. ait, illã gloſſam eſſe ſingularẽ, albo lapillo ſignã-
dã, & menti tenendã, idem dixere Bal. Ang. & Bar. in
l. cũ de in rẽ. col. 3. ff. de vſu. Bal. in l. 1. col. 7. C. qui
admit. & Ang. in l. ſeruitutes. ff. de ſeruit. Bal. in l. 1. C.
de fideicõ. Bar. in l. fi. ff. de vſucap. pro dote. Iaſ. in l. ſi
* certis. col. 3. ver. 6. facit. C. de pactis, & de* cõi ſcriben-
tium in hac re ſententia atteſtatur Paul. Caſtr. in cõſ.
146. nõ ſequẽdo ordinẽ, poſt nu. 2. ver. diuiſio autem.
* lib. 2. idem de* communi opinione dixit Alex. in cõſ.
92. viſo, & diſcuſſo. in prin. lib. 2. & in conſ. 25. attentis
narratis. nu. 16. vol. 5. & Barb. in conſ. 29. col. 9. ver. itẽ
ad gl. lib. 4. Ruin. in conſ. 29. poſtquam fundata. nu. 2.
vol. 4. atq; Boer. in deciſ. 58. nu. 2. & 3. Tiraq. quoq; in
tract. præſcrip. in verbo, per decem annos. gl. 4. verſic.
14. & multos ad hanc rem, vt ſui moris eſt, & refert
Gabr. Rom. in tit. de præſump. concluſ. 1. & nu. 28. &
tenuerunt hoc idem Domini de Rota, vt per Achil.
deciſ. 107. nondum typis tradita.
3 Iſtius limitationis ratio eſt, † quia ex prima natura
communionis erant obligati fratres ad diuidendum:
vnde nõ probatur obligatio, ſed executio obligatio-
nis: ſic docuit Bal. in l. 1. poſt nu. 14. ver. pone duo fra-
tres. C. de fideicom. quem refert, & ſequitur Ruin. in
conſ. 162. q. 1. nu. 18. vol. 3.

Primò amplia dictam limitationẽ veram eſſe, etiã
ſi diuiſio fuerit ab initio nulla, vtpotè in te minores
4 facta ſine decreto iudicis, † quia nihilominus ex lon-
ginquitate tẽporis præſumitur valida. ita Bal. reſpon-
dit in conſ. 234. incip. diuiſio. lib. 4. quem refert, & ait
hoc eſſe obſeruatione dignum, & eximium, elegãtiſ-
ſimus Tiraq. in d. tract. de præſcript. verbo, per decem
annos. verſ. 14.

Secundò ampliabis locum quoq; habere etiam ſi
5 non conſtet aliundè fuiſſe factam diuiſionem: † nam
nihilominus ex illa diuturnitate præſumitur diuiſio,
vt colligitur ex deductis ab Abb. in cõſ. 11. ſuccinctè,
& remiſſiuè. nu. 24.

Tertiò loco ampliare poteris prędictã limitationẽ
procedere etiam in communicatione, nam ſicut ſtã-
6 te curſu temporis præſumitur diuiſio, † ita durãte poſ-
ſeſſione indiuiſa per longum tempus præſumitur fa-
cta communicatio poſt diuiſionem, ita cautum eſt à
Rom. in conſ. 205. in puncto propoſito. poſt num. 3.
verſ. Tertiò principaliter: & in conſ. 418. in eo, quod
quæritur. nu. 2. verſ. 2. principaliter. quem refert Gabr.
vbi ſuprà. nu. 29.
7 Quartò velim amplies, † vt nedum præſumatur di-
uiſio, verùm etiam diuiſionis ratificatio, vt deciſum
fuit ab Auguſt. Bero. q. 4. nu. 14.

Primò ſublimitare tibi licebit, dictam limitationẽ
locum ſibi non vendicare, quando in diuiſione eſſet
inæqualitas videlicet, quia res, quas ego poſſedi, ma-
8 ioris conſtabant, quàm illæ, quas tu poſſidebas: nã eo
caſu non præſumitur diuiſio, etiam per illud tempus
* decennij: ita voluit Fran. Balb. qui atteſtatur de* cõi,
& vera opinione, ab eaq; non eſſe in iudicando rece-
dendum in tract. de præſcr. in 1. par. 3. partis principa-
lis. q. 10. nu. 44. verſ. nunc limita. & Alba. in conſi. 11.
nu. 24. vnde quis petere poteſt, vt diuidatur æquè, vt
colligitur ex d. l. pen. & ibi Paul. & Bald. tradidere. C.
commun. diuid. & Alex. conſulendo ſenſit in d. conſ.
9 92. nu. 4. vol. 2. & in d. conſ. 25. nu. 16. vol. 5. nam † & ſi
quis minus portione hæreditatis poſſederit, non cen-
ſetur ius ſuum remiſiſſe, vt habemus a Paulo in l. cũ
de indebito. ff. de prob. Idem tenet Tiraq. in d. trac. de
præſcrip. in eo. §. per decem annos. ver. ſed aduerte le-
* ctor. in verſ. 14. vbi dicit, hanc eſſe veriorem &* com-
munionem opinionem. Idem aſſeuerauit Boer. in de-
ciſ. 58. nu. 2.
10 In contrariam tamen deſcendere † ſententiam Sal.
in d. l. pen. col. 1. C. commun. diuid. & Ant. de Butr. in
c. peruenit. de ceſſib. & aliquos refert Gabr. Rom. in
tit. de præſump. concl. 1. ſub nu. 30.

Secundò ſublimitatur, vt non procedat, quãdo agi-
tur de graui præiudicio: tunc enim ex tali diuturnita-
11 te temporis † non præſumitur diuiſio facta inter fra-
tres, vel alios ſimiles, vt dilucidè volunt Bar. in l. cum
de in rem verſo. col. 3. nu. 5. ff. de vſur. & in l. 1. col. vlt.
verſ. ſolue. tu habes. n. 7. ff. de aqu. pluu. arcen. & in ſua
diſput. incip. Mulier habens magnum patrimonium.
col. vlt. nu. 7. & ad id latè ſe fundit Tiraq. in d. trac. de
præſcript. §. per decem annos ver. 33. verſ. ſed & mul-
ti. & Iaſ. ad hoc conſuluit in conſ. 176. col. 3. verſ. ſed
quando tractaretur, poſt nu. 2. vol. 2.

Tertiò ſublimitanda erit, vt locum ſibi vendicet,
quando vterq; poſſedit bona communia pro diuiſo,
12 vt unus unam rem, & alius aliam rem, † ſecus uerò,
quando alter tantum poſſedit totum, nam tunc præ-
ſumi non poteſt diuiſio: ſic traditum eſt à Ruin. in
conſ. 162. q. 1. nu. 14. uerſ. nec etiam dici poteſt. uol. 3.

Huius diuerſitatis ratio eſt, quia in priori caſu facta
relatione per patiẽtiam ad patientiam emergit quæ-
dam permutatio, cui ineſt diuiſio. l. cum pater. §. hæ-
reditatẽ. ff. de leg. 2. & not. in l. 1. C. commun. utriuſq;
iud. uerùm poſteriori caſu nõ interuenit dicta mutua
patientia ab utraque parte, ſed ab una tãtum, ideo ex
illa ſola non præſumit diuiſio. l. nullo. C. de rei uend.
l. diutina. C. de præſcript. long. temp. ſic idem Ruin.
aſſerit in d. conſ. 162. nu. 15. & 16. uol. 3.

Videamus modò, cum diuiſio non præſumatur.
quomodo poſſit probari.
13 Diuiſio igitur clarè conſtabit ex libris æſtimi, † ſiue
cataſtri, ut noſtri uocant, ut habemus ex his, quæ ad-
duxit Alex. in cõſ. 92. nu. 6. uol. 2. ad hoc uerò uideas,
quæ diximus ſuprà in concluſ. cataſtrum, & infrà in
concluſio. æſtimum.
14 Prætereà per teſtes probatur, † & eſt titulus habilis
ad præſcribẽdum, ut deciſum fuit à Dominis, de Ro-
ta, ut per Illuſtriſ. & Reuerend. Card. Palleo. non mi-
nus dignitate, quam doctrina inſignem. deciſ. 106. &
Vital. deciſ. 55. lib. 1. nondum typis traditis.
15 Inſuper probatur diuiſio † ex confeſſione, ut con-
ſuluit Ruin. in d. conſ. 29. poſtquam fundata. num. 1.
uol. 4. quæ quidem confeſſio intelligitur de ualida, ut
idem ibidem dixit Ruin.

CONCLVSIO DXXVIII.

ARGVMENTVM.

Doctoratus an poſſit probari per inſtrumenta publica, & per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Doctoratus probari poteſt nedùm per inſtrumẽta publica; ſed etiam per teſtes, qui actui interfuerunt.*
2 *Doctoratus probatur, ſi per longum tempus ſaltem decennij probetur fuiſſe habitum, & æxiſtimatum Doctorem.*
Contrarium nu. 3.
4 *Adducens priuilegium allegat malam fidem, niſi probet titulum.*
5 *Omnis res præſumitur libera, niſi contrarium probetur.*
6 *Qui eſt in poſſeſſione notariatus, & conficit inſtrumenta tanquam notarius, hoc ei non prodeſt, ſi negatur notarius, niſi aliter probet notariatum.*
7 *Allegans priuilegium debet ipſum probare.*
8 *Quaſi poſſeſſio priuilegij non prodeſt, niſi aliter probetur, quando quis vult priuilegio vti in præiudiciũ alterius.*
9 *Quaſi poſſeſſio priuilegij quando non tendit in præiudiciũ alicuius, ſufficit vſq; eo, vt non debeat excludi ab vſu, niſi probetur contrarium.*
10 *Doctoratus probatur etiam per communem opinionem,*

11 *Doctor,*

11 *Doctor, qui amiſit priuilegium doctoratus, vel qui nũquã redemit à notario, poteſt probare eſſe doctorem per teſtes, qui interfuerunt doctoratui.*
12 *Doctores qui apud ſe non habẽt ſuum priuilegium doctoratus in ſcriptis, poſſunt probare per teſtes.*
13 *Ex publico examine probatur priuatum, & per maiores ordines probantur minores.*
14 *Teſtes deponentes quem eſſe doctoratum, debent deponere de loco, et tempore vbi doctoratus eſt, cum tempus in hoc ſit de ſubſtantia probationis, & teſtes aſſerentes nõ recordari de tempore, efficiantur ſuſpecti.*
15 *Doctoratũ probant teſtes deponẽtes uidiſſe talem doctorari, quia uiderunt eum ſuper cathedra ſedentem.*
16 *Tria neceſſario requiruntur de ſubſtantia doctoratus, & quae.*
17 *Deponens de principali, probat etiam annexa ſibi.*
18 *Doctoratus factus in publico examine rectè probatur per teſtes, ſed Doctor creatus ſolo uerbo ab Imperatore, ſummo Pontifice, aut alio Principe poteſtatem doctorandi habente, debet probari per ſcripturam.*
19 *Priuilegium Principis debet neceſſario probari per ſcripturam.*

DOctoratum poſſe probari, nedum ꝑ inſtrumẽta publica, ex-
1 hibendo priuilegium, † verùm etiam per teſtes, qui
actui interfuerunt colligere eſt ex cõtextu. in l. ſi ſo-
lemnibus C. de fid. inſtr. & ibi Bal. in prin. Paul. Caſtr.
nu. 5. verſ. & per iſtam legẽ. Sal. & alij Docto. & ad id
reſpondit Iaſ. in conſ. 149. nu. 2. vol. 4. & in hanc rem
conſuluit Alex. in conſ. 107. Videretur circa. in prin.
verſ. ſed his non obſtantibus. nu. 2. vol. 7. idem quoq;
voluit Io. de Ana. in rub. de magiſtris. col. 2.
2 Primò ampliabis, vt ſufficiat probare iſtiuſmodi † ꝑ
longum tẽpus ſaltem decennij fuiſſe habitum, & exi-
ſtimatũ Doctorẽ, ita dixit Bal. in d. l. ſi ſolemnibus, &
ibi Paul. Caſtr. d. nu. 5. & Sal. ad quod pertinent, quæ
notauit Alex. in conſ. 138. nu. 7. cum ſeq. lib. 1. & ea,
quæ dicta ſunt ſuprà in concluſione, Abbas.
3 Cõtrariũ † ſenſiſſe Petr. refert Bal. in d. l. ſi ſolemni-
bus, ex eo, quia priuilegium non probatur per vſum
priuilegij, ſed per iuſtũ titulum: propriè enim in priui
legijs non cadit præſcriptio, quia ille qui adducit pri-
4 uilegium, allegat malã fidem, † niſi probet titulum, vt
c. ad decimas. de reſti. ſpol. lib. 6. ſicut etiam videmus
in eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione ſeruitutis prædij, vel
perſonæ, nam ſiue agat, ſiue ſe defendat, cum habeat
ius cõmune contra ſe, cum omnis res præſumatur li-
5 bera, † niſi contrarium probetur. l. altius. de ſeruit. &
aqua, talis quaſi poſſeſſio non leuat eum onere pro-
bandi, vt aſſerit Accurſ. in l. ſicuti. §. ſi quæratur. ff. ſi
ſeruit. vendicetur. & plenè traditum eſt à Barto. in l. ſi
prius. de oper. nou. nũc. ſicut et ſi aliquis eſſet in quaſi
poſſeſſione notariatus, & conficeret inſtra tanquam
6 notarius hoc nõ prodeſſet, † ſi negaretur notarius, niſi
aliter probaret notariatum, cum hoc ſit quoddam pri
uilegium contra ius commune, quod à Principe cõ-
fertur, vt eius ſcripturæ, & ſic voci mortuæ credatur,
iuxta notata ab Inn. in c. cum P. Tabellio. in princ. de
fid. inſtr. ad quod tamen conſulas, quæ diximus infrà
in concluſione Notarius. Quinimò qui allegat priui-
7 legium, † debet ipſum probare, per capitulum, cũ per-
ſonæ. de priuilegio, in 6. & adeas infra à nobis tradita
in concluſione Priuilegium.
Conciliabis tamen has inter ſe ſcribentiũ pugnan-
tes ſententias fœdere iſtius diſtinctionis, nã aut q̃ vult
priuilegio vti in præiudiciũ alterius, & tunc non pro-
8 deſt ei illa quaſi poſſeſſio priuilegij, † niſi aliter probe-
tur, & ita loquitur d. c. cum perſonæ. ibi enim clerici
prætendebant vti priuilegio exemptionis contra epi-
ſcopum, & ita etiam intelligendum eſt, quod dictum
eſt de ſeruitute, quando quis vult ea vti in re aliena in
præiudicium Domini: nam in iſtis caſibus, vt diximus
non prodeſt huiuſmodi poſſeſſio, niſi aliter conſtet:
9 † aut non tendit in præiudicium alicuius, & tũc ſuffi-
cit illa poſſeſſio priuilegij, vſq; eo, vt non debeat ex-
cludi ab vſu, niſi probetur contrarium, ita diſtinguit
Paul. Caſt. in d. l. ſi ſolemnib. nu. 3. cum ſeq.
Præterea cõcluſionem ampliabis, vt probetur Do-
10 ctoratus, † etiam per communẽ opinionem, vt tenue-
runt Dom. de Rota, vt per Guidob. deciſ. 113. nõdum
typis tradita.
Quid verò, ſi eueniat, vt Doctor amittat priuilegiũ
Doctoratus, vel etiam quia nũquam redemerit à no-
tario, an (vt diximus) poterit probare eſſe Doctorem
per teſtes, qui interfuerũt Doctoratui? & id poſſe per
11 teſtes † probare vnanimes tradidere ſcribẽtes, vt Pau.
Caſtr. in l. ſi ſolemnibus. nu. 5. C. de fid. inſt. & ibi Bal.
& cæteri Doct. & Marſ. in rub. C. de prob. num. 39. vbi
ait hoc ſpectare ad Doctores, qui apud ſe non habẽt
12 ſuum priuilegium Doctoratus in ſcriptis, ideſt † poſſe
probare per teſtes, & inquit ita ſe vidiſſe aliàs in vſu
obſeruari, quod idẽ placuit Saly. in d. l. ſi ſolemnibus
atque hoc probauit Alex. in conſ. 107. num. 2. lib. 6. &
Iaſ. ſenſit in conſ. 149. nu. 2. vol. 4. ſed id dilucidius eſt,
quàm vt à me poſſit planius oſtendi, vt ex congeſtis
à Boer. in deciſ. 171. nu. 3. & à Ioã. de Ana. in rubr. de
magiſtris.
Illud tamen primo loco ampliare poteris verum
13 eſſe, etiam ſi deponãt † tantùm de publico examine,
quia ex illo probatur priuatum, ſecùs è contra: ſicuti
etiam per maiores ordines probantur minores: ita
Bald. tradidit in d. l. ſi ſolemnibus. in princ. C. de fide
inſtrument.
Intelligas tamen, & aduertas, vt huiuſmodi teſtes
debeant deponere de loco, & tempore, vbi Doctora-
14 tus eſt † nam tempus hic eſt de ſubſtãtia probationis,
ideò probari debet ꝑ teſtes, vt quærẽdo decidit Guid.
Pap. q. 544. quod ſi teſtes dicant, non recordari de tẽ-
pore, efficiũtur ſuſpecti, vt voluere Inn. & alij in c. ex
tenore de teſt. & Matth. ab Afflict. in conſt. Neap. lib.
3. rub. 33. conſtitut. de prob. experien. med. incip. quia
nunquam. nu. 2.
Secundò ampliare tibi licebit, etiam ſi duo teſtes
15 deponerent uidiſſe talem doctorari, † quia uiderunt
eum ſuper cathedra ſedentem, nam licèt de ſubſtan-
tia Doctoratus tria neceſſariò requirantur, ideſt ca-
thedra, quæ eſt inueſtitura poſſeſſiua: liber, qui ſigni-
ficat virtutem, & ſubſtantiam ſcientiæ: & tertio Pi-
16 leus, ſeu infula, † quæ præſefert ſplendorem, & capiti
imponitur, cum omnis perfectio debeat eſſe in capi-
te. l. argẽtarius. §. ratione. ff. de edendo. et licèt ſoleat
cõferri etiam annulum, uel oſculum, aut benedictio,
tamen hæc non ſunt ſubſtantialia, & neceſſaria, &
ideò omiſſis his, ſufficiunt illa tria, quæ quamuis req-
rantur, tamen ſi teſtes de uno tantùm deponant, vi-
delicet, quòd uiderint illum ſedere ſuper cathedra,
17 rectè probant doctoratum, † quia deponens de prin-
cipali probat etiam annexa ſibi, videlicet alia duo,
ideſt, librum, & pileum, & ſic plenè doctoratum, vt
docuit Bald. in proœmio decretalium, in uerbo, Gre
gorius. num. 25. & 26.
Primò limita, & intellige illa procedere tantùm
in doctoratu facto in publico examine: nam per te-
ſtes rectè probatur, ut ex ſupra deductis videre eſt. ſe-
cus de Doctore creato ſolo verbo ab Imperatore, vel
18 ſummo Pontifice, † aut alio Principe poteſtatem do-
ctorandi habente, nam hoc caſu debet probari per
ſcripturam, vt per quandam ſimilitudinem ait Bald.
de notario creato à Principe, per l. unicam. C. de mã-
dat. Princ. & præcipuè de Doctore uoluit Curt. iun. in
l. pactum, quod bona fide. nu. 3. & 9. C. de pact. & ibi-
19 dem Dec. & ratio eſt, † etenim priuilegium Principis
debet neceſſariò probari per ſcripturam. Ita placuit
Bal. in d. l. 1. C. de mand. Princip. & Curt. ſequutus eſt
in d. l. pactum. & ibi Dec.

CONCLVSIO DXXIX.

ARGVMENTVM.

Doctori aſſerenti de aliqua conſuetudine, an ſit ſtandum, & an pro Doctore præſumatur.

SVMMARIVM.

1 Doctori aſſerenti de aliqua conſuetudine non eſt ſtandum. Contrarium. num. 4.
Stilus, & conſuetudo eſt mutabilis, ſub num. 1.
2 Conſuetudo cum ſit facti, probanda eſt.
3 Non ſolum vni Doctori, ſed pluribus atteſtantibus de cõſuetudine non eſt ſtandum.
4 Doctori de conſuetudine aſſerenti creditur.
5 Doctori atteſtanti de conſuetudine eſt ſtãdum, quoad præſumptionem inducendam, vt onus probandi contrariũ transferatur in aduerſarium.
6 Doctori atteſtanti de conſuetudine vigente in locis, & curijs, ac officijs, in quibus verſatus eſt, non autem in alijs ſtandum eſt.
7 Pro Doctore præſumitur.
8 Delictum quod duobus aſcribitur, quorũ alter ſit Doctor, præſumitur ab illo patratum qui non eſt Doctor.
Actus geſtus a Doctori, qui iuſtus, & iniuſtus haberi poteſt, præſumitur iuſtus propter eius perſonam. ibid.
9 Pro Doctore præſumitur, quod ſit doctrina præditus.

1 Doctori aſſerenti de † aliqua cõſuetudine nõ
eſt ſtandum, ita tradit Bal. in l. is qui. §. antipho. ff. de
pig. in l. conſentaneum. in 5. oppoſit. C. quomodo, &
quando iud. in l. fi. C. de fideicommiſ. in l. cum quidã.
§. qꝫ dſ. circ. fin. ff. de acq. hær. Alex. in conſ. 50. vol. 5.
* Aret. in conſ. 132. Cor. in conſ. 83. Dec. qui hanc * eſſe
cõem opinionem affirmat in conſ. 402. in cauſa Illuſtriſs.
Principis. nu. 15. col. fi. verſ. ex quibus patet, & in
conſ. 472. & in conſ. 142. Barb. in conſ. 4 . vol. 1. Curt.
conſ. 39. & Alex. aſſeuerauit in l. poſt dotem. nu. 29.
ff. ſol. matr. alios refert Dec. in l. 2. §. mutui. nu. 9. ff. ſi
cert. petat. & alios plures recenſet Neuiz. in conſ. 45.
nu. 7. & conſ. 66. nu. 31. latè Purpur. in l. 1. nu. 134. vſq;
ad 140. ff. ſi cer. pet. & Soc. conſ. 150. nu. 19. vol. 1. & in
* conſ. 27. nu. 10. eod. vol. 1. & de * communi atteſtatur
Pet. de Rau. in tit. de cõſuet. ſect. 5. nu. 16. Steph. Bert.
in conſ. 181. circa proceſſum cauſæ. col. 6. nu. 15. verſ.
& licèt Eart. lib. 3. Coraſ. in tract. de cõmun. opi. tit. 7.
nu. 2. & videas latè proſequentẽ Pariſ. in conſ. 25. nu
16. & 17. & 18. vol. 1. Nã ſtylus, & conſuetudo eſt mutabilis,
vt ex alleg. per Pariſ. in conſ. 31. nu. 15. cũ ſequ.
2 lib. 1. & † cõſuetudo cũ ſit facti probanda eſt, vt idem
voluit Pariſ. in conſ. 158. n. 21. cum ſeq. lib. 4. & iſtam
** eſſe veriorẽ, & ** magis cõem opinionẽ cenſuere recentiores
Pariſ. in tract. de euict. nu. 33. & 38. vt refert
ſequẽdo, & alios plures adducẽdo Burſ. ĩ cõſ. 16. n. 37.

Ampliatur hæc concluſio, vt procedat etiam ſi nõ
3 modo vnus, † ſed plures Doctores atteſtentur de cõſuetudine.
Alex. in d. l. poſt dotem. ff. ſol. matr. deciſ.
Neapol. 176. in 2. dub. in 1. difficul.

4 Contrariam ſententiam † quòd imò credatur, ſequutus
eſt Bartol. in l. de quibus, colum. 9. poſt num.
21. & Caſtrenſ. ff. de leg. & refert Dec. referens alios
in conſil. 540. Quæritur in effectu. num. 8. & 9. vbi at-
* teſtatur de * communi, & in conſil. 559. num. 6. vbi pa-
* riter de * communi. Bald. in cap. cum dilectus. de cõſuetud.
colum. 2. Guid. Pap. quæſtio. 139. Caſſa. in cõſ.
64. colum. 5. & quamplures alij, quos congerit Anto.
Gabr. de probat. concluſ. 4.

** Prior tamen opinio eſt communiter, & magis ** receptam
paſſim à Doctoribus, & ſecũdum prædictam
opinionem iudicarunt Domini de Rot. in vna Barchionen.
hæred. de anno 1536. 23. Iunij, vt per Moed.
in deciſio. 206. & in alia 274. de anno 1539. 20. Iunij,
quas refert etiam Burſ. in conſil. 37. num. 16. licèt ſub
alio numero.

Primò limita, & intellige non procedere priorem
5 opinionem quoad præſumptionem inducendam, † vt
onus probandi contrarium transferatur in aduerſarium,
nam tunc benè ſtatur, vt ſenſit Dec. in l. 2. §. 1.
colum. fin. poſt num. 8. ff. ſi cert. petat. & in conſ. 410.
in fi. num. 8. & in conſ. 159. colum. 2. num. 5. & ſeq. &
in conſ. 691. circ. fi. poſt num. 12. & 13. et in conſ. 694.
poſt num. 3 et 4. colum. 1. cui accedit. Cur. iun. in con-
* ſil. 60. col. 4. circa med poſt nu. 5. ubi de * communi
atteſtantur. Gozad. quoque conſuluit in hanc ſententiam
in conſ. 59. colum. 4. in princ. poſt nu. 18. Socyn.
iun. in conſ. 60. num. 10. lib. 2. Roland. à Valle meminit
in conſ. 87. num. 12. lib. 2. Cranet. placuit in conſil.
166. num. 9. & Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. caſu
360. num. 93. et 94. et Grat. in conſ. 111. num. 53.
volum. 2. Rum. in conſ. 111. volum. 5. Gomeſ. in cap.
1. de conſt. in 6. Loffred. in conſ. 42. Bertr. in conſ. 144.
* uol. 3. & conſ. 181. ubi de * communi atteſtatur. uol. 3.
et in conſ. 290. uol. 2. et in conſ. 124. uol. 1. et in conſil.
** 141. vbi hanc dicit eſſe * communem, uol. 2. Pariſ. qui
hanc communem * eſſe affirmat in conſ. 25. uol. 1. &
in conſ. 31. uol. 1. et conſ. 158. uol. 4.

6 Secundò limitabis non habere locũ, † quando Doctores
atteſtaretur de conſuetudine uigente in locis,
et curijs, ac officijs, in quibus dicti Doctores uerſati
ſunt, non autem in alijs, ut ad id multa congeſta fuere
à Burſat. in conſil. 43. num. 57. et plurimos collegit
Gabr. in concluſ. 4. de probat.

7 Hinc ſequitur alia concluſio, † vt ſcilicet pro Doctore
præſumatur, ut tradit Marian. Soc. in conſil. 39.
num. 29. uol. 2. ubi teſtatur Bolognet. in auth. habita.
colum. 15. C. ne fil. pro pat. qui dicit, quòd ſi delictũ
aſcribatur duobus, quorum alter ſit Doctor, præſumi-
8 tur ab illo patratum, † qui non ſit Doctor, & idẽ ſubdit,
actum geſtum à Doctore, qui iuſtus, et iniuſtus haberi
poteſt, præſumi iuſtum propter eius perſonam,
quod et ea confirmant quæ obſeruauit Abb. in c. cũ
in iuuentute. de præſum. & quæ animaduertere Guid.
Pap. in ſuo trac. de præſump. col. 3. & alij relati ab eodem
Soc. in d. conſ. 39. num. 39.

Hinc infertur, & ampliatur, ut pro Doctore præſu-
9 matur † quòd ſit doctrina præditus, per l. unicam. C.
de profeſſoribus, qui in urbe Conſtant. lib. 12. et in l.
1. §. ideoq. C. de Iuſtin. C. compon. & refert Alcia. in
tract. de præſump. reg. 3. præſump. 19. nu. 2.

CONCLVSIO DXXX.

ARGVMENTVM.

Dolor cordis, & mœſtitia ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 Dolor cordis, & mœſtitia probatur ex aſpectu, & vultu alicuius.
2 Cor hominis, vt plurimum immutat faciem illius, ſiue in bonum, ſiue in malum.
Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. ibid.
3 Vultus eſt ſermo quidam tacitus mentis.
Vultus ſenſus animi indicat, imagoq; eſt animi vultus, & indices oculi. ibid.
4 Timanthis pictoris Iphigeniæ pictura.
5 Antiphili pictoris Hippolyti pictura.

Dolorem

1 Dolorem cordis † & mœſtitiam probari ex aſpe-
ctu, & vultu alicuius, auctor eſt Luc. de Pen. in l. 1.
col. 2. verſ. quæritur ſecūdò. de erogatio. mil. ann. lib.
12. quod probat auctoritate lib. 2. Machabeo. c. 3. nā
cor hominis, vt plurimum immutat faciē illius, ſiue
2 in bonū, † ſiue in malum, vt Eccleſiaſt. 13. in fi. & facit
illud Eccleſiaſt. c. 19. ex viſu cognoſcitur vir & ab oc-
curſu faciei cognoſcitur ſenſatus, atque huc ſpectat l.
obſeruandū. ff. de offic. præſid. & illud Saluſtij in Ca-
tilinaria, prorſus in facie, vultuq; vecordia inerat: nā,
3 vt ait Cicero in Piſonem. 1. Vultus eſt † ſermo quidā
tacitus mētis. Vultus enim, vt idē inquit in 2. de orat.
ſenſus animi indicat, imagoq; eſt animi vultus, & in-
dices oculi, vt idē aſſeruit in 3. de orat. hinc eſt, quòd
Menelaus in Iphigenia Aulidenſi iubet in primis, vt
Agamemnon obtueatur ſeſe videlicet ex vultu, &
aſpecti facti collecturus primum argumētum. Vnde
4 etiam Timanthis pictoris Iphigenia † laudibus orato
rum tantoperè celebratur, quam pinxit ad aram ſtā-
tem, iamq; Dianæ immolandam, & cum omniū aſtā-
tium ex vultu animi dolorem pinxiſſet, omnemque
triſtitiæ imaginem conſumpſiſſet, cum patris mœſti-
tiam ex vultu dignè effingere non poſſet, velo caput
obduxit. Quā etiam egregiè Antiphilus Aegyptius
5 pictor clariſſimus † Hippoliti metum ob taurū emiſ-
ſum ex aſpectu effinxerit, teſtatur Plinius apud Vo-
laterra. lib. 13. c. 3. Anthrop.

CONCLVSIO DXXXI.

ARGVMENTVM.

Dolus an verè probari poſſit, & ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Dolus verè probari non poteſt cum in animo conſiſtat.*
2 *Dolus ex coniecturis, & præſumptionibus probari debet.*
3 *Dolus probatur præſumptiuè, & non neceſſario.*
Quæ conſiſtunt in faciendo, probantur ex præſumptionibus. ibi.
4 *Dolus eſt difficilis probationis, & probatur per leuiores probationes.*
5 *Coniecturæ, & præſumptiones licet non probent ſui natura, tamen in his, quæ occultè fiunt plenam probationem faciunt.*
6 *Dolus debet eſſe euidens in caſibus, in quibus requiritur, ad hoc, vt quis incidat in aliquam pœnam.*
7 *Coniecturæ, & indicia ad probandum dolum debent eſſe perſpicua, ideſt, vt non poſſint accipi, niſi in malam partem, ſecus, vt ibi*
8 *Actus inebriandi aliquem non poteſt interpretari, niſi in malum.*
9 *Dolus debet probari manifeſtiſſimis indicijs, perſpicuis, & claris.*
10 *Indicia perſpicua quæ ſint, cum ius non declaret, ſtatur arbitrio iudicis.*

1 Dolus verè probari nō poteſt † cum in
animo cōſiſtat, ſic colligitur ex reſcripto Imperato-
rum Dioclet. & Maximian. in l. dolum. C. de dolo, &
reſponſū fuit a Corn. in conſ. 140. nu 9. & 10. Etenim
difficilis eſſe probationis decidit Boer q. 100. nu. 3. &
4. & Iaſ. conſuluit idem in conſ. 141. col. 3. lib. 4. quos
refert nunquam ſatis laudatus Iac. Menoch. de arbit.
iudic. centur. 2 caſu 116. nu. 21. ſcriꝑſit diffuse Carrer.
in pract. crim. §. homicidij autem ſpecies. nu. 30. verſ.
ſed qualiter.
2 Hinc fit, vt ex coniecturis, † & præſumptionibus ꝓ-
bari debeat, vt habemus ex d. l. dolum cū ſimilibus, et
cauit Ruin. in conſ. 4. nu. 10. vol. 1. & in conſ. 73. nu. 1.
& 9. vol. 2. quod & cōprobauit Marian. Soci. in conſ.
77. nu. 46. volu. 1. & idem in conſ. 129. nu. 68. eod. vol.
1. cui ſententię nōnulli alij adhæſere Andreas Barb.
in conſ. 17. clemētiſſimi Dei, col. 6. poſt nu. 28. verſ. &
pręmitto. vol. 2. & in conſ. 73. num. 3. vol. 3. & Pariſ. in
conſ. 75. nu. 31. vol. 1. & in conſ. 89. nu. 29. eo. vol. 1. &
in conſ. 78. nu. 23. vol. 4. & in conſ. 149. nu. 21. eo. vol.
4. & Ruyn. in conſ. 4. nu. 10. vol. 1. & Franciſc. Purp. in
3 l. 1. nu. 128. ff. ſi cert. petat. vbi ait † dolum probari præ-
ſumptiuè, & non neceſſario, atq; Paul. Caſt in l. quod
Nerua. nu. 3. ff. depoſ. inquit probari ex præſumptio-
nibus, quæ conſiſtunt in faciendo. Dolum verò eſſe
difficilis probationis, refert Burſ. in conſ. 40. nu. 63. &
4 Menoch. de arbit. iudic. centur. 2. caſu 116. nu. 21. † &
quod probetur per leuiores probationes, tenet Corn.
in conſ. 124. nu. 4. vol. 3. quem refert. & ſequitur Alb.
in conſ. 77. nu. 9. & tradidit Petrus Antiboli in tract.
de muneribus. §. 4. nu. 13. ver. indicijs enim, quæ quidē
coniecturæ, & præſumptiones licet non probent ſui
5 natura, † tamen in his, quæ occultè fiunt plenam pro-
bationem faciunt, vt voluit Feder. de Sen. in cōſ. 119.
nulli dubium. Ant. de Butr. in c. veniens. de teſt. Alex.
in conſ. 53. viſo themate ſupraſcripto. nu. 1. lib. 2. quos
ſequitur, & refert Grat. in conſ. 61. in cauſa Franciſci
de Vrſis. nu. 15. lib. 2.

Primò velim limites, & intelligas prædicta non ꝓ-
6 cedere in caſibus, † in quibus requiritur dolus ad hoc,
vt quis incidat in aliquam pęnam, nā tūc talis dolus
debet eſſe euidens, vt cōſulendo placuit Aret. in cōſ.
89. & tradidit Boſſ. tit. de conuictis. nu. 56. & id potiſ-
ſimum quando imponitur pœna, quę ad corpus ſpe-
ctet, vt videre eſt ex multis congeſtis à Burſ. in conſ.
* 77. nu. 13. & 14. vbi de *communi atteſtatur, & in cōſ.
94. nu. 8.

Secundò limitabis, & intelliges, vt prędictæ conie-
cturæ, & indicia debeant eſſe perſpicua, ideſt, vt non
7 poſſint accipi, † niſi in malā partem, vt auctor eſt Pau.
de Caſtr. in d. l. dolum ex indicijs. C. de dolo. nu. 1. &
ibi gl. in verbo, cōuenit, vbi affert exemplum in ſcho-
larib. Hiſpanis, qui inuitauerunt neſcio quem ad prā-
dium, ipſumq; multo vino obruerunt, vt inducerent
ad fideiubendum pro eis, nam ille actus inebriandi,
8 † nō poteſt interpretari, niſi in malum, quod patet ex
eo, quod poſteà fecerunt, quibus & illud ſuffragatur,
quod notat Marian. Soc. in conſ. 37. nu. 27. vol. 2. vbi
inquit, manifeſtiſſimis indicijs debere dolum proba-
9 ri quod verò probandum ſit † ex indicijs perſpicuis, id
eſt claris, & manifeſtis, tenent etiam Crau. in conſ. 8.
nu. 1. cum ibi alleg. & Grat. in conſ. 30. nu. 10. vol. 2. &
Calca. in cōſ. 24. & 1. col. 4. verſ. quartò pro hoc facit.

Quæ autem ſint indicia perſpicua ius nō declarat,
10 † idcircò iudicis arbitrio ſtatur, vt colligitur ex capi-
tulo, de cauſis. de offic. deleg. & ex l. 1. ff. de iure deli-
berandi, & refert Corn. in conſ. 140. nu. 10. lib. 2.

CONCLVSIO DXXXII.

ARGVMENTVM.

Dolus regulariter an præſumatur, & quibus modis.

SVMMARIVM.

1 *Dolus regulariter non præſumitur.*
2 *Quilibet præſumitur bonus, non autem doloſus.*
3 *Dolus non præſumitur præſertim in rebus modicis.*
4 *Dolus non præſumitur, ſi quis ex facto, vel ex aſſerto dolo non eſſet recepturus commodum aliquod.*
Dolus non præſumitur in ſubdito contra Principem. ibid.

5 *Dolus*

Digitized by Google

5 *Dolus non poteſt præſumi, quando arbiter laudauit ex cōſilio ſapientis.*
6 *Dolus nō præſumitur, vbi eſt præſentia conſanguineorum.*
7 *Dolus non pręſumit̃, quando interuenit præſentia iudicis, & ipſius auctoritas, nec quādo actus ſit publice, & palā.*
8 *Doli præſumptio ceſſat, quando quis mādato iudicis facit.*
9 *Dolum allegans probare debet.*
10 *Dolus præſumitur, quando actus per ſe eſſet illicitus.*
11 *Dolus in dubio non præſumitur, nec animus commitendi delictum ſi pater percuſſerit filium.*
12 *Dolus tunc non præſumitur, quādo quis facit actum, qui fieri eſt ſolitus, licèt ſit illegitimus.*
13 *Furtum, vel incendium præſumitur euenire propter dolū, & culpam mali cuſtodientis.*
14 *Cuſtodi incumbit onus probandi caſum furti, vel incēdij eueniſſe ſine dolo, vel culpa ſua.*
15 *Dolus præſumitur, ſi alicui fuerit tradita valiſia, & ille reſtituerit abſq; ſigno.*
16 *Dolus præſumitur in notario, qui omiſit ſolemnia requiſita in teſtamento, ſiue inſtrumento.*
17 *Dolus in dubio regulariter non præſumitur in notario.*
18 *Dolus præſumitur in actu, in quo ſolemnia requiſita non fuerunt adhibita.*
19 *Dolus præſumitur in eo, qui mendacium dixerit.*
20 *Ex mendacio doloſo indicium fit ad torturam.*
21 *Dolus in mendace non præſumitur, quando ex mendacio nullum commodum conſequitur.*
22 *Dolus non præſumitur ex actu, a quo quis commodū non ſentit.*
23 *Dolus præſumitur ex fuga contra fugientem.*
24 *Dolus præſumitur quando quis nō facit, quod facere debet, vel obligatus eſt.*
25 *Dolus præſumitur, quando quis aliquem in precio læſerit vltra dimidiam.*
26 *Enormis læſio videtur à iuramento excepta, & ſiue ſit minor, ſiue maior poteſt contrauenire.*
Paria ſunt, quod interueniat dolus re ipſa, vel ex propoſito, ibid.
27 *Dolus ex enormi læſione præſumitur.*
28 *Dolus nō pręſumitur, niſi lęſio ſit enormiſſima in toto vel quaſi.*
29 *Dolus nō pręſumitur neq; falſitas, ſi lęſio ſit in re modica.*
30 *Dolus pręſumitur contra arbitros lędentes enormiter aliquam ex partibus, etiamſi eſſet data poteſtas ipſis pronūciandi prout eis videbitur.*
31 *Dolus pręſumitur ex enormiſſima lęſione, etiamſi expreſſè ipſi eſſet renunciatum.*
Abſolutio à iuramento poteſt peti non obſtante renunciatione enormiſſimę lęſionis, ibid.
32 *Dolus pręſumitur contra cōtrahentē, qui tacet aliqua, quę ſi expreſſiſſet, alius veriſimiliter contractum nō feciſſet.*
33 *Dolus pręſumitur contra vendentem rem feudalem, ſi tacet qualitatem feudi.*
34 *Doli ſuſpicio eſt contra ſententiam, quam quis diu tacuit, & occultauit,*
35 *Dolus pręſumitur contra veritatem tacentem in reſcripti impetratione.*
36 *Dolus pręſumitur contra tacentē beneficiū ſibi competens.*
37 *Dolus non ſolū pręſumitur ex taciturnitate, ſed etiam ex falſa expreſſione, & aſſertione.*
38 *Dolus pręſumitur, ſi quis fidē, & promiſſa non impleuerit.*
39 *Dolus pręſumitur ex propoſito, ſi quis alicui maximè minori perſuaſerit, vt aliquid faceret.*
Perſuaſor ille dicitur, qui aliquid perſuadet ad ſui commodum, ibid.
40 *Vnica perſuaſio, per quam quis inducitur ad aliquid faciendum, habetur loco coactionis, & compulſionis.*
41 *Dolus pręſumitur cōtra eum, qui eodem puncto temporis omnia facienda curauerit.*
42 *Dolus pręſumitur, quando quis nō vtitur remedijs opportunis ad actum, quem agit.*
43 *Dolus pręſumitur etiam, quando aliquis actus ſit in loco occulto, vel tempore nocturno.*
44 *Dolus contra eum præſumitur, qui contrahit in domo alterius, & cum perſona domeſtica.*
45 *Dolus præſumitur contra tranſeuntem per viam non rectam, & inuſitatam.*
46 *Dolus præſumitur etiam contra minorem, militem, mulierem, & ruſticum, ſi aliquid agant occultè, licet tractent de damno euitando.*
47 *Dolus præſumitur; quando quis leges tranſgreditur.*
48 *Dolus præſumitur, qn̄ qs cōtra iura mercatur, & n. 129.*
49 *Dolus etiam præſumitur in eo, qui tranſgreditur voluntatem teſtatoris.*
Voluntas teſtatoris pro lege habetur. ibid.
50 *Dolus p̄ſumit̃ ēt contra eum, qui ſciēter facit rē prohibitā.*
51 *Tutor vendēs bona pupilli ſine cauſa pręſumitur in dolo, quia facit rem prohibitam.*
52 *Dolus cōtra eum pręſumitur, qui ſpreta prohibitione, ſeu denunciatione ſibi facta, ne quid tale faceret, illud fecit.*
53 *Dolus pręſumitur, quando actus communiter habetur licitus, & conceſſus.*
54 *Dolus pręſumitur etiam contra ſcientem futurā ſibi prohibitionem, vel denunciationem, & tamen illud facit.*
55 *Dolus pręſumit̃ ēt in eo, q̄ alienat rē ſubiectā reſtitutioni.*
56 *Dolus pręſumitur contra eum, qui aliquid facit, quod ſibi non prodeſt, & alteri nocet.*
57 *Dolus pręſumitur, & prauus animus etiam quando quis aliquid facit in re ſua, & ſumptibus ſuis, ſi talis fabrica ei nihil proſit, & alteri nocet.*
58 *Dolus preſumitur cōtra accuſatorem, qui aliquid obijcit, quod ſibi non prodeſt, & alteri nocet.*
59 *Dolus pręſumitur contra eum, qui nimium procraſtinat proponere, vel excipere aliquid in iudicio.*
60 *Dolus pręſumitur in eo, qui conſumit rem alienam.*
61 *Dolus in eo pręſumitur, qui cum iactura alterius lucrum quęrit.*
62 *Victricus ſi aliquid fecerit ad ſui commodum cum priuigno ſuo, pręſumitur dolo, & fraude feciſſe.*
63 *Dolus p̄ſumit̃ contra tutorē, q̄ alienat bona pupilli ſine cā.*
64 *Dolus contra tutorem pręſumitur, ſi non poſuerit in inuentario quę ponere tenebatur.*
65 *Tutor alienans rem magni precij, non caret dolo, ſi modici erat ſufficiens.*
66 *Dolus tutoris arguitur, etiamſi non confecerit librum rationum adminiſtrationis.*
67 *Tutor in dolo p̄ſumit̃ ēt ſi nō reddiderit rōnes adminiſtrationis, atque etiam ſi omiſerit ſcribere pecunias exactas.*
68 *Dolus pręſumitur contra illum, qui aliquid agit confuſè, & ſub inuolucro nulla cauſa, cur ita faciat, expreſſa.*
69 *Dolus contra illum pręſumitur, qui non fecit certiorem alium de iuribus ei competentibus.*
70 *Dolus cōtra eos pręſumitur, qui apud Principem generalibus verbis vtuntur, ipſum de omnibus ſigillatim certiorem non faciendo.*
71 *Dolus pręſumitur contra eum, qui ſcit ad aliquid ſe teneri, & non facit.*
72 *In dolo præſumitur, & dicitur eſſe, qui ſcit ſe teneri ad ſolutionem pedagij, & illud non ſoluit.*
73 *Dolus p̄ſumit̃, quādo quis prius aliquid tractauit facere.*
74 *Metus præſumitur ex tractatu pręcedenti, ſi probetur interueniſſe tractatum de cogendo aliquem per metum ad contrahendum matrimonium.*
75 *Dolus p̄ſumitur quando quis aliquē actum inſolitū fecit.*
76 *Dolus præſumitur contra eum, qui aliquid aſſerat, aut affirmet, quod ignorat.*
77 *Dolus nunquam in eo eſſe præſumitur, ad cuius vtilitatē actus, quem fecit non cedit.*
78 *Dolus præſumitur contra eum qui propoſita, & obiecta non probat.*
79 *Dolus in arbitris præſumitur, qui ratum fieri laudum curant, antequam illud legatur.*
80 *Dolus in eo præſumitur, qui id omittit, ad quod ſcit, aut ſcire debet ſe neceſſario ratione officij ſui teneri.*
81 *In dolo eſſe dicitur, qui petit aliquid nomine ſuo, quod reſtituere tenetur, ſecus ſi petat nomine alterius, vt ibi.*

82 Dolus in hærede præſumitur, ſi poſt motam ſibi hæreditatis controuerſiam legata ſine cautione de reſtituendis legatis è dicta hæreditate perſoluat.

83 Dolus in eo etiam præſumitur, qui vendicat rem, quã vendi mandauit.

84 Dolus in eo præſumitur etiam, qui non reſtituit, quod debet reſtituere.

85 Dolus in eo etiam præſumitur, qui agit ex ſtipulatione ſine cauſa concepta.

86 Dolus præſumitur in eo, qui perſeuerat petere id, quod legitimæ exceptione elide poteſt.

87 Dolus in eo præſumitur, qui contra æquitatem ſcilter aliquid facit.

88 Dolus præſumitur, qui conſtitutiones Principis, ſe ignorare dicit.

89 Dolus in eo præſumitur, qui nõ obtemperat Imperio Magiſtratus.

90 Dolo caret, qui iudicis præcepto paret.

91 Dolus præſumitur in fideiuſſoribus, qui rem pignori obligatam emunt à creditore.

92 In dolo hæres præſumitur, qui rem hæreditariam emit à creditore propter vinculum fraternitatis.

93 In filio, & coniunctis, qui rem hæreditariam emũt à creditore, non præſumitur dolus.

94 Dolus in eo præſumitur, qui non edit totum id, quod edere debet.

95 Dolus in eo præſumitur, qui appellat extra iudiciũ, & appellationem non proſequitur intra annum.

96 Dolus præſumitur in eo, qui variè reſpondet.

97 Dolus præſumitur contra matrem, quæ iurauit filium eſſe maiorem, & reperiatur minor.

98 Dolus præſumitur contra præſentem, nec reſiſtentem delicto, cum poſſet.

99 Dolus præſumitur in teſtibus ſingularibus.

100 Dolus in poſſeſſore præſumitur, qui deſijt poſſidere poſt datum libellum, vel poſtquam actor dixit ſe daturum.

101 Dolus præſumitur in abſente, qui tenetur aliquid facere, & abeſt, incitato perſonaliter, & poſtea ſe abſente, in debitore obligato ad ſoluendum certo loco, & tempore, ſi ibi non ſit præſens.

102 Dolus præſumitur contra occupantem etiam vacuã poſſeſſionem, niſi continuo probet ſe dominum.

103 Dolum arguit inſolita cautela.

104 Dolus præſumitur, quãdo aliquid ſit inter perſonas prohibitas, vel tempore prohibito.

105 Dolus in eo præſumitur, qui aperit tabulas teſtamẽti ante iudicium defuncti.

106 Dolus patris præſumitur, ſi filia proprijs excluſis filijs patrem inſtituerit.

107 Actus inſtitutionis patris accipiendus potius eſt in meliorem partem, ſi filius diues ſit, & ſolus: pater vero pauper, & multis filijs, ac filiabus onuſtus.

108 Dolus præſumitur ex proteſtatione, & nimia diligentia.

109 Dolus arguitur ex eo, quod quis contrahit cum luſore, & diſſipatore.

110 Dolus in eo præſumitur, qui pro parua quantitate inducit aliquẽ ad renunciandum amplum fideicommiſſum.

111 Dolus præſumitur in emptoribus, ſi emerint ab illis, qui ignorant bonitatem poſſeſſionis.

112 Dolus præſumitur in venditore, qui rei ſuæ vires, vel bonitatem nimiã cum ſciret, non pætefecit emptori.

113 Dolus præſumitur in carcerum cuſtodibus.

114 Dolus in eo præſumitur, qui ſallendi cauſa obſcurè loquitur, & qui inſidioſè obſcura diſſimulat.

115 Dolus in eo præſumitur, qui ignorat id, quod oẽs intelligunt.

116 Dolus præſumitur in præterito propter ſequentia.

117 Dolus præſumitur ex denegatione inuentarij.

118 Doloſe, & malo animo in dubio præſumitur feciſſe qui homicidium, aut aliud crimen ab illo alias patratũ iterum perpetrat.

119 In dolo eſſe dicitur, qui contractum non obſeruat, nec adimplet, ſeu contrauenit.

120 Dolus in iudice præſumitur, qui errat in iure.

121 In dolo eſt, qui potuit denunciare, & non denunciauit.

122 In eo dolus præſumitur, qui per iniuriam verberat.

123 Dolus ex breuitate temporis præſumitur.

124 In dolo mercator præſumitur, qui dedit fideiuſſorem, qui continuo fugam arripuit.

125 Dolus præſumitur eo ipſo quod quis habeat res ſuas ſaluas, & alienas amiſerit.

126 Dolus in eo præſumitur, qui peculiũ intricat, ſeu admiſcet, vel transfert in alium id, de quo ſuſpicabatur.

127 Dolus præſumitur ratione vicinitatis actuũ, & ex multis etiam ſimul iunctis.

128 Dolus præſumitur in maiori petente productionem teſtiũ poſt dicta teſtificata.

129 Dolus in eo præſumitur, qui contra iura mercatur.

130 Non eſt in dolo, qui contra iura ignoranter mercatur.

131 Dolus non præſumitur in ruſtico contra iura mercante.

132 Ruſticus, qui emit rem non ſeruata forma ſtatuti, non præſumitur mala fide emiſſe.

133 Dolus in eo præſumitur, qui valiſiam ſine ſigno reddit, quæ cum ſigno poſita fuerat apud eum.

134 Dolus præſumitur ex violentia.

135 Dolus præſumitur in eo, qui omittit capere ex inſtitutione, & capit ex ſubſtitutione alterius.

136 Dolus in eo præſumitur, qui ſcit factũ, & facit cõtra ius.

137 Dolus præſumitur in delicto, vt in incendio, ſi inimicitia præceſſerit.

138 Dolus præſumitur ratione qualitatis perſonæ percutientis & qualitatis inſtrumenti, quo eum percutit.

139 Dolus pſumit̃ ex pcuſſionib. ſi qs mortat̃ intra triduum.

140 Dolus in renũciationibus mulierum præſumitur, ſi aſſerant ſe læſas in magna quantitate.

141 Dolus præſumitur in literis iuſtitię, vel paruę gratię.

142 Dolus præſumitur in ijs, qui famoſos, & publicos malemeritos recipiunt.

143 Dolus facile præſumitur inter perſonas ſuſpectas.

144 Dolus præſumitur ex qualitate perſonæ.

145 Dolus præſumitur, vbi quis pro debito læditur.

146 Dolus in argentario præſumitur, qui tenet libras in locis inſolitis.

147 Dols præſumptionem inducit cultura, & fabricatio ſubſequutæ poſt proteſtationem.

148 Dolus in adminiſtratore præſumitur, qui facit aliquid ad incommodum eius, cuius bona adminiſtrat.

149 Dolus pręſumitur in eo, qui nõ eſt proſequutus quod debuit.

150 In dolo eſt, qui non prouidet ea, quæ prouideri debebant.

151 Dolus pręſumitur in eo, qui eſt futuræ rixæ præparatio.

152 Dolus prçſumitur ex alienatione omniũ bonorũ a minore & muliere facta ſine ſolemnibus à iure requiſitis.

153 Dolus prçſumit eo ipſo, quod quis creditũ non exoluerit.

154 Dolus prçſumitur in his, quę committuntur iudicis arbitrio, quando eſſet exceſſus indignus.

155 Dolus præſumitur in omni inuaſore, & turbatore.

156 Dolus in eo pſumit̃, q occultat eõnis, ſcripturas, & huĩoi.

157 Dolus præſumitur in eo, qui alieno nomine vendidit minus iuſto precio.

158 Dolus præſumitur ex malo effectu ſequuto.

159 Cuius effectus malus eſt, eius quoq; volũtas mala pſumit̃.

160 Dolus pſumit̃ in tutore extorquente quietationẽ ab olim pupillo, aſſerendo ſe rõnem reddidiſſe, & reliqua ſoluiſſe.

161 Dolus præſumitur in muliere renunciante ſine conſenſu propinquorum.

162 Dolus contra eum arguitur, qui promittit aliquid, ſciẽs ſe ſoluendo non eſſe.

163 In dolo eſſe videtur, qui ab alio petit id, quod fieri nullo modo poteſt, aut etiam difficile eſt factu.

164 Dolus in eo prçſumitur, qui admittitur peritia ſua.

165 Dolo non videtur carere depoſitarius, qui non expendit pecuniam depoſitam in re immobili, vt promiſerat.

166 In dolo non eſt depoſitarius, ſi per ipſum non ſtetit, quin pecunia inueſtiretur in re immobili.

167 Dolus prçſumitur ex amiſſione omnium bonorum.

168 Dolus prçſumitur in eo, qui diſſimulat prçſentia, & denunciat futura.

169 Dolus

169 *Dolus præſumitur in arbitrando ex eo, quod quis aliter arbitretur, quàm oporteat.*
170 *Dolo præſumitur fieri, quæ fiunt contra naturam.*
171 *Dolus in illo præſumitur, qui poteſtatem habet a teſtatore eligendi pauperes, ſi elegerit filium diuitem.*
172 *Dolus præſumitur ex inſtrumento dotis facto poſt cohabitationem viri, & mulieris.*
173 *Dolus præſumitur, quando ſupponitur tertia perſona ad contrahendum.*
174 *Dolus præſumitur in eo, qui contra propriam confeſſionem petit, quod ſibi non debetur.*
175 *Dolus præſumitur in eo, qui cum prohibeatur, per interpoſitam perſonam emit.*
176 *Dolo deſiiſſe poſſidere dr̃ ille, cui fuit nũciatũ, ne alienaret, quia cogitabat nuncians contra eum agere ad rem.*

1 Dolum regulariter nõ præſumi † teſtis
eſt mihi locupletiſſimus Vlp. in l. quoties. §. qui dolo.
ff. de prob. & Arian. in l. nõ omnis. §. a barbaris. ff. de
re milit. et teſtatur Alex. in l. quod adhibitis. C. de his,
qui ſibi aſcrib. in teſtam. ibi, inquam te credo magis
errore, quàm malitia incidiſſe, quem cõtext. dixit eſſe
obſeruatione dignũ Bal. in l. 1. in fi. ff. de leg. & in l. ob
ſeruare. § proficiſci. q. 39. ff. de offi. proconſ. & leg. cui
accedit Iaſ. in l. ſi per errorẽ. nu. 30. ff. de iuriſd. omn.
iud. iſtis ſe ſubſcripſit Hipp. Marſ. in l. de falſis. nu. 7. &
in l. qui ignoras. nu. 9. ff. eo. tit. reſponderunt quoq; in
hanc ſententiam Alex. in cõſ. 65. habita ſuper cõtentis.
nu. 11. vol. 1. & in conſ. 27. in cauſa, & lite. in prin.
vol. 2. atq; Dec. in conſ. 175. in cauſa falſitatis. nu. 5. &
decidit Thom. Gram. in deciſ. 60. in cauſa excellentis
Comitis, n. 6. pulchreq; Bart. in l. ſi librarius. ff. de reg.
iur. ex recẽtioribus poſtremo loco tradidit Fran. Mãt.
de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 7. nu. 1. atq; Andr. Gail. de
pace publica. lib. 1. c. 7. n. 12. D. Octau. Vulpell. in cõſ.
127. nu. 2. atq; Crot. in cõſ. 307. nu. 3. lib. 3. nec ab hoc
fuit alienus Fran. Marzar. in cõſ. 21. verſ. quia regula-
2 riter, nam † quilibet præſumitur bonus, non autem doloſus,
vt habemus ab eodem Vlp. in l. merito. ff. pro
ſocio. l. omnimodo. C. de inoff. teſtam. c. fi. de præſũp.
& quod non præſumatur, poſteriores noſtri Iuriſconſulti
ſenſere tum profitendo, tum etiam conſulendo,
vt Caſtr. in l. ſi quis ex argentariis. §. prætor. nu. 7. ff. de
eden. cũ ibi alleg. & Crau. in conſ. 8. nu. 1. cũ ſeq. Soc.
conſ. 277. Viſis publico inſtrumẽto. col. 3. in prin. ver.
ex quibus patet. lib. 2. Corn. conſ. 63. col. 3. circa finem
lib. 3. Crau. in conſ. 319. nu. 1. Nicol. Euerar. in cõſ. 97.
Viſis actis coram Domino Decano. col. 2. verſic. nec
3 præſumitur dolus, præſertim † in rebus modicis, vt ait
Abb. in c. accedẽs. nu. 2. de crim. falſi, quod etiã idem
eſt, ſi quis ex facto, vel ex alieno dolo non eſſet rece-
4 pturus commodum aliquod, quoniã in hoc caſu † nõ
præſumitur dolus, vt ex adductis per Maria. Soc. cõſ.
37. nu. 30. vol. 1. & ex allatis à Burſ. in cõſ. 40. nu. 63. &
præcipuè in pœnalibus, argu. l. ſi ita legatur. §. ſpecies.
ff. de leg. 2. & tradidit Crau. in conſ. 244. nu. 5. & maximè
in ſubdito contra Principẽ, ad quod multa cõgerit
Burſ. in d. cõſ. 94. nu. 9. Nec itidem poteſt præſumi
5 dolus, quando † arbiter laudauit ex conſilio ſapientis,
vt ait Flor. in l. regula. §. ſed & iuris. ff. de iuris. & fact.
ign. & in l. bonorum, & ibi Bar. ff. de bon. poſſ. neq; ex
6 eo dolum quis præſumet, vbi eſt † præſentia conſãguineorum,
ſic docuit Bar. in l. fi. ff. de reſt. in integ. atque
idem Bar. & Bal. in l. tranſactionem. C. de traſact. idẽ
Bal. in l. Pollia. ff. de iis, quib. vt indig. & in l. 1. C. ſi qs
al. teſta. prohib. & Bart. in l. frater à fratre. ff. de cõdict.
indeb. Socyn. iun. in conſ. 67. nu. 38. vol. 2. Roman. in
7 l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebell. & etiam † quando
nõ interuenit pſcientia iudicis, & ipſius auctoritas, vt
conſuluit Pariſ. in conſ. 52. num. 3. vol. 4. nec quando
actus fit publicè, & palam, vt dixit, ibidem. Pariſ. nu.
31. Socyn. iun. in conſil. 67. nu. 38. volum. 2. nec etiam
8 qui mandato iudicis † facit, vt cautum eſt in reg. quod
quis mandato, et ibi Dyn. in princ. de reg. iur. in 6. nã
cũ neceſſe habeat parere, neceſſitas facit ceſſare præſumptionem
doli. leg. qui cum maior. §. ſi pater. ff. de
bon. libr. et l. mater. C. de calum. quinimò inducit præ
ſumpt. contrariam, hoc eſt fraudis, et doli non præſumendi,
vt l. ſtipulatus. §. ſi fancem. ff. de ſolution. et l.
quanquam. in princ. ff. de aqua plu. arcend. et l. qui autem.
§. apud Labeonem. ff. quæ in fraud. cred. ut Dyn.
vbi ſupra refert. Et quod dolus non præſumatur notat
etiam Pariſ. in conſ. 49. nu. 28. lib. 1. et in conſ. 13.
nu. 57. eo. vol. 1. et in cõſ. 49. nu. 28. eo. vol. 1. et in cõſ.
96. nu. 43. et Grat. in conſ. 14. nu 7. et in conſ. 99. nu. 1.
et in conſ. 140. nu. 15, vol. 2.
9 Quapropter efficitur, † vt qui dolum allegat, probare
debeat, ut aſſeruit Caſtrenſ. in d. l. ſi quis ex argentariis.
§. prætor. nu. 7. ff. de edend. et in l. trãſactionem.
num. 2. C. de tranſact. et uoluit Fulgoſ. in l. dolum. in
princ. C. de dolo malo. et Dec. in conſ. 256. nu. 3. col.
4. in princ. et Marian. Soc. conſ. 98. num. 13. uolum. 2.
Corn. in conſ. 140. num. 9. lib. 2. Pariſ. in conſ. 96. nu.
67. et 68. uol. 1. et in conſ. 52. num. 27. et 28. uolum. 4.
et Fulgoſ. in conſ. 127. colu. fi. ad quod etiam eſt contex.
in d. l. quoties. §. qui dolum. ff. de hered. inſtit. et
in l. dolus. ff. mandat. et in l. dolum. C. de dolo. et in c.
fi. de renunc. lib. 6. idem ſenſit glo. in c. ſedes, et c. literis.
de reſcript. cui accedit Abb. in c. cum quidam. nu.
5. de iureiurand. poſt Bald. in l. nemo clericus. C. de
ſumma Trin. et fide Cath. quod latè proſequuti ſunt
Fel. et Dec. in c. ſi autem. col. 1. et 2. de reſcript. ubi cõgeſſere
concluſionem cum octo fallentiis, hanc eandem
ſententiam probauit Ale. in tract. de præſump.
reg. 3. præſump. 2. nu. 8. Albert. de agnoſ. aſſer. q. 25. nu.
18. cum ſeq. et Curt. iun. in conſ. 179. nu. 8.
in deciſ. 303. ſic etiã ſcripſere recentiores Pariſ. in con
ſuet. Pariſ. tit. 1. §. 5. n. 18. & elegãter protulit Menoc.
de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 110. nu. 26. cum ſeq. & re-
fert ſequendo Burſ. in conſ. 36. nu. 17. verſ. & vlt.
Primò limita, vt nõ procedat in præiudicium eius,
3 † qui conficiendam curat ſcripturam in d. æſtimo, vt
Bal. in d. l. cenſualis. in ſi. C. de donat. tali nempe caſu
probatur ex eo libro dominium: ſecus quoad præiu-
dicium tertij. Ita me docuere Iac. Butrig. Bal. Saly. &
cæteri in d. l. ſolemnibus. C. de rei vendic. quos refert,
& ſequitur Barb. in cõſ. 8. nu. 18. verſ. vbi per cataſtrũ,
ſeu æſtimum. col. 5. vol. 2. & Michael Graſſ. d. c. 5. d. q.
6. prædicto verſ. ibi, & quod cataſtrum non probet,
* quam * communem opinionem dicit eſſe Pariſ. cõſ.
104. in ſi. vol. 1. & Rom. conſ. 275. in ſi. nu. 10. et Ale.
d. conſ. 147. poſt nu. 5. verſ. plus autem dicerem, et nu.
6. d. uol. 3. Bal. d. l. ſolemnibus in princ.
Secundo loco limita, vt non vſque eo locũ habeat,
4 † quin ſaltem faciat præſumptionem, vt patet ex ad-
ductis à Soc. in d. conſ. 89. nu. 12. uol. 1. & hoc idẽ uo-
luit Calc. in conſ. 11. poſt nu. 7. in ſi.
Tertio loco limitabis Concluſionẽm, vt inter par-
5 tes, † quæ conſenſerunt æſtimo, dominium probetur,
ita tradidit Bal. in l. qdã in ſuo, in ſi. ff. de cõd. inſt. p l.
cenſualis.

Digitized by Google

cenſualis.C.de don.quem refert,& ſequitur Calca.in conſ.11.nu.8.& placuit Cror.in conſ.306. nu. 10. lib. 3.vbi refert Bar.hoc idem ſentientem in l. rura. C. de omn.ag.deſer.Alex.in conſ.147.perſpectis inſtrumẽtis,in fi.vol. 5.

CONCLVSIO DXLIV.

ARGVMENTVM.

Dominium eccleſiæ,an probetur per librum cenſualem.

SVMMARIVM.

1 *Dominium eccleſiæ probatur per librum cenſualem. Contrarium.nu.* 2.

3 *Dominium probatur per libros cenſuales,quãdo tales libri aſſeruãtur inter alias ſcripturas publicas à viris ad hoc aſſignatis.*

4 *Dominiũ probant libri cenſuales,ſi pro publicis,& pro authenticis habentur,vel diù tanquam tales habiti ſint.*

5 *Liber cenſualis probat dominium contra ſubiectos,non autem contra alios non ſubiectos.*

6 *Libro cẽſuali nulla fides habetur, quãdo in illo eſſet deſcripta cenſualis aliqua alia inſignis,& honorabilis eccleſia.*

7 *Dominium ex libro cenſuali probatur contra ipſum ſoluentem cenſum,ſecus contra tertium.*

8 *Dominium probatur ex libro cenſuali,quãdo ſaltem ex illo libro inducitur præſumptio dominÿ adeò vt poſſit in ſupplementum deferri iuramentum.*

9 *Libris cenſualibus fides adhibenda eſt, quando de paruo agitur præiudicio.*

10 *Quid dicatur magnum, & quid modicum iudex arbitrari habet iuxta genus perſonarum.*

11 *Dominium probatur ex libris cenſualibus, ſi conſuetudo eſt,vt ipſis fides habeatur.*

1 Dominium eccleſiæ probari per librũ cenſualem, † conſulendo ſenſit Rom.in conſ.127.poſito quod dominium.col. 1.verſ.ad hoc tamen reſpondetur: motus auctoritate Summi Pontificis in c. ad audiẽtiam. de preſc. quem refert,& ſequitur Dec.in conſ.596.nu.4.ver.vbi concludit,quòd per librũ cenſualẽ,& in conſ.146.pro tenui.col.8.ver.quarto iſta cõcluſio,poſt nu.14.per tex. in l.cenſus.ff.de prob.atq; auth.ad hæc.C.de fid.inſt. & reſpondit Crau.in conſ.158.Viſis actis. nu. 4. & de libro canonicorum tradit Anch.conſil.44. primo de viribus,& ſequitur Ana.in conſ.84.videndum eſt.

2 In hac re tamẽ diſſenſit Barb.in conſ.8.nu. 20.col. 5.verſ.& ſi quiſpiam opponit.vol.2.vbi ait †ex eo lib. non ſolũ non probari dominium,ſed nec poſſeſſionẽ percipiendi cenſus ſubdens cõſ.Ro.127. nullam vim facere:in eo namq; caſu d.conſ.per ſpacium 30. ann. apparebat ex illo libro ſolutũ fuiſſe cenſum , & per duos teſtes ꝓbatũ fuiſſe de huiuſmodi ſolutione cenſus,vnde mirandũ non eſt,ſi longiſſimo tempore cõcurrẽte probatur ex eo libro,quia ſaltem per præſcriptionem fuit ab eis acquiſitum dominium, vt inquit Spec.in tit.de loca.ſiue emp.§.nunc aliqua.ver.53.& alij non pauci tradidere à Barb.relati in d.cõſ.8. col. 5.nu.17.verſ.& capio ſingula , quæ producuntur vol. 2.& tenet Affli.in deciſ.363.vtrum domine Priſcitæ, nu.3.& deciſ.83.in cauſa antiqua.num.11.& Caſt.in conſ.105.in q.quę ſperatur,nu.6.col.3.verſ.niſi per librum eccleſiæ. vol.1.

3 Verũtamen iſta inter ſe conciliando ſic intelliges, vt dominiũ probetur per illos libros cenſuales, † qñ tales libri aſſeruantur inter alias ſcripturas publicas à viris ad hoc aſſignatis,vt placuit Fely.in d.c.ad audientiã.nu.16.ver. 10.& vlt.concl.de præſcr.& latè ꝓſequit̃ Crau.de antiq. tẽp.par. 1.nu.248. & ſeq. & hoc idẽ aſſeruit Rom.in cõſ. 165. liber regiſtri,& ꝓbauit Gem.in cõſ.82.circa thema.n.6. & ſeq. & nos explicabimus in cõcl.liber.& ita dixit Burſ. in conſ.26.nu. 29.& Barb.in d.conſ.8.col.6.verſ. aut enim curia , & Alex.cõſ.187.viſa copia ſcripturæ.nu.2.ver.cõfirmat prædicta.vol.7.Rom.in conſ.260. in propoſito caſu, nu.3.verſ.3.iſtã Vrbani,& in conſ.319.in cã.Io.Gabr. nu. 1.& in d.conſ.165.liber regiſtri.hoc idem protulit Barb.conſ.6.col.4.in fi.poſt ver. & ſi quiſpiam opponat.vol.2.Soc.ſen.conſ.205. difficultas præſentis. nu. 2.verſ.2.id probatur,& nu.5.verſ.ex quib.vol. 2. atq; Affl.d.deci.303.dubiũ vulgatum.Dec.in cõſ.146.pro tenui.Crau.in d.conſ.158.n.5.& 6.atq; Burſ.in d. cõſ. 36.nu.17.loquens de libris doganeæ,lib.1.

4 Secundò velim ſic intelligas,ẽt ſi prædicti pro publicis haberent̃,& nullo diſcrimine habito ꝓ authẽticis,& publicis iudices,vel alij vterẽtur, vel diù habiti fuerint tanquã publici,& authentici,vt ait Barb. in d.conſ.8.col.6.verſ.aut enim curia vtitur.lib.2.

5 Tertiò ſic accipias,& limites ſupradicta habere locũ contra ſubiectos,& cõtra eos probare librum † nõ autem contra alios non ſubiectos , vt tradidit Bal. in l.exemplo.nu.1.& ſeq.C.de prob.quẽ refert,& ſequitur idem Barb.in d.conſ.8.col.6. verſ. & ſi quiſpiã. & Crau.de antiq.temp.ver.quid in libro officialis.nu.1. & 2.vbi concordes adducit,idẽ ſenſit Feli.in c.ad audientiam.nu.16.verſ.10.& vlt.concluſ.de præſcrip.& Rom.in d.conſ.127.ver.quinimmò,atq; Boer. in deciſ.105.nu.13.& Crau.in d.tract. de antiq. temp. d. 1. par.verſ.4.limitatur.nu.5.verſ. ſublimitatur.

6 Quartò ſic limitabis,†qñ in libris eſſet deſcripta cẽſualis aliqua alia inſignis,& honorabilis eccleſia : nã tũc libro cẽſuali nulla fides habet̃,ſi credimus Barb. in d.conſ.8.col.7.verſ.& multominus creditur.vol.2.

7 Quintò intelliges,& limitabis contra ipſum ſoluẽtẽ cenſum:etenim tunc ex eo probatur dominiũ,† ſecus cõtra tertium,ſic colligitur ex reſcripto Imp.Probi in l.ſi functiones.C.de don.quod etiã videntur reſcripſiſſe Imp.Diocle.& Maxim.in l.cenſualis.C.eo. & ijdem in l.ſolemnib.C.de rei vẽd.vnà cum iis, quæ ibi obſeruata fuere,nec id latuit Anch. in cõſ. 44. nu. 5.& 6.quod placuit & Fior.in d.l.cenſus.ff.de ꝓb.nec id omiſit Barb.in d.conſ.8.col.5.nu.20.verſ. & ſi quiſpiam opponit,& proſequitur Caſſan.in cõſ.16.nu.3. ver.nec nocere poteſt,atq; inquit Rom.in d. cõſ.127. verſ.& ſi dicatur,quòd liber, quod confirmauit decidendo idem Boer.in d.deciſ.105. nu. 13.

8 Sed velim ſublimites,vt vſq; eo non procedat , qñ ſaltẽ ex illo libro induciẽ præſumptio dominij,† adeò vt poſſit in ſupplementũ deferri iuramentum, vt cõſtat ex his,quæ deduxit Fel.in d.c.ad audientiam.nu. 16.verſ.contra tertium,de præſcript.quod ẽt docuere Iac.de Aret.& Bar.in l.indicia.C. de rei vend. quorũ ſententiam confirmauit Rom.in d.conſ.127. verſ.& ſi dicatur,quem etiã refert Barb.in d.cõſ.8.col. 6. ver. & ſi dicatur,quòd liber cenſualis.& Pariſ.in conſuet. Pariſ.§.5.nu.22.& 64.atq; Burſ.in cõſ.26.nu.30. Caſt. quoque in d.conſ.105.nu.6.

9 Poſteriorẽ verò partem ſi quis noluerit amplecti, hanc limitabit,vt locũ ſibi non vendicet, † quãdo de paruo ageretur præiudicio:etenim libris illius fidẽ adhibendã eſſe,teſtis eſt locupletiſſimus Anch. in conſ. 44.1.de virib.col.3.verſic.4.iſtæ ſolutiones.quid verò

10 magnũ,quid modicũ dicat̃,iudex arbitrabitur, † iuxta genus ꝑſonarum.l.ſed & ſi inceperit.§.1.cũ ibi not. ff.de iud.ad quod nonnulla adducit Crau. de antiqu. temp. 1.par.ver.quid in libro.nu.4.ver.limitatur nũc.

11 Quinto loco limitabis,niſi cõſuetudo aliud haberet,idest,†vt huiuſmodi libris fides haberetur, per cõtex.in c.cum dilectus.de fid.inſt. vt aſſeueraauit Crau. vbi ſupra.nu.6.verſ.3.limitatur.

Addere,& quamplures alias declarationes,& limitationes,ſed cũ videam Crau.in d.tract.de antiq. tẽp. par.1.

par.1.in verbo,quartò limitatur.& in verbo,qd in lib. officialis,id ex profeſſo pertractaſſe,ſciens, & prudēs illas omitto.

CONCLVSIO DXLV.

ARGVMENTVM.

Dominium an probetur per ſolutionē cenſus, & per recognitionem factam aſſerto domino.

SVMMARIVM.

1 *Dominium probatur per ſolutionem cenſus.*
2 *Solutio cenſus per ſe ſola non probat dominium,niſi probeť de poſſeſſione 30. vel 40.annorum.*
3 *Probatio dominij orta ex ſolutione cenſus eſt tantùm præſumptiua, & ex ea ſolutione probatur poſſeſſio.*
4 *Dominium præſumitur,& arguitur ex poſſeſſione.*
5 *Dominium non probatur etiam p præſumptiuè ex ſolutione cenſus in fauorem actoris,vt declaretur dominus.*
6 *Dominiū non probatur ex ſolutione cenſus, quando nō apparet de aliqua inueſtitura,vel recognitione eccleſiæ.*
7 *Dominiū probatur per recognitionē factā aſſerto domino.*
8 *Dominiū licet non trāſferaŧ ex recognitione facta aſſerto domino, tamen ex ea inducitur probatio ipſius dominij.*
9 *Ad probationem directi dominij ſufficit factam fuiſſe vnicam recognitionem aſſerto domino.*
10 *Ad probationem directi dominij requirūtur ſaltem duæ recognitiones.*
11 *Dominium in antiquis probatur ex ſola recognitione etiā contra tertios.*
12 *Dominium directum per ſolam recognitionem probatur.*
13 *Dominium actoris non probant,nec vna, nec plures recognitiones, quando agitur contra tertium poſſeſſorem.*
14 *Dominium non probatur ex recognitione contra ipſum recognoſcentem, quando quis recognoſcit ſe tenere rem in emphyteuſim ab aliquo.*

1 DOMINIUM inſuper probatur † per ſolutionē cēſus, vt ad huius axiomatis probationem multos concordes adducit Marſ.in rub.C.de probat.num.254.cum ſeq.ſic ſenſit Spec.de loc.ff.nunc aliqua verſ.64.nu.81.et uerſ.106. nu.130.& dilucidius cæteris tradidit Abb.in conſ.74. incip.Duo principalia,in prin.uerſ.et primò circ. primum.uol.1.& latiſſimè per Fel.in c.cum Bertol. col. 11.nu 25.verſ.perceptio penſionis,de re iud.Rom. et placuit in conſ.127.poſito,in prin.atque Alex.in cōſ. 8.attentis his,nu.1.vol.7. illa enim ſolutione ſoluens præſumiť Dñs vtilis,& recipiēs directus,vt notat Salic.in l. proprietatis,in fi.C.de probat. et docuit Iaco. de Aret.in l.indicia,vbi Bald.poſt nu.2.uerſ.ſecundū exemplum.C.de rei uendic.et Camp.in tract. de teſt. in 1 reg.339.verſ.octauò probatur.Bal.etiam in conſil. 251.ſententia quam tulimus,circa finem,uerſ.non eſt dubium.uol.5.

2 Verùm iſtud primum limites uelim, ut non procedat contra tertium: † quia per ſe ſola iſta ſolutio non probat dominium,niſi probetur de poſſeſſionē 30.uel 40.annorum,ita prodidit Alex.in d.conſ.8.nu.2.cum ſeq.uol.7. cui accedit Boer.d.q.105.nu.13.et ſeq.et refert Burſ.in conſ.26. num.31. uerſ. ſecundò dicit non conſtare de ſolutione triginta,lib. 1.

3 Præterea limitabis,et intelliges,ut illa probatio orta ex ſolutione cenſus ſit tantum præſumptiua, non autem plena, et uera probatio: † nam ex huiuſmodi ſolutione probatur poſſeſſio,ut aſſeruit Bart. in l. qui uniuerſas.§.quod per colonum, et ibi Accurſ. ſuper uerbo, colonum. ff. de acquirend. poſſeſſion. ubi hoc menti tenendum eſſe dixit idem Bartol. quod etiā elicitur ex c.bonę memorię,in §.præterea,de appel.& decidit Boer.d.q.105.poſt nu.13.ver.ſētit Lud.

4 de Neuo.Ex poſſeſſione autē arguitur,† & præſumitur dominiū,ita habemus ab Imp.in l.ſi.C.de rei vēd. & videre eſt ex Papin.in l.pen.ff.de cōd.indeb.et videas hæc latè tradentē Marſ.in rub. C.de prob.nu.245.cū ſeq. conſulas etiā Bar.in l.non ab re.nu.3.C.vnde vi, & in l.legata.ff.de adim.leg.& Soc.ſen.in cōſ.89.col. 5.verſ.2.ponderandum eſt.nu.11.& 16.vol.1.& refert Patiſ.in cōſ.104.nu.94.verſ.& ex tali poſſeſſione vol. 1.Crau.in cōſ.157.Nobilis Bertrandus poſt nu.2.verſ. 3.probari videtur,& nu.8.verſ.3.reſpondeo.Silu. cōſ. 57.nu.41.verſ.indicium faciunt.

5 Sublimita,vt tñ procedat in fauorem rei,† ſecùs in fauorē actoris,vt declaretur dominus,tunc.n.nec præſumptiuè ex d.ſolutione probatur dominium,vt auctor eſt Crau.in d.cōſ.157.poſt n.15.verſ.2.reſpōdeo.

6 Tertiò loco limitare poteris,qñ nō apparet de aliqua inueſtitura, vel recognitione eccleſię, † quia ex illa ſolutione tunc non probatur dominium:nā ſemper in his terminis Doct.loquendo præſupponunt inueſtituram,vt aſſeuerauit Silu.in conſ.57.nu. 43. cum ſeq.quem refert etiam Burſ.in conſ.26.nu.32.

7 Dominiū prætereà probatur per recognitionē factā ipſi aſſerto domino,† iuxta ſententiā Bal.in l.cenſualis.C.de don.cui adhæret Anch.in conſ.310. Tres Domini Magnifici.col.2. hoc idē deciſū fuit à Guid. Pap.q.272. ver.ſed præmiſſis non obſtāti. uſq; ad fi.& in conſ.79.nu.4.uerſ.quartò quia per deducta in proceſſu,quos refert Crau.in cōſ.154.nu.5.verſ.poſtremò conſiderandum,& idem uoluit in conſ.20.n.11.uerſ. ex qua recognitione & Guid. Pap.in d.q. 272. inquit quod licèt ex tali recognitione non transferatur do-

8 minium, † tamen ex ea inducitur probatio ipſius dominij,ſeq; ita ſæpius in forenſi uſu obſeruaſſe, & obtinuiſſe,& idem docuit Bart.in l.cum falſum,poſt nu. 3.uer.quid ſi confiteor.C.de iu.& fact.ign.& Gomeſ. in reg.Cancellar.de ualor.exprimen.11.q. & uenuſtè ſcripſit Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cēt.1.caſu 42.nu. 5.quibus ſe ſubſcripſit Burſ.in conſ.27.ſub nu. 4. uerſ. dominium uerò directum.uol.1.

9 Quòd poſtremum primò ampliabis, vt procedat, † etiam ſi tantùm fuerit facta vnica recognitio: nam illa ſola ſufficit ad probationē directi dominij, ut cēſuit Guid.Pap.in d.q.272.d.uerſ.ſed præmiſſis non obſtantibus,& in conſ.147.per d.l.cenſualis. C. de don. nu.1.uerſ.ad primum dubium.

10 Attamen ſecundùm Bar.in l.cū ſcimus.C.de agri. & cenſ.lib.11.† requiruntur ſaltē duæ recognitiones, uel unica,uallata ſtipulatione, uel approbata ſolutione cautionis.ut colligitur ex his, quæ in d. l. cum ſcimus.adduxit idem Bar.

11 Secūdò illud uelim amplies, ut in antiquis probeť dominium† ex ſola recognitione etiā contra tertios, ita concluſit Fran.Mar.deciſ.Delp.609.num.8.1.par. Guid.Pap.auctoritate permotus in d.q.272.poſt nu.2. uerſ.& ita pluries.qui ſubdit, per recognitionem ſolā

12 † dominium directum probari, & ipſum ſæpè ita in praxi ſeruaſſe,conſuluiſſe,et obtinuiſſe ultra centum ſententias in Curia Parlamenti, refert Bart. de temp. ut et cont.c.18.nu.2. et 3.

13 Hoc itidem,quod diximus, dominium probari ex recognitione,limitatur,ut non procedat, quādo agitur† contra tertium poſſeſſorem: etenim tūc nec una, nec plures recognitiones dominium actoris probāt, ſi credimus Bertr.in conſ.85.nu. 6.uol.7.cum ijs, quæ ibi retulit.

14 Contrariam uidetur tueri partem Crau.in d.conſ. 157.ſub nu.7.uerſ.ſecundò reſpondeo. ubi inquit, ꝙ nec etiam contra ipſum recognoſcentem probať dominium† ex illa recognitione, quādo ſcilicet quis recognoſcit ſe tenere rem in emphyteuſim ab aliquo, at ſecus eſt,quando recognoſcit ſe tenere rem ſub dominio alterius,ut ibi per eum.

CON-

15 *Adminicula quæ cum fama probant dominium.*
16 *Dominium, & poſſeſſio de præterito adiuuatur ex poſſeſſione de præſenti. Contrarium. nu. 17.*
18 *Probatio per famam non ſufficit, quando agitur de adiudicando beneficium alicui.*
Teſtes deponentes de dominio per famam, non probãt, ibid.

1 Dominium in antiquis † probari p famam, traditum eſt
à Bal. in l. indicia. nu. 5. C. de rei vend. Soc. ſen. idẽ ſen
ſit in conſ. 205. difficultas præſentis cõſultationis. nu.
3. verſi. 4. optimè ad propoſitũ. vol. 2. hoc etiã placuit
Dec. in conſ. 146. nu. 12. et in conſ. 42. nu. 12. vbi teſtat̃
Ang. in l. atqui natura. §. cum me abſente. ff. de nego.
geſt. vbi affert Ang. exemplum, veluti ſi fama ſit, hãc
domum fuiſſe Dantis Poetæ, vel alterius, qui deceſſit,
iam ſunt centum anni, & nemo vidit, qui viderit, quẽ
refert, & etiã ſequitur Barb. in conſ. 8. ſcribitur preclarè. nu. 1. & ſeq. vol. 1. & in conſ. 41. illud afferã in medium. col. 2. nu. 3. uerſ. ſufficit namq; cum ſeq. vol. 1.
& col. 3. nu. 9. ver. prætereà ad hoc facit, & in conſi. 8.
ſapienter doctiſſimus apud Græcos. col. 1. n. 17. & ſeq.
verſ. præmitto ẽt, quod dominium. volu. 2. & Boet. in
q. 42. nu. 32. Alex. conſ. 4. nu. 11. verſ. poteſt aliud modus, nec id latuit Aret. in conſ. 103. poſt nu. 1. ver. non
enim nunc agitur, et in conſ. 36. n. 5. vnus erit omniũ
inſtar, qui propè innumeros ad id adducit Tiraq. in
tract. de præſcr. verſi. per decẽ annos. §. 1. gl. 4. verſ. 15.
ne diſcedamus, conſulas etiam Dec. in conſ. 428. nu.
* 3. vbi atteſtatur hanc eſſe *commu. opin. Idem in c. 1.
* de appel. de *communi dicit: ſicuti de eadem atteſtatur etiam Pariſ. in conſ. 52. num. 50. uol. 3. plurimi alij
huius fuere ſententię aſſertores, ut Crau. de antiq. tẽp.
nu. 3. Cur. iun. conſ. 15. Marſ. in rub. C. de prob. n. 134.
& in ſing. 505. & Fel. in c. ueniẽs. il 1. de teſt. Menoch.
in trac. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſu 42. nu. 4. Marm. in
reper. §. nihil cõmune. nu. 24. l. naturaliter. ff. de acqu.
poſſ. Rip. in l. rem, quę nobis a nu. 57. uſq; in fi. ubi plenius declarat. ff. eo. tit. de acq. poſ. idem Dec. in conſi.
638. nu. 9. et Bero. in conſ. 115. nu. 8. lib. 3. et ex alijs relatis, à Campeg. in ſuo tract. de teſtib. reg. 339. uerſic.
tertiò probat̃. Caſſad. deciſ. 47. fama regulariter. Mil.
in repert. in d. uerbo, probatur antiquum dominium
Soc. in conſ. 86. col. 2. uol. 1. incip. In conſilijs noſtris
trinus Deus, quòd eſt repertum in conſ. 166. et ibi adducit infinita et in cõſ. 287. uol. 2. col. 3. ubi atteſtatur
* de *communi Alex. in conſ. 1. in fi. uol. 4. Frã. de Aret.
in conſ. 15. in 2. et 3. col. et multa dicit Iaſ. in l. ait prętor. la 2. §. ſi petitor. col. 1. ff. de iureiur. Calca. latè in
cõſue. Burg. tit. de Inſt. rub. 1. §. 2. in uerſ. et la prouue.
* nu. 15. ubi *communem dicit. et Guid. Pap. in tract. de
præſump. nu. 19. Villalob. etiam in ſuis communibus
opinionibus, in uerbo dominium probatur, qui etiam
* *communem dicit, et alios refert ſequendo Burſat. in
in conſ. 28. n. 8. ubi quoq; de *communi, ex alijs Natt.
in conſ. 378. nu. 6. uol. 2. et congerit multos Illuſtriſſ.
Card. Alba. in ſuis lucubr. ad Bar. in d. l. atqui natura.
§. cum me abſente. ff. de neg. geſt.

2 Primò amplia, † vt talis fama nedum probari poſſit
per teſtes, ſed etiam et longè melius per multa inſtrumenta, uel alias ſcripturas authenticas: nã iſta faciunt
communẽ opin. ut deducit Bal. in l. cum aliquis. col.
1. in fi. et ibi etiam Sal. et clarius per Alex. ibi. col. 2.
et per Iaſ. col. 2. et 3. C. de iur. delib. et tradidit Dec. in
conſ. 428. quos etiam refert Abb. in conſ. 64. nu. 21.

3 Secundò ampliabis, † ut ex huiuſmodi fama probetur dominium contra tertium, ut reſpondit Alex. in
conſ. 8. in fi. uol. 7.

Tertio loco amplia, ut ex fama de dominio anti-
4 quo probetur, † et ſufficiat ꝓ dominio de præſenti, ut
aſſeruit Dec. in cõſ. 428. nu. 3. et conſ. 638. n. 9. et cauit
Alex. conſ. 24. nu. 21. uerſ. qa in iſtis antiquis. uol. 5. et
præcipuè hoc ꝓcedit, ſi ſimus in antiquis, de quo nõ
extet memoria in contrariũ, ut in ſpacio 100. ann. ut
conſuluit Barb. conſ. 18. n. 17. uol. 3. et in conſ. 37. nu.
13. eo. uol. 3. et in conſ. 8. col. 4. poſt nu. 11 uol. 2. cui ſe
ſubſcripſit Cur. iun. in conſ. 69. n. 5. immo idem Barb.
in conſ. 8. nu. 2. uol. 1. ait, ſatis eſſe ſpatium 40. annor.
& idem in conſ. 119. nu. 6. col. 3. & in conſ. 41. num. 4.
uol. 1. Soc. uerò in conſ. 89. in cauſa agitata inter Iac.
col. 2. in 1. uol. dicit, id intelligi conſiderata ætate no-
5 ſtra breui, et ſic intelligit de 50. vel 60. anno. † & quod
requiratur ſpatium centum annor. tradit Aret. in cõſ.
37. Barb. in conſ. 6. col. 5. & conſ. 18. col. antep. libr. 2.
et in conſ. 8. ſcribitur præclarè. col. 2. nu. 1. uerſ. idẽ dicit. ſi factum non eſt antiquũ, cũ ſeq. uol. 1. poſt Cyn.
et alios in l. ſi quidem. ff. ſol. matr. et non ſufficit hoc
* caſu ſpatium 40. annor. prout de hoc eſt * communis
opinio, de qua atteſtatur Rim. in l rem, quę nobis. nu.
37. ff. de acq. poſſ. poſt Alex. in conſ. 15. lib. 5. & refert
Graua. in addit. ad Veſtr. lib. 6. c. 14.

Contrarium voluit Abb. in c. veniens, il 1. poſt nu.
6 8. de teſtib. col. 2. & Corn. in conſ. 24. lib. 4. † & in conſil. 130. eo. vol. 4. quos etiam refert, ſed non ſequitur
Crauet. in tracta. de antiq. temp. in 1. par. verſ. viſo in
hac prima par. num. 4.

Nam duæ ſpecialitates concurrerent, vna ſcilicet,
quòd dominium antiquum probaretur per famam,
quæ non eſt plena probatio: alia, quod præſumptio
continuaret dominium, contra l. 1. C. de do. promiſs.
nã illa probatio antiqua poteſt intelligi reſpectu poſ-
7 ſeſſionis ſuorum auctorum, tum etiam quia † licèt ad
probandum dominium antiquum ſufficiant probationes minus validę: nam non poſſunt inueniri plenę
probationes, ſecus in probatione dominij de præſenti, quod plenè põt probari, vt per Corn. in alleg. conſ.
& in conſ. 19. videtur in hac cõſultatione, ad fi. vol. 2.

8 Sublimita hanc ampliationem non † procedere, ſi
præſens ſtatus repugnaret dominio de præterito, vt ſi
dicatur rem profanam olim fuiſſe cõſecratam eccleſiæ: nam præſens ſtatus repugnat dominio de præterito, & ideò non probatur dominium de præſenti, ſed
9 tantùm de præterito: ſecus verò ſi non repugnat, † nã
tunc per famam probatur etiam dominium de præſenti, ita ait Rip. in l. rem quæ nobis. col. 11. n. 59. verſ.
aut præſens ſtatus. ff. de acquir. poſſeſſ.

Hanc limitationem reprehẽdit, & reprobat Crau.
in d. ſuo tract. de antiq. temp. 1. par. verſ. viſo in hac
prima par. num. 5.

Ideò ſequitur dicta extenſio dictæ ampliationis,
vt procedat in re ſacra, etiam ſi aduerſarius lõgiſſimo
10 tempore eam vt profanam poſſediſſet: † nam cũ res
ſacra poſſideri, nec ob id præſcribi poſſit. §. ſed aliqñ.
Inſtit. de vſucap. ideò ſi probetur per famam, rẽ fuiſſe
olim cõſecratam eccleſiæ, talis probatio videtur ſuf-
11 ficere quoad ius de præſenti, licèt (vt dixi) † aduerſarius longiſſimo tpe eam tanquam profanã poſſediſſet, vt ait Crau. vbi ſup. in d. verſ. viſo in hac 1. p. nu. 6.

Quarto amplia principalem Concluſionẽ, vt procedat, etiam ſi fama ſit recens, dummodo concurrat
12 cũ ea etiam vnus teſtis: † nam tunc per dictam famã
probaretur dominium, ut uoluit Barb. in d. cõſ. 8. nu.
2. & ſeq. uol. 1. teſtes laudat Io. And. & Abb. in c. inter
dilectos de fid. inſtrum. & Salic. in l. proprietat. C. de
probationib. & Dec. in c. 1. nam licèt ſola fama, vel
publica uox nullam faciat probationem, nec plenã,
nec ſemiplenam dominij, tamen adminiculatur, &
13 † coadiuuat imperfectam probationẽ, vt ſi ſuper probatione dominij eſſent producti teſtes nõ omni exceptio. maio. ut conſanguinei, nam hac de cauſa eis minor fides adhibetur, quæ tñ ſuſpicio tollitur per hanc
publicã vocẽ, et famã, et ſic plenè ꝓbãt, vt egregiè tradidit Pau. de Caſ. in l. atq nat. §. cũ me. n. 5. de neg. geſ.

Primò limita principalem concluſionem, vt non
14 procedat, † niſi cũ fama concurrant alia adminicula,
ſaltẽ pręſentis poſſeſſionis, ſecus ſi quis uelit ſimpliciter pro-

ter probare per famã, hanc rẽ fuiſſe alicuius, qñ tunc
non probaẽ dñium, vt patet ex his, quę adduxit Barb.
in conſ.37.nu.13.uol.3.& in conſ.15.nu.6. eod.uol.3.
& in conſ.41.illud afferam.col.1.& 2.nu.11.verſi. eſt
tamẽ verũ.& nu.ſeq.& nu.14. verſ. præterea accedat.
15 & ſeq.vol.1.& adminicula ſunt iſta,† ideſt, ſi tale do
miniũ ſit notũ, vel pro noto habeaẽ: vt de donatione
facta eccleſię per Cõſtãtinũ Imper. vel ſi pſens ſtatus
rñdeat dominio de pterito, vt qa de præſenti pbetur
poſſeſſio 10.20.30.aut 40.anno. nam ex iſta poſſeſſio-
16 ne de pſenti † adiuuatur poſſeſſio, & dominiũ de prę-
terito, ita rñſum eſt à Cor. in conſ.304.col.5. verſ. his
tñ non obſtantib.lib. 3. vbi cõſiderat etiam aliud ad-
miniculum, atq; quando appareat de aliqua emptio-
ne facta ab eo, de cuius dñinij antiqui pbatione agiẽ.
17 Cõtra cuius Cor.d.† Dec.in c.1.col.4.nu.36.de ap-
* pel.dicit ſcribentium extare *communem opinionẽ.
Crau.autem in d.tract.de antiq.temp.vbi ſup.num.3.
conciliat huiuſmodi opiniones, quem tu ipſe videto.
Secundò limita nõ habere locũ, qñ agiẽ de adiudi-
cãdo bñficium alicui, nãq; tunc nõ ſufficit pbatio p
famã, vt deciſũ reliquere D.Rot.in deci.16.aliàs 236.
ad effectũ de præb in nou.& tenet Bellam. in cõſ.41.
ſuppoſito ꝙ eccleſia, & in deciſ.740.ſi à te vẽdico ca-
ſtrum. ſequiẽ Fel.in c.veniens.il 1.col.6.in princ. poſt
nu.16.de teſti.& Ant.de Butr.in c.cum ad ſedem.col.
3.de reſt.ſpol.idem Corn.in conſ.46. in cauſa vertẽte
inter vniuerſit. in fi.vol.3. dicens teſtes deponẽtes de
dominio per famã non probare, p ea, quæ ibi deduxit.

CONCLVSIO DXLVIII.

ARGVMENTVM.

Teſtes, an dominium probent, & an debeãt rationem adducere etiã nõ interrogati.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes optimè dominium probant, & debent rationem adducere etiam non interrogati.*

2 *Cauſa dominij conſiſtit in facto, ideſt, in contractu, & traditione facta a domino.*

Facta non præſumunẽ etiã ad ſupplenda dicta teſtiũ. ibid.

3 *Pactum, quod a teſte non deponitur non probatur.*

4 *Ratio dominij debet eſſe per legitimam conſequentiam titulorum, & poſſeſſionis continuatæ.*

5 *Teſtes ſuper dominio debent reddere rationem etiam non interrogati.*

6 *Teſtes ſuper dominio, ſi teſtificando dixerint aliquem dominum, quia viderunt illum poſſidere tanto tempore, quod præſcripſit, probant dominium.*

7 *Rationem dominij teſtis adducet, ſi dixerit, ego ſcio illũ eſſe dominũ, quia vidi, ꝙ emit a Titio fundum, qui eũ tenebat pro ſuo, & vidi fundum tradi ſibi ex dicta cã, &c.*

8 *Teſtes ſuper dominio de auditu in antiquis probant.*

9 *Teſtes de auditu ſuper dominio in antiquis probant, etiãſi non includerent probationem famæ.*

10 *Teſtis productus ad probationem dominij debet deponere ſuper facto, non ſuper iure.*

11 *Dominium eſt, quid iuris, & conſiſtit in iure.*

Teſtes quos optimè dominium probare di-
xit Barb. in conſ.41. illud afferam in
medium.col.2.nu.2.quod dominium.vol.1.deponẽ-
1 tes ſuper dominio † debent rationem adducere etiam
non interrogati. vt Innoc.tradidit in c. cum cãm.poſt
num.1.verſ.ſed ſi omittitur.de teſtib.cui adſtipulatur
Bal.in conſ.166. A libello. poſt nu.3. verſ. ſed hic eſt
aduertendũ.vol.4.cui aſſentitus eſt Iaſ.in repet. l. ad-
monẽdi.col.97.verſ.ex iſta ratione Bal. poſt nu. 196.
ff.de iureiu.quos refert.& ſequitur Crau.in conſ. 157.
nu.6.& ex adduct.à Caſſan.in conſuet. Burg.ti.de in-
ueſt.§.2.nu.16.& ꝙ iſtiuſmodi teſtes debeant reddere
rationem ſui dicti tradidit Aret.in conſ.15.poſt nu.3.
verſ.nam per probationem famæ: idem voluit Alex.
in conſ.182.viſo proceſſu.nu.2.vol.7.Bellam.deci.3.
ad hoc, vt teſtes, num.10.de probatio.
2 Huius axiomatis illa poteſt afferri cauſa:† nam cũ
cauſa dominij conſiſtat in facto, ideſt, in cõtractu, &
traditione facta à domino, vt §.ſi quis à non domino
Inſtit.de rer.diuiſ.& in c.1.col.10.quid ſit inueſt.& fa
cta non præſumantur etiã ad ſupplenda dicta teſtiũ,
vt not.in l.1.C.de vſur. meritò, quod à teſte non depo
3 nitur,† non probatur, quia iuramentum teſtis, & eius
depoſitio ſunt ſtricti iuris. ita docuit Bald.in d.c.cum
cauſam.nu.14.verſ.ex præmiſſis. de teſtib.
Et huiuſmodi ratio debet eſſe per legitimam con-
4 ſequentiam titulorũ,† & poſſeſſionis continuatę, nec
ſufficit per ſolam poſſeſſionem: nihil enim habet cõ
mune poſſeſſio cum proprietate, vulgatis iuribus, &
de poſſeſſione latè ſupra diximus. At quòd teſtes de-
5 beant reddere rationem † etiam non interrogati, vo-
luit etiam Alex.in conſ.57.nu.4.& num.9. vol.7. vbi
concordes refert. Idem in rei vendicatione debet cũ
cauſa deponere, alioqui non probat, vt videre eſt ex
c.cũ cauſam.il 1.de teſti. ſic etiã ſcripſit Bal. in Marg.
teſtis dẽt reddere rationem, & in d.c.cum cãm.nu.13.
Anch.in d.c.cum cauſam.nu.9. Alex.in conſ.166.nu.
8.vol.6.Bertrau.conſ.184.nu.6.par.2.Crau. in conſil.
61.nu.5. Afflict.deciſ.277.nu.4. vſq; ad nu.6.
6 Vnde ſi teſtes ſuper dominio teſtificãdo † dixerint
aliquem dominum, & cauſam adiecerint, quia vide-
runt illum poſſidere tanto tempore, quòd præſcripſit,
ſatis probant dominium, vt cenſuere Innoc.& Bal.in
d.c.cum cauſam.ille poſt nu. 3. verſ. videtur tamen,
hic nu.22.verſ.quæro, an vtile dominium.& not.Spe.
in tit.de teſt.§.nunc tractandum.nu.25.
Idem erit, ſi dixerit, ego ſcio illum eſſe dominum,
vel quia vidi, quòd emit à Titio fundum, qui eum te-
7 nebat pro ſuo, † & vidi fundum tradi ſibi ex dicta cã,
vel vidi illum ementem lanam, ex qua confecit pan-
num. vt traditum eſt à Sal.in l.ſola.in 2.col.C. de teſt.
& protulit id Abb. in d.c.cum cãm.col. 3. poſt nu.6.
verſ.Innoc.tamen, de teſti. & ante eum ſcripſere hoc
idẽ Inn.in d.c.cũ cauſam.poſt nu.3.ver.ſed ſi aſſignat
Spe.in d.tit.de teſte.verſ.nũc tractandum.poſt nu.25.
Vt etiam teſtes ſuper dominio de auditu in antiqs
8 probent,† iuxta ſentẽtiam Bal. in l.iubemus.§.ſeruos
nu.1.C.de epiſc.& cler.& confirmauit Dec. in conſi.
146.nu.12.atq; probauit Alex.in conſ.98. viſo, & cõ-
ſiderato.nu.9.vol.2.quib.adhæſit Ruin.in cõſ.14.nu.
7.& 8.vol.4.& idẽ ſenſit decidẽdo Afflict.d. dec.277.
nu.3.& ita conſuluit Aret.in conſ.36.nu.5.
9 Quòd amplia, etiamſi teſtes de auditu † non inclu-
derent probationem famæ, vt placuit Aret.in conſil.
37.in 2.dub.poſt nu.3.verſ.& ideò relinquitur.
Contra tamen ſenſit Crau.in tract.de antiq. temp.
parte 1.§.viſo de fama.in prin.nu. 3.
Neq; prætereo teſtẽ productũ ad probationem do-
10 minij † debere deponere ſuper facto, non ſup iure, vt
aſſeuerauit Cyn.in l.cũ res.nu.2.C.de proba. Vnde ſi
teſtis diceret, vidi ipſum dñm eſſe, nihil probat, quia
11 dominiũ eſt, quid iuris,† & cõſiſtit in iure, vt ex ſup.
alleg.in 1.cõcl.ita voluit Spec.de teſti.§. nunc tractã-
dum.nu.25.quod & voluit Bar.in l.1.C.de nautis Ty-
ber.lib.11. idem tradidit Nel.in tract. de teſtib. num.
134.in verſ.teſtibus examinatis, & confirmauit Dec.
in conſ.221.nõ patitur anguſtia temporis.nu.5.& vo-
luit Campeg.eo.tract.de teſtib.reg.339.ver.11. pone.

CONCLVSIO DXLIX.

ARGVMENTVM.

Dominiũ, an probeẽ per tantũ tempus, cuius initij memoria non extet in contrariũ, & an ex perceptione fructuũ vti dominus.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Dominium probatur per tantum tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
2 *Longinquitas tēporis habet vim constituti, cōstitutū habet vim consensus, & consensus inducit directum dominiū.*
3 *Dominium probatur ex diuturnitate temporis.*
4 *In probatione temporis antiqui ſuper dominio teſtes deponere debent, communem eſſe opinionem, non extare memoriam in contrarium.*
5 *Dominium ſatis probatur ex eo, quod quis terram colendam curauerit, & perceperit fructus vti dominus.*
6 *Dominus præſumitur, qui ſemel pceperit fructus in anno.*
7 *Qui ſemel perceperit fructus in anno præſumitur, ſeu fingitur toto anno poſſidere.*
8 *Dominium præſumitur ex perceptione fructuum.*
9 *Qui vtitur re vt dominus, præſumitur dominus.*
10 *Qui probaret ſe poſſediſſe domum, vel poſſeſſionem aliquā aliquanto tempore pro ſua non probaret dominium.*
11 *Dominium probatur ex perceptione fructuū ſi quis percepit fructus tanto tēpore quod ſufficiat ad præſcriptionē.*
12 *Dominium probatur, etiam ſi quis non probauerit percepiſſe fructus, ſed tantum curaſſe, vt terra coleretur, ſeminaretur, & araretur.*
13 *Dominiū nō probat ex perceptione fructuū, quādo appareat de iure familiaritatis ideſt q res ad aliū ſpectabat.*

1 **Dominium** probatur etiam per tantū tempus † cuius initij memoria non extat in contrarium intelligendo etiā de
dominio directo ſecundum Bal. in l. traditionib. nu.
9. verſ. ego dico. C. de pact. auctoritate Pomponij Iuris Conſul. permotus in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff.
de aqu. quot. & æſt. context. quē inducit Iaſ. in §. om-
2 nium. col. 11. Inſt. de act. inquiens, † quod longinquitas tanti temporis habet vim conſtituti, vt in d. §. ductus aquæ: conſtitutum autē habet vim conſenſus. l.
1. in prin. ff. de conſt. pec. & conſenſus inducit directū
dominium, vt vult Bald. in auct. niſi tricennale, poſt
nu. 1. ver. aut eſt perſcriptū. C. de bon. mater. vnde dicebat Card. Flor. in conſ. 118. habere vim tituli. c. 1.
3 de preſcr. lib. 1. † & quòd dominiū probeť ex diuturnitate temporis, cautum eſt à Calc. in conſ. 16. nu. 2.
4 In probatione † verò huiuſ temporis antiqui teſtes deponere debent communem eſſe opinionē non extare memoriā in contrarium, vt inquit Alex. in conſ.
136. in cauſa, & lite vertēte inter Iac. Marci, poſt nu.
18. ver. preterea hic aliquo modo. vol. 2. & Guid. Pap.
q. 573. poſt verſ. ſi tñ homines ſeq; ita ſemper vidiſſe,
& audiuiſſe à ſuis maioribus, & nunquam fuiſſe obſeruatum contrarium, ad quod conſulas Caſſ. de cōſuetud. Burg. tit. de iuſti. §. 2. verſ. & la preuue.
Erat, & alius modus dominium probandi, veluti ſi quis terrā colendam curauerit, & ex eo, quòd perce-
5 perit fructus vti dominus: † nā ſatis ex his probať dominiū. l. Titia. ff. de ſolu. & ibi Bar. qui aſſerit ad hoc
propoſitū quoſdā l. hanc adducere, & ibi ēt Ang. &
Paul. Caſt. quos refert, & ſequiť Boer. in q. 42. nu. 1. q
idē reſponſum eſt à Barb in cōſ. 8. col. 2. ver. 1. præterea
accedat. nu. 4. vol. 1. vbi teſtem adducit Flor. in l. 1. ff.
fam. erciſc. aſſerētē eum, qui ſemel perceperit fructus
6 in anno † præſumi dominū, per context. quē ſingularē
vocat. Barb. in l. diuortio. §. fi. ff. ſol. matr. nullum tñ.
§. hoc probātem in libro meo reperi, quin etiam per
illum cōtex. dicebat Spec. de prob. §. 1. ver. p extrema
enim. nu. 33. illū, qui ſemel percepit fructus in anno
7 præſumi, † ſeu fingi toto anno poſſidere. aliū contex.
aſſert Boer. in d. deci 42. ſcilicet l. filiusfa. §. ijdē Principes. ff. de leg. 1. q̃ legem ſiñ Ang. ibidē dicit eſſe meliorem tex. qui ſit ad hoc in corpore iuris, ſed iudicio
meo parū facit, niſi inducať à cōtrario, iux. gl. in verbo, p patrē, idē voluit Barb. in conſ. 4. nu. 1. vol. 1. vbi
adducit. l. litibus. C. de agr. & cenſ. lib. 11. quæ id ceteris melius probat, quā & ad hoc refert Bart. in d. l. Titia. ff. de ſol. hoc idē ſenſit Paul. Caſtrē. in l. ſi q ſuper
8 nu. 3. C. ſi. reg. vbi dicit clarū eſſe, ex perceptione fructuum præſumi dominium, quem refert Campeg. in
trac. de reſt. reg. 310. ver. nono eo ipſo. hoc idē docuit
Bar. in l. lit. b. nu. 2. C. de agr. & cenſ. l. b. 11. et latè ſcribent. in c. cum ad ſedem. de reſt. ſpol. & Abb. in c. cū
contingat. in 1. no. de decim. & alios refert Pariſ. in
cōſ. 104. nu. 87. & 88. cū ſeq. vol. 1. huius ēt fuit ſentētię Alex. in conſ. 23. Attentis narratis. poſt nu. 8. in fi.
vol. 5 atq; Soc. ſen. in conſ. 187. nu. 12. verſ. nam & per
inſtrā. vol. 2 hanc eandem concluſionem n ſtrā confirmauit Guid. Pap. in ſing. 718. actio iniuriarum. nu.
9 2. vbi aſſerit, † ſi quis vtatur re, vt dominus, præſumatur dominus, per g. quam not. vocat in l. quidam in
ſuo, in verbo, moueri. ff. de cond. inſtit.
Contrariam huic poſtremo axiomati ſequutus eſt
apertè Iaſ. in ... illud quoq; in fi. de pſump. vbi
ait, q ſi quis pbaret poſſed. ſſe ſe domū, vel poſſeſſio-
10 nem aliquato tpe pro ſua, † non tñ probare dominiū,
ſed debere hunc probare legitimum titulum, atq; dominiū. Inn. refert & ſequitur Alex. in conſ. 137. in cā,
& lite. col. 2. nu. 6. ver. ne prædictis. vol. 2. aſſerens Bar.
& Ang. idem ſentire in l. 1. in fi. per gl. ibi. ff. pro ſuo.
Intellige prædicta procedere, quādo quis percepit
11 fructus tāto tempore, † quod ſufficiat ad pſcriptionem, ſecundùm Bal. in tract. de præſcr. par. 2. q. 2. nu.
8. quod etiam placuit Bar. in l. cum res. poſt nu. 11. C.
de prob. & apertè tradidit Abb. in c. cum contingat.
nu. 2. de deci. vbi refert Bar. idem ſentientem in l. ad
probationem. C. loca. & hoc idem aſſeruit Cagno. in
l. 1. nu. 131. ff. ſi cer. pet.
Secundò velim ſic accipias ea, quę diximus, vt etiā
dominiū probetur, etiam ſi nō probauerit percepiſſe
12 fructus, † ſed tātū curaſſe, vt terra coleretur, ſeminaretur, & araretur, ſi hac in re fides eſt habenda Bal. in
d. l. ſi quis ſuper, num. 4. C. ſi. regund. qui permouetur
Accur. auctoritate ibidē in verbo, formaē quod eſſet
ſingulare, ſi verum eſſet, aixit ibidem Caſt. nu. 2.
Tertiò velim illud intelligas, & limites, quod dicebamus ex perceptione fructuū probari dominium,
vt non procedat. quando appareat de iure familiari-
13 tatis, † ideſt, quòd res ad aliū ſpectabat, ita hoc intelligit, & limitat S c. ſen. in conſ. 131. nu. 2. volu. 1. veluti
ſi plures ſint fratres, vel maritus, & vxor, vel mater,
& filij ſimul habitātes, & vnus adminiſtret, & fructus
percipiat ex rebus ad aliū pertinentibus, præſumaē
hoc facere iurę familiaritatis, ut ibi per eum.

CONCLVSIO DL.

ARGVMENTVM.

Dominium an probetur per ſolū inſtrumentum emptionis, & per iuramentum, & an dominiū rei, quæ in nullius ſit bonis probetur per ſolam apprehenſionē ipſius rei.

SVMMARIVM.

1 *Dominiū non probatur per ſolum inſtrumentū emptionis.*
2 *Res aliena etiam vendi poteſt.*
3 *Dominium non probatur ex inſtrumento emptionis, etiā ſi cum eo concurrat poſſeſſio emptoris, ſed debet probari etiam de dominio auctoris.*
4 *Dominium probatur, ſi emptor poſt emptionem, & traditionem poſſederit tanto tempore, adeo vt potuerit acquirere dominium ex præſcriptione.*
5 *Dominium probatur per inſtrumentum emptionis cū alijs adminiculis.*
6 *Dominium probatur etiam per inſtrumentum locationis quando alia concurrunt.*
7 *Dominium probatur per iuramentum.*

8 *Principa-*

8 *Principale, ſi probatur ſacramento, ita etiam incidens, ſeu acceſſorium.*
9 *Dominium præſumitur ex aditione hæreditatis.*
10 *Dominium rei, quæ in nullius eſt bonis, probatur per ſolã apprehenſionem ipſius rei.*
11 *Quæ in nullius ſunt bonis, occupanti conceduntur.*
12 *Rem in nullius eſſe bonis, quo pacto probetur.*
13 *Dominium probatur per ædificationem muri.*
14 *Dominium non rectè probatur ex ſimulato contractu.*

1 Dominium non probatur † per ſolum inſtrũm emptionis, iuxt. ſẽtentiam Alex. in conſ. 43. viſis, & põderatis. nu. 9. lib. 4. & in conſ. 185. nu. 5. vol. 5. & in conſ. 115. uol. 6. quẽ refert, ſequendo etiam Crau. in cõſ. 157. nu. 5. id quoque diremit Boer. in q 42. nu. 11. & 27. & idem ſenſit Alex. in cõſ. 202. nu. 1. vol. 2. id etiam placuit Caſſan. in conſuet. Burg. tit. de iuſt. §. 2. ver. & la preuue. quod & cenſuit Dec. conſ. 321. poſt nu. 5. uerſ. nec etiam per inſtrã. ſic decidit, & Afflic. dec. 23. Capellani nomine eccleſię poſt num. 4. verſ. & ſi dicatur, atq; ita tradidit Caſtr. in l. proprietate. nu. 3. C. de probatio.
2 Concluſionis noſtræ ea eſt ratio, † quia ẽt res aliena uendi poteſt. l. rem alienam. ff. de contrahẽ. empt. nimirum ſi dominium non probetur per inſtrumentum emptionis, ita reſpondit Alex. in conſ. 202. ſuper cauſa. num. 1. lib. 2.

Quòd velim amplies, etiam ſi cum inſtrumento
3 emptionis concurrat poſſeſſio emptoris, † nã nec tũc probatur ex ijs dominium dicti vẽditoris, vel emptoris, ſed debet probari etiam de dominio auctoris, vt obſeruatum eſt à Matth. de Affl. in dec. 23. nu. 4. & 5. teſte Ale. in conſ. 98. vol. 2. & in conſ. 11. vol. 4. & per ea, quæ animaduerſa ſunt in l. cum res. C. de prob. atq; auctoritate Ang. in l. officium. C. de rei vendica. vt & voluit Boer. in q. 42. num. 25.

Limitabis, & reſtringes ſupradicta, vt nõ procedãt, ſi emptor poſt emptionẽ, & traditionẽ poſſederit tan
4 to tpe, † adeò ut potuerit acquirere dominiũ ex pſcriptione: nã tũc etiamſi uenditor nõ eſſet dñs, & ſic in eũ non tranſtuliſſet dñium, tamen ex his probatur, ut auctor eſt Pau. Caſtr. in l. proprietatis. n. 3. C. de prob. & idẽ in conſ. 169. nu. 3. uol. 1. ut traditũ eſt ẽt à Bald. in c. cum cauſam. il 1. nu. 21. cum ſeq. de teſtib.

Cõcluſione noſtrã ſic intelliges, vt licet per inſtrũm
5 emptionis nõ pbetur dñium vt diximus, † tñ per inſtrũm cum aliis adminiculis plenè probat, ita multum notanter voluit Ang. in l. offic. ff. de rei vendic. quem refert, & ſequitur Soc. ſen. in conſ. 187. nu. 2. vol. 2. qđ etiam per ſimilitudinẽ probat, nam quemadmodum per ſolum inſtrũm locationis non probatur dominiũ, ut ſup. deduximus, in concluſione Dñium per inſtrũm
6 locationis, in 3. limitat. † tamen quando alia concurrant, ẽt per inſtrũm locationis probatur dominium: ita inſigniter docuit Bart. in l. non ab re. C. vnde vi. ſic ratiocinatus eſt Soc. ſen. in d. conſ. 187. nu. 4. uol. 2.

Contra uerò dñium probatur per iurãm, veluti, ſi l. minicip. ſit cautum, ut in cauſis damnorum datorum
7 ſufficiat probatio per iurãm: † nam tali caſu ſtabitur iuramẽto dãnum pſſi, de dominio rei, ſi quæſtio dominij moueatur. ita inſigniter dixit Bart. in l. 1. poſt prin. C. de reb. cred. & idẽ uoluit idem Bar. in l. 3. n. 16. verſ. ex hoc aducrte, ff. de alim. & cib. leg. & Paul Caſtr. in l. cum hi. nu. 5. ff. de tranſ. & huc ea conferunt, quę tradita fuere à Bal. in l. ſi quis teſtib. in prin. C. de teſtib.
8 ubi dixit per illum tex † ꝙ ſi principale pbetur ſacramento: ita etiam incidẽs, ſeu acceſſorium, ꝙ dicit eſſe notam dignũ, ſicut refert, & ſequitur Marſ. in rubr. C. de probat. nu. 148. ſic etiam ſcripſit Caſſan. in cõſuet. Burg. tit. de iuſt. §. 2. nu. 20. verſ. an poſſit.
9 Dominiũ inſuper † præſumitur ex aditione hrẽditatis, ſi credimus Cur. iu. in l. de debitore. n. 9. C. de pact.

Quin etiã dominiũ rei, quæ in nullius ſit bonis, pro-
10 batur † per ſolam apprehenſionẽ ipſius rei, ut Iaſ. ſcriptũ reliquit in §. omnium. nu. 72. Inſt. de act. & ex his, quæ adduxit Boer. in q. 42. num. 31. ad quod conducit reſponſum Pauli Iuriſconſ. in l. 1. ff. de acq. poſſ. nam
11 quæ in nullius ſunt bonis † occupanti concedũtur, vt ſciuit Imp. Inſtit. de rer. diuiſ. in prin. & meminit Bar. in l. rem, quæ nobis. nu. 3. ff. de acq. poſſ. vbi tradit praxim probãdi dominium rerum mobilium, & immobilium, & refert etiam Lanfr. de Onan. in tract. de teſtibus. nu. 139. cum ſeq.
12 Quo pacto autẽ probetur † rẽ in nullius eſſe bonis, conſulas eundem Bar. in d. l. rem, quæ nobis. nu. 4. vbi diſtinguit. ff. de acq. poſſeſ.
13 Dominium etiam probatur † per ædificationẽ muri: ita reſpondit Ruin. in conſ. 55. nu. 7. vol. 4.
14 Contrà uerò dominium non rectè probatur † ex ſimulato contractu: Ita uoluit Calca. in conſ. 36. nu. 4.

CONCLVSIO DLI.

ARGVMENTVM.

Dominus, qui olim fuit, an præſumatur etiã hodie dominus.

SVMMARIVM.

1 *Dominus qui olim fuit, præſumitur etiam hodie dominus. Contrar. nu. 3.*
2 *Dominium ſine facto noſtro non amittitur.*
Qui vult dicere factum noſtrum interueniſſe, debet probare. ibid.
Probato dominio de præterito, videtur probatum de præſenti. ibid.
4 *Dominus qui olim fuit, præſumitur & hodie dominus non ſolum ipſe, ſed etiam eius ſucceſſores.*
5 *De præterito præſumitur in præſens.*
6 *Qui de præſenti eſt dominus, præſumitur etiam olim fuiſſe, ſi adeſſet aliqua cauſa probabilis, vnde oriretur talis pręſumptio de præſenti ad præteritum.*
7 *Negans ſe dominum, & ſimul poſſeſſorem, cenſetur habere rem pro derelicta.*
8 *Dominium non amittitur ſolo animo.*
9 *Qui plenè probat ſe olim fuiſſe dominum, præſumitur etiã hodie.*
10 *Probationes per teſtes de auditu, vel per famam, licet ſufficiant ad probationem dominij antiqui, tamen per illas non infertur ad præſens dominium.*
11 *Non præſumitur dominus hodie, qui olim fuerat, niſi tale dominium a parte allegetur.*

1 Dominus qui olim fuit, † pręſumitur etiã hodiè dominus, vt colligitur ex reſcripto Imp. Diocl. & Maxim. in l. ſiue poſſidetis
* C. de prob. ubi Doctores * cõiter tenẽt. ut refert Mich. Graſ. in commun. opin. lib. 2. c. 20. q. 4. & habemus ex c. præterea. il 2. ubi Abb. n. 3. de tranſac. hoc idẽ ſenſit Soc. in conſ. 187. col. 3. uol. 2, quos etiã refert, & ſequitur Alc. de præſumpt. in 2. reg. præſump. 20. idẽ uoluit Corn. in conſ. 9. uidetur. lib. 3. & conſ. 24. uol. 4.
2 Et ratio eſt, ſecundũ Alc. ubi ſuprà, † quia dominiũ ſine facto noſtro non amittiť. l. id quod. ff. de reg. iur. ergo qui uult dicere factum noſtrum interueniſſe, debet probare per ea, quæ notauit Bal. in l. 1. antepe. col. C. de confeſ. unde Crau. de antiq. temp. in 1. part. nu. 203. cum ſequ. ait, quòd probato dominio de præterito, uidetur probatum de præſenti.
3 Contrariũ † ſentit Corn. in conſ. 329. nu. 7. uol. 1. & in conſ. 35. n. 14. uer. ita ꝙ dato. uol. 1. Cõtrariã quoq; ſñiam cõfirmãt, ea quæ ad hoc adducta fuere à Pariſ. in conſ. 104. nu. 8. uol. 1. ꝙ tñ reprobat nu. 113. et 114.

Amplia concluſionẽ noſtram ut procedat nedum
4 in eadẽ pſona, † ſed ẽt in eius ſucceſſore, ut Bald. aſſeruit in d. l. 1. n. 39. in fi. C. de cõfeſſ. et ſequutus eſt Alc. in d. pręſump. 20. ubi ait, hoc optimè pbari in d. l. ſiue poſſidetis.

poſſidetis,& per Bar.in l. Pomponius.§.fi.ff.de acqu. poſ. Butr.& Abb.in c.cum ad ſedem,de reſt.ſpol.

5 Primò intellige cõcluſionẽ procedere,† vt de præterito præſumatur in præſens,ſecùs de præſenti in præterito quia qui hodie eſt dominus,non præſumitur retro fuiſſe dominũ,ut docuit Bald.in l.ſi qui.nu.4.in fi.C.de adult.& refert Alc.in d.præſumpt.20.nu.2.

Sublimita,ut locũ ſibi non uendicet. ſi adeſſet aliqua cauſa probabilis, unde oriretur talis præſumptio

6 de præſenti ad præteritum;† quia tunc & ille, qui eſt de præſẽti dominus, præſumitur etiam olim fuiſſe,ita Alc.protulit in d.preſump.20.per l.& quę.§.eũ dicit. ff.de pign.& ex auctoritate Bal.& Saly.in l.ex perſona.C.de prob.atq; Alex.in conſ.16.uol.5.et in cõſ.8.4. col.2.volum.7.

Secundò limita, & intellige concluſionẽ, ut uera

7 ſit,qñ ipſe dñs negaret ſe dñm,† & ſimul poſſeſſorẽ: qa tũc cenſeretur habere rẽ p derelicta,& ſic licèt de præterito fuiſſet dominus,hodie tamẽ non præſumeretur,ſecùs ſi negaret ſe dominũ tantùm, & retineret

8 poſſeſſionem † nam ſolo animo non amittitur dominium,l.ſi quis ui.§.differẽtia.ff.de acq.poſ. Abb. in d. c.cum ad ſedem in 6.not.de reſtit.ſpol. quæ unà cum alijs adducit Alc.in d.reg.2.præſum.20. nu.4.

Tertio loco limitabis tantum procedere, quando plenè eſſet probatum de præterito dominio, nã tunc

9 rectè colligeretur ad præſens,†adeò ut qui plenè probaſſet ſe olim fuiſſe dominum præſumeretur etiã hodie,ſecùs autem ſi non plenè eſſet probatum,ut p teſtes de auditu,uel per famam,quæ probationes licèt ſufficiant ad probationem dominij antiqui, vt ſuprà ſuis locis deduximus : tamẽ ex tali dominio per tales

10 minus idoneas probationes† non infertur ad præſens dominium,ita limitat Corn in cõſ.24. licèt in thema te.col.2.vol.4.quem refert,& ſequitur tanquam egregiè d.Arelata.in add.ad Alc.in d.reg.2.præſump. 20. in verbo,vt ibi.

Et ratio eſt,ne inducantur duæ ſpecialitates. Prior vt ad probandum dominum admittantur probationes,aliàs inhabiles,& quòd probatio præſumptiua de præterito admittatur ad præſens,vt ibi per eos.

Quartò limitare, & intelligere poteris locũ habe-

11 re† dummodò tale dominium à parte allegetur,alioquin non præſumeretur dominus hodiè,qui olim fuerat iux.ſnſam ſcribentium,& præcipuè Iaſ.& Deci.in l.non hoc. C. vnde legit.ſic voluit inſigniter Accurſ. in l.certum,in verbo,confeſſus.ff. de confeſſ. quod & reſponſum eſt à Corn.in cõſ.9. lib.3.vt refert Arelat. ad Alc.vbi ſuprà in d.reg.2.præſump.20.in fi. ad quã limitationem videas, quæ plurima cõgeſſit Tiraq.de præſcr.§.1.gl.2.in verbo,à bonne foy.verſi. tu autem vltra ea.in fi.idem placuit Crot.in conſ. 34. num. 15. vol.1.vbi refert Bal.in l.etiam. col.3.C.de execut.rei iud.atq; Gabr.Sar.in add.ad ſing.12.Mant. nu. 25. id etiã relatu eximiũ putauit Marc.Mãt.in ſing.441.mirabile dictũ,vbi huius rei multiplices reddit rationes.

CONCLVSIO DLII.

ARGVMENTVM.

Dominum alicuius rei quem eſſe,an probetur ex ſigno ipſius.

SVMMARIVM.

1 *Dominum alicuius rei quem eſſe probatur ex ſigno ipſius aſſerti domini.*

2 *Equus ſignatus præſumitur illius,cuius eſt ſignum.*

3 *Domus,cui ſunt affixa inſignia gẽtilitia,probatur eſſe illius, cuius ſunt illa inſignia.*

4 *Nauium domus, Mediocrum,& communis Florẽtię eſſe probatur ex vexillis,& inſignis.*

5 *Dominium nõ probatur,nec transfertur ex ſola ſignatura in vini dolio empto.*

6 *Dominium rei non ſatis eſt probare per ſignum aſſerti domini.*

1 Dominum alicuius rei quẽ eſſe probatur ſigno ipſius aſſerti domini, nempe ſi res reperiatur ſignata ſigno illius, vt. in ballis pannorũ,vt colligere eſt à Bar.in authẽ.dos data.C.de don.ante nup.& à Matth.de Affl.in conſt. regni Sicil.quę incipit,Priuilegia,& iuſtitia. lib.2.& refert illũ ſequendo Caſſa.in cõſuet Burg.tit. de iuſt. §.8.verſ.quandò ſignum prin.quod ſenſit etiã Tancred.de Corn.in ſua compendioſa,in 11.nib.in q.ſin.

2 vbi affert exemplum de equo ſignato,† vt præſumatur illius,cuius eſt ſignũ,& voluit Baron.l.ſignata.C.de fabricen.lib.11.idem obſeruauit Bal.in conſ.416.pro ponitur quoſdam mercatores.nu.2.vol.3.& in l.1.C. vt nem.liceat iud.auctorit.& tradidit Anan.in cap. ſi. de accuſ.idem ſenſit Affl.in deciſ.23. Capellani.nu. 3.qui pluribus id cõprobat, nec id latuit Bald.in d. auth dos data.verſ.ibi ſignaculo.C.de don.ante.nupt, quem refert,& probat Dec.in c.cauſam matrimonij, nu.3.de prob.quibus addeo Petrũ de Vbald.in trac.de duobus fratribus.par.1.nu.72.& diximus ſuprà in cõcluſione,balla.

Et quandò inſignia gentilitia ſunt affixa alicui

3 domui,probatur eſſe illius, † cuius ſunt illa inſignia gentilitia,vt ſcripſit Ioann.de Plat.in l.ſignata. C. de fabricen.lib.11.cui accedit Cagn.in l.1.nu. 177.ff. ſi cert.petat.

Hinc etiam Iaſ.in conſ.270.poſt nu.2.in fi. voln.2. optimè arguit ex vexillis,& inſignijs domus Medicorum,& communis Florentiæ in naui erectis,† nauim

4 illorum eſſe probari,arg. eius quod diximus de ſigno, quem refert,& ſequitur Stracha in tract. de Mercat. part.2.princ. nu. 72.

Concluſionem noſtrã velim hoc limite circumſcribas,vt non procedat in vini dolio empto, in quo

5 non probatur,† nec transfertur dominium ex ſola ſignatura, ita reſpondit Vlp.in l.1.§.ſi dolium.ff.de peric.rei vend. nam vt ibidem inquit Iuriſconſ. magis ne ſubmitteretur,ſignari ſolet, quàm vt videatur: ita decidendo conſuluit Boe. nõnullos referendo in deciſ. 105.& videtur.nu.10.

Intelligas concluſionem,vt non tantummodò ſit

6 ſatis probare ſignum aſſerti domini,† ſed etiã debeat probari dominiũ ipſius rei,quod pluribus confirmat idem Straecha in d.trac.de mercat.d. 2. partis.nu.78. cum alijs multis ſeq.refellẽs opinionem Luc.de Penna,in d.l.ſignata.contrarium ſentientis, quem quidem Straccham videas ibidem , vbi plures de ſigno decidit quæſtiones.

dotis fauore conſtitutum eſt, & ita refert, & ſequitur
Dec.in conſ.35.vol.1.poſt nu.2.in fi.& Ruy.in d.cõſ.
34.ſub nu.5.vol.4. & idem cum alijs collectis decidit
Pet.Beninten.dec.61.nu.6.

Iſtud ampliabis adeo verum eſſe, etiã ſi talia verba
2 enunciatiua eſſent inter alias perſonas, † & propter
aliud prolata, tunc nempè fauore dotis plenè probãt
dotẽ,vt locupletiſſimus mihi auctor eſt Iaſ.in l.ex ver
bis.poſt nu.2.verſ.ſecundò ſingulariter fallit.C.de mi
lit.teſta.vbi teſtat Bar.in d.cõſ.123.nam ibi Bart.con
ſuluit in ea hypotheſi, in qua fratres cõfecerant inter
ſe inſtſm diuiſionis,& vnus illorum in dicto inſtſo aſ
ſeuerat recepiſſe pro dote ſuæ vxoris cẽtum, dicit aũt
tunc mulierẽ vi hmõi inſtſi diuiſionis poſſe repetere
dotẽ,licet aliunde non conſtet de dote,ſed tñ per illa
verba enunciatiua,idẽ voluit Rom.in l.1.ff. ſol.matr.
& ibi Alex.col.10.nu.40.verſ.Pau.de Caſtr. hic.& ibi
tñdit Alexan.in conſ.4.vol.2.& cautum eſt à Pau.de
Caſtr.in conſ.92.incip. Quod præfata ſnĩa arbitralis.
poſt nu.1.verſ.ꝙ ſi inſtro diuiſionis.vol.2.vbi conſul-
uit in ſimili caſu,in quo Bar. in ſuo conſ.123.& refert
etiam illos ſequendo Dec.in conſ.35. præſtantiſſimè
Doct.in prin.poſt nu.2.verſ.& inter partes.

3 Dos Præterea probatur ex eo, † ꝙ probata ſit ſolu-
tio gabellæ,ſiue mauis vectigalis pro dote,vt teſtatus
eſt auctor add.ad Bar.in adducto cõſ.123.& hoc idẽ
cõprobauit Crau.de antiq.temp.par.1.verſ.ſeu.§.4.li-
mitatur.nu.74.verſ.ſed iſta ampliatio,nã data præſen-
tia contrahentiũ in ſolutione gabellæ ex cauſa cõtra
4 ctus vr̃ probatus ille contractus, † ex acceſſorio enim
neceſſariò infertur ad principalem probationẽ,ſicuti
ſuprà etiam diximus in concluſione, dotis promiſſio
probatur ex promiſſione vſurarum,& idem dixit ipſe
Crau. vbi ſupra.

Quod poſtremo loco traditũ ſic limitabis, vt verũ
5 non ſit,qñ ſolutio fuiſſet facta † abſente vno ex cõtra
hentibus, nã tunc licet ex illa ſcriptura facta à Præpo
ſitis gabellæ probet ſolutionem ipſius gabellæ,tñ non
infert ad probationẽ dotis: potuit enim ille accedere
ad officiales,& ſoluere gabellã,aſſerẽdo dediſſe in do
tem tñ, vel emiſſe fundũ, & ideo nõ recta fit illatio,
vt tenet Alexan.cõſ.62.nu.6.vol.2. & conſ.147.nu.6.
vol.5.adducens per quandã ſimilitudinẽ de eo, q ap-
6 ponendũ curauit in æſtimo, † vel cataſtro talẽ fundũ,
tanꝗ ſuũ, quo caſu per hoc non probar̃ illũ eſſe dñm,
vel poſſeſſorẽ illius fundi, niſi appareat de conſenſu
dñi illius fundi,per l.ſi pater, & ibi not. Bal.C.de act.
emp.l.quidã in ſuo.ff.de cond. inſti. & l.quæ quiſque
7 & ibi Bal. ff.de acq. rer.dom. & de illo, † qui pro aliquo
fundo ſoluit tributa,ex hoc tñ non probari ſe eſſe dñm,
ad hoc probandũ eſt bonus tex.in l.cenſualis,& ibi Do
ctores.C.de dona.& ad hoc conſulas,quę diximus in-
fra in concluſione liber officialis. Et in concluſione
emptio ex libris gabellæ,& in cõcluſione, acceſſoriũ.

CONCLVSIO DLXXI.

ARGVMENTVM.

Dos aſſignata filiæ à patre an præſumatur cõ petens, adeo, vt filia conqueri non poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Dos aſſignata filia à patre præſumitur competens, adeo, vt filia conqueri non poſſit, ſed de ea contenta eſſe debet.*
2 *Pietas paterna cum captat conſilium pro filia, non debet alteri videri incompetens,quod patri viſum fuit cõpetens.*
3 *Nullus amor vincit paternum.*
4 *Statutum diſponens,mulieres non poſſe contrahere ſine conſenſu propinquorum,non habet locum,quando filia contrahit cum patre.*
5 *Filia à patre dotata præſumitur competenter dotata, etiãſi eſſet læſa vltra dimidiam iuſtæ æſtimationis, & dos eſſet minus legitima.*
6 *Non præſumitur patrem velle fraudare filiã portione ſua, ſed potius illi fauere,& bonum conſiliũ pro ea aſſumere.*
7 *Conſilium patris iudicari non poteſt bonum filiæ, cum ei apertum detrimentum adfert, auferens portionem legitimæ ſibi iure debitæ.*
Sæpe ſunt patres maligno animo in filias.ibi.
8 *Filia non præſumitur competenter dotata, quando agitur de magno exceſſu,ſeu læſione eius, & pater poteſt de dolo redargui.*
9 *Filia dotata competenter non præſumitur,quando dotatio manifeſte apparet indiſcreta.*
10 *Filia quando non eſt enormiter læſa, præſumitur à patre competenter dotata.*
11 *Qui vicem patris gerit,vt auus paternus,præſumitur competenter dotaſſe neptem.*
12 *Dos an fuerit congrua,& competens nec ne, arbitrio iudicis iudicari poteſt.*
13 *Iudicis arbitrium ſuper dote an fuerit congrua, & competens nec ne,ſecundum qualitatem perſonarum, numerũ filiorum,ac quantitatem patrimonij, & conſuetudinem loci regionis,& familiæ dirigi debet.*

1 Dos aſſignata filiæ à patre † præſumitur cõ
petens,adeo,vt filia conqueri non poſſit, ſed de ea cõ
tenta eſſe debeat,ita cõſultum fuit à Pau. Caſt.in cõſ.
275.incip.ſuper primo quæſito dicendũ vr̃ col.4.verſ.
ſecũdo,an poſſit hoc dicere.nu.9.vol.1. & tenet Ale.
in conſ.33.incip.vr̃ ſuper dicto quæſito,circa fi.nu.4.
vol.4.quibus adhæret Cur.ſen.conſ.27.hoc capite ma
gnificus col.14.verſ.venio ad quartum, & col.17.ver.
& ita in terminis,& in conſ.45.ſtatuto.ſiue conſuetu-
dine,col.12.verſ.ad tertium arg.& col.fi.ad finẽ,iterũ
cautũ eſt à Caſt.in cõſ.404.viſis,& ponderat.poſt nu.
1.verſ.ſed pater vol.2.& conſ.421. quod renunciatio.
verſ.ſecundo principaliter. poſt num. 3.vol.2.nec ab
hac diſceſſit ſententia Ruin. in conſ.52. nu. 13. lib.2.
hanc quoque confirmauit Marian.Soc. conſ.30.quã-
uis ex his col.2.poſt nu.4.verſ. concludo quantum ad
ſecundum membrum,vol.1.& conſ.288. circa primã
quæſtionem,nu.21.verſ.quod qñ pater dotauit filiam
col.8.vol.2.quibus accedit Iaſ.in l. volũtatis,nu.2.C.
de fideicom.vbi putat hoc ſingulare,& idem in conſ.
231.iſtæ duæ mulieres,nu.4.verſ.quarto eſt bene con-
ſideran.lib.2.& in cõſ.133. videretur in præmiſſa col.
2.num.4.verſ. ad idẽ contra lib.4.ꝙ,& probauit Curt.
ſen.cõſ.81.rectè præfatus egreg. col.vlt. & teſtatus eſt
id eſſe verum Curt.iun.conſ.10.viſa,ac diligenter cõ-
ſiderata. col.1.nu.1. plurimi ẽt huius fuere ſententiæ
aſſertores,vt Dec.in conſ.26.col.1.poſt.nu.1. ver.ſed
tamen his non obſtantib.in conſ.89. viſo puncto,col.
fin.poſt nu.4.verſ.2.quia,& in cõſ.180. viſa renuncia.
col.2.circa med.poſt nu.2.verſ.& in tantum hoc pro-
cedit & in conſ.276. proponit, ꝙ dominus in prin.&
in conſ.196.viſa tranſactione.col.2. poſt nu.4. verſ.&
in ſimili caſu,& in conſ.505.copioſè col.2.poſt.nu.4.
verſ.ſecundo concurrit,& in cõſ.611.magnificus,col.
2.nu.7.verſ.dubitari poteſt poſt num.7.verſ.& in caſu
iſto non videtur laborãdum.Catel.Cotta in ſuis Me-
mor.memoria. incip. dos dota verſ. vlterius etiã Ant.
Rub.conſ.163 circa primum dubium col.1.verſ.circa
aliud.nu.3.Bal.ante alios in conſ.328. cũ in cauſa Pi-
ſani conuentus nu.3.col.2.verſ. quærit ſecundo lib.3.
Corn.in conſ.107.in conſilijs col.3. verſ. quia lex de-
bet lib.3.Alb.in conſ.23.num.3. Tiraquell.in l.ſi vn-
quam.C.de reuoc.don.in præfatio.nu.36. vbi multos
congerit,& idem Menoc.in tract. de arbitr.iud.lib.2.

cent.2. caſu 149.nu.5. & ferè per totum. & Burſat. in conſ.45.nu.6.verſ.dos enim à patre conſtituta iuſta.

2 Hoc idem ea ratione pōt corroborari, † nam cum pietas paterna capiat conſiliū pro filia,l. nec in ea. ff. de adulter.non debet alteri videri incompetens,ꝙ patri viſum fuit competens, argumento,l. ſi furioſo puberi.in fi.ff.de curat.furio.lex enim plurimum fidit patri,vt ait Alba.in conſ.100.nu.2.ideò vlterius non vſ

3 quærendum,† cū nullus amor vincat paternum.l.fin. C.de curat.furio.& teſtatur Paul.Caſtr.in d.conſ.275. num.9.verſ.2. an poſſit hoc dicere,vol.1.& Dec.in d. conſ.26.nu.2.& conſ.181.poſt num.5.col.3.verſ.quia quid patri viſum fuit, cui rei adſtipulatꝰ, ꝙ inſigniter voluit Bal.in l.pactum ꝙ dotale.q.21. C.de collatio. vbi inquit,ſtatutum diſponens,mulieres non poſſe cō

4 trahere ſine conſenſu propinquorū, † non habere locum,qn̄ filia contrahit cum patre,& valet cōtractus, licet ſolennitas ſtatuti non interuenerit: lex enim,vt diximus,plurimum fidit patri,& ſequitur Rom.in d.l. pactum,nu.22.& in l.ſi quis mihi bona.§.quid ſi mandauit.qui eſt pen.poſt nu.5.verſ.hoc tn̄ dictum multipliciter limita,ff.de acq.hære.& ſenſit Alex. in conſi. 29.præclarè,& ſubtiliter.nu.12.verſ. & pro hoc etiam facit atq; lib.3. And.Sicul. in c.cauſam matrimonij, de offi.deleg.& Dec.in d.conſ.180.nu.1.

5 Primò amplia hanc concluſionem procedere, † ēt ſi filia eſſet læſa vltra dimidiam iuſtæ æſtimationis,& dos eſſet minus legitima,q̄a adhuc præſumitꝰ cōpetenter dotata,cū à patre ſit dotata, vt aſſeueraui Paulus Caſt.in d.conſ.108. alias 275. ſuper primo quæſito, in ſeptimo dubio. nu.9. vol.1. quē refert, & ſequitꝰ Dec. in d.conſ.181.ſatis nota ſub nu.5. idem tenet Boer.q. 62.nu.14.atq; meminit Pariſ. in conſ. 19.nu. 88.lib.3. iſtis aſſentitus eſt Rub.in cōſ.163. nu.2. quos refert,& proſequitur Menoc.latè in d.tract.de arbit.iud.in alle

6 gato caſu 149. nu. 5.,& hoc ea ratione fit, † propterea, ꝙ non præſumitur patrem vellet fraudare filiā portione ſua,ſed potius illi fauere,& bonum conſiliū pro ea aſſumere,iuxta context.in l. patre furioſo. ff.de his, qui ſunt ſui,vel alie.iur.vt Menoch. vbi ſup.nu.6.

Contra hanc ampliationem reſpondit aliter ſentiē do Socy.ſen. in conſ.57.num.28. lib.4.& in conſ.100. lib.3.num.8.& ſeq.atque.Dec.in conſ.106.col.2.verſ. nono bene facit,quod voluit Bal. & num.3. vbi dicit

* hanc * communem eſſe opinionem, & aliquos refert Soc.in alleg.conſ. qui mouentur pluribus rationibus,

7 & ea potiſſimum , † quia hoc conſilium patris nō pōt iudicari bonum filiæ, cum ei apertum detrimentum adferat, dum aufert portionem legitimæ ſibi iure debitæ, quinimo inquit Gram. in deciſ.101.nu. 31.alios ſenſiſſe hoc eſſe cōſilium fraudis ad filiam lædendā, q̄a ſæpè ſunt patres maligno animo in filias, vt reſpōdit Maximus Iuriſconſult.in l.4.ff.de inoff.teſtam.

Conciliabis tn̄ hoc pacto has inter ſe ſcribentium contrarias opiniones & dices hanc poſteriorē opinionem Socini,& aſſeclarum, ꝓcedere, qn̄ agitur de ma-

8 gno exceſſu, ſeu læſione filiæ, † ex quo manifeſtè appareret fuiſſe factū in fraudē filiæ, adeo, vt pater poſſit de dolo redargui, quoniā tunc non præſumeretur pro patre,& filiam eſſe competēter dotatam,vt traditū eſt à Paulo Caſtr.in relato cōſ. 275. alias 177.col.4. ſub nu.9. verſ. & hanc partem puto veram, vbi affert exemplum de patre diuite, qui habet in bonis decem milia, & filiæ vnicæ relinquit tantummodo ducenta

9 inſtituto fratre in oībus alijs bonis, † nam tunc certè manifeſta apparet indiſcreta dotatio, & ideo illi non ſtandum,nec præſumendum competenter filiam eſſe dotatam. In cuius Caſtr. ſentētiā plurimi deſcendere inter quos fuit Dec.in cōſ.26.nu.3.verſ. non obſtat,& in conſ.181.ſub nu.5. Abb.in conſ.100.nu.2. conſ.23. nu.3.& idē Dec.in conſ.180.ſub num.2.verſ.& ſtante tali læſione.Curt.iun.conſ.10.nu 1. Alber.in tract.de ſtatut.exclud.fœm.in 9.artic.in prin.q.1. col.4.in fin.

& Curt.ſen.in cōſ.27.col.pen.& in conſ.81.in fin.Iaſ. in l.voluntatis,nu.2.C.de fideicom. Gram. deciſ.101. nu.52.& 71. Boer.q.62.num.15.Curt. iun. in auth.res quæ,nu.11.C. de fideic.Iaſ.in conſ.133.col. antepen. ver,nō obſtat,etiam lib.4. & alios refert Menoc. in d. tract.de arbitr.iudi.in caſu 149.nu.15.verſ.declaratur ſecundus hic caſus.

10 Prior verò opinio habet locum,† qn̄ filia non eſſet enormiter læſa, vt teſtatur Paul. Caſtr.in d.conſ.275. alias 277.in nouiſ.lib.1.quia tunc præſumitur pro patre,& filiam eſſe competenter dotatam.

Præterea, ſecundò amplia principalē concluſionē,

11 nedum locum ſibi vendicare in patre, † ſed ēt in eo, qui vicem patris gerat,vt in auo paterno,qui etiā præſumitur compētēter dotaſſe neptem, nec de tali dote neptis poteſt conſequi, vt tradit Curt. ſen. in conſ.81. in fi.quem ſequitur etiam Menoc.in d.tract. de arbit. iud.caſu 149.nu.14.

Primò limita concluſionem,vt vſq; eo non procedat,quin etiam poſſit arbitrio iudicis iudicari,an dos

12 † fuerit . cōgrua, & competens,necne,ita ſenſit Barb. in cōſ.80.in fi.verſ.& ex iſtis infertur,lib. 3. & in conſ. 45.col.pen. propè fi. verſ.reſtat nūc videre lib.4. Pau. de Caſt.in d.conſ.275.in fin. nu.9. eidem ſententiæ ſe ſubſcripſit Raphael Cuma. in conſ.46.in fi. hoc quoque probauit Ruin.in conſ.52.nu.13.in fi.lib.2.& Tiraq.meminit in l.ſi vnquam,in verbo,omnia vel partem,nu.31.C.de reuoc.donar.& ab hac ſtat opinione Menoc.vbi ſup.nu.34.cum ſequentibus, quod tamen arbitrium debet dirigi ſecūdum qualitatem perſona-

13 rum,† numerum filiorum,ac quantitatē patrimonij, & conſuetudinē loci,regionis, & familiæ, vt patet ex his,quæ adduxit Ruin.in d.conſ.52.nu.13.lib.1.& affirmat Afflict.deciſ. 337. nu 9.poſt Caſtr.in conſ.126. alias 11.viſo dicto libello,& cōtentis in eo.col.3.vol. 1.num.8.verſ.nec obſtat,ꝙ iſta declaratio.Idem dicit Dec.in conſ.26.nu.4.verſ.non obſtat,quod alij.Pariſ. idem teſtatur in conſ.26.nu. 88.lib.3. atq; cōfirmauit Ruy.in cōſ.142.nu.11.& 12.lib.5.nec diſſenſit Crau. in conſ.226.nu.3.& Gram.decidit in dec.101.nu.69.

CONCLVSIO DLXXII.

ARGVMENTVM.

Dos data ab extraneo mulieri, an præſumatur donata.

SVMMARIVM.

1 *Dos data ab extraneo mulieri præſumitur donata, ſi is extraneus à marito illius mulieris ſtipulatus non fuerit eā ſibi reddi ſoluto matrimonio.*

2 *Dos eſt cauſa pia.*

3 *Dos quando datur ab extraneo mulieri abſenti, præſumitur donata, & tunc quæritur ius ipſi mulieri.*

4 *Dos ab extraneo data mulieri, donata præſumitur, etiam quando is extraneus nomine mulieris eſſet ſtipulatus dotem ſibi reddi.*

5 *Pater dotans,qui non tenetur dotare præſumitur donare.*

6 *Pater,quando dotem dat,intelligitur donaſſe filiæ, non ſolùm ratione primi matrimonij,ſed etiam ſecundi.*

7 *Frater dotās ſororem diuitem,in dubio præſumitur dotaſſe de bonis proprijs,& animo donandi.*

8 *Frater ſi eſt adminiſtrator bonorum ſororis, præſumitur dotaſſe de bonis ipſius ſororis,& animo repetendi.* Contrarium,nu.11.

9 *Mater adminiſtrans bona filij,ſi alimenta præſtet filio, præſumitur præſtare de bonis filij, vel de proprijs animo tamen illa repetendi.*

10 *Adminiſtratio bonorū filij in matre facit ceſſare præſumptionem donationis alimentorum.*

12 Dos

12 *Dos donata non præſumitur, ſed data pro portione bono-*
rum patris, qñ ſoror à fratre dotatur, & illa die ſequen-
ti per inſtrm fatetur ſe tacitam, & contentam eſſe.
13 *Qui ſoluit dotem, pro qua alius eſt obligatus, non videtur*
hoc facere animo donandi mulieri, ſed vt negociorũ ge-
ſtor eius, qui dotare tenetur. Contrar. nu. 14.
15 *Frater non præſumitur dotaſſe ſororem animo donan-*
di, ſi ſumma eſt maxima.
16 *Dos, ſi detur ab extraneo mulieri, quæ habeat patrem di-*
uitem, à quo poſſit dotari præſumitur dari animo repe-
tendi ab ipſo patre.
17 *Dotem conſtitutam fuiſſe mulieri ab extraneo præſumi-*
tur ex bonis eiuſdem mulieris, quando extraneus eadem
bona adminiſtret, quæ talia ſint, vt illi mulieri dos con-
ſtitui poſſit.

Dos data ab extraneo mulieri præſumit̃ donata, ſi is extraneus à marito
1 illius mulieris † ſtipulatus non fuerit eam ſibi reddi
ſoluto matrimonio, ita fuit reſcriptum ab Imper. Iu-
ſtin. in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. act. & in l. fin.
C. de iur. dot. quæ præſumptio conceditur fauore do-
* tis, vt * communi conſenſu aſſeruere ſcribentes in l.
2. §. 1. ff. ſol. matr. & in d. §. accedit. & in d. l. fi. & tradi-
dit Bart. in l. quæ dotis. nu. 6. ff. ſol. matrim. vbi inquit
2 † dotem eſſe cauſam piam, per l. cum is. §. pen. ff. de
cond. indeb. & eo fauore præſumi donationem, idem
etiam voluit Soc. ſen. in conſ. 100. nu. 5. verſ. præterea
videmus idem in extraneo, vol. 3. cui accedit Dec. in
conſ. 35. nu. 1. & conſultum fuit à Bart. in d. conſ. 123.
nu. 1. lib. 1. Alex. quoq; aſſeuerauit in cõſ. 4. col. 4. lib.
2. & in l. admonendi. col. 14. ff. de iureiur. quod etiam
cautum eſt à Paul. Caſtr. in conſ. 94. quod præfata ſen
tentia, & in d. conſ. 11. poſt nu. 6. verſ. reſpondeo illud
procedere, quos refert Dec. in d. conſ. 35. & Bal. in l. fi.
poſt nu. 3. verſ. quid de extraneo, cir. finem. C. de do-
tis promiſſ.
3 Primò amplia habere locum, † quando dos datur
ab extraneo mulieri abſenti: etenim tunc quoq; quę-
ritur ius ipſi mulieri, vt teſtis eſt Dec. in d. cõſ. 35. nu.
1. & auctor fuit Bart. in d. conſ. 123. num. 1. & placuit
Alex. in 4. uer. quòd autem ad bona. nu. 8. lib. 2.
Secundò amplia veram eſſe, etiã quando is extra-
neus nomine mulieris eſſet ſtipulatus dotem ſibi red
4 di, † nam adhuc manet pręſumptio donationis, & illa
ſua ſtipulatio præſumitur facta tãquam ab eo, qui per
mandatum à muliere ad ita ſtipulandum adhibitus
fuiſſet, ita Bald. Nouel. tradidit in l. 1. n. 412. ff. ſolut.
matr. quem ſequitur etiam Menoch. in tract. de arb.
iud. caſ. 88. nu. 38. & ſcripſit hoc idem Soc. conſ. 110.
viſo ſtatuto inclitæ Ciuitatis Bononię. num. 3. verſ. 2.
quia quicunq; dotem dederit. vol. 3.
Tertiò amplies velim, vt eo magis procedat in pa-
5 tre dotante, † facilius namq; præſumitur donatio in
aſcendente, quàm in extraneo, vt extendit Soc. in d.
conſ. 100. nu. 5. per l. quæ dotis. ff. ſol. matr. vbi Bart. ad
fin. 1. col. nu. 12. verſ. puto vlterius, ubi dicit id eſſe pręcipuum in dote, ut præſumatur animo donandi, & re-
fert Menoc. in d. trac. de arb. iud. d. caſu 88. nu. 39. imo
6 quando † pater dotem dat, intelligitur donaſſe filiæ,
non ſolùm ratione primi matrimonij, ſed etiã ſecun-
di, iuxta ſententiam Dec. in d. conſ. 35. nu. 6. & tex. in
§. quia verò, in authent. de æquali. dot.
Quartò ampliabis habere locum etiam in fratre do-
7 tante ſororem etiã diuitẽ: † nã in dubio præſumit̃ do-
taſſe de bonis proprijs, & animo donandi, vt conſtan-
ter aſſeuerant Bal. & Sal. in d. l. fi. nu. 3. C. de dot. pro-
miſ. quos etiam ſequitur Rip. in l. 1. nu. 94. ff. ſol. matr.
& hoc rõne coniunctionis ſanguinis, quæ facit præſu
mere donationem, vt reſpõſum eſt à ſubtiliſſimo Pa-
pin. in l. procula. ff. de prob. & hoc idẽ ſentit Soc. ſen.
in d. cõſ. 110. Viſo ſtatuto Inclitæ Ciuitatis Bononiæ.
nu. 3. verſ. 2. quia quicunq; dotem dederit. vol. 3.

Primò limitanda tibi eſt hęc quarta ampliatio, vt
8 non procedat, † ſi pater eſſet adminiſtrator bonorum
ſororis, per l. Neſen. ff. de neg. geſt. & ibi Bart. nu. 3. &
Bal. nu. 5. vt tradidit conſulẽdo Rui. in conſ. 171. nu.
3. li. 1. & docuit Bart. in l. fi. C. de dot. promiſ. nam iſto
caſu præſumitur dotaſſe de bonis ipſius ſororis, & ani
mo repetendi, vt ait Bal. in d. l. fi. C. de dot. promiſſ. &
ſenſit Soc. in conſ. 121. nu. 13. & ſeq. verſ. & probatur,
* lib. 1. atq; Ruin. in conſ. 290. in princ. lib. 1. & * com-
munem opinionem dixit eſſe. Rip. in d. l. 1. nu. 90. ff.
ſoluto matrimonio, quod idem ferè videmus in ma-
9 tre adminiſtrante bona filii, † quæ ſi alimenta pręſtet
filio, præſumitur præſtitiſſe de bonis filij, vel de pro-
prijs, animo tamen illa repetendi, licet aliàs, ſi nõ ad-
miniſtret, præſumeretur donaſſe. vt latè diximus ſup.
in Concluſione, alimenta pręſtita à matre, & aliqua
tetigimus in Concluſione, donatio non præſumitur.
10 Adminiſtratio enim in matre † facit ceſſare præ-
ſumptionẽ donationis, vt voluere duo lumina iuris
ciuilis Bart. & Bald. in d. l. Neſen. & Dec. in conſ. 656.
nu. 4. qui loquitur in patre, & Ruin. in conſ. 171. num.
4. lib. 1. atque Raphael Cuman. conſil. 87. col. 2. & idẽ
in conſ. 1. poſt num. 23. lib. 3. verſ. ſecundò, quia, vbi
mater gerit negotia, ſentit Bald. Nouel. in l. 1. nu. 335.
verſ. 66. priuilegium eſt.
11 Contrariam † de fratre ſequutus eſt ſententiam cõ-
** ſulendo Alba. in conſ. 12. vbi dicit * communem opi
nionem eſſe contra Bald. in d. l. fi. in fi. C. de dot. pro-
miſ. & cõtra eum tenere Cyn. in d. l. fi. in 3. queſt. poſt
Martinum de Fano, quem ibi refert Cyn. & Alb. vbi
ſupra atteſtatur ſuo tempore nõ vidiſſe aliquem, qui
ſentiret contrarium, præter Bal. in d. l. fi. & ibi multis
rationibus conatur veritatem ſuæ opinionis demon-
ſtrare, atq; comprobare.
11 At Menoch. in d. tract. de arbitr. iud. caſu 88. num.
48. reprobat opinionem ipſius Alb. & dicit malè de
iure reſpondiſſe. Vtri ſñiæ adhæreas lector, tu videris.
Secundò limita dictam ampliationẽ de fratre non
habere locum, ſi aliqua coniectura vrgeret in contra-
rium, qua poſſet colligi animum fratris non fuiſſe do
nandi, vt ſi ipſa ſoror à fratre dotetur, & illa die ſequẽ
ti per inſtrumentum fateretur ſe tacitam, & contentã
12 eſſe: † nã illo caſu non præſumeretur dos donata, ſed
data pro eius portione bonorum patris Ita dicit Soc.
in conſ. 121. col. pen. verſ. poſtremò, poſt nu. 11. & nu.
ſeq. & conſ. 135. col. 1. verſ. ſed ſequendo. nu. 1. lib. 1. &
ſenſit Rui. conſ. 145. n. 3. lib. 4. verſ. quòd alimenta in
dubio, quos ſequitur etiam Menoch. in d. tract. de ar-
bitr. iud. caſ. 88. nu. 41. vel ſi ſoluiſſet creditori ſororis
tanquã fideiuſſor eiuſdem antea obligatæ, vt inquit
Bal. Nouell. in l. 1. nu. 338. in fi. ſol. matr. vel etiam ſi
tanquã debitor ſororis dotare voluiſſet: quia tunc vi-
detur promiſiſſe animo compenſandi, ſecundũ Bart.
in l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. per illũ text.
qui propriè loquitur, quãdo ille, qui dotauit, erat ob-
ligatus mulieri ex fideicommiſſo, vt dicit, & cõcludit
Rui. in conſ. 223. nu. 2. lib. 1. & in conſ. 152. nu. 9. lib. 5.
verſ. ſed his non obſtantib. & Paul. Caſtr. in conſ. 120.
13 aliàs 96. lib. 2. in nou. incip. ſi d. Cornel. dicens, † quòd
ſi quis ſoluat dotem, pro qua alius ſit obligatus, non
videtur hoc feciſſe animo donandi mulieri, ſed vt ne
gociorũ geſtor eius, qui dotare tenetur, & animo re-
petendi ab illo, per d. l. Neſen. ff. de neg. geſt.
14 Contrariũ videntur ſenſiſſe † Rui. in conſ. 65. nu. 6.
lib. 3. & Soc. in cõſ. 291. incip. Viſis literis, li. 2. & Bal.
Nouel. in d. l. 1. poſt nu. 335. verſ. & ideo aliàs dicebã
poſſe attentari. ff. ſol. matrim.
15 Tertiò limitabis, ampliationem non eſſe verã † ſi
ſumma eſſet maxima, vt colligitur ex multis ad hoc
congeſtis à Soc. iun. in conſ. 79. nu. 99. lib. 3.
Primò limita Cõcluſionem principalem nõ proce
dere, quãdo mulier, cui per extraneũ aſſignatur dos,
16 habet patrem diuitem, a quo põt dotari: † tũc nẽpè
præſumi-

præſumitur dotem dari animo repetendi ab ipſo pa-
tre, vt poſt Caſt. in allegato conſ. 120. aliàs 96. ſi dicta
Cornelia. lib. 2. dixit Ruyn. in conſ. 145. nu. 3. lib. 4. &
conſ. 171. nu. 3. lib. 1. Idem reſpondit Alc. in reſponſo
153. n. 3. quos etiam refert Menoch. in d. tract. de arb.
ind. caſu 88. nu. 44.

Secundò principaliter limita concluſionē, vt non
procedat, quādo extraneus adminiſtraret bona dictę
17 mulieris: †nam iſto caſu, ſi illa bona ſint huiuſmodi, quibus
illi dos conſtitui poſſit, præſumitur ex bonis eiuſdem
mulieris, nō autem extranei dotem fuiſſe conſtitutā,
vt ex multis deductis aſſeruit Menoch. in d. tractat. de
arb. ind. caſu 88. num. 46. quibus conferunt, quæ dicta
ſunt ſuprà in 1. limit. quartæ ampliationis.

CONCLVSIO DLXXIII.

ARGVMENTVM.

Dotata filia, an magis præſumatur fuiſſe, quàm indotata.

SVMMARIVM.

1 *Dotata filia magis præſumitur fuiſſe, quàm indotata, & magis a patre, vel fratribus, quam aliundè.*
2 *Dos in dubio non præſumitur conſtituta.*

Dotata filia magis præſumitur fuiſſe, quàm
indotata, & magis à patre,
1 †vel fratribus, quàm aliūdè, & id ratione honeſtioris,
& dignioris quęſtus, vt reſpondit Cur. ſen. in conſ. 34.
nu. 3. teſtans Bar. in trac. de duobus fratribus, ad quod
conferunt, quæ obſeruauere gl. & Doct. in l. quæcūq;
in prin. C. de bonis quæ lib. & in l. Quintus Mutius. ff.
de don. inter vir. & vxor.
2 At Bal. in conſ. 185. nu. 1. vol. 5. ait, in dubio †dotem
non præſumi conſtitutam, per l. mulier bona. ff. de iu-
re dot.

CONCLVSIO DLXXIV.

ARGVMENTVM.

Dotare neptem auus, an præſumatur contemplatione filij.

SVMMARIVM.

1 *Dotare neptem auus præſumitur contemplatione filij.*
2 *Dotare neptem contemplatione filij, auus præſumitur, etiā ſi ſimus in dubio, quo caſu potius cōtemplatione filij, quā neptis, præſumitur auum ipſi nepti dotem præſtitiſſe.*
3 *Dos data filiæ fratris à patruo præſumitur fuiſſe data cōtemplatione fratris.*
4 *Dos data nepti ex filia, præſtita præſumitur cōtemplatione ipſius filiæ.*
5 *Dos ſi conſtat datam fuiſſe nomine neptis, non præſumitur data contemplatione filij.*
6 *Dos præſumitur data contemplatione filij, quādo pater eſſet pauper, & onus dotandi ad auum pertineret.*
Contrarium nu. 7.
8 *Auus ſi reliquit dotem præſtandam poſt obitum ipſius, reliquiſſe præſumitur contemplatione neptis, & non filij.*

1 **Dotare neptem** auus præſumit † cō-
templatione filij;
ita reſpōdit Celſus in l. dotem quam dedit. ff. de col-
latio. & propterea ex hoc illud emergis, vt neptis de-
beat computare iſtam dotē in legitimam, quam de-
bet habere in bonis patris, vt ſenſit Alc. in tractat. de
præſ. in 1. reg. præſ. 17. nu. 1. & idem voluit Rip. in l. in
quartā. nu. 206. verſ. an autem neptis. ff. ad leg. Falcid.

Primò amplia, vt iſtud verum ſit, etiā ſi ſimus in du-
2 bio, †quo caſu potius cōtemplatione filij, quā neptis
præſumitur, auum ipſi nepti dotē præſtitiſſe, vt cōſul-
tum fuit à Dec. in conſ. 81. poſt nu. 5. verſ. & iſta bene
procedunt. Ruin. etiā in conſ. 30. ver. & ad confirma-
tionem prędictorum, poſt nu. 9. vol. 2. Ang. in cōſ. 78.
incip. Ioannes. ver. non obſtāte. Alex. in cōſ. 117. verſ.
& benè facit d. l. dedit dotē. vol. 6. & in conſ. 154. ver.
& benè facit. vol. 7. Ripa in l. in 4. n. 202. & ibi Dec. n.
83. verſ. quæſiuit Ang. ff. ad l. Falc. Alc. de præſumpt.
in reg. 1. in 17. præſump. nu. 3. & Alex. conſ. 129. Viſo
proceſſu. nu 3. vol. 3.

Secundò amplia, vt etiā procedat in dote data filię
3 fratris à patruo: † quia & tunc præſumitur fuiſſe data
contēplatione fratris, vt cauit Pau. de Caſt. in d. conſ.
96. poſt nu. 2. verſ. de altera verò. vol. 2. Alex. cōſ. 179.
poſt nu. . verſ. hoc etiam conſulendo. vol. 5. Ruin. in
d. conſ. 148. poſt nu. 7. verſ. vel ſecundo, & melius. vol.
2. & in conſ. 196. poſt nu. 5. verſ. vel ſecūdò, & melius,
volum. 2. Socyn. iun. in conſ. 77. verſic. & primò iſta
videtur probari concluſio. vol. 2. & in conſ. 133. verſi.
& inter cætera. vol. 1.

Tertiò amplia vt etiam idem locū habeat in dote
4 data nepti ex filia, † quę etiā cōtemplatione ipſius filiæ
præſtita præſumitur, vt placuit Alex. in conſ. 417. nu.
8. verſ. nec dicatur. vol. 6. & in cōſ. 154. verſ. nec dica-
tur. volum. 7.

Primò limita, et intellige hoc procedere, quādo dubiū
eſſet, an data ſit contemplatione ipſius neptis, an da-
5 ta ſit nomine filij, † ſecùs ſi cōſtet fuiſſe datā nomine
ipſius neptis: nam tunc non habet locum concluſio,
cum ſimus in claris, ita Alc. voluit in d. præſumpt. 17.
& Alex. in conſ. 30. verſ. ſi tamen appareret, poſt nu. 5.
vol. 4. & in d. conſ. 117. ver. & benè facit. vol. 6. quibus
accedit Nicellus Placentinus in cōcordant Bart. 238.
& huc ſpectat tex. in l. auus. ff. de iur. dot. & gl. in l. do-
tem, quam dedit in verbo, idem ver. vel dic. & ibi Bar.
verſ. aut dedit. ff. de collatione bonorum.

Intellige hic, vt in hoc caſu dicatur conſtare cuius
contemplatione fuerit dos præſtita, ſiue conſtet per
veras probationes, ſiue etiam per vehemētia indicia,
vt tradidit Ang. in l. in quartam, in ſi. ver. quid autem
ſi auus. ff. ad leg. Falc. & in cōſ. 129. verſ. hoc idem ex-
preſſius. Alex. in cōſ. 117. uol. 6. & in d. conſ. 154. uol.
7. Soc. iun. in conſ. 77. uerſ. uel & tertiò, uol. 2.

Secundò limita, ut procedat, quādo pater eſſet di-
6 ues, quo caſu teneretur filiā dotare, † ſecùs ſi eſſet pau-
per: quia tunc onus dotādi ad auum pertineret, & iſto
caſu præſumeretur dos data contemplatione filij, &
per hoc non eſſet computāda in legitimam ipſius fi-
lij, ita limitat Io. Crot. in c. Raynutius, uerſ. quod di-
ctum puto, de teſtam. Ripa in l. in quartam. nu. 207. et
ſeq. ff. ad leg. Falc. Alex. in d. l. in quartam, ante nu. 28.
uer. ſed iuxta hoc. Ruyn. conſ. 148. num. 9. uol. 3. & in
conſ. 171. nu. 9. uer. iſtud idem apertè. uol. 1. & in conſ.
30. poſt nu. 9. uerſ. & ad confirmationē. uol. 2. & Dec.
in conſ. 181. uerſ. & hoc ſanè.
7 In contrarium † in hoc deſcendit ſententiam Picus
in d. l. in quartam. nu. 83. & Alciat. de præſump. reg. 1.
præſump. 17. in uerſ. & ex iſtis, & ſentit Bertr. in conſ.
129. uol. 3. in nouis.

Tertiò limita procedere, niſi ipſe auus reliquiſſet
8 dotem præſtandam poſt obitū ipſius: † quia tunc non
cōtemplatione filij, ſed ipſius neptis reliquiſſe pręſu-
mitur, ut per Ruyn. in conſ. 72. nu. 6. uer. & confirma-
tur. uolu. 2. & idem erit, quando neptes non eſſent ad-
huc nobilis ætatis, ut per eundem Ruyn. d. conſil. 72.
numer. 7.

Digitized by Google

CONCLVSIO DLXXV.

ARGVMENTVM.

Dotis inſtrumentum eiuſdem datæ, cuius ſint alia inſtrumenta, an præſumatur fauore dotis prius factum.

SVMMARIVM.

1 *Dotis inſtrumentum eiuſdem datæ, cuius ſunt alia inſtrumenta præſumitur fauore dotis prius factum.*
2 *Priuilegium dotis fauorabilius eſt, quàm fiſci.*
3 *Teſtes deponentes de dote præferuntur, ſi ſunt ab vtraque parte pares, & omnes deponunt de eodem menſe.*
4 *Inſtrumentum poſſeſſoris præſumitur prius celebratum, ſi priuatus poſſidet.*
5 *Præſumptio pro priuilegiato ſuperat præſumptionẽ emergentem ex poſſeſſione priuati, quãdo agitur inter priuatum, & priuilegiatum.*
6 *Inſtrumentũ dotis ſi non habet horam certã, facit præſumere prius factum illud priuati habens horam certam.*
Probatio certa non debet obſcurari ob incertam, ibid.
7 *Inſtrumentum dotis præſumitur factum ante, quando in inſtrumento priuati eſt appoſita vltima hora diei.*
8 *Inſtrumẽta duo ſi ſunt confecta ab eodẽ notario, tunc ex ordine protocoli illud, quod eſt prius ſcriptum, præſumitur prius confectum.*
Cõtractus, qui eſt prior in ſcriptura, cenſetur prior in tempore, ibid.
9 *Inſtrumentum aduerſarij de vero, & actuali credito præſumitur præceſſiſſe inſtrumentum dotis confeſſatę.*

1 Dotis inſtrumẽtum eiuſdem datę, cuius ſunt alia inſtrumenta, præſumit̃ fauore dotis prius
factum, ut * eõi sẽſu ſcriptum reliquere Iuris interpretes in l. 1. ff. ſol. mat. per l. in ambiguis. ff. de iure dot. & iſtud priuilegium nedum competit mulieri, ſed etiã tranſit ad quemcunq; etiam extraneum, ad quẽ trãſit ipſa dos, & non ſolùm procedit ex parte mulieris, ſed etiam uiri, quãdo ageret pro dote ſoluenda, ut colligitur ex his, quæ deduxit Iaſ. in d. l. 1. nu. 2. ff. ſol. matr. quia hoc priuilegium datur ipſi doti, non autem ipſi mulieri, ut d. l. in ambiguis, & ideò tranſit ad quoſcũque ad quos tranſit ipſa dos.

Primò uelim iſtud amplies, ut locũ habeat, etiam ſi inſtrumentum dotis concurrat cũ inſtrumento fiſci:
2 † nam priuilegium dotis fauorabilius eſt, quàm fiſci, per ea, quæ retulit ad hoc Soc. in d. l. 1. nu. 16. ff. ſolut. matr. & ſequitur Ripa ibi nu. 10. & Alex. & recentiores in d. l. 1. & Iaſ. n. 2. & idem tenuit Bal. & in l. dotis. C. de iure dot. & uidetur ſentire in l. ad exactionem, poſt num. 2. uerſ. item eſt ſpeciale in dote. C. de dote. promiſſ.

Secundò ampliabis, ut etiam uerum ſit in teſtibus, qui ut plurimum non recordantur de die: nam ſi eſsẽt
3 ab utraq; parte pares, † & omnes deponerent de eodẽ menſe, præferuntur teſtes deponẽtes pro dote, ut aſſeruit Bal. Nouel. in tractat. de dot. in 9. part. in ſecundo priuileg. quem etiam ſequitur Ripa in d. l. 1. ff. ſolut. matrimon. num. 12.

Primò limitatur, ut non procedat, ſi priuatus poſſi-
4 deret: † nam tunc inſtrumentum poſſeſſoris præſumeretur prius celebratum, ſecundùm Iaſ. in d. l. 1. ff. ſol. matrimon. num. 7. per text. in c. ſi à ſede, de præben. in 6. & iſtud eſt commodum poſſeſſionis, ut ſancitũ eſt in text. unà cum gl. fi. in c. ex literis, de prob.

Sublimita dictã limitationem locũ ſibi uendicare tantum, quando agitur inter priuatos, uel inter æqualiter priuilegiatos, ſecùs uerò qñ agitur inter priuatũ,
5 & priuilegiatũ: † nã tunc præſumptio pro priuilegiato ſuperat præſumptionem emergentem ex poſſeſſione priuati, ita Ripa in d. l. 1. nu. 6. ff. ſol. matr. ubi dilucidè inquit, ita procedere dictam limitationem Iaſ. & idem dicentem teſtem laudat Bal. in l. & quę nondum. §. quod adijcitur. ff. de pign.

Secundò limitare poteris, quando talia inſtrumẽta eſſent confecta eodem die, ſed in uno eorum eſſet dies, & hora diei: in alio uerò non eſſet hora, ſed ſolũ dies: etenim tunc ſi inſtrumentum dotis non habeat
6 horam certam, † præſumitur prius factum illud priuati, habẽs horam certam, & tale præfertur: quia cõtinet probationem certam, quæ nõ debet obſcurari ob incertam, ut Iaſ. aſſeruit in d. l. 1. nu. 4. ff. ſolut. matr. & Ripa nu. 2. & unanimes prodidere Bal. Sal. Cyn. Bar. & alij in l. de rebus. C. de donat. ante nupt. & idẽ ſcripſit Sal. in l. ſi debitor. C. de priuil. fiſci, cũ alijs ad hoc adductis à Iaſ. in d. l. 1. nu. 4. 5. 6. & 7.

Sublimita non procedere hanc ſecundam limita-
7 tionem, † quando in tali inſtrumento priuati eſſet appoſita ultima hora diei: cum enim ſit ultima, neceſſe eſt eadem hora, uel ante eſſe factum inſtrumentũ dotis, unde debet præferri. Ita Ripa tradidit in d. l. 1. nu. 8. uerſic. prædicta autem ſanè intelligo. ff. ſolut. matrimonio.

Tertiò limita locum ſibi uendicare, quando talia inſtrumenta eſſent confecta à duobus diuerſis notarijs eodem die ſecus ſi eſſent confecta ab eodem no-
8 tario: † quia tunc ex ordine protocolli illud, quod eſt prius ſcriptum, præſumitur prius confectum: namque contractus qui eſt prior in ſcriptura, cenſetur prior in tempore, iuxta ſententiã Iaſ. in d. l. 1. nu. 4. ff. ſol. matr. & ibid. Ripa. nu. 9. per l. quoties. ff. de uſufruct. & l. ſi communis ſeruus. ff. de ſtipul. ſeruorũ, & hoc eſt ſãcitum in tex. et ibi Bar. in 1. conſtitutione. C. circ. finẽ, cum alijs allegatis per Iaſ. in d. nu. 2.

Quartò limitabis procedere in inſtrumento dotis
9 numeratę, ſecus in inſtrumento dotis confeſſatę, † quia tunc præſumitur inſtrumentum aduerſarij de vero, & actuali credito pręceſſiſſe ex ijs, quę obſeruauere glo. & Doctores, & pręſertim Bal. in l. diuerſi. C. qui pot. in pign. hab. & per text. in l. Titius. ff. quę res pignor. oblig. poſſ. quos ſequitur etiam Rip. in d. l. 1. num. 11. ff. ſolut. matrim.

CONCLVSIO DLXXVI.

ARGVMENTVM.

Dos ad hoc, vt reſtituatur, an ſufficiat probare per famam maritum vti ſua ſubſtantia.

SVMMARIVM.

1 *Dos ad hoc, vt reſtituatur: ſufficit probari per famam maritum vti ſua ſubſtantia, & bona eius non ſatis eſſe ad reſtitutionem, & exactionem dotis.*
2 *Dos ad hoc, vt reſtituatur, ſufficit probare per famam bona mariti non ſufficere ad exactionem, & reſtitutionem dotis, quando agitur de modico prœiudicio: ſecus quando agitur de magno.*

Dos ad hoc vt reſtituatur ſufficit probare per famam maritum vti
1 ſua ſubſtantia, & bona eius nõ ſatis eſſe ad reſtitutionem, & exactionem dotis, vt docuit Bart. in l. de minore. §. ſi plurimum. num. 30. verſ. ſi vero iſta fama. ff. de quęſtio. & alios refert Duen. in regu. 299. limitat. quinta.

Hoc limitabis procedere, quando agitur de modi-
2 co preiudicio: quia tunc ſufficit, † quod probetur per famã, bonã mariti nõ ſufficere, ad exactionẽ, & reſtitutionem

tutionem dotis: ſecùs verò quando agitur de magno præiudicio: quia tũc requiritur plena probatio, videlicet, quod per inſtrumentum, & per teſtes deponentes virum habere tot debita, & habere tot bona; quæ ad dotem non ſufficiunt, ita Bar. tradidit in l. ſi conſtãte, nu. 7. vſq; ad 13. ff ſolut. matr.

CONCLVSIO DLXXVII.

ARGVMENTVM.

Dotis ratione, an omnia bona mulieris præſumantur eſſe data.

SVMMARIVM.

1 *Dotis ratione omnia bona mulieris præſumuntur eſſe data, ſi mulier in inſtrõ dixerit viro, do tibi oĩa bona mea.*
2 *Mulier non cenſetur omnia bona dediſſe in dotem, quãdo ſimpliciter contraxit matrimonium abſq; aliqua cõſtitutione dotis.*

Dotis ratione omnia bona mulieris præſumũtur eſſe data,
1 † ſi mulier in inſtrumento matrimonij dixerit viro ſuo, do tibi omnia bona mea, vt aſſeuerauit Rolan. à Valle in trac. de lucro dot. q. 72. vbi ait, hoc ab omnibus approbari.

Hoc autem tibi erit limitandum non eſſe verum,
2 † qñ mulier ſimpliciter contraxiſſet matrimoniũ abſque aliqua conſtitutione dotis, quia tunc non cenſeretur dediſſe omnia bona in dotem, vt latè id proſequitur Rol. à Vall. in d. q. 72. & 73. quem videas.

CONCLVSIO DLXXVIII.

ARGVMENTVM.

Dubia res, vel articulus iuris, quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Dubia res, vel articulus iuris probatur ex eo, quòd extent Doctores, qui dicant vtranq; partem poſſe defendi.*
2 *Dubia res nihil onnino probare poteſt.*
3 *Dubietas oriens ex aliqua diſpoſitione declaratur per ſequentes obſeruationes, ex vicinis ſcripturis, & ex cõſuetudine patrisfamilias teſtatoris, vel contrahentis.*

Dubia res vel articulus iuris probatur ex eo. quod extarent Doctores,
1 † qui dicerent, vtranq; partem poſſe defendi, & teneri poſſe, vt in ea hypotheſi, in qua conſuluit Soc. ſen. in conſ. 150. Dominus labia mea apetiar, & Spiritus ſãctus illuminet intellectũ. col. 19. nu. 33. & ſeq. verſ. ex quibus patet, ꝙ ſunt tria remedia, & col. 22. n. 40. verſ. tãdẽ viſis difficultatibus multiplicibus. vol. 1. de quo meminit Rui. in cõſ. 27. ver. quinimmo pōt, & locum habere. nu. 28. vol. 3. & refert ſequendo Burſ. in cõſ. 9. nu. 59. cũ ſeq. & latius in conſ. 74. nu. 23. & Soc. iun. in
2 cõſ. 80. Magnifice prætor. n. 8. vol. 1. † hæc verò dubia res nihil omnino ꝑbare pōt, vt auctor eſt Domhaud. in Enchirid. parium, aut ſimilium, in verbo, Dubius.

Et dubietas oriens ex aliqua diſpoſitione declara-
3 tur † per ſequentes obſeruationes, vt ſancitum eſt in l. ſed & Iulianus. §. proinde, & §. interdum. Socyn. ſen. conſil. 25. Dominus Franciſcus ſindicus. num. 25. per dicta, & alia iura ibi adducta. volum. 1. deprehenditur ex præfationibus l. Titia. §. idem reſpondit. ff. de verborum obligationibus, in l. cum quid. ff. ſi certum petatur. Ex viciniſque ſcripturis; ac ex conſuetudine patris familias, teſtatoris, vel contrahentis. l. hæredes palam. §. 1. ff. de teſt. Bart. in l. Marcellus, in prin. ff. ad Trebel. per l. qui filiabus, in prin. & l. ſi ſeruus pluriũ. §. fin. ff. de legat. 1.

E

CONCLVSIO DLXXIX.

ARGVMENTVM.

Ebrietatis communia.

SVMMARIVM.

1 *Ebrietas probatu difficilis, & ardua eſt.*
2 *Ebrius quiſquam non præſumitur, niſi probetur.*
Ebrietas ſatis probatur per indicia, & præſumptiones, eo ꝙ nullo ſenſu corporis poteſt apprehendi, ſed oculis mentis.
3 *Teſtis productus ad probãdam ebrietatem, ſi dicit ſimpliciter talem eſſe ebrium, nihil probare videtur, niſi adiũgat probabiles rationes.*
4 *Teſti de ebrietate non creditur, niſi reddat cauſam probabilem etiam non interrogatus.*
5 *Ebrietas probatur ex aſpectu illius, qui aſſeritur ebrius.*
6 *Ebrietas oritur eo quod quis nimium vino ſe obruat.*
7 *Leges Licurgi, & Romanorum vſum vini inhibentes.*
8 *Romani ex aſpectu ebrietati, & crapulæ deditos equites cognoſcebant.*
Iulius Cæſar ſe non Marcum Antonium pinguem, & rucundum, ſed pallidum, & macilentum Brutum timere dictitabat. ibi.
9 *Ebrietas probatur ex eo quod quis loquitur, vt ebrius extra ſenſum, vel aliter nõ ſubſiſtens, & ex eo, quòd ſemper nimium bibat.*
10 *Ebrius præſumitur, qui pręter conſuetudinem bibit.*

1 **E**brietatem probatu difficilem † & arduam eſſe aſſeuerauit Bal. in c. à crapula. nu. 1. de vita, & honeſt. clericorum teſtatur Innoc. in c. cum cauſam, de teſt. & ſequitur Dec. in conſ. 112. nu. 1. nec quemquam præſumi ebrium, niſi probetur, ait Rip. in l. ſi vnquam. num. 80. C. de reuoc. dona. Vnde fit, vt ſatis ſit probatio per indicia,
2 & præſumptiones † eo quòd nullo ſenſu corporis poteſt apprehẽdi, ſed oculis mentis, ideſt, ratione apprehenditur, vt tradidit Innoc. in d. c. cum cauſam. num. 3. verſ. ſed ad has quæſtiones, de teſt. ex quo conſequitur, vt ſi teſtis productus ad probandum ebrietatẽ di-
3 xerit ſimpliciter talem eſſe ebrium † nihil probare videatur, niſi adiungat probabiles rationes: quia tunc eius dictum valet; vt dixit Spec. tit. de teſt. §. 7. nu. 28. & inquit Innoc. vbi ſupra ver. ſed ratione ſecundę, tenet Bart. in tract. de teſt. num. 5. & ſequitur Capic. deciſ. 159. nu. 36. Nam cum ad ſciendum aliquem eſſe ebrium requiratur perſpicax inquiſitio, & non applicet ſe animo, niſi per multa, & diuerſa media, & ſic
4 teſtis poſſit facile errare, ideò non creditur ſibi, † niſi reddat cauſam probabilem, & etiam non interrogatus: vt quia vidit ſigna, & actus ebrij, per ſupr. d. & per Rip. d. l. ſi vnquam. num. 8. C. de reuocan. donat. & per ea, quæ tradit Bald. in l. ſolam. C. de teſtibus. & Anton. de Butr. & Flor. Abb. & Felyn. in c. cum cauſam. col. 5. de teſtibus. & ſequitur Campeg. in tract. de teſtibus. regul. 192. fall. 19.

Primò igitur ebrietas probatur ex aſpectu illius,
5 † qui aſſeritur ebrius, vt auctor eſt Luc. de Penn. l. 1. num. 7. verſic. quæritur ſecundò. C. de erogat. milit. ann. libr. 11. quod probat per cap. Eccleſiæ Princeps. 35. diſtin. & affert exemplum de Ionata, qui cum comedit fauũ mellis, facies eius ſtatim fuit exhilarata:
6 c. quæritur. 23. q. 2. quæ ebrietas oritur, † eo quod quis nimium vino ſe obruat. vt in c. & ſi Chriſtus extr. de

iureiur.

iureitur quod maximè accidit in conuiuiis, vt dicitur de Nabal Carmelitone in lib. 1. reg. c. 25. & propterea melius fuerit ire ad domũ luctus quã ad domũ conuiuij, ex ſnia Regis Salomonis. Hinc Licurgus conuiuiorũ apparatus, & menſas lautiores, velut cupiditatũ
7 inuitamẽta † ſanctionibus inhibuit, vt retulit Alex. ab Alex. lib. 3. c. 11. apud Romanos et vini vſus adeò mulieribus fuit interdictus, vt vinum bibiſſe perinde eſſet, ac ſi in adulterio, aut graui crimine deprehenſa capitali ſupplicio plectenda foret, ... vitis, vt cognati, affineſq; mulieribus oſculũ ferrẽt, vt an vinũ bibiſſẽt, ore explorarẽt, idẽ Alex. de Alex. lib. eod. 3. & eo. c. 11. idẽ creatis ædilib. voluerũt, vt popinæ, & ganeata opſonia inhiberentur. Idẽ ibidẽ, ex conuiuijs ẽt, & cõpotationibus cohercentem ... ſentiens Tiberius Claudius Rom. Imp. nimias delicias, quæ fuerant C. Caligulæ temporibus, ſuſtulit latis legibus quæ ad rẽ ſpectare videbãtur. Cauponas enim in quibus compotare ſolebant, euertit, vetuitq; ne caro cocta, aut aqua calida vſquã venderet, auctor eſt Xiphilin in eius vita id quoq; præſentiẽs Nero, dirimoniſque ... fungeret, ne qd cocti in propinis venſret, præter legumina, & olera interdixiſſe fert. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 8. ex aſpectu igit, vt eo vnde diſcelſimus reuertamur, qs
8 ebrius probatur, † hic Romani ex aſpectu ebrietatis, & crapulæ deditos equites cognoſcebãt, quos vñ obeſo vaſtoq; corpore conſpexiſſent, his equos adimebãt, vt ignominia notarent, ſic Iulius Cæſar non Marcum Antonium pinguem & rubicũdum, qui vino ſe ingurgitare ex aſpectu eidem videbatur: ſed pallidũ, & macilentum Brutum timere dicebat.

Secũdo loco probatur ebrietas ex eo, q quis loquitur,
9 vt ebrius † vt ſi extra ſenſum, ... non ſubſiſtens, vt ait Luc. de Pen. in d. l. 1. & d. verſ. quæritur. 2. nu. 8. motus l. C. reſponſo in § is ſ. ... ff. de tut. & cur. dat. ab his, & c. n. de fur. ab intell. Præterea ex eo, q ſemper nimiũ bibat, vt atteſtatur idẽ Luc. de Penn.
10 vbi ſupra per c. luxurioſ. 35. diſt. per tot. Similiter † præſumitur ebrius, ſi præter conſuetudinem bibat, c. denique 4. diſt. & meminit Luc. de Penn. ſupra citato loco, in quo nõnullos alios modos, quibus cognoſcitur quis ebrius, obſeruauit.

CONCLVSIO DLXXX.

ARGVMENTVM.

Ebrius teſtis an regulariter probet.

SVMMARIVM.

1 *Ebrius teſtis non probat, quia ebrij neſciunt quid loquantur.*
2 *Teſtamentum ebrij nec contractus valet.*
3 *Ebrij æquiparantur furioſis, & inſanientibus.*
4 *Ebrius delinquens probare debet tẽpore commiſſi delicti ſe fuiſſe ebrium, alias non excuſatur.*
5 *Conſuetudo admittit, vt ſiue ieiunus, ſiue non ieiunus poſſit teſtificari, & valeat dictum.*
6 *Ebrietas non repellit à teſtimonio, niſi probetur.*
7 *Teſtis non repellitur propter ludum, niſi probetur fuiſſe lu... ſorum tempore teſtimonij.*
8 *Paululum ebrius poteſt contrahere, & teſtari.*
9 *Modica ebrietas non excuſat, nec minuit delictum.*

1 Ebrius teſtis regulariter non probat, † quia ebrij neſciunt quid loquuntur, atque ignorantes dicuntur, & intelligẽtia carere videnẽ, de quo per Abb. in c. 1. de teſt. & per c. ſanè. 15. q. 1. & c. inebriauerũt Loth. ead. cã, & q. Vnde dicere ſolebat Bal. in c. à crapula, de vita, & honeſt. cler. teſtamentũ eius
2 non valere, † nec contractum: vt voluit etiam gl. in c. Vnuſquiſq; in verſ. qui ebrius. 22. q. 4. per tex. in d. cap. ſanè. 15. q. 1. quam gl. ſequitur Rom. in l. 1. in prin. vbi etiã Barb. col. 7. verſ. quid in ebrio. ff. de verb. obl. cui adhæret multos congerens Tiraq. in tract. de pœnis temperãd. cau. 6. nu. 8. in quo loco etiam aſſirmat, huiuſmodi ebrium teſtẽ nõ probare. Idem dicit Dec. in c. placuit, de teſt. n. 6. hoc etiam probauit Iac. Nouel. regul. 316. nu. 3. cum ibi alleg. & confirmauit Camp.
3 in tract. de teſt. reg. 117. cuius ratio eſt, † quia ebrij æquiparantur furioſis, & inſanientibus, qui tanquã mente carentes non poſſunt teſtificari ... ſancitum eſt in c. 3. q. 2. & ita tenet Spec. tit. de teſt. §. 1. uer. Item q; furioſus, quod uero ebrius æquiparetur furioſo eſt contex. in d. cap. ſanè. 15. q. 1. et dixit Tiraq. in tractatu de pœn. caui. 6. nu. 8. atq; Menoch. de arbitr. iud. caſ. 326. nu. 5. Ex quo fit, ut delictum ab ebrio patratum benignius ſit plectendum ... ſed impoſita quodam ... ad ſaturitatem proſequuti fuiſſe Tiraq. in d. cauſa 6. & Menoch. in d. caſu 326. qbus in locis habetur, quomodo & quando illud procedat. Veruntamen Pittacus Mytilenæus ... ſi quid ... pœna ... à vino ... Alex. ab Alex. lib. 2. ... lib. 1. c. 3. Tiraq. de pœnis d. cau. 6. nu. ... nimo Athenienſes ... in omnibus improbarent, ex Solonis inſtituto ebrium principem morte mulctabant, vt auctor eſt Cæl. Rhod. lib. 2. c. 3. atq; Laer. in Solone.
4 Intellige tamen, † ebrium delinquentem oportere probare tempore commiſſi delicti, ſe ... fuiſſe ebriũ, alias non excuſareuit, dixit Rip. in l. ult. nu. 80. C. de reuoc. dona. & cauit ... com. 159. in fi. & Menoch. ubi ſupra nu. 11.

Et propterea tex. in d. c. 1. de teſt. admonet, ne ullus dicat teſtimonium, niſi ieiunus, quod quidem bonum
5 eſſet, † licet conſuetudo admittat, ſiue ieiunus ſiue nõ ieiunus poſſit teſtificari, & valeat dictum ... ſicut dictum eſt ab Abb. in d. c. 1. de teſt. ratio eſt, ibi enim ... ponitur prohibitio, ſed quædam bona perſuaſio quæ eſt quoddam quaſi conſilium, ut notat Bald. in d. cap. 1. numer. 4.

Limita & intellige concluſionem procedere tñ, quando probetur huiuſmodi teſtem fuiſſe ebrium tẽ-
6 pore teſtimonij, & depoſitionis: † nã alioqui ebrietas non repellit à teſtimonio, niſi probetur, prout ſupra, & ita reſpondit Aymo Grau. d. conſ. 169. nu. 5. addu... cens Bald. & Dec. in c. 1. in fi. de teſt. and ... in l. ult. q. 22. n. 59. C. de reuoc. don. ad quod ſpectat, quod ſcribit Decian. conſ. 163. nu. 20. ubi inquit, nõ repelli te-
7 ſtem propter ludum, † niſi probetur fuiſſe luſorem tẽpore teſtimonij: etenim attenditur tempus depoſitionis teſtium, ut placuit gl. in l. 3. §. dolum ... eadem ff. ad Carb. & ait Alex. in conſ. ... nu. ... lib. 5. Bal. quoq; in l. 2. §. ſed quæro, C. de teſt. & Abb. in c. ex his, de teſtib.

Secundo limita concluſionem, ut uera ſit, qñ talis eſſet penitus ebrius, ut ſic nõ intelligat quid agat, ſecus eſt in exhilarato, ſeu gaudente propter uinum, ut docuit Bal. in d. c. 1. de teſt. ubi dicit conſiderandum eſſe genus ebrietatis, & ibidem Dec. nu. 6. & idẽ Dec. conſ. 12. nu. 1. Rip. d. l. ult. du. 69. quod & ratione cor-
8 roboratur; † nam paululum ebrius poteſt contrahere, & teſtari, ſecundum Paul. de Caſtren. in l. ſi frater, per illum tex. C. qui teſt. fac. poſ. & ſecundum Dec. d. cõſ. 12. Vnde uerſus.

Aut nulla ebrietas, aut tanta tibi ſit.
Vt rumas ſubleuet ſi qua eſt inter utrumque nocet.

9 Ad hoc pertinet illud; † quia modica ebrietas non excuſat, nec minuit delictum, iuxta ſententiam Bald. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. & Card. Alexan. in c. denique 4. diſt. quos ſequitur Ripa ubi ſupra. num. 79. Tiraquel. d. cauſa 6. nu. 6. & Menoch. d. caſu 326. num. ſeptimo.

CON-

CONCLVSIO DLXXXI.

ARGVMENTVM.

Agẽs pro Eccleſia an debeat probare ſe ipſum eſſe Rectorem illius Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Agens pro Eccleſia probare debet ſe ipſum eſſe Rectorem ipſius Eccleſiæ.*
2 *Adminiſtratores locorum religioſorum non admittuntur ad agendum, niſi probent de ſua adminiſtratione.*
3 *Eccleſia ſi vult recuperare res, quæ ab alio poſſidentur, probare debet, ſe occupaſſe res illas, antequam peruenirent ad illos poſſeſſores, & per publicam vocem, & famam illas res a tãto tempore citra, cuius initij non extet memoria, fuiſſe de ſuo dominio, & iure.*
4 *Per probationem famæ, ſi teſtes reddat dicti ſui cauſam, probantur dominia antiqua.*
5 *Eccleſia ſi recuperare vult, quæ ab alio poſſidentur, probabit eas illas tempore occupationis fuiſſe ita incultas, vt præſumerentur ex qualitate in nullius fuiſſe bonis.*

1 Agens pro Eccleſia debet probare † ſe ipſum eſſe Rectorẽ ipſius Eccleſię: vt cõſultum fuit à Pau. Caſtr. in conſ. 368. incip. iſte proceſſus eſt nullus. n. 3. vol. 1. in nouis per ea quæ animaduerſa ſunt à Io. Andr. in c. cũ deputati. ſuper verb. ꝓhibemus. de iudicijs, vbi tradit, adminiſtratores locorũ re-
2 ligioſorum non admitti ad agendum, † niſi probet de ſua adminiſtratione, & ratio eſt, quia ſi non eſt verus Rector, ſententia lata pro reo ſibi nihil prodeſt aduerſus verũ Rectorem. vt l. ſi ubi. §. cũ poſſeſſor. ff. de pactis. & l. Pomponius. §. ſed ex iis. ff. de procurat.

Verùm Eccleſia ſi vult recuperare res, quæ ab alio
3 poſſidentur † probare debebit ſe occupaſſe res illas, antequam peruenirent ad illos poſſeſſores, ita reſpondit Aret. in conſ. 15. nu. 3. verſ. præterea dato.

Præterea probabit per publicã vocem & famã, res illas à tanto tempore citra, cuius initij non extet memoria, fuiſſe de ſuo dominio, & iure, vt idem ibidem
4 Aret. tradidit. ver. vnum ergo † nam per probationem famæ, maximè ſi teſtis reddat ſui dicti cauſam, probatur dominia antiqua, iuxta ſententiam ſcribentium in c. veniens. de teſt. & tradidit Accur. in l. atqui natura. §. cum me abſente. ff. de neg. geſt.

5 Eccleſia etiam probabit res illas † tempore occupationis fuiſſe ita incultas, vt præſumerentur ex qualitate in nullius fuiſſe bonis, vel habitas pro derelicto, ſic cautum eſt ab eo. Aret. in d. conſ. 15. d. num. 3.

CONCLVSIO DLXXXII.

ARGVMENTVM.

Eccleſia an poſſit obligari, & conueniri ex mutuo, vel ſimili actu.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia non obligatur, nec conueniri poteſt ex mutuo, vel ſimili actu, niſi probetur illud mutuum.*
2 *Minor ex mutuo recepto a tutore, & curatore non obligatur, niſi probetur mutuum verſum fuiſſe in eorum vtilitatem.*
3 *Mutuum, vel pretium quando factum fuit præſente Capitulo, & Prælato: tunc non eſt neceſſe probare verſum fuiſſe in Eccleſiæ vtilitatem.*
4 *Quando aliquis particularis de Eccleſia habet mandatum a Prælato, vel Eccleſia, vt mutuum contrahat: tunc Eccleſia obligatur vſq; ad illam ſummam comprehenſam in mandato.*
5 *Mutuum verſum fuiſſe in vtilitatem Eccleſiæ probatur per apertam facti naturam, vt per ſenſum oculorum.*
6 *Refectio ſi ſequuta ſit, & non appareat, ex qua pecunia, præſumitur ex ea, quæ in hoc fuit mutuata.*

1 Eccleſia non obligatur, nec põt conueniri ex mutuo vel ſimili actu † niſi probetur illud mutuum, vel pretium in vtilitatẽ Eccleſię conuerſum fuiſſe, vt veriſimile tradidere glo. Bart. & cæteri ſcribentes in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. Eccl. & latè dicemus infra concluſione expenſæ in vtilitatem Eccleſiæ, & in concl. creditor, ad idẽ reſpondit Rum. in conſ. 68. viſa & benè intellecta. nu. 7. vol. 1. in hanc quoq; ſententiam conſultum fuit à Bar. Soc. in conſ. 15. viſis p̃dictis. lib. 1. vbi n. 21. & 22. multa exempla ſimilia collegit quod idem procedit in muliere contrahente cum viro, aut alio extraneo
2 in Ciuitate, in Dño ex mutuo facto ſeruo ſuo: † Idẽ in minore ex mutuo recepto à tutore, & curatore, q oẽs nõ obligantur, niſi ꝓbetur tale mutuũ verſũ fuiſſe in eorum vtilitatẽ, vt videre eſt ex iis, quæ deducta fuere à Soc. in d. conſ. 15. n. 22. & 23. & ab eodẽ Soc. cõſ. 29. Viſo quodam inſtrumento. nu. 14. vol. 1. & reſpondit Bal. in conſ. 353. ſicut ciuitas. per totum volum. 3.

Primò limitabis concluſionẽ locũ ſibi non vendicare, qñ huiuſmodi mutuũ, vel pretium factũ fuiſſet
3 præſente Capitulo & Prælato: † nam tunc non eſt neceſſe probare verſum fuiſſe in Eccleſiæ vtilitatem, & Eccleſia obligatur ꝓp cõſenſum Capituli, & Prælati, vt ſcripſit d. gl. in d. auth. hoc ius porrectũ, circa fi. & ibi Bal. & Cyn. & Bar. in l. ciuitas. ff. ſi cert. pet. & ꝓditũ eſt à Io. And. in c. 1. ext. de depoſiti: nam quando mutuũ fit Prælato, & Capitulo, eo ipſo intelligitũ verſum in vtilitatẽ Eccleſiæ, licet aliàs nõ probetur verſio. ita teſtatur Soc. d. conſ. 15. nu. 25. cum ibi adduct.

Extendas primã limitationẽ non ſolum ꝓcedere,
4 prout in ea, ſed et veram eſſe † qñ aliquis particularis de Eccleſia haberet mandatũ à Prælato, vel Eccleſia, vt mutuum cõtraheret: nam hoc caſu illa Eccleſia obligaretur vſq; ad illam ſummam comprehenſam in mandato; nec eſt neceſſe probare verſam in vtilitatẽ Eccleſiæ vt in d. c. 1. de depoſit. & ibi gl. & Doct. cum adduct. à Soc. in d. conſ. 15. nu. 25. vol. 1.

Verùm quomodo probabitur illud mutuũ verſum
5 fuiſſe in vtilitatem Eccleſiæ? Primũ † probabitur per apertã facti naturam, vt per ſenſum oculorum, quod fuit viſum expendi in eam cãm. Teſtimonium enim viſus excellentius eſt omni teſtimonio, vt §. ſed cum magis. Inſt. de gradib. ita ꝓdidit Bal. in d. cõſ. 353. nu. 2. vol. 3. Probabitur deinde per coniecturas, & à poſteriori, quia appareat, quod refectio ſit ſequuta, ſed non
6 appareat ex qua pecunia. † Nã præſumitur ex ea pecunia quæ in hoc fuit mutuata, nec enim vento reficiũtur ædificia, ſed cũ magno ſumptu & opera, ad quod pertinet. l. vlt. C. de vſur. pupil. & l. quæ tutores. C. de adminiſtr. tut. & l. ex duob. ff. de neg. geſt. & l. ſi vetri. §. vlt. ff. de priuileg. credit. ita me docuit Bal. in d. cõſ. 353. n. 2. vol. 3. quæ omnia creditor probare compellitur, quia ex hoc creditor fundat intentionem ſuam ita ibidem cauit Bal. in princ.

CONCLVSIO DLXXXIII.

ARGVMENTVM.

Eccleſia an præſumatur conſecrata.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia conſecrata non præſumitur, niſi probetur.*
2 *Eccleſia cathedralis diu ædificata præſumuntur conſecrata, ſecus in inferioribus. Contr. nu. 3.*

4 Quo

Digitized by Google

4 *Quæ ambigua ſunt de conſecratione conſecrentur.*
5 *Noua conſecratione non eſt opus, vbi de veteri extarēt ali-*
qua indicia, & vnus teſtis de viſu, vel de auditu.

1 Eccleſia non præſumitur conſecrata † niſi
probetur, vt teſtis eſt locupletiſſi-
mus Alc. in tract. de præſump. 2. reg. præſump. 4. nu. 2.
quod comprobat per c. ſolemnitates. diſt. 1. de conſe-
crat. Eccleſ. & latè id tradidimus in concluſione con-
ſecratio Eccleſiæ.

Iſtud velim limites, vt non ꝓcedat in Eccleſijs ca-
2 thedralibus diù ædificatis, † quia hmōi præſumuntur
conſecratæ, cum regulariter ſemper conſecrentꝰ, ſecùs
in alijs inferioribus, in quibus, ſi non appareant ſigna
ueluti cruces depictæ in parietibus, non pſumunt cō-
ſecratæ, vt aſſeruit Lamber. in trac. de iur. patr. 7. art. 2.
q. prin. 1. par. lib. 1. nu. 10. verſ. an autē quęlibet, quo in
loco admonet, propterea tutius eſſe, vt accommodē-
tur ſigna, & cruces exculptæ in lapidib. in ipſis parie-
tibus, quæ durarēt ſemper cum Eccleſia, & ita ipſum
conſuluiſſe quendam Epiſcopum volentem ædifica-
re certam Eccleſiam, vt ſcribit ibi.

Contrarium tū videtur ſentire Inn. in rub. de con-
3 ſecrat. Eccleſ. nu. 1. vbi inquit † quod ſi dubitetꝰ an Ec-
cleſia ſit conſecrata, nec ne, ꝙ ibi nō appareat aliqua
ſcriptura vel in libro Eccleſiæ vel columna, uel tabu-
la marmorea, tunc eſſe conſecrandam, & in terminis
eſt tex. in c. Eccleſiæ. de conſecr. diſt. 1. Eccleſiæ, vel
4 altaria † quæ ambigua ſunt de conſecratione conſe-
crentur, ait ibi tex. & in c. ſolemnitates, eadē diſt. 1. de
conſec. habetur etenim ibidem de Eccleſiarum cōſe-
cratione quoties dubitatur, vt nec certa ſcriptura, nec
teſtes exiſtant, à quibus conſecratio ſciatur abſq; vlla
dubitatione, ſcitote eas eſſe conſecrandas, nec talis
trepidatio facit iterationem, quoniam non mōſtratꝰ
eſſe iteratum, quod neſcitur eſſe factum, ſecùs verò, ſi
5 extarent aliqua indicia ſupra notata, † ac etiam vnus
teſtis de viſu, & ſecūdum alios etiam de auditu: quia
tunc nō eſſet opus noua conſecratione. reg. c. ſolem-
nitates. de conſecra. diſt. 1. in c. paruulos. diſt. 4. c. lanè.
24. quæſtio. 2. & c. hic videtur. 22. quæſt. 5. ratio eſt, ſe-
cundum eundem Innoc. vbi ſupra, quia alijs non ſit
præiudicium, quo in caſu ſemiplenæ probationes ſo-
lent ſufficere, vt ibi per eum, & ſeq. Dec. conſ. 135. ad
iuſtifica. nu. 2.

Concilies tamen has inter ſe diſſentientes ſenten-
tias, hoc eſt, vt opinio Inn. poſſit habere locum in Ec-
cleſia inferiori, & non in cathedrali, per ea, quæ ſupra
dixi ex mente Lamber. ſupra recitata, & vide ſupr. in
concluſ. conſecratio.

CONCLVSIO DLXXXIV.

ARGVMENTVM.

Eccleſia diù ædificata patiente diœceſano
an præſumatur fabricata auctoritate ip-
ſius Diœceſani.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia diu ædificata patiente diœceſano, præſumitur fa-*
bricata auctoritate ipſius diœceſani.
Contrarium. num. 2.
3 *Conſenſus eſt ſolemnitas quæ extrinſecus aduenit, quæ non*
debet præſumi, niſi probetur.
Auctoritas tutorum non præſumitur interueniſſe in con-
tractu pupilli, niſi probetur. ibi.
4 *Eccleſia eo ipſo quod in ea celebratur miſſa, & alia diuina*
officia præſumitur constructa conſenſu Epiſcopi, etiam
abſq; aliqua diuturnitate temporis.

1 Eccleſiam diù ædificatam patiente diœ-
ceſano præſumi fabricatā † au-
ctoritate ipſius Diœceſani, traditum eſt ab Arch. in
c. nemo. de conſecrat. diſtinct. 1. cui adhæret Cardin.
Flor. in c. requiſiſtis. de teſta. & prodidere Canoniſtę
in c. illud. de præſumpt. quod & placuit Iaſ. conſ. 176.
nu. 2. verſ. 4. facit. volu. 2. Idem voluit Iaſ. in l. ſi certis
annis. nu. 8. C. de pact. & in l. 1. poſt nu. 13. verſ. tamen
in hoc vehemētet. C. qui admitti. nec defuere, quam
plurimi huius ſententiæ aſſertores, vt Petrus Peruſ. in
tract. 4. Canonicæ. car. 10. uerſ. incidēter quęrit. Barb.
in c. licèt Heli. de ſimo. & in repet. rub. de fid. inſt. car.
pen. col. 2. Vbi hoc dictum dicit ſingulare. & in conſ.
33. ſcripſit Pſalmiſta. in prin. vol. 2. & in conſ. 1. col. 5.
poſt ver. & licèt iſta ſint. uol. 4. Imol. in l. qui in aliena
ff. de acq. hær. Dec. in l. 1. col. 4. nu. 8. verſ. ex glo. & ſu-
pradict. C. qui admitti ad bonorū poſſ. Fel. in c. Alb.
col. 2. nu. 4. verſ. idem Bal. de teſtib. & in c. illud. col. 3.
poſt nu. 5. verſ. & pro iſtis. de præſump. Alex. cōſ. 219.
Ponderatis his. col. 4. nu. 14. verſ. accedit id. uolu. 6. &
idem in cōſ. 101. ſuper primo dubio. nu. 5. uerſ. deniq;
poſito. vol. 7. & in conſ. 134. & quidem viſo. col. 6. nu.
16. uer. & adduco. uol. 4. Ruin. in conſ. 41. nu. 4. vol. 1.
& conſ. 108. nu. 1. in prin. uol. 5. Dec. in cōſ. 135. ad iu-
ſtificationem. poſt nu. 1. & conſ. 152. in cauſa exemp.
nu. 4. Fran. Balb. in trac. præſcrip. 10. par. 3. par. in q. 12.
Affli. in decıſ. 368. nu. 5. Roch. de Curt. in tract. de iur.
patr. in verb. pro eo quod. num. 19. verſ. 7. quæro. latè
Tiraq. de præſcri. §. 1. verb. per 10. annos. gl. 4. verb. ex
eo quod Diœceſani conſenſus. in 7. q. ver. 19. Gabriel.
Rom. tit. de præſump. concl. 1. num. 9. & dixi ſupra in
concl. conſenſus Diœceſani.
2 Contrarium † conſuluit Abb. in cōſ. 106. prius iux-
ta ordinem ſub nu. 2. uerſ. item non interuenit, uol. 2.
ea ratione, quia conſenſus eſt ſolemnitas, quæ extrin
3 ſecus aduenit, quę non debet præſumi, † niſi probetur,
vt reſpondit Caius in l. quęcunq; §. ult. ff. de publicia.
& c. ſicut de re iud. adducit ſimile de auctoritate tuto-
rum, quæ non præſumitur interueniſse in contractu
pupilli, niſi probetur, vt notat gl. in l. ſciendum. ff. de
verb. oblig.
* Priori opinione retēta, quæ ab * omnibus probatur,
amplia, ut & concluſio procedat eo ipſo quod in Ec-
4 cleſia celebrentur miſſa, & alia diuina officia. † nam
& eo caſu præſumitur conſtructa conſenſu Epiſcopi,
etiam abſq; aliqua diuturnitate tēporis, vt ait Archi.
in d. c. nemo Eccleſiā, de conſecrat. diſt. 1. quo in loco
& ſi ab omnibus in eam rem adducatur, ut in conclu.
diximus, id eſt, ex curſu temporis præſumi interueniſ-
ſe conſenſum Diœceſani in conſtruct. Eccleſię, tamē
reuera hoc non habetur ab Arch. ibi, ſed tantū illud,
ut ſi locus ſit in forma Eccleſię adeò, ut ibi publicè
celebretur à ſacerdotibus præſumatur auctoritas Epi-
ſcopi interueniſſe, nec quicquam dicit de tempore, et
ita illum ſimpliciter referēdo ſequitur Rom. in ſing.
315. incip. Tu Senēſis habes. Vbi hoc dicit ſingulare,
& à legiſtis incognitum. Idem Rom. tradit in conſil.
477. in caſu propoſi. n. 13. ubi hoc dicit notatu digniſ.
Sequitur Barth. Cæp. in tract. cautelarum. cautel. 311.
hoſpitale. Abb. in c. parentibus. num. 1. de priuilegijs.
Alex. in d. conſ. 219. ponderatis ijs. col. 4. nu. 14. verſi.
accedit id. lib. 6. Cald. conſ. 4. tit. de religioſis domib.
Feder. de ſen. in conſ. 130. factum eſt tale, quędam do
mus. & Paul. de Citradinis in tract. de iur. patron. in 3.
par. in 1. cauſa acquir. iuris patronatus. in 31. q. quib. in
locis habetur, quod eo ipſo quòd in Eccleſia publicè
celebretur, præſumatur ipſa auctoritate Epiſcopi cō-
ſtructa, & ędificata, ad quod latè conſulas Fel. in c. de
quarta. col. 4. verſ. 3. declaratio. de præſcrip. vbi & alia
ſigna ponit, & adeas etiam concluſionem noſtrā ho-
ſpitale, & concluſionem pius locus.

CON-

CONCLVSIO DLXXXV.

ARGVMENTVM.

Eccleſiam collegiatam eſſe quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia probatur collegiata, ſi hoc apparet ex inſtitutione ipſius, & per priuilegia, quæ conſtituunt illam collegiatam.*

2 *Eccleſia collegiata præſumitur ſi in quaſi poſſeſſione collegij reperiatur.*

3 *Eccleſia probatur collegiata per exercitium actuũ arguentium collegium, vt ſi communi vtatur ſigillo.*

4 *Eccleſiam collegiatam eſſe approbat actus factus per præſidentem in eccleſia cum ſocijs, qui nõ conſueuerit fieri, niſi collegialiter.*

5 *Eccleſia quæ olim fuit collegiata actu, licèt hodie nõ habeat collegium actu, ſed habitu tamen dicitur collegiata.*

6 *Eccleſia collegiata habetur, ſi conſtet, cum fuit conſtructũ collegium, decretum fuiſſe, vt ibi eſſent tres clerici vel plures.*

7 *Si in eccleſia ordinẽtur plures clerici, non propter hoc efficitur collegiata, niſi patronus conſentiat.*

8 *Cathedrales, & eccleſiæ regulares, quę ſatis dotatæ ſunt, ius collegij habent de iure communi.*

9 *Collegium, vt cõſtituatur, requiritur quòd ſaltem ſint tres.*

10 *Eccleſia probatur collegiata, ſi exerceantur iura ſpectãtia ad collegium.*

11 *Eccleſia quando ſimpliciter reperitur deſcripta in cataſtro epiſcopi inter eccleſias collegiatas nõ probatur collegiata.*

12 *Signa per quæ cognoſcitur eccleſia collegiata.*

1 Eccleſia collegiata probatur primo ſi hoc apparebit † ex inſtitutione ipſius eccleſiæ, ad quã prius erit confugiendũ, vt admonuit Abb. in c. nobis. n. 7. de iur. patr. & ceſſante inſtitutione ſiue alio ordine poteſt probari collegiata per priuilegia, quæ conſtituunt illã collegiatã, vt auctor eſt Inn. in c. poſtulaſti. nu. 1. de iur. pat. quod etiam colligitur ex Martiani reſponſo in l. 3. ff. de colleg. illi. cui ſententiæ ſe ſubſcripſit And. Barb. in cõſ. 17. Præclarè col. 2. verſ. vbi quæritur qualiter probetur. & conſil. 5. nu. 20. vol. 1. idem decidit Guid. Pap. in q. 258. in cap. Eccleſia collegiata. & videas c. ſignificauit. de iure. patr. atq; c. ſignificauit. de appel. & obſeruatũ eſt in c. nobis. d. tit. de iure patron. vbi Abb. nu. 8. verſ. in gl. in verſic. in conuentuali, quod proſequitur Alex. latè in conſ. 71. nu. 4. & 34. & conſ. 75. num. 3. volu. 4. Inſuper
2 † præſumitẽ collegiata, ſi in quaſi poſſeſſione collegij reperiatur, vt ait Abb. in d. c. alij, poſt nu. 8. ver. ſi verò non apparet de ordine, ſequitur Barb. in d. cõſ. 17. col. 5. nu. 18. verſ. quòd eccleſia defenditur. d. vol. 1. per l. ſi quis ignorans. ff. locat. l. apud Labeonem. §. ſi quis virginis. ff. de iniur. cap. ſi verò, de ſententia excommunic. vbi talis quis iudicatur, qualis eſt eius ſtatus, cognoſcitur. n. eſſe in poſſeſſione collegij, ſi exercet iura pertinẽtia ad ſolum collegium, vt dixit Abb. in d. c. nobis. poſt d. nu. 8. verſ. quomodo autem, de iure. patr. & ſequitur Barb. d. conſ. 17. d. col. 5. nu. 19.

3 Amplia, vt etiã probetur collegiata † per exercitiũ actuũ arguentium collegium, vt ſi cõmuni vtatur ſigillo, vt Panor. aſſeruit vbi ſupra, & in c. cũ Eccleſia Sutrina. de cau. poſſ. & propr. Itẽ ſi arca vtatur cõi, vt colligitur ex l. 1. ff. cuiuſq; vniuerſi. & ex c. quãquam. de vita, & honeſt. cler. & ex c. cum ad monaſterium, de ſtatu monach. ex communi etiam fraternitate, & ſimilibus, nam per huiuſmodi ſigna probatur Eccleſia collegiata, iuxta ſentẽtiam Cardinalis in c. nobis, de iur. patr. nu. 2. & 3. & ibi omnes ſcribentes cum ſequuntur: & idẽ ſequitur, & atteſtatur And. Barb. in d. conſ. 17. nu. 4. lib. 1. per totum, vbi latiſſimè hanc materiã proſequitur. Ad hæc ſi præſidens in eccleſia faciat aliquem actũ cum ſocijs, qui non cõſueuerit fie-
4 ri, niſi collegialiter. † Ille enim actus approbat illam eccleſiam eſſe collegiatã, & concludenter, vbicunq; ſunt ibi tanquam caput, & membra ibi probatur eſſe collegium, vt teſtatur Alex. in conſ. 74. num. 4. & cõſ. 75. nu. 5. lib. 4. cui accedit Fed. de ſen. in conſ. 61. quod incipit, Vacante quodã prioratu peculiaris eccleſiæ, & probauit Barba. d. conſ. 17. nu. 3. pulchrè conſuluit Oldr. in conſ. 281. nu. 1. & per tot. quod prioratus Sancti Bandilij, & dixit gl. in c. 1. de electio. idem placuit Innoc. in d. c. poſtulaſti. vbi latè: & de prædictis ſignis videas Felyn. in c. accedentes. num. 3. de præſumpt. & Panorm. in c. nobis. à num. 8. quaſi vſque ad finem. de iure patron.

Secũdo loco amplies velim concluſionẽ, vt etiam
5 Eccleſia, † quæ olim fuit collegiata actu, licèt hodie non habeat collegium actu, ſed tantũ habitu, tamen dicatur collegiata, vt reſpondit Alex. in d. cõſ. 75. nu. 4. & 5. conſ. 74. lib. 4. ad quod pertinẽt ea, quæ animaduertit Inno. in c. de multa. de præbend. vt referunt, & ſequuntur Alex. atq; Fel. in d. c. accedentes, ſub nu. 2. verſ. ponit etiam: de præſcript.

Quòd limitabis, niſi per auctoritatem ſuperioris collegium fuerit deductum, vt teſtatur Fel. vbi ſup. d. verſ. ponit etiam.

Tertiò ampliabis, & ſi priuilegium, uel extraordinatio ſup hoc nõ appareat, ſi tñ conſtet, cum fuit cõ-
6 ſtructum collegium decretum fuiſſe, † vt ibi eſſẽt tres clerici, vel plures, vel pro tot fuiſſe eccleſiam dotatã, tunc ſimiliter habebitẽ eccleſia collegiata, ſic inſigniter tradidit Inn. in d. c. poſtulaſti. nu. 1. & c. 1. 10. q. 1. & c. nemo. 1. diſtin. atq; c. placuit. 1. q. 2. c. cũ dilectus, de conſue. c. 1. de elec. quod effatum Inn. refert, & ſequitur Barb. d. conſ. 17. nu. 1. ſub finem: & meminit Lamber. tract. de iure patron. 5. princ. q. 1. par. 2. lib. num. 2. 3. & 8. vbi latè.

Iſtud limitabis, & intelliges, dũmodo rè vera priuilegiata cõſtituta ſit, aliàs collegiata, vt tradidit Barb. ibi n. 1. & 2. verſ. modò in propoſito. Vnde ſi in eccle-
7 ſia ordinentur, et conſtituantur plures clerici † non pp hoc efficitur collegiata, niſi patronus conſentiat ac alij, qui ex mutatione ſtatus lędentur, vt ſancitum eſt in c. monaſteriũ. 16. q. 7. & in c. rationis. & c. ſi qs vult ead. q. & ita aſſeruit Dominus Cardinalis in d. c. nobis. in 3. q. atq; c. piæ mentis. d. 16. q. 7. vt quiſq; de vit. & honeſt. clericorum, et latè ſe fundit ad hoc Barb. d. conſ. 17. vbi ſupra, ſcripſit Fely. in c. in noſtra. nu. 27. verſ. item Seius. de reſcr. ubi ex auctoritate Arch. in c. monaſterium. 16. q. 1. admonet non ſequi: in tali Eccleſia ſtant multi clerici, ergo ibi collegium, ſed plura alia requiruntur, de quibus Inn. et alij in c. cum dilecta. de exceſſ. prælat.

Sublimita, vt hoc nõ ꝓcedat in eccleſijs cathedra-
8 libus nec regularibus, † quę ſatis dotatæ ſunt, et in quibus clerici communem vitam degũt: quia illi ius collegij habent de iure communi: ita ſentit Barbat. in d. conſ. 17. n. 2. et colligitur ex c. ne pro defectu, de elect. atq; à c. cum dilectus, de conſuet. et ex c. quoniam, de vita, et honeſt. cleric. et ita prædictam ampliationem intelligi debere, et limitationem, docet c. dilecta. de conceſſ. præben. et atteſtatur Barb. d. nu. 2. ſub fin.

Nec ſine rõne diximus in ſuperiori ampliatione
9 tres vel plures, † nã vt collegiũ cõſtituatur requiritur, ꝙ ſaltẽ ſint tres. ita probatur in l. Neratius. ff. de verb. ſignif. et placuit Inn. in c. 1. de elec. et huc per quandã ſimilitudinem pertinet. c. 1. 16. q. 7. et quod ibi not. gl. et ſenſit Barb. d. conſ. 17. nu. 15. et hoc quidem de iure ciuili. Cæterùm de iure canonico: uidentur duo facere collegium. argu. c. 1. de elect. Arch. tamen in c. 1. 16. quæſt. 7. dicit, videtur quòd retineatur collegium per duos, et etiam per vnum, vt d. c. 1. de elect. et c. 1.

10. q.

16.q.7.quod ita intelligendo eſſe aſſerit: non tamen poſſe conſtitui ait per duas, & ita voluit gl. in d.c.1.& ita etiam placuit D.Card.in c.1.de elec.ad quod ſpectat glo.in rub.ff.de colleg.illicit. & in l.deſtatio.ff. de verb.ſign.& ſequitur Barb vbi ſup.d.nu.15.ſub ti.

Quartò prætereà ampliabis, vt etiam locũ habeat, etiam ſi non conſtet de priuilegio, liqueat tñ de con-
10 tinua poſſeſſione actuũ ſpectantium ad eccleſiã, † & ſi exerceant iura ſpectantia ad collegiũ, vt quia conſueuerunt clerici facere ſindicum per eum iurare, vt l.1.ff.quod cuiuſque vniuer.nom.& c. imperatorum. cap.in perpetrandis de iur. calum.quod pluribus agit Panorm.in c.nobis nu.8.de iur.patr. Item quod conſueuerint eligere prælatum, vt in c.1.ext.de elec. Et in primis procedit hæc ampliatio, quando ad huiuſmodi actus exercendos conueniunt ad quendam locum certum: ita voluit gl.ſin c. cum omnes de conſtitutio. & in cap.ſicut de electio.lib.6.& in l.ſicut.ff.quod cuiuſque vniuer.nom.& latè reſpondit Barb.in d.conſ. 17.nu.18.cui accedit Dec.in c.cum venerabilis.num. 136.de except.

Quintò ampliabis, ut omnia ſupradicta ſigna non requirantur ſimul.ut dicit Zabarel.in c.dilecta. extra de exceſſ.prælat.c.& hi,qui de æta.& qualit. in clem. & decidit Guid.Pap.d q.258.& Fel.etiam id ſenſit in d.c.accedentes.nu.2.de preſcrip.

Limitare poteris concluſionẽ locum ſibi non ven-
11 dicare, †qñ ſimpliciter reperitur deſcripta in cataſtro Epiſcopi inter collegiatas, quia illa deſcriptio nõ probat eccleſiam collegiatam; iuxta ſententiam Barb.in d.conſ.17.nu.3.& 4.arg.l.non ob hoc. C. vnde cogn. l.non nudis,& l.neq; natales.C.de prob.cui ſententiæ proculdubio conuenit, quod traditum eſt à D.Abb. poſt alios in d.c.dilecta de exceſſib. prælato. ſed cum illa inſcriptione requiruntur illa, de quibus ſupra dictum eſt,& videas Achil. deciſ. 100.

12 Signa autẽ, † per quæ cognoſcimus. Eccleſiam eſſe collegiatam ſunt, ſigillũ, vſus ſigilli, tractatus cõmunes, ut in c.cum Eccleſia vtitur de cauſa poſſ.& prop. Aula cõmunis, vt in l.1.ff.quod cuiuſq; uniuer.nom. refectorium,& dormitorium commune, ut in c. quãquam de uit.& honeſt.cler. c.cum ad monaſt. de ſtat. monach.communis introitus, & ſimilia, ut adnot. Barb.in d.conſ.17.nu.3.uerſ.& ſubdit Hoſtiẽ. allegat eundem Hoſt.& Imol.quos proſequitur plenè Card. in c.nobis.de iure patr.in 2.& 3.q.& omnes ſcribẽtes ibid.ut atteſtatur Barb.ibid.

CONCLVSIO DLXXXVI.

ARGVMENTVM.

Eccleſia quælibet, an in dubio præſumatur libera.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia quęlibet eſt, & in dubio prę́ſumitur libera, niſi probetur ſubiecta iuri patronatus.* Contrarium *num.* 4. Conciliatio. *num.* 6.
2 *Iuſpatronatus eſt quędam Eccleſię ſeruitus, & pro eo nõ prę́ſumitur, niſi probetur.*
3 *Quęlibet res prę́ſumitur libera, niſi contra probetur.*
5 *Iuſpatronatus acquiritur ex fundatione.*
7 *Eccleſia libera prę́ſumitur, quãdo nullus apparet poſſidẽs.*
8 *Eccleſia potius det dici, & prę́ſumi patronata, quã libera.*
9 *Eccleſia libera prę́ſumitur, niſi probetur patronata per confeſſionem, vel conſuetudinem prę́ſentandi in ea per plures actus.*
10 *Eccleſia prę́ſumitur eccleſię ſubiecta, ſi ei ſoluat cathedraticum.* Contrar.*nu.*11.Concil.*nu.* 12.
13 *Solutio indeterminata arguitur, & certificatur ex circunſtantijs.*
14 *Probatio generalis, & ęquiuoca non releuat probantes ſuper certa, & determinata ſignificatione.*
15 *Eccleſia libera non eſt, ſi alij eccleſię quartam prę́ſtet.*
16 *Eccleſia libera non prę́ſumitur, ſi pro viſitatione comitigium prę́beat.*
17 *Eccleſia ei prę́ſumitur ſubiecta, cui ſuos cõſignat infantes.*
18 *Eccleſia ei prę́ſumitur ſubiecta, cuius ſententiam contra ſe aliquando latam obſeruauit.*
19 *Eccleſia ei ſubiecta prę́ſumitur, cuius mortuos ſepeliuit.*
20 *Eccleſia omnis ſita intra fines diœceſis prę́ſumitur Epiſcopo ſubiecta.*
21 *Eccleſia ędificata de fructibus eccleſiaſticis prę́ſumitur ab epiſcopo fuiſſe ſubiecta illi eccleſię, de cuius fructibus eſt conſtructa.*
22 *Eccleſia prę́ſumitur ſubiecta epiſcopo ex eo, quod ei det aliquid epiſcopale.*
23 *Eccleſia ratione feudi laico ſubiecta prę́ſumitur.*

1 Eccleſiam quãlibet eſſe, & in dubio præſumi liberam, † niſi probetur ſubiecta iuri patronatus traditum eſt ab Innocẽt.in c. venerabilis, de exception.rei iudic.in fi.& Dec.ibid. ſub num.138.quod & probauit Roch. de Cur. tract. de iure patron.verſ.conſtruxit, q. 20. hoc idem voluit Archid.in c.decernimus.16.q.7.& reſpondit Dec. in conſ.573.in caſu propoſito.nu.2.& in conſ. 117.pro tenui, poſt num.1.verſ.& ideò in caſu, quod etiã cautum eſt à Rol.à Val. in conſ.47.num.10.vol.1.& conſuluit Hieronym.Gigas in conſ.48.num.15.vbi alios adducit concordes.& deciſum fuit a Caſtan.in deciſ. 7.hactenus obſeruatum eſt, num.6.& ſequen. de iure patr.& meminit Bald.in c.ſignificauit, in princ.de te-
2 ſtib. Et ratio eſt, † quia cum ius patronatus ſit quędam eccleſiæ ſeruitus, vt dixit Abb. in conſ.59 quidã Dominus Iacob.num. 3.lib.2.quod etiam ſancitum eſt in tex.d.c.ſignificauit, & ibi not.de teſti.propterea ſit odioſa res; pro eo nõ præſumitur, niſi probetur, vt ait Dec.vbi ſup.d.n.139.& in d.conſ.573.nu.2.& aſſeuerauit Paul.de Citad. in ſuo tract.de iure patron. par. 3.cau.2.q.5 ditc. fi.quem refert,& ſequitur idem Gig.
3 in d.conſ.48.nu.16.quæ ratio confirmatur. † nã quælibet res præſumitur libera, niſi contra probetur, vt dixit Accur.in l.altius in verbo, prohibetur. C.de ſer.& aqu.quem refert & ſequitur idem Gigas in d. cõſ.48. d.nu.16.& in conſ.49.num. 24.

Aperto marte pugnauit cõtra hanc ſnĩam Lãbert. de iur.patr.lib.1.quar.art.2.prin.partis.1.n.14.ſuamq;
4 opinionẽ ea corroborat ratione, quia non naſcitur, ſed fabricatur ab alijs,& in ſuũ, ut ipſe ait eſſe producit, et ita dixit Abb.ſæpius tenuiſſe in c.quærelã.in 3. notab.in 2.& 3.col.de elec.quam quidem ſnĩam cõi ſcribentium calculo approbatam eſſe ait ſupra idem
5 Lamber. Et certũ eſt † iuſpatronatus acquirit ex fundatione, ut ad id latè ſundit idem Lamber.ubi ſup.10.q. prin.1.par.lib.1.et idẽ Lamber.art.9.1.q.princ.2. par. 2.lib.nu.8.et art.7.11.q.prin.nu.3. et 4.

Huius tñ diſtinctionis fędere has inter ſe pugnan-
6 tes prudẽrũ lites ſedare poterimus, ut dicamus, † Aut aliquis eſt in poſſeſſione, ſeu quaſi ipſius iuriſpatronatus, in qua fuit ipſe, et illi, à quibus cãm habuit p longiſſimũ tempus. de cuius initio memoria non extat; tunc præſumitur Eccleſia patronata cũ nõ naſcatur, ſed fiat ab alijs, et ideò poſſidens præſumit patronus, et ex hoc iuſpatronatus dr artificiale, et nõ naturale,
7 ut inquit Lãber.ubi ſup.in 2.q.1.pat.1.art lib.1. † Aut uerò nullus apparet poſſidens, et præſumitur libera. arg.c.ſignificauit, et quod ibi notat Bald.de teſtibus, quæ quidem diſtinctio probatur per dicta Ioã. Andr. in reg.quod alicui, de reg. iur. in 6. atque per Abb. in conſ.76.plura ſunt examinanda, ante nu.1.uerſ. circa primũ.li.2.ubi ita in conſuetudine debere obſeruari, atteſtaẽ, et in conſ.106.prius iux.ordinẽ.poſt n.1. uer.

item tertio.eo.lib.1.vt refert Lamberr.in 7.art. 11.q.
8 prin.2.par.lib.1.nu 1.qui tamen ibid. nu. 4. † concludit potius debere dici,& præſumi patronatam,quam liberam:licet Roch.diſſentiat,ideſt,preſumi liberam de iure patron in verbo,ipſe,vel is,à quo,in 36.q.in 4. concl.Lambert.verò ratio verior eſſe videtur, quàm pro ſua opinione in medium adducit.
9 Cōcluſionem noſtram primò limitabis,† niſi probetur patronata per confeſſionē, vel cōſuetudinē p̄ſentandi in ea p plures actus,vt obſeruauit Abb.in c. querelam.nu.9. vbi de* communi ſententia ſcribentium,& hanc in praxi obſeruari teſtatur,de elect. vbi etiam glo.
10 Secundo loco limitare poteris,†vt Eccleſia præſumatur Eccleſiæ ſubiecta,ſi ei ſoluat cathedraticū, vt ſancitum eſt in 18.q.3.illud 1.& 2.idem voluit Bal.in l.ſolet,§.non vero,poſt nu.3.in fi.ff.de off.procon.
11 Contrariā tñ hac in re ſequutus eſt ſn̄iam†Abb.in c.2.in fi.de cenſib.cui adhæret Fel.in c. cū Bertol. nu. 26.verſ.meritò,dicit Abb.de ſentēt. & re iud. reiecta Bal.ſententia in d.l.ſolet.§.non vero.d.nu.3.de offic. procon.ea rōne permoti,quia ſolutio cēſus poſſit eſſe æquiuoca ad multa:nā,vt inquit Fel. in c. ad audientiam.nu.21.verſ.ſed in contractu,de præſcri.aliquando ſolutio cenſus oſtendit ſubiectionem, aliquando exceptionem,aliquando protectionem,vt ibi per eū.
Iſtud tamen auctorū diſſidium tollere poteris hoc
12 pacto,† vt limitatio noſtra,& Bal.ſentētia procedat, qn̄ cēſus præſtabatur in ſignum ſubiectionis, vel aperte,vtpote hoc exprimebant, vel tacitè, vt quia tēpore,quo alij ſubditi ibant ad ſynodum,ibi ſoluebāt cēſum.nā ratione loci, & acceſſus,& ex qualitate perſonæ cui ſoluebat̄,ſatis pōt argui, ꝙ in ſignū ſubiectionis ſoluebāt,ſic intelligit,& reſtringit Bal. dictū in d. l.ſolet.§.non verò.Abb.in c.vlt.nu.4. de cau. poſſ. &
13 propriet.† nā indeterminata ſolutio arguit̄,& certificatur ex circunſtantijs,ita doctiſſimè, & eximiè ſcripſit Accur.in l.cum quid.in verbo,pro cauto.ff.ſi cer. pet.ad quod ſpectat.c.illud,& ꝙ ibi not.de p̄ſump.ſecus verò eſt,vbi ſolùm probata eſt cenſus ſolutio,nec ſunt aliæ coniecturæ in ſignū ſubiectionis:tunc enim nō probat̄ ſubiectio,nec poſſeſſio ſubiectionis. nā cū ſolutio cenſus,vt paulò ante dicebamus, plura ſignificare poſſit,vt in c.recepimus,de priuileg. & in c.quāto.de cenſib.& in c.præterea.eo.tit.& tradidit gl.in c. vlt.in verb.ad ſubiectionis indicium,de cau. poſſe.&
14 propr.† pbatio gn̄eralis,& equiuoca nō releuat pbātes ſuper certa,& determinata ſignificatione, vel ſup certa ſpecie contenta ſub genere pbato, vt eſt cōtex. inſignis in c.in p̄ſentia, de prob. huc itē pertinet contex.vnà cū gl.in c.quia de except.li.6.ita diſtinguit,& intelligit Abb.in d.c.vlt.nu.4.de cau.poſſ.& proprie.
15 Tertiò velim reſtringas, † ſi alij Eccleſiæ quartam præſtet,vt conſtitutum eſt in 10.q.3.c.priſcis,& ſeq.& cauit Fed.de ſen.in conſ.130.factum eſt tale.
16 Quartò limitare tibi licebit,† ſi pro viſitatione cōuiuium præbeat.10.q.3.c.illud magnitudinē.ei enim ſubiecta præſumitur.
17 Quintò limites velim, † vt Eccleſia ei præſumatur ſubiecta,cui ſuos conſignet infantes.10.q.3. ſic cōſtituit Gelaſius Pont.Max.in c,nec numerus.
18 Sextò fallit,vt ei præſumatur ſubiecta,† cuius ſententiam contra ſe aliquando latam obſeruauit, vt ſcitum eſt in c.olim,il 3.de reſt.ſpol.
19 Septimò reſtringas,vt ei ſubiecta præſumatur,†cuius mortuos ſepeliuit, vt decreuit Melchias Summus Pōt.in 13.q.2.c.placuit,& videas.c.2.de reſt.ſpol.li.6.
Octauò limitabis, vt Eccleſia omnis ſita intra fines
20 diœceſis,† præſumatur Epiſcopo ſubiecta,vt fuit decretum in c.cōſtitutus,de religio.domi.& 16.q.7.omnes baſilicæ,quod ſecus eſt in alio prælato,vt c. vlt. in prin.& quod ibi not.gl.in verb.ſit ſitum,& cæteri ſcribentes, de off. Archid.

21 Nonò fallit,† ſi Eccleſia ædificata ſit de fructibus eccleſiaſticis,preſumatur ab Epiſcopo fuiſſe ſubiectā illi Eccleſiæ, de cuius fructibus eſt conſtituta. 3. q. 2. apoſtolicos,cum glo. in ver.tradat.
22 Decimo velim limites, † vt Eccleſia præſumatur ſubiecta Epiſcopo ex eo, quòd ei det aliquid epiſcopale vt docuit Abb.in c.in cauſa.nu.5.de cau. poſſ.& propr.ita quoque reſpondit Feder.de ſen.conſil.130. factum eſt tale, quædam domus.
23 Vndecimò fallit, † vt ratione feudi Eccleſia laico præſumatur ſubiecta,vt videre eſt ex c.ſolitæ,de maio.& obed.atq; conſulendo tradidit Natt.in cōſ.508. ſuperioribus annis. nu. 31.

CONCLVSIO DLXXXVII.

ARGVMENTVM.

Eccleſiarum vnio quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiarum vnio probari debet per ſcripturam.*
2 *Eccleſiarum vnio non præſumitur nec probatur ex præſcriptione aliqua,niſi tanti temporis, cuius initij memoria non extet in contrarium,intellige vt nu.6.*
3 *Clericus ſi poſſideat duas Eccleſias longo tempore patiente ſuperiore præſumitur facta vnio, licet aliter de vnione probari non poſſit.*
4 *Eccleſiarum vnio ex diutina temporis præſcriptione præſumitur facta conſenſu Epiſcopi, & Capituli.*
5 *Vnionem factam eſſe non præſumitur ex longo tempore, & patientia ſuperioris.*
7 *Eccleſiarum vnio non præſumitur ex ſola antiquitate, ſed cum ipſa apparere debet clericum illas Eccleſias poſſediſſe tanquam vnitas.*

1 Eccleſiarum vnio probari debet †per ſcripturam: ita cōſultus reſpondit Crau.in conſ.258.nu. 11. nam cum ſit ſpecies quędam alienationis vnio, ſcriptura omninò in ea requiritur:vt conſtitutum eſt in c. ſine exceptione. 12.q. 2.& in c.1.de reb.eccl. nō alie.li.6. & id ſenſit gl. in c.1.§.poſtquā,in verb.in ſcrip.in 9.caſu, de cenſib. lib.6. cui ſe ſubſcripſit Alexand. conſil. 219. colum. 5.vol.6. num. 13.
Concluſionem ampliabis,vt nec vnio pręſumatur,
2 nec probetur ex præſcriptione aliqua,† niſi tanti temporis ſit præſcriptio cuius initij memoria nō extat in contrarium,vt docuit Crauet.in d.conſ 258.nu. 11.& in hanc deſcendit ſententiam Io. Andr. in regula qui cōtra, in mercur. & tradidit Card.in clem.1.§.ad hęc de ſtatu mon. cui opinioni accedit Abb. in conſ. 38. col.2.& in d.conſ.106.circ.fi.lib.2.vnde merito fit, vt
3 † ſi clericus poſſideat duas eccleſias longo tempore patiente ſuperiore præſumatur facta vnio, licet aliter de vnione probari nō poſſit;ita conſuluit Arch. cōſi. 161.incip.in quæſtione eccleſiæ, ad fi.quem ſequitur Iaſ.conſ.176.nu.2.vol.2.atq; Tiraq.tract. præſcrip.in verbo,per 10.annos verſ.21.Dec.etiam cōſ. 409. viſo conſ.col.1.& Rom.conſ. 275. quoad primū,an Abb. nu.3.& Gemi.in conſ.87.apparet quædam vnio,in 2. dub. Alex.in cōſ.219.Ponderatis his,n.13.vol.6. & in conſ.79.circa primum,poſt nu.4.vol.1.Iaſ.in l.ſciēdū col.6.verſ.ſeptimò facit.de verb.obl.cū plurimis alijs relatis à Boer.in deciſ.345.nu. 5. & 6.
Velim tamen ſubamplies prędictam ampliationē
4 procedere, † vt ſolùm ex illa diutina tēporis præſcriptione præſumatur facta conſenſu epiſcopi, & capituli,qui requirebāt, vt auctor eſt Tiraq.vbi ſupra, & p multa inſigniter voluit Alex.in d.conſ.219. Pōderatis his.col.3.ver.corroborant prædicta.lib.6.ꝙ & ſenſit Abb.in conſ.106.prius iuxta ordinem.cir. fi. vol. 2.
Verùm

5 Verùm non præſumi vnionem factã ex longo tẽ-
pore,& patiẽtia ſuperioris, apertiſſimè tradidit Alex.
ſibi ipſe contrarius in conſil. 70. in cauſa inter domi-
num.poſt nu.12.verſ.& ſic patet. vol. 3.
Intelliges prędictam ampliationem tum maximè
6 procedere,† quando tractatur de vnione vnius eccle-
ſiæ curatæ ad aliam eccleſiam curatã,ita cauit Crau.
d.conſ.258.nu.11.cum ibi adductis ab eo,& itẽ alios
retulit Io.And.in Merc.reg.qui contra.citauit quoq;
Cardi.in clem.1.§.ad hoc.de ſtat.monach. in mediũ
etiam protulit.Abb.conſ.38.col.2.& Alex. recenſuit
conſ.70.col.pen.verſ.ortius dixit.lib.3.
Limita cõcluſionem , & ampliationem veras eſſe,
quãdo cum antiquitate temporis interuenerit etiam
7 factum hominis,vtſcilicet appareat clericũ illas ec-
cleſias poſſediſſe tanquam vnitas : cæteroqui ex ſola
antiquitate non præſumeretur.ita Ripa ſcripſit in l.1.
col.19 nu.104.ff ſol. matr. quem ad hoc ſequit̃ Crau.
in tract.de antiq.temp.in 3.par.§.vlt.nu.40. Reliqua
explicabuntur in concluſione tertia.

CONCLVSIO DLXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Eccleſiasticæ res an præſumantur lædi à cõiunctis perſonis.

SVMMARIVM.

1 Res, ſi dubitetur res quæſitas à prælato, fuiſſe quæſitas poſt adeptum beneficium, vel ante, in dubio præſumptio erit pro eccleſia.

2 Eccleſiaſticæ res potius prę ſumuntur lędi à coniunctis perſonis, quam ab alijs.

Epiſcopus propinquis ſuis pro ratione, & neceſſitate exigẽte alimenta ſubminiſtrare deuincitur. ibid.

3 Eccleſia dicitur conſtructa ab illo populo, vel ab illis parochianis, vbi conſtructa eſt.

4 Actus vbi requirit impenſam, & reperitur factus, & neſcitur a quo, præſumatur factus ab eo cuius intereſt.

5 Eccleſiæ ſiue capellæ monachorum ſubſũt ordinarijs quoad vtranq; legem, niſi probentur exemptæ per præſcriptionem vel priuilegia.

6 Epiſcopum ſciuiſſe eccleſiam fuiſſe interdictam, cui incumbat onus probandi.

Ex bonis eccleſiæ prælatũ acquiſiuiſſe bona ſi qs
dicat,& alius contendat ſibi cõparaſſe ex bo-
nis paternis,cui incumbat onus, dictum eſt vberrimè
ſupr.in concl.Bona Prælati. & tradidit Fran. Aret. in
1 cõſ.31.n.1.& 6.vbi dicit,† ꝙ ſi dubitetur,quæ res quæ-
ſitæ à prælato fuerint quæſitæ poſt adeptũ benefi-
cium,vel ante. in dubio præſumptio erit ꝓ eccleſia,
idẽ tenet Bal.in auth.licẽtia.C.de epiſ.& cler.ver ſed
reuoco in dubiũ.Nec illud,ad rẽ noſtrã maximè pti-
2 nens è medio relinquã,eccleſiaſticas res potius† præ-
ſumi lædi à coniunctis perſonis,quã ab alijs,vt ſanci-
tum eſt in c.peruenit.1.q.3.c.epiſcopus.10 q.2 Quan-
do epiſcopus propinquos ſuos pro ratione, & neceſ-
ſitate exigente alimenta ſubminiſtrare deuinciatur,
c.non ſatis.86.diſti.d.c.epiſcopus, & tradidit Luc. de
Pen.in l.quemadmodum.nu.96.C.de agr.& cenſ.lib.
11.c.vlt.extra de conuerſ.fidei.c.decenter.89. diſt.
Neq; prætererim eccleſiam dicendam conſtructã
3 eſſe † ab illo populo, vel ab illis parochianis, vbi eſt
conſtructa eccleſia, vt teſtis eſt Lamber. de iure patr.
artic.11.q.prin.2.par.1.lib cui accedit Roch. de Cur.
de iur.patrõ.in verb.conſtruxit.nu.28.verſi.28.quæro
vbi ita decentem teſtatur Abb.in cõſ.106.incip.prius
iuxt.ordinem in prin. & in fi.vol.2.& in c.querelam.
de electio. Ad quod confirmandum illud adduci po-
4 teſt † quod vbi actus requirit impenſam, & reperitur
factus,& neſcitur à quo,præſumatur factus ab eo, cu-
ius intereſt, vt tradit Lamber.& Roch. vbi ſupra in
dictis locis ita Bart.docuit in l.cum ſeruus.ff.de verb.
obli.quod comprobat per caſum eximium,& ſingu-
larem in l.vlt.C.de aliment.pupill.præſtan.ſed popu-
li intereſt habere eccleſiam, igitur,& c.quod etiã di-
xit Abb.in d.conſ.106.
5 Contentaneum inſtituto noſtro,& illud eſt† vt ec-
cleſiæ,ſiue capellæ monachorum ſubſint ordinarijs
quoad vtranq; legem,niſi probetur exemptæ per prę-
ſcriptionem,vel priuilegia,vt auctor eſt Bal.in c. au-
ditis.nu.1.de præſcrip.& retulimus ſupra in cõcluſio-
ne Capella.
Sed illud quiſpiam à me quęſierit eccleſiam inter-
6 dictam fuiſſe aſſerenti, quod Epiſcopus ſciuerit † cui
incumbat onus probandi iſtiuſmodi, ad hanc rẽ con
ſilat Feder.de ſen.in conſ.231. in aliqua ciuitate.vbi
ſub nu.2.verſ.ſi ex vicinitate: ait ex paruo loci inter-
uallo præſumi Epiſcopum ſciuiſſe: vndè illi incum-
bit onus probandi,ſecus autem ſi longius abfuerit,vt
ibidem idem aſſerit.

CONCLVSIO DLXXXIX.

ARGVMENTVM.

Eccleſia an Parochialis probetur ex eo, quod habeat parochiam ad eius curam deputatam.

SVMMARIVM.

1 Eccleſia probatur parochialis ex eo, quod habet parochiam ad eius curam deputatam.

2 Eccleſiæ parochiales probantur eo quod curam habeant.

3 Eccleſia maximè parochialis probatur, quando quis in ea tenetur miniſtrare, vel recipere ſacramenta eccleſiaſtica, baptizare, confiteri, ſepelire, & alia id genus.

4 Eccleſia en parochialis probatur, qua quis recepit ſalutis pabulum.

5 Eccleſia parochialis non cenſetur, quæ curam tantum habet nomine, & habitu, non re, & actu.

6 Parochianum alicuius eccleſiæ aliquem eſſe probatur ex eo quod per totum anni habitet in parochia, vel pro maiori parte, & ibi audiat diuina, & a Rectore Eccleſię recipiat eccleſiaſtica ſacramenta.

7 Parochianus non probatur, qui in parochia habitat cauſa recreationis, vel ob aliam cauſam temporalem ſtatim reuerſurus ad propriam parochiam.

1 Eccleſia probat̃ parochialis ex eo, † quod
habeât parochiam ad eius curam
deputatam: vt loquutus eſt Panorm.in c.extirpandæ.
in repet.§.qui verò.nu.10.verſ.venio nunc ad aliquas
quæſtiones de præben. Rebuff.in tract.de nominat.q.
16.princ.nu.9.& reſpondit Hiero Gig.in conſ.56. nu.
3.& tradidit Io.de Sel.in trac.de beneſ.par.3.q.42.nu.
6. & dicens eccleſiam eſſe parochialem probare de-
bet,vt ait idem Rebuf.in pract.benef. de nõ promou.
int.ann.nu.7.verſ.tertio habet locum.
2 Concluſionem primo ampliabis, † vt parochiales
probentur eo,quòd curam habeant:ita ſenſit Cardin.
in capit. quia. colum. 3.quæſt. 3. de cleric. non reſi-
dend.
Secũdò ampliare poteris,vt maximè probetur, qñ
3 quis in ea tenetur miniſtrare, † vel recipere ſacramẽ-
ta eccleſiaſtica,vt baptizare,cõfiteri,ſepelire, & alia
id genus,vt inquit Panorm.in c.de multa.col.vlt. nu.
24.ver.vlt.quęritur,de præben. per gl.in clem.dudum
in verb.impendant.de ſepultur.& fuit conſtitutum in
c.cum quis.de ſepultu.lib.6. Et vt parochi diebus do-

monicis rem diuinam audiant.c.vt dominicis, de pa roch.& ex alijs,quæ doct.tradunt in rub.illius titu. & cõſulas Rom.in conſ. 3•6. circa primum cõſultationis articulum,& videas Rebuff.vbi ſupra.nu. 10.

4 Tertiò velim amplies,† vt ea probetur parochialis eccleſia,qua quis recipit ſalutis pabulum: vt ſapienter dixit Leo Pont.Max.in c.1.de ſepult.& Alex.in c de his.primo reſpon.eod. tit. de ſepult. vt etiam ſcripſit Petr.de Vbal.in tract.de canon.epiſc.& parochial. c. 7.num. 1.

Ad hæc tamen conſulas à nobis tradita ſupra in concl.Curator.& in concl.Cura.

Concluſionem limitabis, vt locum ſibi non vendicet,ſi† curam tantùm habeat nomine, & habitu,

5 non re,& actu:vt me docuit Bart.in l.ſi is,qui tres, §. cum qui.ff.de excuſat.tutorum,cui accedit Abb.in c. de multa.in fi.de præbend.& ibi Innoc. quod & probauit Cardin.in clem.1.quæſtio.21.de offic.vicar.vbi planè tenet eccleſiam curatam probari, ſi ſit actu, & habitu curata ſimul,& non habitu tantùm.

Ex his poteſt colligi parochianum alicuius eccle-

6 ſiæ probari ex eo,†quòd per totum annum habitet in parochia.ita dixit Innoc.in cap.2.de decim. vel quãdo habitat pro maiori parte anni, & ibi audiat diuina,& à rectore eccleſiæ ibi recipiat eccleſiaſtica ſacramenta, & quando à Rectore eccleſiæ ſpiritualia ſibi miniſtrentur, & eidem rectori in foro pœnitentiali confiteatur,& à tali rectore prædicationes audiat, & verba Dei,quæ proponuntur. ad quod ſpectat. c. vlt. de paroch.& huc pertinet,quod obſeruauit. Paul. de Elcaz.in clem.dudum.§.rerum, ſuper ver. parochialibus ſacerdotibus, quem refert, & ſequitur Petr. de Vbald.in d.tract.de cano.epiſc.paroch.cap.7.num.2. & ſenſit Ioan.de Sel.in tract.de benef.par.3. quæſtio. 42.num.7.

Hoc poſtremo loco à nobis traditum ſic velim intelligas,vt ſi is parochianus habitet de facto in parochia animo manendi, adeò vt verè ibi ſit tranſlatus, non iuris fictione;ſiue percipiat diuina,ſiue non.cap.

7 ſi quis tranſlatus. 21. q. 2. † ſecus autem, ſi acceſſerit cauſa recreationis, vel ob aliam cauſam temporalẽ, ſtatim reuerſurus ad propriam parochiam: nam tunc parochianus non probabitur:ita prodidit Beat. Ant. in tract.de excom.c.54.num.5.verſ. quis intelligatur, & idem Ioan.de Sel.in d.tractat. de benef. d. par.3.d. quæſt.42.d.num.7.

CONCLVSIO DXC.

ARGVMENTVM.

Aedificium vendicans, quid probare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Aedificium vendicans.ſufficit quod probet dominium inferioris partis ædificij, vel ſoli.*

2 *Aedificium idoneum eſſe,vel non in materia damni infecti, quo pacto probari, & articulari debeat, vide remiſſiue.*

Aedificium vendicans, non habet neceſſe probare ſe ædificaſ-

1 ſe,vel de ſuo mandato ædificatum eſſe, † ſed ſufficit probare dominium inferioris partis ædificij, vel ſoli: ita ſenſit Bald.in l.ſi inferiorem.nu.1. C. de rei ven.

2 Quo pacto autem ædificium ſit idoneum necne in materia damni infecti probari, & articulari debeat: conſulendus erit. I.C.in l.ſi communis parietis, cum duabus.l.ſequentib.ff.de dam.infect.& Bart. in d. l. ſi communis.num. 1.

CONCLVSIO DXCI.

ARGVMENTVM.

Electionem factam non fuiſſe debitis ſeruatis ſolemnitatibus,qui probare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Electionem aduerſarij mei ſi petam deleri,licet probetur de non iure ipſius,ſi non probem de iure meo ſuccumbam, nec delebitur electio.*

2 *Electionem factam non fuiſſe debitis ſeruatis ſolemnitatibus,ſi quis dicat,& alius neget, quis probare teneatur.*

3 *Sicut quis non cogitur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis,quãdo eſt in quaſi poſſeſſione, ſic non cogitur quando eſt in ſtatu confirmationis, niſi fuiſſet appellatum.*

4 *Electo ſufficit probare,tempore electionis,eligentes poſſediſſe ius eligendi.*

Electionem aduerſarij mei ſi petã deleri,& electionem in cau-

1 ſam confirmare,†licet probetur de non iure aduerſarij,tamen ſi non probem de iure meo,ſuccumbã, nec delebitur electio:ita tradidit Bal.in c.cum Bertoldus, nu.19.ext.de ſent.& re iud.per tex.ibid.in fi.

Præterea electionem factam non fuiſſe debitis ſer-

2 uatis ſolẽnitatibus,ſi quis dicat, & alius neget, † quiſnam teneatur probare, Anton. de Butr. te docebit in c.cum dilecti,num.52.de elect.vbi ait, vtendum eſſe hac diſtinctione: vt cum quæratur,an opponens defectum electionis debeat probare.dicendum ſit, quod aut opponitur defectus formæ, aut defectus perſonæ, ſi opponatur defectus formæ,aut opponitur poſt electionem,& cõfirmationem, & opponens debet probare:vt eſt caſus in d.c.cum dilecti, & aſſeruit Anto. vbi ſupra,& Innoc.plenè probat in c.ſuper his, de accuſat. & ſequutus eſt Compoſtel. in c.quod ſicut, de

3 election.facit ad hoc,quia † ſicut quis non cogitur dicere titulum ſuę poſſeſſionis,quando eſt in quaſi poſſeſſione.l.cogi.C.de petit.hæred.ſic non cogitur,quãdo eſt in ſtatu confirmationis, niſi fuiſſet appellatum quo caſu grauatur onere probandi: quia prius grauabatur,quia pro confirmatione præſumitur:vt teſtatur idem D.Ant. vbi ſupra.nu.52. Quandoque verò opponitur defectus formæ ante electionem, & confirmationem,& D.Butr.vbi ſupra.d.nu.15.in ea eſt ſententia,vt exiſtimet grauari onere probandi,dicentem electionem ſolemnem,& comprobauit Compoſt: in c.quod ſicut,de elect.& adeas plenè Innoc.in c.ſuper his,de accuſ.& Butr.vbi ſup.& n.51.52.& 53.de elec.

4 Electo autem ſufficit probare, †tempore electionis, eligentes poſſediſſe ius eligendi:vt voluit Bal.in cap. querelam.nu.1.ext.de elect. per text. ibi.

CONCLVSIO DXCII.

ARGVMENTVM.

An in probãda electione,& in cauſa electionis admittatur teſtimonium populi, & Regis.

SVMMARIVM.

1 *In probanda electione, & in cauſa electionis teſtimonium populi,& Regis admittitur,ſed illi intereſſe non poſſunt electioni.*

2 *Capitulum teſtificari poteſt in electione ſe talem nõ elegiſſe.*

3 *Teſtibus deponentibus ſuper actu electionis creditur, poſt publi-*

publicationem eiuſdem, licet illi electioni intereſſe nõ potuerint.
4 *Electio alicuius ſi reperiatur deleta, præſumitur in dubio deleta vitio fortunæ, non autem perſonæ.*

1 Teſtimonium populi, & Regis † admittitur in probãda
electione, & in cauſa electionis, iux. ſententiã Anch.
in c. cum olim, de dol. & contum. nu. 6. per illũ text. in
ve. præſertim. Limita tamen, vt illi intereſſe nõ poſ-
ſint electioni, vt ibid. ait Anch. in d. c. cum olim nu.
6. & c. maſſana. & c. ſacroſancta, extr. de elect.
2 Concluſionem amphabis, † vt etiam capitulũ poſ-
ſit teſtificari in electione, ſe talem non elegiſſe, vt cõ-
ſtitutũ eſt in d. c. cũ olim. verſ. præſertim, & ibi Anch.
num. 7. de dol. & contum.
Quinetiã teſtibus deponentibus ſuper actu electio
3 nis credi † poſt publicationẽ eiuſdẽ, licet illi electio-
ni intereſſe nõ potuerint, præcipuè vbi dictis illorum
nullus reſiſtat, traditum eſt à Butr. c. cum olim. nu. 19.
d. tit. de dol. & contum.
At quid erit agẽdum, ſi electio alicuius reperiatur
4 deleta; Dicendum eſt, † præſumi in dubio deletam vi-
tio fortunæ, nõ autem perſonæ: cum ſit hæc interpre-
tatio benignior, quam quidem interpretationem ac-
cipiendam reſpondit Vlp. I.C. in l. ſi præſes. ff. de pen.
ad quod confert glo. in §. ſuſpectus. inſt. de ſuſpect. tu-
tor. vt tradidit Alc. in tract. de præſumpt. regul. 3. præ-
ſumpt. 19. nu. 4.

CONCLVSIO DXCIII.

ARGVMENTVM.

Electus ad aliquod officium, an præſumatur ad illud dignus, & idoneus.

SVMMARIVM.

1 *Electus ad aliquod officiũ ad illud dignus, & idoneus præſumitur.*
2 *Pro integritate, & ſanctimonia Romani Pontificis præſumitur, & etiam pro Epiſcopo, & ſacerdotibus; & pro magiſtratibus electis.*
3 *Doctor præſumitur eſſe peritus, & in legibus verſatus.*
4 *Pro electo ad publicum munus præſumitur, quod ipſe nec fallat, nec fallatur.*
5 *Electus præſumitur, quod ſit gratus eligenti, & cogente reuerentia eius voluntatibus obediat.*
Ambaſciatores electi a Principe præſumuntur grati Principi ibid.
6 *Electus ſi malè electus fuerit, præſumiĩ ad illud indignus.*
7 *Præſumptio ſufficientiæ, et quod electus ſit dignus ad illud, ad quod electus eſt, recipit probationem in contrarium.*
8 *Prælati ſi inſufficientes reperiantĩ, debent omnino remoueri, & deponi ab officio, ad quod tanquã idonei electi ſũt.*
9 *Medicus propter inſufficientiam remouetur, & et Doctor.*
10 *Electi remoueri poſſunt, ſi ex poſt facto inſufficientes reperti ſunt, etiam ſi ab initio fuerint habiles, & ſufficientes.*
11 *Iudices propter longam ægritudinem debent remoueri.*
12 *Epiſcopi quamuis inhabiles propter ægritudinem nõ remouentur.*
13 *Electi ad officium, quod magis datur propter dignitatem, quam propter onus annexum, & quod eſt ſua natura perpetuum propter ægritudinem, ſiue inhabilitatem ſuperuenientem non debent remoueri.*
14 *Iudices propter ægritudinem longam remouentur ab officio, quod principaliter datur propter exercitium.*
15 *Ad Principes omnino cura ſpectat prouidendi illis, qui in eiuſdẽ ſeruitijs deditius fuerunt, & in illis conſumpſerunt.*
16 *Omnis qui aliquam alicui præſtitit operam egregiã, omnino remunerari debet.*

1 Electus ad aliquod officiũ † præſumitur ad
illud dignus, & idoneus, quia eo ipſo,
ſo, q̃ ſit electus præſumitĩ melior alijs, vt ſancitum eſt
in c. miramur. 61. diſt. licet alibi dicatĩ, nõ debere ma-
gis præſumi pro aliquo, eo quòd dignitatẽ habeat, vt
habemus ex c. illud. 8. q. 1. Verũtamen ex cõcluſione
2 fit, vt præſumatĩ pro integritate, † & ſanctimonia Ro
mani Põtificis, vt teſtatur Symmachus Pont. Max. in
c. non nos. 40. diſt. & ideò etiã præſumitur pro Epiſco-
po, & ſacerdotib. vt videre eſt ex c. abſit. 11. q. 3. quin
& pro magiſtratibus electis, vt ait Imp in auth. vt de-
fun. ſeu fun. in prin. Itidem pro doctore eſſe peritũ, &
3 † in legibus verſatum, vt colligitur ex reſcripto Impe.
Valẽt. in l. vn. C. de profeſ. qui in vrbe Cõſtan. lib. 12.
& in l. 1. §. ſed cum ſit neceſſariũ. C. de Iuſtin. C. con-
firman. præſumitur quoq; pro electo ad publicũ mu-
4 nus, † q̃ ipſe nec fallat, nec fallatur, vt reſcripſit Imp.
Iulianus. in l. 2. C. de põderat. & auri illat. lib. 10. & vt
ſemel dicã præſumuntur pro peritis in arte, & proptereà
illis creditur, vt dixit Imp. in l. ſemel. C. de re milit. lib.
12. quod ẽt placuit Bal. in c. cum inter canonicos. poſt
nu. 2. de elect. & tradidere recẽtiores in l. 1. §. vlt. & ibi
latè Alc. ff. de verb. obl. addas contex. & quod ibi no-
tat Bart. in l. 1. num. 4. ff. de ven. inſpi. & Bart. in proce.
ff. forum. circ. fi. prin. & quæ obſeruauit Hipp. in l. vlt. n.
67. vbi multa congerit. ff. ad l. Corn. de ſicar. & quod
conſuluit Alex. in conſ. 179. viſa ſcriptura priuata, vt
dicitur. col. 3. poſt nu. 9. lib. 2. & quæ latè proſequitur.
Alc. de præſump. reg. 3. præſump. 19. per tot.
Amplies velim concluſionem vt non ſolùm præ-
ſumatur pro electo ſcilicet, quod ſit ſufficiens, & di-
5 gnus, vt ſup. deduximus, † ſed vt præſumatur, q̃ ſit gra-
tus eligenti, & cogente reuerentia eius voluntatibus
obediat, vt in cap. illud. 8. q. 2. Vndè ſi Princeps eligat
aliquos legatos, quos Ambaſciatores vulgo vocant,
præſumatur pro ſufficiẽtia ipſorum, & quòd ſint grati
Principi, vt eſt tex. in l. inter claras. §. liquet. in fi. C. de
ſum. trin. & fid. cath. & ibi Albe. de Roſà, & meminit
Alc. tit. de præſump. reg. 3. nu. 4. præſump. 19.
6 Primò limitabis non habere locũ † ſi male electus
fuerit, nam tunc ad illud præſumitur indignus. 1. q. 1.
c. non eſt. cum ibi notat, & dixit Luc. de Pen. in l. quẽ-
admodum. C. de agr. & cenſ. lib. 10. nu. 224.
7 Secundò limitare poteris, † vt talis præſumptio ſuf-
ficientiæ, & quòd dignus ſit ad illud, ad quod electus
eſt, recipiat probationẽ in cõtrarium, vnde ſi poſt ele-
ctionẽ probetur inſufficiens, deberet remoueri, vt re-
ſpondit Modeſti. in l. vt gradatim. §. reprobari. ff. de
8 muner. & honor. Et idem etiam eſt in prælatis, † qui
ſi inſufficientes reperiantĩ, debent omnino remoueri,
& deponi ab officio, ad quod tanquam idonei electi
* ſunt, vt dixit gl. * communiter approbata in c. 1. verſi.
inſufficientem. de renun. lib. 6.
Sublimita tamen hoc non procedere in Sum. Põt.
vt voluit d. glo. & proba. Alc. de præſumpt. reg. 3. præ-
ſumpt. 19. nu. 6.
Verũ, vt prædicta ſecunda limitatio corroboretur,
in medium profero id, quod reſpondit Vlp. in l. ſed, vt
reprobari. ff. de excuſ. tut. vbi Nicol. de Neap. & Bald.
9 quo in loco cauit I.C. † medicum pp inſufficientiam
remoueri, q̃ idem dicendum eſt in Doctore, vt ſanxit
Imper. Gordian. in l. 2. C. de profeſ. & medi. lib. 10. &
tradidit Abb. in c. quoniam in fi. de magiſt. & in c. cũ
venerabilis. in fi. nu. 55. vbi recentiores. de except.
Subamplia eo vſq; dictam ſecundã limitationẽ p-
cedere, vt ẽt remoueri poſſint, ſi ex poſt facto inſuffi-
10 cientes reperti ſint, † ẽt ſi ab initio fuerint habiles, &
ſufficiẽtes, vt cõſtituere Imp. Valent. Theodoſ. & Ar-
cad. in l. ſi quos iudices. C. de offi. præfec. prætor. oriẽ.
11 vel Illyri, & ibi Alb. de Roſa. & Saly. † vbi Iudices pp
longam ægritudinem debent remoueri, & per ea, quæ
notant recentiores in c. ſi pro debilitate. de off. deleg.
& in l. 1. ff. de off. eius, cui, & in l. ſi longius. de re iud.

Digitized by Google

Sed in hac re, vt aliter ſentiam, ſuadet Greg. Pont.
Max. in c. quamuis. 7. q. 1. & ibi Arch. et quod notatur
22 in c. 1. de paroch. vbi †epiſcopi quamuis inhabili pro
pter ægritudinem non remouentur. quibus congruit,
quod obſeruauit Bar. in l. 1. §. diuus per illũ text. ff. de
var. & extraordin. cognitio. vbi debetur honorarium
Aduocatis, & Iudicibus, dummodo per ipſos nõ ſtet,
quominus ſeruiant.

Has tñ diſſentientes ſnĩas ſic conciliabis, nam aut
23 loquuntur de officio, †quod magis datur ꝓpter digni-
tatem, quam propter onus annexum, & ꝙ eſt ſua natu
ra perpetuum, & tunc non debent propter ægritudi-
nem, ſeu inhabilitatem ſuperuenientem remoueri: vt
colligitur ex c. grãdi, de ſuppl. neglig. prælat. in 6. Aut
24 loquitur de officio, † quod datur principaliter ꝓpter
exercitium, veluti de officio iudicaturæ, & tunc pro-
cedit d. l. ſi quis. C. de offi. præfec. prætor. orien. vbi ꝓp
ægritudinem longam remouentur Iudices. Debẽt tñ
habere integrum ſtipendium illius anni, in quo inha-
bilitas ſuperuenit. vt docuit Bar. in d. l. 1. §. diuus. ff. de
vat. & extraord. qui ſi diutius fuerint in ſeruitijs Prin-
cipis, & in illis conſenuerint, aut aliquid impedimẽ-
ti, vt morbũ contraxerint, propter quod inſufficientes
25 facti ſint, † Spectat omnino ad Principes cura, ut eis
prouideãt, ne in ſenectute egeãt: vt habemus à Paulo
in l. Lucius. ibi, veteranis. in pręm. aſſig. ff. de euic.

Videat ergo ſuperiores tam ſeculares, quàm eccle-
ſiaſticos, qui poſtquã ſubditos continua fatigatione,
& aſſiduis laboribus extenuarint, eneruarint, & vigi-
lijs continuis neruos omnino exercuerint, ipſos non
ſolùm digna laborum accepta remuneratione dimit
tant, ſed defraudatos ſua mercede licèt tenui, & exi-
gua, longius à ſe ſua auctoritate ꝓpellant: & hoc ſpe-
26 cie, neſcio cuius religionis fictę me hercule ſteti, †cũ
tamen omnis, qui aliquam alicui præſtiterit operam
egregiam, omnino remunerari deberet: vt egregiè at-
teſtatur Greg. ſum. Pont. in c. eccleſiaſticis. 12. q. 2. vbi
ait Põtifex, quem benemeritum de Eccleſia, omnino
de eius bonis remunerationem accipere debere, etiã
cum alienatione rerum eccleſiaſticarum, quod idem
cauit Pſalmiſta. Inclinauit cor meum ad obſeruandũ
mandata tua propter retributionem. Et quam omni-
bus execranda ſit ingratitudo, quamque deteſtabilis,
vbiq; ſatis obuium eſt, quàm vt à me longiori ſermo-
ne planum fiat.

CONCLVSIO DXCIV.

ARGVMENTVM.

Eligẽtium vbi maior eſt numerus, an ibi melius præſumatur zelus.

SVMMARIVM.

1 *Eligentium vbi maior numerus eſt, ibi melior præſumitur zelus.*
2 *Electio facta per viros prudentes melior eſt, quàm ea, cui interſunt vulgares, & plebei, præſumitur minus pro toto populo, quam pro aliquibus prudentibus de populo.*
3 *Electus ab aliquo præſumitur electus ab illo, qui eligẽti poteſtatem tribuit.*
4 *Cõmunis ſi dederet aliquibus poteſtatem eligendi Rectorẽ, ille qui electus eſt, cenſetur electus ab vniuerſitate.*
5 *Illi quibus data eſt à Communitate poteſtas eligẽdi, ſi ſemel elegerant etiam inhabilem, non poſſunt iterum eligere.*
6 *Epiſcopus indigno beneficium conferens, priuatur poteſtate conferendi illa vice.*
7 *Executores teſtamenti quibus data eſt poteſtas diſtribuẽdi inter pauperes, non poſſunt eligere illum, quem teſtator eligere non poterat, nec quem veriſimiliter non erat electurus.*
8 *Executoribus teſtamẽti ſi data eſt poteſtas diſtribuendi in pias cauſas, vt eis videbitur, de illo non habebit Epiſcopus quartam.*
9 *Quando relinquitur fratribus minoribus, vel alijs mendicantibus, tunc Epiſcopi quarta debetur.*

1 Eligentium vbi maior eſt numerus ibi †melior præſumitur zelus: vt ait Greg. Pont. Max. in c. Eccleſia veſtra. il 2. ex. de
elect. & Inn. IIII. in c. ſi quãdo. de elect. in 6. & memi-
nit Alc. de præſump. reg. 1. præſump. 51. nu. 1. & Imo.
in c. dudum il 1. nu. 2 eod. tit. de elect.

Ampliabis, & intelliges cõcluſionẽ maximè pro-
2 cedere in electione facta per viros prudẽtes; †qui a na-
turaliter in eis melior opinio, potior eſt, quàm in de-
ctione, cui interſint vulgares et plebei; per ea quę no-
tat Abb. in c. 2. in fi. de elect. vbi dicit, quòd præſumit
minus pro toto populo, quàm pro aliquibus pruden-
tibus de populo, quia in toto populo reperiſtur mul-
ti vtiles quidem, ſed non habentes certum rationis iu-
dicium, & ideò corruptibiles, vt & aſſerunt idem Al.
de præſum. reg. 1. præſump. 51. nu. 2.

3 His proximum eſt illud, † vt electus ab aliquo præ-
ſumatur electus ab illo, qui eligẽti poteſtatem tribuit:
vt auctor eſt Paul. Caſt. in l. vnum ex familia. §. ſi de
falcidia. nu. 2. & 3. ff. de leg. 2. & ſic ille eligens vel no-
minans dicitur exercere nudum miniſterium, & nu-
lum ius tribuit, ſed omne ius habet electus ab illo, qui
poteſtatem dedit elect. Caſtr. vbi ſupra.

Ex hoc illud exijt vt ſi cõmunitas dederit aliqbus
4 poteſtatẽ eligendi rectorem, †ille qui electus eſt, cẽſei
electus ab vniuerſitate: ita cautum eſt à Pau. in l. item
eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nomi
ne, vt ẽt obſeruauit Accurſ in l. apertiſſimi. in ver. de-
legati. C. de iud. cuius doctrinã, vt ſingularem & exi-
miam ad hanc rẽ adduxit Emmanuel de Clar. Aquis
in ſing. 250. ꝙ & placuit Bart. in d. l. vnum ex familia.
in d. §. de falcidia. nu. 1. ff. eo. de leg. 2. quem refert, &
ſequitẽ Dec. in conſ. 43. in caſu propoſito. nu. 8. verſi.
5 hoc idẽ comprobatur. Ex quo ſequitur, † vt ſi eorum
electio non valeret, vt ſi eligerent inhabilẽ, nõ poſsẽt
iterum eligere, tanquam functi ſint officio ſuo; & ea
vice eligendi poteſtate priuantur, ſicut iudex delega-
tus, qui tulit ſententiam nullã. l. iudex poſtquam. de re
iud. vt aſſeruit Caſt. vbi ſupr. nu. 3. quod & cõprobauit
Bart. in l. 2. §. 1. ver. quæro quid in electione perſona-
rũ. ff. de off. leg. Dec. et ſenſit in conſ. 522. in cauſa ele-
ctionis. nu. 7. per c. dudũ. il 1. de elect. idẽ ſenſit Marc.
Mant. in ſing. 138. in conſ. noſtro. Quemadmodum ẽt
6 †Epiſcopus indigno beneficium conferens priuatur
poteſtate conferendi illa vice: vt docuit tex. cap. cum
in cunctis. §. vlt. in prin. de elect. cui adhæret idẽ Mãt.
in d. ſingul. 138. in fi. & Natt. in conſ. 244. nu. 4. ſed de
hoc articulo videas Bar. in l. 2. ff. de optio. leg. vbi la-
tè diſtinguit.

Ex ſuperiore doctrina in cõcluſione nuper à nobis
7 tradita multa decidi poſſunt: primò, †vt executores te
ſtamenti, quib. data eſt poteſtas diſtribuẽdi inter pau-
peres, non poſſunt eligere illũ, quem teſtator eligere
non poterat, vt ſpuriũ teſtatoris: & hoc dixit Bart. in l.
vlt. in 2. col. poſt nu. 7. in fi. ff. de his quib. vt indig. per
text. in d. l. vnũ ex familia. §. ſi de falcidia. de leg. 2. &
ſcriptũ reliquit Io. And. in add. ad Spe. tit. de inſtrum.
edit. §. nunc verò aliqua, hoc ẽt confirmauit Bald. in
conſ. 91. vĩ quòd electio facta. vol. 1. & placuit Caſtr.
in d. l. vnũ ex familia. in d. §. ſi de falcidia. nu. 2. ff. de
leg. 2. Itidẽ nec poſſunt eligere illũ, quẽ teſtator veri-
ſimiliter non erat electurus, veluti ſuum inimicũ, vel
ſibi non gratum: permotus auctoritate Scæuolæ in l.
Lucius. la 2. §. Lucius Titius Daman. de leg. 2. & inqę
8 Caſt. vbi ſupra. † quinimo ſi data ſit poteſtas executo
ribus diſtribuẽdi in pias cauſas, vt eis videbitur, & ipſi
partẽ diſtribuant ad tẽplũ conſtruendum, de illo nõ
habebit Epiſcopus quartam, ſicut ſi teſtator expreſsè

in illam

in illam cauſam legaſſet, vt decretũ fuit à Greg. IX.
Pont. Max. in c. vlt. de teſtam. & in hanc conſultũ eſt
ſententiã ab Anch. conſ. 430. quod idem eſſet in eo,
quod relinqueretur ad redemptionem captiuorum.
l. ad declinandam. C. de epiſc. & cler. & aſſeruit Bald.
in conſ. 131. quãodo teſtatur. in fi. lib. 5. Nã tunc quar
ta non debetur. licet de relictis ad talia. debeãt habe-
re quartam. vt decreuit Inn. III. ſum. Pont. in c. requi-
ſiuiſti. d. tit. de teſtam. & tradidit Caſtr. vbi ſupra atq;
voluit Bal. in d. conſ. 131. vol. 5. Quod quidem ſecus
9 eſſet. †quando relinqueretur fratribus minoribus, vel
aliis mendicantibus. Nam tunc Epiſcopo quarta de-
betur: vt aperte ſancitum eſt in c. dudum. in verb. ve-
rùm ne parochiales. in clem. & idem tradidit Bald. in
d. conſ. 131. verſ. fallit hoc.

CONCLVSIO DXCV.

ARGVMENTVM.

Electa perſonæ induſtria an in dubio præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Electa perſonæ induſtria in dubio præſumitur, & etiã ex ſignis argui, & præſumi poteſt.*
2 *Eligens præſumitur ſcire qualitates electi.*
3 *Electa perſonæ induſtria præſumitur, etiam ſi negotium ſit parui momenti.*
Contrarium. nu. 7.
4 *Electa induſtria perſonæ cenſetur, ſi apponatur clauſula, perſonaliter exequaris, vel confidentes de induſtria, ſiue de circumſpectione tua.*
5 *Vbi aliquid eſt datum pro forma etiam ſi videatur modicæ ſolemnitatis, eſt omnino ſeruandum.*
6 *Omiſſio formæ in minima parte proceſſus vitiat proceſſũ.*
8 *Electum eſſe illegitimum opponenti incumbit onus probandi.*
9 *Illegitimus nemo præſumitur, dummodo de matrimonio conſtet.*
10 *Electa in dubio præſumitur via, per quam vtrique parti ſatisfiat.*
11 *Quiſquam non præſumitur eligere viam per quam conuentiones ſuæ ruant.*
12 *Elegiſſe viam quis præſumitur, quæ magis cõferat ad validitatẽ actus, nec eligere eam, per quam impugnet iudicia ſua.*

1 Electa perſonæ induſtria †in dubio præſumi-
tur, ita conſuluere Moder. Pariſ. in conſil.
27. nu. 24. & conſ. 28. nu. 14. quæ ẽt ex ſignis argui, &
præſumi poteſt; quorum vnus eſt propter negotij gra-
uitatem. ita inſigniter docuit Inn. in c. quoniam apo-
ſtolica. nu. 5. & ibi Bal. nu. 7. ext. de offic. & poteſtate
iud. deleg. quibus adhæret Alex. in l. 1. nu. 6. ff. de offi.
2 eius, cui mand. præſertim †cũ eligens præſumatur ſci-
re qualitates electi. vt placuit Inn. in c. cum inter. de
elect. & tradidit Hoſtien. in c. cum terra. de electio. &
Bal. in ſua Marga. in verb. electio, & ibidem Inno. in
c. dudum. il 1. nu. 2. eo. tit. de elect. atque Port. in conſ.
150. num. 14.
Primò amplia, vt præſumatur electã perſonæ indu-
3 ſtria, †ẽt ſi negotium ſit parui momẽti, dummodò in
cõmiſſione ſiue delegatione adſint clauſulæ, diſcre-
tioni tuę, de qua plurimum confidimus; ut atteſtatur
Lud. Rom. conſ. 330. circa primũ propoſitæ conſulta
tionis articulũ. n. 4. ver. 3. qa & potiro, de qua in c. vlt.
§. is autẽ. de offic. deleg. ſequitur Gram. inter conſ. ciui-
lia. conſ. 112. nouit. nu. 6. & quod in dubio cenſeatur
electa perſonæ induſtria, vbi apponitur dictio De, re-
4 ſpondit Burſa. in conſ. 90. nu. 43. lib. 1. †electa ẽt indu-
ſtria perſonæ cenſetur, ſi apponatur clauſula, perſonali-
ter exequaris, itẽ confidentes de induſtria, ſeu de cir-
cumſpectione tua. vt aſſeruit Abbas in d. c. vlt. §. is aũt.
nu. 6. quia aliàs clauſulę prędictæ nihil operarentur, vt
inquit ipſe Abb. in d. c. vlt. § is autem ſub nũ. 6. verſi.
ſed ego puto, quem etiam refert & ſequitur Fely. ibi.
nu. 3. verſ. tñ hoc non obſtante. Bal. & Imol. in l. 1. ff.
5 de lib. & poſthu. vbi dicunt, †quòd vbi aliquid eſt da-
tũ pro forma, ẽt ſi videatur modicæ ſolemnitatis, eſt
omnino ſeruãdum. Nec habet locum Reg. ut de mo-
dico non ſit curandum: vt inquit Abb. cõſ. 93. ſtatutò
ciuitatis. in fi. lib. 1. vbi aſſerit, leuem ſolemnitatẽ ali-
quando eſſe omnino neceſſariã, ut ſatisfiat iuri, quod
& probatur Anto. de Butr. in c. Piſanis ac Lucanis. de
6 reſtit. ubi dicit, †omiſſionem formæ in minima parte
proceſſus vitiare proceſſum, cui ſe ſubſcripſit Ang. in
l. hac conſultiſſima. C qui teſtam. fac. poſſ. in quã ſen-
tentiam plurima congeſſit Tiraq. de iud. in reb. exig.
verſ. 2. eſt te.
Contrarium tamen quoad hanc ampliationẽ ſen-
ſit Inn. in d. § is autem, qui ait; non obſtantibus ſupe
7 rioribus clauſulis † non cẽſeri electam perſonæ indu-
ſtriam in rebus non grauibus, ſed in huius rei explica
tione plurib. non immorabor, cum hãc vberrimè ſi-
mus pſequuti infra in Concl. Induſtria. Conſulas ve-
ro, vt & hoc adiiciam, omnino cõtext. in l. fideicom-
miſſa. § vlt. ff. de leg. 3. atq; Bar. in l. inter artifices. ff. de
ſolu. Vtrum autẽ delegare is poſſit, cuius induſtria eſt
electa, explicabitur infra in d. Cõcl. Induſtria, ubi p-
pria eſt ſedes huius materiæ.
Diſcutiamus, & illud, ſi quis electo opponat, non
eſſe legitimũ ad hoc, ut deleat electio, cuius in unus
8 eſt id probare? Et vt citò me expediam. †opponẽti in-
cũbit onus probandi electũ eſſe illegitimũ, ſed ſi ele-
ctus peteret confirmationẽ. tunc electus debebit ſe p-
bare legitimũ: ita me docuit Io. And. in reg. infamib.
ſub nu. 12. col. 10. verſ. ſoluendo autem dico. de regu.
iur. in 6. & confirmauit hoc idem Ant. de But. in cap.
9 ult. cælum. ult. verſ. ſi ergo petat. de præſump. †quia il-
legitimus nemo præſumitur, dũmodo de matrimo-
nio conſtet; quod late proſequitur Feder. de ſen. in
conſ. 215 atq; Io. Andr. in c. lator. & ibi Hoſt. extr. qui
fil. ſint legit.
Illud poſtremò ſuperpõdij loco in hac noſtra ma-
10 teria adiiciam, ideſt, †electã in dubio præſumi viam,
per quam utriq; parti ſatisfiat: ut habemus à Paul. in
l. adoptiuus. §. 1. in fi. ibi, ſed in re dubia. ff. de rit. nupt.
& colligitur à Bal. in l. bonorum. in 3. q. num. 5. C. qu.
admit. ad bon. poſſ. ꝙ & reſpondendo tradidit Caſtr.
in cõſ. 179. in cauſa, quam magnificus. col. 6. poſt nu.
13. uerſ. breuiter primam partem. lib. 1. quos refert, &
ſequitur Aymo Crau. conſ. 149. nu. 13.
11 Neq; quiſquam prẹſumitur eligere viam, †per quã
conuentiones ſuæ ruant. ut decidit Cachera. in deciſ.
Pedemont. 76. nu. 9. elegiſſe namq; in dubio prẹſumit
eam uiam, per quam illi magis ſit prouiſum: ut rñdit
Zaſ. in cõſ. 15. nu. 55. uol. 1. cum etiam quis præſumat
12 elegiſſe uiam, † quæ magis conferat ad ualiditatem
actus, iuxta ſententiam Corn. in conſ. 74. in litera E.
uol. 2. Nec eligere uiam quis præſumitur, per quã im-
pugnet iudicia ſua: ut cauit Vlp. in l. 3. ff de milit. teſt.
& ſenſit Alc. de præſ. reg. 3. præſump. 35. & rñdit Soc.
iun. in conſ. 128. nu. 262. uol. 1. & in conſ. 21. num. 13.
uol. 2. & cauit Port. in conſ. 11. nu. 28.

CONCLVSIO DXCVI.

ARGVMENTVM.

Eluſorium actum an aliquis facere præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Eluſorium actum nemo velle facere præſumitur.*

2 *Interpretatio non debet admitti, per quam facile reddatur ſtatutum, vel alia diſpoſitio eluſoria.*

1 Eluſorium actum † nemo velle facere
præſumit: ut habemus à Iu-
liano in l. ſi prætor. ff. de iudic. & ab Vlpian. in l. vlt. ff.
ne quid in loco publi. & ab eodem in l. 1. §. exceptio-
nes. ff. quarum rer. act. nō datur. & colligere poſſumus
ex reſcripto Imp. Iuſtin in l. cū alijs. in fin. C. de curat.
furio. & idem reſcript. Iuſti. in l. vlt. §. vbi autem. C. de
bon. quæ lib. quos auctores conſulendo retulit Aym.
Crauet. conſ. 23. nu. 3.
2 Quæ quidē Cōcluſio adeò vera eſt, ut † non debeat
ea admitti interpretatio, per quam facile redderetur
ſtatutum, vel alia diſpoſitio eluſoria: ſic ſenſit conſu-
lendo Alb. in conſ. 20. nu. 11.

CONCLVSIO DXCVII.

ARGVMENTVM.

Emancipatum eſſe aſſerens an probare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Emancipatum eſſe, qui ſe aſſeruit, ei probandi onus incumbit.*
2 *Emancipatio cum ſit facti, non præſumitur, ſed probari debet.*
3 *Emancipatio in dubio non præſumitur.*
4 *Emancipatio præſumitur ex temporis curſu, ſublimita, vt nu. 8. Contr. nu. 9.*
5 *Emācipatio, vt præſumatur, ſufficit elapſum eſſe decenniū.*
6 *Tempus decennij ſatis eſt ad præſcriptionem libertatis contra patrem, maximè quādo filius haberet aliquem titulum ſaltem putatiuum, velut emancipationem non ſolēniter factam.*
7 *Pater ſi permiſit filium permanere in poſſeſſione emancipationis per decennium licèt filius tali tempore nondū reuera præſcripſerit liberationem a patria poteſtate, tamē acquiſiuit quaſi poſſeſſionem exiſtentiæ ſui iuris.*
10 *Primæuus ſtatus naturę repugnat quaſi poſſeſſioni libertatis.*
11 *Quando non conſtat filium eſſe natum ex legitimo matrimonio, tunc præſumitur ſui iuris.*
12 *Quod quis ſit in poteſtate patris pendet ex matrimonio.*
13 *Matrimonium cum ſit facti, non præſumitur.*
14 *Quando teſtator leganit filio ſuo aliquid pro legitima iure naturæ ſibi debita, per illa verba videtur probari ipſum eſſe legitimum, etiam ſi eſſet in poteſtate filio ſimpliciter naturali nulla debetur legitima iure naturę.*
15 *Coniunctio horum verborum, reputatus, & habitus pro emancipato, & eorundem geminatio efficit veram emācipationem, ſecus ſi pro emancipato communiter fuerit habitus, vt nu. 16. Sublimita, vt nu. 17.*

1 Emancipatum eſſe ſi qs aſſerit, † ei
pbandi onus incū-
bit, ſic apertè rñdit Paul. in l. ſi filius. ff de prob. quod
etiā voluere Imp. Diocl. & Maxim. in l. ſi emancipa-
ti. C. de collat. quorū ſnīam pſitēdo probauit Alex.
vbi plura congerit in l. ſed & ſi. nu. 7. ff. de prob. Cùm
2 enim emancipatio ſit facti, non præſumitur, † ſed pro
bari debet, vt habemus à I.C. in l. in bello. §. factæ. ff.
de capt. & poſtlim. reuerſ. ita ſenſere docēdo Iaſ. in l.
poſt dotē. nu. 4. ff. ſol. matr. & Cagn. in d. l. ſi emanci-
pati. nu. 40. verſ. 3. not. ibi. & dum conſuluit, hoc idem
placuit Steph. Bert. cōſ. 103. n. 29. lib. 2. ad quod etiam
conſulas Marāt. in l. is poteſt. nu. 220. verſ. adde quod
in hoc. Bar. ff. de acq. hær. quo in loco reprehēdit Bar.
* contrarium ſentientem, & dicit hanc eſſe * commu-
nem, in quam ſententiam deſcendit etiam Caſſa. de
conſuet. Burg. Rub. 6. §. 3. fol. 213. nu. 2. uerſ. quid aūt
in dubio. Alc. quoq; de præſump. reg. 2. præſ. 2. nu. 1.
egregiè. Corn. conſ. 209. quanquā. col. 3. lib. 3. & pro-
3 ſequitur latè Cęp. caut. 118. per totum, ubi ait † in du-
bio emancipationem non præſumi, quam ſentētiam
* *communem eſſe dixit poſt Cur. Ferran. Vaſquius il-
luſtri. controuer. lib. 2. c. 85. num. 13. atq; Io. Fichar. in
commu. opin. lib. 5. in verb. emancipat. il 3.
Quòd verò diximus, emancipationē nequaquam
4 præſumi, ſic uelim accipias, & limites, † ut immò pſu-
matur ex temporis curſu: ita reſcripſere Imp. Ant. &
Seuerus in l. 1. & ibi Accur. in uer. paſſus ſis. C. de patr.
pot. & ibi Bar. hoc ēt una mente tradidere Bal. Sali. &
Fulg. & gl. ult. in l. 2. C. de long. temp. præſcrip. quæ p
liber. in fi. nec alij quamplurimi defuere huius ſentē-
tiæ aſſertores, dum uel docuere, uel cōſuluere, ex qui-
bus idem multis eius ſeſe nobis offert Bald. in l. poſt
mortem, in fi. ff. de don. in l. 2. nu. 5. uer. iuxta hoc quę-
ro. C. ſi aduerſ. rē iud. Iaſ. in l. ſi certis annis. colu. 3. nu.
12. uer. 7. facit. C. de pact. idem uoluit Bal. in l. 1. C. de
pat. pot Barb. cōſ. 33. col. 2. nu. 16. uerſ. adduco, ꝙ uo-
luit idē Bal. uol. 2. & in conſ. 1. uol. 5. uerſ. facit, ꝙ uo-
luit idē Bal. uol. 4. & in repet. Rub. de fid. inſt. col. 2. &
in c. requiſiuiſti. col. 5. de teſta. & idē Barb. inter conſ.
Alex. in conſ. 134. col. 5. nu. 12. uol. 4. Goz. in conſ. 37.
poſt nu. 26. uerſ. itē emancipatio præſumitur. pręſtan-
tiſſimus quoq; Vinc. Frāc. deciſ. 10. nu. 3. & ſeq. Caſſa.
in conſuet. Burg. Rub. 6. §. 3. nu. 2. uerſ. quid autem in
5 dubio: † ubi ait ſufficere elapſum eſſe decennium, quod
etiam dicit Bal. in d. l. 2. d. nu. 5. C. ſi aduerſ. rem iudic.
Alex. in add. ad Bar. in l. 1. §. in filiofam. ff. ad Maced.
& in terminis Alc. de præſump. reg. 2. præſump. 2. nu.
2. ubi latè hanc limitationem declarat.
6 Quòd tēpus ſatis eſt † ad præſcriptionē libertatis cō
tra patrē, vt ait Alc. ubi ſupr. quod tum maximè pro-
cedit, qñ filius haberet aliqualem titulum, ſaltem pu-
tatiuum, uelut emancipationem non ſolemniter fa-
ctam: nam tunc trāsfertur onus probandi in aduerſa-
rium: ut teſtatur Caſſan ubi ſupr. d. rub. 6. §. 3. nu. 2. &
tradidit Alc. ubi ſupra d. nu. 2. ad quod etiam cōſulas
Fulg. in cōſ. 138. atq; docuit Bart. in l. 1. §. 1. ff. de itine.
actuq; priuat. & in l. Celſus. ff. de uſucap. ubi ait Bart.
in præſcriptione iſtorum iurium ſatis eſſe etiam titu-
lum erroneum. Quæ quidem ea ratione corroboran-
tur. Nā cum pater permiſerit filiū pmanere in tali poſ-
7 ſeſſione per decennium, † licet filius tali tempore nō-
dum reuera præſcripſerit liberationē à patria poteſta
te, tamen acquiſiuit quaſi poſſeſſionē exiſtētiæ ſui iu-
ris, cùm per negligentiam per decenniū pater amiſe-
rit quaſi poſſeſſionem patrię poteſtatis, prout regula-
riter eſt in qualibet poſſeſſione ciuili: iux. ſnīam Alc.
ubi ſupra, & prodidit Accurſ. l. 1. in gl. magna in fi. C.
de ſeru fugit. ubi Iaſ. & DD. & ita etiā docuit Marāt.
in d. repet. l. is poteſt. nu. 220. ff. de acq poſſ. reſpondē-
do ad contrariam opinionem Bar.
Sublimitat tñ, & intelligit relatam limitationem
8 Caſſa. ubi ſup. & fol. 212. nu. 1. uerſ. de iure filius, † niſi
filius omninò ſeorſum habitauerit p decenniū, & al-
leget emancipationem. ita tenet Bal. in l. poſt mortē,
circ. fi. de adoptio. & in d. l. 2. nu. 5. C. ſi aduerſ. rē iud.
& ita declarat Rober. Marāt. in repe. l. is pōt. nu. 220.
uerſ. hoc tamen limita. ff. de acq. poſſ. quod etiam uī
innuere tex. in d. l. 1. ibi diu paſſus. C. de pat. pot. et hoc
uoluit Iaſ. in d. l. ſi emancipati, in 2. notab. poſt n. 2. C.
de collat. et in terminis decidit Afflic. in dec. 183. nu 2.
ubi neceſſariū eſſe animaduertit pcipuè ꝙ ſeorſum
uixerit per 10. annos, et ſit allegata emancipatio. et
ita ſenſit Lamber. de iur. pat. in art. 7. 2. q. prin. 1. par. 1.
lib. nu. 4. uer. adduco ſecundo. cū ijs, quæ ibi adducit.
9 Contra tamen prædictam limitationem † tenent *Bal.*
et Alex. in l. Titia. ille uerſ. quæro hic quare, hic *poſt*
nu. 5. uerſ. in gl. fi. ibi. ff. ſol. mat. et idē Alex. in add. ad
Bar. in l. ſi priuſquā, in quinta oppoſitione. ff. de nou.

opc. nun-

ope.nunciat. quam contrariam ſententiam ea quoq;
10 cõfirmant ratione Nam primæuus ſtatus naturæ † repugnat huic quaſi poſſeſſioni libertatis: vt l. itẽ in poteſtate, ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iur. ergò non leuat onere probandi, iuxta gl. in l. ſicut. §. quæritur, ff. eo. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur.

Verùm iſtorum auctoritati, & rationi reſpondere poteris, vt ſupra deduximus in ratione limitationis, & vt reſpondit Alc. vbi ſupra nu. 2.

Secundo loco limitabis, vt non procedat cõcluſio
11 † quando non conſtaret filium eſſe natũ ex legitimo matrimonio, etenim tunc præſumitur ſui iuris, & ita intelligendam eſſe ait Alciat. vbi ſup. l. Titia. ff. ſolu. matri. l. ſi vxor. in verbo monſtretur: vbi Fulgo. C. de condit. inſert. gl. in l. pactum, quod dotali. C. de pact. ratio
12 nem cur ita ſit videamus: † nam quod quis ſit in poteſtate pendet ex matrimonio: vt reſpondit Corn. in conſ. 204. quanq̃ videatur. col. 3. verſ. nec obſt. adducta in contrariũ. vol. 3. & tradidit Iuſtin. inſti. de patri. pote. in prin. quod & placuit Alc. in d. reg. 2. præſump. 2. nu. 5.
13 Sed † cùm matrimoniũ ſit facti, non præſumitur: vt ſancitũ eſt in c. aliter. 30. q. 5. & meminit Corn. vbi ſupra. & idem Alc. de præſump. d. reg. 2. præſum. 2. nu. 5. & voluit idẽ Corn. in cõſ. 68. placet mihi, col. pen. lib. 1. atq; Iaſ. in l. poſt dotẽ, in 1. col. nu. 4. ff. ſolu. matr. & recentiores ſcripſere in d. l. ſi emancipati. C. de colla.

Hoc tñ ſublimitabis, quñ teſtator legauit filio ſuo
14 aliquid pro legitima iure naturæ ſibi debita, † ẽt ſi illud exiguum fuerit, veluti florenũ. nam per iſta verba vr̃ probari hunc eſſe legitimum, ẽt ſi eſſet in poteſtate, cum nõ poſſint vera cenſeri in filio ſimpliciter naturali, propterea quod nulla ei debeatur legitima iure naturæ: vt conſtituit Imp. § ſi quis aũt. Auth. quib. mod. na tur. effic. ſui. & in auth. nouiſſima, C. de inoffi. teſta. & idem prodidit Alc. in d. præſump. 2. num. 5. & 6. qui ita ſublimitat prædictam limitationem ex facti contingentia. vbi latius de hoc diſſerit.
15 Tertiò velim limites, † ſi a ſtatuto reperiantur hæc verba, reputatus & habitus fuerit pro emancipato, cõiũctio namq; horum verborum, & eorundem geminatio efficit veram emancipationem: ita doctiſſimè ſcripſit Caſſan. in conſuet. Burgun. Rub. 6. §. 3. verſ. ſed aduerte, in fi. col. 12.
16 Secus autem, † ſi pro emancipato cõmuniter fuerit habitus: vt aſſerit idem Caſſan. vbi ſup. d. §. 3. in prin. nu. 1. verſ. & iſte modus, teſtem laudat G. Benedicti in repet. c. Raynut. in verb. mortem, nu. 25. de teſta. & nu. 30. eo, quod aliud ſit eſſe tale, aliud haberi pro tali, vt dixit Bar. in l. ſi maritus, la 2. §. legis Iuliæ, num. 1. ff. de adult. & plenè proſequitur Iaſ. in l. prætor ait, §. ſiue autem, nu. 2. ff. de nou. ope. nunc. atque Caſſa. vbi ſup. d. §. 3. nu. 5. col. 2.

Hanc tñ poſtremam limitationẽ ſic ſublimitabis,
17 † vt non procedat ratione validitatis teſtĩ conditi à tali filiofa. habito ſui iuris propter exiſtentiam quaſi poſſeſſionis ſui iuris: quia non valet, vt auctor eſt Bal. in l. vlt. col. 1. ver. in rez. ibi, C. de ſen. paſſ. quod probauit & Alex. in l. 1. nu. 5. verſ. & ex hoc decidit, C. de teſta. quem refert & ſequitur Cagn. in repet. l. ſi emancipati, nu. 45. verſ. reſtringe tamen. C. de collat.

CONCLVSIO DXCVIII.

ARGVMENTVM.

Emancipatio an per ſcripturam probãda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Emancipatio probari debet principaliter per ſcripturam.*
2 *Licet principaliter requiratẽ ſcriptura ad probandũ emancipationem, tamen admittuntur etiam teſtes, dummodo ſint quinque, & ad hoc rogati.*
3 *Ad probandam emancipationẽ non omnino eſt neceſſe probare ſcripturam, ſed ſufficit eã allegare cõcurrente quaſi poſſeſſione emancipationis.*
4 *Emancipationis ſcriptura ſi amiſſa eſt, probari poteſt per teſtes ſimpliciter, ſed neceſſe eſt probare ipſam confectam fuiſſe, & non reperiri.*
Quod ſcriptura non reperitur, probatur per iuramentum, ibid.

1 Emancipatio debet probari principaliter per ſcripturã, † cũ omnino in ſcriptis debeat fieri: vt aſſeuerauit Caſſan. in conſuetu. Burgun. Rub. 6. §. 3. col. 2. verſ. iuxta hãc, nu. 1. quod & ſancitũ reliquere Impp. Diocl. & Maxi. in l. emancipatione. C. de fid. inſtru. & ijdem in l. 2. C. de emancip. liber. & ibi DD. hoc idem decidẽdo ſenſit Math. ab Affl. in dec. 183. nu. 3. & placuit Cyn. in d. l. emancipatione, vbi Bal. nu. 2. nec id diſplicuit Guliel. de Cun. in l. vlt. ff. de adop. & ibi etiam Cyn.
2 Primò iſtud ampliabis, † vt licet principaliter requiratur ſcriptura ad probandum emancipationẽ, admittuntur tamen etiam teſtes, dummodo ſint quinq;, & ad hoc rogati, vt interſint emancipationi: vt auctor eſt Caſſan. vbi ſup. d. col. 2. num. 3. & docuit Iaſ. in l. 1. in 14. col. nu. 64. & 65. C. de iur. emphy.
3 Secũdo loco ampliare poteris † vt non oĩno ſit neceſſe probare ſcripturã, ſed ſufficit eã allegare concurrente quaſi poſſeſſione emancipationis per 10. & 20. annos: ita inſigniter decidit Affl. in d. dec. 183. nu. 3.

Inſuper tertio limitabis, ſi amiſſa ſit ſcriptura, quia
4 hoc caſu † põt probari per teſtes ſimpliciter: ita cautũ eſt in tex. vnà cum gl. in verb. nõ exiſtat, in l. emãcipatione, & ibi Bal. Paul. Caſt. Bar. & cæteri. C. de probat. ſed neceſſe eſt probare ſcripturã confectam fuiſſe, ſed non reperiri, & quod ſcriptura non reperiatur, probatur per iuramentum, arg. l. vlt. C. de fid. inſtr. ita ait Bar. in d. l. emancipatione. nu. 1. & ad hæc conferunt ea, quæ deduximus ſupra in concluſione acta.

CONCLVSIO DXCIX.

ARGVMENTVM.

Emancipatio, an præſumatur ſi filius longo tempore ſeorſum à patre habitauerit.

SVMMARIVM.

1 *Emancipatio præſumitur, ſi filius per decem annos ſeorſum à patre habitauerit, & per ſe negotia geſſerit, & aſſerat ſe emancipatum eſſe.*
2 *Ad præſcribendum liberationem à patria poteſtate regulariter requiruntur viginti anni.*
3 *Habitatio filij ſeorſum a patre, efficit, vt illud quod acquiſiuit filius, patri non acquirit.*

Emancipatio præſumitur, ſi filius lõgo tempore, ideſt, per
1 10. annos ſeorſum à patre habitauerit, † & per ſe negotia geſſerit, & aſſerat ſe emancipatum eſſe: ita docuit Bal. in l. poſt mortem. de adop. cui accedit Iaſ. in l. ſi certis annis. nu. 12. C. de pact. quib. adhæret Tiraq. in trac. de præſc. in verb. per 10. annos. verſ. 7. nec hoc eũdem latuit Bal. in l. 2. C. ſi aduerſ. rem iud. quod ẽt ſequitur, & cõmendat Barb. in l. ſciendũ. col. 17. ff. de verb. oblig. & in conſ. 33. col. 2. num. 16. lib. 2. & conſ. 35. ſapienter ſcribitur. col. 6. nu. 17. verſ. & ideò dixit. eod. lib. 2. & cõſ. 86. illud referã. col. 2. verſ. hoc voluit Bal. lib. 3. nec id præterijt Sebaſt. Sapia in repet. l. ſi emancipati,

Digitized by Google

pari,nu.40.verſ.vlt.not.C.de collatio.& huc pertinet,
quod ſcribit Roma.in conſ.402.in propoſita cōſulta-
tione.nu.3.verſ.quo ad ſecundū. Nam cum pater per
miſerit filiū permanere in tali quaſi poſſeſſione emā-
cipationis per 10. ann. licet tali tēpore filius nondum
2 præſcripſerit liberationē à patria poteſtate, † quia re-
gulariter ad præſcribendum talem liberationē requi-
runtur 20.anni,vt aſſeruit Accurſ.in l.1. in verb. cum
diu.C.de patr.poteſta.& ſenſit Sal.in l.2. C.de præſcr.
long. temp. tamen filius acquiſiuit quaſi poſſeſsionē
patriæ poteſtatis:quod etiam voluit Matth.ab Afflic.
in decis.183.nu.3.

Quinetiā hæc ſeorſum à patre filij habitatio efficit,
3 † vt illud quod acquirit filius, patri nō acquirat,cū ta-
le emolumentū percipiatur ex illa negotiorū geſtio-
ne,& dr̄ eſſe peculium,quaſi caſtrēſe,adeò,vt nec pa-
tri acquiratur,etiam quo ad vſumfructum ;hunc ma-
ximum effectū tradidit Alex.in conſ.48. ſuper extra-
ctione,nu.4.verſ.& ita eſt lib.1.per ea, quæ ibidem ab
eodem adducta fuere,verùm ad hoc conſulas,quę de
emancipationis præſcriptione diſſeruimus in princi-
pio in communibus emancipat.in t.limitat.

CONCLVSIO DC.

ARGVMENTVM.

Emancipatio;, quō fraudulenta pręſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Emancipatio fraudulenta præſumitur, ſi non appareat ali qua alia cauſa, per quam emancipatur filius præter illā ex qua arguitur fraus.*
2 *Emancipatio etiam præſumitur fraudulenta, ſi longo tem pore occulta fuit.*
3 *Emancipatio etiam in fraudem facta præſumitur, ſi pater emancipauit filiam tempore, quo laborabat graui, & peſtifero morbo.*
4 *Emancipationis inſtrumentum probat patriam poteſtatem præceſſiſſe.*

1 Emancipatio fraudulenta præſumit̄, † ſi nō appareat aliqua
alia cauſa, per quam emancipatur filius,præter illam,
ex qua arguitur fraus:ita docuit Bar.in l.1.§. is quoq;
nu.3.ff.de collat.bono. vbi ait non valere dictā eman
cipationem. & pulchram hypotheſim fraudulentiæ
emancipationis ponit Bal.in rub.C.de reuoc.ijs,quæ
in frau.cred.nu.4.verſ.quæro pone,quod cōcepiſſem.
vbi in fraudem creditorum, & propter periculū mor-
tis emancipat filium,cui omnia bona dono, dat, &c.
quem videas,quem refert Iaſ.in l.non dubium.nu.48.
C.de legib.& in §.item ſi quis in fraudē.col.1. inſtit.
de actio.idem tenet Bald.in tit. de donat.verſ.ſi pater
emancipauerit. & ver. item de emancip. ꝙ bene eſſe
notandum teſtatur Gerar.de Pet.Sanc.in ſing.76.emā
cipatio,an & quando in prin.

2 Iſtud ampliabis primò, † vt etiam præſumatur frau
dulenta,ſi longo tēpore occulta fuit:ita ſcripſit Iaſ.in
d.l.non dubium.nu.49.teſtatur Bal. in l. fraus.ff. de Iſ.
poſt Iacob.de Are.ibid.per eum alleg.& Bal.in d.rub.
C.de reuocan.ijs,quæ in frau.cre.

Secundò ampliabis, vt ēt emancipatio in fraudem
3 facta præſumatur, † ſi pater emancipauit filiam tpe,
quo laborabat graui & peſtifero morbo,& ipſa cōdi-
dit teſtū, in quo patrem inſtituit hæredem, & demū
mortua fit filia. Ita enim emancipatio præſumitur fa
cta in fraudem venientium ab inteſtato,ideò eis non
nocet, quo minus bona huius mulieris veluti ab inte-
ſtato defunctæ conſequi poſsint:ita inſigniter conſul
uit Anch.in cōſ.438.incip. fuiſſe expediēs, cuius pro-
nunciatum notatu dignum aſſeruit Crot. in conſ. 92.
regula cancellariæ.nu.14.verſ.pro quo.lib.1.

Poſtremò huic emācipationis materiæ finē impo-
4 nam, ſi ſolùm illud te admonuero, † emancipationis
inſtrm probare patriam poteſtatem præceſsiſse, vt vo
luit Bar.in l.vlt.C.de ſen.paſs.quem ſequitur Alex. in
l.decem ſtipulatus.nu.35.ff.de ver.obl.& idē prodidit
Alex.in l.1.nu.10.ff.de nou.ope.nunc.& idē probauit
Iaſ.in d.l.decem.nu.18.ff.eo.de verb. oblig.

CONCLVSIO DCI.

ARGVMENTVM.

Emendatum eſſe à crimine ſi quis dixerit an ei incumbat onus probandi.

SVMMARIVM.

1 *Emendatum eſſe à crimine, ſi quis dixerit, ei incumbit onus probandi, contra quem eſt probatum crimen.*
2 *Emendatum ſe eſſe dicens, probare debet in cauſa criminali, ſiue crimen ſit manifeſtum, ſiue occultum.*
3 *Emendationis probatio incumbit ipſi damnato, vel accuſato de crimine ſi crimen fuerit manifeſtum.*
4 *Criminis emendatio commodè poteſt probari per ſacerdotis confeſſionem, ſi interueniat conſenſus confitentis.*
5 *Sacerdos ſi in apertum cōfeſſionem proferret iniuſſu ipſius pœnitentis, nihil ei noceret in iudicio.*
6 *Teſtimonium illorum, qui audiuiſſent confitentem ſacerdoti, non probat.*
7 *Sacerdos ſi confeſſionem quoad matrimonium in pœnitentia factam palam facit, ei præiudicat.*
8 *Confeſſio, & pœnitentia iniunctio poſſunt per ſacerdotem probari.*
9 *Satiſfactio criminis ſatis eſt, ſi occulta ſit, dummodo crimen fuerit occultum, & probatur per familiares, & alios, qui viderunt, ſed ſi crimen fuerit manifeſtum, pœnitētia manifeſta eſſe debet.*
10 *Ad probandum quem eſſe emendatum, non ſatis eſt quem eſſe contritum, & confeſſum, ſed exterior requiritur ſatiſfactio.*
11 *Emendatio non probatur in foro fori per ſolam confeſſionem & aſſertionem crimināſi.*
12 *Emendatio per abſolutionem a crimine probari poteſt.*
13 *Abſolui poteſt etiam inuitus, & impœnitens.*
14 *Emēdatus pręſumitur qui fuit criminoſus, ſi probetur cū honeſtiſſimorum virorum familiaritate tribus annis cōtinuis vſum fuiſſe, & vitam integerrimam duxiſſe.*
15 *Emendatus præſumitur, qui poſt peccatū operatur bonū.*
16 *Emendatus de crimine an poſſit teſtificari, vide remiſſiuè.*

1 Emendatum eſſe à crimine, ſi quis di xerit, † ei incūbit onus
probandi cōtra quē eſt probatū crimen:ita me docuit
Abb.in c.teſtimoniū.nu.14.de teſti. & elicitur ex ver-
bis Bar.in l.ſi cui.§.ijſdem nu.8. ff. de accuſ. & probat
ex illa reg.iur.quæ vulgo circūfertur, ꝙ ſemel malus
ſemp pręſumit̄ malus, eo ꝙ bonitatis præſumptionē
amiſerit niſi contrarium probetur, vt colligere eſt ex
Alex.in cōſ.5.in caſu inquiſitionis formatæ.n.3. vol.
1.& in conſ.93.quod eſt duplicatū eo.vol.1. & ſenſit
Hipp.Marſ.in ſing.217.ter,vel quater.n.2.& meminit
Barb.in trac.de teſti.in 3.par.vet. ſed an ſufficit.n.25.

2 Iſtud tn̄ eſt intelligendum in cauſa criminali † ſiue
crimen ſit manifeſtum,ſiue occultum,nā ſe eſſe emē-
datum dicens probare debet,vt proſequitur idē Marſ.
in d.ſing.217.num.2. in cauſa verò ciuili ſi crimen ſit
occultū non cogitur probare emendationem,cū non
præſumatur immemor ſuę ſalutis ſed probabit is, qui
negauerit illū emendatū, & affirmauerit perſeueran-
tiam,vt fiat interpretatio in mitiorem partē, quod ſi
3 crimen fuerit manifeſtū, † probatio emendationis in-
cumbit

Digitized by Google

cumbit ipſi damnato, vel accuſato de crimine: ita di-
ſtinxit gl. in c. ipſi apoſtoli, in verb. nec eſſe. 2. q. 7. hoc
idem ſequutus eſt Innoc. in d. c. teſtimonium, in verb.
emendatus, de teſtib. quæ fuit etiam ſententia Spec. in
tit. de teſte. §. 1. ver. item opponitur. cui ſe ſubſcripſit
Alber. de Malet. in tract. de teſtib. nu. 69. c. 3.
At quo pacto criminis emendatio ab eo, cuius mu
nus iſtud erit iniunctum, probari poterit? Et ne multis
te morer, glo. in d. c. teſtimoniũ, in ver. in hoc caſu, de
4 teſti. tradidit, † hanc cõmode poſſe probari per ſacer-
dotẽ confeſſionis: idẽ voluit gl. in c. deniq; in verb. in-
nocentes. de except. & ibid. Fel. nu. 3. hoc ẽt ſenſit ea-
dẽ gl. in c. nuper. in verb. iuratus, de teſtib. & elicit̃ ex
c. nemo, de ſimon. & ex c. ſi peccauerit, 2. q. 1. hoc idẽ
confirmauit Spec. in tit. de teſte §. reſtat. ver. 17. idem
quoq; placuit Dom. in c. in capit. 50. diſt. nec id latuit
Io. And. in c. quanq̃. ſuper gl. 2. de vſur. in 6. ſic ẽt pro-
didere idẽ Io. And. & Butr. in c. lectæ. de renuncia. pul
chrè ẽt ad hoc conſuluit Calder. in conſ. 2. de teſtib.
incip. dummodo de licentia confitentis. Barba. idem
arriſit in tract. de teſtib. in 3. par. ver. & ex iſtis, nu. 20.
& ſequutus eſt Alber. de Male. in trac. de teſti. quand.
teſt. repell. ratio. crim. vel infam. nu. 32.
Hoc tñ poſtremo loco à nobis traditum, ſic velim
accipias, vt interuenire debeat conſenſus confitentis:
vt ait Fel. in d. c. deniq; nu. 3. alioquin incideret in pœ
nam. c. omnis. de pœnit. & remiſ. atque Barb. in tract.
de teſti. in 3. par. verſ. & ex iſtis. nu. 21.
5 Quòd ſi ſacerdos † confeſſionem in apertũ profer-
ret iniuſſu ipſius penitẽtis, nihil ei noceret in iudicio:
iux. ſenten. Bal. in l. Archigerontes, C. de Epiſ. audien.
quem ſequitur Fel. in d. c. deniq; nu. 3. & conſtitutum
eſt in c. ſi ſacerdos. de offi. ordinar.
Ampliabis hoc poſtremũ, vt locum habeat. ẽt ſi ali
6 qui teſtes audiuiſſent ſacerdoti confitentem. † veluti
ſi tenuis eſſet paries interiectus. non enim illorũ teſti-
moniũ probaret: vt auctor eſt Fel. in eod. c. deniq nu.
3. de except. teſtẽ laudat Tindar. in ſuo dialog. de te-
ſtib. in 2. par. c. 15. incip. ſequit̃ alią pars de teſte. nu. 2.
qui teſtat̃ Io. And. in c. vlt. de tempo. ordi. in additio.
Limitabis verò illud idẽ de ſacerdote confeſſionẽ
palã faciente, vt nõ procedat quo ad matrimonium.
7 Nam ſi ſacerdos confeſſionẽ in pęnitentia factã palã
faceret, ei præiudicaret: vt teſtatur glo. in c. tua nos. in
verb. qualiter tibi conſtiterit. de ſponſ. quam ſingula-
rẽ appellat Rom. in l. ſi non ſpeciali. nu. 15. C. de teſta.
Secundo loco ſic intelliges id, ꝙ diximus, emenda
8 tionẽ probari per ſacerdotem confeſſionis, † vt proce
dat in confeſſione, & pœnitẽtiæ iniunctione, & ideſt,
quod poteſt per ſacerdotẽ probari: ita tradidere Hoſti.
& Io. And. in d. c. teſtimoniũ. vt refert Abb. ibid. nu.
13. quos ſequitur idem Barba. in d. tract. de teſtib. in 3.
par. verſ. ſed an ſufficit. nu. 22.
Veruntamen illud fallit in exteriori ſatisfactione,
9 quæ probabit̃ per familiares, & alios, qui viderũt. † q̃
ſatisfactio ſatis eſt, ſi occulta ſit, dummodo crimen
fuerit occultum: ꝙ ſi fuerit manifeſtum, debet eſſe pę
nitentia manifeſta, licet non ſolennis. 2. q. 1. c. ſi pecca
uerit. & c. ſed illud. 45. diſtin. & d. c. in capit. 50. diſtin.
ita traditũ eſt ab Abb. in d. c. teſtimonium. d. num. 13.
atq; ab eodem Barba. in d. tract. de teſtib. in tertia par.
verſ. ſed an ſufficit. nu. 22.
Non enim ad probandũ quẽ eſſe emendatum ſatis
10 eſt, quẽ eſſe contritum & confeſſum, † ſed exterior re-
quiritur ſatisfactio: quæ tñ præſumitur ſecundũ Inno.
in d. c. teſtimonium. nu. 2. ſi crimen ſit occultum, con-
feſſionẽ probando de delicto per ſacerdotẽ: verùm ſi
peccatũ fuerit manifeſtũ, nõ præſumitur ex ſola con-
feſſione, ſed oportet, vt probetur, ꝙ pluribus proſequit̃
idem Abb. in d. c. teſtimonium. nu. 14. de teſtib.
Tertiò inſuper illud intelliges, vt tñ locum ſibi vẽ-
11 dicet in foro poli, † ſed eſſet ſecus in foro fori, in quo
per ſolã confeſſionem & aſſertionẽ criminoſi emen-
datio non probat̃: ita ſenſit Hiero. Gig. in conſ. 28. nu.
29. qui ſic intelligit & limitat d. c. teſtimoniũ. de teſti.
Præterea emendatio poterit probari per abſolutio
12 nẽ à crimine, † vt ſi non conſtabit de crimine ab ali-
quo patrato, ſed conſtiterit ipſum fuiſſe excõicatum,
& poſtea abſolutum, ſatis erit, ne is à teſtimonio repel
latur, quod appareat eum fuiſſe abſolutũ; ex eo enim,
quod probatur eum eſſe abſolutum, præſumitur etiã
de crimine emendatus, iux. ſenten. Innoc. in d. c. teſti-
monium. nu. 5. & Abb. ibidem nu. 10. in fi.
13 Hoc tamen falſum videtur, † cùm abſolui poſſit ẽt
inuitus, & impœnitens, iux. ea, quæ fuere obſeruata in
c. ab excommunicato. de reſcript. & in reg. peccati ve-
nia. de reg. iur. in 6.
Ad hæc tertio poterit emendatio probari, ſi qui fue
rit criminoſus probetur cũ honeſtiſſimorũ virorũ fa-
miliaritate tribus annis cõtinuò vſum fuiſſe, & vitam
14 integerrimã duxiſſe † tunc. n. emendatus præſumitur:
vt inſigniter docuit Anto. Corſet. in ſing. 226. in verb.
pſumptio. il 1. quem refert, & ſequit̃ Iacob. Nouell. in
tract. de defenſio. omni. reor. An indic. pro reo dand.
ſint. nu. 48. & ad hoc probandũ contex. eſt elegans in
auth. de monach. in §. hinc aũt nobis. & hoc idem vo
luit Barb. in tract. de teſti. in 3. par. ver. & ex iſtis. n. 20.
15 Quinimò emendatus pſumitur, † qui poſt peccatũ
operat̃ bonũ, viuens laudabiliter, cum poſſet peccare,
ſic tradidit Math. Gribal. in Axiomate. Emendatus.
Et hæc de emendatione, quo pacto probetur hactẽ
nus longe plura, quæ ad hanc pertinent materiã dice-
re ſuperſedeo, cũ ea, quæ in ſuperioribus concluſioni
bus attigimus, hoc eſt in concluſ. confeſſio ſacerdoti,
& in conclu. crimen, atq; in conclu. criminoſus huc
queant opportunè transferri.
16 An verò de crimine emendatus, † poſſit teſtificari,
conſulendus erit Alber. de Malet. in tract. de teſtibus.
quand. teſt. repell. ratio. crim. vel infam. nu. 2. & And.
Barb. in eo. tract. de teſtib. in 2. par. nu. 2. 4. & 11.

CONCLVSIO DCII.

ARGVMENTVM.

Emphyteuſis communia.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuticas res eſſe aſſerenti incumbit onus probandi.*
2 *Qui dicit ſe præſcripſiſſe emphyteuſim & ſolutionẽ canonis,*
eo quod per 40. annos non ſoluerit, hoc probare tenetur.
Contrarium nu. 13.
4 *Emphyteuta compellitur ad probandum affirmatiuam, ſci*
licet ſe ſoluiſſe canonem.
5 *Bona in dubio cenſentur potius cenſualia, quàm emphyteu-*
tica.
6 *Cenſualis ſi præſumitur res, & ceſſauerit à ſolutione cenſus*
etiam per mille annos, non propterea poteſt priuari iure
ſuo.
7 *Si res ſit in emphyteuſim per ſolam ceſſationem triennij ca-*
dit à iure ſuo.
8 *Fauore eccleſiæ res magis præſumitur eſſe in emphyteuſi,*
quàm cenſualis.
9 *Emphyteutica res magis indiſtinctè præſumitur, quàm cen*
ſualis tam in conceſſione facta à priuato, quàm in conceſ
ſione facta ab Eccleſia.

1 Emphyteuticas res eſſe, † aſſerenti incumbit onus p-
bandi: ſic conſultus reſpondit Pariſ. conſ. 138. nu 25.
vol. 4. Nam in dubio præſumitur res allodialis, & non
emphyteutica: vt cauit Hoſt. in c. nimis. de iureiur. &
cõſulendo aſſeuerauit pluribus in locis Cur. iun. vt in
conſ. 108. nu. 15. & in cõſ. 140. nu. 4. & in conſ. 180. nu.
1. & pla-

1.& placuit Gozad.in conſ.7.col.1. & in conſ.44.col.
pen.& ſenſit Dec.in conſ.32.col.vlt.ſve etiam colligi-
tur ex iis,quæ deducta fuere à Bert. conſ.129.nu.1.in
fi.vol.3.& dictum eſt ſuprà in concl.Allodialia. & in
conclu.Bona emphyt.

2 Vnde,† qui dicit ſe præſcripſiſſe emphyteuſim,& ſo
lutionē canonis,eò q per 40.ann.nō ſoluerit, hoc ꝓ-
bare tenetur, quòd neget ſe ſoluiſſe: ita traditum eſt
ab Hercu.de proban.negat.nu.26.verſ.2.infertur.

3 Diuerſum ab hac re videntur voluiſſe † Crauet. in
conſ.111.nu.11.cum iis,quos adducit, & Corn.in cōſ.
263.col.7.verſ. accedat etiam ad probationem. lib. 4.
& idem conſ.142.co.lib.atq; Caſtrenſ.in conſ.293.ad
primum videtur reſpondendum.nu.2.& ſeq.& in cōſ.
298.ad primum quæſitum, poſt nu.9. lib.2.

Id autem obſerues,emphyteutam cōpelli ad probā
4 dum affirmatiuam,hanc † ſcilicet ſe ſoluiſſe canonē:
non aūt cogitur Dñs volens emphyteutam expellere
hanc negatiuā probare,hoc eſt,triennio nō fuiſſe ſibi
ſolutum, quamuis id ſit fundamentū intētionis dicti
Domini.ita docuit gl.ſuper verb.repellere, circa me-
dium.verſ.item quis probabit.l.2. C. de iure emphyt.
vbi ēt Iaſ.nu.134.quo in loco refert hanc eſſe ſcriben
* tium * cōem opinionem, & neminem ab hoc diſſen-
tire:per DD.ibid. & idem Iaſ. voluit in l.1.nu.132. C.
eo.tit.& ibi Bal.nu.16.& 17. prodidit Affl dec.13.nu.
26.idem placuit Spec.& Io.And.tit.de emphy. §.nūc
aliqua, nu 42.ver.31. Cyn.docuit in d.l. 2.nu.6. ibi in
ver.repellere.& ibid. Alb. de Roſ.n.7. monuit Anch,
in c.potuit,nu.24.vbi Imo.nu.54.ext.de locat.& Hie-
ron.Gabr.in ſuis concl.lib.1.tit.de proba. concl.6.nu.
21.dixit Rol. à Val. in conſ.87.non inſiſtendo, nu.3.
lib.1.& tenet Gozad.in conſ.1.nu.28.

5 Illud ēt animaduertas,† in dubio cenſeri potius bo
na cenſualia,q̄ emphyteutica:vt tradit Iaſ. in d.l.2.C.
de iure emphyt.& explicauimus ſup.in concl. cenſua
lis res, nec à nobis id temerè prolatum autumes. hinc
vtilitas non modica dimanat. Nam ſi res præſumat̃
6 cenſualis,† & ceſſauerit à ſolutione cenſus ēt per mil
le annos,nō ꝓpea pōt priuari iure ſuo:per id, quod eſt
ſancitum in c.conſtitutus,cum gl.& ibi Inn. in vlt.gl.
de relig.domib.Quod ſecus eſt, ſi res ſit in emphyteu-
7 ſim etenim per ſolam ceſſationē triennii † cadit à iu-
re ſuo,vt habemus ex c.potuit,de locat.& ex l.2.C. de
iure emphyt.q ea ēt ratione comprobatur:nam in cō
tractu cenſuali transfertur in recipientem omne do-
minium tàm directum,quàm vtile.In emphyteuſi au
tem non trāſfertur,niſi vtile dñium,directo apud do-
minum manente, qui in emphyteuſim rē concedit,
vt tradidit gl.in d.c.conſtitutus, in verbo, imperatū,
* in fi. quam * communiter ſequūtur iuris interpretes:
vt dicit ibi Abb.nu.2.& Iaſ.in l.1.nu.39.C.de iure em
phyt.& ad idem reſpondit Burſat.in conſ.26.num.18.
19.cum plurib.ſeqq.& conſ.56.nu.8. & ſeq.vbi latiſſi-
mè hanc materiam proſequitur; & dictum eſt ſup. in
concl.cenſualis contractus.

Intelligas tñ,& limitabis iſtud tñ procedere in em
phyteuſi ſeculari, ſecus vero eſt in emphyteuſi eccle-
8 ſiaſtica,† quia fauore Eccleſiæ magis præſumitur em-
* phyteuſis,q̄ cenſualis,vt hanc eſſe * communem opi-
nionem atteſtatur Bero.q.14.& cōſuluit Alex.de Ne-
uo in conſ.27.per totum.q̄ opinionem velim limites
locū habere exiſtente ſcriptura, vel alia cōiectura ad
fauorē Eccleſiæ,& declarat Burſ.in d.conſ.26. nu.20.

Quinimò iuxta ſniam Clar.in §.emphyteuſis, q.1.
9 verſ.ſed pone indiſtinctè præſumitur,† tàm in conceſ
ſione facta à priuato, quàm in cōceſſione facta ab Ec
cleſia, res emphyteutica q̄ cenſualis: quia in vtroque
caſu militat eadē ratio vt ibi per eum, quia hoc eſt ia
* minus præiudicium concedentis,quam ſniam * com-
munis ſcribentium ſchola comprobat: vt atteſtatur
Berte.in d.q.14.nu.1. & ſeq. Burſa. ſibi ipſi contrarius
in conſ.56.num.8.

CONCLVSIO DCIII.

ARGVMENTVM.

Emphyteuſis an probetur per ſcripturam.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis regulariter probatur per ſcripturam, veluti inſtrumentum.*
2 *In contractu emphyteutico propriè & regulariter fit conceſſio in perpetuum,& emphyteuſis propriè dicitur,quando eſt perpetua.*
3 *Emphyteuta cauere debet ne inſtrumentum emphyteuticum amittat,quia eo amiſſo ius illius fluctuaret, & requireretur,vt appareret de ſolutione canonis emphyteutici facta per 40.annos.*
4 *Contractus requirentes ſcripturam nunquam ex ſola patientia intelliguntur reuocari.*
5 *Solutio cenſuum pro emphyteuſi probari debet ſimiliter per ſcripturam.*
6 *Non poteſt dici res emphyteuticaria, niſi pro ipſa re aliquis annuus cenſus,vel penſio ſoluatur.*
7 *Cenſus venit acceſſoriè ad contractum emphyteuticum, & acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*
8 *Non poſſet fieri contractus emphyteuticus, niſi in eo cenſus adiiceretur.*
9 *Prærogatiua præcipua eſt in ſolutione canonis publici, ne poſſit probare per teſtes,ſed neceſſario requirat ſcriptura.*
10 *Solutio cenſus emphyteutici priuati neceſſario non requirit ſcripturam,ſed probari poteſt per duos teſtes.*
11 *Emphyteuſis omnino probari debet per ſcripturam, cū per teſtes probari non poſſit.*
12 *Simulatio probationis contractus emphyteutici probari debet per ſcripturam,nec ſufficiunt dicta teſtium.*
13 *Emphyteuſis per ſcripturam probatur,etiamſi de ipſa non fuerit confectum principaliter inſtrumentum.*
14 *Quando emphyteuſis ſcriptura eſt amiſſa,tunc poteſt probari per teſtes,qui tantum deponant de ipſa, & eius tenore.*
15 *Emphyteuſis præſumitur, licet de alia ſcriptura non appareat,ſi quis longo tempore ſoluit penſionem tanquam emphyteuta.*
16 *Emphyteuta ita tenetur ad ſolutionem canonis debiti Eccleſiæ,non ſecus ac ſi emphyteuſis eſſet conceſſa cum debita ſolemnitate.*

1 EMPHYTEVSIS probatur regulariter per
ſcripturam † veluti in-
ſtrumentum: vt ſanxit Impe.Zeno.in l.1.de iure em-
phyt.& ibi gl.in verb.alienationis. & in verb. ſcriptu-
* ra,quam poſt multos ſe citatos eſſe * communiter re-
ceptam tradit Iul. Clar. in §. emphyteuſis, 4.q. idem
* conſulendo cenſuit Burſ.conſ.26.nu.16.vbi de * com-
muni atteſtatur,vbi & per Bal.in d.l.1.in 2. lect.nu.9.
* ver.oppon.3.& ibi Iaſ.nu.61.62.& 63.vbi de * commu
ni.C.de iure emphy.hoc idem placuit Alex.in conſ.
157.videatur in præſenti.poſt nu.4.verſ.etiam dici po
teſt.vol.1.& in cōſ.50. in cauſa,& lite inter Ioannem
* de Laude.num.4.vol.5.vbi & de * communi teſtatur,
& plures alios adducit, vol. 1. id quoque ſenſit Puteus
Medices.q.110.in vol.diuerſ. quæſt. recens impreſſa-
* rum,vbi de * communi aſſerit.nec ab hac diſceſſit ſen
tentia Aymo.conſuet. Aluern.tit.21.art.16.nu.4.neq;
** id præterijt Pariſ.conſ.77.nu.7.vol.3. vbi de magis **
communi. Idem obſeruauit Bero.conſ.204.num.26.
volum.1.ſic etiam profitendo ſcripſit Aret. in §.adeo
* Inſtit.de locat. vbi ait ſua * communiter teneri,& ſem
per vidiſſe obſeruari. hoc quoque ſcriptum reliquit
** Afflict. deciſ. 72. colum.penul.vbi de magis ** com-
muni ſcripſit,& hoc confirmauit Socy.in conſil.120.
num.24.vol.4.atque ſcriptis mandauit Crau.in conſ.

312.num.8.idem probauit Rolan.à Valle in conſ.87.
nu.9.vol.1.nouiſſimè tradidit,& ſequutus eſt Cacher.
in deciſ.Pedemont. 53.nu.1.Iul. Clar.lib.ſententia.§.
emphyteuſis, q.4. per totam , & idem de * communi
& vxor.& l.etiam,ſub fi.C. eo. tit. ſic conſultus rñdit
Bal.in conſ.67.Punctus talis eſt.D.Magdalena.nu. 1.
vol.5.& conſ.70.Apparent quędam inſtrumẽta. nu.
6.vol.1.cui accedit Rom.in cõſ.346.in cauſa Baſiliẽ.
nu.17.verſ.hoc quidem.& in conſ.150. ſuper eo. poſt
nu.4.in fi.quod & probauit Barth.Soc.in cõſ.129.nu.
12.vol. 4. ad hæc vero conſulas à nobis animaduerſa
ſupra in Concluſione Bona vxoris, & in Concluſio-
22 ne Acquiſitio. † nõ enim patitur honeſtas muliebris
eam alicui negociationi pręeſſe, ex qua poſſet lucri-
facere,vt dixit Calliſtr.in l.fœmina.ff de edend.

Extendas relatam limitationem duobus modis,
prout tradidimus ſup.in d. concl. bona vxoris.

Sublimita d.4.limitationem duobus modis, prout
ſup.in d.concl.bona vxoris.

Quintò limita, & intellige Concluſionem noſtrã
veram eſſe,præſertim quando emptor eſſet homo la-
23 borioſus,& Induſtrius, hoc caſu † ꝑſumitur emiſſe de
pecunia ex eius induſtria acquiſita, & non de cõi in-
ter fratres,p gl.in l.cum oportet, in prin. verb. ex eius
ſubſtantia.C.de bon.quæ lib.idem ſenſit Bal.in auth.
licentiam.nu. 1.in fi. & nu.3.verſ. item quid lucratur,

Digitized by Google

C.de epiſ.& cler.ſic placuit,& Roman.d.conſ.3.viſo themate. nu. 6. vbi latè;ita etiam voluit conſulendo Steph.Bertr.conſ.397.nu.1. vol.4. cui patrocinantur ea,quæ dicta ſunt ſup.in d.Concluſ.Acquiſitio,& di-
24 cetur infra in Concl.Epiſcopus,† vbi Epiſcopus induſtrius preſumit acquiſiuiſſe bona, non ex bonis eccleſiæ,ſed ex ſua induſtria,vt auctor eſt Purpur.in l.cum fundus.§.ſeruum.nu.65.ff. ſi cer. pet.

Sextò limitabis,ſi prælatus emerit aliqua bona,etenim præſumitur emiſſe de bonis paternis, & non ec-
25 cleſiæ,† ſi ante promotionē clericatus habebat bona paterna:& qui dicit contrarium, ſcilicet quòd emerit ex bonis Eccleſiæ,ei incumbit onus probandi, vt dictū eſt ſupra in Concluſione Bona prelat.& infra explicabimus in d.Concluſione Epiſcopus.ad idem reſpondit Ruin.in conſ.156.nu.1.vol.4.

Amplia ſuperiorem limitationē, etiam ſi Epiſco-
26 pus haberet patrimonium,ſed erat tenue, † & redditus eccleſiæ ampli,& pingues,quia hoc caſu præſumitur emiſſe ex bonis Eccleſiæ, & proprijs pro rata portione redditusum Eccleſiæ, & patrimonij, deductis impenſis pro victu eius ex redditibus Eccleſiæ,ut tradidit Abb.in c.3.nu.3.circ.fi.de pecul. cleric.quem ſequitur Ruin.in d.conſ.156.d.nu.1.vol. 4.

Septimò limitare poteris,nō habere locum in negotiorum geſtore, & adminiſtratore hæreditatis cõmunis,vt ſi conſtaret aliquam rem venditam,nec appareret vbi impenſa eſſet talis pecunia, ita inſigniter retulit Rom.in conſ.276.viſis dubijs.nu.7.verſic.quo ad nonum.

CONCLVSIO DCXIII.

ARGVMENTVM.

Emptor ad hoc vt habeatur pro domino rei emptæ,quid ei ſufficiat probare.

SVMMARIVM.

1 *Emptor ad hoc,vt habeatur pro domino rei emptæ, neceſſe habet probare venditorem fuiſſe dominum.*
2 *Nullus poteſt transferre in alium quod ipſe non habet penes ipſum.*
3 *Emptor habebitur pro domino, ſi poſt emptionē bona fide poſſedit per tempus, quod ſit ſatis ad vſucapionem rei mobilis,& ad præſcriptionem rei immobilis.*
4 *Probato titulo, & poſſeſſione longiori probatur dominiū.*
5 *Emptor ad hoc,vt habeatur pro domino rei emptæ, ſufficit ei probare titulum, numerationem,& traditionem, & quod diu poſſederit.*

Emptor ad hoc, vt habeatur pro domino rei emptæ,non ſufficit probare ea, quæ ſupra dicta ſunt,ſcilicet numerationē precij,tra-
1 ditionem vacuam,&c.† ſed neceſſe,& opus eſt probare venditorem fuiſſe dominum,vt tradidit Accurſ.in l.cum res,& ibi DD.& præcipuè Sal.nu.7.C. de prob. & rationem reddit Sal. quia nullus poteſt trāsferre in
2 alium† quod ipſe non habet penès ipſum.l.4.in fin.ff. de officio procon.& l.traditio.ff.de acq.rer.dom.l. & quæ nondum.§.quod dicitur.ff.de pignoribus.& placuit Bal.in l.rem alienam.nu.2.verſ.not.ex glo. ff. de pignorat. action.
3 Iſtud primo locò limitabis† ſi poſt emptionē bona fide emptor poſſedit per tēpus, quod ſit ſatis ad vſucapionem rei mobilis,& ad præſcriptionē rei immobilis,vt aſſeruere Bal.in d.l.cum res.nu.5.& ibi Caſtr.
4 nu.10.& 11.dicens† probato tit.& poſſeſſione lōgiori probari dominium; quia tanto tempore poſſet quæri:quod teſtatur Bertrand.in conſ.211.nu.3.in 1.parte volum. 3.

Secundò limita,vt concluſio tantū procedat,quādo ſumus in dubio;tūc enim neceſſarium eſt, vt quoque probetur venditorem fuiſſe dominum, ſed ſecus,
5 † ſi concurrant à nobis paulò ante relata quatuor,id eſt,titulus, numeratio,traditio, & quod emptor diù poſſederit;etenim ſatis eſt illa quatuor probare,vt ad hæc ſigillatim conſuluit Pariſ. in conſ.104. nu. 99. cū multis ſeq. & nu.100. & hanc materiam ex inſtituto per totum conſilium tract. lib. 1. hoc idem ſequitur Paul.Caſt.in l.proprietatis.nu.3.& 4.C.de prob.quod etiam comprobauit,& Iaſ.in §.omnium. col. 16. nu. 71.verſ.item probat dominium.inſt. de actio.

CONCLVSIO DCXIV.

ARGVMENTVM.

Emptor ſi reperiatur in poſſeſſione, an præſumatur, quòd eam habeat voluntate venditoris.

SVMMARIVM.

1 *Emptor ſi in poſſeſſione reperiatur,illam habere præſumitur voluntate venditoris.*
2 *Poſtquam res eſt penès emptorem non deſideratur alia poſſeſſionis traditio.*
3 *Emptor præſumendus eſt in poſſeſſione voluntate venditoris, ſi ſoluit precium, vel aliter ſatisfaciat venditori.*
4 *Emptor ingrediens poſſeſſionem pretio non ſoluto non præſumitur poſſidere voluntate venditoris.*
5 *Emptor non præſumitur apprehendiſſe poſſeſſionem rei cōſilio venditoris ſi id egerit ante pretium ſolutum.*
6 *Emptor non intelligitur iuſtè poſſeſſionem apprehendiſſe ēt ſi pretium ſit ſolutum,quando non apparet illam apprehendiſſe ſciente, & patiente venditore.*

1 Emptor ſi reperiatur in poſſeſſione, præſumitur † quòd eam habeat voluntate venditoris, vt ait Ang.in l. ſi per longi temporis. cir. fi.C.de præſcrip.long.temp.quem ſequitur Alex. conſil.86. ponderatis,narratis in themate.nu.4.vol.6.
2 Nec deſideratur alia poſſeſſionis traditio.† poſtquam res eſt penès emptorem,iux.§.interdum.Inſtit.de rer. diui.& l.qua ratione.§.ſciendum.ff.de acq. rer. dom. l.quædam mulier.& ibi Ang.ff.de rei vend. iuxta ſententiam Cur.iun.in conſ.22.nu.2.vbi de verbo ad verbum refert,& tranſcripſit verba Alex. in d. conſil.86. quod intelligas, quando venditor tenebatur tradere rem,vt reſpondit Alex.in conſ.33.viſo proceſſu inter Aromaninum.nu.6.in fi.vol.6.

Limitabis,& intelliges concluſionem veram eſſe,
3 † quando emptor ſoluiſſet precium,vel aliter ſatisfeciſſet venditori,vt not.glo.in d.§.interdum.Inſtit. de rer.diui.& obſeruauit Alex.in d.conſ.33.d.nu. 6. vol. 6.nam tunc videtur venditor conſentire, quòd res ſit apud emptorem ex dicta cauſa emptionis: ſed ſecus, ſi non ſoluiſſet:nam tunc ſi ingrediatur poſſeſſionem
4 precio non ſoluto, non ſolùm† non præſumitur poſſidere voluntate venditoris, prout ſcribentes nuper allati loquuti fuere,& maximè Ang.in d.l.ſuper longi,per ea,quæ habētur in l.Iulia.§.offerri.ff. de actio. empt.& idem argum.l.2.in fi. C. de acquir.poſſeſsio. & Bald.in Rubric.C.de contrah. empt. ſed etiam dicitur prædo.ſicut inquit Rayn.in l.nec ex vera. C. de acq.poſſeſs.quos omnes refert,& ſequitur Alex.d.cōſil.86.pōderatis narratis in themate.num. 5. ad quod conſulas Bart.in l.ſi ex ſtipulatione.ff.de acq.poſſeſs.

Primùm velim amplies,ſuperiorem limitationem procedere ſiue vēditor ignorauerit, ſiue ſciuerit emptorem ante pretium ſolutum rem poſſidere emptā,
5 † namq; ſine vllo diſcrimine præſumitur emptorem non apprehendiſſe poſſeſſionem rei conſilio venditoris,vt

toris, vt inqt Rayn. in d. l. nec ex vera, & ex adductis ab Alex. d. conſ. 86. num. 5.

Deindè ampliabis eandem limitationem, etiam ſi pretium ſit ſolutum, ſed non appareat emptorē apprehendiſſe poſſeſſionem ſciente, & patiente venditore, nam tunc non intelligitur emptorem iuſtè poſſeſſionem apprehendiſſe, ita voluit Cyn. in d. l. nec ex vera. ſequutus ibi. Iac. de Ray. quos refert, & ſequitur Alex. d. conſ. 86. nu. 5.

CONCLVSIO DCXV.

ARGVMENTVM.

Emptor ad hoc, vt poſſit obtinere pro euictione ſibi promiſſa, quid probare habeat.

SVMMARIVM.

1 *Emptori ad hoc, vt poſſit obtinere pro euictione ſibi promiſſa, neceſſe eſt probare rem ipſam venditam ſibi euictā fuiſſe iudicialiter.*

2 *Sententia Iudicis ad hoc, vt poſſit agi de euictione requiritŭ, ubi quis uult agere ad duplum actione ex ſtipulatu.*

3 *Qui unlt agere actione empti ratione euictionis, poteſt agere antequam ſit lata ſententia.*

4 *Emptor in dubio non poteſt agere de euictione, niſi probet, quod defenderit cauſam quātum in ſe fuit, & non fuerit contumax.*

5 *Emptor oſtendere debet ſe proſequutum fuiſſe ſuam appellationem vſq; ad finem, etſi conſiſterit ſententiam fuiſſe latam contra ipſum, & ipſum appellaſſe.*

6 *Emptor tenetur appellationem proſequi uſq; ad finem, etiā ſi ſententia lata contra ipſum ſit iuſta.*

7 *Emptor non poteſt agere de euictione, niſi appareat ſententiam fuiſſe latam ſuper proprietate rei euictæ, & executionem ſententiæ factam fuiſſe contra ipſum.*

8 *Emptor ſi velit venditorem teneri de euictione, probare debet ſe denunciaſſe ipſi litem motā eſſe ſibi, & nominatim petere ſe defendi.*

9 *Emptori non ſatis eſt probare ſe denunciaſſe venditori litem fuiſſe motam, niſi oſtendat libellū in forma publica.*

10 *Emptori ſufficit ſimpliciter denunciare, & ſignificare venditori litem ſibi fuiſſe motam.*

11 *Emptor tenetur dare copiam libelli ipſi venditori, ſi illam petat.*

12 *Emptor de conſuetudine nō tenetur dare exemplum libelli venditori.*

13 *Venditori illiterato non ſufficit, vt legatur libellus, ſed eius tenor declarari debet.*

14 *Denunciatio non requiritur, vbi res omnino fuit euicta.*

15 *Denunciatio nulla requiritur, quando notorium eſt venditori nullam competere exceptionem.*

16 *Emptor ſuperatus pōt agere contra venditorē de exceptione abſq; aliqua denunciatione, vbi ipſe, & venditor ſunt conuenti in eodem iudicio ab eo, qui rem euicerit.*

17 *Denunciatio nulla requiritur, ubi emptor eſt iſtiuſmodi perſona, pro qua ius conſtituit debitorem in mora, ipſo iure, & re ipſa ſine alia interpellatione.*

18 *Denunciatio nulla requiritur, ubi venditor eſt in mala fide, eo quod habeat inſtrumenta, per quæ emptor poſſit vincere, & ea non oſtendat emptori.*

19 *Denunciatio non requiritur, vbi in contractu eſt remiſſū ius denunciandi, & conuentum, ut uēditor teneatur ad defendendum ſine alia interpellatione.*

20 *Venditor ubi latitat, & impedit ne fiat denunciatio, tenetŭ de euictione abſq; alia denunciatione.*

21 *Qui malitioſè abeſt, uidetur abeſſe ad ſui præiudicium.*

22 *Qui abeſt ex iuſta cauſa non uidetur abeſſe ad ſui præiudicium.*

23 *Denunciatio non requiritur ubi emptor poteſt probare, ꝙ ſi denunciaſſet uenditori, non potuiſſet eum defendere in iudicio, eo quod fouebat malam cauſam.*

24 *Emptori neceſſe eſt probare quod etiam ſi denunciaſſet uēditori, ſuccubuiſſet omnino.*

25 *Denunciatio non requiritur, quando probatum eſt, quod ſi uēditori fuiſſet facta, nullam habuiſſet iuſtam, & rationi conſentaneam cauſam, qua potuiſſet impedire reſtitutionem rei.*

26 *Notificatio quo pacto facienda ſit uenditori ab emptore.*

27 *Pars rei uēditæ, ut fundi ſi euicta eſt, neceſſe erit ꝓbari ꝑ emptorem bonitatē illius partis precium ac uenditionē, poſtremo omnes qualitates, & quid ſit ei reſtituendum.*

28 *Emptor curare debet, ut venditor renunciet omnibus, quæ ipſi poſſet opponere, ut ſine ulla probatione habeat regreſſum contra uenditorem.*

1 Emptor ad hoc vt poſſit obtinere pro euictione ſibi promiſſa, †neceſſe eſt ꝙ probet rem ipſam venditā ſibi euictā fuiſſe iudicialiter, & ſic per ſententiam iudicis: vt reſpondit Paul. in l. vtiq; ff. de rei vendic. & in l. atqui natura. §. ſi cū me abſente. ff. de neg. geſt. latè Goz conſ. 94. nu. 40. ver. 3. conſiderandum eſt, quod & Imp. reſcriptis, & Iuriſcōſultorum reſponſis poteſt confirmari, vt in l. ſi cum queſtio. C. de euictio. l. ſi dictum. §. ſi cum promiſſero ff. d. tit. de euictio. l. vlt. C. de actio. empt. Alex. conſil. 117. viſo, ac ponderato. nu. 3. lib. 7.

Iſtud tamen, ꝙ diximus requiri ſententiam iudicis
2 ad hoc, †vt poſſit agi de euictione, procedit, vbi quis
vult agere ad duplū actione ex ſtipulatu, vt eſt caſus
in l. habere licere. ff. de euictio. ſed vbi quis vult agere
3 actione empti ratione euictionis, †poteſt agere antequam ſit lata ſententia. l. non tamen. & in l. ſi ei, cui. ff. de euict. tutius tamen eſſe dixit Imol. in c. vlt. colu. pen. de empt. vt expectetur ſententia, vt ibi per eum.

Neceſſe ēt eſt, vt emptor probet, quod defenderit
4 cām quantū in ſe fuit, & non fuerit contumax, †alioqui in dubio non poſſet emptor agere de euictione, vt reſcriptum eſt in l. 1. in fi. C. de peric. & commo. rei vend. l. emptor, in fi. C. de euict. & fuit reſponſū in l. ſi ideò, in prin. ff. de euic. l. qui repudiātis. §. 1. ff. de inoff. teſta. & in c. vlt. de emp. & vēd. & Alex. in d. conſ. 117. nu. 3. vbi ſubiungit, ēt ſi conſtiterit ſententiam fuiſſe
5 latam contra emptorē, & emptorem appellaſſe, †requiri tamen, quod etiam oſtendat, ſe proſequutum fuiſſe ſuam appellationē vſq; ad finem, vt no. Spec. in ti. de appel. in 2. par. §. quis poſſit. num. 8. verſ. ſed nunquid emptor, & Io. And. in c. nō iniuſtè. de procur. & clarè tradidit Bal. per illū tex. in l. Herēnius. §. Caia. in prin. ff. de euict. atq; Inn. in c. vlt. de emp. & vend. & habemus à I. C. in l. ab executore. §. alio. ff. de appel.

Amplia quod proximè dictū eſt de appellatione
6 proſequenda, vt ēt procedat, †ſi emptor contra quem ſnīa lata eſt, & iuſta, ſi appellauerit, teneatur illam ꝓſequi vſq; ad finem, vt apertè voluit Alex. in d. conſ. 117. nu. 4. ꝑ d. l. ab executore. §. alio. ff. de appe. Requiritur ēt quod appareat ſententiam fuiſſe latam ſuper proprietate rei euictæ: ſecùs, ſi tantū ſuper poſſeſſione
7 †etenim tunc non poſſet emptor agere de euictione, prout actū fuit, licet poſſet agere emptor contra venditorem, vt rem traderet, & ſic agere tanquam re non tradita, res enim euicta pro non tradita habetŭ: vt cautum eſt à Pompon. in l. datio, in prin. ff. de act. emp. & ibi Bart. in 2. not. & docuit Bal. in l. 1. in fi. nu. 17. C. de peric. & commo. rei vēd. Quin etiam requiritur quod appareat executionem ſententiæ factā fuiſſe contra emptorem, ſic colligimus ex reſponſo Calli. in l. habere licere, verſ. quia rem habere licet. de euict.

Deſideratŭ inſuper, quod emptor probet ſe denunciaſſe venditori litē natam eſſe ſibi, & quod nominatim petat, ſe defendi: nā ſimplex notitia non ſufficit,
8 †ſed neceſſe eſt, vt omninò ſpeciatim incitet eum, vt

litis alti-

liti aſſiſtat, & petat emptor ſe defendi, ſi venditorem velit teneri de euictione, iuxta ſnĩam Gozadini, ita nuncupatim conſulentis in cõſ.94.nu. 41. ꝙ & tradidit Alex.d.conſ.117.viſo ac ponderato.nu.5.lib.7.ſic etiam reſpondit Corn.cõſ.321.ſub nu.3.ver. ſecundo
* quia.libr. 1. & hanc eſſe* cõem opinionem atteſtatur auctor ad d.conſ.Alexã.117. ſub nu.4.litera B.atque voluit idem Alex. conſ. 33. viſo themate, & inſtrumento.nu.1.in fi.cum ſeq.uſq; ad fi. lib. 2. hoc etiam aſſeruere duo lumina iuris.Bar.nu.2.& Bal.nu.2.cum ſeq.per illũ tex.in l.1.C.de peric.& commo.rei vend. atq; Bar.in l.denunciaſſe.§.quid ergo.n.2.ff. de adult. notat.in l.non ſolum.§.morte.ff.de nou.ope.nunc.et obſeruauerunt Doct.per illũ tex.in c.vlt.de empt. & vend.l.qui abſentem,& ibi notat Bar.nu.1.& 2.ff. de proc.l.ſi partes,l.empti.l.cum ſucceſſores.C. de euict. & cum multis alijs deductis ab Alex.in d.conſil.117. nu.5.& hanc eſſe* cõem ſententiã teſtatur Ant.Rub. in repet.§.morte.l.non ſolum,poſt nu.417.ff.de oper. no.nunc.At Bar.in d.§.morte.l.nõ ſolum.nu.48.ver.
9 exempli gratia.ff.eo.de oper.nou.nunc.aſſerit,† non ſatis eſſe emptori,ſi probet, ſe denunciaſſe venditori litẽ fuiſſe motã, niſi oſtendat libellum in forma publica,cuius ſententiam* cõi ſcribentium calculo eſſe comprobatam,teſtis eſt locupletiſſimus Fel.in c.cum M.Ferrarienſis.nu.63.cum pluribus ſeq.de conſt.

Contrariũ in hoc,quòd immò ſimplex denunciatio ſufficiat,voluit Bal.in l.emptori.nu.4.C. de euict.
10 vbi ait,id eſſe in more poſitum,† ꝙ ſimplex denũciatio, & ſignificatio ſufficiat,à qua conſuetudine dicit non eſſe recedendum:in eadem opinione mãſit Sali. ibidẽ.nu.3.vbi ait hodie denunciationẽ,vt veniat ad defendendum, non eſſe neceſſariam, & idem ait ibi tenere Cyn.huius quoq; fuit ſententiæ,& Iaſ.in l.non ſolum.§.morte.col.19.num.39.de nou.oper.nunc.

Sed harum inter ſe diſſidentium ſententiarũ cõciliationem videas apud eũdem Ant.Rub.in d. repet. §.morte.l.non ſolum.nu.417.ver. primus caſus eſt.ff. de ope.nou.nunc.vbi plures diſtinctiones ad hanc rẽ in medium affert, quas tu ipſe per te videbis.longius enim ſermonem noſtrum protraherem.

Bartoli tñ ſententiam aſſerentis, requiri etiam, vt oſtendat libellus in forma publica,limites velim pri-
11 mo,†vt emptor teneatur dare copiã libelli ipſi venditori,ſi illã petat:ſic aſſeruit gl.in clem.cãm in verb. petita.de elect.cui accedit Fely.in d.c.cum M.Ferrarienſis.nu.63.verſ.ſed adde quod etiam.de conſtit.

Limitabis deinde Bar.opinionem,vt procedat de
12 iure,ſecus autem de conſuetudine: † non enim tenet emptor dare exemplum libelli venditori; ita dixit Ang.in l.ſi cum quæſtio.& in l.empti.C. de euict.

Poſtremò Bar.ſententiam limitare poteris,vt vera ſit, vbi venditor eſt literatus, ſed vbi eſſet illiteratus,
13 †tunc non ſufficeret vt ei legeretur libellus, niſi eius
* tenor declaretur,atq.eorum quę ſcribentes* communiter tradunt in l.1.ff.de verb.obl. & ita ſcripſit idem Ant.Rub.in d.repet.§.morte.l.non ſolum.nu.415. ff. de oper.nou.nunc.

Priorem verò ſnĩam,hoc eſt, nõ ſatis eſſe, ſi probet emptor,ſe denunciaſſe venditori litem eſſe motã ſuper re uendita,niſi incitet eum,vt liti aſſiſtat, primum
14 omniũ limitabis,†vt locum ſibi non vẽdicet, vbi res omnino fuiſſet euicta:qm̃ tunc non requireretur denunciatio:ita tradidit Soc.in l.2.§.voluntatem.nu.4. ff.ſol.matr.referens ita Fulg.tenuiſſe in l.ſi ideo.ff. de euic.& in l.emptorem.nu.3.vbi dicit ſe ita conſuluiſſe.ff.de act.empt.atq; Imol.in c.vlt.de empt. & vend.
15 Secundo loco limites uelim,qñ notorium erat vẽditori nullam competere exceptionem,nã tunc nulla requiritur denunciatio,vt prodidit idẽ Anto.Rub. in d.repet.§.morte.n.420.arg.l.1.§.occiſorum.ibi,quoties potuerunt.ff.ad Syllan.& per not.in l.cum quæſt. C.de euict.in gl.2.ibi, niſi eſſet notoriũ rẽ eſſe alienã:

Tertiò limitanda eſt,vbi emptor, & venditor ſunt conuenti in eodem iudicio ab eo, qui rem euicerit,
16 † nam abſque aliqua denunciatione poterit emptor ſuperatus agere contra venditorem de euictione, vt eſt glo.ſingularis in l.ſi dictum.§.ſi præſente: in verb. poſſit.ff.de euict.vbi Salic.eam ſequitur.& Bald.in l. libera.in prin.C.de ſent.& l.vlt.§.1.C.de vſur.rei iud. atq; Alex.in l.2.§.voluntatem.col.4.verſ.ſecundo limitari.nu.15.ff.ſolut. matrim.

Quartò præterea limitatur,vbi emptor eſt iſtiuſmo
17 di perſona,†pro qua ius conſtituit debitorem in mora ipſo iure,& re ipſa ſine alia interpellatione,aut denunciatione, & quia ſit minor,Eccleſia,vel fiſcus.de minori eſt caſus in l.in minorum.C. de in integ.reſti. minor.de Eccleſ.eſt gl.in §.item mixta.in ver.in iudicium.Inſt.de act.& Bald.in auth.hoc amplius.nu.17. C.de fideic.de fiſco eſt gl. in l.cum quidam.§. fiſcus. in verb.inferunt.ff.de vſur.ita aſſeuerauit Rom.in d. l.non ſolum.§.morte.num.10. & Alex.in l. quod te. nu.8.verſ.in ea,ibi,& interpellatus.ff.ſi cert.petat. atque Bal.in l.1.nu.6. verſ. tu dic,quod tres ſunt caſus. C.de pericul.& commod.rei vend.
18 Quintò limites velim,†vbi uenditor eſt in mala fide,eo quod habeat inſtra,per quæ emptor poſſit vincere,& ea nõ oſtendat emptori; quia ſine interpellatione conſtituitur in mora,& tenetur de euictione et ſi nõ fuerit proteſtatũ;ita docuit Bal.in l.1.nu.6. verſ. in 1.caſu.C.de pericul.& commod.rei vend.& ita tenet Card.Alex.in c.ſolicitudinem.verſ.3.eſt de appel.

Sextò inſuper limitanda eſt, vt locum ſibi nõ ven-
19 dicet,† vbi in contractu eſſet remiſſum ius denuntiãdi;& ſic eſſet cõuentum, vt uenditor teneatur ad defendendũ ſine alia interpellatione;contex.eſt ad hoc eximius, & inſignis in l. Heren. in prin. ff.de euict. & ita ſcriptum reliquit Bal.in d.l.1.nu.10. uerſ.item, & 3.vbi etiam Sal.C.de peric.& commod.rei uẽd.quib. accedit Car.Alex.in d.c.ſolicitudinem. uerſ.4. eſt limitatio.de appellat.atque Ang.in conſ.177.col.1.
20 Septimo loco limitatur,ut non procedat,†ubi uenditor latitat,& impedit,ne fiat denunciatio. nam tũc tenebitur de euictione abſq; alia denunciatione, vt probatur in l.ſi dictum.§.ſi præſente.in ult.reſponſ.ff.
21 de euict.nam qui malitioſè abeſt, † uidetur abeſſe ad ſui præiudicium,ut tradit Innoc.in c. quoniã frequẽter.poſt nu.6.ſuper uerb.propria, ut lit.non conteſt.ꝙ etiam corroborat contex.à contrario ſenſu, in l.ſi cũ
22 ſeruum.§.ult.ff.de fideicom.liber.ubi ille,† qui abeſt ex iuſta cauſa,non uidetur abeſſe ad ſui præiudicium, & cum iſta limitatione tranſit Card.Alex.in d. c. ſolicitudinem.uer.8.fallit.de appellat.

Octauo loco,velim limites,ubi emptor poteſt probare, quod ſi denunciaſſet ipſi uenditori, ꝙ non po-
23 tuiſſet eum defendere in iudicio; † quia prætor fouebat malam cauſam,quoniam illo caſu non uidetur interfuiſſe ipſius uenditoris denunciationem fuiſſe factam,ita limitauit Alex.in d.l. non ſolum.§. morte. nu.46. uerſ. & in quantum.ff. de oper.nou.nunc.poſt Imol.in c.vlt.de empt.attamẽ grauabitur in hoc em-
24 ptor,† ut neceſſe probet, quod etiam ſi denunciaſſet uenditori, ſuccubuiſſet omninò emptor, ut ait Fulg. in l.emptorem.poſt nu.2.uerſ.in ea glo.ibi.l. Iulia. ff. de act.empt. quam ſingularẽ eſſe limitationẽ auctor eſt idem Anto.Rub.in d.repet.§. morte.nu.452. in fi.

Nonò, & poſtremò limitabis, quando probatum
25 eſſet, † quod ſi uenditori fuiſſet facta denunciatio, nullã habuiſſet iuſtam, & rationi cõſentaneam cãm, qua potuiſſet impedire reſtitutionem rei, ſic declarauit idem Imol.in d.c.ult.ad fi. de empt. quod magnifacit Alex.in d.§.morte.nu.47.uerſ.uel dic. Ad has tamen limitationes uelim conſulas eundem Ant.Rub. in d.repet.§.morte.l.non ſolum.à nũ.418. vſq; ad nu. 455.ubi omnium uberrimè has examinat.
26 Hac in re tamen, ſi quis à me requirat, † quo pacto facien-

facienda ſit notificatio, breuiter agendo reſpondeò.
Notificationem hoc modo fieri: nam emptor oſten-
det venditori iuridicè, aut teſtato libellum, ut publi-
cè ſolet confici, contra eum productum, & citationē
de eo factam, præmonentem litem emptori, & exem
plū mittet ad ipſum venditorē per iura ſup. deducta.
27 Denique ſi pars rei venditę, ut fundi, euicta ſit, † ne-
ceſſe erit probare per emptorem bonitatem illius par
tis, pretium, ac conditionem, poſtremò omnes qua-
li tates, vt complectatur etiam, quādo interſit empto-
ri s, & quid ſit ei reſtituendū, iux. contex. in l. 1. in prin.
& l. ex mille. in ver. cæterùm. ff. de euict. quod & tra-
didit idem Alex. in d. conſ. 117. nu. 6. lib. 7. & habetur
in l. qui ſolidum. §. 1. in ver. pro modo æſtimationis.
ff. de leg. 2. & huc conferunt animaduerſa à Bart. poſt
glo. in l. ſi ex falſis. nu. 10. cum ſeq. C. de tranſact.
Vt omninò hæc omnia euitentur curare dēt em-
28 ptor, † vt venditor renunciet omnibus prædictis, quæ
venditor emptori opponere poſſet, & ſic remiſſis, &
renunciatis prædictis oppoſitionibus, emptor ſine vl-
la probatione prædictorum habebit regreſſum cōtra
venditorem, vt notaui ſupra in ſingularibus circa
emptionem, in 3. ſingulari.

Hæc eadem ferè notata à Doctiſſimo Gaſpare Caballino prudens lector vidère poterit: in §. 3. per tot. tit. de euictionib. vbi luculenter, & ad vnguem examinat, quæ requirantur, vt emptor agere poſſit cōtra venditorem de euictione. eum itaque virum adito, qui tibi ad ſaturitatem ſuppeditabit omnia ad hanc euictionis materiam ſpectantia, cùm eam tam egregiè examinauerit, quàm quiſquam alius.

CONCLVSIO DCXVI.

ARGVMENTVM.

Emptori agenti redhibitoria, & agēti actione quanti minoris, quid neceſſe ſit ꝓbare.

SVMMARIVM.

1 *Emptori agenti redhibitoria neceſſe eſt probare emptionem præiſſe, & quod emerit, veluti equum viginti aureis nummis.*
2 *Emptor agens redhibitoria probare debet equum ante vēditionem fuiſſe intolerabili ferocitate calcitroſum, & ſic vitio laboraſſe.*
3 *Emptori incumbit probare ante emptionem rem fuiſſe vitioſam, & venditorem morbum ſciuiſſe.*
4 *Quicquid dixerint rei periti interpoſito iuramento fidem facit.*
5 *Pluralis locutio duorum numero contenta eſt.*
6 *Periti creditur regulariter de qualibet re, & fides eſt adhibenda.*
7 *Iudicium de vitio faciendum eſt per duos peritos, ſi eo in loco plures reperiuntur, ſed ſi unus tantum adeſt, unius tantum iudicium admittitur.*
8 *Vitium præceſſiſſe venditionem probabitur, ſi intra triduū animal moriatur.*
9 *Non poteſt decipi is, qui ſciuit vitium, aut oſcitāter ignorauit.*
10 *Emptori fuiſſe cognitum vitium, de quo agitur, quo pacto probetur.*
11 *Qui morbi veniant in actione redhibitoria.*
12 *Quodlibet leue uitium redhibitioni locum non dat.*
13 *Quodlibet quam leuiſſimum non efficit, ut morboſum, uitioſum ue quid habeatur.*
14 *Vitia, mixta, utpote corporis, & animi redhibitionem admittunt.*
15 *Opinio uulgaris, & conſuetudo regionis ſemper reſpiciēda eſt, cum de probatione aut qualitate morborum, & uitiorum quæritur in iudicijs ciuilibus, & prætorijs.*
16 *Emptor agens actione quanti minoris rei uenditæ quid probare debeat.*
17 *Emptori agenti quanti minoris prætoria actione, ſufficit probare rem illam uitioſam non pluris ualere quam decem, licet forte ipſe etiam per uiginti emiſſet.*
18 *Natura actionis redhibitoriæ eſt, ut ſix menſium ſpatio finiatur, & quanti minoris, anno.*
19 *Annus, & ſex menſes uocantur utiles.*

1 Emptori agēti redhibitoria neceſſe eſt ꝓ-
bare emptionē præiſſe, † & quod
emerit, veluti equū 20. aureis nummis. ex alijs enim
contractibus non conſequit, per l. ſciendum tñ eſt. §.
deinde autem. verb. emptorē quem contex. vt ſingu-
larē ad hoc adducit Fran. Crem. in ſing. 159. ſi res vē-
dita. & l. ſciendū eſt. ff. de ædil. edicto. l. ad res donatas
ff. eo. tit. quod & traditū eſt à clariſſimo Gaſp. Cabal.
in libel. de ædilit. act. c. 2. nu. 5. uerſ. ut comperat.
2 Deindè † quòd equus ille ante venditionē fuerit in-
tolerabili ferocitate calcitroſus, & ſic vitio laborauē
rit, nā ſi poſt venditionem euenisſet non rectè agere-
tur: vt rñdit Papin. in l. action. ff. de ædilit. edict. & re-
ſcripſere Imp. in l. ſi apud priorē. C. de ædil. act. & idē
doctiſſimè tradidit eximius Gaſpar. Caballin. in eod.
3 libel. de ædil. act. d. c. 2. nu. 25. incūbit quoq; † ꝓbatio
de tpe vitij ipſi emptori ante emptionem rem fuiſſe
vitioſam, ut colligit ex Pauli reſpon. in l. quæro. §. ult.
ff. de ædilit. edic. & ab eodē in l. 2. ff. de prob. ut ait idē
Cabal. ubi ſup. nu. 5. & 25. & uenditorē morbum ſci-
uiſſe, ut idē dixit ibidē. nu. 24. Modus autem probādi
erit, ut adhibeantur eius periti, ſaltem duo, qui per iu-
4 ramētū inſpiciāt uitium, † & quicquid dixerint inter-
poſito iurō fidem faciet, arg. l. ſemel. C. de re mili. lib.
12 ubi ponderanda eſt illa loquutio in multitudinis
numero prolata, Medicos, requirēs ſaltem duos. l. ubi
numerus. ff. de teſt. & l. iuſiurandi. C. eo. tit. & arg. c. ſi-
gnificaſti. el 2. §. & ſi quidem. de homic. & l. lex, quæ
tutores. §. ſed & ſi parens. ff. de adminiſt. tut. ibi, mul-
5 torum fide, hoc eſt, ſaltem duorū, † cum pluralis locu
tio duorum numero cōtenta ſit. c. pluralis, de reg. iur.
in 6. vt, & explicauit And. Gail. lib. 2. pract. obſer. ob-
ſer. 3. nu. 2. ver. pluriū tñ. Eſt enim regulare, ut peritis
6 credatur de qualibet re; † ut fidem eſſe adhibendam
teſtat. l. C. in l. 1. in prin. ff. de ven. inſp. & in l. 7. menſe.
ff. de ſtat. hom. & hoc idem repetijt Caballin. ubi ſup.
nu. 26. in fi. ad ꝙ eſt nominatim reſponsū Alex. conſ.
148. Excellentiſſime domine. nu. 5. & ſeq. lib. 1. & cō-
firmauit Marſ. in l. ſtatu liber. nu. 15. ff. de quæſtio.
Iſtud tñ, quod nuper diximus requiri ſaltem duorū
7 peritorum iudicium, uelim intelligas, vt procedat, † ſi
eo in loco, ubi iudicium de uitio faciendum eſt, plu-
res periti reperiantur: ſecùs ſi unus tñ adſit, quo caſu
unius tantum iudicium admittitur: ut notant Bar. in
procem. ffōrum. nu. 9. Bal. ibidem nu. 6. circ. fi. Bart. in
l. vlt. nu. 12. cum ſeq. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Soc. in c.
presbyterorū. n. 11. de homic. Fel. in c. ꝓpoſuiſti. nu. 7.
de ꝓba. per text. in §. quod aūt. auth. de non alien. aut
permutan. reb. eccle. & Afflі. in tit. hic fi. lex. §. 1. in 2.
notab. nu. 8. quos refert, & ſeq. idē And. Gail. d. lib. 2.
prac. obſer. obſer. 3. nu. 4. verſ. quod tamen eatenus.
Alius prætereà modus erit probandi uitiū præceſ-
8 ſiſſe uenditionē, † ſi intra triduū animal moriatur, nā
ex temporis breui interuallo, præſumitur tēpore uen-
ditionis fuiſſe morboſum: ut aſſeruit Abb. in c. iniu-
ſtum. nu. 5. uerſ. & uide aliā quæſtionem. de rer. ꝑmu.
cui accedit Marſ. in l. ſtatu liber. nu. 16. uerſ. adde etiā
prædictis. ff. de quæſt. quod & ſua auctoritate confir-
mauit Cabal. loco proximè alleg. d. c. 2. nu. 26.
Tertio præterea, ꝙ emptor ignorauit tale uitium
equi. Multū nāq; intereſt ſciuerit ne emptor, an igno-
rauerit morbū, uel uitium rei uenditę: quippè ſciens
non rectè agit. Nā cum ſumma rō huius actionis ſit,
9 ut deceptis ſubueniatur † non pōt decipi is, qui ſciuit
uitiū, aut oſcitāter ignorauit, ut ait Pomp. in l. ſi tamē
§. in ædilit. act. ff. de ædi. edi. Probabitur autē emptori
fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe cognitũ tale vitium, ſi vitiũ illud, de quo agit̃,
10 palam, † & ob oculos patens latere neminẽ potuerit.
Deindè, ſi apertè ſigna fuerint, ex qbus facillè colli-
gere potuiſſet morbũ. Et hinc eſt ꝙ in rebus tã aper-
tis non ſit audiendus emptor, qui interdiũ claris ocu-
lis hallucinari voluerit: ſic rñdit Vlp. in l. 1. §. ſi intel-
ligat̃; & Pompo. in d. l. ſi tñ. §. in ædil. ff. de ædilit. edic.
Circa id verò, ꝙ ſupra aſſerebamus de equo calci-
troſo, obſeruandũ eſt, non oẽm morbũ venire in hãc
11 actionẽ; † ſed primũ ille venit, q ſic latet, vt veriſimi-
le fuerit emptorẽ ignorare, & falli potuiſſe: Deindè q
vſum miniſterium q; rei emptæ impediat, & deteriorẽ
12 faciat ſiue ad tp̃s, ſiue ꝑpetuus fuerit morb † nã quod-
libet leue vitium redhibitioni locũ nõ dabit: vt dixit
Vlp. in l. 1. § ſed ſciẽdũ eſt, & in l. Põp. ff. de ædil. edic.
Dũmodò meminerimus, inqt Vlp. nõ vtiq; quod-
13 libet q̃ leuiſſimum efficẽre, † vt morboſũ vitioſumvè
quid habeat̃. Proindè leuis febricula, aut vetus quar-
tana, quæ iã ſperni põt, vel vulnuſculum modicũ, nul
lũ habet in ſe delictũ, quaſi pronunciatũ nõ ſit, con-
temni. n. hæc potuerunt, vt egregiè idẽ refert Cabal.
in d. libello de ædil. act. c. 2. nu. 15. verſ. circa ſecundũ.
14 Non ſic eſt in vitiis mixtis, † vtpo è corporis, & ani
mi, quæ redhibitionẽ admittunt, vt ait idem Vlp. in l.
ob quæ vitia. §. idem Pompo. & §. ſeq. ff. de ædil. edic.
Et illud in vniuerſum tenendũ eſt, quòd cùm de ꝓ-
batione, aut qualitate morborũ, & vitiorum quæritur
15 in his iudiciis tum ciuilibus, tum prætoriis, † ſemper
reſpiciẽda eſt vulgaris opinió & cõſuetudo regionis.
Ea enim magnam vim habet: ſic idem Vlpia. aſſeruit
in l. ſciendum tamen. §. illud ſciendum eſt. in l. quod
ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. eo. tit. de ædil. edict.
Emptor aũt agens actione quãti minoris rei vẽdi-
16 tæ, probare debet † ꝙ empturus non erat rem talem, ſi
vitiũ ſciuiſſet, niſi tanto pretio, vt decem, & illud alio
modo ꝓbare non põt, niſi ꝑ eius iuramentum & ideo
aduertendũ, ſi ipſe non obſtante vitio adhuc tñ tanti
emiſſet; quia forte non curabat illud vitium, non dẽt
agere quanti minoris ciuili, quia cũ oporteat ipſũ iu-
rare, ꝙ non emiſſet tanti, iuraret falſum, quod non cõ
mittendũ, iuxta notata à Paul. Caſt. in l. Iul. nu. 3. ver.
17 interdũ fuiſſet empturus. ff. de act. emp. † Aut oportet
ipſum agere quanti minoris prætoria actione, & tunc
ſufficit ꝓbare rem illam vitioſam nõ pluris valere, q̃
decem, licet forte ipſe ẽt per 20. emiſſet: ita reſpõſum
eſt à Bertr. in conſ. 30. nu. 6. in 1. part. vol. 3. de hoc aũt
argumẽti gñere, ideſt, de materia huius actionis agit̃
in l. ꝙ ſi nolit. §. ſi plures. ff. de ædil. act. l. ædil. ff. eo. tit.
18 Natura autem actionũ harum eſt, † vt redhibitoria
ſex menſium ſpatio finiatur, ſed quãti minoris anno.
hunc vero annũ metiri opus eſt vtiliter ex eo tẽpore,
quo fuerit poteſtas experiundi, & cum emptor reſci-
19 uerit morbum, aut vitium. Ideoq; annus, † & ſex mẽ-
ſes vocantur vtiles, vt cautum eſt ab eo. Vlpia. in d. l.
ſciendum tenere eſt, §. vlt. & à Papin. l. cum ſex men-
ſes. ff. de ædil. edict. & ita reſcripſit Imp. Gordianus in
l. 2. C. de ædil. act. Reliqua autem circa has actiones
ſpectantia, qui ſigillatim ſcire deſideret confugiat ad
Claſſes actio. Modeſt. Claſ. 2. acti. 12. vbi affatim has
explicat, & ad præſtãtiſſimum iuris vtriuſq; penum
Gaſpa. Caballin. qui vberrimè, & luculentiſſimè illas
proſequitur.

CONCLVSIO DCXVII.

ARGVMENTVM.

Emptor an probare debeat pretium rei vẽditæ eſſe conuerſum in vtilitatẽ eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Emptor probare debet pretiũ rei venditę eſſe conuerſum in vtilitatem eccleſiæ, ad hoc, vt contra eam poſſit opponere.*

2 *Emens à Principe ſi ſoluerit, non tenetur probare pretiũ conuerſum fuiſſe in eius Principis vtilitatem.*

3 *Emptor rei legatæ præſumitur ignoraſſe rem emptã fuiſſe legatam.*

4 *Emptio, & venditio præſumuntur vbicunque aliquid in alium transfertur conſtituto pretio.*

5 *Emptio, & venditio generatim præſumuntur, vbicunque fit mentio pretij.*

6 *Lege municipali ſi cautum eſt, vt de precio cuiuſcunq; rei deductæ in contractu ſoluatur vectigal, intelligitur de emptione tantum.*

7 *Princeps, ſi pro feudo reciperet pretium, & poſteà diceret, indulgemus, vel aliud verbum, non propterea eſſet feudum, ſed emptio.*

8 *Emptio præſumitur vbicunq; fit mentio pretij, quãdo pretium eſt congruum, & cõdignum rei. Intellige, vt nu. 9.*

10 *Ex pretij mẽtione non poteſt argui contractus emptionis, quando eſt facta mentio de pretio, & illud idem pretiũ eſt præſtandum ſingulis annis amplia, vt nu. 11.*

12 *Emptio, & venditio ex quibus coniecturis præſumantur ſimulata, & fraudulenta.*

Emptor probare debet pretium rei venditæ
eſſe conuerſum in vtilitatem Ec-
1 cleſiæ † ad hoc, vt contra eam poſſit opponere: ita me
docuit Bart. in auth. hoc ius porrectum, nu. 12 & 14.
vbi hoc docet menti eſſe tenẽdum. C. de ſacroſ. eccl.
quo pacto autem probetur id fuiſſe conuerſum in Ec-
cleſiæ vtilitatem, traditum eſt à nobis in ſup. in con-
cluſ. Eccleſia non obligatur. in fi.
2 Veruntamen id fallit † ſi emerit à Principe, & ſi ſol
uerit; quia non tenetur probare pretium conuerſum
fuiſſe in eius Principis vtilitatem: auctore Steph. Ber-
tran. conſ. 152. nu. 14. vol. 6.
Nec interea prætereo illud, quod ad rem noſtram
3 facit, emptorem rei legatæ † præſumi ignoraſſe rem
emptam fuiſſe legatam; vt fuit conſilium à Ruin. in
conſ. 66 num. 3. vol. 2. adducit l. verius. C. de probat.
& l. vlt. ff. pro ſuo.
Nec id velim ignores, emptionem præſumi, & vẽ-
4 ditionem † vbicunq; aliquid in alium transfertur cõ-
ſtituto pretio, ex l. vlt. vbi Bart. & ibi gl. in ver. intelli-
gi. C. de præd. Decur. lib. 10. & per gl. in ver. taxata, &
Bart. in 1. oppo. & alios communiter ſcribentes in l.
1. C. de rer. permut. quod etiam confirmauit Paul. de
Caſt. in l. 1. nu. 10. in fi. ff. eo. de rer. permuta. idem vo-
luit conſulendo in conſ. 88. conſiderata prædicta. nu.
2. ver. his non obſtantib. vol. 1. quod & placuit Dec.
conſ. 159. in cauſa monaſterij. nu. 2. ver. & in caſu iſto.
5 Hinc fit, † vt generatim emptio, & venditio præſu-
mantur, vbicunq; fiat mentio pretij, ad id eſt contex.
in l. vlt. C. de præd. curial. lib. 10. & docuit gl. ex ibia,
& ſingularis in l. cùm dotem. in verb. quis. n. C. de iur.
dot. vnde Bal. ibid. nu. 1. Accur. auctoritate permotus
inſigniter dicere ſolebat, ꝙ ſi l. municip ſit cautum,
vt de pretio cuiuſcunq; rei deductæ in contractu ſol-
6 uatur vectigal, † intelligatur de emptione tantũ ꝑ
verbum pretii poſitum in ſtatuto, cui accedit Iaſ. in l.
1. nu. 23. verſ. vnum tamen in propoſito. C. de iur. em-
phy. & ante eum dixit etiam Alex. in addit. ad Bar. in
l. 1. §. qui ſuperficiem. ſup. verb. vlterius quæro ilt. E. ff.
de ſuperfic. huc pertinet eiuſdem Bal pronunciatũ in
l. qui ſe patris. poſt nu. 10. verſ. hoc ſcias, ꝙ ſi princeps.
7 C. und. li. † ꝙ ſi princeps pro feudo reciperet pretium,
& poſteà diceret, indulgemus, vel aliud genus ver-
bum, non propterea eſſet feudum, ſed emptio, &
ideo non poſſet reuocari.
Illud tamen ꝙ diximus de pretio, hoc eſt, ubicunq;
fiat mentio pretij, præſumi emptionẽ intelligas, ut ꝓ-
8 cedat, † qñ pretium eſſet congruum & condignũ rei,
& ita intelligendũ eſſe una cũ gl. in d. l. cum dotem,
aſſeruit Bal. in l. ex cõuentione. poſt nũ. 1. verſ. 3. caſu.
C. de pact. aliàs non, per gl. q̃ ſingularem putant in d.
l. 1,

l.1.d.n.23.verſ.dictã tñ gl.C.de iur.emph.quos refert
& ſequitur Raymun.Senilis in repetit. l.cũ qui vecti
gal.nu.8.verſ.nec obſtat alia ratio.ff.de verb. ſign.

Prætereà intelliges id habere locum, quã expreſſè,
9 †vel tacitè qualitas contractus non appareret de mẽ
te contrahentiũ,ità videtur ſentire Abb. in c. vlt. nu.
4.de accuſ.& ibid.Feli.nu.5.& ſeq.& cum alijs relatis
ab eodem Raymund.Senil.in d.repet.l.cum qui ve-
ctigal.nu.8 ff.de verb.ſign.

Poſtremò declarabis,& limitabis,quandò eſſet fa-
10 cta mentio de pretio,† & illud idẽ pretium eſſet præ-
ſtandum ſingulis annis,vt fit in locationibus.nã tunc
ex pretij mentione non põt argui contractus emptio-
nis,vt docuit Bar.in quæſtio.incip.publicanus quidã.
poſt nu.5.verſ.ſi prætereà ad idem.per ea, quæ not.in
l.1.C.de iur.emphyt.

11 Quòd poſtremũ ampliabis,† etiã ſi aliquando vnũ
pretium pro pluribus annis eſſet conſtitutum ſoluen-
dum in principio,vel in fine totius temporis. nam pa
tet illud cõſtitutum eſſe ex pretio ſingulorum anno-
rum,& idem eſt,ac ſi pretium cõſtitutum, & ſolutum
eſſet ſingulis annis,vt aſſeuerauit Accurſ. in l. ædiles
aiunt.in verb.pretio.ff.de ædil.edict.

Superiori tamen vltimæ limitationi obſtare vide-
tur idem Accur.in l.Pomponius.in verb.amitt.ff.qb.
mod.vſuf.uel.amit.vbi ait,pretium conſtitui ſingulis
annis,emptionemq; eſſe.

Sed illã gl.reprobatam eſſe ait idem Raymun. Se-
nil.in d.repe.l.cum qui vectig.nu.9.vbi eam nec benè
ſentire aſſerit,illum tñ video,quia alio modo rñdet,
ideſt,vt tunc impropriè dicat̃ emptio, vt ibi per eum.

Si quis verò ſcire auet ex quibus coniecturis em-
12 ptio,† & venditio præſumantur ſimulatæ, & fraudu-
lentæ hic conſulat concluſionem noſtram cõtractus
ſimulatus,in communibus, cõtractus ſimulatio,vnà
cum prima concluſione, quæ huc omnia transferri
commodè poſſent.

CONCLVSIO DCXVIII.

ARGVMENTVM.

Emptio an probetur ex tractatu.

SVMMARIVM.

1 *Emptio non probatur ex tractatu,quia multa tractantur,
quæ non perficiuntur.*
2 *Qui probat tractatum præambulum nihil agit,niſi probet
firmatum fuiſſe certo modo contractum.*
3 *Emptio nõ præſumitur ex tractatu,etiam ſi teſtes depoſue-
rint,ſe vidiſſe partes pecuniam numerare,ea lege,vt pro-
ximis diebus reliquum eſſent perſoluturi*
4 *Non ſufficit in genere firmatũ eſſe contractũ,niſi cõſtiterit
ſpeciatim eſſe conſtitutum pretium certum, & limitatũ.*

1 Emptio nõ probatur ex tractatu. nã multa
tractantur,† quæ non perficiuntur:vt
ait Purp.in l.cum quid.nu.117.verſ. & iſta ampliatio,
ff.ſi cer.pet.& tñdit Alex.in cõſ.18.viſo proceſſu. nu.
2.& conſ.13.circa primum.num.17.lib 1. cui accedit
Dec.in l.ſi ego.nu.3.& in l.non oĩs.nu.2.ff.ſi cert.pet.
2 Vndè q probat tractatũ præambulũ nihil agit,† ni-
ſi probet firmatũ fuiſſe certo modo contractum, per
l.ſi ex cauſa.§.nunc videndũ.in ſi.ff. de minor. & l. ſi
voluntate.C.de reſcind.vẽd.& l.ſciendũ.§.deniq;.ff.
de ædil.edict.atq; c.dudũ,de reb.eccl.non alien. in 6.
quibus quidẽ verbis vtitur Bal.in l.multum,in 2. col.
nu.5.verſ.quandoq; probatur.C.ſi quis alt. vel ſib. &
in l.cum allegas,in 3.col.num.13.cum ſeq.C.de viur.

Limitabis, & intelliges Concluſionẽ vſq; eo locũ
3 ſibi vẽdicare,vt ſcilicet,† emptio non præſumatur ex
tractatu etiã ſi teſtes depoſuerint,ſe vidiſſe partes pe-
cuniã,veluti decẽ,numerare ea lege,vt proximis die-
bus reliquum eſſent perſoluturi,vt cautũ eſt ab Alex.
4 in d.conſ.18.nu.2.ſub ſi.dicens,quòd† non ſufficit in
genere firmatum eſſe contractũ,niſi cõſtiterit ſpecia
tim eſſe conſtitutũ pretium certum, & limitatum.

CONCLVSIO DCXIX.

ARGVMENTVM.

Emptio an præſumatur communi nomine
facta,ſi erat inter Titium, & Mæuiũ actũ,
vt Titius emeret fundum nomine com-
muni,licet poſteà emerit ſimpliciter.

SVMMARIVM.

1 *Emptio præſumitur communi nomine facta, ſi erat inter
Titium,& Mæuium actum,vt Titius emeret fundum
nomine communi,licèt poſtea emerit ſimpliciter.*
2 *Actus ſequens præſumitur factus in executionem tracta-
tus præcedentis.*
3 *Conſtitutus procurator ad certum aliquid faciendum, ſi
illud facit,licèt non exprimat ſe facere procuratorio no-
mine,tamen præſumitur.*
4 *Fideiuſſor præſumitur fideiuſſiſſe in cauſa, de qua tracta-
tum eſt in actũ præcedenti.*
5 *Si quis mãdauerit Seium interfici,præſumitur interfector
id feciſſe occaſione præcedentis mandati,etiam ſi poſt lõ-
gum interuallum mandatarius Seium occiderit.*
6 *Siue illico fiat actus,ſiue ex interuallo,ſemper præſumitur
repetita qualitas,de qua in contractu.*
7 *Emptio,vel venditio præſumuntur ex poſſeſſione rei vendi-
tæ per longum tempus.*
8 *Emptio ex longo tempore præſumitur legitimè facta.*
9 *Emptio alicuius rei præſumitur eſſe libera.*
10 *Domus in legatione,vel donatione cauſa mortis, ſemper
præſumitur donata,vel legata cum ſeruitute aditus.*
11 *Emptio in dubio præſumitur eſſe facta bona fide, niſi con-
trarium per coniecturas probetur.*
12 *Bona fides in dubio ſemper in contractibus præſumitur.*

1 Emptio præſumitur cõi nomine facta,† ſi
erat inter Titium, & Mæuiũ actũ,
vt Titius emeret fundum nomine communi,licèt Ti
tius poſteà emerit fundum ſimpliciter, vt auctor eſt
Bal.in l.ſi patruus.nu.5.C.comm.vtr.iud.quod,& cõ-
probauit.Bar.in l.2.in 10.not.C. pro ſoc. id ẽt confir-
mauit Alc.de præſump.reg.2.præſump.24.n.2.& hoc
placuit Hipp.de Marſ.in l.ſtatuliber.nu.8.ff. de quæſt.
vbi latè, & dictum eſt ſupra in concluſione emptio
præſumitur,quæ omnia huc transferri poſſent.

Concluſionẽ noſtram ea quoq; ratio corroborat.
2 †nam præſumitur actus ſequens factus in executionẽ
tractatus præcedẽtis,vt habemus ab Vlp.in l.4. §.vn-
dè quæn poterit.ff.de manumiſſ. et l.qui in aliena. §.
ſi is,qui putabat.ff.de aeq.hær.& notatur ibi per DD.
vt tradidit Bar.in l.triticum.nu.2.ff.de verb.obl.

Ampliabis primo loco concluſionem,vt ſi quis ſit
conſtitutus procurator ad certum aliquid faciẽdum,
3 ſi illud faciat,licet non exprimat ſe facere procura-
torio nomine,tamen præſumatur,per l.pignori.§.vlt.
de vſucap.quod vnanimes tradidere Imo.Cuma. nu.
10.Alex.nu.5.& Iaſ.nu.61.in l.poſt dotẽ.ff. ſol. matr.
& Iaſ.in l.1.§.nunc.nu. 3. verſ. prima concluſio. ff.de
nou.oper.nunc.poſt Alex.ibi.nu.16. quod per ſimili-
tudinem affirmat Alex.in conſ.90.viſo inſtrumento.
nu.9.in 3.vol.quod aliàs erat conſ. 25. lib.2. vbi fide-
4 iuſſor† præſumitur fideiuſſiſſe in cauſa, de qua tracta-
tum eſt in actu præcedenti, & præſumitur de ea præ-
cipuè actũ,quando illicò contractus eſt idem ſequu-
tus,vt ibi per eum,& conſ.58. circa primum. nu. 1. &
lib.1,aliàs eſt in 2. vol.

Secun-

Digitized by Google

Secundò amplia concluſionem etiam veram, &
5 procedere in delictis. † vnde ſi quis mandauerit Seiũ
interfici: præſumitur interfector id feciſſe occaſione
p̃cedentis mandati, vt dicit Innoc. in c. ad audientiã.
de homic. quem ſeq. Bar. in l. non ſolum. §. ſi mãdato,
nu. 2. ff. de iniur. atq; Alc. d. præſum. 14. reg. 2. nu. 4.

Subamplia vſq; eo hanc ampliationem procedere,
etiam ſi per longum interuallum mãdatarius Seium
occiderit, vt tradidit Fran. Cur. in l. pacta nouiſſima,
n. 23. C. de pact. idem placuit Io. de Imol. in Clem. 1.
col. 3. de pœn. atq; obſeruauit Hipp. de Marſ. in repe.
l. vnic. nu. 245. C. de rap. virg. cum ibi adductis, nec id
latuit Inno. in c. audientiã. de homic. atq; hoc docuit
Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato. nu. 12. ff. de iniur.
cui ſententiæ applaudit Rom. in l. poſt dotem, col. 6.
nu. 19. & 16. Iaſ. nu. 71. ff. ſol. matr. Alex. nu. 16. & Iaſ.
in l. 1. §. nunciatio, nu. 3, verſ. 1. concl. ff. de nou. oper.
6 nunc. † Quia ſiue illico fiat actus, ſiue ex interuallo,
ſemper p̃ſumitur reperita qualitas, de qua in contra-
ctu, vt colligit̃ ab Vlp. in l. quędã mulier. ff. de rei vẽd.
& tradidit Alc. vbi ſup. d. præſum. 24. nu. 10. ſub fin. &
* ibi Io. Nic. Arelat. atteſtatur * de communi.

Inſuper notandum, emptionem, vel venditionem
7 præſumi † ex poſſeſſione rei venditæ per longum tem-
pus, vt prodidere DD. in l. ſi maior. C. cõmuni diuid.
& ibi Caſtr. nu. 3. & ibi gl. quod intellige, dummodò
domino ſciente, & patiẽte quis poſſideat, vt ait Caſt.
ibid. & Sali. ibid. nu. 3. Contrarium volunt recentio-
res. Rationem reddit Alex. in conſ. 135. & quidẽ vi-
8 ſo puncto. nu. 13. vol. 4. dicens † emptionem ex longo
tempore præſumi legitimè factam. adducit Bal. in l. ſi
filius. C. de peti. hær. per tex. in l. qui in aliena, §. quod
ſi non adierit. ff. de acq. hær. dummodò, vt dictum eſt
in cõcluſ. emptor ſi reperiatur in poſſeſſione accedat
ſcientia, & patientia eius, cuius res fuit, vt ibi p Alex.
9 Præterea ne id intactũ relinquamus, † emptio alicu-
ius rei, veluti domus, p̃ſumit̃ eſſe libera, vt docuit Bar.
in l. ꝙ cõclaue. nu. 4. ff. de dãn. infec. id ꝓbat p l. ſi quis
duas. ff. commu. præd. & l. ſi ædes. ff. de ſeru. vrb. præd.

Quòd velim limites procedere in contractibus in-
10 ter viuos, † ſecus aũt in vltimis voluntatib. vt in lega-
tione, vel donatione cauſa mortis. quia domus ſemp
præſumitur donata, vel legata cum ſeruitute aditus,
vt eſt ad hoc hypotheſis eximia in l. 1. ff. ſi ſeru. legat.
vt aſſeruit Bart. in d. l. quod conclaue. nu. 4.

Et vt illud poſtremũ axioma amplius confirme-
mus, in dubio emptio præſumit̃ eſſe facta bona fide,
11 † niſi contrarium per coniecturas probetur: ita nũcu-
patim conſuluit Fran. Aret. in conſ. 153. in conſult. p-
poſita. nu. 2. atq; tradidit Bal. in l. in ciuilẽ. C. de fur.
& eſt caſus in l. comparãtẽ. C. ad l. flauiã, de pla. & rõ
12 eſt, † q a bona fides in dubio ſemp in contractib. p̃ſu-
mit̃, vt diſſeruimus in cõcluſione bona fides: vbi latè.

CONCLVSIO DCXX.

ARGVMENTVM.

Emptio, quo pacto præſumatur, & probe-tur ab æſtimatione.

SVMMARIVM.

1 *Emptio præſumitur ab æſtimatione rei facta.*
2 *Emptio non prӕſumitur ab æſtimatione, quando æſtimatio non eſſet congrua, & condigna rei.*
3 *Emptio non præſumitur ab æſtimatione, quando facta fuiſſet ex interuallo.*
4 *Emptio non præſumitur ab æſtimatione, quando omne cõmodum, & incommodum non tranſiret in accipientem.*
5 *Emptio non præſumitur ab æſtimatione, quando probaretur æſtimationem fuiſſe factam ad hunc potiſſimum finem, vt cognoſceretur rei pretium, vt in futurum poſſit probari, an eſſet deterior facta.*
6 *Mulier fundum æſtimatum in dotem datum poteſt à quocunque poſſeſſore vendicare, ſi maritus, aut mariti hæredes non eſſent ſoluendo.*

1 Emptionem pręſumi † ab ęſtimatione
rei facta, tradidit Accur.
* in l. ſi inter virum, in verbo, æſtimatæ, & ibi * cõiter
ſcribentes oẽs. C. de iur. dot. & voluere Bal. Sal. & re-
centiores in l. ex conuentione, C. de pact. atq; idẽ Bal.
& Sal. in l. 1. C. cõmod. poſt Cyn. ibid. hoc inſuper do-
cuere. gl. & Bar. in l. 1. ff. de æſtim. act. idẽ Bar. in l. ſi vt
certo, §. nunc videndũ. ff. cõmod. ſic quoq; ſenſit Bal.
* in l. 1. nu. 4. C. de iur. dot. * omnes præterea ſcribentes
cõi calculo ſcriptũ reliquere in l. æſtimatis, & in l. ęſti-
* matæ. ff. ſol. mat. id poſtremo ꝓdidere Io. And. & * cõi-
ter ſcribentes in c. 1. de cõmod. quos refert, & ſequit̃
Frã. Cur. in l. ex cõuẽtione. n. 10. ver. vlt. not. C. de pac.

Concluſionem hanc primo limitabis, vt & ſup. di-
cebamus, de pretij mentione, quando pretium, & æſti-
2 matio eſſet congrua, & cõdigna rei, † ſecus ſi nõ eſſet
congrua, quia ex quãtitate æſtimationis, & pretij de-
claraſ, & diſcernitur, qualis ſit, vt dixit glo. ſing. in l. 1.
§. 1. in verbo, agẽdo. ff. de ſuperfic. ſic limitat, & intel-
ligit, vt diximus. Bal. in d. l. ex conuentione, poſt n. 1.
ver. 3. caſu. C. de pact. & ibi Frã. Cur. n. 12. ver. ſed iſtã.
3 Secundò velim limites, † quando æſtimatio fuiſſet
facta à principio: ſecus ſi poſteà ex interuallo; q a non
præſumeretur emptio, ſed nouatio, ſi expreſsè egiſſẽt
nouare. l. vlt. C. de nou. vt teſtatur Bal. in d. l. ex cõuen
tione. d. nu. 1. verſ. ſed tu dic, vbi etiam Sal. C. de pact.
& ibid. Fran. Cur. nu. 12. verſ. ſecundo limitabis.
4 Tertiò limitanda eſt concluſio, † q ñ omne cõmo-
dum, & incõmodum rei ęſtimatæ tranſiret in accipiẽ
tem, ſecus vbi nõ tranſiret; non. n. tunc ex æſtimatio-
ne pręſumitur emptio: ſic aſſeuerauit Bal. in l. ſi paſcẽ
da. nu. 2. ver. quærit hic, & ibi Sal. atq; Fran. Cur. nu. 7.
in fi. & ibid. hoc reperije Phil. Cor. nu. 3. C. de pact.
5 Quartò limitatur, † quando probaretur æſtimatio-
nem fuiſſe factam ad hunc potiſſimum finem, vt co-
gnoſceretur rei pretium, vt in futurum poſſet probari
an eſſet deterior facta: nam tunc non præſumeretur
emptio ex æſtimatione, ita not. ſcribentes in d. l. æſti-
matis. ff. ſol. matr. & obſeruauit idem Curt. in d. l. ex
cõuentione. nu. 12. C. de pact. atq; hoc idem animad-
uertit Hierony. Butig. in rep. l. mutuum. §. creditum,
nu. 20. verſ. non obſtat modo. ff. ſi cer. pet.

Quintò, & poſtremò limitare poteris, ꝙ licet æſti-
matio facta à principio faciat præſumi emptionem,
quando mulier dedit fundum æſtimatum in dotem
marito, adeò vt mulieri ſoluto matrimonio non cõ-
petat actio ad fundum, ſed actio perſonalis ad quan-
titatẽ æſtimationis, iſtud eſt verũ, & limitatur, quãdo
6 maritus, † ſeu hæredes mariti nõ eſſent ſoluẽdo; nam
tunc cõpeteret vtilis rei vẽdicatio fundi æſtimati, vt
poſſet illũ à quocunq; poſſidente vẽdicare: ita docuit
* gl. quã approbant Bal. Sal. & * cõiter ſcribẽtes omnes
in l. in rebus, in verb. æſtimatę. C. de iur. dot. q̃ id com-
probat per cõtex. in l. vxor marito. ff. de dona. int. vir.
& vxo. hanc eandẽ gl. plurimum commendat idem
Fran. Cur. in d. l. ex cõuentione. nu. 13. in fi. C. de pac.
q̃ alibi ſe nõ legiſſe memoria tenet: & ideò obſeruan-
Sed ecce vlterius in hac explicanda Concluſione prodire conantem ſimilis,& eadem materia iam antea à nobis diſcuſſa pedem referre coegit . hæc enim memoria teneo me iam explicaſſe ſupra in Concluſione , eccleſiam diù ædificatam patiēte diœceſano, &c.Hunc errorem emendaturus eram,ſed eo in ſtatu erant ambe concluſiones,vt iam correctionis noſtræ ſummam manum non poſſent admittere. Hæc itaq; lector , & alia nonnulla magnis occupationibus noſtris, atque multiplici , variæ, & longè probationum materiæ condonabis.

Namque(vt inquit ille) opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.

2 Illis iſtud eſt ſubnectendum,† vt ſi epiſcopus petat eccleſiam ſitam in ſua diœceſi, ei nō incumbit onus probandi,ſed poſſeſſori,cum habeat intētionem fundatam,vt ait Spec. in tit.de probat.§.1.verſ.ſecūdum eſt.num. 11.& propterea valet libellus eius, in quo di-

3 citur , † peto eccleſiam ſitam in mea diœceſi , vt per eundem Spe.tit.de libel.concept.§.15.num. 22. ſi autem epiſcopus.quod probat.c.vlt.de libel.obl.vbi Io. And.& Hoſt. ſuper glo.2.d.c.fi.

CONCLVSIO DCXXV.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus , an pro eccleſia ſua teſtificari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus pro eccleſia ſua teſtificari poteſt.*

2 *Epiſcopus teſtificari poteſt pro eccleſia ſua , dummodo ſe non promoueat per illam cauſam.*

3 *Epiſcopus non admittitur ad teſtificandum ſuper rebus ſpectantibus ad menſam ſuam .*

4 *In facto proprio teſtificari non eſt admittendum.*

5 *Epiſcopus etiam ſi per procuratorem agat , quia ipſe cenſetur principalis,teſtificari non poteſt ſuper rebus ſpectantibus ad menſam ſuam .*

6 *Quare prælatus, vel epiſcopus poſſit eſſe teſtis in cauſa ſua eccleſiæ .*

7 *Iudex facilius repellitur quàm teſtis .*

8 *Epiſcopus non poteſt eſſe teſtis in rebus ſuæ eccleſiæ .*

9 *Prælatus poteſt teſtificari pro eccleſia ſua, quando eccleſia habet procuratorem generalem conſtitutum auctoritate epiſcopi , vel agit ipſe epiſcopus tanquam generalis adminiſtrator ipſius eccleſiæ .*

10 *Prælatus indiſcriminatim poteſt eſſe teſtis,quando cauſa eſt totius eccleſiæ,& ipſe,& canonici , conſtituerunt procuratorem, vel ſindicum in dicta cauſa .*

11 *Prælatus in cauſa Eccleſiæ poteſt teſtificari , quando cauſa totius Eccleſiæ , & ipſe ſolus conſtituit procuratorem .*

Contrarium. num. 12.

13 *Prælatus qui agit nomine Eccleſiæ, dum ſolus procuratorem conſtituit, declarat animum ſuum , quod foueat iuſtitiam,& quod ad cauſam ſtudio ducatur , & ideo videtur repellendus .*

14 *Tutor, ſi ſolus conſtituit actorem in cauſa pupilli non poteſt pro illo teſtimonium dicere , & ita nec Prælatus.*

1 Epiſcopus pro Eccleſia ſua † teſtificari poteſt,iuxt.ſent.Fely. in cap. inſuper,per illum contex.in prin.& ibi Abb.nu. 7. de teſtib.ſic etiam tradidit Spe.in tit.de teſti.§.1.ver.nūquid rector,nu.23.ita interrogatus reſpondit Rom.in conſ.

conſ.420.in propoſita quæſt.nu.7.vbi latè, Bar. quoq;
docuit in l.qui teſtamento, in prin. ff.de teſta. cui ad-
hæret Aegid.Boſſ.tract.de teſt.nu.114.& ſenſit Albe.
de Malet.ibi.c.4.nu.69.nec hoc præterijt Nel.à S Ge
min.tract.de teſtib.nu.14.verſ.Prælat.ita etiam teſta-
tus eſt Ioan.And.in Nouel.c.inſuper,col.3.verb.inſu-
per,de teſtib.& ibi Butr.num.3.idem notauit Bellam.
c.cum veniſſent.nu.1.& 2.de iud. Idque animaduertit
Butr.c.cum inter. nu. 29.de ſent.& re iud. obſeruauit
Barb.in c.cum ſuper,nu.59. cum duob. ſeqq. de offic.
deleg.confirmauit Mil.in reper.in verbo teſtes,num.
44.comprobauit D.Monticel.in tract.repert. de teſti.
in verb.Prælatus: quorum omnium ſententia probat
in d.c.inſuper,& in c.cum nuntius,extra de teſtib.atq;
in c.tuis,c.nuper.d.tit.& c.& ſi Chriſtus, de iureiur.&
c.prudentiam.14.q.3.

Primò velim intelligas & limites prædictā conclu-
2 ſionem procedere, † dummodò ſe non promoueat p
illam cauſam:ita limitant Fel.in d.c. Inſuper, in prin.
& Innoc.in c.præſentium,de teſtib.gl.& Archid.in c.
ſuper prudentia.14.q.2.quos refert latè Steph. Aufre.
in tract.de teſtib.in prin.nu.1.

Secundò limitabis concluſionem locū ſibi non vē
3 dicare,† qn̄ Epiſcopus deponeret ſuper rebus ſpectan
tibus ad menſam ſuam , hoc caſu non admittitur ad
teſtificādum:vt teſtis eſt Steph. Aufre.de teſt. in prin.
teſtē laudat ad hoc Io. And. Anto.de Butr.& Sicul.in
c.inſuper,de teſtib.& Dom in c.præſentium, eo.tit.li.
6.Anch.& Dom.in c.Iudex.1.col.de off.delega.lib.6.
& hanc ait eſſe * communem opinionem. Idē nomi-
4 natim Io.Crot.de teſtib.nu.171.† Etenim hoc caſu vi
deretur teſtificari in facto proprio: quod non eſt ad-
mittendum,vt per eundem ibidem, & Abb.in d.c.in-
ſuper,nu.5.verſ.ſed circa prædicta,de teſtib.

5 Amplia hanc limitationē,† etiamſi per procurato
rē agat:quia ipſe cenſetur principalis , ſic habemus à
ſumm.Pont.in c.1.in fi.extra,vt lite non conteſt.

Rationem autem,quare Prælatus vel Ep̄s poſſit eſ-
6 ſe teſtis † in cauſa ſuæ Eccleſiæ, adfert Fel.in d c.inſu-
per,in prin.arg.ducendo à maiori ad minus. Nā, vt is
7 inquit,facilius repellitur iudex,† quam teſtis,vt teſtat
gl.in verb.familiarem,in c.inſinuante,& c.cauſam,2.
extra de offi. deleg.Ergo ſi Epiſcopus in cauſa Eccle-
ſiæ ſuæ non repellatur à iudicando , & varijs in locis
eſt traditum,vt in c.ſi erga.2.q 7.c.cū perſonæ, de pri-
uileg.in 6.* Omnes Doct.in c.cum veniſſent,extra de
iudi.& ab Anto.de Butr.in c.2.de maled.& ab Inno.
in c.ex parte,1. extra de verb. ſign. ita ergo non debet
repelli à teſtimonio, quia ei, cui quid maius eſt licet,
licet & quod eſt minus.

8 Contrariam ſententiam , † q̄ non poſſit eſſe teſtis
Epiſcopus in rebus ſuæ Eccleſiæ, tenet idē Steph. Au-
frer.in ſuo tract.de teſtib.in prin.& num. 85. q̄ ſnīam
* communi ſcribentiū conſenſu eſſe comprobatā re-
fert & idem ſequitur Io. Crot. ibidem nu.171.aſſerens
etiam eſſe * communem opinionem cum ijs,quæ ibi-
dem ab eodem adducta fuere.idem aſſeueraucre Soc.
reg.519.& Io.Montic.in tract.repert.de teſtib.in verb.
Prælatus,in prin.

9 Primò limites velim prædictam opi. verā eſſe,† qn̄
Eccleſia haberet œconomum generalem conſtitutū
auctoritate Epiſcopi , vel ageret ipſe Epiſcopus tanq̄
generalis adminiſtrator ipſius Eccleſiæ , iuxta notata
in c.fi.de ſucceſſ. ab inteſt. vt tradidit Ioan. Crot. vbi
ſupra ; num. 173. Nā tunc Prælatus poterit teſtificari
pro Eccleſia ſua ,cū bona Eccleſiæ non oīno conuer-
tantur in vtilitatē ipſius Prælati, ſed alijs neceſſitatib.
deſeruiant,vt c.paſtoralis.de his quæ fiūt à Præla.ſine
conſ.cap.cuius limitationis auctor eſt Abb. in d.c.in-
ſuper,4.col.verſ.ſed circa prædicta,nu.8.de teſtib.

10 Secundo limitare poteris , † qn̄ cauſa eſt totius Ec-
cleſiæ, & canonici ſimul cū prælato conſtituerunt p-
curatorem vel ſindicum in dicta cauſa . nam tunc in-
diſcriminatim Prælatus poteſt eſſe teſtis . ita voluere
Archid.in c.ſuper prudentia,14.q.2.& Inno.in c.præ-
ſentium,de teſtib. li.6. & comprobauit Panor. in d. c.
inſuper,nu.5.6.7.vbi latè proſequitur Aret.

Tertio loco limita, qn̄ cauſa eſt totius Eccleſiæ, &
11 Prælatus ſolus conſtituit procuratorem. † tūc nempè
Prælatus in cauſa Eccleſiæ poteſt teſtificari.ita tenuit
Hoſt.in d.c.præſentiū,de teſtib.li.6. quod placuit etiā
Ioan.And.in d.c.inſuper, & ita aſſeruere Bal.& Ang.
* in l.qui teſtamento, in prin.ff.de teſta. quod * cōmu-
niter omnes ſentire teſtis eſt locupletiſſimus Aret.in
d.c.inſuper,in 2.col,vt & refert Io. Crot.d.tract. de te-
ſtib.nu.175.

12 In contrariam tn̄ deſcendit ſentētiam † Inno. in d.
c.Inſuper,quem refert & ſequitur Arch. in d.ca. ſuper
prudentiam,14.q.2.& probauere D.Anto & Abb.in
d.l.qui teſtō,quorum ſententia de iure propriùs ad ve
ritatem vr̄ accedere, ſecundum Crot. vbi ſupra d.nu.
13 175.eo q̄ Prælatus, † dum ſolus procuratorem conſti-
tuit,qui agat nomine Eccleſiæ, declarat animum ſuū
q̄ foueat iuſtitiam . & quod ad cauſam ſtudio ducat,
ideò vr̄ repellendus.c.fi.de teſtib.li.6.& comprobatur
hoc arg.tutor ſi ſolus conſtituat actorem in cauſa pu-
14 pilli,† non poteſt pro illo teſtimonium dicere, vt do-
cuit Bar. In l. qui teſtamento, in prin.nu. 2.ff. de teſta.
multò ergo minus poterit ipſe Prælatus vel Ep̄s: quia
tutor nec principaliter, nec acceſſoriè conſequet ali-
quod commodum pecuniarū ex cauſa pupilli , & tn̄
Epiſcopus conſequitur. Concludendum ergo videret
hoc caſu eſſe reijciendum à teſtimonij dictione, ita
ſcriptum reliquit Crot.vbi ſupra nu.175.

CONCLVSIO DCXXVI.

ARGVMENTVM.

Epiſcopi iuramento an credatur , dicenti ſe ignoraſſe tempus vacationis beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi iuramēto creditur, dicenti ſe ignoraſſe tempus va-*
cationis beneficij.
2 *Epiſcopus vt plurimum præſumitur ſcire, quæ in ſua diœ-*
ceſi accidunt.
3 *Iuramento Epiſcopi ſtatur de ignorantia ipſius , quando*
poteſt euenire aliqua iuſta cauſa, quæ illam tueatur.
4 *Prælatus ex probabilibus coniecturis poteſt adducere igno-*
rantiam, quæ ex eo colligi poterit, quod recenter epiſcopa-
tum ſit adeptus.
5 *Iuramento Epiſcopi de ignorantia ipſius ſtandum nō eſt,*
vbi adeſt præſumptio contra eum , qui potuit & debuit
viſitare diœceſim.
6 *Iuramento ſimplici de ignorantia non eſt fides adhibenda,*
niſi alijs medijs probetur cauſa ignorantiæ.
7 *Iuramento Epiſcopi de ignorantia ſtandum non eſt, quan-*
do ſunt vehementes coniecturæ contra eum, vt ſi velit ne-
gare ſe ſcire, quod publicè notum ſit.
8 *Epiſcopi iuramento ſtatur de ignorantia beneficij vacan-*
tis, cum diœceſes ſint latæ, & habeant ſparſas oras.
Nemo præſumitur velle peierare: ibi.
9 *In præſumenda ſcientia vel ignorantia Epiſcopi non poteſt*
certa tradi doctrina.
10 *Notitia de beneficio curato citius præſumitur haberi, quā*
de ſimplici, & ita potius magni, quam parui.
11 *Fama omnino clara præiudicare ſolet , ſed non dubia, cum*
dubitatio æquiparatur ignorantiæ.
12 *Lapſus temporis conſiderandus eſt circa præſumptionem*
ignorantiæ vel ſcientiæ.
13 *Epiſcopus commorans in ſua diœceſi, & proferens ignorā-*
tiam vacationis beneficij, non debet audiri.
14 *Vt quis conſideretur negligens, requiritur arbitriū iudicis.*

Digitized by Google

1 Epiſcopi iuro creditur,dicenti † ſe ignoraſ-
ſe tps vacationis beneficij, vt deci
ſum reliquere DD.de Rot.deciſio.231.aliàs 10.notat
Hoſt.tit.de proba.in antiq.'& in dec.'6.]aliàs 263. ſi pp
negligentiam,in fi.verſ.qui tñ ſi allegaret ignorantiã,
in nou.tit.de iur.patron ita voluit & Hoſt. in c. paſto-
ralis,in fi. de except. quod & comprobauit Caſſan. in
2 conſuet.Burg.rub.1.§.5.fol.60 col.2.ver.35.† nã quã-
uis,vt plurimum preſumatur Epiſcopum ſcire,quæ in
ſua diœceſi accidunt,vt ait Rot. d.dec. 263. aliàs 6.in
nou.in prin.poteſt tñ euenire aliqua iuſta cauſa,'quæ
3 tueretur ignorantiam Epiſcopi; qua in re, † tunc de
ignorantia ſtabitur ipſius iuro,vt ſupra deduximus,&
tradidere DD. de Rot.'in d.dec.231. ſequitur Abb.in
c.quia diuerſitatem,col.2.vlt.not.nu.7.de cõceſſ.præ-
ben.ſic ſcripſit & Inno.in d.c.paſtoralis.de excep.qui
bus adhæret Fel.in c.quoſdam, col.vlt.nu.7.verſ.quin
4 to eſt aduertendum, de præſumpt. dicens † Prælatum
ex probabilibus coniecturis poſſe adducere ignoran-
tiam,quæ quidem ignorantia colligi poteſt ex eo, ꝙ
recenter epiſcopatum ſit adeptus, ſecundum Bellam.
in deciſ.128.ſi vnum patronum, poſt nu. 2.verſ. ſed ſi
probetur,de iur.patronat. & iuxta ſententiam Mil.in
verſ. Epiſcopo ad quæ.

Contrarium vř tenere Rom.in conſ.481. præſentis
dubitationis,in fi.nu.10.verſ.cæterùm in hoc caſu,di-
5 cens,† ꝙ vbi adeſt præſumptio contra aliquem,prout
eſt in Epiſcopo, q potuit & debuit viſitare diœceſim,
pp præſumptionem contrariam,non videatur ſtandũ
iuro; teſtes referr DD. Rot.in deciſ.'444. extra Rotã.
col.2.verſ.nam qñ aliquid eſt publicè notum, titu.de
ſent.excom.aliàs 19.'tit.de dolo & contu. in no.'Ideò
niſi alijs medijs probetur cauſa ignorãtiæ, ipſe Rom.
6 ſenſit,† ſimplici iuro non eſſe fidem adhibendam, ꝙ
etiam vř cõprobare Fel.in c.2.nu.17.verſ. ſexto fallit.
de conſtit.& conſulendo reſpondit Alex. conſ.71.vř,
nu.2.vol.1.& conſ.118. in cauſa, num.11. vol.2. Dec.
conſ.160.In cauſa,col.pen. verſ.non obeſt, atq; Ruy.
in conſi.113. Caſus ante fi.li. 5.& profitendo ſcripſe-
runt Aret.in l.certum,poſt prin.in glo.in verb.poteſt,
ff.de acq.poſſ.Iac.de S.Georg.in l.verius,num.4.ff.de
probat.Claud.de Seyſello,in l.1.§.per procuratorem
nu.2.ff.de acq.poſſ. atq; Marſil. in l.qui ignorans.nu.
35.ff. ad l. Corn.de ſicar. & in l.qui falſam, num.100.
verſ.limita, ff.ad l. Corn.'de fal. cum alijs per eum ibi
adductis.

Prior tamen ſnĩa propius ad veritatem vř accede-
re.Rom.enim vbi ſupra,& Fel. d.num.17.loquuntur,
7 † qñ ſunt vehementes coniecturę contra aliquem,vt-
potè,'ſi qs vellet negare ſe ſcire, quod publicè notum
eſſet. I.quidem hoc caſu in eam deſcenderem ſnĩam,
nec iuro Epiſc opi ſtandum fore. Sed aliud eſt in caſu
8 noſtro.† nam cùm diœceſes ſint latæ, & habeant ſpar
ſas oras, præſumit facilis in eo ignorãtia beneficij va-
cantis,& ideo ſtatur eius iuramento, vt dictũ eſt, præ-
ſertim cùm nemo præſumatur velle peierare, arg.c.li
teras,extra de præſumptio.

Vnum tñ te velim admonitum, ꝙ in præſumenda
9 ſcientia,† vel ignorantia hmõi,non poſſe certam tra-
di doctrinam, ſed obſeruandæ erunt coniecturæ aſſi-
gnatæ à Rot.in dec.263.& animaduerſa ab Abb.in c.
fi.de iur.patro.verſ.ſed hic cadit notabilis quæſ.nu.7.
quo in loco admonet ignorantiam,vbi eſſet nimis ſu
pina,non excuſare,vt ẽt id dirimit Rot. deciſ.ſupra ci
tata,cuius ſnĩam complectitur Firma. in ſuo reperto.
in verb.Patronus Eccleſiæ, ver. patrono non præſen-
tante,nu.28.qui hoc comprobat auctoritate Abb.lo-
cis ſupra citatis,cui optimè inſeruit, quod doctiſſimè
conſultus rñdit Rom.in d.conſ.481.præſentis dubita
tionis articulus,nu.4. verſ.ad hoc accedit, aſſeuerans
10 ibi,† citius præſumi habere notitiã de beneficio cura
to,q̃ ſimplici,atq; beneficio magni precij, q̃ parui cu-
ius ſnĩæ ſe ſubſcripſit Tho.Gra. deciſ.103.illis,nu.35.
prout magis præſumitur ſcientia in loco vicino, quã
remoto.vt per eundem Rom.d.conſ.481.nu.5. ex cõ-
tex.c.quoſdam,c.quanto,de præſumpt. Itidẽ conſide-
randa erit fama loci,iuxta tex.in clem.1.in fi.de con-
ceſſ.præben.ſicuti & placuit Dec.in conſ.135. ad iuſti
ficationem Bullæ impetrationis, quod tñ intelligen-
11 dum eſt de fama omnino clara,† quæ prçiudicare ſo
let,ſecus de dubia, cùm dubitatio æquipararetur igno-
rantiæ,iuxta l.manifeſtiſſimi.§. ſin autẽ neſcius, C.de
de fur.l.quam diu,vbi Iaſ.nu.2.cum plurib. ſeq.C. qui
admitti,& in l 2.§.generaliter,nu.17.ff.de acq.poſſ.&
ita in l.1.nu.21.ff.de cond.indeb.& ita fuiſſe deciſum
per DD.'de Rot. locupletiſſimus eſt teſtis Acchil. de
Graſ.in ſuis deciſ. nondum typis traditis.deci. vnica.
ſub tit.de ſupplen.neglig.Prælat.

12 Huic præſumptioni ignorantiæ vel ſcientiæ † conſi
derandus ẽt erit lapſus tpis,quia ſi diſtulit conferre vl
trà ſex menſes à die vacationis,erit maxima præſum-
ptio contra eũ,qui debuerit conferre, vt in c.1. §.por-
rò.vt Eccl. benef. ſine dimi.confer. quę tex. ad id af-
fert Rom.d.conſ. 481. nu.6. & animaduertit Abb. in
d.c.2.de conceſſ.præb.& ſeq.Fel.in c.à nobis.col.2.nu.
2.de excep. vbi admonuit Epm in ſua diœceſi cõmo-
13 rantem,† & proferentem ignorantiam vacationis be
neficij', non debere audiri, ꝙ veriſſimũ arbitratus eſt
Lapus alleg.50.dicebantur in effectu,poſt num.17.&
Rot.dec.566.vtrum vacante,in antiq.tit.de iur.patro
& Abb.in c.ex parte Extenſis,nu.13. de conceſ. præb.
& in d.c.quia diuerſitatem,nu.7.vlt.not. & ibi apoſti.
l.in verb.benè notabis, eo. tit. ſequitur etiam Curt.in
tract.de iur.patro.in verb.honorificẽ.q.27.& ſic iſtud
14 eſt, quod vt quis conſideretur negligens, † requiritur
arbitrium Iudicis conſideratis omnibus ijs, quæ rem
circunſtant, rebus, vt auctor eſt glo. in c.ſi clericus,in
verb.negligenter,de præben.in 6. & ibi Philip.Franc.
col.2.quod & protulit Henric.Boic.in c.nulla,de con
ceſſ.præben. & ſcripſit Io. de Silua in tract .de benef.
in 3.par.q.59.in fi.

CONCLVSIO DCXXVII.

ARGVMENTVM.

Epiſtola contra ſcribentem an fidem faciat ſi agnoſcatur.

SVMMARIVM.

1 *Epiſtola contra ſcribentem,ſi agnoſcatur,fidem facit.*
2 *Epiſtolam ſcriptam eſſe ab aliquo, conſtabit ex literarum comparatione.*
3 *Epiſtola etiam non confeſſata,ſi habet ſigillum illius, qui il lum miſit,probat.*
4 *Epiſtola ſi non habet ſigillum per comparationem litterarũ plenam faciet fidem.* Contrarium nu.5.
6 *Epiſtolæ per comparationem literarum plena habet fides.*
7 *Per epiſtolam licet obligatio non contrahatur, tamen inducta probatur.*
8 *Epiſtola non ſolum probat contra ſcribentem in facto proprio,vbi agitur de proprio intereſſe ſcribentis, ſed etiam pro ſcribente.*
9 *Epiſtola, quando duo connexa continet vnum ſcilicet pro ſcribente,& alterum contra ſcribẽtem, ſi is cui mittitur, pro ſe acceptat, altera pars iuuabit ſcribentem.*
10 *Quando quis cui mittitur epiſtola ea accepta non contradixit,vel tacuit eo caſu eius fidem approbaſſe videtur.*
11 *Epiſtola non ſolum probat contra ſcribẽtem pro eo ad quẽ dirigitur,ſed etiam probat pro tertio contra tertium.* Contrarium.nu.14.
12 *Epiſtola ſi eſt Summi Pontificis, Regis, aut Principis habentis poteſtatem legis condendæ probat contra tertium, & inter alias perſonas.*
13 *Literæ regis,& cuiuslibet habentis poteſtatem legis condendæ habent vim legis.*

Epiſtola

15 *Epiſtola Epiſcopi etiam ſuo ſigillo obſignata non nocet tertio.*

16 *Epiſtola argentariorum, quos vulgo Bancherios nominamus contra tertium aliquam probationem faciunt.*

17 *Verba enunciatiua in epiſtolis prolata probant.*

18 *Epiſtola etiam ſi data careat adhuc probat contra ſcribentem.*

19 *Dies,& conſul ſolent in ſcripturis apponi, vt dignoſci ex iis poſſit quod nam tempus prius, vel poſterius ſit.*

20 *Epiſtola probat,etiãſi careat ſubſcriptione, dummodo mittentis nomen contineat.*

21 *Epiſtola probat etiam ſi non contineat dignitatem eius, cui tranſmiſſa eſt, vel ipſius mittentis.*

22 *Epiſtola Pontificis, vel in dignitate Magiſtrali conſtituti, ſi caret titulo dignitatis non probat, imo eſt ſuſpecta ob ſtylum Curiæ non ſeruatum.*

23 *Epiſtola probat affinitatem contra ipſum ſcribentem.*

24 *Epiſtola non ſolum operatur effectum inter viuos, ſed etiã probat poſt mortem ſcribentis, dummodo contineat ſcribentis nomen.*

25 *Sola comparatio literarum in libro rationum plenam fidẽ facit.*

26 *Epiſtola fieri poteſt à præſente præſenti.*

27 *Nec epiſtola, nec apocha priuata per comparationem literarum plenam fidem facit.*

28 *In epiſtola comparatio plenè probat.*

29 *In crimine falſi ſola comparatio literarum non probat falſitatem.*

30 *Literarum comparatio in crimine falſi, licet non probet, ſaltem facit indicium ad torturam.*

31 *Epiſtola non obligat, nec aliquem effectum parit, ſi antequã peruenerit ad manus illius cui mittitur, mortuus eſt ſcribens.*

32 *Mittens dicitur abſentem alloqui per epiſtolam, mortuus non poteſt dici velle ibi.*

33 *Voluntas omnino extinguitur per mortem.*

34 *Epiſtola contra mortuum probat, quando eo viuo præſentata fuit ei cui mittitur.*

35 *Epiſtola quando non fuit acceptata ab eo, ad quem deſtinata fuit, non probat.*

36 *Epiſtolam acceptans, & retinens, ſi expreſſe non contradicit, videtur fateri vera eſſe omnia, quæ in epiſtola continentur.*

37 *Cautela extorquendi confeſſionem, vel conſenſum alicuius per receptionem literarum factam in præſentia teſtium, qui ſint inſtructi de contentis in literis.*

38 *Epiſtola eſt ſcriptura priuata, cui expreſſo etiam partium conſenſu fieri non poteſt, vt detur plena fides.*

39 *Quando in epiſtola continetur calculus dati & recepti, & vltimo ponitur, quod reſtituenda ſit certa ſumma, licet retineat literas, non per hoc probatur contenta in eis eſſe vera, ſed potius dicitur retinuiſſe, vt videret calculum rationis.*

40 *Epiſtola ſi non habet nomen ſcribentis non probat, etiam ſi in ea appoſitum ſit ſigillum.*

41 *Epiſtola habens proprium nomen, ſed non ſolita cognomina, non probat.*

42 *Epiſtola ſi nomen & cognomen ſcribentis, ſed non ſubſcriptionem illius habeat, probat.*

43 *Epiſtola quando habet nomen, ſed non nomen proprium ſcribentis, non probat.*

Reſtringe vt nu. 44.

45 *Epiſtola non habens nomen ſcriptoris, ſed ſigillum, non probat, quando tendit ad obligationem.*

46 *Epiſtola licet probet, quando continet verba diſpoſitiua ſuper eo, quod per ipſam introduci põt, tamen non probat, quando id ſcribitur, quod per ipſam induci non poteſt.*

47 *Quando epiſtola per verba enunciatiua inducta ſuper eo, quod per ipſum fieri non poteſt, non probat, nec inducit obligationem, eo caſu lex non probat, nec obligationem inducit, inductam tamen probat.*

48 *Epiſtola collegij ſi reperiatur tantum ſigillata, ſolum facit fidem in negotijs collegij, non in alienis.*

49 *Sigillum probat ſolum in his, ſuper quibus eſt inuentum.*

50 *Epiſtolæ forma ſolita eſt, vt mittentis, & eius cui mittitur, nomen habeat, & præterea narrationem, concluſionem, & datam.*

51 *Epiſtolæ, quas literas credentiæ appellamus, cum generales ſint, nullum obligationi vel probationi effectum pariunt.*

1 Epiſtolam contra ſcribentem, † ſi agnoſcatur, fidem facere, * omnis
ſcribentiũ ſchola atteſtatur, per c. 2. ext. de fide inſtru.
* vbi Abb. nu. 8. & Deci. nu. 15. atq; * omnes ſcribentes
prodidere in l. admonendi, ff. de iureiur. & ibi Iaſ. in
repet. nu. 135. & Rip. num. 133. quod etiam probatur ex l.
Publia. §. vlt. ff. depoſi. hoc idem docuit Bart. in l. nuda, nu. 10. ff. de dona. id quoq; elicitur ex pluſimis Im
per. reſcriptis, vt ex l. ſi aliquid, & l. ſi per epiſtolam, & l.
2 nec ambigi, C. de don. debet tñ in primis, † & ante oĩa
conſtare ſcriptam eſſe ab illo, id quod fit literarũ cõparatione. ita monuit Bar. in d. l. admonẽdi, nu. 30. &
ſcriptum reliquit Iaſ. in d. repet. nu. 135. ſic conſulẽdo
ſenſit Pari. in conſ. 10. nu. 110. li. 2. ita quærendo & rñdendo decidit Boer. q. 282. nu. 6. & idẽ in cõſ. 22. inci.
appellationis proceſſu. Ideo iñ Boer. in deci. 124. incidẽs vita functus. & in d. deciſ. 282. nu. 6. diſtinguit, an
3 ſit confeſſata, nec ne, † quod ſi nõ ſit cõfeſſata, tñ habeat
ſigillũ illius, qui illã miſit, probat l. ſi qua per calumniã. C. de epiſ. & cler. ſi verò nõ habeat ſigillũ, tũc † per
4 cõparationẽ literarũ plenã faciet fidem: vt tenet Bar.
in d. l. admonendi, col. 5. nu. 30. verſ. de tertio genere,
quem recentiores ibidem ſequuntur. ff. de iureiur.
5 Contrarium huic † vr̃ ſentire Abb. Sicul. in ca. 2. de
fide inſtr. de quo Fel. ibid. col. 5. nu. 17. Verùm opinio
* Bar. prout eam * cõem aſſerit auctor addit. ad Fely. in
* c. 2. nu. 17. ſub litera B. * communiter ſeruatur de ſty-
6 lo curiarũ, prout atteſtatur Boer. d. q. 262. nu. 6. † & quod
per comparationẽ plena habeatur fides, voluit Ang.
in conſ. 370. creditor volens. & Bal. in conſ. 373. incip.
literis reſponſalib. vol. 4. & idem tradidit Bar. in l. nuda ratio, ad fi. ff. de dona. & ibi Alb. & voluit Ant. de
But. in c. poſt ceſſionem, de prob. nec id latuit Bald. in
l. ſi qua per calum. nu. 3. C. de epiſ. & cle. & in l. falſus,
ad fi. C. de furt. quod etiam placuit Spec. in tit. de cit.
§. Iam de citatione, ver. literis, nu. 13. & id cõfirmauit
Rom. in d. l. admonendi, col. 12. nu. 66. verſic. vlterius
principaliter, & ibi Iaſ. col. 38. nu. 42. verſ. de hoc tñ vltimo, ſcilicet, de literis, & col. 50. nu. 139. ver. tertio, &
vltimo principaliter. ad hanc tñ materiã, tibi auctor
ſum vt cõſulas Lãfr. de Oria. in ſua pract. c. 9. de inſtr.
edi. ſub nu. 56. cũ ibi addit. & Rui. cõſ. 121. n. 11. vol. 4.
7 Primùm omniũ velim amplies concluſionem, † quod
licet per epiſtolam obligatio non contrahatur, tñ inducta probatur, vt ait Aym. Crau. de antiq. temp. §. vidimus. & abundè par. 1. nu. 39. cũ ſeq. per l. epiſtola, &
l. emptor, §. Lucius. ff. de fideiuſſ. ac l. 1. C. de vſu. & probauit Bar. in l. Titius, la 2. ff. de conſtit. pecu. & ex alijs
deductis à Iaſ. in l. ſciendum, col. 2. poſt num. 4. ver. &
non eundo, ff. de verb. obl.
Secundo loco ampliabis, vt non ſolum probet cõtra ſcribentem, vt ex relatis ſup. in conclu. & ex addu-
8 ctis à Crau. vbi ſupra loco proximè citato nu. 41. † &
maximè in facto proprio, vbi agitur de proprio intereſſe ſcribentis, vt dixit Spec. tit. de proc. §. ratione quoque conſtituentis, verſ. illud quoque, num. 13. & in tit.
de inſtrum. edi. §. nunc dicendum, verſ. illud etiam nota. num. 7. & colligitur ex cle. 1. §. porrò. & ibi Card.
de iureiuran. & aſſeruit gloſſ. in l. non epiſtolis. C. de
probatio. quos omnes refert Auguſt. Bero. in quæſtio.
21. num. 4. ſed etiam probet pro ſcribente, vt inquit
Bald. in c. damnamus. num. 6. extra de ſumma. trin. &
fid. cath. his tamen duobus adductis temperamentis.
9 Primò † quando epiſtola duo connexa contineret,
vnum, ſcilicet, pro ſcribente, alterum verò contra ſcribentem: nam ſi is, cui mittitur, pro ſe acceptat, altera

pars

paſiuuabit ſcribentem:vt ait clariſs.Iac. Menoch.de arb.iud.caſ.94.lib.1.nu.7. quod tñ ita abſolutè nō intelligimus,ſed iudicis arbitrio, per l. Publia. §. vlt. ff. dep.Secundò,quādo is cui mittiſ epiſtola,ea accepta
10 †non contradixit, ſed tacuit. nam eo caſu eius fidem approbaſſe videtur,ex l.filiumfamilias.ff.ad Maced, vt ait latè Menoch.vbi ſupra.nu.8.& caſ.21. per tot. Nam alioqui ſtat regula generalis, quod pro ſcribēte non probet,vt ibi per eum.nu.6.

Tertiò ampliabis,vt non ſolū epiſtola probet con-
11 tra ſcribentē pro eo,†ad quem dirigitur epiſtola, ſed et probet pro tertio contra tertiū ita videtur ſentire Rot.deci.430.ego miſi,de prob.in antiq.atq; tradidit Crau.vbi ſupr.d.nu.41.& reſpondit Ruyn.conſi.121. nu.11.vol.4. vbi tamen illud procedit, ſi concurrant
12 alia adminicula eius rei,de qua ſcribitur, † & præſertim id etiam locum habet,ſi epiſtola ſit ſumm. Pont. Regis,aut Principis habentis poteſtatē legis condendæ quia hoc caſu contra tertium, & inter aliàs perſonas probat, vt cautum eſt à Ruyn.in d.conſ. 121. nu. 12.vol.4.& reſponſum fuit à Iaſ.in conſ. 168. num.3.
13 vol.4.†nam literæ,& cuiuſlibet habentis poteſtatem legis condendæ,habent vim legis,teſte Vlpiano in l. 1.de conſt.prin.cum alijs deductis à Rui.vbi ſupra, & à Iaſ.d.conſ.148.nu.3. uol.3.

14 Contrarium tñ,†quòd non probet contra tertium, ſenſit Menoch.de arb.iud.caſ.94 nu.22.vbi ait illam
* eſſe receptam,&*cōem DD.ſententiam,ideſt,non probare contra tertium,ita aſſeruit Rip.in l.admonendi. nu.140.ff.de iureiur.ex l.exemplo.C. de prob. ꝙ melius probat l. epiſtola. in princ. ff. de pact. & tradidit Bal.in l.non epiſtolis.num.2.verſ.ſecundo caſu.C.de prob.& Boer.conſ.25.nu. 18.

Amplia hanc opinionē,ut procedat etiā in epiſto-
15 la epiſcopi ſuo ſigillo obſignata: † nā illa adhuc tertio nō noceret:ita ſcriptum reliquit Menoch. ubi ſupra.nu.23.teſtes laudat Arch.in c.placuit.6.q.2. Saly. in auth.ſi qua per calumniam.C. de epiſ.& cle.Guid. Papæ.quæſtio. 185.quos eſt ſequutus Rip.in d. l. ad-
* monendi.num.140.qui* communem eſſe atteſtatur opinionem.

Quòd limita non procedere in epiſtolis argētario-
16 rū,†quos vulgò Bancherios nominamus q ex more literas trāſmittunt de receptis, nam quemadmodum eorum codices cōtra tertium aliquem probationem faciunt:vt latè Menoch.de arb.c.9;.per tot.ita & horum epiſtolæ,ita nuncupatim ratiocinatur Card. Zabar.in conſ.pen.col.1.quem ſequutus eſt Boer.q.333. nu.8 & Menoch.d.caſ.94.nu.24.

Quartò primario loco concluſionē amplia, vt lo-
17 cum ſibi vendicet,†etiām quoad uerba enunciatiua in epiſtolis prolata,auctore Bar.in d.l.Publia.§.vlt.ff. depoſi.& teſte Bal.in rub.C.de conſt.pecun.nu. 12.ꝙ latè proſequitur Fely.nominatim in c.ſcripta. nu. 17. in fi.verſ.quod dictum eſt,de fid.inſtr.quos ſequendo refert Menoch.de arb.iud.caſ.94.num. 10. & vberius Vital.de Camba.in tract.clau.fol.159.§.enunciatiua verba in epiſtolis.nu.1.& per totum, vbi teſtatur Bal. in l.1.C.de contrah. & comm. ſtip.

18 Quintò amplia,†ēt ſi data careat hęc epiſtola,quoniam adhuc contra ſcribentem probat,ita atteſtatur Rip.in d.l.admonendi.num.135.& lib.3.reſp.c.12.in fi.motus auctoritate context.in l.cū tabernam.§.idē quæſit.ff.de pign.quod etiam ſcitu dignū eſt arbitratus Maceſil.nota.45.Nota ꝙ tēpus, & in hanc ſnīam tñſum eſt à Ruin.conſ.69. nu. 13.lib.4. atq; traditum fuit à Cagno.in rub.proœ.ff.nu.101.& 102.et elegantiſſimè cauit Alc.reſp. 22. nu. 3. Ratio eſt ſecundum
19 Menoch.vbi ſupr. nu.11.† quia dies,& conſul ſolent in ſcripturis apponi,ut dignoſci ex ijs poſſit, quodnā tempus priusuel poſterius ſit.l.ſcripturas. C. qui pot. in pign.hab.quæ ſanè prioritas vel poſterioritas (vt ſic loquar)ipſi debitori nihil tribuit, nihil etiā refert,

ſi careat data loci, quoniam præſumitur data è loco domicilij.arg.l.quę conditio.§.cum ita,de conditio. et demonſt.ita cenſuit Ripa in d.l.admonendi, et ibi conſ.num.69.

20 Sextò amplia,ut uera ſit,†etiā ſi careat ſubſcriptione,dummodò mittentis nomē contineat:ita Cyn. et Bal.aſſeruere in proœ.ff.ibi Bal.nu.19.per l.cum antiquitas.C. de teſta. et ex facto cōtigiſſe Bal.ait idem cenſuit Fely.in d.d.ſcripta.nu.19.uerſ.quæ omnia intellige,de fide inſtrum.et Pariſ.conſuluit conſ.19.nu. 108.lib. 2.

21 Septimò amplia,†etiam ſi non contineat epiſtola dignitatem eius,cui tranſmiſſa eſt,vel etiā ipſius mittentis,quemadmodum affirmauit Bal.in proœ.ff.nu. 20.cui accedit Fel.in d.c.ſcripta.num.19.verſic.idem intellige.

Limitabis hanc ampliationē, niſi eſſet conſtitutus
22 in dignitate magiſtrali,†ut in Pontifice,et ſimilibus: nam ſi careret eius epiſtola titulo dignitatis, nō probaret,immò eſſet ſuſpecta ob ſtylum curiæ non ſeruatum:ita poſt alios ſcriptū reliquit Cagn.d.rub.proœ. ffforum,de oper.nou.nunc.num.85.atq; Menoch. ubi ſupra num. 16.

23 Octauò ampliare poteris, † vt probet affinitatē cōtra ipſum ſcribentem:ita cenſuit Bal.in l. non epiſtolis.num.2.ver.3.caſu, de prob.et latè proſequitur Menoch.in d.tract.de arb.iud.caſ.89.et caſ.94.nu.16.uer. extendit quinto,et à nobis explicabitur infra in concluſione filiatio per epiſtolam.

Nonò amplia , ut non ſolū epiſtola operetur effe-
24 ctum inter viuos,†ſed ēt probet poſt mortem ſcribentis:iuxta ſententiam Fel.in d.c.ſcripta.nu.10.uerſ.item operatur de fid.inſt.per Cyn.in l.generaliter.C.de nō num.pecun.et refert D.Anr. in c.cum dilectus. extra de ſucceſ. ab inteſt.

Quod procedit, dummodo epiſtola contineat nomen ſcribentis:ita aſſerente Fel.in d.nu.19. et dictum eſt ſupra in amplia.

Primò limitabis, quod ſupra dictū eſt in cōcluſione,vt cū epiſtola negata fuerit per ſcribentem,et non habeat ſigillum , ꝙ tunc per comparationem plenè probet , procedere tñ , quando talis epiſtola abſenti
25 mittitur, † quia tunc eſt eadem ratio,quæ in libro rationum,in quo ſola comparatio literarū plenam fidē facit,ut patet ex ſupra deductis, et dixi ſupra in concluſione comparatio literarum,in 3.limitatione.

Quod & ea ratione corroboratur: nam fit abſente parte, & nihil parti imputari poteſt:ſecus in epiſtola
26 per præſentem præſenti data.(& ꝙ epiſtola fieri poſſit à præſente præſenti,reſpōſum eſt à I.C.in l. Titius, & ibi Bart.ff. de conſtit.pec.) nam hoc caſu idem dicendum eſt,ſicuti de apocha priuata,uidelicet, quòd nō plenè,ſed ſemiplenè probet:ut idem docuit Bart. in d.l.nuda ratio.nu.6.ff. de donat.nam cùm fuerit facta parte præſente uitio dandum eſt parti;ſi non curauerit adhibēdum numerum teſtium , & ſolemnia requiſita.Et licet Iaſ.in l.admonendi.nu.139.ff.de iure-
27 iur.eius fuerit ſententiæ; † quod idem ſit in epiſtola, ſicut in apocha priuata, ideſt neutram per comparationem literarum plenam facere fidem, ſed tantùm ſemiplenam,tamen Purp.in eadem.l.admonēdi, nu.
28 213.ab huius ſentētia diſcrepauit, † nec eſt in epiſto-
* la comparationem plenè probare,& ibi de * cōmuni aſſerit,& id ſpeciatim atteſtatur auctor addit. ad Fel. in d.c.ſcripta.n.17.ſub lit. B.per l.comparationes. C. de fid.inſtr.dicens non eſſe correctam d.l. cōparationes,niſi in apochis priuatis, & addit idē tenere recentiores in d.l.admonendi,& idē Bart.in d.l.nuda.ff. de
* dona.& atteſtatur ibid.ſup.in addit.auctor eſſe *com-
* munem opinionem , & clarius de * cōi atteſtaſ Dec. in d.c.ſcripta.nu.16.extr.de fid.inſtr.& diſſeruimus ſupra fuſius in concluſione Comparatio literarum.

Sub limita dictam limitationē in eo, ꝙ dixi ſolam compara-

comparationem literarũ in epiſtolis plenè ꝓbare,lo-
29 cum tñ habere,qñ agitur ciuiliter,† ſecus ſi crimina-
liter,vt in crimine falſi;quia tunc ſola comparatio li-
terarũ non probat falſitatem, ita Ripa ſcripſit in d.l.
admonendi. col.20.& idẽ tenet Dec. conſ.625. col.1.
30 ſed Purp.in d.l.admonẽdi,ait,ꝙ licet non ꝓbet,† ſal
tẽ faciat indicium ad torturam,ꝙ approbat Craue.in
tract.de antiq.temp.mihi fol.63.par.1. nu.72. præſer-
tim ſi fuerit perſona,quæ malè audiat.

Secundò velim limites concluſionem,& oĩa ſupra
31 dicta non eſſe vera, † ſi anteq̃ epiſtola peruenerit ad
manus illius,cui mittitur,mortuus eſſet ſcribens:nam
tunc epiſtola non obligat,nec aliquẽ effectum parit.
ita doctè prodidit Menoch. de arbitr.iud. caſ.94.nu.
19.ꝙ ẽt placuit Rom.in l.nuda ratio,poſt nu.12.verſ.
hoc tñ mirabiliter limita,ff.de don,& ita egregiè vo-
luit Inno.in c.cum dilectus,de ſucceſ.ab inteſt.quod,
& probauit Iaſ.in d.repet.l.admonendi,nu.136.vbi ẽt
32 Ripa nu.136.& eſt ratio,† quia mittens dr̃ abſentem
alloqui per epiſtolam,ſed qñ mittens eſt mortuus,nõ
poteſt dici,ꝙ alloquatur illum,vt ait Iaſ.in d.l.admo
nendi,nu.142.pro quo facit etiam,ꝙ mortuus,non po
teſt dici velle,vt ait Bar.in l.centeſimis.§.fi.ff.de ver.
33 oblig.† ſed per mortem omnino extinguitur volun-
tas,l.4.ff. locati, & ibi Bald. & latè Marſi.in rub.C.de
proba.nu. 248. vbi ait hanc eſſe mirabilem doctrinã.
Accedat quòd hoc caſu deficiat ſimultaneus conſen
ſus, vt inquit Menoc.in d.caſ.94.nu.19.

Sicq; debet intelligi, ꝙ ſupra eſt dictum in 8. am-
pliat.ſcilicet, ꝙ tum demum epiſtola contra mortuũ
34 probat,† quando eo viuo præſentata fuit ei,cui mitti-
tur:ita aſſeuerauit Menoc. vbi ſup.d.nu.19. & cenſuit
idem Marſ.in rub.C.de prob.nu.277.

Tertiò limita locũ ſibi non vendicare qñ talis epi-
ſtola non fuit acceptata ab eo, ad quẽ deſtinata fuit,
35 † quia tunc ꝓbat:vt auctor eſt idẽ Menoch.vbi ſupra,
nu. 18.& ita limitat Rom.in d.l.nuda, col.vlt. nu. 12.
quem refert,& ſequitur Iaſ.in d. l.admonẽdi. nu.142.
ſed tñ procedit, quando ille ſimpliciter acceptat epi-
36 ſtolam,& retinet:† nam ſi expreſsè non contradicat,
vr̃ fateri vera eſſe omnia, quæ in epiſtola continẽt,
per l.ſi filius.la 2.ff.ad Maced.& cle. 1. de procura. cũ
multis alijs collectis per Iaſ. in l. admonendi. d.num.
142.& idem ait Bar.in l.Titius.ff.de conſt. pecu.quod
idem proſequitur Io. Coraſ. in repet. d.l.admonendi.
num.71.& 72.vnde ipſemet Bar.in d.l.ſi filius, & cla-
rius Mattheſi.in notab. ſuo 22.incip. Nota, mirabilẽ
37 † tradunt cautelam extorquendi confeſſionẽ,vel con
ſenſum alicuius, per receptionem literarũ factam in
præſentia teſtium, qui ſint inſtructi de contentis in li-
teris,quam cautelam ad verbum refert Hipp.de Mar-
ſil.in d. Rub.C.de probat.nu. 246. & ibi ſexcentos re-
fert idem ſequentes.

Huiuſmodi tñ taciturnitatem ad plenam probatio
nem non ſufficere,contra ſcribentium ſententiã arbi-
tratur Io.Coraſ.in d.repet.d.l.admonendi.nu.73.verſ.
38 ipſe tñ,† eo ꝙ epiſtola ſit ſcriptura priuata, cui vt deẽ
plena fides, expreſſo etiam partium conſenſu fieri nõ
poteſt,teſte Inn.in c.cum P.tabellio, de fid.inſtru.ve-
hementem tñ coniecturam pro ſcribente facere pu-
tat,per d.l.ſi filiusfa. quam ſic intelligit, quam etiã in
alijs terminis loqui ait, cum ſcilicet filius, qui pecu-
niam patris nomine accepit, ad patrem ſcribit vt ſol-
uat;debet.n.(inquit Iuriſc. ſi factũ filij improbat, pro-
teſtationem interponere contrariæ voluntatis, vnde
melius cenſet legem illam induci poſſe contra cãpſo-
res,qui ſi ſemel literas vt vocant cambij,quas ſchola-
ris,vel alius protulit,non repugnantes receperint,non
poſſunt,ſecundum Saly.ibi contradicere ſolutioni; ẽt
ſi is,qui ſcripſit literas,ceſſerit foro,aut ſolum verterit,
hoc eſt,menſariam negociationẽ ruperit,ſeu, vt craſ-
ſius,& cum vulgo loquar bancam ruptam fecerit.Nã
reſtituendo literas ſcholaris cum in debitorem, & is
recipiendo ſcholarem, in creditorem accepiſſe intel-
ligitur.l.inter cauſas,§. abeſſe,ff. mandat. facta tacita
quadam nouatione ob permutationem debitoris, &
loci:ita egregiè ſenſit iur.ille in d. repet. l. admonen-
di.nu.73.ff.de iureiur.

39 Vtcunque ſit,priorẽ ſñiam ſublimitabis,† qñ in ta-
li epiſtola contineretur calculus dati & recepti,& vlti
mo loco in literis poneretur, ꝙ reſtituenda ſit certa
ſumma,quæ reliqua eſt, etenim licet quis retineat lite-
ras,nõ per hoc probaretur contenta in literis eſſe ve-
ra,pſertim de d.reſtõne, ſed potius diceretur literas re
tinuiſſe,vt videret,an calculus rationis eſſet rectè ſub-
ductus:ita tradidit Bar.Cep.in cautel.24.quẽ refert &
ſequitur Iaſ.in d.l.admonendi,d. nu.142. per contex.
eximiũ in l.cũ ſeruus,de condit. & demon. licet ibid.
afferat contex. contrar. in l. emptor, §. Lucius, ff. de
pact.intelligendo,vt ibi per Bal. & Fulgoſ.

Quartò limitabis ꝙ paulò ante dicebamus de ſigil
40 lo teſtãdo,Bar.in d.l.nuda,nu.19.Non procedere,† ſi
epiſtola non habeat nomẽ ſcribentis, ẽt ſi appoſitum
ſit in ea ſigillum ſcribentis, etenim ẽt ſi ipſius ſcriben
tis ſigno obſignata ſit, hanc tñ nequaquam probare,
teſtis ſit Bal.in procem.ff.nu. 19.in 10. q. ad quod pro
bandum deducit l.ad teſtium,§.ſi qua,ff. de teſta. nec
aliter ſenſit Fely.in c.ſcripta,nu.19. verſ. quæ omnia,
de fid.inſtru.niſi fortè per errorem omiſſum fuiſſet no
men,vt ait Bal.loco proximè relato.

41 Primò extendes d.limitationem verã eſſe, † etiam
ſi epiſtola haberet proprium nomen, ſed non ſolita
cognomina,nam ſi ſumus in facto arduo. huiuſmodi
epiſtola tanquam non αὐθεντικὴ non probat, vt affir-
mauit Bal.in d.procem.ff.d.nu.19.in q.11.nã talis mu
tatio infringit ſolitum ſcribentis ſtylum, id probat p
l.ſacri afflatus.C.de diuerſ.reſcri.& eum refert, & ſeq.
Iaſ.in d.l.admonendi,nu.143.

42 Reſtringe d.extenſionem,† ſi epiſtola nomẽ & co-
gnomen ſcribentis,ſed non ſubſcriptionem illius ha-
beret,nam tunc probat,vt arbitratus eſt idem Bal.vbi
ſupra in proœ.ff.d.q.10.nu.10.quod comprobat per l.
antiquitas,in fi.C.de teſta.

43 Secundò extende d.4. limitationem, † qñ epiſtola
haberet nomen,ſed non erat nomen propriũ ſcriben-
tis.cum.n.ſibi mutauerit nomen propriũ, epiſtola nõ
probat.iux.ſententiam eiuſdem Bal.in d.procem.ff.q.
12.nu.9.affert ad id l.vlt.C.de hæred.inſtit.

Reſtringe hanc ſecundam ampliationem, qñ con-
44 ſtaret de corpore,† & mutatio non eſſet fraudulenta,
ita voluit Iaſ. ex multis ad hãc rem ab eo deductis, in
d.l.admonendi nu.143.per ea,quæ obſeruauit Bar. in
§.nos verò,in proœ.ff.ita teſtat Bal.in l.fi.in 1.& 2.q.
C.de hær.inſtit.& in d.proœ.in 2.col. & in rub. C.de
fid.inſtru.in 11.col.cui accedit Io. Fab.in §. ſi quis in
noĩe.Inſti.de leg.& docuit Bar.in pulchra q.ĩ l.demõ
ſtratio falſa in prin.in vlt.q.ff.de condi.& demon.

Sublimita ꝙ dictũ eſt ſupra in quarta limitatione,
45 † id eſt,epiſtolã non habentem nomen ſcriptoris, ſed
ſigillũ,non probare,hęc ſcilicet locum habere,qñ epi
ſtola tenderet ad obligationẽ, vel contineret in ſe rẽ
licitã:ſecus autem qñ contineret in ſe rem illicitam,
vel crimen aliquod, qm̃ hoc caſu, etiam ſi non habe-
ret nomẽ ſcribentis, ſit tñ eius obſignata ſigno, indu-
cit aliqualem ſuſpicionem criminis aduerſus tertiũ,
vt Bal.placuit in d.proœ.ff.in addit.nu.1.ꝙ cõfirmat
p l.1.C.de fam.libel.& l.1.C.ad l.Iul.maie.quẽ remiſ-
ſiuè refert Iaſ.in d.l.admonendi.nu. 143. & hoc ita in
vſu mihi contingit obſeruari. Nam quidã Franciſcus
nomine, cuius familiã certis de cauſis ſubticeo, ciuis
meus,veteratoria quadã malignitate, & æmulatione
percitus, ſcripſit nõnullas famoſas epiſtolas ad Vrbis
Præſides Illuſtriſs. DD. Cardinales Camberlingũ, &
Card.de Piſis nuncupatum,tunc Auditorem Cameræ
Apoſtolicæ, in qbus nonnulla cõtra nobiles viros ex
dominio Genuenſiũ crimina continebantur, quæ li-

teræ

teræ ll cet ſubſcriptæ nomine proprio non eſſent, ſed
tñ ſuo ſigillo munitæ, vſq; eò permouerunt Illuſtriſs.
Cardi. vt illi nobiles viri apud eos de illis criminibus,
de quibus in literis mentio fiebat, in ſuſpicionem ve-
nerint. Verùm cum procedente tempore veritas in
apertum relata ſit, & proinde cum nobiles illos viros
iniuſtè fuiſſe inſimulatos cõſtiterit, ac omnibus inno
centia eorundem nota facta eſſet: homo ille nequam
procumbens genibuſq; flexis palinodiam cecinit, &
ſupplex delicti veniam orans, ac tandem exorans, om
nibus ciuibus nefarium ſuum de aliorum fama detra
hendi ſcelus patefecit, ſuamq; peruerſam naturã cun
ctis manifeſtauit.

46 Quintò limitare poteris, † qñ huiuſmodi epiſtola
continet verba diſpoſitiua ſuper eo, ꝙ per epiſtolam
introduci põt, vt in contractibus, qui conſenſu perfi-
ciũtur, nã licet eo caſu epiſtola, vt dictum eſt ſupra in
tertia ampliatione, probet, vt & probat in l. conſenſu,
ff. de act. & obli. & in l. 1. in fi. ff. de cõtrah. empt. & in
§. 1. inſtit de empt. & vendi. non tñ probat, qñ id ſcri-
bitur, quod per epiſtolam induci non poterat, quam
quidem limitationem affert Vital. Gamba. §. enuncia
tiua verba in epiſto. fol. 159. nu. 1. in ſuo tract. clauſ. ꝑ
l. fi. ff. de verb. obli. & habuimus à Bar. in l. non epiſto-
lis, in prin. C. de prob. hoc idẽ ſequitur Anch. in cle. ſi
vnius, de ſent. excomm. & hanc ponit Bal. in l. 1. C. de
cõtrah. ſtipul. Hinc igitur colligere poteris quo pacto
intelligas ſupra relatam quartam ampliationem.

Intellige tñ & limita prędictam limitationem, vbi
47 dixi † epiſtolã per verba enunciatiua inductam ſuper
eo, ꝙ per epiſtolam fieri non poterat, nõ probare nec
inducere obligationem, vt ſcilicet eo caſu lex nõ pro
bet, nec inducat obligationem, inductam tamen pro-
bat: ita ſcripſit Vital. Camba. d. loco ſuprà proximè ci
tato, per l. Publia. §. fi. ff. depoſit. & ibi Bald.

Sextò limitare tibi licebit, ꝙ ſuprà dictũ eſt de ſigil
lo, locum ſibi non vendicare, niſi in pertinentibus ad
48 officiũ ſigillantis: † nã ſi epiſtola alicuius, veluti col-
legij reperiatur tñ ſigillata, ſolum facit fidem in ne-
gotijs Collegij, nõ ẽt in alienis negotijs, vt colligimus
ex c. cũ dilecta, de reſcrip. niſi concurrente adminicu-
lo teſtium, vt aſſerit Dec. in c. poſt ceſſionẽ. nu. 25. &
49 ibi Abb. ext. de probat. † Clarum ſi quidem eſt, ſigillũ
probare ſolum in his, ſuper quibus eſt inuentũ, c. ſigni
ficauit, de appel. vbi per multos relatos probat Dec. in
d. c. poſt ceſſionem. à nu. 22. vſq; ad nu. 29. vbi ſigilla-
rum materiam proſequitur; & id ſpeciatim confirmat
Fel. in d. c. poſt ceſſionem nu. 4. vbi ampliat & limitat
hanc concluſionem, & ita id intelligit Cato Sachus
in repe. d. l. admonẽdi. nu. 50. ver. & adde hoc verum,
ff. de iureiur. & Rom. ib. d. nu. 55. verſ. vlterius princi-
paliter, atque Iac. Pet. de Prolom. nu. 74. verſ. itẽ adde
in quantum ſed quia ibi notata magis cõgruunt ſub
concluſione literæ, ideò infrà ſuo loco adducetur, ne
concluſiones confundantur, & annotabimus ſimul
Doctorum doctrinas, quid de literis Iudicis ordinarij
* Epiſcopi ſenſerint, quæ omnia * communiter tractan
tur in d. c. poſt ceſſionem, quorum omnium literæ re
gulariter non probant, niſi ſint authentico ſigillo nota-
tæ ipſius ordinarij, & ſint ſubſcriptæ manu teſtium: vt
ſenſit Inno. in c. 1. oppoſit. de fid. inſtru.

Limita concluſionem principalem, vt nõ ꝓcedat,
50 qñ epiſtola ſuam formam ſolitam non habeat, † illa
autem dr̃ forma ſolita, vt mittentis, & eius cui mittit̃,
nomen habeat, habeat præterea narrationem, conclu
ſionem, & datam: ita loquutus eſt Alber. in proœ. ff.
col. vlt. qui addit, & ſalutationẽ eſſe de forma, quod
probat Rip. in d. l. admonendi, nu. 134. quam tamen
vltimam particulam non putat requiri Menoc. de ar-
bitr. iud. caſ. 94. nu. 2. 3. & 17.

51 Octauò & vltimo limitabis in epiſtolis, † quas lite-
ras credentiæ appellamus, nã cùm generales illæ ſint,
nullũ obligationi vel probationi effectum pariunt:
cenſentur enim potius ad commendationem datæ, ꝙ
aliam ob cauſam, ita monuit Bar. in l. Lucius, nu. 1. ff.
de fideiuſſor. ex tex. l. vlt. C. quod cum eo, & ex l. & ele
ganter. §. vlt. ff. de dol. quod ſequitur Menoc. vbi ſup.
loco proximè citato, nu. 20.

CONCLVSIO DCXXVIII.

ARGVMENTVM.

**Epiſtolę Epiſcopi, vel alterius Iudicis ordina
rij regulariter ſi appareant ſigillatæ ſigil-
lo authentico, & ſubſcriptæ manu teſtiũ,
an plenè probent.**

SVMMARIVM.

1 *Epiſtolæ Epiſcopi, vel alterius Iudicis ordinarij plenè pro-
bant regulariter, ſi appareant ſigillatæ ſigillo authentico,
& ſubſcriptæ manu teſtium.*
2 *Epiſtolæ Epiſcopi, vel alterius Iudicis ordinarij probant
non ſolum in leuibus, ſed etiam in arduis, & non ſolum
in literis promulgatorijs ſeu diſpoſitionis, ſed etiam execa-
torijs, vel continentibus aliquam ſententiam.*
3 *Epiſtolæ Epiſcopi uel Iudicis ordinary probant nedum in
ſpectantibus ad officium ſigillantis, ſed etiam in alienis
negotijs.*
4 *Epiſtolæ Epiſcopi probant tantum in pertinentibus ad of-
ficium ſigillantis.*
5 *Sigillum ſolum probat in his, ſuper quibus eſt inuentum.*
6 *Literæ Epiſcopi ſuo ſigillo ſigillatæ ſine notarij & teſtiũ ſub
ſcriptione probant in his, quæ ad ſuum officium ſpectãt,
ſicuti ſuper reſignatione facta, ſecus ut ibi.*
7 *Sigilli auctoritas reſtringitur ad cauſam & officium, quo
ſigillum conſtitutum fuit.*
8 *Iudici in iudicialibus ſine diſcrimine non creditur in præ-
iudicium alterius.*
9 *Iudici creditur in his, quæ ex iure officij pro arbitrio ſuo po
teſt diſponere.*
10 *Iudici non creditur quando contra ipſum ſcribentem eſſet
præſumptio fraudis.*
11 *Ordinario non creditur ſcribenti contra impetrantem apo
ſtolicum.*
12 *Literis fides adhibetur nullo facto diſcrimine iuxta id ꝙ
conſuetudo diſponit.*
13 *Vbi alias non crederetur plenè ſigillo, tamen plenè ei fides
haberetur, ſi hoc eſſet in more poſitum.*
14 *Conſuetudo efficere poteſt, vt literis credatur in quocunq;
facto.*
15 *Conſuetudo efficit, vt non ſolum credatur ſcripturis cum
ſigillo, ſed vt etiam ſolo ſigillo credatur.*
16 *In leuibus indiſtinctè creditur literis.*
17 *In leuioribus parẽdum eſt verbo ſimplici Iudicis, cũ in his,
quæ ſunt modici præiudicij ſemiplena probatio ſufficiat.*
18 *Ex literis in vniuerſum ſemiplena probatio habetur.*
19 *Vbi ſemiplenæ probationes ſufficiunt, literæ plenam faciũt
fidem.*
20 *Scripturæ Principis creditur, cum poſſit in cauſa propria
iudicare.*

Epiſtolæ Epiſcopi, vel alterius Iudicis ordi-
narij regulariter ſi appareant ſigil
1 latæ ſigillo authẽtico, † & ſubſcriptæ manu teſtiũ ple-
nè probant. ita traditũ eſt ab Innoc. in c. 1. in 1. oppoſ.
ext. de fide inſtru. ad quod ꝓbandum ſpectat. c. ſi ca-
nonici. de offi. ord. in 6. vbi de ſigillo fit mẽtio, ad idẽ
eſt c. quoniã de probat. & c. pen. de procu. Innocentij
ſententiam confirmauit Fely. in cap. poſt ceſſionem,
nu. 3. ſub fin. de probat. & eandem opinionẽ ſequun-
tur Calder. Anto. Imo. & Dom. Abb. ibidẽ, & Dec. in
d. cap.

Digitized by Google

d.c.poſt ceſſionem,nu.22. cum ſeq.
Primò amplianda eſt hæc cõcluſio,vt locũ ſibi vẽ-
2 dicet,non ſolũ in leuibus,† ſed ẽt in arduis,& non ſo-
lũ in literis promulgatorijs,ſeu diſpoſitionis, ſed etiã
citatorijs, vel cõtinentibus aliquam ſnĩam, vel ſi ſint
literæ,vt appellant,teſtimoniales, atteſtantes aliquid
factum,vel non factum.exempli gratia ꝙ Titius per-
mutauerit beneficium Sempronio, vel quidpiam id
genus,vt locupletiſſimus eſt teſtis Fely.in d.c.poſt ceſ
ſionem,nu.5.ſub fin.vnà cum ijs,quæ ibi deduxit,hoc
idem decidendo corroborauere DD. Rot. in deciſ.1.
aliàs 22. fuit dubitatum,de prob.in nou.
Secundò amplia prędictam concluſionẽ ꝓcedere,
3 † nedum in ſpectãtibus ad officium ſigillantis, ſed ẽt
in alienis negotijs,ſecundũ Abb.in d.c. poſt ceſſionẽ.
nu.5.ver.ego verò licet inter tantos.per c.2.de fide in-
ſtru.indiſtinctè loquentẽ,& notant DD.de Rot.in d.
deci.1.aliàs 22.item fuit dubitatum,de prob.in nou.
Contrarium ſentit Fel.in d.c.poſt ceſſionem.nu.4.
4 verſ.ſed contrarium,cum iis, † quæ ibidem adducit,aſ
ſerens tm̃ epiſtolas ep̃i probare in pertinentibus ad of
ficium ſigillantis, vt ſi ſigillatæ fuerint ſigillo Colle-
gij non probent niſi quoad negocia Collegij,vt aſſer-
uit idem Fel.vbi ſup.ex c.cũ dilecta,de reſcrip. nã cla
5 rum eſt,vt & ſup.dicebamus, † ſigillũ ſolũ probare in
his ſuper quibus eſt inuentum.per cap.ſignificauit,de
appel.& conſtituere DD. de Rot.in d. dec.1. alias 22,
tit.de probat. in nou. ꝙ, ſc. literis epiſcopi ſuo ſigillo
ſigillatis ſine notarij & teſtiũ ſubſcriptione probẽt in
6 his,† quæ ad ſuum.officium ſpectant, ſicuti ſuper reſi-
gnatione facta; quam deciſionem refert, & ſequitur
Dec.in d.ca. poſt ceſſionẽ,nu.26.ſecus verò in ijs,quę
non ſpectarent ad ſigillantis officiũ: vt proſequit̃ plu
ribus Dec.vbi ſup.in d.c.poſt ceſſionem, nu.36. & nu.
37.atque Io.And.poſt Nicol.de Matarel.quem refert
in tit.de inſtru.edit.§. nũc dicendum. & idem placuit
Bald.in rub.C.de fid.inſtrum.num.40.verſ.ſecundum
7 ſupplementum. † Auctoritas enim ſigilli reſtringitur
ad cauſam,& officium, quo ſigillum cõſtitutum fuit,
vt inquit Dec.vbi ſup.& notant Bar.in l pen.ff.ad Ma
ced.& Bald.in l.3.§.ex hoc edicto, num.2.ff.nau.cau.
ſtabular.
Primò ſublimita prædictam ſecundam ampliatio-
8 nem non eſſe veram in iudicialibus, † in quibus ſine
diſcrimine non creditur iudici in præiudicium alte-
rius,per ca. quoniam contra,de probat. quod videtur
confirmari ex d.dec.DD.de Rot.1.aliàs 22.de proba.
in nou.vbi dicitur,quod non creditur literis Epiſcopi,
quando procedit vt iudex.
Intellige hanc ſublimitationem procedere in his,
9 quæ non pendent ab arbitrio iudicis,† ſecus in his,quę
ex iure officij,pro arbitrio ſuo iudex poteſt diſponere
nam tunc creditur, teſte Bald. in l. ſi qua per calum-
niam,col.fin.poſt nu.5.verſ.quærit Gul. C. de epiſ. &
quem refert & ſequitur in hoc Dec.in d.c.poſt ceſſio
nem,num.34.
10 Secundò ſublimita, † qñ contra iudicem ſcriben-
tem eſſet præſumptio fraudis: quia tunc non credi-
tur.exemplum extat in d.deci.1.alias 22.nu.2.de ꝓba.
11 in nou.vbi non creditur Ordinario ſcribenti † contra
apoſtolicum impetrantem, dicens ſe prius contuliſſe
beneficium,q̃ ſum.Pont.vel executor eius: non enim
ſibi creditur propter fraudis ſuſpicionẽ.& latius Abb.
in d.c.poſt ceſſionem,poſt nu.4.ver. non obſtat ſtylus
palatij.& huc pertinet tex.in c.1. de proc.
Et ꝙ dictum eſt ſupra in opinione contraria tertiæ
ampliationis, ſcilicet, ꝙ epiſtolæ Epiſcopi ſignatę ſi-
gillo non credatur in ijs,quæ non ſunt ſui officij.
12 Primò limitabis,niſi cõſuetudo cõtra obſtaret,† tũc
enim nullo facto diſcrimine adhiberetur fides literis,
iuxta id,ꝙ conſuetudo diſponit:ita voluit Ioan.And.
poſt Nic.de Matarel.quẽ refert in tit.de inſtru.edit.§.
nunc dicendum reſtat,verſ.ſecundum ſupplemẽtum,
in fi.quibus accedit Dec.in d.c.poſt ceſſionem.nu.41.
* & Fely.ibid.nu.8.vbi ait eſſe * communem opinionẽ
ſecundum D.Benedic.in d.c.poſt ceſſionem.per c.cũ
dilectus,ext.de fid.inſtr.p l.1.C.de eman. lib. & notat
13 Dom.in c.q̃uis.de procur.in 6. vbi dicit, † ꝙ vbi aliàs
non crederetur plenè ſigillo, tamen plenè ei fides ha-
beretur,ſi hoc eſſet in more poſitum, & ita ſe dicit ſæ-
pius reſpondiſſe Senis, & ad hanc rem noſtram affa-
bre tradit Bal.in rub.C.de fid.inſtr.col.vlt.verſ. ſepti-
14 mũ, & vltimum ſupplemẽtum.nu.45.dicens † hm̃õi
conſuetudinẽ efficere poſſe: vt credatur talibus literis
in quocunq; facto, & de hoc videas DD. de Rot. in
d.dec.1.aliàs 22.de prob.in nou.& Do. poſt Io.Andr.
in c.ſeculares,verſ.quæro pone.de foro comp.
15 Subamplia,vt talis conſuetudo efficiat,† vt non ſo
lum credatur ſcripturis cũ ſigillo, ſed vt etiã ſolo ſigil
lo credatur.ita dixit Dec. in d.c. poſt ceſſionẽ.nu.43.
& ita ait ſingulariter tenere Dom. in c.quamuis.col.
3.de procu.in 6. & videtur etiam ſentire Fely. ibid. d.
nu.8.in prin.verſ.adde.
16 Secundò limita nõ procedere in leuibus,† in quib.
* indiſtinctè creditur: ſecũdum Bal.& * cõiter omnes
ſcribentes in d.c.poſt ceſſionem.& ibi Dec. nu.44. ꝙ,
& affirmauit Innoc.in d.c de fid. inſtru. quem Abb.
refert in d.c.poſt ceſſionem, in quinta opin. nu.4. qui
apertè dicit,in leuibus ẽt credi extra officium: per ca,
quæ habentur in c.1.de cle.pereg.ꝙ idem comproba-
uere Cyn.& Bal.in l.pacta noniſſima, col.fi.num.11.
verſ.vlt.gl.C.de pact.ſic & aſſueuerauit Abb. in c. cum
in eccleſijs,col.fi.nu.3.ver.in ead.gl.de maior.& obe.
idem ſenſit conſulendo Old.in conſ.184. incip. pater
ſanctè, poſt nu.7. verſ. ſed iſtum obiectum. cui ſuffra-
gatur contex.in l.diuus,§.cum autem,vbi Bar.ff.de of
fic.prætor.& quod notat idem Barto.in auth.niſi bre-
17 uiores.in fi.C. de ſent.ex breuic.recitan.vbi dixit † in
his leuioribus parendum eſſe verbo ſimplici iudicis,
cũ in his,quę ſunt modici pręiudicij ſemiplena proba
tio ſufficiat,auctore Bar.in l.1.col. fi.nu.10.verſ. & eſt
ratio,C.quor.bonor. & in d.l.2.§. fi.C. vbi in rem act.
& omnes refert,& ſequitur Deci. in d.cap.poſt ceſſio-
nem,num.46.
18 Tertiò limita quoad ſemiplenam probationẽ, † in-
uniuerſum.n. ex talibus literis ſemiplena ꝓbatio ha-
bet̃,ſecundum Inno.in c.in præſentia.de renunc. vbi
Card.& Imo.ſequuntur.& idem Abb.in d.c. cũ in ec-
cleſijs,col.fi.nu.3.verſ.in ea.gl.de maior.& obed.
19 Hinc colligebat Dec. vbi ſup. nu.47. † quod vbi ſe-
miplenæ probationes ſufficerent, tales literæ plenam
facerent fidem.
Quartò limita in ſcriptura Principis,cui credit̃: nã
20 cum poſſit in cauſa propria iudicare,† ẽt fides ſcriptu
ræ ſuæ pręſtatur:vt doctiſſimè Bal.cõcludit in l.exem
pli.col.fi.verſ.quæritur hic.nu.4.C.de probat. & Dec.
vbi ſup.num.49.de quo tamen Dec.videtur dubitare,
21 propter.c.cum dilectus,de fid.inſtr.† vbi inſtrumento
priuato Regis creditur propter conſuetudinẽ,& ideo
videas Dec.vbi ſupra.d.nu.48.

CONCLVSIO DCXXIX.

ARGVMENTVM.

Epiſtolæ virtute,quæ vulgò credentialis, dicitur, an aliquid poſſit agi in præiudicium ſcribentis.

SVMMARIVM.

1 *Epiſtolæ virtute, quæ vulgò credentialis dicitur, generalibus verbis, conſcriptæ nihil poteſt agi in præiudicium ſcribentis.*
2 *Epiſtola credentialis non obligat, neque aliquid probat.*

3 Hi,ad

3 *Hi, ad quos literæ credentiales mittuntur cauere debent,& proſpicere quidnam ſonent,quia ſi non ſunt multum ſpeciales,non obligant mittentem.*

4 *Si ille,de quo ſcribitur epiſtola credentialis,eſt factor,ſeu inſtitor ſcribentis in aliqua mercatura, ei adhibetur fides in negotio illius mercaturæ.*

5 *Non omni,qui loquitur,credendum eſt.*

6 *Famulo creditur,ſi aliquid dicat,quod ſit veriſimile,& vtile mittenti,quod credi poſſit.*

7 *Si in epiſtola credentiali dicatur, adhibere ei plenam fidẽ ſuper me,vel periculo meo, tunc ſuper eo, quod poſtea actũ eſt probant,& obligant mittentem.*

8 *Literæ credentiales,quando ſunt magis ſpeciales probant.*

9 *Epiſtolæ commendatitiæ vt plurimum non probant, nec obligant ſcribentem.*

10 *Epiſtolæ commendatitiæ potius ſunt adulatoriæ, quàm diſpoſitiuæ.*

11 *Si quis propter epiſtolam patris, vel domini, qua filius vel ſeruus alteri commendatur, pecuniam mutuet filio, vel ſeruo,non tenetur ſcribens illius mutui nomine actione.*

12 *Epiſtola exhortatiua quam appellant, probat conſenſum ſcribentis ſibi præiudicialem.*

13 *In fratre, & parentibus præſumitur potius donandi animus ratione coniunctionis ſanguinis.*

1 Epiſtola quæ vulgò credentialis dr̃, † ſi generalibus verbis conſcripta ſit, vt ſi in ea dicat̃,qui vobis has reddidit, in his, quæ dixerit,adhibebitis plenã fidem; tunc virtute hm̃oi literarum nihil poteſt agere in præiudicium ſcribentis, quia iſtæ literæ ſunt magis cõmendatoriæ, videlicet quaſi dicat,lator iſte eſt fidelis perſona,ptãris de ipſo confidere,& ſic non probant, nec obligant ſcribentem, ita loquutus eſt Abb.in c.fraternitati.nu.7.de cleric.non
2 reſid.Vnde quoq; Nic.Boer.in q.282.nu.2.inquit † huiuſmodi literas non obligare neq; aliquid probare:& latè Menoc.de arbit. iudi. in caſ.94.nu.20. idẽ voluit Bar.in l. Lucius,nu. 1.de fideiuſſ. ex tex.l. vlt.C. quod cum eo,& ex l.& eleganter.§.vlt.ff.de dol.Et hoc niſi eſſent multum ſpeciales, per l.& ſi literas, C.manda.
3 & ideò inquit idem Boer. vt hi, † ad quos tales literæ mittuntur cauere debeant,& proſpicere,quidnam ſonent literæ, quia ſi non ſint multum ſpeciales non obligant mittentem,& idem aſſerit Bar. in l.ſi pupilli,§. itẽ ſi procuratori,nu.4.ff.de neg. geſt.& probauit Bal. in rub.de conſtit.pecu.nu.13.& ſenſit Abb. in c.fraternitatis.nu.7.cum ſeq.de cleri. non reſid.

Quod primo loco fallit,ſi ex qualitate ſcribẽtis appareat aliud,ex quo generalitas illa in apertum poſſit referri,vt ſi ille, de quo ſcribebat erat factor, ſeu inſti-
4 tor ſcribentis in aliqua mercatura: † nam tunc vr̃ dicere, vt ei adhibeat fidẽ in negotio illius mercaturæ, ita inquit Bar. in d.l.Lucius. vbi ait de hoc eſſe facti ſpeciem memoria dignã in l.cuiq; §. ſed & cũ fullo. ff.de inſtit.verſ.planè.& placuit Ang.in l.Titia. ff.de verb. obli.Vnde Boer.in d.q.282.nu.2.dicere ſolebat, ꝙ illi, ad quos huiuſmodi literæ mittuntur, debeant magis, ac etiam magis exquirere, quando ſerui domini, qui longo tempore ſeruierunt, forte expulſi, dicunt verboſe à dominis pecuniatum cauſa petendarum miſſos,quia vt dicit Bal. in verſi. deinde quæritur. nu.13.
5 in rub.C.de cõſti.pec.† ꝙ non omni qui loquitur credendum eſt.& placuit Bar. in l.eum qui, cum l. ſeq.ff. commod.& confirmauit contex. in c. cũ ex iniuncto. de hære.ſed ſecus,ſi famulus dicat aliquid,quod ſit ve-
6 riſimile, & vtile mittenti, † quod credi poſſit, vt ait Ang.in l.argenti. ff.commod. arg. l.qui hominem.§. ſi nullo mandato.ff.de ſolu.vt refert Boer.in d.q. 282. num. 4.

Secũdò fallit,ſi in epiſtola dicatur,adhibere ei ple-
7 nam fidẽ ſuper me vel periculo meo: † nam tunc ſuper eo,quod poſtea actũ probant, & obligãt mittentem: iuxta ſententiam Bar.in d.l.Lucius.verſ.item fallit.de fideiuſſ. quod probat per l. ſi remunerandi. §. ſi quis mandauerit,in ñ.ff.mand.

Tertiò limita,qñ literæ ſunt magis ſpeciales,quam
8 ſupra dictum eſt,† vt ſi dicatur, huic,qui nobis has reddidit, q de negotijs plenè eſt inſtructus, vt noſtra ſeit voluntas adhibebitis plenam fidem: vel ſi dicatur ſuper tali negotio huic habebitis plenam fidem,vt latè ad id ſcripſit Bar.in ſæpe citata l. Lucius Titius.nu.1. verſ. quandoque, vbi vberius de hac materia diſſerit, quem vt conſulas,tibi auctor ſum.

9 Nam epiſtola commendatitia,† vt plurimum non probat,nec obligat ſcribẽtem, vt ſentit Bar.in d.l.Lucius.ff. de fideiuſſ. item clarius ait Bald. in l. ſi literas, nu.3. C.man. vbi inquit huiuſmodi literas potius eſſe
10 adulatorias,† q̃ diſpoſitiuas.idem dixit Bal. in l.ſi verò,§.cũ quidam.ff.eo. tit.mand. Vnde ſi quis propter epiſtolam patris,vel domini,qua filius,vel ſeruus alte-
11 ri cõmendatur,pecuniã mutuet filio,vel ſeruo, † non tenetur ſcribẽs illius mutui nomine actione, ꝙ iuſſu, per l.ſi.C.quod cum eo,&c. & nominatim id tradidit Crau.de antiq.temp.§.vidimus,& abundè nu.42.par. 1.& animaduertit idem Boer.in d.q.282.nu.1. & 2.cũ ibi deductis.vbi comparat epiſtolas commendatitias cum epiſtolis credentialib.

Contra verò epiſtola exhortatiua, quam appellãt,
12 † probat conſenſum ſcribẽtis ſibi præiudicialẽ,vt extat de hoc exemplũ in ea hypotheſi, ſuper qua cõſultus rñdit Soc.in conſ.291. poſt nu.12.verſ.3.principaliter,lib.2. quẽ refert & ſequitur Crau. de antiq. temp. §.vidimus,& abundè.nu.43.vbi tñ ipſe Crau. videbitẽ hoc dictum reſtringere tantum in fratre, & parentib.
13 † vt ibi per eum,quia in illis preſumitur potius donãdi animus ratione coniunctionis ſanguinis. ex l. ſi ſeruus communis.ff.de don.inter vir.& vxo.

CONCLVSIO DCXXX.

ARGVMENTVM.

Epiſtola Pontificis Maximi, Regis vel alterius Principis, an probet etiam contra tertium.

SVMMARIVM.

1 *Epiſtola Pontificis Maximi, Regis, vel alterius Principis, probat ẽt contra tertiũ,cũ huiuſmodi literæ factæ ab habentibus poteſtatem legis condendæ,habeant vim legis.*

2 *Epiſtola Pont. Maximi, Regis, vel alterius Principis, pbat etiam contra tertium, dummodo ita res ſe habeat de conſuetudine,vt indiſtinctè literis huiuſmodi credatur.*

1 Epiſtola Pont.Max.Regis vel alterius Principis probat † etiam contra tertiũ: nam huiuſmodi literæ ab habentibus poteſtatem legis condendæ factæ, habent vim legis, ita concludit Bal.in l.exemplo.col.fin.verſ. quæritur hic,nu.4.C.de probat.cui cõuenit Ruy.cõſ.121.nu.11.vol.4.nec aliter ſenſit Iaſ.in conſ.148.num.3.vol.4.cum allatis, vt & ſupra dicebamus in concluſ. Epiſcopi epiſtola in quarta limitatione.

Limitat tamen hanc concluſionem Dec.in c. poſt
2 ceſſionem,nu.48.de probat.dummodo † ita res ſe habeat de conſuetudine, vt indiſtinctè literis huiuſmodi credatur.& hoc dilucidè voluit contex. in ca. cum dilectus.ſub fin.ext.de fid.inſtrum.

CON-

CONCLVSIO DCXXXI.

ARGVMENTVM.

Epiſtolæ mercatorum, ideſt literæ cambij an probent, & obligent.

SVMMARIVM.

1 *Epiſtolæ mercatorum, ideſt literæ cambij non ſolũ probant, ſed obligãt, ſi materia patiatur, & loquatur diſpoſitiuè.*
2 *Literæ cambij ſi loquuntur enunciatiuè probant, ſed non obligant.*
3 *Mercator ſi ſcribit alteri mercatori, vt talis ſoluat tali centum pro totidem, quæ recepit ab eodem huiuſmodi literæ cambij probant receptionem ipſorum centum aduerſus ſcribentem illas.*
4 *Literis ſigillatis, maximè contra ſigillantem, creditur de cõſuetudine.*
5 *Literæ cambij probant quo ad illos, quibus miſſæ ſunt.*
6 *Literæ cambij probant contra illos, qui publicè tenent ſtationes, ſeu banchas quos nummularios vocamus.*
7 *Mercator qui fecit literas cambij alicui, an poſſit reuocare, antequam pecuniæ ſoluantur.*
8 *Mercator an teneatur reſtituere pecuniam, ſi literæ amiſſæ ſint, antequam illis redditæ fuerint, cui deſtinatæ ſunt.*
9 *Ad quem ſpectat periculum, poſtquam mercator, ad quem diriguntur literæ acceptauit literas cambij, & poſt acceptationem efficitur non ſoluendo, vel aufugit.*

1 Epiſtolæ mercatorum, † ideſt literæ cãbij, vt noſtri nominant, non ſolũ pro
bant, ſed ẽt obligant, ſi concurrant hæc duo, hoc eſt,
quod materia patiatur, & loquatur diſpoſitiuè, nã ſe
cus eſſet ſi loqueretur enunciatiuè: quoniã tunc pro-
2 bant, ſed non obligant: ita ait Bal. in rub. C. de conſti.
pecu. col. 2. nu. 12. vnde dicebat Spe. tit. de obli. & ſo-
lut. §. prænotandum, verſ. pone mercator quidã. nu. 8.
ꝙ ſi quis mercator alteri mercatori ſcripſerit, vt talis
ſoluat tali centum pro totidem, quæ recepit ab eodẽ
3 † huiuſmodi literas cambij probare receptionẽ ipſo-
rum centum aduerſus ſcribentem illas: ſic etiã mihi
probat Menoc. de arbi. iud. caſ. 94. nu. 24. dum ad id
teſtatẽ Card. Zabar. in cõſ. pen. col. 1. quẽ ſequutus eſt
Boer. q. 333. nu. 8. vbi ait literas huiuſmodi plenã fa-
cere fidem. Et aduerſus eum habet actionẽ, ſecundũ
quoſdã de conſtit. ſiue fiat conſtitutio inter abſentes,
ſiue inter præſentes, vt declarauit Spe. vbi ſup. nu. 8.
d. ver. pone mercator, l. qui autem. in fin. & l. ſeq. ff. de
conſti. pen. Imo dicunt quidam dari negotiorũ geſto
rũ actionẽ, per l. ſi pupillus. §. ſi is. ff. de neg. geſt. & ip-
ſe Spe. ibi. dari quoq; cenſet poſſe condictionẽ ex mo
rib. aut ex conſuetudine, per l. 2. C. de cõſti. pec. in fi.
4 † De cõſuetudine enim creditur literis ſigillatis ma-
ximè contra ſigillantẽ, vt ibi ait Spec. & Nic. Boer. in
5 decis. 333. nu. 8. ait, ꝙ ẽt probant † quoad illos, quib.
miſſæ ſunt, vt teſtatur Zabar. conſ. 153. poſt prin. verſ.
item quod dicit is. Quinetiã illud inſuper addit Boe.
vbi ſup. procedere, vt & probent cõtra illos qui publi
cè tenẽt ſtationes, ſeu banchas, vt ipſe ait, quales ſunt
6 illi, † quos nummularios ꝓpriè vocamus, q̃a tũc ple-
nã faciunt fidem, etenim ſicuti fides habetur eorũ li-
bris quo ad oẽs, vt arg. eorum, quæ notat Bar. in l. 2. §.
diuus. ff. de iur. fiſci, ſic eorum epiſtolis; quoniam illę
de conſuetudine eorũ in libros referuntur, & idẽ de-
cidit Boer. remiſſiuè in decis. 282. nu. 7. cum ibi dedu
ctis, & iũdit Bal. in conſ. 190. incip. Sẽpronius Man-
fred. vol. 2. & in cõſ. 348. factæ fuerũt per Bononiẽſ.
vol. 1. & in rub. C. de conſtit. pecu. col. 2. num. 12. verſ.
modo quæro circa literas mercatorum, & conſultum
7 eſt ab Ang. in cõſ. 370. An vero mercator, † qui fecit
huiuſmodi literas alicui poſſit reuocare, antequam
pecuniæ ſoluantur, te docebit idẽ. col. 2. nu. 12. ver. ſe-
cundo circa hoc quæro. Bal. in d. rub. C. de cõſti. pec.
& quid ſi huiuſmodi literæ amiſſæ ſint antequam illi
8 redditæ fuerint, cui deſtinatę ſunt, † an talis mercator
teneatur reſtituere pecuniã conſulas eundem Bal. in
l. inſtrumenta. col. vlt. in fi. C. de fideicom. Et ad quẽ
ſpectet periculũ poſtquam mercator ad quẽ dirigun
9 tur literæ acceptauit literas cambij, † & poſt accepta-
tionem literarũ efficiatur nõ ſoluendo, vel aufugiat,
adeundus tibi erit hoc explicans Iaſ. in l. admonẽdi,
nu. 153. ff. de iureiur. referens Bal. hoc enodãtem in l.
pro debito. nu. 2. C. de bon. auth. iud. poſ. & nos infra
explicabimus in concluſione literæ cambij, quo in lo
co latius hæc diſcutienda reſeruo.

CONCLVSIO DCXXXII.

ARGVMENTVM.

Aequalitas an ſemper in ſocietate præſumatur reſeruata.

SVMMARIVM.

1 *Aequalitas ſemper in ſocietate ſeruata præſumitur.*
2 *Aequalitas quomodo debeat in ſocietate ſpectari.*
3 *In ſocietate ratio habenda eſt bonitatis, & non numeri.*
4 *Pater in dubio præſumitur voluiſſe inter filios æqualitatẽ ſeruare, cum eos, æque amare creditur.*
5 *Aequalitas pretij, & bonitatis non debet præſumi in rebus, quando ex ſola rerum inſpectione facilè decernitur differentia.*
6 *Aequalitas aſſertionis, & charitatis præſumitur in perſonis legatarijs, quando ſumus in dubio, & quando aliter non appareret de meritorum diuerſitate.*

1 Aequalitas ſemper in ſocietate † præſumitur ſeruata, vt ad id viſus eſt reſpondiſſe Vlpia. in l. ſi nõ fuerint. ff. pro ſoc. cuius reſponſum decidendo probauit Affli. decis. 48. nu. 2. & 4.

Quomodo autẽ æqualitas debeat in ſocietate ſpe-
2 ctari, † an ex numero rei in ſocietatẽ datæ, an verò nõ
habeatur ratio numeri, ſed bonitatis, id te docebit idẽ
Affli. in d. decis. 48. nu. 4. vbi ait rationem habendã bo
3 nitatis, † & non numeri in ſocietate; vbi hoc pluribus
argumentis comprobat. Cuius opinio videtur verior,
cum certũ ſit poſſe ſocietatẽ inire pro æqualibus par
tibus, & lucri, & damni, ẽt ſi alter tantum operã præ-
ſtet, nam vt inquit I. C. in d. l. ſi non fuerint interdum
hominis tam pretioſa eſt opera, vt omnibus rebus in
ſocietatem datis præualeat, vt eſt etiam cautũ à Pau.
in l. ſi Mutius ff. pro ſoc.
4 Et ita etiã in dubio præſumitur pater † voluiſſe in-
ter filios æqualitatem ſeruare cũ eos æque amare cre
datur, vt auctor eſt Bar. in l. cũ pater plurib. ff. de lega.
2. quem refert, & ſequitur Soc. iun. in conſ. 160. circa
præſentem. nu. 24. vol. 2. & in conſ. 83. Multa, & varia.
nu. 27. vol. 3.
5 Contra verò † æqualitas pretij, & bonitatis non de
bet præſumi in rebus, quando ex ſola rerũ inſpectio-
ne facilè decernitur differentia, vt ſcriptum reliquit
Iaſ. in l. ſi ita ſcriptum nu. 34. ff. de leg. 1. & l. ſi irruptio
ne. in fi. ff. fin. regun.
Quod poſtremũ limitabis non procedere in perſo
nis legatarij; quia quando ſumus in dubio, præſumitẽ
6 inter eas † æqualitas aſſertionis, & charitatis, ex l. ſi
quis ſeruũ. §. ſi inter duos, in verſ. duo eiuſdẽ nominis
amici teſtatoris, ff. de leg. 2. vt aſſeruit Iaſ. vbi ſup. in
d. l. ſi ita ſcriptum, d. nu. 34. ſub ſi. de leg. 1.
Id etiam intelligas quando aliter non apparet de meritorum diuerſitate, iux. l. nec adiecit. ff. pro ſoc. & affirmauit Iaſ. in loco prox. cit.

Digitized by Google

CONCLVSIO DCXXXIII.

ARGVMENTVM.

Equus venditus, & intra triduum mortuus, eiq́ue repertum cor putridum, atq; ſubrancidum, an præſumatur tempore vêditionis morboſus, & ideò vêditorê teneri.

SVMMARIVM.

1 *Equus venditus, & intra triduum mortuus, cui repertum ſit cor putridum, atque ſubrancidum, præſumitur tempore venditionis morboſus, & ideo venditor tenetur.*
2 *De præſenti præſumitur ad præteritum.*
3 *Equus cenſetur periſſe ex vitio morbi ante venditionem contracti.*
4 *Medicis, & Mariſcalchis ſtandum eſt tanquam peritis in arte.*
5 *Quando, & an quis præſumatur mortuus ex morbo præcedente, vide remiſſiuè.*
6 *Probatio incumbit dicenti equum mortuum propter herbam malam, vel medicamenta mala.*
7 *Equus in dubio potius mortuus præſumitur ex morbo quam ex alia cauſa, quotieſcunque illico, & ex celeritate moritur. Intellige, ut num. 8.*

Equum venditum, & intra triduum mortuum, eiq́ue repertum cor putridũ
1 atque ſubrancidum † præſumi tempore venditionis morboſum, & ideò teneri venditorem tradidit Alc. de præſumpt. præſ. 26. reg. 2. nu. 10. Hoc enim tritum illud axioma confirmat, quod à noſtris circunfertur,
2 hoc eſt † de præſenti præſumi ad præteritum, ex l. ex perſona. C. de prob. & l. 1. §. ſi magiſtratus. ff. de magiſtrat. conuen. atque l. ſi hi qui adulterij. C. de adult. & de equo affirmat Io. And. in addit. ad Spec. in titu. de empt. & vend. §. nunc dicendum reſtat. verſ. 1. quem refert, & ſequitur Ang. in l. ſciẽdum. ff. de verb. oblig. & Alex. latè in l. ſi quis cum aliter. nu. 23. & 24. ff. de verb. oblig. & quod etiam ſupra tetigimus in Cõcluſione Animal, vbi vberius de his diſſeruimus, & in terminis docet Hip. Bonacoſſ. in ſuo tract. de equo. q. 85. per totum. teſtem aſſerendo Abb. in c. iuſtum. de
3 rer. permuta. † quoniam ex vitio morbi ante vẽditionem contracti cenſetur periiſſe, vt innuere viſus eſt Caius in l. ſi verò. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cog.

Limitabis, & intelliges concluſionem veram eſſe,
4 niſi aliter per Medicos, † & Mariſcalchos iudicatum fuerit, quibus ſtandum eſt, tanquam peritis in arte: vt liquet ex Gordian. Imp. reſcripto in l. ſemel. C. de re milit. lib. 12 quod aſſeruere DD. & Barto. in procem. fforum. & Bart. in l. 1. de ventre inſpicien. Vnde tunc venditor non tenebitur. vt ſi equus comederit herbas venenatas, vel quia nimium iter faciendo oppreſſus fuerit: ita reſpondit Alex. in d. l. ſi quis cum aliter. col. fi. nu. 24. ff. de verb. obl. & ſequitur Rip. in tract. de peſte, in vlt par. par. 83. nu. 186. & ita arbitratus eſt Bal. in l. 1. col. pen. nu. 12. C. de ædil. actio. quod & cõprobauit Ang. Aret. in §. in duplum. nu. 10. Inſt. de actio. cui ſententiæ proculdubio ſe ſubſcripſit Marſ. in l. ſta
5 tulib. n. 16. ff. de quæſt. † Et an & quãdo quis præſumatur mortuus ex morbo præcedente, conſulendus erit Alex. in d. l. ſi quis cum aliter, & fuſius hæc docẽrem adeas Rebuff. in ſua pract. benef. in reg. de infir. benefic. reſignan. verſ. de ipſa infirmitate deceſſerit, gl. 11.
6 Et dicenti † equum mortuum propter herbam malam, vel medicamẽta mala incumbit probatio: ſi credimus Bal. ita atteſtãn in vſib. feud. §. item qui dominum. nu. 3. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi, vt refert, & ſequitur Bonacoſſ. d. q. 177. in fi.

Præſumitur autem in dubio potius mortuus equus
7 ex morbo, quàm ex alia cauſa. † quotieſcunq; illico, & ex celeritate moritur, vt atteſtatur Bal. in conſ. 499. Sic ad euidentiam. verſ. 2. hoc probatur. vol. 5. cui accedit Bonacoſſ. in d. tract. de eq. q. 213. hoc loco autẽ dicitur incontinenti mortuus, ſi intra triduum obijt. l. 1. C. de emẽd. ſeruor. vbi & gl. & dixit Bonacoſs. vbi ſup. & q. 84. teſtem laudat Marſ. in l. ſtatuliber. nu. 16.
8 ff. de quæſtio. quod intellige, † quando quis decedit ex cauſa occulta, quæ eſt in viſceribus. & inteſtinis, nec apparet aliquo modo liuor exterior manifeſtę ſuſpicionis: ſecus autem quando iudicio Mariſcalchi appareat vitium antiquitũs viguiſſe, ex l. quęritur, §. ſi autem vitio veſicæ. & l. qui clauum. verſ. iecur. & pulmo. ff. de ædil. edict. ad quod etiam conſulas Bal. in eo. conſ. 499. vol. 5. & in l. 1. C. de ædilit. actio. col. pen. ſub nu. 17. vbi teſtatur Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de emp. & vend §. ſciendum de illo qui ſimpliciter vendit bouem, & ibi ſentit quod eſt dictum de triduo. id vero fuſius agentem adeas eundem Bonacoſſ. d. q. 213. per totum, & eundẽ latè. q. 379. vbi proſequitur quatuor modos probandi equum fuiſſe ęgrotum, quæ etiã omnia doctiſſimè, vt aſſolet, proſequutus eſt iuris vtriuſq; prudentiſſimus Gaſp. Gab. in ſuo libell. de ędil. actio. c. 2. tit. de redhibitor.

CONCLVSIO DCXXXIV.

ARGVMENTVM.

Equum ſibi commodatum mortuum fuiſſe naturaliter, & non culpa commodatarij quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Ad probandũ equũ ſibi cõmodatũ mortuum fuiſſe naturaliter, & nõ culpa commodatary, quid probare oporteat.*
2 *Non ſatis eſt ruſticis, ut pelle, & coriũ dominis ſuis ferãt ad probandum beſtias eſſe mortuas abſq; eorum culpa.*
3 *Equus etiam ſi probetur mortuus, ſi non probatur, quo pilorum genere ſit ueſtitus, non leuat onere probandi probare debentem.*

Ad probandum equum ſibi commodatum mortuum fuiſſe naturaliter, & non culpa cõmo-
1 datarij, non ſufficit oſtẽdere corium. ſed opus, eſt, † q̃ probet illum eſſe mortuum, nec ſatis eſt probare viſũ fuiſſe iumentũ in domo ſua mortuum, niſi etiã probetur illud fuiſſe ei datum per dominum, aut ſocium per ea, quæ dicit Io. And. in c. auditis, de præſcrip. vbi dicit ſe in Ciuitate Bononiæ ita ſeruaſſe, & obtinuiſſe, contra quendam Bidellum habentem equum cõductitium, vt ſe conferret ad certum locum, qui probauit per comitem itineris; equum quo vehebatur naturaliter vita fuiſſe functum. nam dicit Io. And. præcitato loco, quod cum non probauerit eũ eſſe equum quem conduxerat, quod probare debebat per ſigna, & ſtigmata, huiuſmodi probationem non eſſe ſatis: prout eũ ſic refert Alex. in conſ. 118. in cauſa, & lite inter Peregr. nu 4. verſ. benefacit, quod not. Io. Andr. lib. 1. & in cõſ. 119. viſo proceſſu ſuper cauſa. poſt nu. 3. verſ. pro hoc adduco. cod. lib. 1. & in conſ. 33. viſo themate, & inſtrumento. nu. 3. verſ. facit quod no. Io. And. vt etiam refert, & ſequitur Hipp. Marſ. in rub. C. de probat. poſt nu. 458. verſ. & facit etiam notabile dictum, eandem deci. Io. And. refert Iaſ. in l. eum qui. §. in popularib. col. vlt. num. 21. verſ. ſecundo per prędicta. ff. de iureiur. & in l. nam hoc. in 3. col. nu. 12. verſ. nono ad iſtam regulam. C. vnde leg. vbi videtur velle impugnare Io. And. ſed tandem reſidet cũ eo, & tenet in l. 2. in fi. nu. 20. C. de bono. poſſeſ. ſecundum tabul. idem placuit Dec. in conſ. 9. col. 3. ſub nu. 3. verſ. vnde identitas, & videas Fely. in c. cum Ioã. in 3. col. de fide inſtrum. & ait etiam Caſtren. in leg. ſi legatur,

§. ſpe-

4 §.ſpecies.vbi & Bal.ff.de leg.1. † nõ ſatis eſſe ruſticis, vt pellẽ & coriũ dñis ſuis ferant, ad probandum beſtias eſſe mortuas abſq; eorum culpa, neque hac in re prætermittã Bal.in l.3.in fi.C.de Epiſc.aud. vbi de ruſtico meminit, qui equum cũ in paſcuis habuiſſet, nocte quadam lupus eũ comedit, & eundem Bal. in l.ſi paſcenda.num.2.C.de pact.atq; Dec.in repet.l.ꝙ te.col.2. nu.9. ff.ſi cert.pet. quæ latè proſequit Caſſa. in conſuet.Burg.rub.4.§.23.col.2.nu.62.verſ. & nunquid ſufficiat: vbi hæc ferè omnia habentur, & hoc eſt quod ſpeciatim tradit nouiſſimè Bonacoſſ.in ſuo tract.de equo.q.425.per totum.dum teſtem ad id adducit Gram.conſ.ciuil.1.nu.12.

5 Amplia id procedere, † ẽt ſi probetur equus mortuus. nam ſi non probetur, quo pilorũ genere ſit veſtitus, non leuat onere probandi probare debentẽ, vt auctor eſt Abb.in c.auditis.nu.25.de præſump.vbi & gl. & ibi Io. And. ait ſe hoc in vſu forenſi obſeruare, vt teſtatur Alex.in conſ.vlt.vol.7.ſub nu.3.& Bonacoſ. vbi ſuprà,q.19.per totum.

CONCLVSIO DCXXXV.

ARGVMENTVM.

De modo probandi equum fuiſſe furto ſubtractum.

SVMMARIVM.

1 *Equum fuiſſe furto ſubtractum quomodo probetur.*
2 *Quæ probatio ſatis erit ad obtinendum, ſi equus furto ſubtractus, vel detentus vẽdicetur ab aliquo, qui ſe equi dominum aſſerit, & contra obijciens contendit equum eſſe ſuum & non illius, & vterque probet per teſtes de dominio, & poſſeſſione equi.*
3 *Iudex debet omni ſuo conatu etiam per ſubtilitatem iuris inueſtigare veritatem.*
4 *Quid inter alia curare debeat iudex, vt dijudicetur cuius ſit equus, de quo controuertitur.*
5 *Iudex poteſt ex ſignis, & ſtigmate animali impreſſis facilè quid dijudicandum ſit cognoſcere.*
6 *Animal ſi dicatur natum ex equa, & habeat ſigna in pedibus ſicut mater, vel colore pili matrem referat, ex ſimilitudine matris inueſtigatur veritas.*
7 *Coniectura, qua iudex poterit habere indicium de matre equi, de quo lis vertatur.*
8 *Quæ liquido probari non poſſunt, probantur per præſumptiones, & indicia.*
9 *Probabiliorem rationem, atque validiorem aſſerenti magis creditur.*

1 Equus qui fuerit furto ſubtractus, probabit, † probando prius dominium equi, & ꝙ fuerit potius viſus, & repertus in poſſeſſione alicuius quodq; equus paulo ante viſus ſit in equitio furtũ paſſi & demũ ibi minimè repertum, & ꝙ equitiũ fractum ſit, præſertim ſi ſolus viſus ſit, ſiq; ſit homo, qui malè audiat, ex l.inciuilem, C.de fur. vt ſcriptum reliquit Foller.in pract. ſua crim. par.1. tit. capiat informationem, ſub nu.11.pag.18.quem quaſi verbotenus refert Bonacoſſ.d.tract.de equo. q.81. per tot.atque reſpondit Barb.in conſ.53.vol.1.circa prin.

Verũ ſi huiuſmodi equus furto ſubtractus, vel ab alio detentus vendicetur ab aliquo, qui ſe equi domi-
2 num aſſerat: † contra vero obijciens contendat equũ eſſe ſuũ, & nõ illius, & vterq; probet per teſtes de dominio, & poſſeſſione equi, ac iſtiuſmodi equũ natũ eſſe ex equa, q̃ domi ſuæ alebat, quæ nam probatio iſtorum ſatis erit ad obtinendum? Hanc quæſtionẽ dixit quotidianã Paris de Put.in tract.ſindic. verſ. ꝓbatio. & illã refert Bonac.in d.ſuo tract.q.39. non tamẽ aperit quid ſit rñdendum, reijciens ſe ad dicta Par.de Put. Vnde ipſe Paris vbi ſup.reſpondens ait, vt ſi quæſtio vertatur inter actorem & reum, ſit pro reo pronũciandum: quia quando iura ſunt obſcura, reus abſoluitur, Inſt.de interdict.§.commoda. & per not. in ca. ex literis, & c.in præſentia, de proba. ſecundum And. de Iſern.de prohi.al.&c.

Verùm cum hic ambo iſti competitores equi ſint
3 actores, aliter dicendũ eſt. † Et iudex debet omni ſuo conatu, ẽt per ſubtilitatem iuris, inueſtigare veritatẽ, l.2.& ibi gl.& Bar.ff.de eden. vt ẽt tradit glo.in auth. de tabel.in prin.& in c.cũ Ioannes, de fid.inſtru.& in l.teſtiũ, ff.de teſtib. Curabit igitur inter alia iudex, vt
4 ad ſe deducatur equus, † quem per aliquod ſpacium faciet deducere, quo perducto eundem mittet ad illã partẽ ciuitatis, in qua dr̃ equus nutritus: quem ſolutũ, atque liberum, curabit, vt viam ingrediatur, per quã itur ad domum vnius ex dominis, quod ſi intrauerit domum vnius ex illis, erit præſumptio equum illius eſſe, in cuius domum ingreſſus eſt, argu.l.naturalem, §.ſeruum, circa fi.verſ. in ijs autem animalibus.ff. de acq.rer.dom.& §.pauonum.Inſti. de rer.diu.

5 Poterit ẽt iudex † ex ſignis, & ſtigmate animali impreſſis, facilè quid diiudicandum ſit cognoſcere, arg. l.2.ff.de ſer.fug.in fi.verſ.not.autem.& arg.eius quod dr̃, aliquid eſſe illius, cuius ſigno inuſtum eſt, ex l.ſtigmata, C.de fabr.lib. 10. & ita inſignitè docuit Anto. Corſet.in ſing.in verbo, teſtis. 19.incip. dictum teſtis aſſerentis.nu.2. & 3. quod etiam memini, mè ſupra attigiſſe in concluſione Balla. & in conclu. Auis. & explicabitur inf.in concluſione ſignum.

6 Præterea † ex ſimilitudine matris inueſtigatur veritas: vt ſi dicatur animal natum ex illa equa, & haberet ſigna in pedibus ſicut mater, vel colore pili matrẽ referret: nam ſæpe ſolet filius ſimilis eſſe parẽtib. l.quòd ſi nolite, §.quæ mancipia.ff.de ædil.edict.

Probabitur ẽt alia coniectura: nã iudex ad ſe adducendam imperabit equam, cuius filius dicitur fuiſſe
7 equus, pro quo tota lis vertitur, † & faciet, vt ſibi inuicẽ occurrant, ꝙ ſi equa, cũ viderit equum adhinnierit, vel equus, clarum erit indicium ipſam equũ illius equi matrem eſſe, & equum filium eiuſdẽ, vt rerũ naturalium curioſi indagatores aſſerunt. in his enim caſibus ad indicium peritorum confugiendum eſt, iuxta notata per DD.& Bar.in l.1.ff.de ven.inſp.

8 In his ergo, quæ liquidò probari non poſſunt † probantur per præſumptiones, & indicia. arg.l. non oĩs. §.à Barbaris, ff.de re militari. & obſeruauit gl. in l. 1. ff.de prob.atque animaduertit Cy. in l.1.de ſica. Videat etiã iudx, an teſtes rationem ſeu dicti reddant,
9 † etenim probabiliorem rationem, atque validiorẽ aſſerenti magis creditur: vt tradidit Alexan.in conſ. 103.viſo proceſſu inter incentium, per tot. volu.7. quem refert Bonacoſ.in d.tract.de equo.q.22.

CONCLVSIO DCXXXVI.

ARGVMENTVM.

Equum mortuum eſſe in bello, vel in itinere, quo pacto probetur, & equus an in dubio præſumat bolſus, & an habens caput redimitum frondibus, vel alio ſigno venalis ſit.

SVMMARIVM.

1 *Equũ mortuum eſſe in bello, uel in itinere probabiť ſcriptura cum iuramento eius, cui equus fuit accommodatus.*
2 *Equum mortuum eſſe in itinere, vel in bello, probatur per inſtrumentum factum coram teſtibus.*

Legato facto vnius equi, cum plures teſtator haberet equos præſumitur intellexiſſe de illo, quo frequentius vtebatᷓ.

4 *Equus in dubio præſumitur bulſus quando duo teſtes deponunt, & probant eſſe bulſum, & alij deponunt nō eſſe.*

5 *Equus probatur bulſus quando teſtes, qui deponunt talem eſſe, ſunt in arte periti.*

6 *Dubium facti decidi debet ſecundum naturalem æquitatē.*

7 *Equum venalē eſſe indicium illud eſt, ſi habet caput redimitum frondibus, vel alio ſigno.*

8 *Equus meo mandato emptus præſumitur emptus pecunia mea, etiam ſi non ita confeſtim numerauerim pecuniā, & tu tibi emeris, & tuo nomine.*

9 *Quæcunque ad equum pertinent, & omnes caſus contractus, qui circa equum contingere poſſunt, vide remiſſiuè.*

1 Equum mortuū eſſe in bello, † vel in itinere, probabitur ſcriptura cum iuro eius, cui equus fuit cōmodatus, ſic docuit Bal. in rub. C. de fid. inſtr. col. 3. poſt nu. 7. ver. ſed Nicolaus, vel per inſtrm; quod plerunque quis ſibi conficiendum curauit, vt probare poſſet iſtiuſmodi equum ibi mortuū eſſe: quod aſſeuerauit Iac. Belui. in auth. vt liceat
2 mat. vel aui. §. fi. vbi & Bar. † quod ſanè inſtrm debet fieri coram teſtib. Idem ſi legatus dicat equū ſibi fuiſſe in itinere mortuum: nam de morte producta ſcriptura à quocunq; facta, etiam ſi illa non faciat ſemiplenā probationē: ſtatur hoc caſu iuro: ita ait Caſſan. in term. in Burg. cōſue. rub. 1. §. 5. col. 2. verſ. 21. caſus, ꝙ idē cōfirmauere Abb. & Fel. in c. auditis, de præſc. ſub nu. 25. & Bonac. in d. tract. de equo. q. 16. per tot.
3 Ad hæc vt & illud de equo adijciā, † legato facto vnius equi, cum plures haberet teſtator equos, præſumitur intellexiſſe de illo, quo frequentius vtebatᷓ, iuxta ſnīam Bal. in l. 1. poſt nu. 4. verſ. ſed quid ſi teſtator, C. de ver. ſig. & inquit Bonac. vbi ſup. q. 400. per tot.
4 Superioribus & illud optimè reſpondet: † etenim æquus in dubio præſumitᷓ bulſus, quando duo teſtes deponunt & probant eſſe bulſum, alij verò deponāt non eſſe bulſum: ita loquutus eſt Alex. in conſ. 148. Excellentiſſime domine Vicarie. num. 4. lib. 2. & Bal. in auth. omnes peregrini, nu. 8.
Iſtud intelligas velim, tum maximè locū habere,
5 qn̄ illi teſtes, † qui deponunt equum bulſum, fuerint in arte periti: ita ſndit Alex. in d. conſ. 148. nu. 4 dicētes ita ſe equum cognouiſſe cum viueret, & cū mortuus excoriatus & deglubitus fuerit: vt ibi per eū: & hoc pertinet ad illam quæſtionē: nam ſi lege municipali ſit cautum: ne equus redhibeatur, niſi ſit bulſus, duo teſtes deponunt illū eſſe bulſum, alij inficiantur. Ius autem cōe dicit omne vitium occultum redhibēdum: quæntur quid iuris: & reſpondit Bonacoſſ. in tract. de equo. q. 17. in dubio præſumi, in cauſa potius
6 redhibitionis, † quia dubium facti decidi debet ſecūdum naturalem æquitatem: vt ait Alex. in d. conſil. 148. num. 4. atque Bal. in d. auth. omnes peregrini. C. communia de ſucceſſio.
Iſtis præterea ꝙ ſequitur adiungas: nam equus in
7 foro, † ſi habeat caput redimitum frondibus, vel alio ſigno. indiciū illud erit, equum eſſe venalē. ita proditum eſt ab eodē Bonacoſ. vbi ſup. q. 308. ad quod teſtatur Rofred. de conſt. ſi qui deſideria. col. 2.
Poſtremò huic materiæ id ſuperpōdij loco velim addas: nam equo meo mandato empto, etiam ſi non ita cōfeſtim numerauerim pecuniam, & tu tibi eme-
8 ris, & tuo noīe, † præſumitᷓ emptus pecunia mea, cum à principio ita inter nos fuerit actū: ſic docuit nūcupatim Bar. in l. 4. §. vnde queri pōt. ff. mand. per illum tex. Bar. ſeq. Iaſ. in §. ſequēs. nu. 35. Inſti. de acti. & refert & ſeq. Hipp. Bonacoſ. in ſuo tract. de equo. q. 170.
Hinc verò habes limitationem ad concluſionem emptio ex pecunia emētis, ad primam ampliationē, quam tene menti contra fraudes quæ fiunt tota die: vt ait Bar. vbi ſupra.

9 Reliqua autem omnia † quacunq; ad equū pertinent, oēs denique caſus, contractus, qui circa equum cōtingere poſſunt, videas ſingillatim apud Bonacoſ. in ſuo tract. de equo. qui illam materiam tractat per 550. quæſtiones, ad quem lectorem reijcio.

CONCLVSIO DCXXXVII.

ARGVMENTVM.

Erroris communia.

SVMMARIVM.

1 *Errorem allegans probare debet.*

2 *Error debet liquido probari, nec ſufficit iuramentum in defectum probationis.*

3 *Error poſt concluſionem in cauſa non poteſt probari ſi ſit pernicioſus.*

4 *Error triplex eſt, iuſtus, iuſtiſſimus, & iniuſtus.*

5 *Error iniuſtus eſt in proprio facto.*

6 *Error iuſtus eſt in facto proprio, ſed ſuaſione aduerſarij.*

7 *Error iuſtiſſimus eſt in facto alieno.*

8 *Error iuſtiſſimus eſt ex accidētia rei, & ex publica forma.*

9 *Errantibus in facto facilius ſubuenitur, quam errantibus in iure.*

10 *Errantibus in facto ſubuenitur, quando agitur de amittendo lucro iam quæſito, & quando error in facto proprio eſt probabilis.*

11 *Errantibus in iure non ſuccurritur.*
Error iuris impedit præſcriptionem, ibi.

12 *Error iuris non excuſat a condemnatione impenſarum, nec dicitur præſtare iuſtam cauſam litigandi.*

13 *Error iuris non excuſat a vitio nullitatis.*

14 *Error iuris difficilis eſt ad probandum.*

15 *Errorem probandi eius munus eſt, qui contendit ſe aliquid negaſſe per errorem.*

1 Errorem alleganti † incumbere onus probandi reſponſum eſt à Cur. Sen. in conſ. 48. nu. 4. ꝙ axioma à pleriſq, ferè ſcribentib. eſt comprobatum, & in primis à Vital. in tract. clauſ. verſ. in errore ductus. nu. 64. ab Ang. in l. non fatetur. nu. 1. de confeſ. ab Arc. in conſ. 112. num. 2. à Port. in conſ. 96. nu. 12. à Bal. in l. creditor. §. Titius. nu. 3. ff. de ſolutio. ab Imo. in l. Titius. nu. 3. de teſta. & à Boſſ. in
2 praxi crim. tit. de confeſſ. nu. 72. † quod adeo receptū eſt, vt & debeat liquidò probari: nec ſufficiat iurm in defectū probationis: vt doctiſſimè concludit Bald. in l. Imperator, la 1. col. 2. poſt nu. 2. verſ. ſed an potuit, ff. de ſtatu homin. quem refert & ſequitur Dec. in l. ſi librarius, nu. 4. ff. de reg. iur.
3 Verum is, cui errorem probandi onus incūbit, † diligenter aduertat, poſt concluſionē in cauſa errorem nequaquā poſſe probari, ſi ſit pernicioſus; vt aiunt Archi. & Io. And. Nouel. c. 2. de reſt. in integ. lib. 6. quos refert, & ſequitur Mathæ. ab Affl. in deciſ. 44. nu. 2.
4 Præterea † ne in hoc errore in errorē prolabamur, ſciendū eſt à noſtris triplicem ſolere tradi errorē, quorum primus dr̄ iuſtus, ſecundus iuſtiſſimus, tertius eſt
5 iniuſtus. Iniuſtus error eſt in proprio facto † nulla ſuaſione ductus, vt ſi intrauerim poſſeſſionem, ꝙ putarē mihi donatam: vt notatur in l. quanquam, ff. ad Velleia. Idem eſt in errore iuris, qui dr̄ iniuſtus error: ſic ait Paul. in l. nunquam, la 2. ff. de vſucap.
6 Iuſtus eſt in facto ꝓprio, † ſed ſuaſione aduerſarij: vt habemus ab eo. Pau. in l. ſi exiſtimans, ff. ꝓ ſolu. In-
7 iuſtiſſimus verò eſt ī facto alieno; † vt ſi ꝓcurator meus, qui emit pro me, tradat mihi; vt l. 1. ff. pro ſuo, & l. ꝙ vulgò. ff. pro emptore. Item hoc idem eſt ex euidentia rei, vt quia erat pupillus, & apparebat maior, l. 2.
8 §. ſi à pupillo, ff. pro emptore. † Itē ex publica fama, & opi-

& opinione.l.cũ quidam.§.ꝙ dicitur.ff.de acq.hęr.et. ſcripſit Bellam.in c.vigilanti.nu.48.de præſcr.ꝙ, & aſſeruit Bero.in c.de quarta.nu.20.eo.tit. & probauit. Io.Fab.in §.error.nu.1.Inſt.de vſucap.& confirmauit Vital.in tract. clauſul. in verbi non errore ductus.nu. 3. & de his tribus erroris formis meminit etiã Raph. Coman.in l.Celſius.nu.4.ff.de vſucap.Quæ quidẽ tres ſpecies reducũtur ad errorem facti, & ad errorem iuris.vt patet ex tot.tit.C.& ff.de iur.& fact.ign.

9 Errantibus ẽñ in facto † facilius ſubuenitur, quam errantibus in iure:q error dr̃ probabilis,& tolerabilis,
nam ẽt maſculis maioribus in facto ẽt proprio errantibus ſuccurritur,qñ agitur de damno vitando,vt voluit Accurſ.in l.cum de indebito,in verb.ignorantię. & ibi Bar.in prin.n.5.ff. de prob.& idem reperit Bar. in l.non fatetur.nu.8.ff.de confeſ.quod ẽt verum eſt,
10 † qñ agitur de amittendo lucro iã quæſito, vt auctor eſt Cur.iun.conſ.92.nu.11.quia datur æquiparatio.vt not. Bal.in l.cum te ſponſæ.C.de don.ante nupt. Bar. in l.non amplius.§.1.ff.de leg.1. & tradit Alex. in l.3. de dam.infect.quos ibidem refert idem Curt. iun. ſed tamen id intelligitur, quando error in facto proprio eſſet probabilis:ita declarat Dec.in l.1.col.2.in fi.nu. 8.C.de error.calc.& Cur.iun.in l.1.n.21.C. de fur. vbi loquitur de errore facti etiam in prudentiſſimis.

11 Errantibus aũt in iure † non ſuccurritur: ex l.bonorũ:vbi latè.DD.C.qui admit.&c.& hinc videmus, ꝙ error iuris impedit præſcriptionẽ; ſecùs in errore facti:vt reſpondit Paul.in l.nunquã,la 2.ff.de vſucap.& error iuris non excuſat à cõdemnatione impẽſarum,
12 † nec dicitur præſtare iuſtã cauſam litigandi, ſecùs in errore facti:ſic me docuere gl.& DD.in c.ſi.de dol.et contu.& cauit Abb.in conſ.78.Viſo toto proceſſu.in
13 fi.nu.2.lib.1.† Nec excuſat error iuris à vitio nullitatis: velutiſi teſtator in teſtamento dicat,ſe ideò nihil relinquere filio monacho,quia incapax ſit,nam teſtamentum redditur nullum,non obſtante errore hmõi; iuxta ſententiam Paul.de Caſtr.ita cõſulentis in conſ. 445.Præmittendum eſt.col.1.poſt verſ.ſuper nullitate verò.lib.2.quę omnia refert,& ſeq.Crau.conſ.188. nu.10.& 11.vbi latè.

14 Et huiuſmodi errorem iuris difficilè,† immò quodammodo ad probandum *aduerum* eſſe reſpõdit Rui. in conſ.128.nu.13.vol.2.

Certùm igitur eſt,vt hucuſq; diximus,errorem adducenti huic eſſe probandũ,at roget quis, cuius ſint partes hunc probandi?eius igitur munus eſt errorem
15 probandi,† qui contendit ſe aliquid negaſſe per errorem,vt aſſeuerauit Crau.in conſ.255.nu. 5. & ita tradidit Bar.in l.nemo fatetur.col.vlt.nu.10.ff.de cõfeſ. ſic etiam obſeruauit Cor.in conſ.250.col.fi.lib.4.vnde Crau.in d.cõſ.255. dicebat iſtiuſmodi debere probare rem aliter ſe habere:vt & dixit Iaſ.in l.ſi poſt diuiſionem.nu.3.C.de iur.& fact.ign.

Hæc habui,quæ breuiter,& pingui,vt aiũt,Minerua ad ſequentium concluſionum quandam explicationem traderem. Pluribus hæc fuiſſem proſequutus, ni vberrimè vidiſſem hæc pluraque alia diſcuſſa fuiſſe à Vital.Camb.in tract.clauſ.in clauſul.non errore ductus.cum ſeq.& à Bar.& ibidem ab auctore add.in l.non fatetur,vbi etiam ſcribentes omnes.de confeſſ.

CONCLVSIO DCXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Error in dubio an præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Error in dubio non præſumitur,niſi probetur.*
2 *Error probatur probando rem aliter ſe habere.*
3 *Error non præſumitur in facto proprio.*
4 *Error præſumitur probando rem aliter ſe habere, quando quis dicens ſe erraſſe extra iudicium, certat de damno vitando, alius de lucro.*
5 *Error non præſumitur, quando errans ex tali errore præſumeretur facturus.*
6 *Error præſumitur probando rem aliter ſe habere, ſi errauerit in iudicio circa præparatoria.*
7 *Error non præſumitur, niſi probarentur circunſtantiæ, ſi quis dicat ſe erraſſe circa deciſoria.*
8 *Error præſumitur etiam quando agitur de amittendo lucro iam acquiſito.*
9 *Error præſumitur probando rem aliter ſe habere, quando ſit proprius, ſed fuit circa factum alienum, licet nõ agatur de damno vitando.*
10 *Error potius præſumitur ad euitandam donationem etiã in facto proprio.*
11 *Error facti alieni præſumitũ probãdo rem ſe aliter habere.*
12 *Error proprius, qui fuit commiſſus circa factum alienũ præſumitur probando rem aliter ſe habere. In facto alieno tolerabilis eſt ignorantia ibi.*
13 *Error non præſumitur, ſi quis debuerit inueſtigare.*
14 *Ignorantia facti alieni non eſt tolerabilis, vbi eſſet publicũ factum in loco, in quo quis commoratus eſt.*
15 *Error nõ præſumitũ, niſi eſſet factũ iudicialiter indagatũ.*
16 *Error non præſumitur, qñ factum alienum eſſet ſæpius diſcuſſum per illũ, qui ignorantiam, & errorem allegat.*
17 *Error præſumitur, qñ quis fecit aliquid, in quo aſſerit vt error, & ad id perſuaſione aduerſarij fuit inductus.*
18 *Longinquitas tpis iuſtam errorẽ, ad ignorãdum inducit.*
19 *Error potius præſumitur in factis antiquis, quàm in recẽtioribus.*
20 *Error non præſumitur, quando factum eſſet obligatoriũ.*
21 *Error non præſumitur in facto inſigni, & graui.*
22 *Ignorantia non eſt tolerabilis de facto egregio, & notato.*
23 *Obliuio non eſt iuſta cauſa ignorantiæ, ſi quis ſemel non ignorauit factum alienum.*
24 *Error præſumitur ſi negotium ſit implicitum, & inuolutum.*
25 *In notario potius ſemper præſumitur error, quã falſitas.*
26 *Error potius præſumitur, quam dolus.*
27 *Error non præſumitur facto iterato, & duplicato.*
28 *Error licet præſumatur, tamen non iuuat, niſi allegetur.*
29 *Erroris præſumptio tollitur, ſi in actu poſita ſit clauſula, non errantis in aliquo, nec decepti.*

1 Error in dubio non præſumitur,† niſi probetũ: ita ſcriptum reliquit Ang.in l.errore.C. de teſta.ſic ẽt placuit Bal. in l.Imperator, la 1.in prin. ff.de ſtat.hom.quos refert Dec.in l. ſi librarius. nu. 3. ff.de reg.iur.quod & colligitur ex l.ſi poſt diuiſionẽ, C.de iur.& fact.ign.ſic,& confirmauit Cuma.in l.cũ proponebatur.nu.1.ff.de leg.2.& ibidem Bal. in prin. hoc idem placuit Alc.de præſumpt.reg.3.præſumpt. 21.nu.1.cui ſententię aſſentitus eſt Vital.de Camba.in trac.clau.clauſ.non errore ductus.n.20. vbi latiſſimè hanc materiam tract.fol.180. cum multis ſequentib.

2 Probatur aũt error,† probando rem aliter ſe habere:vt reſponſum eſt à Ruin.conſ.127.nu.19.vol.3.cũ ibi adductis:& docuit Bar.in l.non fatetur. nu. 10. de confeſſ.& habemus à I.C.in l.de ætate.§.fi.& in l. cũ de indebito.ff.de prob.& latè infrà in Concluſ.error probatur,diximus.

3 Intelligas concluſionem procedere † in facto proprio;in eo enim non præſumitur error,ex l.quanquã. ff.ad Velleian.& l.fin.ff.pro ſuo;vt decidendo ſcripſit Bellam.in deciſ.693.in caſu concluſ.tit.de confeſſ.& obſeruauit Bal.in l.error facti.nu.2.C.de iure. & fact. ign.atq; ſenſit Ruin.in d.conſ. 127. nu. 16.

4 Hoc poſtremũ limitabis locũ ſibi vendicare† qñ qs dicens ſe erraſſe extra iudiciũ,certat de damno vitãdo,alius de lucro;hoc nempè caſu probando rẽ aliter ſe habere,præſumitũ error,vt l.ſi poſt.C.de iur.& fact. ignor. & l.ſi me putem.ff.de cond. indeb. vt monuit

gl.in l.cũ de indebito,in verb.ignorantiæ.ff. de prob.
ſicuti ſi ſoluã aliquid tanquã debitũ , & repetã vt in-
debitum,& probem illam cauſam, gratia cuius ſolui
non eſſe veram,& hoc ſuffici:ſecùs verò,qñ ille q di-
cit ſe erraſſe,non certet de damno euitando,ſed ſit in
pari cauſa cum aduerſario,etenim tunc in facto pro-
prio non præſumit̃ error : vt patet ex iuribus ſuprà in
concluſ.in mediũ allatis,niſi rebus quibuſdã circum-
ſtantibus probetur,ex quibus præſumatur error;vt qñ
perſuaſione aduerſarij eſt inductus , vel interceſſerit
diuturnitas temporis,vel quòd negotium eſt implici-
tum:ita ait Bar.in d.l.non fatetur.num. 10.quod Bart.
effatum refert,& ſequitur Crau. in conſ. 188.nu.9.
5 Quòd potiſſimũ procedit,†qñ errans ex tali errore
præſumeretur facturus, quia tunc non præſumeretur
error,vt inquit Paul.Caſtr.in l.fi.nu.4.de hæred. inſti.
& in l.errore.nu.5.C.de teſtam.ſi verò errauerit in iu-
dicio circa præparatoria , idem eſt,ſicut dixi ſuprà in
6 errore extra iudicium,facto,† nam probãdo rẽ aliter
ſe habere præſumitur error,vt l.de ætate.§.qui iuſſo,
cũ gl.ff de interrog.act.& placuit Bar.in d.l. fatet̃.nu.
10.& in l.4.§. fi. nu.1.ff.ſi quis cautio.ſi verò dicat ſe
7 erraſſe circa deciſoria,†tunc nõ præſumitur error,niſi
probarentur circumſtantiæ,ex quibus error prçſumi-
tur,& not.idem Bar.in d.l.non fatetur.d.nu.10.ver. ſi
verò circa deciſoria.

Extendas velim dictã limitationem non ſolùm ꝓ-
cedere,quando agitur de damno vitãdo, vt ſuprà di-
8 ximus,†ſed etiam quando agitur de amittendo lucro
iam acquiſito:ita mihi auctor eſt Curt.iun,in cõſ.92.
nu.11.& 12.cui adhæret Crau.d.conſ.188.num.10.&
voluit Iaſ.in conſ. 87.nu. 2. lib.1. & meminit Dec.in
l.1.col.2.in fi.C.de erro. calcu.

9 Sublimitabis,†quãdo error ſit proprius,ſed fuit cir-
ca factum alienum , nam hoc caſu licèt non agatur
de damno vitando,tamen probãdo rem aliter ſe ha-
bere,prçſumitur error,iuxta ſententiam Bar.in d.l.nõ
fatetur.nu.10.

10 Secundò limitare poteris dictã intelligẽtiã,†vt ad
euitandã donationem potius præſumat̃ error, etiã in
facto proprio:ita ſpeciatim cõſulendo decidit Ruin.
in conſ.21 .nu.22.lib.1.& cautũ eſt ab Alex.in conſ.
80.Cùm primum,in fi.uolu. 3.& nos ſupra tetigimus
in concluſione Donatio,ſub nu. 6. hoc idem reſpon-
ſum eſt à Rol.a Valle.in conſ.11.nu.43.lib.3.

Primò limitabis concluſionẽ præcipuè locum ſibi
11 non vendicare†in errore facti alieni, vt procuratoris
mei,nam hoc caſu probãdo rem ſe aliter habere præ-
ſumitur error,per l.C.reſponſum in l ſi certum §. ſed
an ipſos.ff.de confeſſ. quod etiam traditum eſt à Bar.
in l.non fatetur nu.10.

12 Quòd amplia procedere ẽt in errore proprio,† qui
fuit commiſſus circa factum alienum: nam hoc caſu
probando rem aliter ſe habere, præſumitur error ; quã
in facto alieno tolerabilis eſt ignorantia , ſecundum
Bar.in d.l.non fatetur.d.nu.10.l.fi.pro ſuo.ff.& nota-
tur in l.ſi quis delegauerit.ff.de nouat.

13 Primò reſtringas,†niſi quis debuerit inueſtigare,vt
c.innotuit,& ibi notat.de elec.& animaduertit Bald.
in l.1.C.ad Macedon.& ita limitat prædictã amplia-
tionem auctor addit.ad Bar.in d.l.non fatetur.nu.10.
ſub literà K.in verbo tolerabilis ignorantia.

Secundò limita vbi eſſet publicũ factum in loco,
14 in quo quis commoratus eſt,†tunc enim facti alicui
non eſt tolerabilis ignorantia:ut in c.1.de poſtu. præ-
lat.aliàs ſecùs.context.eſt ad hoc in c.ſi ex.qui matr.
accuſ.poſ.& huc pertinet,quod voluit gl.in l.ſi tutor.
* peritus.C.de per.tutor.quam frequẽtiori ſcribentiũ
calculo eſſe receptam teſtatur.Cur.iun.in l.1.nu. 40.
ff.ſi cer.pet.& huc ſpectat quod fuit notatum in l. fi.
C.de decret.ab ord.fac.

15 Tertiò fallit,†niſi eſſet factũ iudicialiter indagatũ
per c.ab excommunicato.ext.de reſcrip.vt aſſerit au-
ctor addit.ad Bar.in d.l.non fatetur.nu. 10.

Quarto loco reſtringas,niſi tale factũ alienũ eſſet
16 ſæpius diſcuſſum per illum,†qui ignorãtiam, & erro-
rem allegat:vt ſenſit Bal.in l.cum alienam.nu.12. C.
de leg.per l.Procula.ff.de prob.& per l.ſi patronus. ff.
de confir.tut.& ſequit̃ D.Io.in l.ſi domus.§.de euict.
de leg.1.atque plura ad hoc congerunt Bal.in l. Cel-
ſus.nu.38.ff.de vſucap.Iaſ.& Alex.in l.ſi res obligata.
ff.de leg. 3.

Secundò primario loco velim limites cõcluſionẽ,
17 qñ quis fecit aliquid,†in quo aſſerit,vt error,& ad id
ꝑſuaſione aduerſarij fuit inductus,nam ex hoc prçſu-
mitur error.ꝑ l.vlt.in fi. C.qñ actio de pec. eſt annal.
& l.hominẽ.ff.ꝓ ſuo,& obſeruauit Bar.in d.l.nõ fate-
tur.nu.10.quod ẽt paulo infrà à nobis explicabitur in
concl.error ex aſſertio.vel perſuatione aduerſarii.

Tertiò limita,qñ interpoſita eſt t[illegible]s longinquitas.
18 †nam tunc longinquitas temporis iuſtũ errorem ad
ignorandũ inducit:ex l.peregrè,in prin.ff.de acq.poſ.
& profitendo ſcripſit Dyn.in c.prçſumitur ignorãtia,
de reg.iur.in 6.quẽ refert,et ſeq.Bar.in d.l.non fatetur
nu.10.Nã error potius præſumitur in factis antiquis,
19 †quã in recentioribus,vt auctor eſt Affl in vſib feud.
§.ſi verò.nu.10.tit de feu guard.& ibi Bar.nu. 4.

Id primò ſublimita,qñ factum,in quo præſumitur
20 error †eſſet obligatoriũ.ut loquutus eſt Bar.in l.1 col.
14.C.de confeſſ.ſicut aſſerit & refert auctor addit. ad
Bar.ubi ſuprà in d.l.non fatetur. nu.10. d. litera K.

Secundò ſublimitare tibi licebit in facto inſigni,
graui,hoc enim caſu non obſtante temporis longin-
21 quitate†non prçſumitur error,nec ignorantia:ut col-
ligitur ex c.cum illorũ;de ſent.excom.& not.D Ant.
de Imo.in c.ab excom.de reſcrip.nu.38.ubi verba fa-
22 cit de facto egregio,& notato,†quod ꝓpter eius for-
mam amplam memoriæ inſitam , & inſculptã , ægrè
queat à mente elabi.tunc enim, vt idem inquit , non
eſt tolerabilis ignorãtia,nec omnino præſumitur.vbi
hanc materiam examinat,quem tu ipſe videto.

23 Tertiò ſublimites velim,†ſi qs ſemel nõ ignorauе-
rit factum alienũ,quia hoc non deberet tra[illegible] le[illegible] obli-
uioni,qui ſciuit.vnde fit,vt talis obliuio non ſit iuſta
cauſa ignorantiæ,ſeu erroris:ita præcepit Bar. in l.qui
fundum §.ſeruus meus.nu.1.ff. pro empt.

Quartò limita,niſi negotiũ eſſet implicitum,& in-
24 uolutum,†nam ex hoc præſumitur error per l.pen. ff.
de confeſſ.& docuit Bar.in l.non fatetur.nu.10.in fi.
de confeſſ & probauit D.Ant.in d.c.ab excom. d.nu.
38.vbi etiam ampliat hoc dictum procedere in facto
proprio,adeout hoc caſu ſecũdum qualitatem intri-
cationis poſſit excuſari lata culpa , & leuis, & ſic ait
eſſe intelligendam d.l.pen.ff. de confeſſ.

25 Quintò fallit in Notario,†in quo potius ſemper in
dubio præſumitur error,quam falſitas, vt de hoc diſ-
ſeremus infrà in concluſione error Notarij.

26 Sextò fallit,vt potius præſumatur error , † quã do-
lus.iuxt.Alex.in conſ.65.nu.9.lib.1.& conſ.74.nu. 4.
lib.1.& conſ 45.nu.9 uol.1.Idem voluit Rom.in cõſ.
142.nu.12.ſic placuit Caſſ.conſ.309 n. 8.& Fran. cõſ.
129.nu.38.atq; Aret.conſ.47.nu.3.Bert.conſ.189. nu.
9.vol.3.Alin.quoq; inter conſ.crim.conſ.13. nu. 9.&
Dec.conſ.175.nu.5.& idem Dec.in l.ſi librarius.in fi.
de reg.iur.& in c.1 de prob.ſic cenſuit Bar.in l. quali-
ter.§.1.ff.de hæred.inſt.ita reſpondit Aret.cõſ 47. Vi-
ſis.hoc idem dixit Bal.in l.1.ver.item notat.ff de leg.
quod comprobat per contex.in l. quòd adhibitus. in
fi.C.de his,qui in teſt.ſibi attrib.nec id prçterijt Ruin.
conſ.145.nu.12,& 14.uol. 5.

Veruntamen huiuſmodi limitationes ſic accipiẽ-
27 dæ ſunt,vt in facto iterato,& duplicato . † nam in eo
non præſumitur error:ſi credimus Dec.in conſil.185.
nu.13.& c.litteris.in verb. admonita. de diuor.

Secundo loco intelligendę ſunt eædẽ limitationes
veræ eſſe, ſi talis error allegetur, nã licet in eis error
præſuma-

28 præſumatur, † tamen non iuuat, niſi allegetur: vt ad id l. C. habemus egregium reſponſum. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adult. latè proſequitur Alex. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper reb. nu. 14. ff. de re iud.

Tertiò, & poſtremò velim eaſdem intelligas, & 29 ſublimites, † ſi in actu poſita ſit clauſula non errantis in aliquo, nec decepti: per hæc enim verba tollitur erroris præſumptio, vt animaduerſum eſt à Bertran. conſ. 204. num. 6. vol. 6.

CONCLVSIO DCXXXIX.

ARGVMENTVM.

Error facti an probetur per iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *Error facti probatur per iuramentum.*
2 *Erroris probatio debet admitti per iuramentum, cum error ſit quoddam inteſtinum.*
3 *Error affectatus non præſumitur, eo quod quis iurauerit, cum non præſumatur quem uelle deierare.*
4 *Error facti non ſolum probari poteſt per ſacramentũ, ſed etiam ignorantia iuris, concurrentib. alijs coniecturis.*
5 *Error non probatur per iuramentum, quando quis iurat ſe ignoraſſe id quod eſt uerisimile ipſum ſcire.*
6 *Ignorantia uerisimilis non cadit in eo qui iurauit ſe neſcire, quæ publicè in loco, uel uicinia dicebantur.*

1 Error facti probatur † per iuramentum: vt atteſtatur Caſſan. in conſue. Burg. rub. 1. §. 5. fol. 60. verſ. duodecimus, & ibid col. 2. verſ. 3 ... bradducit in arg. deciſ. Rot. 231. nou. Hoſt. de proba. in antiq. & deci. 263. in no. & l. ſi ff. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. atq; l. fi. §. licentia. C. de iur. delib. quod refert etiam Bal. in l. error facti, nu. 42. verſ. deinde quæro, C. de iur. & fact. igno. ſic & prudenter ſcripſit Archiep. in l. ſi cui. §. ijſdem, in verb. doceat, que ſiſte, ac ita ſenſit gl. in c. 2. in verb. ſcienter. de temp. ordinat. in 6. per c. vt circa, & c. nulli. de elect. in 6. hoc idem repetit gl. in c. nouit. in verſ. ignorantiam. de elect. bona glo. in l. at qui natura. §. me abſente, in gl. magna, verſ. vel melius. ff. de neg. geſt. hanc ſententiam confirmauit, & Roma. in conſ. 2 3. clarum eſt beneficiũ, nu. 2. verſ. hæc autem ſequitur Card. in clem. 1. in 8. q. de conſang. & affinit. q̃ latè proſequitur Marc. Ant. Baner. in tract. de virt. iurament. verſ. quinquageſimo. 2 verſ. 8. quæritur principaliter, nu. 82. † nam cum error ſit quoddam inteſtinum debet admitti probatio per iuramentum, vt ibi per eum, & per ea, quæ habentur in c. vt circa, de elect. in 6. & in c. ſi vero. de ſenten. excom. eo. lib. 6. vt & addidit Card. in d. cle. 1. in 8. q.

Primo ampliabis ſecundum Card. in eod. ſup. relato loco, 3 † vt iſto caſu non præſumatur error affectatus, eo quod iurauerit, cum non præſumatur, quẽ velle deierare. arg. c. literas. de præſu. ut ait idem Marc. Ant. vbi ſupra d. nu. 82.

Secundo amplies velim, vt non ſolùm ignorantia, 4 † & error facti poſſit probari per ſacramentum, ſed & ignorantia iuris, concurrentibus ſaltem alijs cõiecturis, ita pulchrè notat Ang. in l. plagij. C. ad leg. Iul. de plagiar. quod ſequitur Alex. in cõſ. 92. vol. 1. vt refert, & comprobat idem Marc. Ant. vbi ſup.

Primo limitanda eſt eadem noſtra Concluſio, vt non procedat, quando quis iuraret ſe ignoraſſe id, q̃ eſt veriſimile ipſum ſcire, vt quia iurauit ſe non habere notam conditionem uicini, vel familiaris ſui, uel conſanguinei: nam illud non eſt ueriſimile: ut l. de tutela. C. de in integ. reſtit. & l. octaui. C. vnde cognati: vel iurauerit ſe ignorare, vel neſcire, quę publicè in 6 loco, uel uicinia dicebantur: † in quo non cadit ueriſimilis ignorantia, ut ſcriptum reliquit in Accurſ. in §. ſi tutor periius. in verb oſtenderis. C. de pericul. tuto. ita pbat tex. in d. c. vt circa. & in d. c. vt nulli. de elect. in 6. in verb. & veriſimiliter & vtroq; per glo. & idẽ ſequitur Bart. in l. ſi cui. §. iſdẽ. ff. de accuſ. cui ſuffragatur q̃ not. Bal. c. 1. §. conuenticulas. de pace. iura. fir. poſt prin. vt aſſeruit idem Marc. Ant. vbi ſup. nu. 83.

Secundo limitare poteris, quando alia non poſſit haberi probatio. nam tunc non admittitur probatio per iuramentum: vt auctor eſt Card. in d. cle. 1. d. q. 8. & colligitur ex c. præſentium. cum ibi plenè not. extr. de teſtib. iuxta ſententiam eiuſdem Marc. Ant. in d. tract. de virt. iur. d. q. 53. verſ. octauo principaliter admittitur. nu. 83. ſub fin.

CONCLVSIO DCXL.

ARGVMENTVM.

Error iuris regulariter an præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Error iuris regulariter non præſumitur, ſed ſcientia, quia quilibet tenetur ſcire iura ſcripta.*
2 *Error iuris probatio difficilis eſt.*
3 *Modus probandi errorem iuris ex qualitate facti, & perſonarum.*
4 *Error iuris in dubio præſumitur præterquam in perito iuris.*
5 *Error iuris præſumitur ex qualitate facti, & perſonæ.*
6 *Regula quæ præcipitur, ut quis debeat ſcire iura, quomodo intelligenda.*
7 *Error iuris præſumitur cum quis fuit doctus à perito, & proteſtatus eſt illico, coram teſtibus ſe errore fuiſſe ductum.*
8 *Error iuris non præſumitur, quando potuit quis edoceri à peritis, & agitur de lucro acquirendo.*
Error iuris non præſumitur in loco, in quo erat copia peritorum, ibi.
9 *Error iuris potius præſumitur, quã dolus, uel mala fides.*
10 *Error iuris potius præſumitur quam donatio.*
11 *Error iuris præſumitur in minore.*
12 *Error iuris præſumitur in muliere.*
13 *Error iuris præſumitur in hominibus ruſticis, & illiteratis.*
14 *Error in iure naturali uel quaſi non præſumitur in hominibus ruſticis, & illiteratis.*
15 *Error iuris præſumitur in milite armatæ militię.*
Decent magis arma militem quam iura, ibi.
Armorum ingens ſtrepitus non ſinit leges exaudiri, ibi.
16 *Error iuris præſumitur quo ad acquiſitionem fructuum, ſi perſona ſit fide digna, & iuret ſe ignoraſſe tale ius.*
17 *Quilibet præſumitur ſcire iura.*
18 *Error iuris non prodeſt in acquirendis fructibus, quãdo quis potuit conſulere peritiores, & non conſuluit.*
19 *Error iuris præſumitur, ſi punctus, & articulus ſit difficilis, & arduus in iure ad decidendum.*
20 *Error iuris probabilis dicitur, & prodeſt, quando habet admixtum errorem facti.*

1 Error iuris regulariter non p̃ſumit̃, ſed ſcientia, nam quilibet tenet̃ ſcire iura ſcripta: vt reſcripſere Imperator. Valent. & Martiã. in l. leges ſacratiſſimę. C. de legib. quod colligitur ex Valentis. I.C. reſponſo. in l. ſi heres ab eo in fi. ff. ad Trebel. vt etiam fatetur Bart. in l. non fatetur, num. 12. ff. de confeſs. & in l. 2. §. ſi ſeruus. ff. de orig. iur. atque idem Bart. in l. ſed ſi leg. . . . de peti. hered. idem reſpondit Ruin. in conſ. 159. nu. 23. uol. 3. & in conſ. 128. nu. 2 13. uol. 2. ubi ait errorem iuris † probatu eſſe difficilẽ. Hinc dicebat Bart. in d. l. nõ fatetur. nu. 12. ſe vix ſcire aliquẽ modum probãdi errorem iuris præter illã do-

Digitized by Google

ctrinam,quã tradit.I.C.in l. ſi adulterium cũ inceſtu.
3 ſ.1.ff.de adult.ſcilicet,† ex qualitate facti,& perſona-
rum:vt ſi deſponſauerit conſanguineã publicè, & pa-
lam,& ſtatim cum fuit dictũ,pœnitentia ſit ductus,&
proteſtatus ſit:ita ait Bar.in d.l.non fatetur,nu. 12.cũ
ibi per eum adductis.

Contrariam ſequutus eſt ſententiã Raphael.Fulg.
4 in l.an inutilis,in prin.ff.de accep.vbi dicit† in dubio
præſumi errorem iuris,præter quam in perito iuris,ex
l.2.§.ſeruus.ff.de origin.iur.

Primùm omnium limitanda eſt concluſio,vt ꝓce-
5 dat ex qualitate facti† & pſonæ,vt hominis obtuſi,ve
luti,ſi quis,vt nuper dicebamus,deſponſauerit cõſan-
guineã publicè,& palam , & tunc cum fuerit certior
factus de conſanguinitate inter eos,ſtatim illũ pœni-
tuerit,& proteſtatus ſit coram teſtibus:nam hoc caſu
præſumitur error iuris vt docet Bar.in d.l.non fatetur
nu.12.ſub fi.præſertim ſi iſtiuſmodi erat homo natu-
ra tardior,illiteratus,vt tradit Bar. vbi ſupr.vbi refert
ita ſibi contigiſſe in quodam homine hebeti,& idio-
ta,qui cum incidenter propter aliud loqueretur Bart.
audiuit ab ipſo Bart. propter quæ cognouit ſe errasse:
vndè Bartolus dixit ei,vt proteſtaretur ibidẽ ſe erraſſe
6 coram teſtibus,† & illa regula qua præcipitur, vt quis
debeat ſcire per ſe,vel à peritis,ꝑ l.bonorũ.ff.de bon.
poſſ.& ibi Bar.vbi etiã auctor addit.ad Bar. in d.l.non
fatetur.nu.12. verbo homo groſſus.& ideò ibi Bar.ait
7 †quòd cum quis fuit doctus à peritis , proteſtatus eſt
illicò coram teſtibus , ſe errore fuiſſe ductum præſu-
matur error iuris.

Secundò limitabis concluſionem , quã potuit edo-
8 ceri à peritis† & agitur de lucro acquirẽdo:ita nomi-
natim conſuluit Rui.in conſ.20.nu.8.lib.2.vbi ait nõ
præſumi iuris errorem in loco,in quo erat copia peri-
torum:& ita aſſerit ſentire Bar.in l.ſed & ſi lege.ſ.ſci-
re.ff.de petit.hæredit. & l.non fatetur.ff. de confeſſ.in
prin.& voluit Cuma.in l. an inutilis.in prin. de acce-
ptilat,& per not.à Bar.in l.bonorum. de bon.poſſ. vt
ſequitur etiam Alex.in l.1.ſ. ſi quis ita. de verborum
obligation.

. Reſtringas hanc limitationẽ locum habere,quan-
do tractatur de excludendo quem à lucro ea legis di-
ſpoſitione:vt quia intra tempus præfixum à lege non
petierit bonorum poſſeſſionem. ſed ſecùs,vbi tractat.
de excludẽdo quem ex repudiatio. tacita,vel expreſ-
ſa,vel ex aliquo ſimili actu.nam tunc indiſtinctè ꝓ-
deſt talis error:& ſic etiam eo caſu , quo potuit peri-
tos conſulere:etenim hoc caſu conſenſus , qui eſt ne-
ceſſarius,deficit propter iuris errorem, qui facit illum
conſenſũ abeſſe.l.ſi per errorem. C. de iuriſdic. omn.
iud.& ita declarat Bar.in l.Clodius.ff.de acq.hær.vbi
idẽ dicit in lucro iam quęſito,et vindicato,et cum eo
tranſeunt alij,& Alex.in l.1.C.de repud.bon. poſſ.ſi-
cut refert,& ſequitur Ruin.conſ.127.nu. 17. vol. 3.

9 Tertiò limita, vt potius præſumatur error iuris , † q̃
dolus,vel mala fides,iuxta ſententiam Rolan. à Val.
conſ.11.nu.47.ꝗ & auctoritate ſua corroborat Ruin.
in conſ.145.num.12.vol.5.& l,2. §.ſi à pupillo. ff. pro
empt.vt & aſſeruit Raphael Cuman.in l.non fatetur.
nu.8 ff.de confeſ.vt etiam reſpondit Alex. in cõſ. 65.
habita ſuper contentis.nu.9.verſ.& potius.lib.1.& in
conſ.24.Viſo teſtamento. Io.Liualdi.nu.4.verſ.acce-
dit ad confirmationem.eo.lib.1.& in cõſ.70. Viſo ꝓ-
ceſſu inquiſitionis.nu.8.verſ.benè faciunt.eo.lib.1.&
ſcripſit auctor addit.ad Bar.in d.l.non fatetur. nu. 12.
in litera R.ff.de confeſſ.

Quarto loco limitabis,vt potius præſumatur error iu
10 ris,† quã donatio : vt colligere eſt ex Modeſtini rñſo
in l. Titia.§.qui in vita.ff.de leg. 2. & Pauli in l. cũ de
indebito.ff.de prob.& conſuluit Rol.à Valle in conſ.
11.nu.46.vol.1.ita Raphael Cuma.in d.l.non fatetur
circa fi.ff.de confeſſ.quem refert.& ſequitur Ruin. in
conſ.167.nu.5.vol.1,& idem in conſ.145.n.12. vol.5.
& in conſ.215.nu.22.vol.1.ſic quoq; affirmant Alex.
conſ.80.in fi.vol. 3.

11 Quintò fallit in minore : † nã in eo præſumitur error
iuris:vt ait Bal.in l.venditioni.nu.3.C.de vſucap. pro
empt.ſic reſpõdit Cran.in conſ.142.nu.11.id proban-
do per l.cum de indebito.§.fin autem.ff.de prob.& l.
regula.ſ.1.ff.de iur.& fac.ign.quod etiam habetur in
l.iuris ignorantia.ita cautũ eſt ab Aret.in cõſ.67. col.
4.in fi.verſ.5. & vltimò:atq; conſultum fuit à Dec.in
conſ.351.in fi. nec latuit Ruin.cõſ.10.nu.15.vol.3. &
conſ.188,nu,2.uol.3.neq; præterijt Bart. Soc.in conſ.
47.nu.11,vol.1.

12 Sextò limita in muliere† in qua præſumitur error iu-
ris:ut uoluit Alex.in conſ.234.nu.7.vol.6. cui accedit
Crau.d.conſ.142.nu.11.& cõprobauit Ruin.cõſ. 108.
nu.2.uol.3. ad quod affert l. ſi adulteriũ cum inceſtu.
ff.de adult.& auth.de inceſt.nup.& ibi Bart. & glo.in
verbo ſciens.ſic etiam cẽſuit Bart.Soc.in conſ.47.nu.
11.uolum.2.

13 Septimò fallit in homine ruſtico,& illiterato: † In
iſtiuſmodi enim pſonis præſumitur error iuris : ut aſ-
ſeruit Bar.in d.l.non fatetur,ſub nu.12.ver.& erat ho
mo groſſus,& illiteratus,& placuit Fulg.in l. an inuti-
lis.de acceptil.ad quod ſpectat.l.2.§.ſeruus.de origin.
iur.& dictum eſt ſupra in l.limit.

Iſtud ſublimita,& intellige , niſi erraret in iure na-
14 turali† vel quaſi:quia hoc caſu nec tali homini ſuccu
ritur:vt habemus ex inſigni reſponſo Impe.Gordiani
in l.venia,& ibi notant Iaſ.num.3.verſ.3.not. & Cur.
iun.col.1.C.de in ius vocan.& probauit Alc. de præ-
ſump.reg.3.præſumpt.30.nu. 4.

Prætereà ſeptẽ alijs modis ſublimitare poteris,quos
apud Iaſ.deprehendes in l.ſi quis id quod.nu.32.ff.de
iuriſd.omn. iud.

15 Octauò fallit† in milite armatæ militię,ſi credimus
Bart.Soc.in conſ.47.nu.11.uol.2.decent enim magis
arma militẽ,q̃ iura.hinc dicere ſolebat C. Marius ar-
morum ingentes ſtrepitus non ſinere leges exaudiri.

Nonò fallit , quo ad acquiſitionẽ fructuũ,ſi perſo-
16 na ſit fide digna,& iuret ſe ignoraſſe tale ius:† nã hoc
caſu præſumitur iuris error quo ad hoc,vt ei proſit quã-
tum ad acquiſitionẽ fructuũ: vt Iaſ. conſultus reſpõ-
dit in conſ.84.nu.7.uol. 1. & conſulendo ſenſit Curt.
conſ.71.col.9.cui rei patrocinatur,quod notat Bal.in
l.error facti.nu.12.C.de iur.& fact.ign. & quæ obſer-
uauere Bart Imol.& Paul. in l.ſi fur. §.1.ff.de vſucap.
atq; Abb.in c.ſi diligenti.col.5.de præſcrip.

Primò ſublimita ita præſertim procedere, quando
eſſet tãta præſumptio probitatis, quæ tenebras offun-
17 deret legis præſumptioni , quæ habet† quod quilibet
præſumatur ſcire iura:ita ſcripſit Alc.in d. præſumpt.
30.nu.7.ſub finem.

Secundò ſublimita locũ ſibi non vendicare,quan-
do talis potuit conſulere peritiores,& non conſuluit,
nam hoc caſu illi non prodeſt talis error in acquiren-
18 dis fructibus,† quia debuit eos conſuluiſſe;ita reſpon-
dendo tradidit Ruin.in cõſ.20.nu.8.vol.2.ubi ad hoc
teſtatur Cuman.in l.an inutilis.in prin.ff. de acceptil.
& not.à Bar.in l.bonorum.de bon.poſ. & ab Alex.in
l.1.ſ.ſi q̃s ita.ff.de verb.obl. & idem clarius ait Ruin.
in conſ.162.nu,23.uol. 3.

19 Decimò fallit concluſio ſi pũctus,& articulus† ſit
difficilis, et arduus in iure ad decidendum,& interro-
gauerit ſapientem:ut traditũ eſt à Barth. Soc.in conſ.
47.nu.11.uol, 2.

Vndecimò limita , quando talis error iuris habet
20 admixtum errorem facti,† qui talis nempè error pro-
babilis dicitur,et prodeſt:vt patet ex his,quæ deduxit
ad hanc rem Bar.Soc.in conſ.47.n.11.lib. 1.vbi tamẽ
ait,non procedere , quando error facti per ſe ita eſſet
iuſtiſſimus, ut ſatis eſſet ad præſcriptionem , quem tu
ipſe conſulito.

CON-

CONCLVSIO DCXLI.

ARGVMENTVM.

Errans in iure an præſumatur in dolo.

SVMMARIVM.

1 *Errans in iure non præſumetur in dolo.*
2 *Errans in iure præſumeretur in dolo vbi ius contrauenires, vel actus reſiſteret.*
3 *Lex quando dicatur reſiſtere, vel aſſiſtere, vide remiſſiuè.*
4 *Errans in iure naturali, vel quaſi præſumitur in dolo.*
5 *Iuris ignorantia quando aliquem non tuetur etiam propter ruſticitatem, militiam, vel ſexum.*
Error iuris naturalis, vel quaſi neminem excuſat, ibi.
6 *Errãs in iure ciuili notorio, & indubitato pſumit̃ in dolo.*
7 *Per tabellionis ſimplicitatem non fit præiudicium contrahentibus.*
8 *Cauſa, quæ à iure naturali eſt improbata, non defendit à vero dolo, & ita nec cauſa reprobata a iure ciuili notorio, & indubitato.*
9 *Dolus præſumitur in his, quæ clàm facta ſunt, & ſi prætẽdatur ignorantia, vel error, ſiue ſimplicitas.*
10 *Demonax Philoſophus nunquã adduci potuit, vt ad ſacra, miſteriaq; Eleuſina accederet, eo ꝙ in occulto fieret.*
11 *Dolus præſumitur in his, quæ penitus honeſtatis formæ repugnant.*
12 *Error iuris in præſcriptione bonã fidem minimè inducit.*
13 *Errans in iure præſcribit ſaltem longiſſimo tempore.*
14 *Error iuris ex præſcriptione longiſſimi temporis videtur bonam fidem gignere.*
Bona fides oriri poteſt ex iniuſtis cauſis. ibi.
15 *Error iuris quando proſit, & quando non.*

1 Errans in iure†non præſumitur in dolo: ita reſpondit Vlp. in l. ſed & ſi lege. §. ſcire autem. ff. de pet. hæred. & in l. ſi quis graui. §. ſi quis ignorans. ff. ad Sylla. & in l. ſi quis id quod, vbi Alex. ff. de iuriſd. omn. iud. quod ẽt elicitur ex §. quia tamẽ, vbi Ang. Inſt. vi bon. rapt. v[illegible]fert, & ſequitur Alc. de præſump. reg. 3. præſumpt. 30. nu. 1. idem probatur ex l. igitur. §. 1. ff. de liberal. cauſ. & ex Papin. reſpon. in l. error. §. cæterũ. ff. de iur. & fact. ign. & ex l. iuris ignorantia. ff. eo. quod etiam vidi fuiſſe obſeruatum à glo. fi. in l. 1. ff. de abige. & à gl. in c. fi. per illum text in tit. de leg. Contadi. in vſib. feud. & à gl. inſigni in l. plagij, la 2. in verb. iuſta, in prin. C. ad l. Flau. de plag. & communem eſſe ſententiam teſtatur Didac. Couar. lib. 1. variar. reſol. c. 3. nu. 8.

2 Iſtud primò limita, vbi ius cõtrauenires, †vel actui reſiſteret: tunc. n. præſumeretur in dolo, per c. qui cõtra. de reg. iur. in 6. & ex l. quemadmodũ. C. de agri. & cenſ. lib. 11. vnde concluſio locum non habet, niſi qñ ius non aſſiſtit, neq; reſiſtit. Secùs ſi reſiſtit: vt declarat Bar. in d. l. ſed & ſi lege. §. ſcire. nu. 4. verſ. quædã ſunt iura. quẽ ſequitur Abb. in c. conſultationib. num. 6. de iur. patro. & in c. grauis. nu. 17. verſ. item dubitatur, de reſt. ſpol. & in c. dilecto. col. 3. nu. 12. verſ. nunc eſt vidend. de præbend. ſic reſpondit Alex. conſ. 121. Viſo themate ſuprascripto. nu. 13. col. 4. ita ſenſit Curt. cõſ. 71. Princeps defunctus. col. 5. idq; placuit Fel. in c. de quarta. col. 10. poſt nu. 31. verſ. tertia reſtrictio. de preſcrip. de qbus omnibus meminit Alc. in d. præſumpt. 30. nu. 3. ſub fi. & Didac. Couar. variar. reſol. lib. 1. c. 3.

3 †Quando autem dicatur lex reſiſtere, vel aſſiſtere tradit Bar. in l. cum lex. ff. de fideiuſ. l. 1. col. fi. ff. de noua. & Bal. in l. non dubium. col. pen. nu. 28. & ſeq. vbi etiã alij ſcrib. C. de legib.

Secundò limita, vt & in ſuperiori concluſione dicebamus, quãdo quis erraret in iure naturali, vel qua-

4 ſi, †nam tunc præſumeretur dolus, & huic erranti nullo modo ſuccurreretur, vt vna mente ſenſere Angel. Raph. & Imol. in l. ex conſenſu. §. fi. ff. de appel. ut auctor eſt Alc. in d. preſumpt. 30. n. 4. nempẽ res alterius ſubtrahendo, interficiendo, iniuriã alteri inferendo, vel poſſeſſionẽ ab alio occupatã propria auctoritate

5 inuadendo, & alij huiuſmodi: †tunc enim iuris ignorantia hunc non tuetur, ẽt propter ruſticitatem, militiam, vel ſexum. l. venia. cum ibi not. à gl. & Doct. C. de in ius voc. quandoquidẽ error iuris naturalis, vel quaſi neminẽ excuſat. c. gaudemus. de diuort. vbi venia non conceditur mulieri contra matrimoniũ ſuũ, ꝙ eſt de iure naturali. gl. magna in l. ſi quis in tantã. in a. q. C. vnd. ui. gl. in l. fi. §. licet. ff. de publi. atq; gl. fi. in l. error, & in l. regula. in prin. ff. de iur. & fact. igno.

6 Tertiò limitabis, ſi erraret in iure ciuili notorio, †& indubitato: iuxta ſnĩam Bal. in l. iuris ignorãtia. nu. 5. C. qui admit. ad bon. poſſ. vbi ſenſit, in his, quæ fuerũt conſtituta ad rigorẽ iuris conſeruandum, vel in teſtamentis, vel in iudicijs, ſi aliquid omittatur per ſimplicitatem, vel ignorantiam, ſeu ruſticitatem, non valere, & hoc comprobat gl. ſing. in c. 1. in verb. tum itaq; diſt. 38. & hoc pacto intelligenda eſt gl. fi. in l. fi. C. de

7 fideiuſſ. vbi aſſeruit †per tabellionis ſimplicitatem nõ fieri præiudiciũ contrahentibus. idem voluit Bald. in auth. nauigia. per illũ tex. C. de fur. & in authẽ. omnes peregrini ẽt per illum tex. verſi. vlterius noto. poſt nu. 5. C. commun. de ſucceſſio. Ang. not. in l. ex cõſenſu.

8 §. ult. ff. de appe. quod ſicut cã, †quæ à iure naturali eſt improbata nõ defendit à vero dolo, ita nec cauſa reprobata à iure ciuili notorio, & Indubitato: & cum hoc pertranſit Imol. ibi, & Alex. in conſ. 103. videtur prima conſideratione dicendum. nu. 14. uol. 1. & in l. ſi quis id quòd. nu. 6. & ſeq. poſt Dyn. & alios. ff. de iuriſd. omn. iud. & Bal. in l error, in 1. q. nu. 7. C. de iur. & fact. ign. atq; Alc. in d. præſumpt. 30. nu. 5.

Quartò velim limites locũ ſibi non vendicare in

9 his, †quæ clàm facta ſunt, in quibus & ſi prætendatur ignorantia, vel error, ſiue ſimplicitas; præſumitur tamen dolus, neq; excuſatur, aliàs excuſandus; inſignis eſt contex. in c. ult. §. ſi quis vero, de clãd. deſponſ. & in l. vlt. ff. de rit. nupt. p quẽ ita sẽtit gl. in l. vlt. in verb. non oportet. C. de interdict. matrim. & in l. qui cõtra, in verb. errore accerrimo. C. de inceſt. nupt. ut & placuit Bar. in l. ſi adulterium, poſt nu. 9. verſ. aut dubitat vtrum ſciuerit. ff. de adult. quibus adhæret Bal. in l. error facti, poſt. nu. 7. verſ fallit. C de iure. & fact. ignor. quod relatu eximium cenſuit Rom. in ſing. 722. regula eſt quod quęcunq; & in cõſ. 506. in re præſenti breuiter, poſt num. 4. verſi. his tamen non refragantibus. Crau. in conſ. 35. ex pluribus. num. 10. et in conſ. 115. nobilis. num. 5. et in conſil. 129. proponitur. num. 10. atque Boer. in deciſ. 264. poſt num. 5. verſic. Marcus tamen: vbi refert de quadam muliere minori, quæ ob clandeſtinitatem condemnata fuit, ad quod plures, vt ſui moris eſt, congerit Tiraq. in tract. de vtroq; retract. in tit. de retract. conuentio. In præfat. nu. 14. uerſ. & hinc, qui clàm aliquid faciunt. Vndè merito celebratur Demonax Philoſophus, qui Adriani Impera-

10 toris tempore floruit, †hic enim nunquã adduci potuit, vt ad ſacra, miſteriaq; Eleuſina accederet, cuius rei vehementer à populo exagitatus, & accuſatus, tãquàm patriæ religionis contemptor, factum in concione excuſauit, teſtatus ea ſacra iure ac merito eſſe ſibi ſuſpecta, ꝙ in occulto fierẽt: ea aũt oĩno manifeſtari oportere, ut ſi bona eſſent, alios ad ſequendam amplectẽdãq; religionẽ. ſi mala ad cauẽdam inducerent: vt memoriæ prodidit Lucianus in eius vita. Vndè dicebat Quinti. lib. orator. inſt. 5. quo loco de argumentis diſſerit, Tropon interdum ad coniecturas pertinere, vt ſi dicam bona mente factum, ideo palã, mala ideoq; ex inſidijs, nocte, in ſolitudine, quæ eleganter recenſuit idem Tiraq. ubi ſupra. num. 15. verſi. quibus mirum in modum.

Quinto loco limitabis concluſionem non habere

locum

11 locum in his,† quæ penitus honeſtatis formæ repugnant, quæ reſcripſiſſe videntur Imp. Seuer. & Ant. in l. 2. C. de interdic. mat. quorũ auctoritate permotus ita egregiè confirmat Bal. in l. quicunq; post nu. 23. verſ. & not. quod in his. C. de ſer. fugit. & confirmauit Iaſ. in l. ſi quis id quód, poſt nu. 32. ff. de iuriſd. omn. iud.

12 Sexto, & poſtremo limitabis † errorẽ iuris in præſcriptione bonã fidem minimè inducere, per l. nũquam, & ibi Caſtr. in prin. & l. ſi fur. vbi doct. ff. de vſucap. & c. dudum, de deci. quod & obſeruat gl. in c. apoſtolicæ, de don. idem placuit Bar. in l. ſed & ſi. §. ſcire. nu. 1. ff. de petit. hæred. Abb. ad hoc plura accumulans in c. ſi diligenti. nu. 24. de præſcript. latè reperentes in l. Celſus. ff. de vſucap. quod, & corroborat affatim Fel. in c. de quarta. nu. 35. de præſcrip. ſubdens hoc non ſolùm ſecundùm magis communem opinionem admittẽdum eſſe in præſcriptione minori triginta annorũ, ſed & in præſcriptione longiſſimi temporis, & hoc idem frequentiori ſcribentium calculo eſſe receptũ teſtatũ. Pariſ. in conſ. 136. licet. col. 3. cui poſteriori ſnīæ om-
13 ninò repugnat Ant. Rub. in conſ. 75. nu. 4. vbi ait † errantem in iure præſcribere ſaltem longiſſimo tempore, vbi de communi ſententia teſtatur: ſecun. Ang. &
14 Imol. in l. nunquam. ff. de vſucap. † qui quidem error iuris ex præſcriptione longiſſimi temporis vĩ bonam fidem gignere, vt ſit locus huic præſcriptioni, vt ibi per eum, per ea, quę tradidere nouiſſimi reperentes in d. l. Celſus. ff. de vſucap. præſertim cũ bona fides poſſit oriri ex iniuſtis cauſis: vt ait Bald. in l. 1. in fin. C. vbi cauſ. ſta. ex ſententia gl. ibidem in verb. receſſit; quos refert, & ſequitur Iaſ. in l. ſi qs. nu. 35. in fi. verſ. octauo pondera. ff. de iuriſd. omn. iud. quam etiam contrariã ſententiam cõfirmat Rom. in conſ. 123. circa primũ. poſt nu. 2. verſ. item habuiſſe videtur.

Poterunt hæ inter ſe repugnantes ſcribentiũ ſententiæ conciliari hoc pacto Nam aut titulus eſt expreſsè
15 reprobatus, quia lex reſiſtit, † tunc error iuris interueniens circa talem titulũ non prodeſt, nec gignit bonã fidem, etiam in præſcriptione longiſſima. Aut verò non eſt expreſsè reprobatus, quia lex non reſiſtit expreſsè, ſed non aſſiſtit: tunc huiuſmodi error iuris prodeſt. Ita diſtinxit, & prudentum contentiones ſedauit Fran. Balb. in reper. d. l. Celſus, in 4. notab. in ver. quandò limitatur. nu. 23. & 24. ff. de vſucap. quem ſeq. Rub. in d. conſ. 75. nu. 4.

CONCLVSIO DCXLII.

ARGVMENTVM.

Error an probetur probando rem aliter ſe habere.

SVMMARIVM.

1 *Error probatur probando rem aliter ſe habere.*
2 *Error probatur probando rem aliter ſe habere, quãdo agitur de errore in facto alieno, & quando qui petit agit de dãno vitando, & aduerſarius de lucro.*
3 *Quando error reſpicit factum propriũ, non ſufficit ad probationem eius probare rem aliter ſe habere.*
4 *Quando quis dicit ſe extra iudicium erraſſe, & certat de damno vitando, & aduerſarij de lucro, etiam ſi error ſit in facto proprio, tamen valet huiuſmodi probatio probando rem aliter ſe habere.*
5 *Error non præſumitur in facto proprio.*
6 *Ad probationem erroris in iure non ſufficit probatio, quod res aliter ſe habeat.*
7 *Erroris probatio probando rem aliter ſe habere nõ admittitur, quãdo poſt dicta teſtificata teſtes aſſerunt ſe erraſſe, & in eis timetur ſubornationis periculum.*
8 *Erroris probatio probando rem aliter ſe habere, non admittitur in caſu, in quo interuenit iuramentum.*
9 *Quando apponitur iuramentum, præſumitur conſulto, & non fortuitò ad illud acçedi.*
10 *Teſtes deponentes rem aliter ſe habere, debent reddere cauſam ſcientiæ, cæteroquin non probant.*

1 Error † probatur probando rem aliter ſe habere, vt aſſeruere glo. & DD. poſt Bar. in l. non fatetur. ff. de confeſſ. iſtud axioma probatur etiã reſcripto Imp. Dioclet. & Maximi. in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fact. ign. & ibi Paul. Caſt. num. 2. Iaſ. nu. 3. hoc idem fere ſenſit I. C. in l. cum de indebito. §. 1. & 2. ff. de probat. cuius ſententiæ fuere etiam iidem Imp. in l. error. C. de iur. & fact. ign. id quoq; innuere viſus eſt Vlp. in l. de ætate. § qui iuſto. ff. de interrog. act. ad cuius concluſionis explicationem vela pãdit Iaſ. latiſſimè poſt Bar. in d. l. error. C. de iur. & fac. ign. quod pronunciatum, vt verum comprobant plurimi ex conſulentibus, vt Crau. in cõſ. 157. nu. 8. & idem in conſ. 188. nu. 9. Alc. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 21. nu. 1. & Dec. in conſ. 408. per totum. Fulg. in cõſ. 237. Pariſ. in conſ. 131. nu. 29. uol. 1. Rim. in conſ. 94. n. 35. lib. 1. & in conſ. 92. nu. 21. ibi. lib. 1. idem Pariſ. conſ. 7. nu. 6. lib. 3. atq; amb. Cur. iun. in conſ. 94. & ſen. in cõſ. 69. col. ult. ver. quia videmus. ad idem reſpondit Marcus Angelus inter conſil. crim. conſ. 47. in quæſt. vertente. num. 19.

2 Quòd primùm velim limites verum eſſe tãtũ, † quãdo agitur de errore in facto alieno, & quando qui petit, agit de damno vitando, & aduerſarius de lucro, nam tunc rectè probatur, probãdo rem aliter ſe habere, vt ex ſupra relatis conſtat, & præſertim ex Bar. & alijs in d. l. non fatetur. nu. 10. ff. de confeſſ. & in d. l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fact. ign. & in d. l. error. & cõfirmauit D. Ant. in c. fi. de confeſſ. ſed † ſecus quando er-
3 ror reſpicit factũ proprium, quia hoc caſu non ſufficit ad probationem erroris probare rem aliter ſe habere, ita cauit Bertr. in conſ. 109. num. 4. uol. 4. idem voluit Paul. de Caſtr. & Corn. in l. 3. C. de fal. cau. adiect. idẽ ſenſit decidendo Bella. in deciſ. 694. & Capra in cõſ. 10. nu. 29. Et licet Bar. in d. l. non fatetur. nu. 10. & nõ
4 nulli alij in hanc deſcendant ſententiam, † quod quãdo qui dicit ſe extra iudicium erraſſe, & certet de dãno vitando, & aduerſarij de lucro, quod etiã ſi error eſſet in facto proprio, quod tamen valeat huiuſmodi probatio, probando rem aliter ſe habere, tamen contrarium conſuluit idem Bar. in conſ. 85. incip. in quæſtione Ioannis. nu. 3. & idem Bar. in conſ. 90. incip. dilecto domino. nu. 9. & probauit Bal. in conſ. 91. nu. 2. volu. 5. quam quidem opinionem, quod non ſatis ſit rem oſtendere ſe aliter habere in facto proprio, arbi-
5 tror propius ad veritatem accedere, † cum clarum ſit in facto proprio non præſumi errorem, ex l. quamquam ff. ad Velleia. et l. fin. ff. pro ſuo. et l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. et fact. ignor.

Secundò limitabis, et intelliges tantũ procedere, quando ageretur de errore facti; ſecùs ſi ageretur ad
6 probationem erroris in iure, † quia in errore iuris non ſufficit talis probatio, ſed aliter probari debet, ut diremit Bella in deci. 693. in caſu concluſionis nu. 2. de confeſſ. ubi hanc concluſionem examinat, et reſpondit Rui. in conſ. 128. nu. 7. uol. 2. ubi teſtatur. Bar. in d. l. non fatetur. nu. 12.

Tertiò limita locũ ſibi non vendicare in teſtibus,
7 quando poſt dicta teſtificata aſſerunt ſe erraſſe, et in eis timetur ſubornationis periculum. nam nõ admittitur talis probatio, vt denuo illos poſſit producere teſtes: ita ſenſit Luc. de Pen. in l. errat. C. de caſtrẽſ. pecu. lib. 12. col. 5. in fi.

Quartò limitare tibi licebit in caſu; in quo interue-
8 nit iuram. † nam tunc non admittitur talis probatio, ſi minor præſtito iuramento aſſeruerit, ſe maiorẽ, nullo modo poſſe admitti ad probandum, quod per errorẽ et ignorantiam id aſſeruit: maximè probando veritatem eſſe ſe minorem fuiſſe: vt cẽſuere DD. in l. 3. C. ſi

minor

minor ſe maior dixe. vt atteſtatur Pariſ. in cõſ. 97. nu. 81. vol. 1. & ratio eſt, quia emergit præſumptio iuris, & de iure rem ita ſe habere, prout iuratum fuit, cõtra quam præſumptionem non admittitur aliqua pręſũ-
9 ptio, cui rei, & iſtud fauet. † nam quãdo apponitur iuramentum, præſumitur conſultò, & non fortuitò ad illud accedere: ut ait Alex. in rub. ff. de verb. obl. poſt nu. 15. verſ. propter hoc videmus, quem refert, & ſequtur Pariſ. d. conſ. 97. nu. 82. vol. 1.

10 Quintò limita, & intellige, † vt teſtes deponẽtes rẽ aliter ſe habere, debeant reddere cauſam ſcientiæ, cęteroq; non probant, vt arbitratus eſt Bald. in c. ad audientiam. nu. 7. de reſcrip.

CONCLVSIO DCXLIII.

ARGVMENTVM.

Error teſtamenti an probari debeat ſeptem teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *Error teſtamenti ſeptem teſtibus probari debet, ſicuti ipſum teſtamentum.*

2 *Teſtamentum imperfectum ratione ſolemnitatis inter liberos corã duobus teſtibus valet inter ipſos liberos, quoad omnes effectus, ſed quoad extraneam perſonam, vt ad tutorem datum in teſtamento fallit, quoad hoc, vt debeat tutor à iudice confirmari.*

3 *Sicut duo teſtes ſufficerent ad teſtamentum, quantũ ad hoc vt valeat, & poſſit confirmari tutor in iſtiuſmodi teſtamento, ita etiam ſatis eſſe debent duo teſtes ad probandũ errorem eiuſdem teſtamenti.*

4 *Quando agitur ad probationem erroris circa ſubſtantialia codicilli quinq; teſtes requiruntur, ſicut ad confectionem codicilli.*

5 *Ad probationem erroris qualitatis teſtamẽti duo teſtes ſufficiunt.*

6 *Contractus quando quidem fieri poſſunt in teſtamento.*

7 *Error contractus per duos teſtes probari poteſt, ſicuti probantur cæteri contractus.*

8 *Teſtamentum factum eſſe ſolemniter probari poteſt per duos teſtes.*

9 *Ad probandum errorem teſtamenti mulieres teſtes admittuntur.*

10 *Teſtes qui errorem teſtamenti probare debent, debent eſſe rogati.*

11 *Error teſtamenti probari poteſt per ſolam aſſertionem teſtatoris.*

12 *Erroris teſtamenti probatio difficilis, quia teſtatoris volũtas mutabilis eſt, & vſque ad extremum vitæ ſpiritum variari poteſt.*

13 *Animus hominis non ſemper in eiſdem motibus conſiſtit, & plerunq; quis à priori voluntate recedit.*
Mutatio voluntatis præſumi non debet, ibi.

14 *Quæ tantum pendent ab animo teſtatoris, illius dicto probantur.*

15 *Errorem teſtamenti per quandam inductionem, qui probare velit, quomodo articulos concipere poſſit.*

16 *Dicenti uoluntatem defuncti eſſe mutatam incumbit onus probandi.*

17 *Teſtatorem uoluiſſe ſtatim à priori uoluntate recedere nõ eſt cenſendum.*

18 *Mutatio uoluntatis teſtatoris in eodem teſtamento non præſumitur, & uitãda eſt, ac potius reſtringi debet, quã corrigi.*

19 *Error teſtatoris quomodo dilucidè cognoſcatur.*

20 *Error teſtatoris probatur, quando diſponit, ut ex omnibus bonis ſuis monaſteriũ erigatur nulla facta inſtitutione.*

21 *Error teſtatoris quando detegatur.*

22 *Errare is dicitur, qui omittit ponere, quod ponere debuit,*

Error teſtamenti, ideſt; qñ probatur de ſubſtãtia teſtamẽti, hoc eſt, de volũtate teſtatoris vt hæredis inſtitutione directa & id genus alijs,
1 † dẽt probari ſeptem teſtibus, ſicuti ipſum teſtamentũ ita ſcripſere glo. & Bar. in l. cũ ꝓponebaẽ illa. in verb. quæreretur, hic nu. 3. verſ. quæro per quot teſtes. ff. de leg. 2. quorum ſententiam confirmauit Dec. in l. ſi librarius. nu. 10. ff. de reg. iur. Soc. iun. in rub. de acq. poſ. nu. 128. Aſinius in prax. iudicial. §. 19. c. 6. nu. 2. ſequit Sebaſt. Medices in ſuo trac. de fortuit. caſib. 1. par. q. 2. nu. 5. ad idem reſpondit Soc. ſen. in conſ. 51. num. 5. & alijs ſeq. vol. 3. hoc etiam placuit Alex. in cõſ. 140. ſuper teſtamento. n. 2. uerſ. nam ad demonſtrandũ. vol. 1. vt refert clariſſimus Mantica de coniect. vlt. volũt. lib. 3. tit. 13. nu. 5. ita tradidere ſcriben. in l. errore, vbi Alex. nu. 12. C. de teſta. Idem dr̃, ſi fuerit error in legatis, quia eodem pacto debebit probari: vt ait Bal. in l. fi. C. de fideicom. Guid. Pap. deciſ. 773. nu. 1. Dec. cõſ. 350. nu. 5. refert, & ſequitur Sebaſtia. loco ſupr. cit. ſui tract. de fortuit. caſ. Idem præterea erit in teſtamento
2 cõdito inter liberos. † nam teſtamentum imperfectũ ratione ſolemnitatis inter liberos coram duobus teſtibus valet inter ipſos liberos, quo ad omnes effectus; quo aũt ad extraneam perſonam, vt ad tutorem datum in teſtamento, fallit quo ad hoc, vt debeat tutor à iudice confirmari: vt probatur in l. qui à patre. iuncto. § ex imperfecto. l. hac conſultiſſima. C. de teſtam. cum ibi not. per gl. & in auth. ꝙ ſine. C. de teſtã. & in l. fi. C. famil. erciſ. ergo ſicut duo teſtes ſufficerẽt
3 ad teſtamentum † quantũ ad hoc, vt valeat ad hoc, vt poſſit confirmari tutor in iſtiuſmodi teſtamento, debent ita ẽt ſatis eſſe duo teſtes ad probandũ errorem eiuſdẽ teſtamẽti, quoad effectũ confirmandi tutorẽ. rñdit Alex. in d. conſ. 140. nu. 3. volu. 1. & ſnĩa Ang. in l. quoties. in princ. ff. de hær. inſt. & idem quando agiẽ ad probationem erroris circa ſubſtantialia codicilli.
4 † nam quinq; teſtes requiruntur, ſicut ad confectionẽ codicilli requiruntur, vt dicit. d. glo. 2. & fi. & ibi Bart. d. l. cum proponebatur, & idẽ cauit Guid. Pap. in cõſ. 75. nu. 2. ſic quoq; cenſuere Alex. Bald. & Paul. Caſtr. cum alijs in l. errore. C. de teſtam. & latiſſimè proſequitur Vital. de Camba. in ſuo tract. clauſul. clauſula non errore ductus. §. ſequitur qualiter probetur. nu. 3. egregiè præter cæteros huc ſpectat reſponſum Bal. in conſ. 403. vol. 5. atq; Caſtr. in l. quoties. §. ſed ſi. nu. 3. ff. de hæred. inſtit. Contra hanc ſententiam pugnauit Pet. Cyn. & alij in d. l. errore. C. de teſta. quos refert, & ſequitur idem ſibi ipſe aduerſarius Alex. in conſil. 14. vilis, & conſideratis his. nu. 19. vol. 6. & in d. l. errore. nu. 12. C. de teſta. hoc eſt; duos teſtes ſatis eſſe: vt etiã retulit Mant. vbi ſupra. d. nu. 5.

Limita tñ, & intelliges procedere, qñ agitur circa ſubſtantialia teſtamenti, & voluntatem teſtatoris. nã vt dicebamus ſeptem requiruntur teſtes, vel tot quot
5 volũtas illa teſtatoris exigit: † ſecùs verò eſt in errore qualitatis teſtamenti, vel de eius ſolemnitate, vel de circũſtantijs, & ſimilibus. Etenim hoc caſu duo teſtes ſufficiũt ad probationem talis erroris: vt docuit Bar. in d. l. cũ proponebatur. ff. de leg. 2. cuius ſanè diſtinctionem veram & cõiter approbatã eſſe tradidit Iaſ. in l. errore. nu. 7. C. de teſtam. quã diſtinctionẽ probauit etiam Bal. in l. quoties, in §. ſed ſi non in corpore. verſ. 3. not. ff. de hær. inſt. atq; idem Bal. in d. l. cũ proponebatur. col. 1. ff. de leg. 2. & Soc. ſen. in d. conſ. 51. nu. 5. vbi de cõi atteſtatur. vol. 3. & Fran. Curt. in add. ad Alex. in d. l. errore, ſuper verbo. num. in litera B. C. de teſta. vbi & alios refert Ang. etiam in l. ambiguitates. C. eod. & Alex. in d. l. errore. num. 8. & 12. vbi pulchrè, & Dec. in d. l. ſi librarius. nu. 10. cum ibi allegatis, atque Franc. Cur. in reper. l. admonendi. nu. 189. et ſeq. ff. de iureiu. & Guid. Pap. in dec. 130. ſed adhuc reſtat. & in dec. 504. fuit in hac curia, vbi ait, ꝙ cũ pater in ſuo teſtamẽto vni ex filijs ſuis inſtitutis præceperit,

vt ſoluat

vt ſoluat debita ſua,& hoc fuerit omiſſum,hũc errorem potuiſſe probari per duos,vel tres teſtes, & id ait procedere maximè in teſtamento inter liberos, ſed dubitat an hoc dictum ſuũ procedat inter extraneos ex dicto Bar.in d.l.cũ proponebať,& in hoc caſu,quẽ mox referã,duo teſtes ad probandũ ſatis erunt. Veluti ſi teſtator condẽdo teſtamentũ,curat, vt heres ꝓmittat teſtatori, & notario præſenti tanq̃ publicæ perſonæ ſtipulanti,& recipienti nomine iſtius legatarii, ſi eſt abſens.ſi præſens ſit ſpõdeat ipſi legatario de præſtando legato. nam tunc huiuſmodi legatum tranſit in vim cõtractus.iux.ſententiam Bar.in l.nemo põt, in prin.ff.de leg.1.ꝑ text.in l.ſpadonẽ.§.1.ff.de excuſ.
6 tut.& l.fi.C. de fideiuſſ. † quandoquidem cum cõtractus ẽt poſſint fieri in teſtamento.l.non eſt mirum.ff. de pign.act.l.ſi cui venditionis verbo.quid.mod.pig. vel hypoth.ſol.& tradunt gl.Bar.Bal.& alii cõiter in l.heredes palã.§.fi.de teſt.& habeant propriam naturam contractuum,vt ait Rom.in conſ.171. pro deciſione,poſt nu.6.& in conſ.25.præſuppoſito,poſt nu.2. verſ.aut per eũ,& Dec.in conſ.196.in caſu propoſito. poſt nu.3.verſ.& licet, vbi de communi ſcribentium ſententia atteſtatur,& in conſ.293. viſo teſtamento, poſt nu.1.& 2.vbi etiam de communi aſſerit,effectus
7 huius contractus erit; † quòd error per duos teſtes tñ probari poterit, ſicuti probantur cæteri contractus. l. vbi numerus.ff.de teſti.cum vulgarib.quod, & cautũ eſt à Dec.in d.conſ.293.poſt nu.2. poſt verſ. donatio. Sed quòd circa ſolemnitatẽ,& ſimilia ſufficiant duo teſtes,idem voluit Alex.in d.conſ.14.nu.19. vol.6.& in conſ.140.n.3.vol.1.Corn.cõſ.148.nu.7.vol. 3. Bal. in d.l.errore.nu.2.& plurib.ſeq. C. de teſt.Oldr.conſ. 297.nu.7.vbi latè,facit gl.in l.hæredes palam.§.ſed ſi notam.ff.de teſtam.& Guid.Pap.d.conſ.75.nu.2.

Nam circa teſtamentũ triplex probatio occurrit
8 ſecundũ Oldr.in d.conſ. 297.nu. 7.† Aut.n.quis vult probare factũ ſolemniter, & tunc poteſt probare per duos teſtes,vt dictũ eſt,arg.l.Diuus,& l.Lucius. ff. de mil.teſt. Aut ſic eſſe factũ, & tũc hoc probari debet ꝑ ſeptem teſtes,ex l.vlt.C.de fideicom.& ſic not.in l. 2. C.de bon.poſſ.ſñ tabu. Aut ſic ſenſiſſe teſtatorem ꝑ aliquas coniecturas,vt prælocutiones,& alia hmõi, de quibus in l.Fulcinius.§.quid ſit latitare. ff. de dol. excep.& cum hæc abſq; dubio probare poſſit, & debeat.l.in tempus.§.quodcunq;.ff.de hær.inſt.l. falſa. §.fi.ff.de cond.& demõſtr.l.duo ſunt Titii.ff.de teſtatut.l.l.Lucius.de leg.1.Et cũ in hoc non ſit verus,nec certus teſtiũ numerus determinatus, duo teſtes ſufficiunt ꝑ l.vbi numerus.ff.de teſtib.& not.in l. hæredes palam.§.ſed ſi notam.ff.de teſtam.& nominatim reſpondit Oldr.in d.conſ.297.nu.7.vbi latè.

Amplia prædictam limitationem eo vſq; eo locũ
9 habere,†vt etiã hoc caſu mulieres teſtes admittantur, iuxta ſententiam Oldr.in d.conſ.297.nu.8.hoc enim caſu prohibita non reperitur à teſtimonio dicendo mulier.vt l.1.& l.ex eo.ff.de teſtib.& l.qui teſtamẽto. §.mulier.ff.de teſtam.
10 Poſtremò ſuperiora intelliges,vt teſtes illi, q errorem teſtamenti debent probare, debeant eſſe rogati, cum probatio erroris includit aliquid diſpoſitiuum, ſecus ſi non includat aliquid diſpoſitiuum, ſed merã probationem,vt tradit Bal.in d.l. cum proponebatur.verſ.extra quæro.ff.de leg. 2.

Præterea error teſtamenti poterit probari ꝑ ſolam
11 aſſertionem teſtatoris, † nã ſi teſtator dicat ſe erraſſe in teſtamento ſuo,ei ſoli creditur:ita ſcriptũ reliquere. Bar.& Bal.in d.l.cum proponebatur,ille poſt.n.7.hic in verſ.in gl.ibi,vel obliuionẽ.ff. de leg. 2. atq; Vital. de Camba.in d.ſuo tract.clauſula.clauſ. Non errore ductus.§.ſequitur qualiter probatur error.nu.5.ſub fi. Huius rei ratio eſt, difficilis nempè eſt illius erroris
12 probatio †quoniam eius voluntas eſt mutabilis,quã etiam variare poteſt, vſq; ad extremum vitæ ſpiritũ: vt elicere eſt ex Vlp.reſponſo in l.3.§.fin. ff. de adim. leg.& eiuſdẽ in l.cum hic ſtatus.in §. ait oratio. ff. de don.inter vir.& vxo.& Modeſtini in l.4.ff.de alim.& cibar.leg.& ex reſcripto Imperatoris Conſtantini in l.1.C.de ſacroſ.eccl.ꝗ adeò verum eſt,vt nec ipſe teſtator poſſit ſibi legẽ imponere,a qua non liceat recedere.l.ſi quis in principio teſtamenti,vbi Bart. & alii.
13 ff.de leg.3.†cũ ẽt animus hominis non ſemper in eiſdem motibus conſiſtat,& plerunq; quis à priori voluntate recedat:vt rñdit Bal.in cõſ.424. verba appoſita.verſ.q.a modo.vol.1.quẽ refert Mant.de coniect. vlt.vol.lib.12 tit.1.nu.2.vndè nullus ſcire poterit teſtatorem erraſſe,iuxta contex.in l.ſi putator.ff.ad leg. Aquil.& l.ſi cũ fideiuſſor.§.ſi cũ debitor.ff. mand.cũ mens hominis nulli nota ſit,niſi Deo,vt habemus ex Imp.§.aliæ.in gl.mag.Inſt.de act. vt ait Vital.vbi ſup. nu.4.& aſſeruit Bal.in l.quoties. §. ſed ſi nõ in corpore.ver.3.not.vbi ẽt dixit nõ debere præſumi mutatio-
14 nẽ voluntatis,& ibid.Imol.nu.5.Itaq;in his †quæ tñ pendent ab aĩo teſtatoris illius dicto probãtur, vt ait. gl.magna in §.aliæ.Inſt.de act.& plenè not.Bart.in l. gerit.ff.de acq.hær. Si quis verò velit per quadam in-
15 ductionẽ probare errorẽ teſtatoris,†poterit hoc modo articulos concipere ꝗ cũ teſtator ſe ad teſtandum accingeret, dixit & in cartulam fortè manu propria redegit,ſe velle Titiũ inſtituere hæredẽ in tãta parte, vel ei legare hoc vel illud tñ. Hoc aũt probato probandum poſteà erit,hunc cũ ſe ad teſtandum parauit vnum,& continuo aliud dixiſſe, & ita ſcriptis fuiſſe conſecratũ,quo circa præſumitur hunc errorẽ fuiſſe, cum non cenſeať voluntate tàm ſubito mutãſſe, per l.non ad ea.ff.de cond.& demonſt.& l.fideicomiſſa.§.ſi rem.ff.de leg.3.vt erat Iaſ.in l.ſi plurib. n. 4. ff. de leg.1.Voluntas enim in dubio non præſumiť mutata.c.maiores,in fin.de bapt. c. licet de procur.lib.6.
16 hinc fit,†vt ei, qui dicit mutatam eſſe voluntatẽ defuncti onus probandi incumbat.l.3.& l.cum, qui. & l.50.ff.de prob.atq; l.Lucius Titius,in fi.ff.de leg.2.& l. fideicõmiſſa.§.ſi rẽ ſuam.ff.de leg. 3. vbi probatio mutatæ volũtatis ab hæredibus exigitur,nã ꝗ non mutatur,cur ſtare prohibeatur. l. ſancimus. C.de teſtam. Corn.in conſ.155.nu.3.& 4.vol.2.Dec. in conſ. 190. nu.6.& 8.Socin.iun.in conſ.183.nu.18. vol. 2. & in cõſ. 95.nu.42.vol.3.& in conſ.105.nu.45.eo. vol. 3. quod potiſſimũ locum habet, cũ nullum, aut modica dať
17 tẽpis interuallũ,†non.n. cenſendum eſt teſtatorẽ voluiſſe ſtatim à priori voluntate recedere: vt ait Paul. Caſt.in conſ.339.in hac ſubſtitutione, circa prin.vol. 1.nec teſtator creditur illico ſe ipſe velle corrigere vt per eandẽ l.non ad ea.ff.de cond. & dem. dixit Alex. in conſ.47.circa primũ,poſt nu.13.ver.primũ eſt.vol. 1.& Corn.in conſ.308.nu.1.verſ. his tñ non obſtanti-
18 bus. vol.4.vbi inquit,†mutationẽ voluntatis teſtatoris in eodẽ teſtamento non præſumi, & vitãdam eſſe, ideoq; potius reſtringi debere, quã corrigi, vt poſteà ſubiungit nu. 2. quæ ad idem retulit doctiſſimè Mãt. de conject.vlt.vol.lib.12.tit.1. nu. 2. & quod per hoc probetur qualis fuerit voluntas hominum. tradit gl. in l.Fulcinius.§.quid ſit latitare.ff.quibus ex cauſis in poſſeſſione eat.& in l.apud Celſum,in prin. ff.de doli excep.voluntas n.hominum per verba probatur, vt l. Labeo.ff.de ſupel.leg.Habes itaq; rõnẽ,& modũ,quo poteris preſũptiuè errorem teſtatoris probare, cum directo verè probari non poſſit, ꝑꝑ rationem iã traditam,& ita graphice deſcribit Vital. à Camba. in d. clau.Non errore ductus.§.ſequitur qualiter.nu. 5.

Vidimus quo pacto ſit probandus error teſtatoris, inueſtigemus nunc qua ratione queat ꝓbari teſtatorẽ
19 erraſſe. Error igitur teſtatoris dilucidè cognoſciť † ſi dixerit in teſtamento teſtator, Me,quẽ ſcio ex me natũ non eſſe,exhæres eſto. Nam ſi probatum fuerit Titium ab ipſo fuiſſe procreatũ, non intelligitur excluſus,cũ nec videatur quaſi filius exhæredatus.l. ſi poſthumus, cum

humus.cum l.ſeque.ff.de lib.& poſthum. & ſi demõſtratum fuerit patrẽ circa cauſam exhæredationis erraſſe,exhæredationẽ ipſo iure irritam eſſe ſentit Bar. in l.demonſtratio.§.quod autem.nu.14.ff.de cond.& demonſtr.atq; exhæredato ſemiplenè probanti ſe filium eſſe Carboniana bon.poſſ.datur:vt ait Bar. in l. 1.§.item ait.ff.de Carbon. edict.

20 Quinetiam error teſtatoris probatur, † quando in ſuo teſtamẽto teſtator diſponit, vt ex omnibus bonis ſuis monaſteriũ erigatur nulla facta inſtitutione,tũc enim errore teſtatorem inſtitutionẽ ipſam omiſiſſe, ac ipſum monaſterium inſtituiſſe fauorabili interpretatione cenſendum eſt,vt tradidit Bal.in l. 1. num. 2. verſ.in gl.quę incipit directo.ff.de teſta.vbi Imol.nu. 3.& Aret.in prin.atq; idem Imol. in l. hæredes.ad fi. ff. de hær. inſt. cum generatim hæredis inſtitutio benignè admodum interpretanda ſit, vt ſubſiſtat; niſi talis error perſpiciatur, qui animum ipſius teſtatoris à ratione auerſum eſſe demonſtret:iuxt.contextum in l. vlt.C.de hær.inſt. quod plurib.declarat idem Mant. de coniect.vlt.vol.lib.4.tit.3.per totum.Inſuper teſta-

21 toris error detegitur, † quando quiſpiam ante teſtamentum animum ſuum amicis patefaciens, illis ſe velle aliquid in teſtamento conſtituere dixerit;quod ſi poſteà penitus alienum diſpoſuerit, tunc errore id fuiſſe factum à teſtatore probatur.l.ſi finita, in princ. cum ibi no.præſertim ab Imol.ff.de dam. infect. & l. quoties.§.ſed ſi non.vbi Bar.per illum tex.& melius. in §.tantundem.ff.de hæred. inſt. vt etiam obſeruatũ eſt à gl.& Bar.in d.l.cum proponebatur.ff.de legat.2.

22 Poſtremò † is errare dicitur qui omittit ponere,quod debuit,ponere, vt Bald.in d.l.cum proponebatur. in prin.ff.de leg.2.

CONCLVSIO DCXLIV.

ARGVMENTVM.

Error cõtractus,an probari debeat per tot, & per eoſdem teſtes, qui in conficiendo inſtrumento, & confectione contractus interfuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Error contractus probari debet per tot,et per eoſdem teſtes, qui in conficiendo inſtrumento et confectione cõtractus interfuerint,maximè quando agitur de probanda ſubſtantia inſtrumenti.*

2 *Qualitates fundi rei venditę probari debent,& poſſunt per duos teſtes.*

Quemadmodum in ſuperiori concluſione dicebamus errorẽ in teſtamẽto probari debere p tot teſtes,quot ipſum teſtamentum: ſic quoque error cõ-

1 tractus probari debet per tot, & eoſdem teſtes; † qui in conficiendo inſtrumento, & confectione contractus interfuerunt, maximè quando agitur de probanda ſubſtantia dicti inſtrumenti:ſed ſecùs quando agitur de probanda aliqua contractus qualitate, vtpote ſi venditus ſit fundus centum perticarum,vt aiunt,& dubitatur,an fundus ſit vitibus conſitus,vel qui poſſit aratro perſtringi, an pratorum viriditatem habeat,

2 vel ſit nemoroſus;† nam huiuſmodi qualitates probari debent,& poſſunt per duo teſtes ſecundum Alb. in conſ.10.nu.28.& iuxta ſententiam Iaſ.in l. errore. in fi.C.de teſtam. Verùm huc ea conferunt, quæ dicta ſunt ſupra in dicta concluſione error teſtamenti per teſtes,ad hoc enim ferè paria ſunt.

CONCLVSIO DCXLV.

ARGVMENTVM.

Error in notario, an potius præſumatur, quam falſitas.

SVMMARIVM.

1 *Error in notario ſemper potius præſumitur, quã falſitas.*

2 *Errorem ſuum notarius corrigere poteſt.*

3 *Errorem ſuum poteſt notarius corrigere in his,quæ ad ipſum ſpectant,in quibus error non vitiat, veluti in corrupto latine ſcribendi genere.*

4 *Errorẽ ſuũ poterit notarius corrigere,etiam ſi erratũ ſit in eo,quod vitiaret inſtrumentũ,vt in defectu indictionis.*

5 *Notarius de errore punitur, ſi malitioſe errauerit.*

6 *Notario dicenti ſe recordari de die, quem omiſerit per errorem credendum eſt.*

Teſtis etiam ſi diei memoriam non habeat, tamen probat. ibidem.

7 *Dies,vt plurimum non eſt de ſubſtantia inſtrumenti.*

8 *In actione hypothecaria dies eſt de ſubſtãtia inſtrumẽti,et notarius illum corrigere non poteſt,niſi probato errore.*

9 *Notarius non dicitur functus officio ſuo edendo inſtrumẽtum abſque die.*

10 *Notarius,ſi appoſuerit vnum diem,vel menſem pro alio, non poterit ſe corrigere,niſi conſtet de errore per teſtes, vel alio modo.*

11 *Error diei,ſi non eſt de ſubſtantia corrigi poteſt.*

12 *Notarius inſtrumentũ corrigere nõ poteſt cum fuerit data copia parti,niſi probato errore,& de conſenſu iudicis.*

13 *Error notarij corrigi non poteſt ex interuallo, ſed illico,ſi erratum ſit in pertinentibus ad partem.*

14 *Error non præſumitur, ſed falſitas,ſi notarius omiſiſſet ſolemnitatem iuris in teſtamento,vel alio actu,quo ſolennitas interuenire debeat.*

15 *Error notarij facile probatur per originale, quòd reperit.*

16 *Error notarij ſine vllo negotio probatur, ſi partes errorẽ confiteantur,vel etiam ſi teſtator hoc dicat in his,quę ab eius uoluntate pendent.*

17 *Error notarij probatur per teſtes.*

18 *Errorem notarij circa ſolemnitatem probare ſufficit per duos teſtes.*

99 cet † error communis faciat ius, vt plurimum tamen non facit ius, quando peccatum eſt in cauſa efficiẽti, vt obſeruauit inſigniter Bal. in d. l. 2. in fi. C. de ſent. & Iaſ. in d. l. Barbarius poſt nu. 22. ver. 4. notab. limita. & nu. 48. verſ. pro iſta communi ſententia & nos etiam paulo ante huius meminimus.

100 Decimononò limitare poteris, † vt nõ procedat in errore circa factum, ſecus circa ius: vt reſpondit Fed. de ſen. in conſ. 112. Amice chariſſimè. col. 2. verſ. & ſi dicatur, quod communis error, quem refert, & ſequitur Fran. Nicon. In d. repet. rub. ff. de ope. nou. nun. nu. 224. verſ. aliam limitationem.

101 Vigeſimò limitanda eſt, † nã qui alicubi iudex ritè electus eſt, & confirmatus ab habentem poteſtatem, tunc geſta ab eo valent propter communem errorẽ, vtilitatem publicam: ſecus ſi ſine electione, & cõfirmatione ſe in magiſtratũ ingeſſiſſet. etenim tũc acta irrita eſſent, ita Innoc. in c. nihil. de elect. Bart. in d. l. actuarios. C. de num. & actuar. libr. 12. vt etiam alios referendo ſequitur Iaſ. vbi ſupra. num. 66. verſ. limita nunc. atq; Ruyn. in conſ. 48. videretur fortaſſis. nu. 4. verſ. nec etiã obſtat. vol. 4. & Alex. in d conſ. 138. poſt nu. 7. verſ. ita tenuit Ant. de Butr. lib. 1. & comprobauit Pariſ. in conſ. 1. nu. 58. verſ. contra quam. vol. 1.

Hęc habui, quę breuius, quàm huius argumẽti ampliſſimi fines poſtulare videbantur, dicerẽ. Lõgè plura mi-

ra mihi dicenda ſupererant. ſed propoſitæ ꝓbationis materiæ cancellos, quibus mihi ipſe circundedi, egredi non eſt in animo. Ampliora cupienti affatim ſuppeditabunt ſcribentes ij, quibus hæc repetentiū more proſequi cura fuit vt præ cæteris Iaſ. in d. l. Barbarius. Alb. in eiuſdem legis repetitione; atq; Plat. ibid. repetendo. & omnes quicunq; illam legem ſunt interpretati. Denique paſſim id genus complura alia tum apud conſulentes; tum etiam profitentes longo ſtudio cuique licebit obſeruare.

CONCLVSIO DCL.

ARGVMENTVM.

Error, an probetur quibuſdam caſibus, eo ipſo, quod contrarium non probetur.

SVMMARIVM.

1 *Error quibuſdam caſibus probatur, eo ipſo quod non probatur contrarium.*
2 *Error in nomine proprio præſumitur magis, q̃ in artificio.*
3 *Error in nomine proprio fundi probatur ex finibus.*
4 *Error teſtes dicentis ſe per errorem falſa depoſuiſſe, probari poteſt, ſi probabilis obliuio allegabitur.*
5 *Error teſtis poteſt probari, quando calore iracundiæ dicitur primum teſtimonium prolatum fuiſſe.*

1 Error probatur quibuſdam caſibus, † eo ipſo, quod contrarium non probetur: vt ſcripſit Alc. de præſump. reg. 3. præſump. 21. nu. 2. vbi exēplum affert in minore confitente delictum, quando alia probatio nō aderat, vt per DD. in l. certum. §. pupillo. ff. de confeſ. & per Alex. in l. nam & poſteà. §. ſi minor. ff. de iureiur. & in conſ. 116. lib. 2.

2 Nec à re alienū erit illud notare, ideſt, † errorē nomine proprio præſumi magis, q̃ in artificio: quia artificiū aliud ſignificat, & magis in mentē imprimitur, q̃ nomen proprium, ꝙ per ſe nihil aliud ſignificat: vt aſſeruit Bar. Soc. in l. qui habebat. ff. de reb. dub. nu. 2.

3 Neque prætereibo † errorē in nomine proprio fundi probari ex finibus: auctore Bart. in l. ſi quis fundo, nu. 2. ff. de leg. 2.

Illud poſtremò ſuperpondij loco adiiciendū erit,
4 errorem teſtis dicētis, ſe per errorem falſa † depoſuiſſe, poſſe probari, ſi probabilis obliuio allegabitur: teſte Bald. in l. presbyteri, nom. 6. ver. ex prædictis, C. de epiſ. & cle. vt etiam tradidit Alc. de præſumpt. reg. 2. præſump. 24. num. 24.

5 Præterea iſtud poterit probari, † quando calore iracundię diceretur primum teſtimonium prolatū fuiſſe; vt ſenſit glo. in c. ex literis, in verſ. admonita, de diuort. quam comprobat clariſſimus Iac. Menochi de arb. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 108. nu. 8.

CONCLVSIO DCLI.

ARGVMENTVM.

Æſtimatio quid ſit.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio alicuius rei eſt communis opinio de precio uel valore rei.*
2 *Omnia ſiue mobilia, ſiue immobilia, et iura, & actiones, ſub æſtimationem cadunt.*
3 *Qua ratione articuli & poſitiones in probatione æſtimationis ſint concipiendæ.*
4 *Aeſtimatio fieri non debet ob animi ſtudium in aliquem*

propenſum, ſed ex communi æſtimatione, & ſecundum interiorem bonitatem, non ſecundum eam, quæ extrenſecus aſſumetur.
5 *Quatenus res facilius vendi poteſt, & cum minori grauamine, eo maiori pretio debet vendi, quàm ſi cum grauamine venderetur.*
6 *In facienda æſtimatione non attenditur quanti aliàs fuiſſet res vendita, cum non ex præterita, ſed ex præſenti emptione probetur iuſtum precium.*
7 *Aeſtimatio rei pluribus de cauſis æſtimari poteſt, & diminui debet, & quibus.*
8 *Aeſtimari debet res non ſimpliciter, ſed cum qualitatibus bonitatis & uitiorum.*
9 *Beneficia dicuntur minoris precij propter onera ſibi annexa.*
Prouentus beneficij tanti ſunt eſtimandi, quanti cōſtant, deductis oneribus. ebi.
10 *Qualitas loci, & tempus ſolutionis faciendæ. ac perſona venditoris & emptoris, efficiunt rem pluris eſſe, vel minoris.*
11 *Grauatus in æſtimatione perperam facta, poteſt intra annum conqueri quo tranſacto, nō admittitur niſi minor, uel abſens.*
12 *Iuramentum in defectum, & ſupplementum probationis non defertur ei, qui rei æſtimationem non probauit plene, ſed ſemipiene.*
13 *Aeſtimatio rei dicitur iuſta ex taxatione facta à teſtatore grauante pro tali precio uendere.*
14 *Precium iuſtum dicitur, ſi taxatum eſt à lege uel ſtatuto.*

1 Aeſtimatio alicuius rei, † eſt cōmunis opinio de precio, vel vt aiunt, valore, ſecundum Aret. in c. cum cauſa, col. 4. de teſti. quem refert Hieron. Cagn. in l. 2. C. de reſcin. ven. n. 232 ſed quoniā omnia, ſiue de immobilibus
2 vel mobilibus loquamur quin etiam iura † & actiones ſub æſtimationē cadunt: vt oēs vno conſenſu prodidere ſcribentes, in l. precia rerum. ff ad l. falc. & in l. 2. C. de reſc. ven. vbi præcipuè de iſto argumenti genere probationis æſtimationis affluenter & copioſè prudentes agunt. Idcirco operæprecium duxi quaſi per gradus hic de iſtis diſſerere, & ſingulatim ſingula peragere. Primum enim omnium videbimus, quo pacto probetur æſtimatio rei immobilis, deinde rei mobilis: poſtremò de ęſtimatione iurium & actionū. Ex-
3 plicabo inſuper † qua rōne articuli & poſitiones in hmōi probatione ſint concipiendæ, tñ in hac re diutius nō inſiſtam. reijcio enim me ad ea, quæ enucleatè prudētiſſimi uiri ſcripſere Bar. Alex. & alij in d. l. ꝑcia, & in l. 2. C. de reſc. ven. atq; Aret in §. ſi qs agens, inſt. de act. vlt. not. vbi latiſſimè circa hoc præ cæteris immoratur. Quocirca illud in primis obſeruandū eſt, hmōi æſtimationem fieri non debere ob animi ſtu-
4 dium in aliquem propenſum † ſed ex communi æſtimatione, d. l. precia rerum, & ibi DD. facienda quoq; eſt ęſtimatio ſecundum interiorem bonitatē, non ſecundū eam quæ extrinſecus aſſumitur q̃ quis eſſet ꝑcepturus ex ea: vt auctor eſt Alex. in ea l. precia nu. 1. Nec in huiuſmodi æſtimatione conſideratur charitas, quæ paruo & exiguo tpe durauit, ſeu quæ raro accidit, vt ibid. inquit Alex. nu. 1. & ibi hoc idem tenerē oēs DD. teſtatur Panth. de Crema. in rep. l. 2. num. 233. C. de reſcind. vend. Niſi contra moroſum, vt per Alex. d. l. precia rerum, col. fi. & Panth. vbi ſup. num. 235. & aſſeruit Are. in d. §. ſi quis agens. col. 4. verſ. ca
5 pio tertium membrum. vbi etiam ait, † ꝙ quatenus res facilius vendi poteſt, & cum minori grauamine, vt ſi poſſit vēdi ſine cautione euictionis, vel ſine pręſtatione fideiuſſionis, & ſimilibus eo maiori pretio debere illam vendi, quam ſi cum grauamine vēderetur, allegat tex. & no. in l. eū, qui §. melior. & l. 4. ff. de in diem addict. idē dixit Alex. d. nu. Nec attēditur in
6 facienda æſtimatione † quāti aliàs fuiſſet res vēdita:
non

non enim ex præterita, ſed ex præſenti emptione ꝓbatur iuſtũ pretiũ, vt inquit Pau. Caſt. in l. lege falcidia. §. corpora. num. 2. ff. ad leg. Falc. per illum tex. & per l. 3. §. diuus. ff. de iur. fiſ. cui etiam accedit idẽ Pantha. de Crem. in repet. l. 2. n. 110. & nu. 222. C. de reſc.
7 vendit. Animũ præterea ad id aduertas, † pluribus de cauſis æſtimationẽ rei æſtimari poſſe, & diminui debere exempli, gratia ſi ſit emphyteutica, vel ſuppoſita pacto de retrouendẽdo, vel ſi ſit tp̃s belli, peſtis, penuriæ pecuniarũ, & id genus alijs. Vndè iure, ac merito DD. monere ſolent aduocatos reorũ, vt contra agentes ex remedio. l. 2. C. de reſcin. vend. faciãt poſitiones, & articulos de qualitatibus rei emptæ, pretiũ rei emptæ attenuãtibus, ac diminuẽtibus, veluti ſi res ſit emphyteutica, vel affecta pacto de retrouendẽdo, aut aliud onus annexũ habens, de quo contrahentes notitiã non habuerunt. tunc enim licet agẽs communem æſtimationem probaſſet, tñ ex dictis qualitatibus, elideretur probatio, teſte Ang. in §. ſi quis agens, col. 4. verſ. ex his ẽt infertur, vbi inquit † res non ſim-
8 pliciter, ſed cũ qualitatibus bonitatis, & vitiorum debere æſtimari, vt rñdit Vlpian. in l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Treb. idẽ inquit Fely. in c. cum cauſam. col. fin. de teſtib. ꝙ & placuit Rip. in d. l. 1. & §. ſi hęres. n. 28. & 29. ad idẽ cõſultum eſt à Soc. in conſ. 85. col. 2. nu. 8. li. 1. & traditum eſt à Cagn. d. l. 2. C. de reſc. vend. nu. 243. & eſt contex. in l. mortis cauſa. ff. de dona. cã mortis, & ſequuntur relati per Pantha. de Crem. in l. 2. n. 275. C. de reſcin. vend. & nu. 286. vbi fatetur oẽs magis communiter ita tenere, ipſe tamen tenet, quod imo Anctor teneatur probare de iſtis qualitatibus, ſaltem in genere articulando, ꝙ iſta res poſſet tantum vendi communiter homini ſcienti eius qualitates.
9 Sic ẽt in ſimili † beneficia dicuntur minoris pretij propter onera ſibi annexa: ſecundum Bald. in l. ſed ſi hoc, §. quidam in ſuo. ff. de condit. & demonſt. quo in loco ait prouentus beneficij tãti eſſe æſtimãdos, quãti conſtant deductis oneribus idẽ cauit Dec. cõſ. 156. incip. ſtatutum cathedralis Eccleſię, cũ alijs deductis à Cagno. in d. §. ſi hæres. nu. 27. vbi etiã inquit qualita-
10 tem loci, & tempus ſolutionis faciendę, † ac perſonã venditoris, & emptoris efficere rem pluris eſſe, vel minoris, vt contex. eſt in l. eũ qui. §. melior. ff. de in diẽ addic. nam an quis obæratus ſit, & fœnore obſtrictus, conſiderandum eſſe, ait Rip. poſt Bar. in d. §. ſi hæres. nu. 28. & ſequi Docto. teſtatur Pantha. de Crem. in repet. l. 2. nu. 253. C. de reſc. vend. cum æſtimatio ex varietate loci, & curſu tẽporis, vt experientia docet, varietur, & deterior fiat, ſi minuatur: vt ſcripſere DD. in d. l. pretia. & decidit Nicol. Boer. in dec. 68. nu. 6. Hinc dicebat idem Pantha. vbi ſupra venditorem quo magis ære alieno oppreſſus ſit, eo minori pretio reperire emptores rerum ſuarũ. timent enim hypothecas annexas illis rebus, vt ibi per eum, & nu. 270.
11 Neq; id multa obſeruatione dignũ præteribo † grauatum in ęſtimatione perperã facta poſſe intra annũ conqueri: quo tranſacto non admitti, niſi minor, vel abſens: ita reſpondit Bal. in conſ. 287. Ille qui grauatur. vol. 3.
Addã, & illud nam ei, qui rei æſtimationẽ nõ pro-
12 banit plenè, ſed ſemiplenè † nõ defertur iurm in defectum, & ſupplementum probationis, iuxta ſententiam Bal. in l vnica. in fi. nu. 68. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt, vt etiam teſtator Cagno. in d. l. 2. C. de reſcin. vendit. q. 49. nu. 270. ſed quomodo id procedat, conſulas concluſ. noſtram Aeſtimatio. per iuramentum, in prima intelligentia infra poſitã. Ad hæc
13 animaduertere poteris † æſtimationem rei dici iuſtã ex taxatione facta à teſtatore grauãte pro tali pretio vendere: vt cauit Pau. Caſtr. conſ. 264. incip. dubium, in antiq. quem ſequitur Cagno. in d. l. 2. nu 268. & nu. 269. Illud poſtremò pro coronide notandum ſubiun-
14 gam, † pretium iuſtum dici; ſi taxatum eſt à lege, vel ſtatuto: nam de eo partes cõnqueri nõ poſſunt: ſi credimus Bart. Cæpol. de ſimul. cont. in 2. præſumpt. ad quod conſulas Concl. pretium, & conclu. Valor atq; concluſ. Quantitas.

CONCLVSIO DCLII.

ARGVMENTVM.

Aeſtimatio fundi fœcundi, & fertilis, quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1. *Aeſtimatio fundi fœcundi, & fertilis probatur ex eius redditibus.*
2. *In probatione æſtimationis fundi fœcundi, & fertilis quà ratione fiant poſitiones, & articulationes.*
3. *Aeſtimatio fundi fœcundi, & fertilis ita demum ex redditibus debet fieri, vt hi fructus rei ſpacio viginti annorũ, ſi collecti ſint adequent pretium, & æſtimationem eiuſdem rei.*
4. *Aeſtimatio fundi fertilis, & fœcundi probatur ex eius redditibus, quando aliter probari non poteſt.*
5. *Probatio æſtimationis debet eſſe præciſa, ſecundum tẽpus quo debet res æſtimari.*

1 Aeſtimatio fundi fœcundi, & fertilis † probatur ex eius redditibus: ita colligimus ex l. ſi fundum per fideicõmiſſum, vna cum gl. 1. ff. de leg. 1. in prin. & ex reſcrip. Imp. in l. ſi quis, C. de reſcind. vend. latiſſimè tradidit Franc. Curt. in addit. ad Alex. in l. pretia. ſub nu. 6. verbo prę teritorum, vbi penè infinitos refert. ff. ad leg. Falc. idẽ docuit Bart. in l. 2. C. de reſcind. vend. num. 23. latius fortè omnium ſcribit Panth. de Cre. in repet. l. rẽ maioris. num. 219. & plurib. ſeq. C. de reſcin. vend. hoc in nucre viſus eſt I. C. in l. bonis ff. de ceſſi. bon. hoc idẽ probauit Ioan. de Plat. in §. loco. Inſt. de act. num. 5. & idem ſenſit Aret. in §. ſi quis agens. Inſtit. de actio. nu.
2 1. vbi inquiũt † fieri poſitionem, ſiue articulationem; ex tali fundo percipiuntur communiter tot fructus tanti valoris; vel ſecundo concipiendus eſt articulus, in cõtraria vbi ſitus eſt fundus, prædiũ ſimile tãti redditus ſolere communiter tñ pro pertica vel menſura venditã vr̃ voluiſſe gl. mag. d. l. 2. C. de reſcin. vend. cum qua omnes tranſire teſtatur Panth. de Crem. ibi. nu. 221. & elici poteſt ex d. l. ſi fundum, & d. l. ſi quis, & placuit Bar. in d. l. precia, & in d. l. 2. C. de reſc. vẽd. in fi. vel ſecundum Aret. d. §. ſi quis agens, poteſt articulari magis generaliter, videlicet, iſtiuſmodi fundũ communi æſtimatione tñ conſtare, & communiter tantum vendi poſſe. Debes igitur in iſtiuſmodi articulo non in particulari, ſed ad cõem emptionem & venditionem te referre, idem Alex. conſiluit in cõſ. 109. viſo proceſſu inter Antonium, nu. 16. lib. 4.
Concluſio noſtra ſic eſt intelligenda, ita demũ hu-
3 iuſmodi æſtimationẽ ex redditibus debere fieri, † vt hi fructus rei ſpacio viginti annorũ ſi collecti ſint ad æquent preciũ, & æſtimationẽ eiuſdem rei, ita me docuit gl. inſignis in auth. ꝑpetua, ver. iuſta, C. de ſacroſ. eccl. ꝙ idẽ ſequitur Cæpol. in tract. de ſimul. cõtract. in 3. p̃ſumpt. col. 2. & eandẽ gl. refert & ſequit̃ Matth. ab Affl. deci. 274. nu. 4. ſub n. & Cor. conſ. 265. lib. 1. ſic quoq; ſenſit Hier. Cag. in d. l. 2. C. de reſc. ven. nu. 231. verſ. verum quia. cum ibi adduct.
4 Secundò intellige concluſionem procedere, † qñ aliter valor probari non poteſt, vt per Batto. in d. l. 2. ad fin. C. de reſcind. vend. & ibi Panth. de Crem. poſt num. 221.
Tertiò declara non ſufficere, ſi articulus fieret, ꝙ
5 ſunt ſoliti percipi tot fructus ex fundo, † ſed oportet proba-

probationem eſſe præciſam ſecundum tempus, quo debetres æſtimari: vt per Panth. vbi ſup. nu. 222. per ea, quæ ibi adducit.

CONCLVSIO DCLIII.

ARGVMENTVM.

Æſtimatio rei an probari poſſit per declarationem iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio rei per declarationem iudicis probari poteſt.*
2 *Declarationi & probationi æſtimationis rei factæ à iudice, ſtandum eſt in eadem cauſa, ſi appellatum non fuerit.*
3 *Aeſtimatio facilius fiet in rebus mobilibus, re coram iudice deducta & præſentata.*
4 *Probandi precium rei facilis modus eſt, vt læſus imploret iudicis officium mercenarium, quo ſe inſtruat ſuper qualitatibus rei, & poſtea ſuo arbitrio ſecundum inſtructiones habitas faciat eius æſtimationem.*

1 Æſtimatio rei † probari poteſt p declarationem iudicis, nam ipſe pōt
rem inſpicere, & de eius qualitate & quantitate ſe inſtruere, curādo vt illa ſibi ob oculos ſiſtatur ſi eſt mobilis, vel ſi eſt immobilis ad eā accedendo impenſis partiū. Poteſt igit̄ peti, vt iudex ex officio ſuo edoceatur quanti fundus cōſtare poſſit, vt ſcripſit Ang. in §. ſi quis agens, nu. 1. ver. tu aūt addas, inſt. de act. id latè proſequitur Alex. in d. l. precia rerum, nu. 6. ff. ad l. fal. ꝙ probat̄ per l. fi. in fi. C. de iu. do. imp. ex l. ſi ꝙ ex Pāphilia, §. fi. de leg. 2. & ibi Bar. & not. Bar. in l. 1. ad fin. C. de reſcin. vend. & in l. ſi ex equo, ff de leg. 1. plenius egit Abb. in c. cum cauſam, de teſti. huc optimè conferunt, quæ obſeruauere Bar. & alij in l. vnic. in fin. C. de ſent. quæ pro eo quod int. &c. & l. ſi traditio, C. de act. empt. & l. ſemper, §. in hoc interdicto, ff. quod vi, aut clam. Cag. in l. 2. C. de reſcin. vend. nu. 255. quam concl. plurib. & auctoritatibus & rationib. cōfirmat idē Panth. de Crem. d. l. 2. nu. 288. cū ſeq. C. de reſcin.
* vend. vbi nu. 289. in fi. teſtatur hanc eſſe * cōem opin.
2 Cui declarationi † & probationi æſtimationis rei à iudice factę ſtandū eſt in eadem cauſa, ſi appellatū nō fuerit. vt idem Cag. ſcripſit d. l. 3. nu. 257. vbi inquit id præcipuè ꝓcedere in rebus mobilibus, in quibus æſti-
3 matio facilius fiet, † re coram iudice deducta & præſentata, per tex. in d. l. fin. C. de iure dom. impetr. & in d. l. ſi ꝙ ex Pamphila, & inquit nunquam vidiſſe ad praxim deducta factā fuiſſe æſtimationem rei immobilis per iudicem, maximè circa materiam d. l. 2. C. de reſc. vend. ex quibus colligitur facilis modus probādi
4 preciū rei; Nempè, † vt læſus imploret iudicis officiū mercenariū, quo ſe inſtruat ſuper qualitatibus rei, & poſtea ſuo arbitrio ſecundum inſtructiones habitas faciat eius ęſtimationem: ita expreſsè colligitur ex dictis Bar. Ang. & Alex. d. l. precia rerum. Aret. d. §. ſi qs agens, & etiam communem practicā teſtatur Panth. d. l. 2. nu. 291. C. de reſcin. vend.

CONCLVSIO DCLIV.

ARGVMENTVM.

Æſtimatio an probari poſſit per peritos aſſumptos à Iudice.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio ꝓbatur per peritos aſſumptos à Iudice ad hoc, eis prius præſtito iuramento de æſtimatione ex bono, & æquo facienda.*
2 *Citatio partis an requiratur in relatione peritorum ſuper æſtimatione.*
3 *Aſſertioni peritorum parendum eſt.*
4 *Relationi peritorum ſtandum non eſt, ſi eſt iniqua.*
5 *Iuramentum, quod æſtimatores præſtant, ſe legaliter & bona fide æſtimaturos, an ſit iuramentum veritatis, vel potius credulitatis.*
Aeſtimatio potius perſpicitur iudicio intellectus, quā ſenſu corporeo. ibi.
6 *Periti cum de facili poſſint errare, non ſunt ad iuramentū veritatis cogendi.*
7 *Periti non ſolum debent eſſe periti, ſed etiam probi, & inculpatæ vitæ, & omni exceptione maiores.*
8 *Omnis exceptio, quæ poteſt repellere teſtes, poteſt etiam repellere æſtimatores.*
9 *Super peritia peritorū produci & poſſunt teſtes contrarij.*
10 *Aeſtimatoribus incumbit onus probandi ſe bene æſtimaſſe, ſi quis aſſerat eos æſtimaſſe male.*
11 *Aeſtimatores in arte debent eſſe periti, quia quilibet faber non dicitur legitimus æſtimator.*
12 *Periti ſi huiuſmodi ſint, qui fabricati ſint rē, de cuius æſtimatione agitur, illis credendum non eſt.*
13 *Aeſtimationi, & dicto vnius publicè electi ſtādum eſt, niſi ſit appellatum, aut reclamatum.*
14 *Aeſtimatorum conſtitutio quando ſit per iudicē, tunc duo, vel plures conſtituendi ſunt.*
15 *Aeſtimatores duo quando inter ſe diſſentiunt, eligere debēt tertium.*
16 *Aeſtimatorem tertium partes eligere debent, & ſi diſcrepāt in electione, iudex poſſet illum eligere.*

1 Æſtimatio poteſt probari per peritos aſſumptos à iudice ad hoc, † & eis prius p̄ſtito iur̄o de æſtimatione ex bono & æquo facienda: vt videre eſt ex l. hac edictali, §. ijs illud, C. de ſec. nupt. cum alijs adductis ab Alex. in d. l. precia rerum, nu. 6. verſ. præbenda, ff. ad leg. fal. hoc idem cōfirmat Ang. in d. §. ſi quis agens, nu. 1. verſ. ſecūdo poterit, Inſt. de act. id etiam corroborat Bar. in rep. l. creditores, col. fi. nu. 29. C. de pign. & in l. Theopompus, nu. 8. de dote præle. idem cautum eſt ab Aret. in cōſi. 83. quia multa fuerūt, poſt nu. 11. nec hoc latuit Curt. iun. cōnſ. 165. col. pen. nu. 20. ver. præterea ad probandū, tradit Panth. de Crem. in l. 2. nu. 294. cum ſeq. C.
* de reſcin. ven. & hanc eſſe * communem opinionem atteſtatur Cagn. in d l. 2. nu. 258. C. de reſc. ven. vbi in nu. 259. ſcribit ad quē ſpectet & pertineat electio huiuſmodi peritorum, & qn̄ diſcordes ſunt, eligēdus eſt tertius, & an relationi per eos fiendæ requiratur, ꝙ partes ſint præſentes, vel quod ſint citatæ, & multa alia de huiuſmodi æſtimatoribus notatu digna ſcriptum
2 reliquit, in eo autem † an citatio partis requiratur in huiuſcemodi relatione, dic ꝙ aut partes æſtimatores approbauerunt, & non requiritur citatio: aut non approbauerunt, quia forte iudex eos elegerat, & tunc debent partes citari: ex mēte Bar. in l. Theopompus, ff. de dot. præleg. & tradidit Panth. de Crem. d. l. 2. nu. 297. C. de reſcin. vend. Concluſionis noſtræ ratio eſt:
3 quia † aſſertioni peritorū parendum eſt; vt ait Alex. in conſ. 15. viſo ꝓceſſu inquiſitionis. poſt nu. 10. verſ. benefacit lib. 1. & in conſ. 55. ꝑſpectis his, nu. 22. vol. 4. ex ſententia Ariſt. quem ibidē refert Alex. in 1. Topicorū lib. & in conſ. 87. Nos doctores nu. 3. vol. 7. idē voluit, Bald. in conſ. 136. proponitur, quod Titius. nu. 3. & ſeq. vol. 2. quod & ſup. attigimus in concluſione equus bulſus, ad quam te reijcio. Quod velim ſic accipias, tum maximè procedere ſi ſint aliqui, & multorū annorum experientia edocti, adeo vt poſſint habere notitiam pretij rei ſecundū tp̄s venditionis: vt inquit Ioan. de Imo. in d. l. pretia. & ibi Franc. Cur. in add. ad Alex. nu. 6. in verb. peritorum: vel ſaltem procedit, qn̄
vendi-

venditio eſſet recens facta, vt ex allegatis ab Alex. in
4 conſ. 15. col. vlt. nu. 10. vol. 1. † Cui tñ relationi perito
rum ſtandum non eſt, ſi eſt iniqua: vt ſcripſit Cagn. in
d. l. 2. C. de reſc. ven. nu. 259. ver. tertio ſciendum eſt.
Sed quæro an iurm quod æſtimatores præſtant ſe
legaliter & bona fide æſtimaturos, ſecundum Bar. d.
5 l. creditores, & alios ſup. relatos, † ſit iurm veritatis, vel
potius credulitatis. Reſp. Bal. d. l. hac edictali, §. ijs il-
lud, col. 2. C. de ſec. nup. eos debere iurare de veritate,
ſed malè dicit, quia iſta æſtimatio potius perſpicitur
6 iudicio intellectus, quã ſenſu corporeo, † vnde cũ de
facili poſſent errare, non ſunt ad iurm veritatis cogẽ-
di, vt Panth. de Crem. tradit d. l. 2. nu. 296. in fi. & poſt
nu. 298. ver. & licet ſuperius. C. de reſc. ven.
Primò limita & intellige, vt tales periti, non ſolũ
7 debeant eſſe periti, ſed ẽt probi, & inculpatæ vitæ, † &
omni exceptione maiores: nam licet huiuſmodi æſti
matores nõ dicantur teſtes, nec ferre teſtimoniũ, ſed
potius habeant vim iudicis quã teſtimonij, vt inquit
Fran. Cur. in addi. ad Alex. in d. l. precia, ver. peritorũ,
nu. 6. & idẽ inquit Hier. Cagn. in d. l. 2. num. 258. C. de
8 reſc. ven. † nihilominus oĩs exceptio, quæ põt repelle-
re teſtem, põt etiã repellere huiuſmodi æſtimatores,
vt inquit Aret. in c. cauſam, de prob. in 3. not.
Secundò limitabis, vt ẽt poſſint produci teſtes con
9 trarij † ſuper peritia eorũ, vt teſtati ſunt Abb. & Aret.
in d. c. cãm, vbi Aret. addit. ꝙ etiam poſſint produci
teſtes de veritate deponẽtes aliter, quàm per peritiã.
Tertiò intelliges, vt ſi quis aſſereret huiuſmodi æſti
10 tores malè æſtimaſſe, † incumbat onus probãdi ipſis
æſtimatoribus, ſe benè æſtimaſſe: ita ſenſit Fran. Are.
in d. c. cauſam, col. 6. per tex. in l. ſuſceptores. C. de ſu-
ſce. & Arch. li. 10. & docuit Bart. in l. quoties, nu. 1. C.
de diſcu. eo. lib. 10. cui optimè quadrat, ꝙ dicit in l. fi.
col. 2. C. de reſc. vend. id ẽt probatur per l. cũ de lege
falci. ff. de probat. & l. ſcimus, §. licẽtia. C. de iure del.
& comprobat Franc. Cur. in addit. ad Alex. in d. l. pre
cia rerum, nu. 6. in verb. peritorum.
11 Quartò limita & intellige, vt neceſſe ſit, † tales æſti
matores in arte ita eſſe peritos, vt ſi agatẽ de probatio-
ne æſtimationis ædificiorũ, vt ſint Architecti, nec ſa-
tis eſt ſi ſint murorum artifices, qui in ædificiis con-
ſtruẽdis toti ſunt: etenim quilibet faber non dr legiti-
mus æſtimator; ita conſuluit Franc. Aret. in conſ. 84.
nu. 3. ſic reddit Curt. iun. conſ. 165. nu. 20. vbi teſtatẽ de
* coĩ, teſtes laudat ius Pontificiũ profitentes, ita coĩ-
ter ſentientes in c. propoſuiſti. de probat. Specu. tit. de
fruct. & intereſſe. §. viſo. poſt nu. 20. verſ. item diminu
tiuæ expenſæ. ideo probari debet iſta qualitas tales eſ-
ſe peritos, nec dicto eorũ in hoc creditur: vt ait Bart.
in l. de ætate. col. 4. poſt nu. 9. verſ. 2. pono. ff. de mino-
rib. & eſt tex. in §. ꝙ aũt. vbi gl. auth. de non alien. reb.
eccl. ſic ẽt dixit Anch. in q. 46. nu. 11. & 12. lib. 1. & ita
nuncupatim in hac materia conſulendo reſponſum
eſt à Fran. Aret. in d. conſ. 83. quia multa fuerunt, poſt
nu. 11. verſ. præterea licet.
12 Quintò limita locũ ſibi non vendicare, † ſi huiuſ-
modi periti ſint, qui fabricati ſint rem, de cuius æſti-
mationis probatione agitur; nã illis credendum non
eſt, qm̃ teſti deponenti de facto proprio, qñ laus, vel
opprobrium poſſit ipſi teſti obuenire, non creditur: vt
not. Ant. de Butr. in c. cum ex literis, & ibi ſequuntur
Canoniſtæ, de tranſact. vt & teſtatur Alex. conſ. 86. vi
ſis dubitationib. nu. 16. vol. 2. quos refert & ſequitur
Curt. iun. in d. conſ. 165. nu. 21.
Nec illud in hac materia præcipuum ſilebo multis
in locis conſtitui ſolere æſtimatores publicè circa pre
cia, veluti equorũ, pannorũ, carnis, q̃ in macello ven-
13 ditur, vel ædificiorum, & id genus alijs, † nã tũc dicto
& æſtimationi vnius publicè electi ſtandũ eſt, niſi ſit
appellatũ aut reclamatũ; vt voluere Bar. Ang. Io. de
Plat. & alij in l. 1. per illũ tex. C. de ponderat. & aur. li.
10. atq; idẽ Bar. in l. ſi librarius, col. pen. de reg. iur.

Quod limitabis, qñ conſtitutio æſtimatorũ fieret
14 per iudicem, † tunc enim duo, vel plures conſtituen-
di, & eligendi eſſent, ſi copia adeſſet, alioqui vnus, te-
ſte Cag. in d. l. 2. nu. 267. & tradidere Bar. & alij in d. l.
1. C. de ponde. & aur. lib. 10. Panth. de Crem. d. l. 2. nu.
296. C. de reſcin. vend.
Sed quid ſi duo æſtimatores electi nõn vno modo
15 æſtimarent? Dicendum videtur, † quod ij, qui inter
ſe diſſentiunt, eligant tertium, vt dicitur de arbitris. l.
item ſi vnus §. principaliter, vbi Bar. ff. de arbitr.
16 Sed contrarium verius, † debent enim partes hunc
tertiũ eligere, vt dicitur de arbitratore, vt per Bal. d. l.
hac edictali. §. ijs illud. C. de ſec. nup. Verumtñ ſi par-
tes diſcreparent in elect. huius tertij iudex poſſet hũc
eligere, cũ à principio, & idẽ facere poſſit, vt Panth. d.
l. 2. nu. 298. & ibi. prius p eundẽ. nu. 295. C. de reſc. vẽd.

CONCLVSIO DCLV.

ARGVMENTVM.

Æſtimatio rei probari, an poſſit per librum æſtimi, ſiue cataſtrum.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio poteſt probari per librum æſtimi, ſiue cataſtrũ in quo deſcribuntur res omnium, & eorum pretia.*
2 *Aeſtimum quo ad priuatorũ commodum, & incõmodum, non probat æſtimationem, niſi ſaltem huiuſmodi æſtima tio eſſet facta tempore contractus, vel ante.*
3 *Pretia rerum tàm mobilium, quàm immobilium variantur ex tempore.*
4 *Aeſtimum probat ſolum inter fiſcum, vel communitatem, & illum cuius res deſcriptæ ſunt.*
5 *Res inter alios acta alij non præiudicat.*
6 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
7 *Ex æſtimo præſumitur, quod fundus tanti cõſtet iuxta pretium, quod reperitur deſcriptum in æſtimo communi.*
Pro cataſtro præſumitur, ſicut præſumitur pro quolibet acta à perſona publica facta. ibi.

1 Aeſtimatio rei poteſt pſobari per librũ
æſtimi, ſiue cataſtrum, † in
quo deſcribuntur res omniũ, & eorũ pretia vt eſt con
tex. ſingularis, ſecundũ vnam lecturam in l. fi. in fi. C.
de pdijs, & alijs reb. Nauic. lib. 1. & ibi Bar. idẽ voluit
Bal. in l. 2. nu. 27. C. de reſcin. vend. & idẽ in conſ. 216.
incip. dubiũ eſt. vol. 5. & in l. vlt. nu. 6. verſ. 6. C. de ma-
giſtrat. conuen. cui accedit Alex. in cõſ. 199. pſpectis
his, num. 6. lib. 6. quos ſequit Ang. Aret. in d. §. ſi quis
agens, nu. 1. inſti. de act. & ſcripſere DD. in d. l. precia
rerũ. ff. ad l. Fal. vt ſenſit & Cag. in d. l. 2. nu. 266. C. de
reſcin. vend. ẽt cõprobauit Pet. de Vbal. de collect. in
conſ. 1. nu. 4. & tradit Panth. de Crem. d. l. 2. nu. 300. cũ
ſeq. C. de reſcin. ven. quibus adiungas Feſtas. in tract.
collect. in 1. par. c. 1. nu. 51. verſ. ex iſta concluſione.
2 Concluſionẽ limitabis non pcedere, † quò ad effe-
ctũ reſpicientem priuatorum commodum & incom-
modum, nã tunc æſtimum non probat, niſi ſaltẽ hu-
iuſmodi æſtimatio per eſtimum eſſet facta tpe con-
tractus, vel paulò ante: vt inquit Saly. in d. l. 2. iuxta
doctrinã Cyn. in auth. ſed ꝙ ius, C. de rei vxo. acti. &
idẽ refert & ſequitur Aret. in conſ. 65. in præſenti con
ſultatione, col. 2. verſ. quia tñ audio, ſed ſecus ſi æſti-
mũ olim nõ recens eſſet factũ, & tunc agatẽ de proba
tione æſtimationis: quia tunc, vt dixi, non probat: vt
Alex. auctor eſt in d. l. precia, nu. 7. quos refert & ſeq-
tur ẽt idem Feſtas, vbi ſupra, ſub d. nu. 51. verſ. cõſide-
ra hoc dictum, quæ limitatio videtur quidem multũ
reſtringere Concluſ. ſupra firmatam, nihilominus ex
3 ex eo neceſſaria uẽ, † quia cùm precia rerũ tàm mobi-
lium, quàm immobilium varient, d. l. precia rerum, §.
fi. ff. ad

fin.ff.ad leg. Falc.cũ ſi.non ſequitur,nam pridem iſta eadẽ res fuit tanti æſtimata,& pro tanto allibrata, ergò nunc tantumdẽ valet, vt tradit Panth. de Crem. d.l.2.nu.306.C.de reſc.vend. Et quia tale æſtimum ꝓbat ſolum,& factũ eſt,
4 †vt duntaxat probet inter fiſcum,vel communitatem,& illum,cuius res deſcriptę ſunt,ergo alijs non debet præiudicare,per l. ſi vnus.§. ante oĩa.ff.de pact.& ita voluit Bal.de Vbal.in l.2.n.
5 66.C.de reſcin.vend.ea ratione, †quod res inter alios acta alij non præiudicat.l.cẽſualis.ff.de don. & l.quæ quiſq;.ff.de acq.rer. dom. Et propterea æſtimum tantummodo factum eſt ad effectũ ſupportationis onerum ꝓ rata quemlibet tãgentẽ, & ideò non dẽt vltra
6 operari:quia limitata cã †limitatum producit effectũ l.age.C.de tranſact. An vero, & quando æſtimum,ſiue cataſtrum probet, conſulas iam traditam concluſionem noſtram cataſtrũ,& concluſionem æſtimum.

Prætereà ſublimitabis, quod licet per cataſtrũ ple-
7 nè æſtimatio inter alios non probetur, † tamen ex dicto æſtimo ſecundũ illud præſumitur, quod ille fundus tanti conſtet iuxta illud pretium, quod reperitur deſcriptum in æſtimo communi: nam illa æſtimatio fit à magiſtratibus publicè ad id conſtitutis,ideò præſumitur pro eo cataſtro, ſicut præſumitur pro quolibet actu à perſona publica facto,per l.2.C.de off.eius, &c.ita tenet Aret.in d.§.ſi quis agens.nu.2.ver.3.poterit inſt.de act.& poſt Bal.de Vbal.Panth. de Cre. d. l.3.nu.305.C. de reſc. vend.

CONCLVSIO DCLVI.

ARGVMENTVM.

Æſtimatio,an probetur per ſubhaſtationem per plures dies communi loco certũ pretium offerendo factam.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio probatur per ſubhaſtationem per plures dies communi loco certum pretium offerendo factam.*
2 *Ex ſubhaſtatione non eſt ſatis probabilis probatio pretij.*
3 *Subhaſtatio,vel decreti interpoſitio facit præſumptionem iuris, & transfert onus probandi in aduerſarium.*
4 *Subhaſtatio, ſi faciat præſumptionem iuris, & de iure, nihilominus poterit contrarium probari.*

1 Æſtimatio probatur per ſubhaſtationẽ per plures dies †communi loco certum pretium offerẽdo factam,per id quod habetur in auth.hoc ius porrectum.C.de ſacroſ. eccl.ita obſeruauit Aret.d.§.ſi quis agens nu. 3.Inſt.de act. & cõprobauit Alex.in d.l.precia.nũ.8.ff.ad l.Falc.quod & placuit Io.de Plat.in §.loco.num.6.Inſt.de act.ſed
2 Bar.in l.ſi quis.C.de reſcin.vend.inquit † ex ſubhaſtatione non eſſe ſatis probabilẽ precij probationẽ,ibid. nu.2.& Alex.d.l.precia,inquit, vbi facta eſt venditio rei ab huiuſmodi ſubhaſtatione,& decreto iudicis nõ habere locum remediũ.l.2.C.de reſcind.vend. nec id abhorruit à mente Bal.& Ang.in l.1.de præſcrip. 30. ann.ꝙ etiam confirmauit auctor add.ad Bar.in d.l.ſi quos.C.de reſcin.vend. quaſi ſit præſumptio iuris, & de iure, ꝙ deceptio non interuenerit: allegat ad hoc tex.in l.1.C.de prędi.Curial.lib.10.& ibi Bar.qui Bar. contrarium ſentit in l.1.ff.de præſcr.30. ann.in quam poſteriorem ſententiam deſcendit etiam Ang. Aret. in d.§.ſi quis agens.nu.3. verſ.quia poteſt dicere.Inſt. de act,vbi plura ad hoc adducit in argumentum.

Diſtinctionis tamen fœdere videntur hæ inter ſe diſſentientes ſententiæ conciliari hoc pacto, nã aut
3 quærimus †an ſubhaſtatio vel decreti interpoſitio faciat præſumptionem iuris tantum,adeò, vt transferat onus probandi in aduerſarium,& dicendum eſt trãſferre,& ita procedat prima opinio ſupra relata. Aut quærimus an ſubhaſtatio faciat præſumptionem iuris,& de iure, adeò vt pars læſa non poſſit probare cõtrarium,& dicẽdum eſt nõ excludi ab hac probatio-
4 ne,†quia nihilominus poterit contrarium probari; & ita procedat poſteà opinio ſecundo locò adducta: vt per hæc hoc pacto conciliauit Panth.de Crem.d.l. 2. poſt nu.308.C.de reſcind.vend.

CONCLVSIO DCLVII.

ARGVMENTVM.

Æſtimatio rei an per teſtes probari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio rei poteſt probari per teſtes.*
2 *Teſtis deponere debet per ſenſum corporis actui congruentem, & non per iudicium mentis.*
3 *Non ad teſtem, ſed ad iudicem ſpectat iudicare.*
4 *Modus articulandi, & probandi fundum communiter cenſeri eſſe tanti redditus.*
Alium modum, vide num.5.
6 *Aeſtimatio tunc probat per teſtes, quando non adeſt dolus.*
Aeſtimatio, ſi petatur ex dolo alterius; tunc probari poteſt per iuramentum contra ipſum.ibi.
7 *Super æſtimatione magis creditur teſtibus habentibus notitiam eius rei bonitatis, & qualitatis intimæ.*
8 *Duobus teſtibus conteſtibus deponentibus de maiori ſumma æſtimationis fides adhibetur, licet ſint maioris numeri de minori ſumma.*
9 *Teſtes licet deponant de minori ſumma, non tamen excludunt æſtimationem non fuiſſe maioris ſummæ.*
Qui iurat rem conſtare decem, non eſt periurus licet res pluris conſtet.
10 *Plus creditur affirmantibus, quàm negantibus.*
11 *Si vnus teſtis deponat rẽ conſtare decem, & duo deponant quindecim, licet omnes concurrant, & conueniãt in illis decem, tamen credendum eſt deponentibus de quindecim.*
12 *Teſtibus coarctantibus negatiuam, ita creditur ſicut alijs affirmantibus.*
13 *Non plus creditur affirmantibus quã negantibus, quando deponunt ſuper his, quæ magis percipiuntur iudicio intellectus, quàm ſenſu corporis.*
14 *Si vnus teſtis deponat rem conſtare decẽ, alter quindecim, alter viginti, hoc caſu non eſt fides habenda deponenti de minori illa ſumma decem.*
15 *Non attenditur deponẽti de maiori ſumma, ſed de media.*
16 *Teſtes ſup æſtimatione nõ pbãt, ſi deponãt in facto ꝓprio.*
17 *Teſtes ſuper æſtimatione fidem non faciunt, vbi debent deponere de toto facto, vt in teſtamento nuncupatiuo.*
18 *Teſtes non vno modo circa æſtimationem rerum deponentes, poſſunt tanquam concordes admitti.*
19 *Si circa æſtimationem vnus deponit de minori, vt decem, & duo coniunctim conueniunt in eadem quantitate, veluti quindecim, aut viginti, multo fortius valet dictũ eorum de minori ſumma.*
20 *Si circa æſtimationem duo teſtes tãtummodo ſint, & vnus deponat de minori, alius de maiori, ſtatur deponenti de minori.*
21 *Deponentes de maiori, amplectuntur etiam minorem ſummam, nec dicuntur ſibi ipſis contrarij.*
22 *Si de eodem facto duo reperiuntur inſtrumenta, quorum vnum maiorem ſummam contineat, aliud minorẽ, ſtãdum eſt illi, in quo ſumma minor continetur.*
23 *Licèt ſtetur minori quantitati, tamen quando oritur incompatibilitas cauſæ finalis, neutri ſtatur.*
24 *Deponẽtibus de minori ſtatur, & confunditur ꝓbatio facta de maiori quantitate, & minor quantitas attendit.*
25 *Teſtibus deponẽtibus de minori fides habetur, & ſi expreſſè dicant rẽ maioris non conſtare, & ſic negatiuè deponãt.*
Cęteris paribus magis creditur teſtibus affirmantibus quã negantibus.ibi.

26 Deponen-

26 *Deponentes affirmatiuè, præualent deponentibus negatiuè, quando depoſitio negatiua non habet æquale fundamentum veritatis ſicut affirmatiua.*

27 *Deponens affirmatiuam, deponit aliquid veriſimilius & aptius ad percipiendum.*

28 *Si plures teſtes deponant de minori ſumma, adijciendo pluris rem non conſtare, præferuntur deponentibus de maiori quantitate, licet deponant negatiuam.*

29 *Teſtes deponentes de minori ſumma, quando deponunt taxatiuè, præferuntur deponentibus de maiori quãtitate.*

30 *Deponentibus de minori ſumma creditur, quia cum eis conueniunt deponentes de maiori.*

31 *Si vnus teſtis deponat de maiori quantitate, & duo ſpeciatim, & coniunctim deponant de minori, tunc duplici ratione credendum eſt minori quantitati precij.*

32 *Magis creditur duobus negantibus, quàm vni affirmanti.*

33 *In probatione æſtimationis ſufficit, ſi teſtes de credulitate deponant & æſtiment.*

34 *Teſtes circa æſtimationem tenentur dicti rationẽ reddere.*

35 *Quando agitur de æſtimatione rei, ſatis eſt æſtimatio communis, quando vendi poteſt homini ſcienti conditionem illius rei.*

36 *Aeſtimatio probatur per teſtes, etiam ſi teſtes deponant rẽ tantum valere, quia ipſi tantum darent ſecundum communem æſtimationem.*

Secus ſi non addant illa verba, pro communi æſtimatione, vt num. 37. Contrarium. nu. 40.

38 *Ex delitijs hominum, vel ſingularibus nutibus res nõ ſunt metiendæ.*

39 *Decem cauſæ, quibus ſingulare pretium, & affectio circa rem cadere poteſt. Contrar. nu. 40.*

Ex varijs animi motibus ſæpè, inclinat humana volũtas.

41 *Teſtis circa æſtimationem, ſi ſimpliciter deponat rem tanti valere, quia ipſe tantum dediſſet, quãdo certum eſt id nõ dicere ex affectione ſingulari ad rem, ratione cõiunctionis ſanguinis, aut alterius commoditatis, abſque, quod addat illa verba pro communi æſtimacione probat.*

42 *In dubio teſtis, qui dicit, quod tantum daret, licet expreſſè non dicat ſecundum communem æſtimationem, videtur tamen ſe retuliſſe ad illam.*

Quis præſumitur facere illud quod cõiter fit, & ad illud ſe referre, ad quod homines communiter ſe referunt. ibi.

43 *Teſtes ſatis eſt, quod concludant præſumptiuè iuris præſumptione in ciuilibus.*

Probatio præſumptiua in ciuilibus ſufficit. ibi.

44 *Teſtes circa æſtimationem deponentes, ſi ſunt plures periti, & magis ſagaces, licet ſimpliciter dicant, quod tantũ valet, quia tantum darent, tamen probant.*

45 *Aeſtimatio rei facilius fit per peritiſſimos architectores, vel per opificem exercitatiſſimum.*

46 *Notitia in æſtimatione iuncta cum peritia facilè præſumi facit commune iudicium.*

47 *Teſtes licet ſimpliciter deponant, vt in capitulo, quod ſecundum communem æſtimationem res tantum valebat, tamen probant.*

48 *Teſtes circa æſtimationem deponere debent non ſolum ſuper quantitate pretij, ſed etiam ſuper qualitate rei.*

49 *Teſtes in probanda æſtimatione rei debẽt reddere cauſam dicti ſui etiam non interrogati.*

50 *Non pertinet ad teſtem iudicare, ſed ad iudicem.*

51 *Teſtes ſuper æſtimatione, quomodo cauſam depoſitionis afferre debeant.*

52 *Aeſtimationem rei melius ſcire præſumuntur vicini.*

Teſtes de æſtimatione ad purgandam depoſitionem ſuã, de redditu rei deponere poterunt. ibi.

53 *Teſtes ſuper æſtimatione, an probẽt ſine ratione cauſæ ſuę.*

54 *Teſtis in æſtimatione in quã opus eſt magna ſubductione rõnum dicti ſui rationẽ reddere dẽt, et nõ interrogatus.*

Secus in æſtimatione frumenti, vel annonæ, vt nu. 55.

56 *Teſtes circa æſtimationem, quando deponerẽt ſe vidiſſe plures volentes emere talem rem tanti, uel tali pretio non tenerentur aliam rationem depoſitionis reddere.*

57 *Rei ſatis demonſtratæ fruſtra alia additur demonſtratio.*

58 *Teſtibus ſuper æſtimatione ſatis eſt, ſi pingui, vt aiunt, Minerua reddãt rationẽ ſuæ depoſitionis & rei æſtimationis.*

59 *Teſtis rationem reddere non debet, quando eius dictũ tacitam includit rationem per ſenſum corporis.*

60 *Aeſtimatio immobilium probatur melius per teſtes vicinos, q̃ per alios, quia præſumuntur ſcire id, de quo queritur.*

61 *Teſtis deponens ſuper æſtimatione rei prophanę, ſi reddat rationem, quia ſum vicinus, probat.*

62 *Probatio æſtimationis per rationem, quia ſum vicinus, nõ ſufficit in æſtimatione precij beneficij, vel in aliqua alia re prophana.*

63 *Teſtes, qui minorem affectionem in æſtimatione rei oſtendunt, præferuntur, ſed hoc arbitrio iudicis relinquitur.*

64 *Teſtes ad probandũ æſtimationẽ rerũ immobiliũ debent addere, quod ante, & poſt per multos annos tantum valebant, alioqui concludenter non probant æſtimationem.*

65 *Pretium, quod durauit momento temporis non attendiũ.*

66 *Diſtinctio, an tempus ante, & poſt debeat intelligi de pluribus diebus, vel de pluribus annis.*

67 *Bona diſtinctio debet eſſe, & fieri de eo, de quo ſermo eſt.*

68 *Valor & pretia rerum ex tempore, & ex locorum diuerſitate variantur.*

69 *Teſtes fictabiles, vel maſſarij non probãt, ſi ſingulares ſint, & in cauſa propria deponant.*

70 *Teſtes circa æſtimationem non ſimpliciter deponere debent rem tantum communiter uendi, ſed etiã addere hęc verba, homini ſcienti qualitates rei.*

1 ÆSTIMATIONEM rei † probari poſſe per teſtes aſſeruit. gl. in §. fi. inſt. de uer. obl. in uerb. probare cui accedũt Bar. nu. 17. cũ ſeq. & Alex. n. 10. in l. pria. ff. ad l. Falc. & ibid. communiter DD. ut etiã teſtatur Ang. in d. §. ſi quis agens inſti. de act. nu. 4. uerſ. quinto modo ubi ſubiungit Angel. huiuſmodi probationem eſſe per q̃ difficilẽ: cum rei pretium non cadat ſub ſenſum corporis teſtis ſed ſub iudiciũ intelligentiæ. Eſt enim cla-
2 rum teſtem † deponere per ſenſum corporis actui cõgruentẽ, & elicere eſt ex I. C. reſponſo in l. qui teſtã. §. fi. & ibi latè Bart. & Doct. ff. de teſtam. & meminit Ang. in d. §. ſi quis agens. nu. 9. & non per iudiciũ mẽ-
3 tis; nam non ad teſtem, † ſed ad iudicẽ ſpectat iudicare. auctore Ang. ubi ſup. d. nu. 9. & docuit Bart. in d. l. 1. ff. ſi cer. pet. & teſtes plerunq; neſciunt in iſtis ſatis deponere, prout iura diſponunt, aut cõcordes, & conteſtes eſſe, ut Bar. in d. l. 2. col. fin. C. de reſc. uend. & ibi Pantha. de Crem. nu. 309. tñ inquit Ang. ubi ſup. cõiter omnes id probare, quod ſi fiat articulus prout ſup. in Concluſione æſtimatio ex redditibus demonſtra-
4 uimus, ideſt † illum fundum cõiter cenſeri eſſe tanti redditus, & iſtiuſmodi fundos ibi ſitos, ubi fundus ille iacet, tanti eſſe prouentus, poſſit teſtis facilè deponere prædicta uera eſſe, eo q̃ ſæpius dicat ſe uidiſſe ita in uſu obſeruatũ fuiſſe, undè concludit iſtum eſſe bonũ articulũ: cui proculdubio patrocinatur, q̃ habetur per gl. in d. l. 2. C. de reſcin. uend. q̃ gl. ſequi Bar. Bal. & alios teſtatur Panth. de Cre. nu. 337. uer. 1. ubi uerſ. ſe-
5 cundo † ponit aliũ modũ articulãdi, uidelicet q̃ prædium iſtud de quo agitur cõiter tanti uenderetur homini ſcienti eius conditionem, & quantitatem exprimendo pretium certi tpis ante, & poſt, ut per eum.

Primò ampliabis & intelliges, ut procedat Cõclu-
6 ſio, qñ non adeſſet dolus, † rectè enim tunc probatur per teſtes: quod ſi huiuſmodi æſtimatio petatur ex dolo alterius, tunc probari poteſt per iuramentum contra ipſum doloſum: ita inquit gl. in §. fi. inſtit. de uerb. obli. & explicabimus in concluſ. æſtimatio per iuramentum. & in concluſ. Damnum, egimus.

7 Secũdò loco amplia, & intellige, † ut magis credatur teſtibus habentibus notitiã eius rei bonitatis, & qualitatis intimæ. teſtib. Bar. & Ang. l. ſi quis. §. ſtatuliber. ff. de fur. & comprobat Franc. Cur. in addit. ad Alex. in l. prætia. in uerb. peritorum. nu. 6.

Tertiò

8 Tertiò velim amplies & intelligas, † vt duobus te
ſtibus conteſtibus deponentib. de maiori ſumma æſti
mationis fides adhibeať. licet ſint maioris numeri de
minori ſumma, cum inter oẽs conueniat de minori:
ita conſuluit Alex. conſ. 64. viſa conſultatione præ-
miſſa, lib. 2. per totũ, nã inquit, licet ſteť maiori nume
ro teſtium tamen non ſequitur, ergò non probant
de maiori ſumma, quia non excludunt ipſam æſti-
9 matione͂ non fuiſſe maioris ſummæ, † licet deponant
de minori: per l. cũ furti. ff. de in lit. iur. & ibi Bart. vbi
ille, qui iurat rem conſtare 10. non eſt periurus, licet
res pluris conſtet: quia non vř iuraſſe pluris non con-
ſtare: & ita tenet Bar. in l. fi. §. qui indiuiſam, C. de præ
dijs naui. lib. 10. cui adhæret Hercul. in tra ct. de prob.
negat. nu. 254. ſic rñdit Alex. in conſ. 64. viſa conſul-
tatione præmiſſa. num. 7. verſ. ad ꝙ oſtendendũ. lib. 2.
Sed Bal. d. l. 2. col. fi. aliam reddit rõnem, q̃ refert Cur.
iun. adhærendo huic opinioni in addit. ad Alex. in l.
precia, ff. ad leg. falc. nu. 11. verbo eſſe verã. ſub fin. nã
inquit, ꝙ ideò creditur magis deponentibus de maio
ri, q̃ deponentibus de minori ſumma; quia deponen-
tes de minori precio negant, & deponentes de maio-
10 ri affirmãt, & ideò plus crediť affirmantib. q̃ neganti-
bus: vt placuit gl. in l. die͂ proferre. §. ſi plures. de arbit.
& teſte͂ adducit Alex. in conſ. 110. incip. viſis acutiſſi-
mis. nu. 5. vol. 1. & in cõſ. 54. circa primũ dubiũ. nu. 6.
vol. 6. & refert gl. in l. hæredes palã, in prin. & ibi Doc.
ff. de teſta. & teſtanť gl. & DD. in c. 1. de reſcri. in 6. at-
que Imol. in c. 1. in vlt. chart. de empt. & vend. & con
ſulas DD. in l. 2. C. de reſcin. vend. & inquit Alex. in l.
qui quartam. ff. de leg. 1. l. 1. §. ſi ſtipulanti, ff. de verb.
oblig: & ibi Alciat.

Quæ ratio Curtij procedit, qñ expreſsè negaretur
plus vltrà valere, aliàs ſecus: per l. cũ furti, ff. de in lit.
11 iur. † Vnde ſi vnus teſtis deponat re͂ conſtare 10. duo
verò deponant quindecim, licet oẽs cõcurrant, & cõ-
ueniant in illis decem, & ſic in minori ſumma, tñ cre
dendũ eſt deponentib. de maiori, ſcilicet de 15. per d.
l. cũ furti, & per rõnes adductas ab Alex. in d. cõſ. 64.
col. 2. lib. 6. & ibi per tot. conſ. ꝑterea quia teſtes poſ-
ſunt coarctare negatiuã, puta ſi dicerent nõ potuiſſe
fieri, quin ipſi de eo haberẽt notitiã, quo caſu ita cre-
12 die͂ † teſtibus negatiuè deponentib. ſicut alijs affirmã
tibus, vt per Bar. & alios d. §. ſi plures. quinimo ma-
gis tunc crederet deponentib. negatiuã ſic coarctatã.
c. cũ eccleſia ſutrina. & ibi Bald. de cauſ. poſ. & ꝓprie.
& alibi ſæpe DD. vt refert Gabrie. de teſtib. conclu. 4.
nu. 3. Ite͂ quia non plus crediť affirmantib. q̃ neganti-
13 bus, † qñ deponunt ſuper ijs, quæ magis percipiunť
iudicio intellectus, q̃ ſenſu corporis, vt per Bar. d. l. die͂
proferre, §. ſi plures & Gabr. vbi ſup. nu. 14. non vř hu
iuſce rationis aliqua ratio habenda, vt ex traditis per
Panth. de Crem. d. l. 2. nu. 340. C. de reſcin. vend.

14 Primò reſtringe, † vt ſi vnus teſtis deponat re͂ cõſta
re 10. alter 16. alter 20. hoc caſu non ſit fides habẽda
deponẽti de minori illa ſumma 10. teſte Alex. in cõſ.
64. nu. 9. lib. 2. nã licet qui deponit de minori ſumma
videať repugnare alijs, per hoc nõ debilitať, nec im-
minuiť dictum eorũ, qui ſunt plures, & ſic reprobatur
per alios duos, ex eo ꝙ ipſe innuere vř rem non vale-
re vltra decem, alij aũt duo ſunt concordes, qa vltra
10. inter ipſos conuenit in 15. & licet in alijs quinque
additis à tertio diſcrepant, tñ illa diſcordia non attẽ-
ditur, poſtq̃ tertius in eo eſt vnicus, & in 15. ſunt duo
re vera, nam cũ tertius deponit de 20. includit ẽt 15.
15 Quocirca reſtringiť ſupra allata ampliatio † in hoc,
iſto nempè caſu non attendi deponẽti de maiori ſum
ma, ſed de media: ita tenuit Saly. in l. 2. C. de reſc. vẽd.
verſ. Ite͂ iuxta hoc q̃ro qd ſi de trib. & ita nuncupatim
ſequiť Alex. d. conſ. 64. nu. 9. & ide͂ Franc. Aret. in d. l.
ex facto, §. ite͂ q̃ro, col. 3. ff. de vulg. & pup. & latè Her
cul. de ꝓban. negat. nu. 253. vt & cõfirmauit Pãth. de
Crem. d. l. 2. poſt nu. 341. verſ. 3. loco. C. de reſc. vend.

16 Secundo loco intelliges, & limitabis, † vt iſti teſtes
non probent, ſi deponerent in facto proprio: ita intel-
lexit & limitauit addit. auctor ad d. cõſ. Alex. ſub nu.
7. in verb. contraria. lib. 2.

Poſtremo limitandum eſt, vt nec ẽt iſtiuſmodi te-
17 ſtes fide͂ faciãt, † vbi debẽt deponere de toto facto, vt
in teſtõ nũcupatiuo dixit Bal. in l. cũ antiquitas. nu. 5.
verſ. in contrariũ vř. C. de teſta. que͂ refert & ſequitur
idem addit. auctor ad d. conſ. Alex. 64. vbi ſup.

Teſtes itaque (quod velim diligenter obſerues) nõ
18 vno modo † circa æſtimationem rerum deponentes,
poſſunt tanquam concordes admitti: eſt reſponſum
ab Ant. de Burr. in conſ. 52. nu. 2. vbi per totum illud
conſ. examinat hoc ide͂. Intellige multò fortius pro-
cedere, ſi vnus deponit de minori, puta 10. & duo cõ-
iunctim cõueniant in eade͂ quantitate, veluti 15. aut
19 20. † nã multò fortius valet eorũ dictũ de maiori ſũ-
ma, teſte Sal. in d. l. 2. nu. 26. & ſeq. C. de reſc. vẽd. vt &
cenſuit Franc. Aret. in d. l. ex facto §. ite͂ quæro. col. 3.
in 3. concl. & fuit cautũ ab Alex. d. conſ. 64. nu. 9. li. 2.
& proſequitur idem Panth. de Crem. d. l. 2. poſt num.
341. verſ. primo itaque quærit. C. de reſcin. vend.

Quartò reſtringas cande͂ tertiã ampliationem non
eſſe verã, ſi tantummodò ſint duo teſtes, qui deponãt,
20 † ideſt, vnus deponat de minori, alius de maiori, nã
hoc caſu ſtať deponenti de minori: vt voluit Alex. in
d. cõſ. 64. nu. 12. verſ. non obſtat dum allegatur, vbi in-
quit, ita loqui & intelligi Bal. in l. 1. C. de teſta. vbi di-
cit, ꝙ teſtes videntur probare in minori ſumma: & ita
etiam loquitur Pau. Leazar. in conſ. incipien. Contra
inſtrm debiti opponitur. Nam licet deponens de mi-
nori, non contradicat deponenti de maiori ſumma: ꝑ
d. l. cum furti. C. de in lit. iur. tñ cùm fieri non potuit,
vt ambo probent in maiori, quia in eo non ſunt duo,
ꝙ verò econtrà ſi quod cum ipſi duo in minori ſum-
21 ma cõueniant, ideo ſtatur deponenti de minore: † nã
deponentes de maiori, amplectuntur ẽt minore͂ ſum-
mam, nec dicuntur ſibi ipſis contrarij: per d. l. cũ furti.
& alia adducta per d. Alex. in d. cõſ. 64 nu. 12. cui ſen-
tentiæ illud patrocinatur quod de teſtibus ad inſtra
procedat, arg. l. in exercendis, C. de fid. inſtru. & c. cũ
22 Ioãnes. ext. eo. tit. quo ſuppoſito dico, † quod ſi de eo-
dem facta duo reperiantur inſtra, quorum vnum ma
iorem ſummam contineat, aliud minorem, ſtandum
ſit illi in quo minor ſumma continetur: vt l. Sempro-
nius Proculo. ff. de leg. 2. & declarat Bal. in l. Impera-
tor, poſt nu. 4. verſ. ſed nunquid per vnum inſtrumen-
tum. ff de ſtat. hom. cum adductis ab Alex. d. conſ. 64.
nu. 6 idem voluit Bal. in l. cũ proponebatur. ad fi. per
Septimò limita, vt concluſio locū non habeat in
40 eo. † qui tenetur ex quaſi delicto. vt no. Azo in ſum.
tit. ad leg. Aquil. poſt nu. 29. quem refert, & ſequitur
idem Fran. Curt. in repet. d. l. admonēdi. poſt nu. 347.
verſ. ſecundo limitatur. & ibidem Iacob. Pet. de Pro-
lomeis nu. 120. verſ. 4. fallit.
Intelligas concluſionē, vt ſi ille, qui debet probare
rei æſtimationē, nō probauerit plenè, ſed ſemiplenè,
41 veluti per vnum teſtem, † tunc non deferatur iuſm
in ſupplementū, & defectum probationis, ita monuit
Bal. in fi. l. vnicæ. C. de ſenten. quæ pro eo quod, & c.
& idem probauit Alex. in conſ. 109. incip. viſo pceſ-
ſu. nu. 16. lib. 4. & hac ratione præcipuè mouetur, quia
de æſtimatione faciēda veriſimiliter haberi poſſunt
plures teſtes: quo caſu pp ſuſpicionem, quæ eſt cōtra
vnum producentem non defertur prædictum iuſm,
vt ibi per eum, & per ſcribentes in l. admonēdi. ff. de
iureiu. vbi Curt. Sen. col. 63. in 23. fallent. & Iaſ. ibid.
poſt nu. 296. verſ. 31. atq; Rip. ibid. nu. 183. verſ. limi-
tatur ſecūdo. & Dec. in l. quatenus. nu. 4. ff. de reg. iur.
licet loquatur de probatione intereſſe, & in cōſ. 322.
viſis conſilijs, ſub nu. 3. col. 2.
Reſtringe hanc intelligentiam locum ſibi non vē
42 dicare, † ſi ad probandam æſtimationē plures teſtes
produxiſſet, & ſemiplenè probaſſet, nā tunc ceſſante
illa ſiniſtra præſumptione contra vnum teſtē produ-
centem, vt per Alex. d. conſ. 209. tunc eſſet deferen-
dum iuſm ſuppletiuum, prout in alijs cauſis ciuilib.
propter rationis identitatem. ita inquit Cagno. d. l. 2.
nu. 270. q. 49. C. de reſcind. vend.

CONCLVSIO DCLXI.

ARGVMENTVM.

Æſtimatio fructuum an per teſtes probetur.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio fructuum probatur per teſtes deponentes fru-
ctus perceptos, uel qui percipi potuerunt, ualuiſſe tot om-
ni anno, uno pro alio computato. Diſtingue, ut nu. 2.*
2 *Teſtes quando ſunt affictabiles, uel maſſarij, & ſingulares,
& de æſtimatione fructuum ad pecuniam redactorum
non deponunt, non probant.*

1 Aeſtimatio præterea fructuū † probaē
per teſtes deponentes fru-
ctus perceptos, vel qui percipi potuere, valuiſſe omni
anno cōputato vno pro alio, veluti 10. ita loquutus
eſt Bal. in conſ. 437. ſuper dubijs. nu. 4. vol. 3. Aud. ve-
rò Barb. in cōſ. 114. nu. 2. in 2. par. vol. 2. ita diſtinguit,
aut loquimur quò ad fructus pceptos, & tunc pbaē
2 per teſtes, qui inter fuerint receptioni, prout ſup. † aut
loquimur de percipiendis, & tunc probaē per conie-
cturas, veluti illius anni, quo fructus pcipiunē, & pro-
baē per redditus vicinorū, qui poſſident terras eiuſdē
bonitatis, & qualitatis, ex adductis ibi per eū patet, &
ad hoc faciunt ſupra notata in eadem concl. æſtima-
tio per redditus, ſupra à nobis explicata.
Hanc concl. limita, qn huiōi teſtes eſſent affictabi-
les, vel maſſarii, vt noſtri dicunt, & quilibet vnus per
ſe deponeret qp ſolueret tot ſaccos frumenti, alius tot
3 fabarū, alius tm vini. † nam hoc caſu tanq̃ ſingulares,
& quia ēt de æſtimatione dictorum ad pecuniam re-
dactam non deponunt, non probant, ad tradita per
Paul. Caſt. cōſ. 148. incip. Mariotus, col. 2. in fin. in an-
tiq. eſt in nouis in conſ. 302. par. 1. quem refert Hiero.
Cagn. d. leg. nu. 239. C. de reſcin. vend. de qua limita-
tione, vide quæ diximus ſupra in concl. æſtimationē
rei immobilis per teſtes, in quarta limitatione.

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO DCLXII.

ARGVMENTVM.

Æſtimatio iurium, & actionum quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio iurium, & actionũ probaſ eo modo, quo res corporales.*
Appellatione rerũ veniunt iura, & actiones. ibi.
2 *Dubium euentum litis æſtimari debet, poſteà quam deducti ſunt labores, qui poſſunt fieri, & expẽſę in litigio, & executione fienda.*

1 ÆSTIMATIO iurium & actionum probaſ eo modo, † quo rei corpora-
lis, p d.l. precia. ff. ad legem falc. & d.l. ſi ſerua. ff. vnde
vi. nã & appellatione rerũ veniũt iura & actiones, vt
probatur ex reſponſo I.C. in l. 1 ff. ſi cert. per. & in l. rei
de verb. ſigni. minus tñ valent, & æſtimanſ, quàm res
ad quas competunt: vt inquit Hieron. Cagn. d.l. 2. C.
de reſc. vend. nu. 254. vnde dicebat Pantha. de Crema.
in repet. d.l. 2. C. de reſcin. vend. nu. 156. nõ debere fie-
ri æſtimationem illius totius, ꝙ debetur in actione,
2 † ſed. prius debere deduci labores qui poſſent fieri, &
expenſæ in litigio, & exequutione fienda, & poſtea
deberi eſtimari illũ dubiũ euentũ litis. l. ꝙ debeſ. ff. de
pecu. l. Lucius. §. fi. vbi gl. & Bart. not. ff ad trebell. &
quod iſta fuit notabilis practica glo. l. per diuerſas, in
ver. alijs cauſis, quam ibi ſequitur Bar. C. manda. per
eum d. nu. 256. cum ſeq. vbi ẽt loquitur de venditione
ñactus ſeſis, debiti conditionalis in diem, de venditio
ne, & æſtimatione hæreditatis, & an in ea poſſit habe
re locum remedium d.l. 2. de venditione iuris, ꝙ quis
putat ſe habere, & non habere, de venditione & æſti-
matione vſusfructus formalis, actionis contra inopẽ
venditorem, & qualiter dignoſcatur iuſtum precium
commune in annuo cenſu, vel redditu, vel in fundis
prædij, aut caſtri, venditis ad vitam.

CONCLVSIO DCLXIII.

ARGVMENTVM.

Æſtimatio an iuſta probetur ex taxa facta à teſtatore.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio ex taxa facta à teſtatore iuſta probatur.*
2 *Aeſtimatio dicitur ẽt iuſta, ſi taxata ſit à lege, aut ſtatuto.*
3 *Teſtator ſi grauauit vendere non expreſſo pretio, tunc intelligitur de iuſto.*

ÆSTIMATIO probatur iuſta † ex taxa facta
à teſtatore: vt per Paul. Caſtr.
conſ. 364. incip. dubium, in antiq. quẽ refert & ſequiſ
Cagn. d.l. 2. nu. 268. licet nõ inuenerim iſtud conſ. in
meo lib. facit tñ non nihil cõſ. quod eſt in nouis 177.
2 par. 1. vnde etiam Cagn. vbi ſupra nu. 268. inquit, † ꝙ
etiã dicatur iuſta, ſi taxata ſit lege, aut ſtatuto. nã de
ea partes conqueri non poſſunt, vt teſtatur Bar. Vero.
in tract. de ſimulat. contract. in a. præſumpt.
Limita ꝙ dictum eſt de teſtatore, vt procedat, qñ
teſtator grauaſſet vendere, & in grauamine expreſſit
3 certũ preciũ, † ſecus ſi grauaſſet nõ expreſſo ꝑcio, tũc
eñ intelligereſ de iuſto. l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe.
de leg. 1. & ibi Alex. in prin. & ita limita Ro. in l. ſi qs
cũ aliter ff. de ver. obl. Qđ declara ꝓcedere, niſi teſta
tor errore ductus putaſſet preciũ per eũ taxatũ fuiſſe
iuſtũ, cũ non eſſet, vt per Alex. d. §. meminiſſe. & Pan
tha. l. d.l. 2. nu. 99. verſ. ſexto limitaſ. C. de reſc. vend.

CONCLVSIO DCLXIIII.

ARGVMENTVM.

Æſtimatio an probet præſumptiuè emptionem.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio, vt plurium probat præſumptiuè emptionem.*
2 *Aeſtimatio probat præſumptiuè emptionem non ſolũ in rebus mobilibus allodialibus ſed ẽt in rebus emphyteuticis niſi natura principalis contractus repugnaret, vt n. 3.*
3 *Fundus æſtimatus datus in dotẽ in dubio habeſ ꝓ empto.*
4 *Electio eſt mariti an velit reddere rem ęſtimatam, vel eiuſdem precium.*
5 *Aeſtimatio probat præſumptiuè emptionem, ſiue fiat, ſiue committatur arbitris, ſeu alteri perſonæ.*
6 *Aeſtimatio in dubio emptionem præſumere facit etiam in re in dotem tradita.*
7 *Res dotalis æſtimata citra cõſenſum vxoris à marito alienari non poteſt, perinde ac ſi mere dotalis, & non æſtimata adhuc eſſet.*
8 *Maritus, vel eius hæres ſoluto matrimonio teneſ reſtituere pecuniam, non res, etiam ſi mulier dederit dotem partem in pecunia, partem in veſtibus tanti æſtimatis.*
9 *Aeſtimatio facit emptionem etiam in contractibus, quorũ natura eſt indifferens circa tranſlationem dominij.*
10 *Contractus non videtur interpretandus eo, vt quis delinquat, cum nullus delinquere præſumatur.*
11 *Aeſtimatio non facit emptionem, ſi non eſt congrua, neq; reſpondet precio rei.*
12 *Aeſtimatio non probat emptionem, quando in contrariũ apparet tacita mens contrahentium.*
13 *Aeſtimatio probat emptionem, quando fit ad hunc finem, ut illam faciat, ſecus ſi ſolum fit ad cognoſcendum precium rei.*
14 *Aeſtimatio facit emptionem, quando fit à principio in ipſa rei traditione.*
15 *Aeſtimatio non facit emptionem, quãdo fit in animalibus datis, ut aiunt, in ſocidam æſtimatis.*
16 *Aeſtimatio rei dotalis facit emptionem, quando maritus eſt ſoluendo.*
17 *Aeſtimatio non facit deſinere fundũ eſſe dotalem, quando actum eſt, ut talis fundus reſtituatur pro eodem precio.*
18 *Aeſtimatio emptionem non facit in contractibus de quorũ natura eſt, ut dominium non transferatur.*
19 *Dans res æſtimatas, licet uideatur uendere, non tenetur ad duplum.*

1 ÆSTIMATIO † vt plurimum probat præ-
ſumptiuè emptionem, vt tra
didere Alex. & DD. in l. ex cõuentione. C. de pactis:
cui concl. ſuffragatur. l. 1. cũ gl. & gl. in l. ſi inter. in gl.
* 1. * communiter approbat. C. de iur. dot. & l. plerun-
que. ad fin. ff. eod. tit. hoc idem voluit Io. de Imo. in l.
ſi æſtimata. ff. de fund. dotal. & ibidẽ Bald. & aſſeruit
Imo. in l. æſtimatis. ff. ſol. mat. ſic quoq; reſpõdit Ber-
tran. conſ. 71. nu. 4. vol. 3. ita cautũ eſt à Pariſ. in cõſi.
64. nu. 17. vol. 4. & habemus ex l. 1. §. ęſtimatarum, §.
æſtimatos. C. de rei vxo. act. & ex l. 3. & ibi Bart. ff. lo-
cat. vt ẽt placuit Hier. Butigel. in repet. l. mutuum, §.
creditum. nu. 20. ff. ſi cer. pet. Imo. dicta vera vẽditio.
in d.l. plerunque. §. ſi ante. ff. de iur. dot. & l. quoties.
eo. tit. dſ quod huiuſmodi re data æſtimata euicta cõ
petat actio ex empto, & colligimus ex l. quotiens, &
ibi dixit Bald. C. eo. tit. & in l. in reb. in princ. in verb.
* æſtimatæ, & ibi * cõiter DD. C. d. tit. & id præter cæ-
teros egregie declarat Bar. in l. ſi vt certo. §. nunc vi-
dendũ. col. vlt. ff. cõmod. & in l. 1. §. 1. col. 2. ff. de æſti-
mat. actio. idẽ ſenſit Alex. in conſ. 79. elegãter. col. 2.
ver. tamen hoc non obſtat poſt nu. 1. lib. 3. & in conſ.

Digitized by Google

156. viſo Inſtrumēto. col. 2. nu. 7. lib. 6. cui accedit Frā.
Aret. conſ. 84. diligenter col. 2. ver. videndū ergo, vbi
& id optimè declarat, quod ſcitu ſingulare cenſuit Fran.
Crem. in ſing. 19. habebis millies, vt & cautum eſt à
Corn. conſ. 1. pro deciſione. col. 4. verſ. itaq; fuerunt.
lib. 1. ita conſuluit Soc. cōſ. 289. difficultas. col. 1. verſ.
ſed præmiſſis ſub nu. 1. lib. 2. nec id præterit Dec. cōſ.
62. In cā D. Lucretiæ col. 2. verſi. 3. non obſtat. nu. 11.
neq; latuit Ant. Rub. conſ. 5. Prò fundamento col. 1.
hoc aſſeuerauit, & Io. Lup. in repet. rub. de don. inter
vir. & vxor. §. 17. col. 1. vet. iſtud tamē, & cauit Paris,
qui alios adducit in conſ. 81. in præſenti. nu. 10. lib. 3.
hos ſequutus eſt Ruin. in conſ. 134. Quantū ad id. nu.
2. vol. 4. latè Tiraq. in tract. de vtroq; retract. tit. de re-
tract. lignagier. §. 1. gl. 14. nu. 19. 20. 21. 22. 23.

2 Primò ampliabis concluſionē procedere† non ſo-
lum in rebus mobilibus allodialib. ſed etiam in rebus
emphyteuticis, vt ait. Tiraq. vbi ſup. n. 21. vndè ſi em-
phiteuta dedit in dotē bona emphyteutica æſtimata,
venditio eſt actò; vt in ea requiratur conſenſus Do-
mini, vt in cæteris mens venditionibus teſte Imol. in
c. potuit. col. 9. ver. tangit etiam hic, ex. de locat. quod
& cōprobat Spec. eo. tit. §. nunc aliqua. verſ. 110. huic
fauet contex. in l. prец. C. de reſcin. vēd. & quod ſcri-
bit gl. in l. naturalis. §. ſed ſi ſciphos. ff. de preſcr. verb.
periculo meo.

Quòd limita, & intellige, niſi natura principalis cō-
tractus repugnaret: vt ſenſere Cyn. & Bald. in l. 1. ille
col. vlt. hic col. 3. verſ. 3. quæro. C. commod. & reſpō-
ſum eſt à Petr. Anch. conſ. 72. tantam, paulo ante fi.
& Tiraq. vbi ſupr.

Secundò amplia cōcl. tum maximè procedere, ſi is,
cui datur fundus æſtimatus, ſuum, quem pro eo tradit
venalē habuerat, & expoſuerat, vt tradit Nic. Mar. in
l. 1. C. de rer. permut. & probauit Ang. in l. ſciendū. §.
s. C. de rer. permut. per tex. in d. l. 1. C. de rer. permut. &
meminit Tiraq. vbi ſupr. in loco proximè ſupra alle-
3 gato. nu. 22. vbi latè. Ex quo fit,† vt fundus æſtimatus
datus in dotē in dubio habeatur pro empto, vt ait Frā.
Crem. in d. ſing. 19. habebis millies, & poterit maritus
ſoluere æſtimationē, & retinere fundum, vel aliena-
re. nā talis fundus eo caſu deſinit eſſe dotalis, nec ha-
bet priuilegia l. Iuliæ. ff. de fund. dot. Vndè obiter ob-
4 ſeruandum eſt† electionē eſſe mariti, an velit reddere
rē æſtimatam, vel eiuſdem preciū. per d. l. pleruq; &
per Anch. in d. l. quotiēs. C. de iur. dot. ſecus ſi mulie-
ris eſſet electio in pacto. per l. quod ſi fundus. ff. de fundo
dot. & l. 1. C. eo. tunc enim manent priuilegia l. Iuliæ.

5 Amplia tertiò,† ſiue æſtimatio tunc fiat, ſiue com-
mittatur arbitris ſeu alteri perſonæ, quæ debeat æſtima
re, ſic Bar. Soc. conſ. 56. ſtantibus. col. 5. quem refert, &
ſequitur Neuiz. in ſyl. nup. fol. mihi. 191. in paruis. nu.
70 idem probaſſe videtur Alex. conſ. 79. lib. 5.

6 Amplia quartò† vt etiā in re in dotē tradita æſtima-
tio in dubio emptionem præſumi ſe faciat, hoc etiā
Ang. Alex. Soc. Neuiz. & Paris. auctoritate cōmuni-
ter receptum teſtatur Eman. Soarez. in libro commi.
opin. in verſ. æſtimatio. nu. 117.

Reſtringè ampliationē hanc, vt non poſſit tamen
7 res dotalis æſtimata† citra cōſenſum vxoris à marito
alienari, perindè ac ſi merè dotalis, & non æſtimata
adhuc eſſet, ſic Bar. Caſt. & alij in l. æſtimatis. ff. ſolut.
matr. & Petr. Anch. in lib. 2. quæſt. in q. 36. nu. 3.

8 Amplia quintò† procedere, ſi mulier dederit dotē
partim in pecunia, partim in veſtibus tanti æſtimatis,
vt quotidie fieri ſolet certè tenebitur maritus, vel eius
hæres, ſoluto matrimonio, reſtituere pecuniam non
res, ſic idem Neuiz. vbi ſupr. vbi ad hoc Soc. Io. Lup.
citat. ibiq; limitat hoc non procedere in alijs orna-
mentis, quæ mulier portauit à domo patris vltra do-
tem. Et has tres vltimas ampliationes probat & Bern.
Diaz. in lib. reg. tit. reg. 278.

Sextò amplies velim, vt æſtimatio faciat emptio-
9 nem, et in contractib.† quorum natura eſt indifferens
circa tranſlationē dominij, eò quod dominium poſſit ex
illis transferri, & non transferri, vt in cōtractu ſocie-
tatis, arg. l. cū fundus. in pr. ff. loc. & ſi Bal. contra niſi
ſenſerit in l. 1. nu. 10. verſ. octauo quæro. C. pro ſoc. &
in l. cum duobus. §. damna ver. cuſtos. & ſocius. ff. eo.
tit. pro ſocio. ita declarauit concluſionem noſtram
Philip. Corn. in repet. l. ſi paſcendam. nu. 7. & nu. 45.
C. de pact. reprobata Bal. ſententia vbi ſupra.

Hæc tñ ampliatio procedit. niſi ex tali interpreta-
tione emergeret contractus illicitus, ſiue fœneratitius,
10 † non enim vr contractus hoc pacto interpretandus,
vt quis delinquat, cum nullus delinquere præſumatur,
arg. l. merito. ff pro ſoc. & l. omnimodo. C. de inoff. te-
ſtam. Vndè tunc non poterit colligi ex æſtimatione
factam fuiſſe emptionē. vt idem dixit Corn. in repet.
d. l. ſi paſcenda. nu. 5. & nu. 45. cum ſeq. C. de pact.

Primò limita concluſionē ſibi locum nōn vendi-
care, ſi huiuſmodi æſtimatio non ſit cōgrua, neq; re-
11 ſpondeat pretio rei.† q a hoc caſu ipſa æſtimatio non
facit emptionē, vt ſcripſit Bal. in l. 1. col. 3. verſ. tertio
quæro. C. cōmod. quem refert, & ſequitur Fran. Aret.
in conſ. 84. Diligenter ponderatis. col. 2. quos omnes
ſequitur Paris. conſ. 81. nu. 11. vol. 3. vbi atteſtatur hanc
eſſe cōmunem opinionem, vbi alios citat, quam etiā
poſt eum, & Soc. iun. ab eo citatum ſequutus eſt Petr.
Anch. in lib. 2. quæſt. in q. 36. nu. 6. atq; Franc. Curt. in
repet. l. ex conuentione. nu. 12. C. de pact.

12 Secundo loco limitabis,† quando in contrariū ap-
pareat tacita mens contrahentium, vt idem reſpōdit
Paris. in d. conſ. 81. num. 16. per l. fi. C. de præd. cur. &
alios ad hoc allegat. ſic placuit, & Fran. Arc. in d. cōſ.
84. nu. 2. vbi in terminis id tradit. & Bal. in l. ex cōſue-
tudine. C. de pact. & Pet. Anch. vbi ſupr. nu. 5.

Tertiò velim limites, vt procedat, qñ fit ad hūc fi-
13 nem, vt faciant emptionem,† ſecus ſi ſolū fiat ad co-
gnoſcendū pretium rei, vt poſſit probari, ſi poſteà res
detrimento afficiatur, vt dixere DD. in l. ſi æſtimatis.
ff. ſol. matr. & confirmauere Cyn. Bal. Sal. & Iaſ. in l.
ex conuentione. nu. 2. C. de pact. & Fran. Cur. ibidem
ſub nu. 12. verſ. quarto limitabis.

Quartò limita, qñ æſtimatio fit à principio in ipſa
14 rei traditione:† nā tūc facit emptionē: ſecus ſi poſteà
fieret ex interuallo: ita placuit Bal. & Sal. & Iaſ. in d. l.
ex conuentione, & ibi Franc. Curt. nu. 12. & ſequutus
eſt Fran. Aret. in d. conſ. 84. num. 2. & Petr. Anch. vbi
ſup. nu. 1. & 2. & ad idē Neuiz. citat. non enim videntur
tunc partes voluiſſe nouare contractum iam factum,
veluti ſup. fundo dotali. Hinc patet, quod ex tacita mēte
partium coniectura à lege tollatur illa præſumptio,
quod in dubio, æſtimatio faciat emptionem: vt Aret.
ibidem, & hæc mente Bal. in d. l. ex conuentione.

Quintò limita, qñ æſtimatio fit in animalibus da-
15 tis, vt aiunt, in ſocidā æſtimatis,† nā talis æſtimatio nō
facit emptionem, ex quo emolumentum non ſpectat
in totū ad paſtorem, ſecundum Bal. in l. ſi paſcēda, &
ibi Iaſ. vbi etiam Corn. in repet. nu. 6. & ſeq. & nū. 44.
& ſequ. vbi iſtud vberrimè explicat. & ibidem Franc.
Cur. nu. 7. C. de pact. & in addi. ad Spec. tit. de loc. col.
2. ad fi. ver. æſtimatis bonis datis in ſocidam, & corro-
borauit id Iaſ. in d. l. ex conuentione, & aſſeuerauit
Bal. in l. 1. nu. 10. verſ. octauo quæro. C. pro ſoc.

16 Sextò limita,† vt æſtimatio rei dotalis faciat em-
ptionē, qñ maritus eſt ſoluendo, aliàs ſecus: ita decla-
rant Bal. & Saly. in l. intereſt, ad fi. C. de vſufruct. cum
alijs adductis à Iaſ. in d. l. ex cōuentione, vbi inquit hāc
limitationē eſſe mēti tenendā, vt quod aliàs ita obtinuit
Mediolani in facti contingentia; de quo et nos me-
minimus ſupra in concluſione acceſſoriū, & latè per
Tiraq. vbi ſupr. d. §. 1. gl. 14. nu. 20. adde Petr. Anch. in
d. q. 36. n. 3. lib. 2. vbi ad hoc Bal. Neuiz. Franc. Crem.
Bal. Nouel. Soc. iun. et Rim. citat, ex quibus auctorita-
tibus pōt dici hanc limitationē eſſe cōiter receptam.

Extendas

17 Extendas dictam limitationem,†quando actũ eſt,
vt talis fundus reſtituatur pro eodẽ pretio, quoniam
tunc talis æſtimatio non facit deſinere fundum eſſe
dotalem,& res reſtituitur,& non æſtimatio,vt inquit
Ruin.conſ.134.nu.4. poſt verſ. ſed premiſſis non ob-
ſtantibus.vol.4.

Septimò velim limites,qñ natura contractus repu-
gnaret,in contractibus enim,de quorum natura eſt,
18 †vt dominium non trãsferatur,vt in depoſito, com-
modato,& cæteris iſtis ſimilibus, æſtimatio emptio-
nẽ non facit:vt docuit Bar.in l.ſi vt certo.§. nunc vi-
dendum,in fi.ff.commod.cui accedit Bal.in l.1.in 3.
q.nu.1.C.eo.tit.commod.motus inſigni reſpõſo La-
beonis in l.cũ manu ſata.§.nemo.ff.de cõtrah. empt.
nemo enim inquit Iureconſ. põt videri eam rẽ vẽdi-
diſſe,de cuius dominio id agitur, ne ad emptorẽ tran
ſeat hoc idem fuit reſponſum ab Alex.in conſi. 120.
qui opportunè ſub nu.3.ver.plus dici poſſe puto.vol.
6. qbus ſe ſubſcripſit Neuiz. in ſua Silua. nuptial. lib.
2.num.22.

Octauò limitare poteris, vt non procedat quãtum
ad hoc, quod ſicut in venditione venditor tenetur
promittere duplum,etiam ſi non ſit conuentum,non
19 tamen ſic iſto caſu:†quia dans res æſtimatas licet vi-
deatur vẽdere,non tenetur ad duplum:ita declarauit
Bald.Nouel.in tract.de dot. par. 7.priuil. 23.vt refert
eum,& ſequitur idem Neuiz.vbi ſupra.d. lib. 2. Silu.
nuptial.nu.32. in fi.

CONCLVSIO DCLXV.

ARGVMENTVM.

Æſtimi codex,an probet dominium, & poſſeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimi codex non probat dominium,neque poſſeſſionem. Contrar. nu. 2.*

3 *Res tantum valet,quantum in codice æſtimi deſcripta reperitur,etiam ad alium finem,quàm ad illum, ad quem deſcripta fuit.*

4 *Aeſtimum dominium probat,ſi ſcienter à vero domino in codice æſtimi res deſcripta eſt.*

5 *Præſumitur à iure,aliquem,actum nolle facere per quem in pœnam incidat.*

6 *Aeſtimum probat præſumptiuè,quem ampliora bona non habere,quam ibi deſcriptum ſit.*

7 *Aeſtimi liber probat quem eſſe,vel non eſſe ſoluendo.Contr. nu.8.Conciliatio. nu.9.*

10 *Aeſtimi codex bona in illo præſcripta oneribus obnoxia eſſe probat inter eaſdem perſonas eiuſdem territorij.*

Æſtimi, ſiue cataſtri codex an probet, latè tradidimus in cõcluſ.274.incip. cataſtrum,& in concl.dominium per cataſtrũ, ſeu æſtimum. Verùm quoniam arduum iudicandi noſtrum munus non permittit,vt concluſionum noſtrarũ materias ex animi ſentẽtia ſuis locis plenè poſſimus examinare; iccirco præſentia nonnulla in hac probationum materia cognitu neceſſaria,quę ob varias occupationes in ſuperioribus concluſionibus prætermiſimus, hic ſubiungere operæpretium duximus.

1 Aeſtimi igitur codicẽ†non probare dominiũ,neq;
poſſeſſionem,vltra eos,quos ſupra in dicta concl.do-
minium per cataſtrum adduximus,tenuit ẽt Bar.in l.
ſi pater, illam in compendium redigendo. C. de act.
emp.vbi tributi ſolutio rei poſſeſſionẽ nõ probat,ibi-
que eum ſequutus eſt Bal.nu.1.per l.quæ quiſq;.ff. de
acq.rer.dom.ad quod conſulas eundem Bal.in l.cen-
ſualis.C.de don.atq; Lanfr. de Orian. in c. quoniam
contra.nu.165.verſ.teſtiũ depoſitiones.de probat. ſic
reſpondit,& Alex.in cõſ.68. viſo proceſſu inter Ant.
Io.poſt nu.3.ver.bene facit illud.vol.3. & in cõſ.158.
in cauſa appellationis.nu.6.ver. non obſtat ẽt quædã
ſcriptura.vol.5.& in conſ.36.col.1.eo.vol.5.& in cõſ.
77.viſo proceſſu inter domin.Ant nu.11.ver.nec etiã
obſtat.vol.6.& in l.pretia rerum.col.2.nu.7.ff.ad leg.
Falc.latè Iaſ.in l.decẽ.col.6.& 7.ff.de verb.obl.adiũ-
gas Dec. in conſ.146.col.8.verſ.2.quia intentio. & in
conſ.428.nu.5.vbi tamen dicit adminiculum facere,
& ſaltem præſumptiuè probare.idem dixit ante eum
Bal.in conſ.37.quidam Nerius.nu.5.vol.5.Corn.etiã
in conſ.165.vol.3.aſſerit de iure non probare,cũ inter
rempublicam, & profiten.res agatur,tertio,q non in-
teruenit nullum dicitur præiudicium facere, niſi ſta-
tutum loci aliter diſponeret; quia illius verba diligẽ-
ter perſcrutanda eſſent de quo loquutus eſt Alexã. in
alijs terminis,in conſ.3.col.2.vol.4. dicitq; per hmõi
ſtatutum,ſi clarè loquatur, ſublatam eſſe quæſtionẽ,
an dominium,& poſſeſſionem liber ęſtimi probet.

2 A contraria ſñía†plurimi alij,ijq; optimi auctores
ſtetere,vt Bar.in l.iura, vbi etiã Alex.C.de omn. agr.
deſer.lib.11.in l.decẽ,in prin.ff.de verb. obl. quẽ om-
* nes*ſectantur,vt ſaltem probet præſumptiuè,qui per-
mouentur reſcripto Imp.Arch.& Hono.in l.vlt.C.de
præd.nauicul.lib.11. quo in loco reſcripſere Impera-
3 tores rem tantũ valere,quantum in codice æſtimi de-
ſcripta reperitur,ẽt ad alium finem,quã ad illum, ad
quem deſcripta fuit, huic ſententiæ accedere videtur
Bal.in l.vlt.nu.6.verſ.6.C.de magiſtr. conuen & in l.
iudicia.poſt nu.2.ver. ſecundum exemplum.C.de rei
vend.hanc eãdem probauit Caſtr.in l.ſcriniarios.nu.
4.C.de teſta.milit.& in d.l.ſi pater,poſt.n.2.C. de act.
4 emp.& quòd æſtimum dominium probet†ſi ſcienter
à vero domino in codice ęſtimi res deſcripta ſit,aliàs
non,reſponſum eſt à Fran.Bal.filio in conſ.1.num.1.
vol.5.inter eiuſdem Bal.conſ. Vndè conſequitur, vt
ſi rem communem, ſciens inſolidum eſſe ſuam, quis
deſcribat,ſibi præiudicet,teſte etiam Dec.in cõſ. 146.
pro tenui.ſub nu.13.& in cõſ.21.viſo puncto, ſub nu.
10. cum multis alijs ad hanc ſententiam confirman-
dam adductis ſcriptoribus à Nicol. Feſtas. in tract. de
collect.par.1.c.1.nu.41.cum plurib. ſeq.

Hanc opinionẽ ſi quis vellet ſequi,eam poſſet am-
pliare,vt eo magis procedat, ſi ab initio cõfectionis
æſtimi emanatũ eſſet,(vt perpetui moris eſt) procla-
ma cõtinẽs,vt vnuſquiſq; ſtatuto ſibi à Principe ter-
5 mino oĩa bona ſua profiteatur,ſub pęna,&c.†nam cũ
à iure aliquem actum nolle facere,per quem in pęnã
incidat,præſumatur.l.merito.ff.pro ſoc.& not.Bar.in
l.gerit.nu.19.verſ.circa tertium principale. ff. de acq.
hær.efficitur, vt æſtimum tunc probet præſumptiuè,
6 quẽ ampliora bona non habere†quã ibi deſcriptum
ſit.ita intellexit Alex.in d.l.decẽ.nu.17.verſ.poſſet p
concordia.ff.de verb.obl.cum pluribus ad hoc relatis
ab eodem Feſtas.vbi ſupr.nu.147.& alijs ſeq.

Ex hac poſteriori opinione præter illa,quę tradita
ſunt à nobis ſupra in Cõcluſione ęſtimatio rei poteſt
probari p librum æſtimi,& in Concl. emphyteuſ. fit,
7 vt ex hoc æſtimi libro poſſit probari quẽ eſſe,vel non
eſſe ſoluendo,vt docuit Bar.in d.l.decẽ,in princ.ff. de
verb.obl.cui adhæret Bal.in l.quæcunq; nu.21.verſ.p
inuentarium. C. de ſeruis fugit. & Panthal.de Crem.
in l.rem maioris.nu.301.C.de reſciu.vend.

8 Contrarium tamen†ſenſere Bald.Angel.Raph.&
Imol.in d.l.decem,& Imol.in d.c.Odoardus, extr.de
ſol.vt refert Alex.in d. l. decem.nu.17.vbi ea ratione
ſatis firma permouetur.non enim ſequitur, in codice
tot bona ſunt deſcripta, ergo plura non habet, debi-
tor,cum mobilia non deſcripta habere poſſet; ac in-
dies lucrari poſſit iuris præſumptione. l. ſi defunctus.
C.arbitr.tutel.

Sedat hoc pacto has ſcribentiũ diſſẽſiones Ale.in
9 d.l.decẽ.nu.17.verſ.poſſet pro concordia.†Nam, aut

eo tempore, quo codex conficitur procla ma editum eſt, vel loci ſtatutum diſponit, quempiam ſub pœna profiteri omnia bona ſua, & quia illũ delinquere velle à iure non præſumitur, codex iſte probabit, & hoc pacto Bart. accepta ſententia vera erit. Sed ſi ſtatutũ diſponeret quòd quis teneatur tantũ immobilia profiteri, vel curet deſcribēda omnia bona tempore, quo conficitur ſtatutum; tunc procedat opinio Bal. Ang. & aliorum ad quod conſulas eundem Feſtas. hæc eadem referētem in d. tract. de collect. par. 1. c. 1. nu. 58.

Illud poſtremò cōſequitur, codicem æſtimi bona
30 in illo præſcripta oneribus obnoxia eſſe ꝓbare † inter eaſdem perſonas eiuſdem territorij, ſi auctoritate publica cōfectus ſit ſeruatiſque à publicis perſonis, ſecus ſi alieni ſint territorij: ita cōfirmant Nicol. & Bal. in l. exemplo. in prin. ibiq; Sal. C. de prob. quibus accedit Alex. in auth. ſi quis in aliquo, fallen. 6. nu. 6. C. de eden. vt & reſpōdit Rom. in conſ. 105. viſo themate. in fi. ꝙ etiam obſeruauit Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de inſtr. editio. §. nunc dicendum, in addit. magna. verſ. quintum ſupputatum. ad quod hæc, aliaque multa cumulantur à Soc. ſen. in conſ. 187. col. 6. verſ. ſed præmiſſa, vol. 2. quod idem videtur ſenſiſſe conſulēdo Abb. in conſ. 34. quamuis crudite. nu. 11. cum ſeq. vt etiam idem Feſtas. comprobat vbi ſup. nu. 66. verſ. poſtremò quæritur, cum ſequen.

CONCLVSIO DCLXVI.

ARGVMENTVM.

Aetatis communia.

SVMMARIVM.

1 *Aetatis probatio difficilis.*
2 *In ætatis probatione plurimum proſunt indicia.*
3 *Aetatis probatio ad multa conducit.*
4 *Minor reſtitutionem in integr. petens probare debet ætatē.*
5 *Omnis contrahens præſumitur ætatis legitimæ, niſi probetur contrarium aduerte, vt ibi.*
6 *Aduocatus in ꝓbatione ætatis quid cautè aduertere dēat.*
7 *Probationis ætatis materiam vbiq; a ſcribentib. tractari.*
8 *Aetas legitima, & perfecta eſt 25. annorum.*
Aetas legitima, iuſta, matura, propria, & eius qui adoleuerit pro eiſdem habetur ibid.
9 *Aetas infirma eſt ſeniorum puerorum, & puellarum.*
10 *Aetas perfecta eſt annorum triginta.*
11 *Aetas plena eſt 25. annorum, & dicitur robuſta.*
12 *In probanda ætate requiritur, vt probetur principium, & finis temporis.*

1 Aetatis probatio † eſt admodum difficilis, vt ſentit Bart. in l. de ætate, nu. 7. ff. de minorib. dum dicit, quod quis naſcitur in occulto, & ibid. latè, & multum egregiè, ac ſubtiliter tractat hanc materiam probationis ætatis, quem refert ad illum ſe reijciendo Paul. Caſtr. in l. ſi minorē. nu. 3. C. de in integ. reſtit. & idem apertè ait Calc. conſ. 80. nu. 17. ꝙ & ſenſit Hier. Gig. in conſ. 37. nu. 25. id etiā dilucidè dixit Bal. in d. l. ſi minorem. nu. 2. vbi inquit hac
2 de cā, eo quòd ætas difficilè probatu † ſit, in huiuſmodi ætatis probatione plurimorũ prodeſſe indicia. idē tñ Bald. in conſ. 19. factũ tale eſt, quidam, in fi. vol. 5. concludit ætatem cōcludenter eſſe probandā, ad hoc citat tex. in c. præſentia, de probat. Quæ quidē ætatis probatio nō infructuoſa ad multa cōducit, vt ad ma-
3 trimonia cōtrahenda, † ad in integrũ reſtitutiones petendas, ad finiēdas tutelas: vt harũ trium meminit gl. in l. 2. in verb. ætatis. ff. de ferijs. hæc eadē ꝓbatio confert ad electionē alicuius, ueluti in clericũ, vel Epiſcopũ: vt ait gl. in c. presbyter, & Arch. 78. diſt. & in l. fi. C. ſi minor ſe maior. dix. Hęc ex ſe cuiliber in legũ philoſophia mediocriter verſato patere poſſunt. nam ſi minori reſtitutio ſit denegata propter ætatem idoneam, quam aduerſarius minoris aſſerit probatā fuiſſe, minor verò prætendat fuiſſe vitioſè probatam, vt per teſtes falſos, & ſimilia: tūc minor iterum ad pro-
4 bandam ætatem admittitur: † & hoc caſu minor reſtitutionem in integrũ petens probare dēt ætatem. quia eſt fundamentum, & baſis ſuæ intētionis, & quia agit contra ius commune, vt ait Bal. in conſ. 60. factum tale eſt. in fi. vol. 3. per l. intra vtile. ff. de minor. & l. nam & poſteà. §. ſi minor. ff de iureiur. ideò inquit Bald. in d. conſ. 66. quod ſemper præſumatur ætas contra cōtrahentem, & in l. 1. C. eo. tit. ſi maior ſe, &c. ait Bald.
5 ꝙ † omnis contrahēs præſumatur ætatis legitimæ, niſi probetur contrarium. Sed aduerte id tātum procedere in contrahente, ſecus in opponente, vel allegante beneficiũ ætatis, quũ non præſumitur in hoc caſu ætas, ſed probari debet, vt ait Fel. in c. in præſentia, nu. 28. ext. de prob. & infra plenius dicetur in concluſ. 1. quæ ſubſequitur, Aetatis cui onus probandi incumbat, in 2. limit. & in concluſ Minoritas. in concl. Maioritas. Aduocatus. n. in probatione ætatis prudenter, & cau-
6 tè aduertere debet † quādo teſtis recordatur de die naturali, nec tamen memoria retinet numerum annorum. nam tunc diligenter Aduocato inſpiciendũ eſt, vtrum ille annus ortus, vel menſis, in quo aliquid noui memoria dignum acciderit, exempli gratia: Scio Titium natum fuiſſe eo tempore, quo Imperator in Italiam Romam debellaturus, ſe cōtulit, & id genus alia. nam tūc vnus, vel duo ad ſummum teſtes probaredēnt hoc modo, vt dixi, & alij probaturi ſint numerum annorum, quod ſine vllo negotio fieri poterit: ita Bart. docuit in d. l. de ætate. col. 4. nu. 14. vbi etiam ait, ſolā probationem ætatis abſq; alia iudiciali pronunciatione ſatis eſſe ad hoc, vt pariat præiudicium.

7 Probationis autem ætatis materia, vbiq; à ſcribentib. tractatur, præſertim à Bar. in d. l. de ætate per totũ, ff. de minorib. a Sal. in l. ſi minorē. C. de in integ. reſtit. & in l. neq; C. de proba. à Bart. & Bal. in l. de tutela, C. de in integ. reſtit. minor. & in l. ſolam. C. de teſtib. de hac vero agunt iuris Pontificij profeſſores in c. Pubeｒes, ext. de impub. & in c. in præſentia, ext. de probat. & nouiſſimè proſequitur latiſſimè, et doctiſſimè Menoch. de arb. iud. caſ. 116. & 117. per totum. Soc. conſ. 3. n. 1. vol. 2. & Hoſt. ti. de deſponſ. impub. n. 5. & Caſt. in l. ſi minorē. nu. 3. C. de in integ. reſt. vbi ait, ꝙ Bart. quandoq; faſſus fuerit, ſe in elucidanda repet. d. l. de ætate, totũ quinquēniũ elaboraſſe, tantæ quippè huic inſunt materiæ ſubtilitates, & vtilitates, q̄ ēt quotidie ꝑ fora, & cauſidicorũ, & aduocatorũ ſubſellia verſet.

Profuerit ēt in hac materia, antequam ad concluſiones deueniamus, cognoſcere varias, & multiplices
8 ætates eſſe. † nam primo legitima, & perfecta ætas eſt 25. annor. vt l. fi. C. de his, qui veniam ætat. impet. Vnde obſeruandũ eſt in hac ætatem legitimam, ætatem iuſtam, ætatem maturam, ætatem propriam, & ætatē eius qui adoleuerit, pro eiſdem haberi, per l. cum filio
9 §. vlt. & ibi gl. ff. de legat. 3. † Aetas autem infirma eſt ſeniorum, puerorum, & puellarum, ex l. ciuitatib. poſt prin. ff. de leg. 1. Aetas vero tenera puerorum eſt, vt in auth. de reſtit. fideicommiſſ. §. illam vero, collat. 9.
10 Attamen † Aetas perfecta iuxta iuris Pōtificij profeſſores eſt annorum triginta: vt c. Epiſcopus. 83. diſt. Puer etiam dicitur vſque ad 14. annum interdum vſque ad 18. l. Mela, poſt prin. ff. de alim. leg. Iuuenis autem dicitur poſt 25. annos vſq; ad ſenectutem excluſiuè l. non aliter, §. vlt. ff. de leg. 3. Item † eſt ætas plena
11 25. annorum. l. fi. §. neceſſitate. C. de bon. quæ lib. quæ etiam dicitur robuſta ætas. l. ſi maritus. §. lege Iulia, ff. de adul. & hæc omnia annotat Luc. de Pen. in l. cum vos, circa fi. 2. col. C. qui ætat. vel profeſſ. ſe excuſ. lib. 10. & de numero variarum ætatum notatur in l. 1. §. puertiam, ff. de poſtulan. & latè per Petr. à Duen. in reg. 259. in 2. ampliat. vbi etiam priuilegia ætatis minoris recenſet. Ad hæc Bal. in conſ. 19. nu. 3. vol. 5. ait

12 † in

Digitized by Google

12 † in probanda ætate requiri, vt probetur principium, & finis temporis, quia ætas nihil eſt aliud, niſi quędam menſura temporis à die natali, vſque ad obitum decurrens.

CONCLVSIO DCLXVII.

ARGVMENTVM.

Aetas, an ab eo probari debeat, qui eam allegat pro fundamento ſuæ intentionis.

SVMMARIVM.

1 *Aetas in vniuerſum ab eo debet probari, qui eam excipiẽdo ſiue agendo allegat, pro fundamento ſuæ intentionis.*

2 *Fundãs ſe ſuper ætate maiori, vel minori illã probare dẽt.*

3 *Quilibet probare tenetur id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis.*

4 *Dicens matrem pupilli repelli à ſucceſſione, quia non petijt illi tutorem, debet probare, quòd ille filius eſſet pupillus.*

5 *Qui vult repellere procuratorem à iudicio tanquam minorem, probare debet eum eſſe minorem.*

6 *Dicens inhabilem per ætatem ad beneficium aliquem eſſe, probare debet.*

7 *Opponens de minori ætate, debet computare, & dicere annos ætatis.*

8 *Opponens ætatem non legitimam debet probare.*

9 *Aetatem minorem allegans, quæ eſt impugnatiua, & obſtatiua actui, debet illam probare.*

10 *Tutoris, vel curatoris datio non valet, quandò obijcitur quod pupillus eſt maior.*

11 *Non præſumitur extinctum, niſi probetur extinctio.*

12 *Aetas interdum allegatur ad adminiſtrationem rerũ aliquarum conſequendam ſiue ſuarum, ſiue alicuius, & tunc aliquando ponitur in conditione ſi legitima ſit.*

13 *Aetas à quo probanda ſit, quando non ponitur in cõditione, ſed tantum reſpicit habilitatem perſonæ ſecundum naturam actus.*

14 *Aetatem allegans ad ſimplicem declarationem ad æternam rei memoriam probare debet.*

15 *Quando aliquid probatur ad æternam rei memoriam, ſi ſemiplenè probatum id fuerit, non defertur iuramentum in ſupplementum.*

16 *Aetatem allegãs eam probare tenetur, etiam ſi de ea nullus opponeret.*

Petens electionem confirmari, ſi non probet ſe eſſe legitimæ ætatis, non confirmatur ibi.

17 *Iudex quando ex aſpectu corporis præſumptionem ſumit maioris, ſeu minoris ætatis, tunc poteſt transferre onus probandi in eum contra quem eſt præſumptio.*

18 *In contrahente ſemper præſumitur ætas legitima, & alteri incumbit onus probandi contrarium.*

19 *Quando actus allegatur, qui ad ſui validitatem acceſſoriè ætatem includit, tunc probato actu, præſumitur ætas ad ipſum actum idonea.*

20 *Probata profeſſione, vel matrimonio, præſumitur ætas ad illiuſmodi actus idonea, & neceſſaria.*

21 *Vbi requiritur actus cum aliqua qualitate, non ſufficit ꝓbare actum, niſi etiam probetur qualitas.*

Diſtingue, vt nu.23.

22 *Vbi ad aliquem actum requiritur certum tempus, debet illud tempus probari.*

24 *Præſumptio ætatis legitimæ non tollitur, niſi per aduerſarium concludenter probetur.*

25 *Præſumptio facile tollitur per contrariam prǽſumptionẽ, cum ſolennitas in aliquo actu præſumitur.*

26 *In his quæ curſu temporis mutantur, vt eſt ętas, non prǽſumitur de prǽterito in præſenti.*

27 *Tempus anterius non præſumitur, quando quis aſſerit de actu priorem ſe fuiſſe.*

28 *Minor ætas præſumitur quæ probat tutoris, vel curatoris dationem.*

29 *Pro decreto iudicis ſemper præſumitur.*

In dubio potius præſumptionem ſumere debemus, vt actus valeat, & ſubſiſtat, quam pereat. ibid.

30 *Qui vult elidere actum propter inhabilitatem ætatis, debet omnino probare talem inhabilitatem.*

31 *Quando alicui datus eſt tutor, vel curator tanquam minori præſumitur minor, nec incumbit ſibi onus probandi aliter ætatem.*

32 *Exempla non reſtringunt; ſed declarant regulam.*

33 *Aſſerenti ſe minorem, & ideò petenti curatorem ſibi dari, onus probandi minoris ætatis ei incumbit.*

34 *Ex datione tutoris, vel curatoris præſumitur, & probatur minor ætas quo ad eum, cum quo contraxit, & non contra alios.*

35 *Minor ætas generaliter probatur etiam quo ad alios, ex datione tutoris, vel curatoris.*

36 *Minor ætas præſumitur, ſi tutor, vel curator ſit datus cũ cauſæ cognitione, & in contradictorio iudicio.*

37 *Acta facta inter alios ad hoc, vt præiudicent alijs, requiritur, vt geſta fuerint in iudicio contradictorio cum legitimo contradictore.*

38 *Datio tutoris non valet, niſi cauſa diſputata ſuper ætate partibus præſentibus ſententia ſit lata.*

39 *Si inter pupillariter ſubſtitutum à patre pupilli, & inſtitutum à filio controuerſia ſit, ipſe ſubſtitutus non tenetur probare pupillum deceſſiſſe in pupillari ætate.*

40 *Teſtamentum pupilli, quia tendit recta via in præiudiciũ ſubſtituti pupillariter, hinc ſubſtitutus pupillariter habet intentionem fundatam, & non præſumitur pro habilitate dicti teſtamenti.*

41 *Quando pater grauauit filium fideicommiſſo, conceſſa tamen filio libera teſtandi facultate cum ad vigeſimum annum perueniſſet, & ipſe filius teſtatus fuit: fideicommiſſarij non grauabuntur onere probandi, quod eſſet illius ætatis. Contr.num. 42.*

43 *Quando ſubſtitutus in pupillari ætate allegans ętatem pupillarem agit contra matrẽ pupilli defuncti. tũc ſubſtituto incũbit onus ꝓbandi filiũ deceſſiſſe in pupillari ętate.*

44 *Quotieſcunq; quis aliquem excludere vult ab aliquo iure, ꝙ ei competit de iure naturali, vel ciuili, debet probare illud, per quod talis excluditur, alioqui ſuccumbit.*

45 *Quando aliquis non admittitur, niſi in certa ætate aliqua conditione ad adminiſtrationem aliquarum rerum cõſequendam, tunc ipſe debet oſtendere, & probare ætatem ſub tali conditione poſitam.*

46 *Aetas canonica eſt triginta annorum, & legitima de iure ciuili. 25.*

47 *Ille, qui ea lege, ſi legitimæ ſit ætatis ad aliquid vocatur, tenetur probare talem ætatem, etiam quando fundamentum intentionis aduerſarij eſſet ætas.*

48 *Probare is debet conditionem eueniſſe, qui eam allegat.*

49 *Vbi ętas reſpicit habilitatem perſonæ ſecundũ naturam, & validitatem actus, ſi ille, qui ex ætate vult conſequi aliquid ex quo non gignitur alteri prǽiudicium, tunc in eo præſumitur ætas habilis ad id conſequẽdum. Reſtringe, vt num. 52.*

50 *Qui officium aliquod in Republica gerit, præſumitur habere ætatem, quæ requiritur in illo Magiſtratu.*

51 *Qui condidit teſtamentum præſumitur fuiſſe ætate habili, & ſic qui profeſſionem fecit, quando non agitur de prǽiudicio alterius.*

53 *Quando Iudex ſuper ætate pronunciauit, tunc contrariũ aſſerenti incumbit onus probandi.*

54 *Quando in inſtrumento iurans, vel fundans ſe in maiori ętate etiam expreſsè dixiſſet, & iuraſſet ſe maiorem, tunc ex inſtrumento probatur eum fuiſſe maiorem.*

55 *Aetas quandoq; probatur ex confeſſione.*

1 Aetas in vniuerſum probari debet ab eo, † qui eam excipiendo, ſiue agendo allegat, ꝓ fundamẽto ſuę intentionis, vt probaẽ ex l. de ętate. ff. de mino. quod etiam placuit Anch. in c. acceſſit. in prin. de deſponſ. impu. hoc idẽ cautum eſt à Dec. cõſ. 682.

* 682.in cauſa Dom.Lucretiæ.nu.16.& eſt*communis
opinio,prout teſtatur Fel.in c.præſentia. nu.28. verſi.
* gl.in verb.ſolutio.de prob.&*communiter cōcludit,
2 †quod fundans ſe ſuper ætate maiori, vel minori illā
debeat probare,quod & tradidit Mandoſ.in cōment.
ad reg.Cancell.reg.18 q.3.nu.3.& placuit Robe.Marant.in repet.l.ſi actor.nu.60.ff. de procur. & idem is
dixit in l.is poteſt.nu.2.verſ.de quarto requiſito.ff.de
acq.hær.quo in loco admonet regulariter non præſumi neq; maiorem,neq, minorem ætatem,ſed ſemper
ab eo probari debere, qui in ea ſe fundat. Ideò qui
allegat minorem ætatem ad fundandam ſuam intētionem,debet eam probare,& eodē modo qui ſe fundat ſuper maiori ætate: vt eſt cautum in l.cum te.&
ibi Bar.& Bald.C.de prob.in l.ſi minorem.vbi pariter
Bart.Bald.& Franc.Aret C.de in integr.reſtit. atq; in
repet.d.l.de ætate.n.53.in fi.ff.de minor. docuit idem
Bart.in d.l. de ætate, vbi dicit poſſe adiri iudicem, vt
ex aſpectu iudicet,an ille,in quem iudex transfundit
onus probandi,probare debeat:idem voluit in conſi.
92.incip.in quæſtione vertēte inter Dom.Simonem.
nu.1.vol.1.vbi pro hoc dicit,ꝙ ſi quis nomine minoris ætatis peteret reſtitutionem in integrum, ipſe probare debeat,ſeu minorem fuiſſe, & hoc qa eſt cauſa,
& baſis ſuę intentionis. Et hoc procedit,ſicut ipſe ait,
ēt ſi aduerſarius diceret eum exceſſiſſe ætatē,quæ dat
3 ad petendum reſtitutionē in integrum. † Nā quilibet
tenetur probare,id quod eſt fundamentum ſuę intentionis: vt in terminis probandi ætatē dixit Fran. Viu.
in ſuis commun.opin.in verbo ętas.& gl.in c.presbit.
78.diſtin.idem voluit Abb.in d.c.in præſentia.de ꝓb.
poſt alios relatos ibi per eum,& in c.1.de religioſ. ſic
tradidit Bal.per illum text.in l.ſi minorem. vbi latius
inſiſtit Salyc.C.de in integr. reſtit. atque aſſeruit Bar.
in l.1.circa fin. ff. de exceptio. ita reſpondit Corn. in
conſ.98.vol.1.idem cautum eſt ab Alezan.conſ.147.
* nu.9.vol.6.& iſtam ſcribūt eſſe* communem opinionem Felyn.Dec.in d.c.in præſentia.nu.28.ita teſtatur
Parpal.in l.ſi quis maior.nu.1.C.de tranſact. id etiam
inſigne relatu arbitratus eſt Corſet.in ſingu. in verbo
qualitas.hoc idem voluere quamplurimi alij: vt idē
Felyn.in c.examinata.de iudic.Iaſ.& Dec.in l.qui ſe
patris.col.1.C.vnde liber. & clarius in l.ſi emancipati.col.2.C.de colla.Anch.cōſ.440.nu.2.& Bal. & Sal.
& Alex. in l. cum te minorem. C. de probat. & idem
expreſsè Alex.conſ.149.nu.16.vol.5.Petr.à Duen. in
reg.258.Cagn.in d.l.ſi emancipati.nu. 81.C.de colla.
Alciat.de præſumpt.regul.2.præſumpt.14.nu. 2. quo
4 in loco ait,† quod ideò ſi quis dicat matrē pupilli repelli à ſucceſſione,quia non petiit illi tutorem,debet
probare,quod ille filius eſſet pupillus:ſecundum Bal.
in conſ.19.factum tale,in lib.5.Quin etiam ſi qs velit
repellere procuratorem à iudicio, tāquam minorem
5 †debet probare eum eſſe minorē, & hoc tàm in actore,quàm in reo:vt ſcriptum reliquere Pet. Iac.Cyn.&
Saly.in d.l.cum te minorem.C.de prob.Præterea vbi
aliquis ſimpliciter conſequutus eſt beneficium, qui
6 vult eū dicere inhabilē p ętatē†dēt ꝓbare: vt traditū
eſt à Io.And.in reg.infamib.de reg.iur.1 6.in mercur.

Quòd poſtremum tibi eſt ampliādum, vt ēt oporteat opponētem de minori ętate computare, & dice-
7 re annos ętatis,†quia ſatis non eſſet ſimpliciter dicere
minorem, neq; eo in caſu tale obiectum admitteret:
diremere DD.de Rot.in dec.254.aliàs 2. vbi quis opponit.de excep.in antiq.ex contex.in l.cū de ętate. ff.
de prob.& c.in præſentia.eo tit. quibus cōuenit Tho.
Faſtol.cauſ.8.dub.27.tertium dubiū erat,quo in loco
aſſerit obiectum datum cōtra tertium per quartū,dicendo,ꝙ erat minoris ætatis tempore gratiæ,non eſſe
admittendum,quia debet declarare de anno,& mēſe
propter teſtes examinandos ſuper articulis.

Huius Thomę deciſioni viſus eſt alludere Bella.in
deci.80.articulus iſte,inquiens hunc admitti articulū
in materia obiecta.Iſte eſt minor, vel mater eū peperit poſt talem annum,qū exacta forma per Papā fuit
remiſſa;quaſi ſētiat, quod ubi nō eſſet remiſſa exacta
forma, quod tūc talis articulus in materia obiectiua
circa ætatē non admitteretur. Dicit tū quod vbi exacta forma eſt remiſſa, debet aliquid dici, per quod ſignificetur tempus certum,vel incertum ad effectū,
vt teſtes poſſint deponere, licet tunc nō requirat exacta ſignificatio anni, & menſis quæ dicitur remiſſa.

Illud idē uelim intelligas: ut per Bal.in d. l. cum te
minorem ideò ut clarius appareat,cui incūbat onus
eam ętatem probādi,quatuor modos gradatim, ſicut
ponit Bal.in d.l.cum te.C.de probat.hic afferam.

Aetas.n.quādoq; allegat impugnatiuè,uerbi gratia,
aliquis electus eſt ad aliq̄ dignitatem, obijcitur cōtra
8 electionē,ꝙ talis electus nō ſit legitimę ętatis.† tunc
iſte,qui opponit debet probare ętatē non legitimam,
quia ipſe impugnat perſonā,ſeu actū gratia perſonę,
ut per Bal.in d.l.cū te.allega.c. ſi forte. de elect. in 6.
& Alex.d.cōſ. 147.nu.16.uol.5. & id non ſolùm procedit,quando quis impugnat aliquem tanquā minorem,ut iam dixi, ſed ēt procedit ſi ipſe minor ſit ille,
qui impugnat,ut Contractum,Iudicium,uel pręſum-
9 ptionem rōne minoris ętatis: † quia cum allegat ętatem minorē,quę eſt impugnatiua,& obſtatiua actui,
debet illam probare:ut idem ait Bal.in d. l. cū te, ubi
col.1.in prin.inquit hāc eſſe rationem. Nam quotieſcunq; actus habet debitam formam pręſumitur habilitas in perſona,adducit ad hoc l.ab ea parte.ff.de ꝓb.
& lo.in l.3.ff.de arbitr.& idem conſuluit Paul. Caſtr.
conſ.mihi 53.incip.Viſis actis, & conſideratis.nu. 2.
uol.2.in nouis,& idem in cōſ.66.nu.1. eo. uol. in quibus locis ait, eum,qui impugnat actum tanquam in
minori ętate per ſe factum fuiſſe, pręd̄ictam minorē
ętatem probare debere.

Interdum ętas, allegatur ad iuſtificationē alicuius
actus,ueluti tutor eſt datus tanquam pupillo: uel cu-
10 rator tanquàm adulto,† & obijcitur quod eſt maior,
& ſic huiuſmodi tutoris,uel curatoris datio nō ualet:
ut lege Seia egreſſa.ff.de tut. et cur. dat. &c. hoc caſu
minor ętas pręſumitur, quę iuſtificet actum: ideſt,ipſam tutoris uel curatoris dationem, et huic pręſumptioni cooperatur decretum iudicis,qui interuenit in
huiuſmodi datione. Nā tunc dicenti eſſe maiorē in-
11 cumbit onus probandi,† quia non pręſumitur extinctum,niſi probetur extinctio:ut idem aſſeruit Bal. in
d.l.cum te minorem, quod idem probat per l. minor
25.annis.ff. de minorib. et hmōi ſecundus modus allegandi ętatem limitationis loco poteſt eſſe ad hanc
concluſ. quę infra ſimul cum alijs notabitur.

Interdum allegatur ætas ad adminiſtrationē rerū
aliquarum conſequendam,ſiue ſuarum,ſiue alterius,
12 ſicuti adminiſtrationes Eccleſiarū: † tunc ętas aliqū
ponitur in conditione,vt ſi collatū ſit clerico beneficium,ſi legitimæ ſit ętatis:uel teſtator iuſſit Titio hęreditatē reſtitui cū erit legitimę ætatis(quę ętas legitima eſt 25.annorū)vt notaui ſupra in commun. per l.
cū filio.ff.de leg.3.tunc ipſe debet certā facere, & probare ętatē ſub tali conditione poſitam. Itidem ſi ſūmus Pont.ſcribat de aliquo, quod ei velit conſultum
de beneficio,ſi legitimę ſit ętatis, Nam tunc per illū
cui prouiſum fuit de beneficio ætas probanda eſt,qui
modus allegādi ętatem eſt limitatio ad concluſ. no-
13 ſtram,& hanc notabo infrà cum alijs. Sed† quando
ętas non ponitur in conditione,ſed tantū reſpicit habilitatem perſonę ſecundum naturam actus, tūc aut
qui vult aliquid cōſequi ex ętate, quę cedit in pręiudicium alterius,hoc caſu talis ętatem probare dēt, ſi
autem velit conſequi ꝙ in nullius pręiudiciū vergit,
immò in fauorē ſaltē principalis, ſicut exhibitio alicuius officij,vt gerendi aliquē magiſtratum in Republica, tunc pręſumitur idoneus ętate ſicut moribus,
& qui aſſerit contrarium probare debet: ut auctor eſt

Bald.in ead.l.cum te, colum. 2. circa medium.

14 Aliquando† allegatur ætas ad ſimplicem declarationem ad æternam rei memoriam.nam tunc natura iſtius petitionis eſt,vt iſte qui allegat,probet.Quod ſi in huiuſmodi probatione ſemiplenè probatur, non defertur iuramentum in defectum: vt voluit Bald. in d.l.cum te,col.2.ibi quidquam allegatur.nam quádo 15 probatur aliquid ad æternam rei memoriam,†ſi ſemiplenè probatum id fuerit, non defertur iuramentum in ſupplementum, vt idem placuit eidem Bal.in rub. tit.de controuerſ.inueſt.col.10.& in c.1.§.1.titu.quid ſit inueſtitura, & c. ſi quis per triginta.tit. ſi de feud. fuer.controuerſ.& in l. 1. C. qui & aduerſus quos, & talis probatio ad æternam rei memoriam valet, & prodeſt in omnibus,quæ regulantur ab ętate.ff.de minor.ſed Bald. in d.l.cum te.col.7. ibi quem effectum, ait hoc verum eſſe quoad exceptionem,& non quoad agendum.quia tunc non prodeſt in omnibus. iux. not.per Innoc.in cap.ſignificauit.ext.de teſtib. Oldr. conſil.5.de probat.ad quod videas Bart.in d.l.de ętate.ff. de minor.

Alij præterea alia ſenſere,quoad hoc,cui iniunctũ ſit onus ætatem probandi, quorum inter ſe diſcrepantes ſententias longum eſſet referre. Cui has intelligẽdi fuerit cordi adeat Quintil.Mandoſ.in commẽt. ad reg.Cancel.18.q.3.per tot. vbi ſex ſcribentium varias inter ſe opiniones refert.

Primò amplia vſque eo concluſionem procedere, 16† vt ſcilicet ætatem allegans eam probare teneatur, etiam ſi de ea nullus opponeret,per c.cum nobis ext. de elect. vbi petens electionem confirmari, ſi non probet ſe eſſe legitimæ ætatis,non confirmatur.vt refert Fely.in c.in præſentia num.28.de probat. verſ. & pro hac.vbi ait id habere in ſe peculiarem rationem, quia in tali caſu multum operatur officium iudicis, & allegat Abb. in d.c.in præſentia.

Primo loco limita concluſ.locum ſibi non vendicare, quando iudex ex aſpectu corporis præſumptio-17 nem ſumeret maioris,ſeu minoris ætatis, † tunc licet quis allegaret ætatem, Iudex ex huiuſmodi aſpectũ poteſt transferre onus probandi in eum,contra quem eſt præſumptio.licet ipſe non allegetætatem, ſed bene aduerſarius ſuus eam allegaret, veluti de illo, qui negatur eſſe maior,ſit barbatus, grandis, durus, adeò vt veriſimile ſit,quòd ſit maior.nam hoc caſu, vt dixi, poteſt Iudex transferre onus probandi contra eũ: ſic me docuit Bart.in l.de ætate.nu.8.ff. de minoribus. ita reſpondit Ant.de But.conſ.46.col.3.quib. accedit Tho.Gram.deciſ.48.num.16.& 19.allegat.l.etiam ff. de prob.l.2.ff.de excuſ.tut.ita teſtatur Bal. in conſ.66. nu.3.vol.3.ſic ſenſit Alc.de præſ.reg.2. præſ. 14. nu.4. per l.minor annis 25.ff.de minor.vbi hanc limitationem ponit à præſcripta regula:ſic voluit Alb.de Roſ. in l.ſi minorem.C.de in integ.reſt.& latè Menoch.de arbit.caſ.116.& 117.nu.2. vbi aliquos præter ſupradictos allegat.& docuit Petr.de Vnzola,in ſua prac.art. notariatus in 1.tit. an de contract. his teneatur pubes reſpond.nu.2.verſ.accidit enim.vbi diſtinguit.

7 Primò ampliat † vt pater,et mater poſſit eſſe teſtis in probanda ætate filij ſui: ſic apertè reſpondit Terent. Clemens in l.etiam.ff.de prob.etiam inquit I. C. matris profeſſio de ætate filiorũ requiritur, vt et latè tradit Io.Maur.in d.ſuo tract.de in integ. reſt.c. 317. ad minoris ætatis probationem,et per totum; nec id latuit Bart.in d.l.ætate,vt etiam aſſeuerauit Accurſ.in d.l.2.in verſ.legitimis.ff.de excuſ. tut. ſic quoq; teſtatus eſt Alber.de Roſ.in d.l.etiam.nu.1,et Gram.deci. 48.nu.13.idem conſuluit Bart. in conſ.92. incip. in q. vertente.nu.4.et 5.et ibid.nu.6.etiam ait,ꝙ idem procedit de ſantolo,ideſt,patre ſpirituali. Et quod mater probet etiam ætatem filij ſequitur Aym.Crau. in ſuo tract.de antiq.temp.in 1.par. in verſ.vidimus abundè nu.34.vbi ad idem allegat conſ.Bar.92.et idem refert Sap.in d.rep.l.de ætate.nu.33.ff.de minor. et Spec. in tit.de teſte. §. 1. vol. 2. et Veronenſ.conſ.vlt. col.3.et Aufrer.in deciſ.Capel.Tholoſ.q.3.ſub nu. 12. verſic. mater non poteſt, quod et placuit Paul. Caſtr. in ſuo conſ.124.col.1.et 2.vol. 1. vbi voluit teſtimoniũ ma-
8 tris, † et patris ſufficere ad ſemiplenam probationem in ætate filij:de quo eſt glo.in l.etiam, ff.de prob. quã ſequitur Bart.in l.2.in prin.ff.de excuſ.tutor.licet vnà cum alijs faceret plenam probationem:vt ibidem inquit Caſt.nu.2.et allegat.d.l. etiam tradit etiam Hippol.de Marſ.ſuper rubr.de fideiuſſor.nu. 340. verſ. et facit, quod voluit,citans Iac.Butr.in d.l. etiã, de probat.Et ratio huius rei eſt,quia huiuſmodi actus domi
9 fit,et ſecreto,† vnde hic actus,qualis eſt partus pueri, ortus niſi per domeſticos probari poteſt vt idem aſſeruit Gig.in d.cõſ.27.nu.26, hinc euenit, vt in his actib. etiam admittantur inhabiles, qui aliàs non admitterentur,vt per Caſtr.loco citato ex contex.in l.conſenſu.§.ſuper plagis.C.de diuort.et habetur in c. 3.loco, ext.de prob.et in huiuſmodi ſupra dictis ſufficiunt leuiores probationes:vt ibi per eum, et per Bart. in d.l. de ætate,per l.non omnes.§.à Barbaris. ff. de re milit. et in c.præterea, de teſtibus.

10 Et quòd† mater admittatur in probatione ętatis fi-
lij: voluit Cur.iun.conſ.118.n.8.verſ.cum igit. motus
* auctoritate I.C.in d.l.etiam,cũ gl.q̃ dicit eſſe* cõmu-
niter approbatã,& meminit Caſtr. d. conſ.129. nu.2.
lib.1.& idẽ Bal.conſ.19.nu.4.vol.5.atq; Ruin.conſil.
194.nu.8.vol.1. ait expreſsè hanc eſſe indubitatã præ-
ſumptionem, quòd mater melius ſciat ætatem filij,
quam alius, per d.l.etiam: & ibi d.conſ.194.nu. 3. in-
11 quit ætatẽ melius probari per domeſticos,† tanquam
de illa veriſimilius certi ſint, ꝙ & nuncupatim tradi-
dit Hipp.de Marſ.in l.1.§.ad quæſtio.nu.5. verſ. nam
ſtatur, vbi penè infinitos auctores adducit, & habeť à
Bart.& DD.in l.1.ff.ſi cer.pet.& in l.de tutel.C.de in
integ.reſt.& voluit apertiſſimè.Bal.in c.1.pen.col. in
fi.vt lite pendente,& Barb.in cõſ.ſuo incip. Clemen-
tiſsimi Dei Patris.col.2.per Old.cõſ.332.incip.ad idẽ.
Quòd primò reſtringas, vt locũ non habeat, quan-
12 do huiuſmodi probatio matris de ętate filij fit ad cõ-
modum ipſius filij: tunc enim non probat, vt tenent
DD.in c.cũ dilectus,ext.de acc.& idẽ ſentit gl. in d.l.
ẽt.ff.de prob. ſi rectè conſideretur, & ita expreſsè ait
Bern.Landr.in addit.ad Bart.in d.conſ.92. in qua ad-
ditione etiã ait, quòd ſi mater (in caſu d.conſ.92.) in
probanda ętate filij idonea fuit, euenit quia producta
fuit ab aduerſario filij ſui. vt ibi inquit Bart. quia tunc
aduerſarius dictam matrem producẽdo approbauit,
non põt de ea tanquã non idonea opponere, ex l.ſi qs
teſtib.C.de teſt. ſed tenetur parere d. ipſius matris.
Secundò reſtringas, & intelligas matrẽ in hac pro-
batione ætatis filij non produci, vt teſtem ad iudicã-
13 dam efficacem probationem ætatis,† ſed tantum eius
teſtimonium facit ad inducendam quandam p̄ſum-
ptionem, & leue indicium: ita ait gl.in d.l.etiam, ff.de
prob.& Inno.in d.c.cũ dilectus. ext. de accuſ. quẽ re-
fert, & ſequitur Bal.in l.ſi minorẽ.C.de in integ. reſti.
14 & inquit † matrẽ in huiuſmodi probatione ætatis fi-
lij admitti magis ad indicium, quàm ad probationem
efficacem. vnde Alexã. conſ.29.nu.10.vol.7.dicebat
dictũ matris in probanda ętate filij, ẽt ſi cum iurõ te-
ſtificata fuiſſet, non ſufficere pro plena ꝓbatione ęta
tis filij, licet p̄ſumptionem, & indicium faceret, & idẽ
de teſtimonio patris in ætate filij ſui: voluit Pau. Caſ.
conſ.124.nu.2.col.1.& 2.lib.1.vbi ait, teſtimoniũ pa-
tris, vel matris ſatis eſſe ad ſemiplenam probationẽ,
ꝙ dictum refert, & ſequitur Crau.in ſuo tract. de an-
tiq.temp.par.1.§.vidimus abundè.nu.34.Et licet in d.
l.etiã, ff.de prob. videatur apertè fuiſſe conſtitutũ ma-
trem probare ætatem filij ſui, dum ibi inquit I.C. etiã
matris profeſſio de ætate filiorum recipitur, &c. & ad
hoc DD.d l.allegant, tamen nihil ad hoc facit, quia
ſecũdum intellectum d.l. etiam traditum per Alc. in
tract.de præſump.2.reg.præſump.14.nu.10.illud ver-
bum profeſſio, non innuit atteſtationem, ſeu teſtimo
nium, ſed denũciationẽ, quæ fit publicè in actis apud
prætorẽ, vt l.iudicem.l.2.ff.de cenſ.l.interdũ.ff.de pu-
bl.l.1.C.ſi minor ſe maior.dix.& l.fi.ff.de prob. Nam
tenebatur pater proferre nomina filiorum, quãdo na-
ſcebanť, vt ibi ſup. per Alc. de quo allegat Iuuẽ.Sat.9.
Tollis enim, & libris actorum ſpargere gaudes
Argumenta viri.
Bald.tamen in d.conſ.19.nu.4.vol.5.ſcribit multũ
valere maternum teſtimonium ad probandam æta-
tem filij, propter tex. in d.l. matris.
Intellige hanc prædictam reſtrictionem procede-
15 re, † quando alia adminicula non concurrunt cum
aſſertione patris, vel matris: eo enim caſu ex eorũ de-
poſitione non induceretur plena fides: vt dictum eſt,
vt aliorum teſtium depoſitiones, vel liber patris, quia
tunc mater probat, vt teſtis: ita cautum eſt à Soc.conſ.
3.nu.10.vol.2.Immò ex mente Caſtr.in d. conſ. 124.
nu.2.ſub fi.1.col.faceret hoc caſu plenam ꝓbationẽ.
16 Sublimita omnia ſupradicta † de teſtimonio patris,
vel matris non procedere, qñ ipſi parentes eſſent ad-
uerſarij filij, eo nempè caſu non admitterentur cõtra
filium: ẽt ſi pater ſe fundaret in libro natalitĩ filij, ita
voluit Bal.in cõſ.19.nu.4.lib.5.per l.vlt. C.de fideiuſ.
Secũdo loco ampliabis, vt conſanguineus, vel vi-
17 cinus, † & deniq; proximi parentes poſſint deponere
de ætate eius, de quo quęritur: teſte Io.Mauric.vbi ſu-
pra d.c.317.in prin.& latè de hoc Bart.in d.l. de æta-
te, quibus accedit idem Gigas in d.conſ.37.nu.26.per
Bart.quem ibi refert.Et rectè probant. etiamſi in cau
ſa ſcientię dicãt, ſcio, quia ſum parens, cõſanguineus:
vel quia ſum vicinus, vel ſcio, quia talis tali tempore
natus fuit, vel ſcio, quia ante illum diẽ quo natus eſt,
oĩbus erat inter vicinos, & cõſanguineos apertũ hũc
nõ habere talem filium, vel tali tẽpore incepit clarè
apparere tali natum fuiſſe filium, & hoc modo depo
nentes probant, auctore Io.Maur.vbi ſup.d.tit. c.318.
& iuxta ſententiam Bart.d.l.de ętat.nu.7.ff.de mino-
rib.& idem reſpondit Bart.in conſ.92.& in l.de tutel.
ff.de reſti. in integ.vbi tamen in hoc perſtare non vi-
detur: ſed in l.2.ff. ſi cer. pet. hoc idem Rom.latè, &
* Purp.ibid.nu.98.& Alex.ibid.proſequuntur, & de* cõ
muni ſententia teſtatur Sap.in repet.d.l.de ætate.nu.
28.ff.de minorib.Bal.quoq; in d.l.de tutela.vbi hanc
18 eſſe rationem aſſerit,† quòd.ſ.huiuſmodi conſangui-
nei, vel vicini pręſumantur hoc meliùs ſcire veritatẽ,
per l.filium.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur. & d.l.
de tutela.& conſuluit Caſt.conſ.124.nu.2. col. 1. lib.
1.vbi in caſu ætatis probandæ fratris fuerunt admiſsę
ſorores, ſed ibi ſentit ſemiplenam tantum facere pro
bationem, niſi alia adminicula concurrant Ruin. ẽt
19 in cõſ.194.nu.3.vol.1.ait† ætatem cõmodiſſimè pro-
bari potius per domeſticos, quam per extraneos, vt di
ctum eſt ſup.& comprobauit Dec.in l.1.ff. ſi cer. pet.
Hanc tamen ampliationem, quando dicebamus in
probanda ætate admitti teſtimonium cõſanguineo-
20 rum, limitabis, vt non procedat, † quando minor cõ-
ſanguineus deponeret de ætate maiori, vel pari, tunc
enim illorum teſtimonium non admitteretur: ita de-
clarant Bal.& Paul.Caſt.in l.de tutela.ille poſt num.
2.verſ.prima facie.hic in fi.C.de in integ.reſti. vt idẽ
refert Sap.in d.rep.l.de ætate.nu.29.in fin.
21 Tertiò velim amplies, † vt probeť huiuſmodi ætas
etiam per teſtes ſingulares, ſi credimus ita atteſtanti
Fel.in c.licet ex quadam ſub nu.3.col.5.de teſt.quem
refert Iac.Por.concl.34.verſ.15.lib.1.nũc vero Gabr.
commu.concl.lib.1.tit.de teſt.concl 2.nu.19.verſ.15.
Limita prædictam ampliationem ſecundã, ita de-
22 mum veram eſſe,† dummodo tale teſtimoniũ paren-
tum vel vicinorum ſit validum dũmodo iis admini-
culis, quæ pro confirmanda teſtis depoſitione lex re-
quirit ſit fultum, ſicuti ſi adijceret cum eo: quod con-
ſanguineum dixit ſe minori, de cuius ætate quæritur,
ætatẽ, & natalem diem annotaſſe, aut vero rationes
adferat aliàs ſuum teſtimonium corroborantes, ita
egregiè prodidit Io Maur.in tract.de in integr. reſt.d.
c.318.num.2.& 3. vt ſi teſtis de ætate deponens dicat
ſcio, quia ſum patruus, &c.
23 Hæc tamen intelligas,† vt in probãda ætate admit-
tantur teſtes minus idonei, quia aliàs nõ probaretur,
ſecus in maiori ætate: ita colligitur ex contex. in cap.
vlt.cũ ibi no.de teſt.cog.quod ẽt obſeruauit Bar. in l.
admonẽdi in vlt.q.prin.col.8.ff.de iureiu. vt refert, &
ſequiť Sebaſt.Sap.in rep.d.l.de ætate.nu.26.ff.de min.
24 Quarto loco tibi concl. amplianda eſt,† vt & in ꝓ-
bãda minori ætate valeat teſtimoniũ de credulitate:
ſecus eſt in probanda maiori iuxta tradita ꝑ Bar.in l.
in ſumma.§.item Labeo.ff.de aq.plu.arc. & cõproba
uit Iaſ.in Rub.ff.de iureiur.nu.4.verſ.1.quando teſtes
per gl.in l.2.in verb.vel duæ, & ibi Bar. ff.de vẽt. inſp.
Limita, & reſtringe prædictam concl. prout dictũ
eſt ſup.in concl. Coniunctus conſanguineus, & infra
in concl. vicinus vbi ſatis de hoc, ad quas te reijcio.

CON-

CONCLVSIO DCLXX.

ARGVMENTVM.

Aetas an probetur, ex ſcriptis, & libro parentum.

SVMMARIVM.

1 *Aetas probatur ex ſcriptis, & libro parentum, in quo ſolent illi, & diem, & horam diei natalis filiorum ſuorum deſcribere.*

2 *Pater, & etiam alius ratione ſanguinis coniunctionis, prę ſumitur habere veram notitiam ætatis ſibi coniuncti.*

3 *Parentes præſumendum eſt certos eſſe de tpe ortus filij, & de ea re tanquam mobili veram annotationem facere.*

4 *Cuicunque libro priuato accedente probabilitate fides adhibetur.*

5 *Aetas ex regiſtratione particulæ libri ſatis probatur, etiã ſi liber non reperiatur.*

6 *Literæ, vel epiſtola Patris, quibus narratur aliquẽ eſſe ſuũ filium, & illum eſſe id ætatis, probant ſaltem ſemiplenè.*

7 *Literæ patris probant ætatem filij.*

8 *Probatio ætatis fit, etiamſi pater non ſcripſerit in libro diei natalis filij, ſed penès ſe haberet figuram Aſtronomicã ortus illius ab ipſo, vel ab aliquo aſtronomico confectã.*

9 *Libro patris circa ætatem filij magis credendum eſt, quã ſi viua voce ipſe pater viuens teſtificaretur.*

10 *Probationis ætatis filij peculiaris prærogatiua eſt, vt magis credatur voci mortuæ, quam viuæ.*

11 *Ex libro patris oritur probatio de ætate filij, ſiue agatur de eorum promotione, ſiue in honoribus aſſequendis, vel in beneficijs habendis.*

12 *Liber patris probat ætatem filij, dummodo aliàs non ſit talis liber ſuſpectus.*

13 *Probatio libri patris de ætate filij per comparationem literarum facit plenam probationem, & fidem.*

14 *Liber, & ſcriptura patris de ætate filij facit tantum ſemiplenam probationem, ſi ipſe pater vitam degat.*

15 *Liber patris plenè probat ætatem filij, ſi pater qui ſcripſit mortuus ſit.*

16 *Teſtimoniũ patris, & matris, qui ſcripſerint ætatẽ filij in libro non admittitur ſuper ætate contra filium, ſi ſint aduerſarij filij.*

17 *Scriptura patris ſuper ætate filij non probat ætatem plenè, niſi ſit preconizata.*

18 *Scripturam producens non cogitur probare quiſnam ſit ille, de quo fit mentio in ſcriptura.*

19 *Perſonarum pluralitas non præſumitur.*

20 *Modico tempore non præſumitur mutata indoles.*

21 *Filius, ſi factus maior probet filiationem modis, de quibus remiſſiuè, rectè probabit identitatem.*

22 *Singularitas nominis tollit dubium æquiuocationis.*

Efficaciſſimum prętereà teſtimonium probandæ
1 ætatis filiorum, conuincitur ex ſcriptis, † & libro parentũ, in quo ſolent illi, & diem, & horam diei natalis filiorum ſuorũ deſcribere: cũ nõ præſumant tales contra veritatẽ id ſcribere, & quos ad id alia non trahit affectio, niſi vt quandoq; poſſit eis eſſe ſolatio, vt in memoriam filiorũ ætatẽ dirigant: ita loquutus eſt Io. Maur. in d. ſuo tract. de reſti. in integ. c. 320. Vtrum ętas literis, per tot. ex l. 2. C. ſi minor ſe maior. dix. ſic ſcriptũ reliquere Bar. & Bal. in l. 2. per illum tex. ff. de excuſ. tut. quod probauit, & Quintilia. Mãdoſ. in 18. reg. Cancel. ver. 8. quæro per totum, idem teſtatus eſt Sal. in l. cum te. C. de prob. col. 1. n. 4. ſicq; cenſuit Iac. de S. Georg. in l. cum de ætate. nu. 5. ff. eo. tit. & nominatim id tradidit idẽ Sal. in l. ſi minorẽ. col. 4. nu. 10. verſ. nunc quæro, quomodo literis probetur. C. de in integ. reſt. minor. & de hoc dicit eſſe caſũ in l. ẽt. ff. de ꝓb. & in l. excuſant poſt prin. ff. de ęxcu. tut. Sal. ſniam
pluribus argumẽtis comprobat Cur. iun. in conſ. 118.
nu. 8. verſ. maior igitur. Ruin. conſ. 31. nu. 7. vol. 4. cui
ſententiæ fauent tradita ab Aym. Crau. in trac. de an-
tiq. temp. par. 1. §. vidimus, & abundè. verſ. quid in li-
bro patris. nu. 34. idẽ voluit clariſſimus Iac. Menoch.
de arbitr. iud. conſ. 116. & 117. per totum, hoc ẽt con-
ſulendo ſenſit Soc. iun. conſ. 3. lib. 2. nu. 2. cum ſeq.
2 Confirmantur ſuperiora. nam † cũ pater immò etiã
alius ratione ſanguinis coniunctionis præſumatur ha
bere verã notitiam ætatis ſibi coniuncti, vt ſupra di-
ctũ eſt in ſuperiori concl. de ætate, & ibi gl. in l. 1. verſ.
ignarũ. C. de in integ. reſt. minor & Pariſ. cõſ. 25. vidi
teſtamentũ. nu. 8. vol. 3. & p l. octaui, in fi. ff. vnde co-
3 gnat. † eo igitur magis præſumendũ erit parentes cer-
tos eſſe de tempore ortus filij, de eaq; tanquam de re
mobili veram annotationẽ facere, vt dictũ eſt ſupra.
Primò amplia Concluſionẽ eo magis procedere,
4 cũ certiſſimi iuris ſit † cuicunq; libro priuato acceden-
te probabilitate fides adhibeatr, vt placuit Bal. in rub.
C. de fid. inſtr. & aſſeruit de iure reſpondendo Corn.
conſ. 319. circ. prin. nu. 14. ibi, ſi id, quod in libris cõti-
netur eſſet veriſimile, &c. vol. 3. vt & voluit Feli. in c.
ſcripta. nu. 23. in 2. fallen. de fid. inſtr. & cautum fuit à
Decio. conſ. 510. in caſu, col. 2. ſub nu. 2. quibus ſe ſub-
ſcripſit Aym. cõſ. 158. viſis actis. nu. 9. verſ. ex qua ve-
riſimilitude, vbi Iaſ. & Caſt. ad idẽ citat, latè p Gabr.
* in libr. commu. concl. tit. de prob. concl. 5. vbi * com-
munem eſſe teſtatur, & ampliat eam.
5 Secundò amplia, † ẽt ſi talis liber non reperiatur, eo
ꝙ amiſſus ſit, dummodo conſtet de eius productione
in actis, & in publicas tabulas fuiſſe relatam illã par-
ticulam libri, quæ ad probandam ętatem pertinet, nã
tunc ſatis ex ea (vt ita loquar) regiſtratione probatur
ætas, præſertim ſi parte præſente, ita teſt. Ruin. cõſ 31.
n. 7. vbi loquitr in hac re noſtra. li. 4. idẽ voluit Maria.
Socy. conſ. 13. num. 3. vol. 2. vbi latè, & dicetur infra.
6 Tertiò poteris ampliare concl. † vt ẽt vera ſit, vt li-
teræ, vel epiſtola patris, quibus narratur aliquem eſſe
ſuum filium, & illũ eſſe id ætatis, probẽt ſaltem ſemi-
plenè, p l. fi. in prin. & ibi gl. 1. & Sal. in prin. ff. de ꝓb.
& aſſeuerauit gl. fi. in l. non epiſtolis, & ibi Bald. & ibi
Sal. C. eo. tit. quos ſequutus eſt Pariſ. cõſ. 10. n. 56. vol.
7 2. quod cũ ita ſit † multò magis dẽnt probare tales lite
ræ ętatem, quę eſt minoris conſiderationis. minoriſq;
prȩiudicij: vt ait Mandoſ. vbi ſupr. d. 18. reg. q. 8. nu. 4.
Immò quod hmõi literę plenè probent voluit Ioan.
Maur. in d. ſuo tract. de in integ. reſt. c. 320. per totum.
Quartò tibi amplianda eſt eadem cõcluſio, vt ſci-
8 licet probatio ætatis fiat † ẽt ſi pater non ſcripſiſſet, ſeu
annotaſſet in libro diei natalis illius filij, ſed penes ſe
haberet figuram Aſtronomicam ortus illius ab ipſo
patre, vel ab aliquo Aſtronomico patre id procurãte
confectam, cum annotatione anni, & diei, ita tenet
Mandoſ. in d. reg. 18. q. 8. nu. 4. ſub fi.
9 Quintò amplia, videlicet, † quod magis credẽdum
ſit tali libro patris, quam ſi viua voce ipſe pater viuẽs
teſtificaretur: ſm Ant. de But. & And. Barb. in c. ex li-
teris. de tranſact. & Hipp. Marſ. in l. de minore. §. pluri
10 mum. col. 2. nu. 9. ff. de q. vbi ait † eſſe hanc præcipuã,
& peculiarem prærogatiuam probationis ętatis filij:
vt ſcilicet magis credatur voci mortuæ, quàm viuæ, ꝙ
etiam probauit Marian. Soc. in conſ. 3. nu. 7. vol. 2.
Sextò velim amplies concl. eo vſq; ꝓcedere, vt ſci-
11 licet † ex hmõi libro patris de ętate filij probatio oria
tur, ſiue agatur de eorũ promotione, ſiue in honori-
bus aſſequẽdis, ſiue in beneficijs habẽdis poſteà age-
retr, nam certò de eorũ conſtaret ætate, quæ in talibus
actib. requiritr, auctore Io. Maur. vbi ſup. d. c. 320. in fi.
12 Primò limitãda concl. eſt, vt procedat † dummodo
aliàs non ſit talis liber ſuſpectus: ita ſpeciatim rñdit
Curt. iun. cõſ. 118. nu. 8. ſub fi. & ait ibidem id poſſe ꝓ-
13 bari, & certum fieri p comparationẽ literarum: † quæ
probatio tunc faciet plenam probationem, & fidem

per l.comparationes. C. de fide inſtrum. quod etiam ſupra à nobis declaratum eſt in Concluſio.comparatio literarum.

Secundo loco limitabis non habere locum quoad
14 plenam probationē, † ſed tātùm talis liber,& ſcriptura faciat ſemiplenam probationem, ſi ipſe pater vitā degat,ſecundum Aym.Crau.in ſuo tract.de antiq.tēpor.par.1.§.vidimus,& abundè.nu.34.verſ.ego puto. allegat.Paul.de Caſtr.in d.conſ 124.nu. 2. vbi tamen
15 de libro non loquitur ſed tantùm de voce,†ſecus autem eſſe ait ſi pater, qui ſcripſit, eſſet mortuus.nam tunc mors habet vim iuramenti, & plenè probabit, ita ſenſere Crauet. vbi ſupra,num.35.& Soc.conſil.3. num.7. lib. 2.

Tertiò limitabis non procedere,ſi pater,vel mater, qui ſcripſere ætatem filij in libro, eſſent aduerſarij fi-
16 lij, † quia tunc nō admitteretur eorum teſtimonium ſuper ætate contra filium: ita nominatim reſpondit Bal.conſ.19.lib.5.nu.4.quem ſequitur Craue.in d.ſuo tract.de antiq.tempo.d.§.vidimus.num.36.in 1.part. quod idem nos attigimus ſupra in ſuperiori concluſione,verſ. ſublimita omnia ſupradicta.

Quartò tibi intelligenda eſt, & limitanda conclu-
17 ſio,vt huiuſmodi ſcriptura † non probet ætatem plenè,niſi ſit præconizata, hoc traditum eſt ab Accurſ. in §.vlt. in verb. natalibus. Inſtit.de ingen. cuius doctrinam,vt veram,& ſolidam ſequitur,& commēdat. ibid.Angel. Aret. vt teſtatur Sebaſt.Sap. in repet.l.de ætate.nu.31.ff.de minoribus.

18 At roget quis,† nunquid ſi quiſpiam producat huiuſmodi ſcripturam,probare cogetur, quiſnam ſit ille,de quo ſit mentio in ſcriptura? Hunc verò non cogi determinat Bal.in l.neq; natales.col.2.nu. 2. verſi. circa hoc dubitat Nicol. C. de probat. cuius deciſio-
19 nis illa baſis eſt,†quia perſonarum pluralitas nō præſumitur. Bal.ſequitur Iaſ.in l.2.nu.4. & 15. C. de bon. poſſ.2.tab.fortiùs dixit Bal. in l. ſi qua per calumniā, C.de epiſc.& cler.in fi. quod ſi Theutonicus contulerit ſe ad iſtam ciuitatē cum procuratorio, præſumetur iſta perſona, de qua fit mentio in procuratorio.

Iſtud tamen declara, vt ſi poſt natiuitatem decurſum ſit exiguum tēpus per teſtes deſcriptos in inſtru-
20 mento poſſit probari identitas † cum modico tēpore non præſumatur mutata indoles ſecundum Nico. de Mata.in d.l.neque natales.C.de prob.quem refert & ſequitur Fely.in c.ſeries.nu.4. de teſtib.

21 Præterea, ſi factus maior † probet filiationem his modis,de quibus abundè differuimus infra in concl. filiatio,& tradidit Fel.in c.per tuas.num.10 cum alijs ſeq.de probatio. nam tunc rectè probabit identitatē, vt idem aſſeruit Fel.in d.c.ſeries d.num.4.

Poſtremò,ſi etiam ceſſantibus illis modis probaret
22 identitatem ſuam † propter ſingularitatem nominis, propter quam tolleretur dubium æquiuocationis, altero ex iſtis modis non concurrente: vt idem inquit Fely.in d.c.ſeries.d.nu.4.

CONCLVSIO DCLXXI.

ARGVMENTVM.

Ætas an per ſcripturas, & inſtrumenta probari poſſit.

SVMMARIVM.

2 *Inſtrumentis probari poſſunt omnia,quæ per teſtes,& eandem vim habent inſtrumenta,& teſtes.*

2 *Scriptura in pluribus caſibus maiorē vim habet,quā teſtes.*

3 *Aetas per ſcripturas,& inſtrumenta probari poteſt.*

4 *Aetas minor probatur per inſtrumentum ſponſalium,ſeu matrimonij.*

5 *Per inſtrumentum matrimonij patris probatur ætas filij.*

6 *Aetas filij præſumptiuè ꝓbatꝛ ex denumeratione annorum à tempore matrimonij inter patrem,& matrē contracti.*

7 *Argumentum à communiter accidentibus in materia probationis validum eſt.*

8 *Matrimonium inter honeſtas perſonas,& eiuſdem inſtrā dotalia ſolent præcedere hymeneos,& feſtiuos amplexus.*

9 *Non præſumitur quis natus ante matrimonium.*

10 *Aetas per inſtrumentum matrimonij non probatur,quādo agitur de ætate ipſorū contrahentiū,niſi ætatis tēps fuerit inſtrumento adiectum,& hoc a iudice approbatum.*

11 *Probatio debet concludere per neceſſe, & non per poſſibile.*

12 *Inſtrumentum dotis non probat ætatem filij, ſi fuit factū ante contractum matrimonium.*

13 *Quando fuerit factum inſtrumentum dotis,probari poteſt per teſtes,qui nuptijs interfuerunt.*

14 *Aetas probari poteſt,quoad omnem effectum, ex inſtrumēto diei natalis filij,iuſſu patris confecto.*

Clariſſima iuris eſt regula, inſtrumētis probari poſſe omnia, quæ ꝑ
1 teſtes:† eandemq; vim habere inſtrā, & teſtes: ꝑ vulgatam.l.in exercendis.& ibi glo.C.de fid.iuſtr.& l.pactum,quod bona fide,C.de pact.etiam ait Dec.conſ.
2 79.incip.& pro tenui.nu. 3. imò † in pluribus caſibus maiorem vim habet ſcriptura, ꝙ teſtes, per l.vnic.C. de man.prin.latè per gl.in c.1.de cenſib.in 6. in verb. in ſcriptis,vbi infinitos recēſet caſus ſcripturæ probationē neceſſariò reqrētes. Vndè cū ætatē in ſuperiori cōcluſ.per teſtes ꝓbari poſſe docuerimus, ſequetur quoq;, vt et per inſtrā doceri, et probari poſſit. Et in
3 terminis noſtris,† qđ ætas per ſcripturas,et inſtrā probari poſſit,vř aſſeruiſſe Heren.I.C.in l.2. §. ætas autē probatꝛ,cum gl.in verb.legit.in prin.ff.de excu. tut. et idem voluit Bal.in d.l.2.nu.1.vbi dicit melius probari per inſtrā,quàm per teſtes.C. ſi minor ſe maior. dixer.& placuit Sal.in l.ſi minorē.nu.10.verſ.& de hoc eſt caſus.C.de in integ.reſtit.quod Mandoſ. latè proſequitur.n.18.reg.Cancel.verſ.ſexto quæro, per totū.
4 Probatur autem minor ætas † per inſtrm ſponſalium, ſeu matrimonij: vt ait auctor addit.ad Bart in d.l. de ætate in verb.ætas probata,litera D. ad l.optimā, C. de commit.ſtip.idem expreſsè ait Bal.in l. neq; natales.nu.8.C. de probat.ubi inquit per inſtrumentū ma-
5 trimonij patris probari ætatem filij † ſcilicet filium natum fuiſſe poſt dotalia inſtrumenta,& ibid.Sal.nu. 3.verſ.itē iſtā gl.Bal.refert,& ſequitꝛ idē Sap.in d. rep. l.de ætate.nu.35.ver.ult.quæro ff.de min. Hinc ēt colligebat idē Sal. vbi ſup. minorē ætatem filij præſum-
6 ptiuè ꝓbari † ex denumeratione annorū inchoando à tpe matrimonij inter patrē & matrē cōtracti. ſic ēt cōfirmauit Bal.in addit.ad Spe.in §.vlt.in fi.de in integ.reſt. verſ. per inſtrm matrimonij ætas prolis ꝓbatur: nec id latuit Iac.de S.Georg.in l.cū de ætate nu.6. ff.de prob. Et probatur regula à cōiter accidentibus,
7 † quod argm̄ à cōiter accidentibus in materia probationis ualidū eſt: ut patet ex allegatis per Barth. Soc. in conſ.205.nu.4.vol. 2. vt latiſſimè tractatur ille locus à D. Euerardo in ſuis locis legalib. loco à cōiter accidentib. idē probat cōtex.inſignis in c.1.& ibi hoc
* notāt Card.Cald.Imol.Pano.& *cōiter Doct.de cler. non reſidentib.atq; contex.in l.& ideoq;. & ibi ꝑ gl. ff.de legib.tex.in l.quidā.§.nūmularios.ff.de eden.gl. ſing.in l.neq; natales.vbi Cyn.Bald.Sal.& Docto.de
8 prob.Nā ſolet matrimoniū † inter honeſtas perſonas, & eiuſdem inſtrā dotalia præcedere ipſos himenæos, & feſtiuos amplexus: ita tradidit Mandoſ. vbi ſup. d. q.6.nu.6.vt ēt teſtatur Io.Maur.d.tract.de in integ.reſtit.c.321.Poſſit num ætas.nu.1. qa ubi conſtiterit per inſtrm ſponſaliū,uel matrimonij die,menſe, & anno tali Titiū contraxiſſe matrimoniū cū Seia,& à die dicti cōtractus lapſos eſſe annos tredecim, ꝓculdubio cōſtabit hūc filiū nō poſſe eſſe maiorē annis 14.et ſic deinceps ætas ꝓbatꝛ:vt cēſuit Mand.vbi ſup.d.q.6.nu. 3.et ita ait Fel.in c.in præſentia.nu.28.ext. de probat.

& con-

& conſuluit Bal.in conſ.213.occurrit,in fi.volum. 2.
9 †vbi ait,quod non præſumatur quis natus ante matrimonium,ad quod conſulas Abb.in c.ſeries.in 1.& 2. col. de teſtib.

Primò velim limites concluſio.vti eam limitat nõ minus ſubtiliter,quã doctè.Io.Mau.in d. ſuo tract. de in integr.reſtit.d.c.322.ſub fi.ſcilicet,non procedere, neque per inſtrumentum matrimonij probari ætatẽ,
10 †quando ſcilicet agitur de ætate ipſorum contrahẽtium,niſi ætatis tempus fuerit inſtrumẽto adiectum, & hoc à iudice approbatum,cuius auctoritatẽ iudicis omnino ipſe neceſſariam fore exiſtimat ob metum fraudis,vt ne alia,quam vera ætas inſtrumento adijciatur,nec ſinet quoq; iudex inſtrũo inſeri ætatem niſi partium ſummaria inquiſitione præcedente, adeo quidem,vt de ea illi conſtet, alioquin certè dicendũ eſt, dubiam eſſe ætatis probationem, quæ ex inſtrumẽto dotali oritur,vt ibi per eũ,& ratio eſt quia plerumq; ſiue ſit mas, ſiue fęmina in contrahẽdo matrimonio ſolent ſe dicere prouectioris ætatis, quam ſint,vt fortaſſe deſinant ſub curatoris eſſe auctoritate, & rerum ſuarum adminiſtrationem habeãt,& quo liberius efficiatur matrimoniũ, quæ ſolent aliquoties impediri à parentibus ob ætatis vitium. Et quod non ſemper concluſio ſupradicta procedat in ſimili confirmare omnino videtur Mandoſ.in d.reg.18.q.6.nu.3. verſ. talis modus,cum ait filij ætatem præſumptiuè probari ex numero annorum inchoando à tempore matrimonij inter patrẽ,& matrem contracti.& nu.5. verſ. non poterit igitur,per Sal.in d.l.neq; natales. num. 3. verſ.ex quo infero,&c.C.de proba,& iſta in terminis ponderat Bal.in d.l.neq; natales.n.8.verſ.Reſtat vnũ
11 dubium.Et ratio eſt†quia probatio debet concludere per neceſſe,nõ autem per poſſibile,vel pòteſt eſſe, ex l.non hoc.C.vnde legit.d.l.neque natales.C.de prob. Bal.in l.ad probationem.la 2. in prin. verſ.& nota ꝙ probatio nunquam concludit per poſſibile,ſed debet concludere per neceſſe.C.eod.tit.de prob.cui accedit Dec.in c.in præſentia.nu.16.in 13.notab.ex. de prob. Nam plerunque videmus naſci ex concubinis,q poſteà per ſubſequens matrimonium legitimantur.cap. tãta,ext. qui fil.ſint legit. ex quo apparet Concluſionem non efficienter concludere,niſi vna cum limitatione Mandoſ. ſupra poſita.

Secundò limitabis nõ habere locũ, ſi inſtrumentũ
12 dotis fuit factum poſt contractũ matrimonium:†qa tunc ceſſat ratio regulæ Bal.in d.l.neq; natales: & ſic non probat:ita conſultum eſt ab Alex.conſ.21.nu.5. vol.1.Vnde Spec.in tit.de in integ.reſt.§.1.verſic.ſed huiuſmodi.nu.10.dicit,ꝙ ſi quis habeat inſtrumenta dotalia,in quibus dicitur Titiũ ſponſum à Caia ſponſa recepiſſe centum nomine dotis, tunc eſſe præſumptionem ætatis comparandæ à tempore inſtrumenti confecti:ſed ſecus ſi in dicto inſtrumẽto dicatur, Titius coniux à Caia coniuge ſua recepit,&c. Nam tũc cum nominat coniugem non præſumitur pro dicta ætate:quia poſtquam fuit natus filius poſſent eſſe cõfecta inſtrumẽta illa dotalia, quod præſumitur ex eo, quod vocantur coniuges:ſecus autem eſt,quãdo ſunt
13 ſponſi.Probari tamen, † vt ipſe ait,poterit per teſtes, qui nuptijs interfuerunt, quando tale inſtrumentum fuit factum,ſcilicet tempore nuptiarum,quibus teſtibus ſtandum eſt,licet non recordentur, quòd eæ nuptiæ fuerint celebratæ tali vel tali tempore,vt ipſe ait Spec.vbi ſupra.

Poterit,& alio modo probari ætas per inſtrumẽta,
14 quam quo ſupra dictum eſt, videlicet† ſi iuſſu patris, vel matris tempore diei natalis,ſeu paulo poſt fiat inſtrumẽtum,id eſt die,menſe,& anno tali, & tali.B.natum eſſe Sempronium,ex iſto enim inſtrumẽto, quo ad omnes effectus probari poteſt ætas.

CONCLVSIO DCLXXII.

ARGVMENTVM.

Ætas an probetur per librum publicum, ſeu annotationem officialis alicuius.

SVMMARIVM.

1 *Aetas probari poteſt per librum publicum, ſeu annotationẽ officialis alicuius loci ſeu caſtri.*
2 *In vſu apprimè fuit antiquitus, vt ſcriberetur vniuſcuiuſque ætas.*
3 *Acta propriè ſunt,& dicuntur geſta ab ijs,vel apud eos qui rogati in Republica cum poteſtate imperioque verſati ſunt.*
4 *Verba debent accipi in dubio pro ſignificatu ſuo proprio.*
5 *Cenſus,& tributa ad publicum ſpectant, & in publicis libris annotantur.*
6 *Aetas per librum publicum quare probetur.*
7 *Profeſſio in actis facta neceſſario intelligi debet de actis publicis,non autem de ſcriptura priuata.*
8 *Florentiæ obſeruantiſſimus eſt vſus,vt nomina omnium q naſcuntur,in libros publicos mercantiæ referantur.*
9 *Liber officialis a publico conſtituti plenam facit fidem.*
10 *Aetas non ſolum probatur per libros, ſed etiam per annotationem Cameræ,in qua deſcribuntur focularia.*

1 ÆTAS non ſolum ijs modis ſupra à nobis explicatis probari poteſt, †ſed etiam per librũ publicum,ſeu annotationem officialis alicuius loci, ſeu caſtri:vt ita ſentiam mouet me Terentij I.C. reſponſum in l.etiam.ff.de prob.vbi probatur quod recipitur profeſſio matris & auiæ: ita teſtatur Mando. in regul.18.quæſt.9.nu. 1. & 2. quod & probauit Alc. tract.de præſump.reg.2.præſump.14.num.10. & licet Sal.in l.ſi minorem.C.de reſt.in integ.in illã deſcẽdat ſnſam,vt exiſtimet illum contexi.intelligi debere de ſcriptura parentum: quaſi illa profeſſio ſit annotatio in libro priuato: ego autem ſequendo in hoc Mãdoſium,vbi ſupra:qui hoc arbitratus fuit, intellectũ d.l. etiam traditum à Sal.non eſſe verum,credo,prudentiorum ſemper magis ſano, & perſpicaci iudicio memet ſubijciens,quod immò denotet annotationem, quę fiebat in libris publicis,quando aliqui naſcebantur.Conſueuerat enim pater, vel mater profiteri nomina illorũ,prout colligi poteſt ex Iuuenal.ſatyr. 9.

Nullum ergo meritum eſt ingrate,ac perfide nullum,
Quod tibi filiolus, vel filia naſcitur ex me.
Tolliſ enim, & libris actorum ſpergere gaudes,
Argumenta viri.

Quæ carmina referunt Budæus in annot. in d. l. cũ de ætate.ff. de prob. Alc.atq; Mando.in iiſdem locis ſupra à nobis relatis. In quorum carminum explicatione illud à Budæo annotatũ inueni, Acta ibi intelligi deberi libros, in quibus liberorum iam natorum nomina deſcribebantur,qui publica ſub cuſtodia cuſtodiebantur:qui mos antiquitus apprimè in vſu fuit,
2 vt ſcilicet ſcriberetur vniuſcuiuſq; ætas: vt rectè teſtatur Accurſ.in l.Imperat.la prima.in verb. Imperator. ff. de ſtat. homin. cuius rei etiam meminit Capitolinus in Marco Philoſopho,Inter hæc,inquit, liberales cauſas ita muniuit, vt primus iuberet apud præfectos ærarij Saturni vnumquemq; ciuium natos profiteri intra tertium diem nomine impoſito.Per Prouincias tabellariorum publicorum vſum inſtituit, apud quos idem de originibus fieret, quod Romæ apud præfectos ærarij.ſi fortè aliquis in prouincia natus cauſam liberalem diceret, inde ferret. Atq; hanc totam legem de aſſertionibus firmauit. Idẽ in Gord. nõ illud ſatis conſtat,ꝙ filium Gordianũ noĩe Antonini ſigno illuſtrauit, cum apud præfectũ ærarij more

Romano profeſſus filium publicis actis nomen eius
inſereret.ita refert eleganter Bud. in annot. ad Pand.
in d.l.cum de ætate.ff.de prob.quæ conſuetudo publi
cè filios profitendi hodiernis diebus adhuc apud Bra
bantos totius Belgiæ populos longè præſtantiſſimos
extat:& hoc ea ratione, vt faciliùs probari poſſit, qui
nam veri ciues ſint, qui ciuilitatis priuilegio gaudere
poſſint,& valeant,quanti autē commodi,& vtilitatis
hmôi ſit priuilegiū, quantitas precij,quo illud com-
paratur à nouis incolis atteſtatur.vti illud accepimus
à quodā noſtro familiari Brabantino Bruxellis oriū-
do nomine Io.Pulito iuuene erudito, & in hac ſcien-
tia Profeſſore ſtudioſiſſimo:, atque acutiſſimo, ac
iam I. V. Licentiato.

3 Et quòd † acta propriè ſint, & dicantur geſta ab ijs,
vel apud eos, q togati in Republica cū poteſtate im-
perioq; verſati ſunt, atteſtatur Hottom.in Cōmē.ſuo
not.verb.iuris.in verb.acta,& vide l.2.C.de edē.verſ.
acta publ.§.vlt.inſt.de adopt. ibi, actis interuenienti-
bus,& in §.1.Inſt.de don.cum ait,& donationes actis
interuenientib.inſinuari, ideſt, cuius rei memoria in
literas publicas relata ſit. Et quāuis ille Iuuenalis lo-
cus aliam interpretationem recipiat:certum tamē eſt
4 † quod verba debent accipi in dubio pro ſignificatu
ſuo proprio:vt ait Ariſtoteles in Antepredicamētis,
vbi de acceptione vocum vniuocarū, & æquiuocarū
tractat,& eſt tex.expreſſus in l.non aliter. ff. de leg.3.
Idē quoq; dici poteſt de tex.in l.verſ.ætas autem pro-
batur.ff.de excuſ.tut.qui intelligi debet, vti dictū eſt
ſup de d.l.ēt.ff.de prob.& ita d.l.etiam,interpretatam
reperi ab Ale.in tract.ſuo de preſump.reg.2.præſum.
4.nu.10 quem ſequutus eſt Quintil.Mand. in 18. reg.
Canceſ.q.9.nu.2.& allegat vterq; l.2.ff. de cenſib.vbi
eſt ver. profeſſio,& non poteſt fieri interpretatio, niſi
5 de annotatione in libris publicis: † cenſus.n.& tribu-
ta ad publicū ſpectāt, & in publicis libris annotanē.l.
ætat.cum glo.1.& l.forma.ff d.tit.de cenſib.l.1. & ibi
not.Bart.nu.4.C.de exactor.trib.lib.10. facit.l. inter-
dū.§.1.cū gl.in ver.improfeſſum.vbi gl.exponit,verſ.
ſeruū improfeſſum illum, cuius cenſum dominus nō
6 fecit deſcribi in libris publicis cenſus, & † ꝙ ætas per
librum publicū probetur oſtendo per Alex.Impe.re-
ſcriptū in l.1.C.ſi minor,ſe maior.dixer. inqt.n.Imp.
ſi enī minor annis 25.eſſet,tabulis,quę ſunt tuarū pro-
feſſionum oblatis tibi,ætatem, quaſi maior annis 25.
decepta,probaſti,reliqua noſtis. quo in loco Accurſ.
interpretatur verbum illud,profeſſionum, eas eſſe ta-
bulas, in quibus Pater, & Mater,profeſſi fuerant tali
tempore aliquē natum.ꝙ omiſſis ambagib. & verbo-
rum circuitionib.clarè dixit Bud. in d.annot. ad l.cū
de ætat ff.de prob.fiebat autem ait Budæus, profeſſio
addito die,& conſule,propterea profeſſione ætas faci
lè probari poterat,per d.l.1.C.ſi minor ſe maio. dixe.
hoc idē probat Scæuol.in l.vlt.§.mulier. ff.eo.de ꝓb.
Mulier grauida,dicit I.C. repudiata filiu enixa abſen
te marito, ſpurium in actis profeſſa eſt. Quæ qdē pro-
feſſio in actis facta neceſſario intel igi dēt de actis pu
7 blicis†nō autem de ſcriptura priuata, ꝙ ēt cōprobat
contex.in l.non nudis aſſeuerationib.C.de prob. huc
quoq; Diui Lucę verba referri poſſunt,c.2.cum dixit:
Exiit edictū à Ceſare Auguſto,vt deſcriberet vniuer-
ſus orbis.quæ deſcriptio publicè fiebat,non priuatim,
ꝙ etiam ex eo oſtēditur,ꝙ Ioſeph,& Maria, vt ibi ſe-
quitur,deſcēderunt a Galilæa, & acceſſerunt Bethle-
hem,vt ibi deſcriberent. Ad inſtar igitur illius deſcri-
ptionis hāc ꝓfeſſionē puerorū diei natalis fieri credi
derim:& hūc credo naturalē,& genuinū eſſe ſēſū.d.l.
ēt. quē ēt poſt hæc ſcripta nouiſſimè ꝓbaſſe repi. Pet.
Rebuff.in l.eū q 16.ver.profiteri.ff.de verb.ſig.vbi ēt
multas,& varias in iure huiuſce verbi ſignif.collegit.

8 Qum ēt † tempeſtate noſtra apud Florentinos eſt
in more poſitum, vt nomina oīum qui naſcuntur, in
libros publicos mercantiæ referantur: & præſertim
propter magiſtratus,vt ſciant cuius ætatis ſint omnes:
& forſan ēt propter militiam,propter tutelas,& curas
& pleraq; alia,q̄ in quadā ætate certa ſolū concedū-
tur:teſte etiā eo. Mand.loco nuper à nobis adducto.

Nec à recta ratione alienum eſt,vt iſtiuſmodi libris
9 credatur, † cū liber officialis à publico conſtituti ple-
nam faciat fidem,auctore Bart.in l.quædam.§. num-
mularios.in fi.ff.de eden.& Salic. in l. exemplo. poſt
princ.C.de probat.atq; Alex.in conſ.179.in cauſa,&
lite.in princ.vol.5 quod & placuit Dec.conſ.596.ad
dubia.nu.5.quod & probauit Iaſ.in reper.l. admonē-
* di.nu.132.ff.de iureiur.vbi de * communi teſtatur. ſic
reſponſum eſt à Ruin.in conſ.92.num.10.vol.5. latè
Aymo Crauet.in tract.de antiq.temp.par.1.ſect.4. li-
mitatur.nu.66.verſ.quid in libro alicuius officialis.&
confirmauit in conſ.158. Viſis actis.nu.4.& ſeq. Quæ
autem alia requirantur,vt libri huiuſmodi, ſeu anno-
tationes publicę probent,dicet,infra in cōcluſione li-
ber officialis,ad quos etiam conſulas. Alex.conſ.187.
viſa copia.num.2. vol.7.

10 Ampliabis † eandem concluſionem noſtrā proce-
dere, vt ſcilicet nō ſolùm probetur ætas per libros pu-
blicos,vt dictum eſt, ſed imo etiam per annotationē
Camerę,in qua deſcribūtur focularia, probatur ętas:
vti id nominatim decidit Thom. Gramma. deciſ.48.
Ioan.de Vicināèio.nu.18.in fi.quem refert, & ſequi-
tur Mandoſ.in d.reg.18.q.9.num.3.in fin.

CONCLVSIO DCLXXIII.

ARGVMENTVM.

Aetas, an probetur per librum Plebani, ſeu Curati.

SVMMARIVM.

1 *Aetas probatur per librum Plebani, ſeu Curati, in quo paſſim is deſcribit nomina, & cognomina eorum, qui ab eo ſacro baptiſmatis fonte luſtrati fuere.*
2 *Plebani quare præſumantur verè ætatem deſcripſiſſe.*
3 *Aetatem probat Plebanus etiamſi diem natiuitatis illius de cuius ætate quæritur non annotauerit, ſed tantum diem, quo baptizatus fuit.*
4 *Infantes,qui baptizantur, vt plurimum non ſolent excedere octauum,vel decimum diem.*
5 *Maior ætas quomodo probetur.*
6 *Minor ætas quomodo probetur.*
7 *Liber Plebani non ſolùm valet ad probationem ætatis ſed etiam per ipſum probatur dominium.*
8 *Liber Plebani contra tertium ſolùm præſumptionem,ſiue indicium facit.*
9 *Aetas probatur per librum Plebani etiam ſi ageretur de fauore eius,cuius eſt liber, & de eius commodo pecuniario tractaretur.*
10 *Aetas probatur per librum Plebani,ſeu Curati, dummodo adſit conſuetudo,vt huic libro credatur,vel ſaltem ſolitum ſit a decem annis ante.*
Contrar. num. 11.
12 *Per libros Plebani probatur quem excommunicatum.*
13 *Per libros Plebani probatur quem eſſe mortuum.*
14 *Rectorum Eccleſiæ cura eſt mortuos ſepeliendi, & de illis curam habendi.*
15 *Aetas in communibus probari poteſt per veriſimilia.*
16 *Liber eſt priuata ſcriptura, quæ non probat.*
17 *Scriptura Plebani eſt ſcriptura priuata,non facit p ſe fidē.*
18 *Scriptura presbyteri non curati à ſcriptura priuata non differt,ſed ſcriptura Curati fidem facit, cum ſit perſona publica,& publica dignitate fungatur.*
19 *Verba ſic accipi debent, vt aliquid operentur.*
20 *Libro electi a publico plenè credatur.*

Et

Eſt etiam efficax modus probādi ætatē p librū Plebani, q̄ aliter Curatus,
1 vel melius, & verius Parochus nūcupaī, † in quo paſ
ſim is deſcribit noīa, & cognomina eorū, q ab eo ſa
cro baptiſmatis fonte luſtrati fuere:eſtq; illud appro
batiſſimum ætatis probandæ teſtimoniū, ꝙ vniuerſa
Gallia comprobat:vt author eſt Io.Mauric. in d.ſuo
tract.de in integ.reſt.c.321.per totū qui ait,ſe memi-
niſſe ita ętatē fuiſſe probatā, vbi de reſtitutione in in-
tegrum ageretur in hanc eādem deſcendit ſententiā
Quintil.Mandoſ.in d. reg.18.in quæſt.10. nu.3.quod
& ſancitum eſt in c. ad audientiam. verſ. non igitur.
de præſcrip.ſic ſenſit Bal. in d.l.fi. ante fi.nu.15.verſi.
vnde ſi per librū. C.ſine cenſ. vel reliq. cui ſe ſubſcri-
pſit Saly.in l.exemplo poſt prin.verſ.quandoq; ab of
ficialib.C.de proba.ita conſuluit Ancha. in conſ.44.
primo de iurib.nu.5. verſ.contrariū, quod triplici ra-
tione:vt & aſſeruit Fely.in d.c. ad audientiam nu.16.
In 10.concluſ.verſ.ſecundum hæc. Et ex hoc proban
dæ ętatis modo nulla fraus oriri poteſt,cum id eo pręci-
2 cipuè conſilio agant plebani,† vt ſciant quoſnam,&
quot ſubditos ſuæ parochiæ habeant, & vt deinceps
de eorū ætate pateat:qui cum nihil vtilitatis, aut cō-
modi pecuniarij ſint ex eo aſſequuturi, præſumuntur
verè ætatem deſcripſiſſe:vt retulit Io.Mauric.ibi.d.c.
321.ſub fi.eandem concluſ.nouiſſimè probauit egre-
gius Doctor Ioſephus Ludo.in dec. Peruſ.55.num.7.
vbi ad idē Dec.Alc.& Caual.citat,ex quibus omnib.
auctoritatibus colligi poteſt eſſe * eōem . Huc reſpe-
xit Reuerendiſs. Io. Baptiſta Caſtellius Ariminenſis
Eccleſiæ Epiſcopus vigilantiſs. cum Placentiæ, dum
ego ibi. Vicarij munere fungerer, viſitatoris Apoſto-
lici partes gerebat in decretis generalibus, cū de iis,q̄
ad Baptiſmi ſacramentum ſpectāt in fine ſic ſanctè
ſtatuit. Illorū nomina,qui baptizati ſunt nō in folio,
vt deinde in libro referātur,ſed in libro,(qui huic vſui
tantum ſit primo deſcribantur: in eodemq; nomina,
& cognomina parentum,& compatrum, dies natiui-
tatis,& baptiſmi adnotentur.
3 Primo loco amplia concl. procedere † etiamſi diē
natiuitatis illius,de cuius ætate quæritur, nō annota-
uerit;ſed tn̄ diem,quo baptizatus fuit,nam nihilomi
nus ętatem probat teſte Mand. vbi ſupra d.q.10. ſub
fi.Cōpertum enim cuiq; eſſe poteſt,vt plurimum cō-
tingere ſolere, infantes qui baptizantur nō ſolere ex
4 cedere † octauum, vel decimum diē adeo, vt ſic ętas
neceſſario concludatur.Quod maximè Placentiæ ve
rum eſt. vbi talis eſt conſuetudo , & id conſtitutione
eiuſdē Reuerendiſs. Dñi Ioannis Baptiſtæ Caſtellij
ſtatutū fuit à partu Virginis 1579.Maior autem ætas
5 † hoc modo probabiī,ſi Calēdis Ianuarij 1538.bapti
zatus ſit N.qui die ſecunda Ianuarij 1552.obtinet Ca
nonicatū in Cathedrali,apertè cōſtat à die Baptiſma
tis intercedere quatuordecim annos,& diem vnū:er-
go neceſſario concluditur,ꝙ ſit maior 14. annis, etiā
ſi ipſa die baptizatus fuerit natus eſſet; ita tradidit
Mand.vbi ſupra.d.nu.3.q.10.Minor autem ætas pro-
6 babitur hoc modo,† ſi ſolum dies baptiſmatis ſit de-
ſcripta.non aūt natalis : nam ſi annotatum reperiaī.
N. puerum baptizatum fuiſſe Calen.Ianuar.1539.&
eiſdem Calen.1552. obtinet Canonicatum , conclu-
detur à communiter accidentibus tempore impetra-
tionis fuiſſe minorem.
Secundò ampliabis vſque eo concl. veram eſſe, vt
non ſolum valeat ad probationē ætatis , vt dictū eſt,
7 † ſed & per huiuſmodi librum probeī dominium. d.
c.ad audientiā.verſ.nos igitur,de præſcri. & refert,&
ſequitur Mando.vbi ſupra d.q. 10.num.3. per Bal.in
l.fi.ante fi.C.ſi ſine cenſ.vel reliq.& Fel.in d.c.ad au-
dientiam.nu.16.in 10. concl. verſ. ſecūdum hæc atq;
Anch.conſ.44.nu.5. vterque tn̄ loquitur de libro Ca
pit.& Rom.qui in libro particularis Eccleſiæ conſul-
uit in conſ.137.vbi ad idem Spec.& Io.And.citat.

Limita tn̄ hanc ampliationem non procedere cō-
8 tra tertium † contra quem ſolū præſumptionem, ſeu
indicium facit, vt per Menoch.de arbitr. iud. caſu 3.
nu.4.& ſequitur Burſ.conſ.26.num.29.vbi & Moder.
Pariſ.citat,& in lib.Monaſterij loquitur,ſed de his la
tius ſuo loco.
9 Tertiò amplia concluſionem locum habere † &
ſi ageretur de fauore eius,cuius eſt liber,& de eius cō
modo pecuniario tractaretur;vt traditum eſt à Saly.
in d.l.exemplo.verſ.quando, & ab officialib.C.de p-
bat.& à Fely. in d.c.ad audientiam. refert Mand.vbi
ſup. d.nu.3.
Nunc velim limites & intelligas conclu. locū ſibi
10 vendicare,† dummodo adſit conſuetudo, vt huic li-
bro credatur, per d.c. ad audientiam, verſ. nos igitur,
vel ſaltem ſi fuerit ſolitū à decem annis ante : ita do-
cuit Bar.in d.l.fi.vbi liber Eccleſiæ pbat, ſi per decen
nium ita ſolitum ſit,vt voluit & Fel.in d.c.ad audien
tiam,ſub nu.16.
11 Contrarium , ꝙ imo ſemper probet † nec requiraī
conſuetudo decennalis, tenuit in terminis Quintil.
Mandoſ.vbi ſup.in d. reg.18.nu.3. q.10.verſ. ſed poſi-
to,& hoc multis argumentis comprobare nititur. Vi
12 demus enim,vt ipſe ibi ait,† ꝙ per tales libros probaī
quis excommunicatus,teſte Fed.de Sen. in conſ.119.
nulli dubium.ante fi.ver. ſed nunc reſtat. per tales &
13 libros † probatur quem eſſe mortuum,auctore Io.de
Imol.in conſ.110.in cauſa quæ vertitur, in fi.ibi.& &
in libr.in quo mortui deſcribuntur, & hæc nō poſſunt
de alio libro intelligi , q̄ de libro Curatij vel Rectoris
14 Eccleſiæ , † quia iſtorū eſt cura mortuos ſepeliendi,
& de illis curā habēdi,c.1.& c.ex parte,ext.de ſepult.
& ad hæc conferūt,quæ ſcripſit Iaſ. in l. admonendi,
nu.137.ff.de iureiu.& Dec.cōſ.596.nu.4. atq; Aymo
de antiq. temp.1.part.ſectio. vidimus, & abundè.nu.
34.vbi loquitur in terminis fortiorib.
Si igitur per huiuſmodi libros probatur dominiū,
mors , excommunicatio , quæ ſunt plenè probanda,
multò magis probari poterit ætas , quæ vt dictum eſt
15 ſup. † in cōmunibus probari poteſt per veriſimilia:
& hęc uerior & ęquior videtur ſententia, per ea, quæ
tradit Io. Maur. ubi ſup. d. c.321. vbi ſimpliciter ſine
vlla diſtinctione loquitur.
At contra Concluſionem noſtram, ꝙ ſcilicet ętas
non probetur per librū Curati vel Rectoris, illud ob
16 ſtare vr̄, † nam liber ille eſt priuata ſcriptura,quę nō
probat,per l.inſtra,& l.rationes,l.exemplo.C.de pb.
l.nuda, ff.de don.c.ſcripta,ext.de fide inſtru. & in pro
poſito noſtro,ꝙ ſcriptura Plebani ſit ſcriptura priua-
17 ta , † nec faciat per ſe fidem : concludit Benedict.de
Benedict.de Peru. in conſ.57.uiſo, & cōſiderato.uer.
ſed his non obſtantibus,col.2. Deci.conſ.120. & pro
tenui. num. 1. ubi hoc conſtanter aſſeuerat, ſcriptu-
ram huiuſmodi eſſe priuatam , & nullo modo uice
tabellionis fungi.
Quæ tn̄ conſilia non obſtant, quia certiſſimum eſt
ꝙ huius ſcriptura non æquipollet ſcripturæ Notarij:
& ipſi loquunī in caſibus, in q̄bus omnino Notarius
requiritur,nos aūt in iis loquimur terminis,in quibus
abſq; Notario fieri pōt probatio,etiam per quamcū-
que priuatam ſcripturā , ut in ſuperiori Concluſione
dicebamus, & affirmat Mandoſ. in d. reg.18. nu.4.q.
10.ſub fin.& ibidem q.8.& Bal.in rub. nu.56.cū ſeq.
C.de fid.inſtrum.deinde loquuntur illi ſupra allega-
ti conſulentes in presbyteris non curatis , ꝙ quidem
18 admittimus,† quia fidem non facerēt,cùm eorū ſcri
ptura à ſcriptura priuata non differat: ſed ſecus in Cu
rato,cùm ille ſit pſona publica, & publica dignitate
fungatur. Verum uana , & futilis uī hęc diſputatio,
utrū fidē faciat nec ne liber Curati de ętate alicuius,
cùm id apertiſſimè ſancitum ſit à ſacroſanctis patrib.
in Cōcilio Tridētino ſeſ.24.tit.de reforma.matrimo
nij,c.1.ſub fi.uerſ.habeat Parochus librū,quo in loco
decre-

dcereuere Ampliſſimi patres, vt Parochus librũ habe
re debeat, in quo oĩa illa, quæ ad curã ſibi ſubditorũ
ſpectent fideliter deſcribat, & annotet: ex quo colligi
tur, ꝙ illi quoq; ſine vlla dubitatione ſuper illis, de q
bus in libro, fides adhibenda ſit, ꝑcipuè cũ eius ſit ele
19 cta fides, & induſtria † cũ verba ſic accipi debeant, vt
aliquid operentur. l. ſi qñ. ff. de lega. 1. nam fruſtra ei
onus regiſtrandi in libro ſuo imponeretur, niſi fidem
apud omnes publicè faceret, ac plenè probaret.
20 Et pro hac ſententia facit vrgens ratio, † nam libro
electi à publico plenè credit̃, ꝓ latè deducta in ſupe-
riori Concluſione, atqui Plebanus ſeu Rector Eccle
ſię eſt à publico ad id electus, ergo ſine dubio ꝓbat.

CONCLVSIO DCLXXIV.

ARGVMENTVM.

Ætas an probetur per confeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio partis eſt optima probatio, & per eam veritas omnino eluceſcit.*
2 *Aetas per confeſſionem partis probatur.*
3 *Aetas probatur per confeſſionem partis in profanis tãtum, ſecus in beneficialibus, & ſpiritualibus, in quibus confeſſio partis nihil prodeſt.*
4 *Confeſſio facta ſup ætate in materia beneficiali ꝑiudicat.*
5 *Confeſſio non prodeſt agenti, quando vellet actor inducere probationem tituli ex confeſſione aduerſarij.*
6 *Confeſſio aduerſarij ſufficit in poſſeſſorio pro colore tituli.*
7 *Confeſſio ſuper ætate præiudicat confitenti tantum quo ad pręſentes, non quo ad abſentes.*
8 *Confeſſio ſuper ætate facit indicium etiam pro abſentibus.*

1 Cum Confeſſio partis ſit optima ꝓbatio, † & per eam veritas omnino eluceſcat. l. Pu
blia. in fi. ff. depoſ. vt & ait Bal. in l. Deo nobis. col. 2.
in 5. not. C. de epiſc. & cler. imo cũ ſit maior, poten-
tior, magis efficax, & præcipua ꝓbatio inter cęteras
probationũ formas, vt per Abb. in rub. ext. de probat.
* circa fi. verſ. ego clarius dico, cum quo * omnes trã-
ſeunt, & reſpondit Pariſ. in conſ. 115. nu. 12. vol. 1. du
2 bitari nullo modo poteſt, † quin ætas per confeſſionẽ
partis probetur: vt in ſpecie in hiſce terminis ætatis
tenet Saly. in ſæpe alleg. l. ſi minore. nu. 3. C de in in-
tegr. reſtit. & in l. cũ te. nu. 4. C. de proba. ibi per cõfeſ
ſionem partis aduerſæ, ad ꝙ ẽt rñdit. Bal. conſ. 2. nu.
3. vol. 4. docuit Bart. in l. de ætate. nu. 12. ff. de minor.
vt copioſè proſequitur Mandoſ. in iã ſæpius allegata
reg. 18. q. 7. nu. 1. & 2. cũ adductis ibi per eũ, ꝙ id intel
ligendũ eſt iuxta diſtinctionẽ. l. 1. & 2. & ibi Bart. de-
clarat. C. ſi minor ſe maior. &c. videlicet, qñ dolo ip-
ſius minoris cõfitentis, vel ipſius, & alterius, vel alte-
rius tñ, vt declarat Mandoſ. ſup. loco ꝓximè citato.
Concluſionẽ limitabis, vt procedat in profanis tñ,
3 † ſecus verò in beneficialibus & ſpiritualibus, in qui-
bus confeſſio partis nihil prodeſt, vt deciſum eſt a Bi
ſigner. dec. 2. nunquid in cauſa. col. 2. nu. 4. de litis cõ-
teſt. ſic etiã diremere Dñi Rot. in deciſ. 17. alias 408.
fuit dubitatum. de reſtit. ſpoli. in nou. & dec. 44. alias
245. nota ꝙ vbi politio. de teſtib. & atteſtat. in antiq.
ita quoque Domin. in c. duob. col. 4. nu. 7 de reſcript.
in 6. & in c. vnico. nu. 6. de eo, qui mitt. in poſſ. eodem
lib. 6. cui accedit Fel. in c. olim. de reſcrip. nu. 10. col.
5. verſ. dixit de reſcrip. & cũ iſtis tranſit Boer. in deciſ.
89. nu. 2. & 3. & latius in deciſ. 393.
4 Contrarium in terminis noſtris † de cõfeſſione fa-
cta ſuper ætate in materia beneficiali, ꝙ ſcilicet præ-
iudicet, rñdit Stpeph. Bertra. in conſ. 2. nu. 42. 43. vol.

3. Vndè colligitur, quod ſi quis confeſſus fuerit ſe mi-
norem duodecim, vel quatuordecim annis, ſit etiam
confeſſus non habere ius in Canonicatibus Cathe-
dralibus, de quibus in reg. Cancel. 18. & èontra, ſi ad-
uerſarius cõfeſſus fuerit illum maiorem hiſce annis,
fateatur quoq; eundem quoad hęc fore habilem per
reg. contrariorum.
Conciliabis has inter ſe diſſentientes ſententias, vt
prior opinio poſſit procedere, quoad hoc, vt adiudi-
5 cetur beneficium, † vt quando vellet actor inducere
probationem tituli ex confeſſione aduerſarij, quia tũc
confeſſio huiuſmodi non prodeſt agenti, ſed habet
probare aliter titulum beneficialem, ſecundum Go-
mes. infra citandum, & ſic in petitorio.
6 Poſterior verò ſententia locum habet in † poſſeſſo-
rio, in quo ſufficit cõfeſſio aduerſarij pro colore tituli,
& vt imponatur ſilentium confitenti, ex quo per eam
detrahitur ſuę propriæ probationi, & confirmatur ꝓ-
batio actoris, quod eſt ſummè notandũ, nec de facili
ſimile reperitur, vt admonet Gemi. in d. c. duobus. nu.
7. de reſcrip. in 6. & in his terminis loquũtur deciſ. Rot.
& alia iura ſupra allegata, ac ita etiam diſtinguit, &
intelligit Mandoſ. in d. reg. 18. q. 7. nu. 2.
7 Limita ſecundo pręfatam Concluſ. † vt confeſſio
ſuper ætate præiudicet confitenti tantum quoad pręſentes,
non quoad abſentes, vt auctor eſt Accurſ. in l.
de ætate. in verb. probandum eſt. ff. de mino.
Sublimita hoc verum eſſe, quoad plenum pręiudi-
8 cium, ſed bene facit indicium etiam pro abſentibus,
ſic Bal. in conſ. 2. ſi egreſſæ. 25. ann. nu. 3. lib. 4.

CONCLVSIO DCLXXV.

ARGVMENTVM.

Ætas minor an probari poſſit per inſtrumẽtum tutelæ, vel curæ.

SVMMARIVM.

1 *Aetas minor probari poteſt per inſtrumentum tutelæ, vel curæ propter decretum iudicis.*
2 *Qui habet curatorem ex præſumptione iuris reputatur minor.*
3 *Aetas minor non poteſt probari ex datione curatoris.*
4 *Aetas minor per inſtrumentum tutelæ, vel curę probari poteſt, etiam ſi agatur contra alios.*
5 *Reiectus vbi quis eſt ab electione propter morbũ, talis electio operatur quoad alias electiones, niſi probetur ſanitas.*
6 *Pręſumptio morbi ſufficit ad hoc, vt aliquis repellatur ab electione.*
7 *Ad probationem ętatis ſufficit probatio per pręſumptiones, & coniecturas, & etiam per rem inter alios actam.*
8 *Aetas minor per inſtrumentũ tutelę, vel curę non poteſt probari contra tertium, qui fortaſſe non habuit, nec habet ſcientiam de tutore, vel curatore a iudice dato.*
9 *Aetas minor etiam quoad alios probatur ex datione tutoris, quando cum ea concurrunt alię coniecturę.*
10 *Aetas etiam contra alios probatur, dummodo cum cauſæ cognitione, & in contradictorio iudicio datus ſit tutor.*
11 *Res inter alios acta, vt præiudicet alijs, & ad alios extẽdatur, neceſſe eſt, quod geſta ſit, cum contradictore legitimo.*
12 *Aetatem probat inſtrumentum tutelæ, vel curę etiam quoad tertium niſi contrarium probetur.*
13 *Minorem ſe aſſerenti, & ideo petenti tutorem ſibi dari, ei, probandi onus ætatis minoris incumbit.*
14 *Aetas probatur contra eum, ad cuius inſtantiam fuit datus curator.*

Poteſt minor ætas præter modos ſupradictos probari per inſtrumentũ tutelæ, vel cu
1 rę, † & hoc propter Decretũ iudicis: vt tradidere Bal.
& Ang. in l. cum te minorem. C. de prob. & conſuluit
Alex.

Alex.conſ.147.viſo themate,& dubijs.num. 9. & 10.
uol.7.ubi latè,& in conſ.85.col.2.poſt num.7. verſ.&
vlterius.vol.2.ita reſpondit Dec. conſ. 149. col.4.ſub
nu.4.cir.fin. ut refert Alc. in tract.de præſump.reg.2.
præſump.14.nu.8.& 12. id etiam confirmauit Quin-
til.Mand.in reg.18.cancel.q.6.nu.7. Bal. cauit in d.l.
2 ſi.§.quod obſeruari.col.3.in princ.num.10.† quod ex
præſumptione iuris reputatur minor, qui habet cura-
torem,& Alex.d.conſ.147.vol.7.nu.9.& 10.ait,quòd
licet incumbat ei onus probandi, qui ſe fundat in ęta
te.tamen fallit in eo, qui pro ſe adducit decretum iu-
dicis,per quod apparet tali datū eſſe curatorē, vt mi-
nori:quia præſumitur,quòd fuerit minor,idē tradide-
re Bal.& Ang.in l.cum te,C.de prob.vt ait Mand.vbi
ſup.d.q.6.nu.7.in fi.& confirmat Alc.in d.præſumpt.
14.nu.8.& idem conſ.396.nu.7.Sal.cauit in l. cum te,
col.fi.verſ.exemplum pone.C.de prob.idem Dec.re-
ſpondit in conſ.526.nu.5.in fi.Rot.Bonon.deci.82.
3 Verùm† quòd ex datione curatoris non poſſit ętas
minor probari,conſultum eſt à Io. de Imol.in conſil.
23.incip.in caſu premiſſo:vt eum refert Sebaſt.Sap.in
rep.l.de ætate.nu.34.uerſ.quinto quæro.ff. de mino.
Amplia tamen,concluſionem noſtram procedere
ex opinione Alc.in loc.ſup.proximè citato. d.nu.10.
4 verſ.aduerte tamen.† etiam ſi agatur cōtra alios, ver-
bi gratia,cum quo non contraxerit minor,& adducit
in argū ſuæ opinionis ea , quæ traduntur per Abb. in
5 c.cum inter,il 2.col.ult.nu.10.in fi. de elect.vbi † ſi qs
ſit reiectus ab electione ꝓpter morbum, talis electio
operatur,quo ad aliàs electiones,niſi probaretur ſani
tas, ut ibi per Abb. Et eſt ratio, quia non pōt negari,
6 quin illa reiectio faciat præſumptionem morbi,† quæ
præſūptio ſufficit ad hoc: ꝙ aliquis repellatur ab ele-
ctione,ſecundum Abb.ibi. Quod idem & in caſu no-
ſtro dici poteſt,ex quo ad probationem ætatis ſufficit
7 probatio per præſumptiones † & coniecturas vt ſæ-
piùs in ſuperiorib.concluſ.iam dictum eſt; ergo ſuffi-
cit probare ætatem per rem inter alios actam: vt per
Alc.vbi ſup.nu.11.ſub fi. in eandem ſniam deſcendit
Bart.& Ang.d.l.cū te, C.de prob. & ibi hoc expreſsè
tenet Sal.vbi ponit exēplum in iudice , qui dat tutorē
Titio,ut pupillo,uel curatorem,ut adulto,qui ex hoc
ꝑſumitur prouidere,& rē ſic eſſe, donec ꝓbetur con-
trarium. Rui.ēt id comprobauit in conſ.99.nu.6. vol.
4. inquiens ibi , ꝙ licet Alex. in conſ.21.uol.1. aliter
ſentire videatur,motus auctoritate Sal.in l.ſi minore
C.de in integ.reſt.tñ auctoritas Bal.& Ang. præualet
in pract. Ad quod etiam conſulas Corn.conſ.69.viſis
col.pe.lib.1.& latè uideas Alc.in conſ.21.nu.2.uol.1.
Ab his totus eſt diuerſus Alex.in conſ. 21. per tot.
li.1.quo in loco ex ſnīa Sal.in d.l.ſi maior.C.de in in-
teg.reſt.arbitratus eſt concluſ. noſtrā procedere poſſe
8 ſolùm cum illo, cū quo initus eſt contractus, † ſecus
contra tertium,qui fortaſſe non habuit,nec hēt ſcien
tiam de tutore , vel curatore à iudice dato , & vñ res
inter alios acta minimè alijs præiudicare dēt,quod &
corroborauit ex allatis ibi per eū. & eū ſequutus eſt
Dec.in conſ.149.ſub nu.4.col.4.ubi ad idē Sal. citat.
Verior tamen eſt ſentētia Bal. & eorū qui eum ſe-
quuntur:& Alex.in hoc videtur non rectè ſenſiſſe,ut
ſpeciatim ipſum reprobauit Rui.in d.conſ.99. num.6.
uol.4.& nōnulli recentiores,vt Io.Maur. tract. de re-
ſtit.in integ. c. 328. quo in loco reſpondit ad motiua
Alex.& idem contra Alc.ſcripſit Anch. iun. in q. 35.
per tot.in 1.par.& meminit D.Borgn.Cauale. in ſuo
eleganti tract.de tut.& curat.c.1.nu.294.
Verùm,vt Alex.ſenſus vnà cum Bal. & aliorū ſen-
tentia cōgruat,ſic dicere poterimus , eius opinionem
tunc habere locum quando aliæ coniecturę minoris
9 ætatis non concurrerent cū ipſa datione tutoris, † ſe-
cùs ſi præter dationem tutoris aliæ etiam cōcurrerēt,
quia tūc,& quo ad alios probabit;vt placuit Alc. ibi.
Etenim certū eſt ætatē etiā contra alios probare, dū-
10 modo cū cauſæ cognitione , † & in cōtradictorio iu-
dicio datus ſit tutor,vt dixit Alc. vbi ſup.in fi.& tradi
dit Sal.in d.l.ſi minorē.l. cū non iuſto.ff.de colluſ.de-
tegen.cum alijs ad hoc allatis per Alex. conſ. 21.nu.
2.vol.1.notāt Iac.de Butr.Bal.& Ang ī l.ingenuū, ff.
de ſtat.hom.& idē voluit Bal.cōſ.2.vol.4. (quis ibi vi
deatur velle non præiudicare,niſi citatis)& per eū no
tata in l.3.§.ꝙ obſeruari,nu.10.C.de iuram.calum.
11 Nam vt res inter alios acta præiudicet alijs, † & ad
alios extendatur,neceſſe omnino eſt , ꝙ geſta ſint cū
contradictore legitimo: vt in terminis conſultum eſt
ab Alex.d. conſ.21. nu.2. vbi etiam latè videas hunc
articulum examinantem , lib.1. & eſt tex. in d.l.cum
non iuſto.ff.de colluſ.deteg.
12 Quod tñ inſtrm tutelæ vel curæ ēt , † quoad tertiū
ætatē probat:niſi contrarium probet,indiſtinctè aſſe
rit Ioſeph.Ludou.in dec. Peruſ.55.num.6.vbi ad hoc
Dec.Fel.Bernn.Anch.iun.& Caualc.citat.
Concluſionē noſtrā velim limites,qñ agitur de tu-
13 tore, vel curatore dando , † nā qui aſſerit ſe minorē,
& ideo petit tutorem ſibi dari probandi onus ætatis
minoris incumbit ei,vt patet ex his , quæ deduxit ad
hoc Bal.in conſ.2.ſi egreſſæ 25.ann.nu. 1.& 2.vol.4.
Præterea hanc eandē declarabis & limitabis,vt ꝓ-
14 betur ætas contra eū , † ad cuius inſtātiam fuit datus
curator,ut a traditum eſt à Sal. in d.l.ſi minorem,col.
fi.C.de in integ.reſtit.atque reſpondit Alex.in d.cōſ.
21.nu.1.vol.1. vt refert & ſequitur idem Sap. in d. re-
pet.l.de ætate.nu.34.ff.de minor.

CONCLVSIO DCLXXVI.

ARGVMENTVM.

Ætas an probetur ex indicijs & cōiecturis.

SVMMARIVM.

1 *Ætas probari poteſt ex indicijs & coniecturis.*
2 *Probatio ætatis eſt multum difficilis.*
3 *Indicia & coniectura maximè probant ætatem propter longi temporis curſum.*
4 *Ætatem probant coniecturæ,dummodo ſint veriſimiles.*
5 *Veriſimilitudo coniecturarum præcipuè attendi debet in probatione ætatis.*
6 *In his,quæ ſunt difficilis probationis, ſufficit probatio per coniecturas.*
7 *Conditiones debent impleri in forma ſpecifica.*
8 *Quando aliquid ponitur in conditione, illud dicitur datū pro forma.*
Ille qui ſolum habet præſumptionem, non vr̄ probare. ibi.
9 *Minor ætas non poteſt probari per coniecturas in cauſa reſtitutionis in integrum. Contrarium.nu.10.*
11 *In probanda ętate , ſatis eſt prę ſumptio iure probata.*
12 *Lex requirens probationem , conditionaliter contenta eſt probatione prę ſumptiua,quia ſubiecta materia non parit veram probationem.*
13 *Paria ſunt,conditionem non eſſe poteſtatiuam,vel difficilē ad nullitatem inſtitutionis facta de filio.*

Ætas præterea probari pōt ex indicijs & conie
1 cturis,† per l.cū de ætate,ff.de probat.ſic
aſſeruit Saly.in l.ſi minorem.C.de in integ.reſtit.vbi
ait in hmōi probatione ætatis indicia multū prodeſ-
2 ſe. Ratio eſt, † qa probatio ætatis eſt multū difficilis:
vt ait Bal.in ſæpe iā d.l.ſi minorē. C.de in integ. reſt.
quod etiā attigi ſupra in cōmunib. Et quod per conie
cturas ætas ꝓbetur,& indicia, ſancitū eſt in l.cū te.C.
de proba.& cōprobat Alc.in trac. de præſump.reg.2.
ꝑſump.14.nu.8. 9.& cauit Bal.conſ.213.in fi. vol.1.&
conſ.19.factū tale eſt nu.4.vol.5.idē obſeruauit Ma-
ria.Soc.in conſ.3.nu.1.vol.2.& hoc maximè in ꝓbā-
3 da ætate † ꝓp longi temporis curſum, vt ibidem Soc.
idem

Digitized by Google

idem traditum eſt à Sebaſtia. Sap. in repet. l. de ætate. nu. 23. & 24. ff. de maior.

4 Primò limitabis & intelliges Concluſionē, † dummodo ſint veriſimiles coniecturæ, vt ait Bald. in d. l. cū te. n. 2. C. de ꝓb. & in l. cū de ætate. ff. de ꝓb. vbi ait
5 Bal. veriſimilitudinē coniecturarū, † ꝓcipuè attendi debere in probatione ætatis: & dictū eſt ſup. in cõclu. cui incumbat onus probandi ætatē, in 1. limit.

Secundò limitare poteris, vt concluſio locū non habeat in probanda maiori ætate, ſed tñ in minore:
6 eſt enim, vt dicebamus modo, regulare, † vt in his, q̄ ſunt difficilis probationis, ſufficiat probari per cõiecturas, l. non oēs. §. à barbaris. ff. de re milit. ad q̄ hūc tex. citat Bar. in l. in illa. in fi. ff. de verb. obli. vt eū refert Sap. in d. repet. l. de ætate. nu. 23. ff. de minorib.

Tertiò tibi limitāda eſt concluſio, vt nō procedat, qñ lex conditionaliter requirit probationem, ad hoc tex. eſt ſingularis in l. Lucius. ff. de condit. & demon. veluti ſi probaueris, quia tunc non ſatis eſt ꝓbare per
7 coniecturas, † quia conditiones debēt impleri in forma ſpecifica. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de condi. & demō. Vnde inſigniter & doctè dicebat Bal. in auth. matri & au æ, nu. 3. in fi. C. quando mulier tutel. offi.
8 q̄ quando aliquid ponitur in conditione, † illud dicatur datum pro forma, & ille, qui ſolū habet præſumptionem, non videtur probare, ſecundum Bar. in l. 1. C. de fid. inſtru. & iur. haſt. fiſcal. lib. 10. ergo in eo nō vera fiūt illa verba, ſi probaueris, per multa alia, quę ad hoc adduxit Fel. in rub. de probat. nu. 3. col. 2. verſ. ſed aduerte.

9 Hinc fit, † vt in cauſa reſtitutionis in integrum, minor ætas non poſſit probari per coniecturas, quia lex conditionaliter loquitur, l. ſi minorem. C. de in integr. reſtit.

10 Sed contrariū † circa hoc mihi probat cõtex. in l. ſi minor 25. ann. addito præſide. ff. de min. hoc idē clarius cõfirmat cõtex. in l. 1. iuncta gl. in l. 1. C. de ſicar.

Verùm dicere poſſumus ſuprà à nobis tradi, tā limitationem procedere in materia, quæ pōt verè, & præ
11 ſumptiuè probari, † ſecus ſi nīſi præſumptiuè, qualis eſt ętas, in qua ꝓbanda ſatis erit præſumptio iure probata, illud probat ex cõtex. d. l. 1. vnà cū gl. C. de ſica. & in d. l. 1. cū glo. in verb. iudicium. de frig. & in c. ex tua. in verſ. ſi conſtaret. de fil. presbyt. & in l. ſi tutor.
12 in verſ. oſtenderit. C. de peric. tutor. vbi † lex requirēs probationē conditionaliter, contēta eſt probatione præſumptiua, quia ſubiecta materia non patit veram probationē: ſed in caſu d. l. Lucius. ff. de cōdi. & dem. ideo illa conditio facit teſtamentum nullum, quia erat difficilis probationis, vt dicit glo. & ad nullitatē
13 inſtitutionis factę de filio, † paria ſunt, conditionem non eſſe poteſtatiuam, vel difficilem, l. ſuus quoq;. §. puto. & ibi gl. & Bar. ff. de here. inſtit. & notant oēs in l. ſi pater. C. de inſti. & ſubſt. ſub cond. fact. & gl. in d. l. 1. C. quor. bonor. quæ obſeruatione digna eſſe, dixit Fel. in d. rub. de probat. nu. 3. in fi.

Sed tñ hanc Fel. conſiderationē contrariā eſſe cõtextui in d. l. Lucius, & l. filiū. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. dixit Sap. in d. repet. l. de ętate. n. 25. ff. de min. qua in re an Fely. rectè ſenſerit vnà cum Sebaſt. Sap. ibidem perſpicaci lectori cogitandum relinquo.

CONCLVSIO DCLXXVII.

ARGVMENTVM.

Ætas an probetur ex actis ſemel factis.

SVMMARIVM.

1 *Aetas per acta ſemel facta, probatur etiam contra alios.*
2 *Probatio ſemel facta in iudicio omnibus præiudicat.*
3 *Prima acta rectè faciunt fidem in omnibus alijs cauſis, ſi in primo iudicio probatum fuerit talē fuiſſe maiorem.*
4 *Probationes factæ in vno iudicio in his, quæ ſolo curſu temporis mutantur, non probant in alio.*
5 *Ex actis in primo iudicio factis bene probatur tunc aliquem fuiſſe minorem.*

1 Ætas etiā probatur ex actis ſemel factis, † nam ætas per illa acta probatur etiam contra alios, teſtes Saly. in l. ſi minorem. C. de in integ. reſtit. & vt & placuit Alc. in d. ſuo tract. de præſump. 14. num. 11. idem voluit gl. in d. l. de ætate. ff. de minorib. vbi
2 determinat † probationem ſemel factam in iudicio omnibus præiudicare, cum illa tamen diſtinctione, q̄ ſupra retulimus in concluſione ætas per dationem tutoris vel curatoris, & pro hoc faciunt notata ſupra in concluſione acta iudicij.

Limitabis & intelliges cõcluſionē procedere, ſi in primo iudicio probatū fuerit talē fuiſſe maiorē, quia
3 tunc rectè illa prima acta † faciunt fidē in oībus alijs cauſis, nā in alijs multò magis eſt maior ætas, q̄ non erat tempore primi iudicij, in quo fuit iudicatū vel probatum, talē eſſe ętatis maioris, ſed ſecus eſſet, ſi ex illis actis velim probare me eſſe minorē, tunc enim
4 non probāt, † etenim ꝓbationes factæ in vno iudicio in his, quę ſolo curſu tpis mutantur, non probāt in alio, vt l. ſpadonem, §. qui abſolutus. ff. de excuſat. tuto. ſed minor ætas mutatur curſu tpis, ideo ex illis actis non probatur: licet ſecus eſſet, qñ ex his actis probare vel-
5 det ſe fuiſſe tunc minorem, † quoniam tunc bene probatur ex his actis in primo iudicio factis, ita docuit Bar. in d. l. de ætate. nu. 17. ff. de minor. & idē cõſuluit D. Io. de Imo. in conſ. 23. quem refert And. Barbat. in addit. ad Bar. in d. l. de ætate, num. 17. in verb. ſed quęro. in littera E. apud me. ff. de minorib.

CONCLVSIO DCLXXVIII.

ARGVMENTVM.

Ætas ruſticorum quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Ruſtici vti perſonæ viles, & rei ruſticæ continuo operam dantes, non conſueuerunt ſcripturas aliquas filiorū ętatis ergò probandæ domi ſuæ continere.*
2 *Aetas ruſticorum probatur quacunque poterit probabiliori ratione, vel per coniecturas, vel aſpectum, vel denique libro Curati.*
3 *Aetatis exceptio ſiue ex parte rei, ſiue ex parte actoris, quo pacto probetur, vide remiſſiuè.*

Concluſiones quæ hactenus de ꝓbanda ætate minori vel maiori explicatæ ſunt, vix contingere pōt, vt conueniant in probanda ætate ruſticorum: nā ipſi vti per
1 ſonæ viles & rei ruſticæ continuo operā dantes, † non conſueuere ſcripturas aliquas filiorum ętatis ergò ꝓbandę domi ſuę continere, & eo minus de eorū ętate inſtrā cõficere, quemadmodū in hac re noſtra cõſultum eſt à Pariſ. in cõſ. 88. nu. 78. vol. 3. Quocirca iure ac merito fit, vt probari queat eorū ætas quacunque
2 poterit probabiliori ratione, † vel per cōiecturas, vel aſpectū, vel deniq; libro Curati: & ita ſenſit Pariſ. vbi ſupra, notat Bal. in l. cum te. col. pen. C. de prob. obſeruauit Alex. in l. de ætate, in verſ. tantus, in additio. ad Bart. ff. de minorib. & comprobauit Ioſephus Ludouicus in deci. Peruſ. 55. nu. 16.
3 Aetatis autem exceptio ſiue ex parte rei, † ſiue ex parte actoris quo pacto probetur docet Barto. in l. 1. nu. 12. ff. de exceptio.

CON-

CONCLVSIO DCLXXIX.

ARGVMENTVM.

Ætas, an probetur per deſignationem inſignis, ſeu notabilis temporis.

SVMMARIVM.

1 *Ætas probari poteſt per deſignationem inſignis, ſeu notabilis temporis.*

1 Ætas probari † etiam poteſt per deſignationẽ inſignis, ſeu notabilis temporis, prout talis natus eſt tempore quo à Patriæ proditorib. interfectus fuit Petrus Aluiſius Farneſius fel. record. Placentiæ Dux, quomodo ſæpe hic Placentiæ audiui probatam ætatem. Hunc modũ probauit & Ioſeph Ludouici in d. deci. Peruſ. 55. num. 8. vbi alia multa ſimilia exempla affert, idem ante eum probauit Petr. de Aſt. & Iulian. Bini inter conſ. Bal. ab eo non citati, in cõſ. 219. ſub nu. 3. li. 4. teſtes & atteſtationes.

CONCLVSIO DCLXXX.

ARGVMENTVM.

Communia quædam de teſtibus ſuper ætate deponentibus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ſuper ætate deponens, ſi in cauſa ſcientiæ dicat, ſcire Titium decem & octo annos natum eſſe, quia memoria teneat illum illa die ortum habuiſſe, optimè probat.*
2 *Teſtis ſuper ætate deponens, ſi dixerit, ſcio, quia ſum patruus, rectè deponet.*
3 *Teſtes producti ad probandã minorem ętatẽ, rectè probãt, ſi vnus deponat Titium eſſe minorem annorũ decem, & alius deponat eſſe minorẽ intra decimũ quartũ annum.*
4 *Teſtes dicendo aliquem minorem, poſſunt reddere rationẽ ex aſpectu.*
5 *Teſtis ſuper ętate deponens debet reddere aliquam concludentem rationem ſui dicti.*
6 *Teſtis, qui de ætate deponit per verbum credo, nihil ꝓbat. Contrarium nu. 7.*
8 *Teſtis deponens ſuper ętate per verbum videtur, probat.*
9 *Teſtes ſuper ætate deponentes, ſi ab vtraq; parte pares ſint numero, videlicet tres deponant de ætate adulta, & tres alij de pupillari, ſequenda eſt illa pars, quę eſt benignior, & magis pia, vel relinquitur arbitrio iudicis.*

Supereſt vt in hac ætatis probandæ materia, nõnulla ſuperioribus, quę tradita ſunt, ad commoditatem lectorum vſum hic adijciamus.

Teſtis itaq; ſuper ætate deponens, ſi in cauſa ſcien-
1 tiæ dicat, † ſcio Titium decem & octo annos natum eſſe, quia memoria teneo, illum illa die ortũ habuiſſe optime probat, ita ſcriptum reliquit Bal. in l. 2. nu. 2. C. de tempo. appellat.

2 Itidem, ſi dixerit, ſcio, † quia ſum patruus, rectè deponet: vt late dixit Ioan. Mauric. in ſuo tract. de in integ. reſtit. c. 318. per totum, & meminit Bar. in l. de tutela. nu. 1. C. de in integ. reſtit.

Ad hęc teſtes producti ad probandam minorẽ ętatem, ſi vnus deponat Titiũ eſſe minorẽ annorũ decẽ,
3 † & alius deponat eſſe minorem intra decimũquartum annum, rectè probant iuxta ſñiam Ang. in l. qui duos. §. idem quæro. ff. de vulg. & pup. quem refert, ſequitur & illuſtrat ibidem Franc. Aret. col. 2. in 2. not.

4 Porrò teſtes dicendo aliquẽ minorẽ, † poſſunt reddere rationem ex aſpectu: vt conſultus reſpondit Bal. conſ. 219. nu. 2. & 229. nu. 1. vol. 4. & confirmauit Bar. in l. de ætate. nu. 10. ff. de minorib.

5 Amplius teſtis ſuper ætate deponens, † dẽt reddere aliquam concludẽntem rationẽ ſui dicti: teſte Alex. conſ. 21. viſo proceſſu. nu. 5. vol. 1. cum ibi allegat. & Petr. de Aſt. & Iulian. Bini inter conſ. Bal. in cõſ. 219. vol. 4. nu. 2. & ratio concludens eſt ꝑ aſpectũ, vt nuper dicebamus, ad quod conſulas conclu. noſtrã ętas per teſtes, ſupra à nobis explicatam, & cõcluſionem ętas per aſpectum, in ſecunda reſtrictione.

Is verò teſtis, qui de ætate deponit per verbũ cre-
6 do, † nihil ꝓbat, vt placuit Bal. in conſ. 19. nu. 4 vol. 5.

Contrariam ſñiam Petr. de Aſt. & Iulian. Bini inter conſilia ipſius Bal. ſunt ſequuti, & rectius in conſ. 219. nu. 2. vol. 4. vbi aiunt, † illud dictum, ſcilicet teſtem de ætate non probare, procedere in his, quæ ſolo iudicio intelligentiæ percipiuntur, & difficulter ꝓbantur, vt in ætate, arg. l. minor 25. annis ex aſpectu. ff. de minor.

8 At ille teſtis deponens ſuper ætate, † per verbum videtur, probat, ſi credimus Butr. conſ. 45. num. 2. circa med.

Poſtremò teſtes, ſi ab vtraq; parte ſuper ętate deponentes, pares ſint numero: videlicet tres deponant de ętate adulta, & tres alij de pupillari, ſequenda eſt illa
9 pars, † quæ eſt benignior & magis pia, vel relinquitur arbitrio iudicis: ſi autem non ſint pares teſtes, maior numerus potior eſt, quæ maioritas conſideranda erit ex qualitate perſonarum, non aũt ſemper ex numero, auctoritate ita ſentientis Bal. in conſ. 455. quis melius ſuper ætate, per totum, vol. 4. nam iudex poterit diligenter animaduertere, quibus maior fides ſit teſtib. adhibenda, iuxta l. 3. §. tu magis. ff. de teſtib.

CONCLVSIO DCLXXXI.

ARGVMENTVM.

Exactio, an præſumatur meticuloſè facta ſubſiſtente debito.

SVMMARIVM.

1 *Exactio non pręſumitur meticuloſè facta ſubſiſtente debito, & ſic non reuocatur, etiã ſi fiat militari manu cauſa non cognita.*
2 *Debitorem exactum fuiſſe in iniuriam creditoris, probabitur ex eo, quod pręceſſerunt ordinamenta pœnalia.*
3 *Exactores pręſumuntur vexare prouincias.*

1 Exactio non pręſumitur meticuloſè facta ſubſiſtente debito, † & ſic nõ reuocatũ, & ſi fiat militari manu cauſa non cognita: ita vĩ innuere Vlp. in l. fi. §. vlt. ff. quod me. cau. & ita inqt Bal. in conſ. 227. inci. à principio tituli, nu. 1. vol. 3.

Inſuper ſi quis probare voluerit exactũ debitorẽ
2 fuiſſe in iniuriam creditoris, probabiĩ ex eo, † ꝙ præceſſerint ordinamenta pœnalia, ꝙ ſcilicet debitor talis intra certum tp̃s debeat ſoluiſſe, nam ex hoc, vt dixi, probatur debitorẽ exactũ fuiſſe in iniuriã creditoris: ita loquutus eſt Imo. in l. creditor. ff. de ſol. arg. l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quar. rer. act. non dar. ita ẽt in hãc ſententiam reſponſum eſt à Rui. in conſ. 171. num. 2. vol. 3. vnde Bart. in d. l. 1. §. quę onerandę. dicit ſe ſæpius ita in vſu forenſi obſeruaſſe.

3 Ad hęc, vt de iſtud adijciamus, exactores † pręſumũtur vexare prouincias, vt reſcripſere Imp. Valẽt. & Valen. l. neminem. C. de ſuſc. & arc. lib. 10. & tradidit Lucas de Penna in l. quemadmodum. C. de agric. & cenſ. lib. 11. verſ. 109.

CON-

CONCLVSIO DCLXXXII.

ARGVMENTVM.

Examinatio teſtis non completa an probet.

SVMMARIVM.

1 *Examinatio teſtis non completa nihil probat.*
2 *Examinatio teſtium fieri debet ſeorſum vnus ab alio, quia ſi ſimul, & ſemel examinati fuerint, non probant.*

1 Examinatio teſtis non completa,† nihil ꝓbat, vt colligere eſt ex c. ꝑ tuas, de teſt. iuncta gl. in l. in ciuile. ff. de leg. cũ aliis adductis à Iaſ. in l. hac cõſultiſſima. §. ex imperfecto. nu. 3. C. de teſt. Et huiuſmodi teſtiũ examinatio
2 fieri debet ſeorſum vnus ab alio, †nam ſi ſimul, & ſemel examinati fuerint, non probant, ita nuncupatim aſſeruit Bal. in c. cum cauſa. nu. 46. d. tit. ſic etiam sẽſit Spec. tit. de teſte. §. nunc videndum, circa prin. ſic voluit Alex. in conſ. 64. & ſi celeberrimè doctor. nu. 10. ver. nec obſtat, quod deponunt. vol. 3.

CONCLVSIO DCLXXXIII.

ARGVMENTVM.

Examinatio teſtium parte non citata, an probet.

SVMMARIVM.

1 *Examinatio teſtium parte non citata, nihil probat.*
2 *Examinatio teſtium parte non citata nõ probat, nec etiam facit indicium.*
3 *Examinatio teſtium non citata parte facta, facit indiciũ.*
4 *Teſtes alias inhabiles, & minus ſolemniter examinati, faciunt indicium, & præſumptionem.*
5 *Informatio capi poteſt etiam à teſte non iurato.*
6 *Informatio capi poteſt à teſte non citata parte.*
7 *Teſtes, qui depoſuerunt ſuper monitoriis, extraiudicialiter debent inclinare animum Iudicis.*
Iudex moueri poteſt ad iudicandum etiam ex his, quę fiũt extra acta.
8 *Quando lex non requirit ſolennem probationem, ſed contenta eſt argumentis & præſumptionibus, tunc poſſunt recipi teſtes parte non citata.*
9 *Examinatio teſtium parte non citata nihil probat, etiamſi eſſet cauſa expedienda iuris ſolemnitate omiſſa.*
10 *Dictum teſtis, vt valeat, etiamſi iudex procedat ex officio, neceſſe eſt vocare partem contra quam procedit.*
11 *Deputatus ſolum ad examinationem teſtium, debet etiam citare partem aduerſam.*
12 *Ad publicationem teſtium citari etiam debet pars.*
13 *In repetitione teſtium pars citanda eſt.*
14 *Non poteſt credi teſtibus non citata parte examinatis, nec ad fauorem non citati.*
15 *Iudex poteſt recipere teſtes ſuper notorio vel ſuper fama parte non citata.*
16 *Iudex ſine ordine iudiciario, & teſte in forma iudicij recepto poteſt edoceri de fama.*
17 *Teſtes non citata parte recipi poſſũt ad informationẽ ſuperioris ſuper habilitate vel inhabilitate electi. Cõt. nu. 18.*
19 *Teſtes parte non citata recipi poſſunt, quando proceditur per viam inquiſitionis. Contrarium nu. 20.*
21 *Teſtes recipi poſſunt ad probationem caſus parte non citata, vbi caſus probandus eſt, qui in longinquis oris euenerit, & facile pars non poſſet citari.*
22 *Parte non citata, tunc recipi poſſunt teſtes, quando eſt caſus, in quo lex, vel ſtatutum non exigit plenam probationem, ſed contentatur ſolis argumentis.*
23 *Præſumptio etiam probari debet per teſtes ſecundos, & legitime examinatos.*
24 *Partis citatio in examinatione teſtium omittitur, vbicunque actor timet de morte, vel abſentia teſtiũ, & eius aduerſarius eſt perſona potens, iracundus, & omnibus furore ſuo terrorem incutiens, cui actor timet denũciare.*
25 *Iudex, qñ pro examinãdi, teſtibus citari nõ poteſt pars, quã deligentius poterit ſuſtinere debet vices rei in examinatione, reſeruãdo ſibi exceptiones in perſonas, & in dicta.*
26 *Debitor ſuſpectus de fuga, antequam capiatur nõ pręmiſſa citatione, debet ſuſpicio probari per indicia, & ſuper ſuſpicione poterunt teſtes recipi debitore non citato.*
27 *Teſtes recipi non poſſunt aduerſario non citato, vbi non eſſet timor mortis, vel diuturna abſentia, licet aduerſarius eſſet perſona formidabilis.*
28 *Vbicunq; iudex procedit ad informandum ſe de abſentia rei, vt poſſit ſibi ſtatuere terminum conuenientem, debet ſe informare de abſentia, prout poteſt.*
29 *Niſi pars dediſſet iudici veniam recipiẽdi teſtes ipſa abſente, recipi non poſſunt parte non citata.*
Quilibet poteſt renunciare iuri ſuo, ibi.
30 *Examinari non poteſt teſtis non citata parte, quando is examinaretur, cuius dicto neceſſario fides eſſet habẽda.*
31 *Pars citanda non eſt, quando teſtis iterum producitur ad declarandum dictum ſuum.*
32 *Quando eſt examinanda mulier, tunc non debet pars citari ad videndum ipſam iurare. Contr. nu. 33.*
34 *Parte nõ citata recipi poſſunt teſtes, quando agitur de probanda cõſuetudine introducta a populo eiuſdẽ ciuitatis.*
35 *Quando partes ſunt præſentes in examinatione teſtium non eſt neceſſaria citatio, ſed tantum monitio.*
36 *Pars citanda eſt in examinatione teſtium, niſi eſſemus in cauſa hæreſis, propter magnum periculum peccati, ſi potens ſit aduerſarius.*
37 *Actus factus non citata parte eſt validus, quando ipſi nõ citato non ſit præiudicium.*
38 *In examinatione teſtium, qui in contumaciam citati vltima die termini recipiuntur, pars aduerſa citanda nõ eſt.*
39 *Si ex forma ſtatuti tenetur is, in quem eſt compromiſſum, terminare cauſam intra menſes duos, non requiritur citatio, ſi vltima die termini laudum proferatur.*
40 *Quandoque terminus præfixus habet vim citationis, vt eſt, quando præfigitur à iudice, & tunc ſi vltima eius die fiat, non requiritur citatio, aliquãdo non habet vim citationis. ibid.*
41 *Examinatio teſtium parte non citata valet, quando periculum eſſet in mora.*
42 *Nulla opus eſt citatione partis in examinatione teſtium, quæ fit coram arbitratore, quia non eſt neceſſarius ordo iudiciarius.*
43 *Examinari poterunt teſtes parte non citata, quando agitur de probanda conſuetudine inducta a populo cuiuſdam ciuitatis.*
44 *Examinari poterunt teſtes parte aduerſa non citata, vbi ſit actus in quo non requiritur cauſæ cognitio.*

1 Examinatio teſtiũ parte nõ citata† nihil probat, ita ſancitũ eſt In c. in nomine Domini. ver. nullius eſſe momenti. & ibi Fel. in prin. nu. 3. & ibidem Abb. de teſt. ſecundum Bar. in l. maritus. col. 1. ff. de quæſ. & cõfirmauit Aret. in d. c. in nomine Domini in prin. & hãc opinionem ſequuntur recentiores cum glo. in res hęreditarias. ff. de crim. expilat. hæred. & hanc atteſtatur eſſe communem opinionem Dec. in d. c. in nomine Domini. nu. 54. verſ. ſeptimo fallit.

2 Amplia primò, † vt nec etiam faciat indicium, auctore Fel. vbi ſupr. d. nu. 3. & Bar. in d. l. maritus. Caſtr. in l. item illa. nu. 7. de conſtit. pecu. & atteſtatur Socy. in cõſ. 253. incip. in cauſa, poſt nu. 1. verſ. præterea ille teſtis. circa medium. lib. 2.

3 Contrariũ, ꝙ immò examinatio teſtiũ non citata parte facta † faciat indicium, voluit gl. in c. cũ olim, in verbo fratrũ, de priuileg. cui accedit Dec. in c. in noĩe Domini. nu. 31. ext. de teſt. facit tex. in l. q̃ro. §. fi. ff. de ædil. edi. & ibi Ang. & facit, q̃a teſtes aliàs inhabiles & minus

by Google

4 & minus ſolēniter examinati † faciunt indiciū, & p̄ſumptionem: vt aſſeuerauit cōſulendo Alex.cōſ.24. animaduerſis his nu. 38. vol.2. cuius ſn̄iam probauit Aret.conſ.163.ſicut Io.dicit col.1.poſt nu.1. verſ.pręterea teſtis hoc idē voluit Cur.iun.conſ.106. poſt nu. 8.verſ.coadiuuanť.ita reſponſum eſt à Dec. conſ.54. in cā Domini Ant.col.2.poſt nu.2.verſ.poſtremo ſuperius,Aymo. Crau. ita conſultus reſpondit in conſ. 198.nu.1.& idē cautum eſt ab Alex. in cōſ.147.viſis dubitationib.nu.2. lib.6. huius etiā fuit ſn̄iæ Socy.in conſ.272.nu.11.ver.confirmatur: quia ēt ſi,& conſil. 298.col.8.poſt nu.13.verſ.confirmanť præmiſſa.li.2.

5 Et hinc eſt, ꝙ informatio capi pōt † ēt à teſte non iurato,iuxta ſn̄iam gl.ſing. quā ibi no. Bal.in c.1.§.ſi duo.col.1.nu.4.ver.& not. qđ informatio,de pace.tenen.quos refert,& ſequiť Alex.in l.milites.nu.7.verſ. quinimo teſtes.C.de teſta.milit.ſic quoq; teſtať Dec.

6 in d.c.in noīe Dn̄i. nu.32. ergo pariter † à teſte nō citata parte:quia iſta duo æquiparanť,vt not.Bal.in authē.hodie in prin.C.de iuram.calum.Secūdo loco id adiuuat,ꝙ ſcribit Cur.in d.cōſ.106. col.3.nu.8. prout eū refert,& ſequitur Aymo. d.conſ. 198.nu.11. ꝙ teſtes,qui depoſuerunt ſup monitorijs extraiudicialiter

7 † debent inclinare animum iudicis. Huc accedat, ꝙ moueri poteſt iudex ad iudicandū etiam ex his, quæ fiunt extra acta:per c.cū ad ſedem. de reſti.ſpol.& c. cām.de re iudi.& ait Bal.in l.quoties.§.1.ff.de p̄ba.& idem Bal.in l.1.C.de indicta vidu.toll.tradit Socy.in conſ.87.col.8.ante med.lib.3. Affli.dec.28. col.2.nu. 6.ad fi.vt retulit idem Aymo.d.conſ.198.in fi.

Quam poſteriorē ſententiam ſic confirmatā Dec. in d.c.in nomine Domini. nu.33. col.5. ait veriorem eſſe ſn̄iam, & reſpondit ad d. c. in nomine Dn̄i, hoc modo, ꝙ debeat intelligi ille tex. in ver. nullius momenti, ſcilicet,ad probationē, vt poſſit ex ea condēnari,non tn̄ ꝙ illa verba excludant præſumptionem: ita Dec.vbi ſup.d.nu.33.verſ.non obſtat, & hanc ſuā ſententiam comprobat ibid.nu.54. verſ. ſeptimo fal-

8 lit,vbi ait, † ꝙ quando lex non requirit ſolemnē probationē,ſed contenta eſt argumentis,& præſumptionibus,ꝙ tunc poſſint recipi teſtes parte non citata,ad hoc teſtem laudat Domin.poſt Hoſt.in c.1.§.fin.col. pen.verſic.not.1. de homic.in 6. atteſtatur tamen ipſe Dec.ibid. d.nu.54. priorem * communem opinionem, quod ſcilicet, teſtes examinati non citata parte non faciant indicium.

9 Secundo amplia prædictam cōcluſ. † etiam ſi eſſet cauſa expediēda iuris ſolemnitate omiſſa:,ita docuit Fely.in d.c.in nomine Dn̄i,nu.4. ſecundum Bart.ſingulariter in l. filiusfamilia.poſt prin.ff.de don.ſub cō. 4.vbi hanc reddit Bar.rationē,quia etiā ſi poteſtati ſit conceſſum,vt nulla ſolemnitate iuris procedat, non poterit tn̄ poteſtas vi illius cōceſſionis examinare teſtes parte abſente, qa inquit, hoc modo auferret ipſi reo copiā defenſionis,quod nō licet,cum de iure naturæ defenſio cōpetat:cui rei illud etiā patrocinatur, quod idem Bar.dixit in l.diem proferre.§. ſi quis litigatorum. ff. de arb. & huc quoq; pertinet contex. in c.omnia.in c.abſens tertia.q.9.

Tertiò loco ampliabis, etiā ſi iudex p̄cedat ex of-

10 ficio,† quia nihilominus,vt dictū teſtis valeat, neceſſe eſt, vocare partem, contra quā procedit. ita voluit Fely.in d.c. in noīe Dn̄i.nu.5. & ita ſenſit Io.And.in in addi.ad Spe.tit.de teſte.§.nūc tractandū.in prin.q dicit ita dixiſſe Guliel.de Suza.in l.iuſiur. C.de teſti.

Quartò poteris ampliare, vt p̄cedat, etiā ſi eſſet qs

11 deputatus ſolum ad examinationē teſtium. † nā debet ēt citare partem aduerſam iuxta ſententiam Do. Ant.in c.cōſtitutus in 1.col.per illū tex.ext.de appel. & hoc ea ratione,quaſi hæc ſint coniūcta, & p̄ambula inſeparabilia, ita loquutus eſt Felyn.in d.c.in noīe Domini,ſub nu.5. in fi.quod vr̄ comprobare contex. in c.1.& in c.præterea.ext.de offi.deleg.cum ſimil.

Quintò amplianda eſt concluſio, vt ꝙ hic dicitur

12 de teſtiū productione,& examinatione † habeat locum etiam in teſtiū publicatione teſte Bart. in auth. qui ſemel in 5.col.C.de proba.& obſeruauit D.Ant. in c.fraternitatis in 16.col ver.idē dicit. ext.de teſtib. vt retulit Fely.vbi ſupra,nu.6.

13 Sextò amplia idem † in repetitione teſtiū ex ** magis communi ſententia Doctorum teſte Burſa. conſ. 20.nu.65.

Septimò amplia, vt nec ad fauorem non citati nō

14 poſſit credi hmōi teſtibus † incitata parte examinatis:qđ Bonifac. Vital. & Rotæ Romanæ auctoritate probat Burſ.d. conſ.20. nu.66. & idem in criminalib. ēt: vt per eundem Burſ.conſ.34.nu.5.vbi * communē eſſe teſtatur, & ſeruari in practica, vbi reus ſe legitimè defendit,& cōparet, Iulij Clari auctoritate p̄bat.

Hæc tn̄ concluſio pluribus ita modis ampliata,multis ēt rationib. eſt limitanda. Hanc igitur primo loco limitabis,niſi iudex vellet ſe informare ſup notorio,

15 vel ſuper fama,† quia poteſt recipere teſtes parte non citata ſecundū D. Ant.in d.c.in nomine Dn̄i, q allegat Inno. in c.1. ext. de poſt. præla. Idem tradidit Inno.in c.bone il 1.verbo teſtes,ext.de elec.ſub nu.4. p̄pè fi.qui id p̄bat per c.manifeſta.2.q.1.c coru 11.q. 3.vbi Arch.c.ad noſtrā ext.de iureiur. hocq; placuit D.Ant.in repet.c.fi.in pen.car.ext. de conſue.& in d. c.bonæ.col.10.& confirmauit D Abb.in d.c.in noīe Dn̄i,vbi dicūt iſtud pendere ab illa dubitatione,vtrū in notorio poſſit p̄cedi parte non citata, de quo per Inno.in c tua.de cohab. cle.& mulier. & ſcripſere gl. * oēs ſcribentes in c.ad noſtram il 3. de iureiu. & obſeruauit Bal.in l.cū fratrē.nu.8.verſ.dubitare conſueuit.C.de his,quib.vt indig. & pro eo,quod dictum eſt de fama facit.c qualiter.§.debet.ext.de accuſ. Per qđ patet iſtud procedere, qn̄ agitur, vt deueniatur ad inquiſitionē,vt auctor eſt Fely.in d.c. in nomine.nu.7. propè fi.& adde ēt Bal.in l.qui teſtamento.§.per con-

16 trariū.ff.de teſta.vbi dicit,† ꝙ ſine ordine iudiciario & teſte in forma iudicij recepto pōt iudex edoceri de fama teſte.Inno.in c. cū tua.nu.2.ext. de ſponſ.quod refert,& ſequitur Rom.in l.ſi verò.§.de viro.poſt.nu. 89.verſ.vlt.probatur in fi. ff.ſol.matr.

Secundò limita, niſi teſtes reciperentur ad informa-

17 tionē ſuperioris ſuper habilitate, vel inhabilitate electi,vt traditū eſt à D. Ant.& Abb.in d. c.in noīe. nu. 7.in fi. vbi allegant Innoc. in c.1.& in c. vlt.in fin.de transla.præla.& ibi dicit Innoc. ei cui cura eſt cognoſcendi,an talis idoneus ſit, necne, neceſſe eſſe, vt aliquē uocet ad ſciendū velit opponere necne, Verum teſtes electos poteſt recipere,vt inſtruatur,etiam non iuratos.ita inquit Inn. d.c.vlt.nu.2.in fi.

18 Contrariam tn̄ huic limitationi ſequutus eſt ſententiā Fel.in d.c.in nomine.nu.8. verſ.& fateor ſecū: dicens hoc caſu electū vocari debere,cū agať de eius magno præiudicio,ſi agať in contradictorio iudicio, quod probat per ea, quæ obſeruata ſunt in c. ſup his. ext. de accuſ. & huc quoq; pertinent tradita à Dom. in c.ſi forte.in fi.de elect.in 6.& quod cōſuluit Card. conſ.144. in 1.car.

Tertio loco limitanda eſt, niſi procederetur p̄ viā

19 inquiſitionis † tunc nempè ſecundū D.Ant.in d.c.in nomine Domini poſſunt recipi teſtes parte non citata:per c.qualiter.il 2.§.debet.ext.de accuſ.

Contrariū,& melius ſenſit Bar. in l. fi. in prin.ff.de

20 queſt.vbi inquit † vtiq; admtti teſtes ſup generali inquiſitione, ſed qn̄ accuſatio,& inquiſitio fit ſpecialis recipi nō poſſunt,niſi citata parte,ſi ſecus fiat.nō nocebunt,nec præiudicabunt ipſi inquiſitio: per l.ſi qn̄. C.de teſt.quam ſententiam comprobauit Bal.in l.iubemus.n.4.in fi.C.de p̄b.& huic adhęſit Sal.in l.fi.C. de queſt.& idē Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.in 6.q. poſt nu.6.ff.de off.p̄conſ.& l. hoc idem teſtať Inn.in c.per inquiſitionē. ext.de elec.circa fi. & vnà cū iſtis ſentiunt

ſentiunt Fel.in d.c.in nomine.nu.9.ſub fi. & D.Ant. ibid.Idem tenet Roma. ſing. 369. fuit vnus ex vobis. verſ. ſecundo fallit. nec facient indicium ad torturã, vbi proceditur & ad inſtantiam partis,vt probat non minus dignitate quam doctrina Illuſtriſ. Comes Federicus Scotus Placen.in conſ.1.num.38.lib.2.par.2. vbi ad hoc Bar.Marſ.Gram.& Carre.citat.

Quartò velim limites,niſi ſit probandus caſus,q in longinquis oris euenerit, & vbi facilè pars nõ poſſet

21 citari,† tunc.n. poſſent recipi teſtes ad probationem caſus parte non citata,auctoritate Bar.in l.2. per illũ tex.de nauf.lib. 11. cuius dictũ plenè confirmari põt ex multis adductis p Rom. q ipſum allegat in l.ſi verò.§.de viro.in 41.fallen.ff.ſol. mat.facit c.1. in fi. ne ſede vacante.in 6.ꝙ notat Bal.in l.ius ciuile. n.2.ver. & nota,ꝙ de facto cõſului.ff.de iuſt.& iur. hoc idem ſcitu dignũ arbitratus eſt Corſet. in ſuis ſing. in verb. teſtis.18.in loco,vbi q̃plures adducit, & diximus ſup. in concl.Caſus fortuitus,in 5. ampliatione, vbi latè.

Quintò limita, niſi eſſet caſus in quo lex vel ſtatutũ non exigeret plenã probationẽ,ſed cõtentaret ſo-

22 lis argumentis, † etenim tũc poſſunt recipi teſtes parte non citata , vt dictũ eſt in contraria opinione primæ ampliationis huius concluſionis , ita tradidere Hoſt.& Lap.in c.1.in fin.de homic.in 6.& ſequit ibi Dom.in §.ſi in 4.col.docens per hoc multum limitari contex.d.c.in nomine Domini.

Aliud opinatus eſt Fel. in d.c. in nomine.num.12.

23 † eo quod præſumptio ẽt probari debeat per teſtes ſecundos & legitime examinatos,vt traditur à Bart.in l.vlt.C.fam.erciſc.& latè per Fely. in c. cum cauſam. verſ.ſecundo caſu.extra de probat.

Sextò limita vbicunq; actor timet de morte vel ab

24 ſentia teſtiũ , † & eius aduerſarius eſt perſona potẽs, iracũdus, & oĩbus furore ſuo terrorẽ incutiens , cuiq; actor timet denũciare : hoc nempè caſu omittetur citatio partis in examinatione teſtiũ, ita ſcripſere ſapienter Hoſt.& Io. And.in c.qm̃.in prin. ext.vt lit.nõ conteſt.quos ſequunt Abb. & Fel.in d. c. in noĩe. ille nu.14 hic nu.13.dicentes,ꝙ tunc iudex,quo diligen-

25 tius poterit , † ſuſtinebit vices rei in examinatione, reſeruando ſibi exceptiones in perſonas , & in dicta, vt ibi per eũ:pro quo adde Bal. in l. conſentaneũ.nu. 32.verſ.quæro,vnà cũ Butrigario. C.quomodo,& qñ iudex,vbi dicit,ꝙ anteq̃ debitor ſuſpectus de fuga capiatur non præmiſſa citatione , debet ſuſpicio ꝓbari

26 per indicia , † & poterunt ſuper ſuſpicione recipi teſtes debitore nõ citato huic adiicias Alex.in l.ſi fideiuſſor.§ ſi ſatis dandũ.nu.2.& ibi Bald.nu.1.ff. qui ſatisd.cogan.adiungas quoq; gl. & Ang.in l.ſi finita.in prin.ff.de damn.infect.& ibi Rom. Imol. & Bal.in l. 2.in prin.nu 8. C.de ſeru.fug. & in l.creditor. la 2.nu. 3.ff. ſi cert. pet. & in auth. ei qui. C.de bon.auth.iud. poſſid.ad idem reſponſum eſt à Pau.de Caſt.in conſ. 472.incip in cauſa capturæ.& in conſ.473 pro pleniori examine,vol.1.hoc ẽt viſus eſt ſenſiſſe Bal.in conſ. 186. ad euidentiam præmittendũ eſt , ꝙ quandoque mandatũ dirigit. nu.3.verſ. p̃terea ſtatutũ ꝙ pmittit. vol.2.& plenius in cõſ.177.in iſta captura,per totũ,& in cõſ.178.in p̃ſenti materia,p totũ.eo.vol.2.& idem copioſiſſimè in cõſ.318.iſta captura peccat rõne,per tot.vol.4.limitat.nr̃am ꝓbat ẽt Iaſ.in l.admonẽdi,n. 214.ver.circa ſecundam concluſionem,ff.de iureiur.

27 Sublimita & intellige, † ꝙ vbi nõ eſſet timor mortis vel diuturnæ abſentiæ, licet aduerſarius eſſet pſona formidabilis,non poſſent recipi teſtes ipſo non citato,ita grauiter & doctè ſcripſit Fel.in d.c.in nomine Domini,nu. 13.ver.dicat tamen idq; placuit Ant. de But.in c.præterea,il 2.de ſponſ.

Septimò limita , vbicunque iudex procedit ad informandũ ſe de abſentia rei, vt poſſit ſibi ſtatuere ter-

28 minũ conuenientem,† tunc enim debet ſe informare de abſentia,ꝑut põt: vt in auth.de exhib. & exam. reis,§.ſancimus, quod Barto. exponit ſingulariter,id eſt,etiam parte non citata,in extrauag. ad reprimen. in ver.per edictum, prout eum refert, & ſequitur Fel. vbi ſup.nu.13. propè fin.

29 Octauò limita , † niſi pars dediſſet Iudici veniam recipiendi teſtes ipſo abſente,ſecũdum Bal.in l.ſi qñ, col. 3.C.de teſti. Et quòd rata ſit huiuſmodi venia ꝓbat per l.Herennius,ff.de euict.qui contextus ad hoc affabre factus videtur in prima parte. Et ratio eſt, q̃ quilibet poteſt renunciare iuri ſuo, ex l.ſi quis in conſcribendo, C.de pact.

Nonò limitabis, qñ examinaretur teſtis, cuius di-

30 cto neceſſariò fides eſſet habẽda, vt aſſeruit Bar.in l. Theopompus,nu.9.verſ.item quæro, qñ aliquis,ff.de dote præleg.Bar.ſequitur Anto.in c.veniens, il 1.ex de teſtib.dicens,ꝙ quoties certum eſt nihil poſſe opponi teſti,tunc d.Decretalẽ in nomine Dñi non procedere : ꝙ ẽt atteſtatur Fely.in d.c.in nomine nu.14. verſ.ſed tñ,quem tamen ibi vide ; idẽ reſpondit Alex. in conſ.130.difficultas huius negotij, num.4.verſ. & iſtud etiam ſatis,vol.1.latè Hippol.ſing.30.vbi ſuſiſſimè hanc materiam tractat, & vberrimè in l.1. §. ſi quis vltro,à nu.4.vſque ad nu.22.ff.de quæſtio.

Decimò limita , niſi teſtis iterum ꝓduceref ad de-

31 clarandum dictum ſuum,† etenim in tali declaratione non eſt pars citanda, ſi credimus Bal. in auth. hodie,in pr.C.de iur.cal.per illum tex.per quẽ probatur nec requiri,vt tunc teſtis denuo iuret. Vnde deinceps non requiritur citatio partis,quæ fit vt videat teſtem iurare,vt Fel.inquit vbi ſup. nu.15.

Vndecimò limitãda eſt, niſi eſſet examinãda mu-

32 lier † tũc.n.non dẽt pars citari ad videndũ ipſã iurare:vt auctor eſt idẽ Fel. vbi ſup.d.nu.15. & ita tenent Gul.de Cun.Bar.& Bal.Caſt.in l.ad egregias, ff.de iureiu.& hanc * cõem eſſe atteſtaf auctor addit.ad Fel. vbi ſup.d.nu.15.ſub litera A.in ver.mulier.

33 Contrariũ † tenet Rom. ſing.369. fuit vnus ex vobis.quẽ ſequitur Abb.in c. ſi qui teſtiũ, col.1. ver. ſed quæro,de teſti.& eſt tex.in l.2.§.finaũt. C.de iur.cal. ſecundũ Rom.& hæc vr̃ ſanior ſententia , cũ expreſsè loquaf ibi tex.dicens,altera videlicet parte,vel ꝓcuratore eius præſente, ex quo manifeſte colligit, ꝙ etiam hoc caſu debet citari pars, in quam etiam ſententiam tranſire videtur & Soc.in reg. iuris 523. in 8. lim.vbi pro hac citat gl.in c.2. de ver.ſign.

34 Duodecimò limita,† niſi agatur de probandã conſuetudine introducta à Populo eiuſdẽ ciuitatis, quia poſſunt recipi teſtes parte non citata , vt teſtatur Fel. in d. c. in nomine Domini. ſub num. 15. & plenè per Ant.in c.fi.in pen.car.nu.67.verſ.ad primum ſi redacta.extra de conſuetud.

35 Decimotertiò limita,niſi partes eſſent p̃ſentes,† nã tunc non eſt neceſſaria citatio,ſed tñ monitio ſecundum Bal. in d. c.in nomine. quem refert, & ſequitur Fel.ibid.nu.16.per l.de vnoquoque. ff.de re iud. Quæ limitatio pendet ab illa quæſtione, vtrum præſens in iudicio fortuito ſit citandus: ad quod conſulas Bart. in l.1.C.de in ius vocan.& Bald.in l.conſentaneũ.in pen col. C. quomodo, & quando iudex. Vnde * cõis ſcribentium ſententia eſt , non eſſe citandum , prout atteſtatur Fel.vbi ſupra nu.17.quod etiam tetigimus ſupra in concluſione citatio.

36 Decimoquintò limita † niſi eſſemus in cã hæreſis qm̃ pp magnũ periculũ peccati ſi potens ſit aduerſarius:ceſſat diſpõ. d.decre. in noĩe Dñi, & ibi Fel.d.n. 17.& eſt caſus notab.in c.vlt.§.1.de hæ.in 6.& Abb. ibid.in d.c.in noĩe Dñi.nu.8.hoc ẽt inſigne relatũ fuit Rom.ſing.369.inci.fuit vnus,& Soc.reg. 523.lc tertiũ fallen.4. ꝙ, & placuit Carrer. de hære. §.ver aũt vice.n.10.Iac.Sept.in inſti. cathol.c.62. nu.17. rõnẽ reddit Io.de Royas in ſing.de hęr. ſing.196.in nu.6.Dicẽs,vt abſq; timore liberè, & ſponte teſtes aduerſus hæticos inquiſitos deponãt, ſcpe.n.ille aduerſi...

quē teſtificatur, ſi eſt perſona potens, ſeu terribilis, &
teſtium perſonas cognouiſſet teſtibus mortē, minas,
vel timorem inſerret, vt dicitur d.c.ſi.de hæret.in 6.
Decimoquinto limita, ꝙ imò actus factus nō cita
37 ta parte ſit validus † qñ ipſi non citato non ſit præiu-
dicium, ita Marſ.in ſing.30.nu.3.ver.ſecundus caſus,
ſic placuit Bal.in l.ab eo.nu.17. C. quo, & qñ iudex,
& probauit Inn.in c.humilis.de maio. & obed. idem
obſeruauit Bal.in l.ſi.§.cū igitur.nu.6.ver.quæro igit
nunquid de neceſſitate. C.de iur.delibe. & in auth.ſi
omnes.nu.8.C.ſi minor ab hæredi.abſti. & in hāc re-
ſponſum eſt ſnīam ab Alex.conſ.86. viſis dubitatio-
nibus.num.4.ver. fortifico.vol.5. itaq; cenſuit Oldr.
conſ.299.Quidam Hugo. idē tradidit Paul.de Caſtr.
conſ.24.ſuper primo dubio.nu.11.vol.2.
Decimoſexto limitare poteris, vt in examinatio-
38 ne teſtiū † qui in contumaciā citati vltima die ter-
mini recipiunt̄, pars aduerſa citanda nō ſit teſte Ro.
in d.ſing.369.fuit vnus, in fi. & in l.qui ante calēdas.
nu.12.verſ.hoc tñ. ff. de verb. obli. eo ꝙ ipſa vltima
dies interpellet pro homine.l.magnā.C. de contrah.
ſtipul.c.potuit.de loc. ita concludit Bart.in l.2.nu.4.
in fi.C.de temp.app.& Bal.in auth.ei,qui. nu.4.verſi.
quæro nunquid.C.eo.de temp.appel.
Hinc infert̄ ad quæſtionem, quid ſi ex forma ſtatu
ti teneaturis, in quē eſt cōpromiſſum terminare cau-
39 ſam intra mēſes duos † an requirat̄ citatio ſi vltima
die termini laudū proferat̄? Bal.in c.1.§.ſancimus,ꝙ
eſt vlt.nu.5.verſ.ſed hic incidēter, quo tēpo. mil.inu.
pete.deb.refert Bar.in l.ſi de meis.§.fin.ff. de recept.
arbit.& in l.admonendi.ff.de iureiur.& in l.ſi ſocieta
tem.§.arbitrorū. ff. pro ſocio. determinante nullam
requiri citationem. Verum idē Bal.in d.auth.ei,qui.
d.nu.4. immemor huius opinionis ab ipſo relatæ au
ctore laudat eundē Bar.vbi ſupra contra ſentientē,ꝙ
40 idē ſequitur ibidē ex ratione, quia quandoq; † termi
nus præfixus habet vim citationis, vt eſt, qñ præfigit̄
à iudice: & tunc ſi vltima eius die fiat, non requiritur
citatio: aliquando non habet vim citationis: vt qñ
præfigitur à ſtatuto ad ponendam metam durationis
inſtantiæ, & tunc propter hoc citatio non requiritur,
quia laudum vltima die feratur, caſus eſt not. ſecun-
dum eum in auth. ei qui Roma. vero in d.l. qui ante
Calendas.nu.13.verſ.tu aduerte.ff.de verb. obli.Bal.
falſitatis arguit,ꝙ nunquam viderit Bar.in illis locis
aliquid de hac quæſtione agentē, quem videas, quia
aliter videtur reſpondere.
Decimoſeptimō velim limites, qñ periculum eſ-
41 ſet in mora, † nam tunc valet examinatio teſtiū par
te non citata: vt reſpondit Soc.ſen.in conſ.262.in eā
Magnifici Pet.de Medicis.nu.11.vol.2. vbi ad idem
dicit conſuluiſſe Pet.de Anch.in conſ.177.ex prædi-
cta facti narratione, & in conſ.430. & tradidit Dom.
poſt Hoſt.in c.1.de homici. lib.6.quod etiam confir-
mat Rom.in l.ſi verò.§.de viro.poſt nu.89.verſ.quar
to probatur.ff.ſol.matr.
Decimooctauò limitanda tibi eſt Cōcluſio, vt lo-
42 cum non habeat † in examinatione teſtium, quæ fie
ret corā arbitratore, nulla enim tunc opus eſt citatio-
ne, auctore Bal.in c.quintauallis, col.3.nu.9.verſ. ex
prædictis infert̄, de iureiur. quia non eſt neceſſarius
ordo iudiciarius, vt eū refert & ſequitur Ambroſius
Opizonius in repet.l.ſi quis arbitratu. nu.73.verſ. ſed
quid in examinatione teſtium.ff de verb.oblig.
Decimononò limitabis, quando agitur de proban
da conſuetudine inducta à populo cuiuſdam ciuita-
43 tis: † nam tunc poterunt examinari teſtes parte non
citata, ita dixit Ant.in repe.c. fi.in antepen.col. verſ.
venio ad ſecundum principale. de conſuet.
Vigeſimo limita, nā vbi fit actus, in quo nō requi-
44 rit̄ cauſæ cognitio, † tunc examinari poterunt teſtes
parte aduerſa nō citata, ſecundū Accur.in l.3.§. ſi cā
cognita.in verb.pro tribunali.ff.de bon. poſſ.tit. gen.

cuius doctrinā ad hoc citat Bal. in l.ne quicquam.§.
vbi decretū, in prin.ff.de offi.procon.& in rub. C.qui
admitti.nu.1.& Rom.in conſ.61.licet mihi,nu.1.
Plures alias ampliationes & limitationes, ad con-
cluſionem qui cognoſcere voluerit, adeat Hippoly.
Marſ.in repet.l.de vnoquoque.à nu.11. vſque ad nu.
134.ff.de re iudi.& Gabr.li.2.commun.conclu.tit.de
citatio.conclu.1. quibus in locis copioſiſſimè & fere
ad ſaturitatem, hæc explicata deprehendet, nobis ſit
ſatis ſpecimen eorum dediſſe.

CONCLVSIO DCLXXXIIII.

ARGVMENTVM.

Examinatio teſtium ad perpetuā rei memoriam an & cui permittatur fieri.

SVMMARIVM.

1 *Examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriam reo futuro ſemper permittitur fieri.*
2 *Examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriam quo caſu permittatur actori.*

Examinatio teſtium ad perpetuā rei
memoriā reo futuro ſem
1 per permittitur fieri, † non enim in eius eſt manu li-
tē mouere. Actori verò regulariter non permittitur
teſtiū examinatio ante litem conteſtatā, cùm in eius
ſit arbitrio litē incipere, & id niſi periculū ſit, vt pereat
fides teſtiū, vel quia ſunt ſenes, vel tpe longinquo ab
futuri de proximo: adeò vt nimis longū & periculo-
2 ſum videat̄ expectare litis conteſtationem, † nā hoc
caſu permittitur actori teſtiū examinatio ad perpe-
tuā rei memoriam *communiter ſcripſere Doct. in
auth.ſi qs aliquid. C. de teſtib. ſicut atteſtat̄ Marian.
Soc.in cōſ.34.nu.4.vol.1.& de hac materia vide latè
per Fel.& Abb.in c.qñ frequenter.vt lit. non cōteſt.
Crot.de teſtib.nu.258.Veſtr.lib.6.c.2.de teſtib.& eo-
rum exam.nu.32.& cōmodius à nobis explicabit̄ in-
fra in conclu. teſtes ad æternam rei memoriam.

CONCLVSIO DCLXXXV.

ARGVMENTVM.

Examinatio teſtis, licet facta non fuerit ſup interrogatorijs, an fiat irrita, etiā ſi interuenerit dolus, vel culpa examinatoris.

SVMMARIVM.

1 *Examinatio teſtis licèt facta non fuerit ſuper interrogatorijs, tamen huiuſmodi examen non fit irritum, etiam ſi interuenerit dolus vel culpa examinatoris.*
2 *Teſtes poſſunt repeti a parte aduerſa ſup interrogatorijs.*
3 *Teſtationes teſtium omiſſis interrogatorijs ſunt nulla, nec probant.*
4 *In criminalibus teſtis non examinatus ſuper interrogatorijs non probat.*

Examinatio teſtis licet facta non fue-
rit ſuper interrogatorijs,
1 † tā huiuſmodi examen non fit irritum, et ſi interue-
nerit dolus, vel culpa examinatoris: vt notat Spec. in
tit.de teſtib.§.1.verſ.itē caute.& Io. And.in ca. p̄ſen-
tiū.§.teſtes.de teſtib.lib 6. vtq; reſpondit Alex. conſ.
172.viſis & opportunè diſcuſſis. nu.9. verſ. præterea.

2 ſi teſtis. vol.2. † ſed nõ poſſunt teſtes repeti à parte ad-
uerſa ſuper d. ctis interrogatorijs, vt cautũ eſt à Ruin.
in cõſ.35.nu.4.vol.4.ita ẽt teſtatur Dec.in c. licet cau
ſam.in 8.not.de probat.hoc idem opinatus eſt Iaſ. in
l.ſi qs ex argentarijs.§.prætor ait.in 6.not. ff.de eden.
Contrarium, quòd imò atteſtationes teſtiũ omiſ-
ſensiſſe D.
3 ſis interrogatorijs † ſint nullæ, nec probẽt, ſenſiſſe D.
Feder.Scotum Placentinum in conſ.6.num.34.lib.2.
par.2.vbi ad hoc Spec.& Fel.citat.
* In criminalibus autem * communis eſt opinio, ꝙ
teſtis non examinatus, ſuper interrogatorijs accuſa-
4 ti,† non probat, teſte Burſ.in conſ.34.nu.4.
Hic annecterem Concluſionem illã, an & qñ exa-
minatio teſtium poſt didicita teſtificata ſuper eiſdẽ
articulis & capitulis, vel directo contrarijs admittatũ,
ni omnium quos viderim copioſiſſimè explicatã ab
Antonio Gabriellio animaduerterẽ. Is enim per vn-
decim ampliationes, vnamque & ſeptuaginta limi-
tationes, per contrariorum refutationẽ & diſtinctio-
nes, hanc materiã ferè ad ſatietatẽ grauiter & doctè
pertractat. Proinde eam in præſentia prætermittã reij
ciens me ad ea, quæ ab eodem Gabriel. in ſuarũ com
mu.concl.lib.1.de teſt. concl.21. dicta fuere.

CONCLVSIO DCLXXXVI.

ARGVMENTVM.

Exceptio vbi eſt fundamentum intentionis alicuius, an probari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio vbi eſt fundamentum intentionis alicuius pba-*
ri debet, & idcirco reus in excipiendo pro actore habẽ.
2 *Exceptio adeò plenè & perfectè probari debet, vt neceſſa-*
rio concludat.
3 *Exceptio litis pendentiæ, vel aliàs præiudicialis probanda*
eſt ab eo, qui eam aſſerit.
4 *Exceptio litis pendentiæ, probari non poteſt poſt concluſio-*
nem in cauſa.
5 *Exceptiones præiudiciales probandæ etiam ſunt ab eo, qui*
eas in iudicium profert.
6 *Excipienti filios non ſuperuixiſſe, ſi ſimul cum patre mor-*
tui ſint, fideicõmiſſarius non tenetur probare illos filios
non fuiſſe ſuperſtites. Contrarium.nu.7.
8 *Fundans ſe in negatiua, habet eam probare.*
Præſumptio eſt, quẽlibet ad centũ annos vitam agere. ibi.
9 *Vt plurimum filij longiorem parentibus vitam degunt.*
10 *Exceptio, ſiue cum in iudicium producitur vel repellitur,*
probari poteſt per teſtes.
11 *Quando datur terminus ad probandũ, intelligitur datus*
tam actori, vt inducat ſuos teſtes, quàm reo, vt itidẽ pro
ducat ſuos ad probandum exceptiones ſuas.

1 Exceptio vbi eſt fundamentum intentio-
nis alicuius probari debet, † id-
circo reus in excipiendo hr̃ pro actore. Vnde merito
fit, vt ſuã exceptionẽ omnino probare debeat, ex l.1.
& l.2.ff.de excep.& l.in exceptionib.ff.de prob. & ita
interrogatus rñdit Bertr. in conſ.186. nu.3. vol.5. ſic
aſſeruit Io.Grancus in ſuo breui tract.de probat. titu.
vtri litiga.ſit ex var.cã.circunſt. decernen.proba. reg.
9.incip.opponens.nu.6. & neceſſe eſt vt eã exceptio-
2 nẽ adeò plenè & perfectè probet, † vt neceſſario cõ-
cludat: ita cauit Pau de Caſt.cõſ.261.viſis & conſide
ratis.nu.5.verſ.nec obſtat, ꝙ producunt.li.2.Imò dẽt
ſic pbari in ſua ſpecie & forma, vt cõcludat effectũ
exceptionis: vt cõſulẽdo ſenſit Ang. in cõſ. 25. col.2.
nu.5.idemq; placuit Corn.in cõſ.46. col.4.li.2. ſic aſ-
ſeuerauit Dec.cõſ.534.procedendo breuiter. poſt nu.
9.verſ.& ad hoc ẽt facit: id quoq; teſtatus eſt Crau.in
cõſ.201.nu.29.& idẽ in cõſ.218.nu.7.ver. ſimiliter.&
in cõſ.249.nu.1.idq; cautum eſt in l.matrẽ. C.de pb.
& in l.in exceptionib.in prin.ff.de prob.& in c.in præ
ſentia.& ibi Dec.in 12.notab.nu.50. de probat. qbus
accedit Alex.in l.non ſolũ.§.ſciendum.nu.3. & 4.ff.
de nou.oper.nuncia. Iſtis addas & Pariſ. in conſ.104.
nu.2.vol.4.vbi inquit, non ſatis eſſe præſumptiuè pro
bari, ſed neceſſe eſſe, vt clarè probetur.
Concluſionem noſtram legibns, & auctoritatib.
corroboratã, velim hoc pacto amplies, vt locum ſibi
vendicet † in exceptione litis pendẽtiæ, vel aliàs præ
3 iudiciali, nã hæc quoq; eſt probãda ab eo, qui eã aſſe-
rit: ꝙ dr̃ ex contex.in l.generaliter.ibiq; glo.ff.de ex-
cept.& præſcrip.& ibi Pau.de Caſt.& Bar. & idẽ Bar.
in l.fundum.in prin. eo.tit. Quæ quidem exceptio li-
tis pendentiæ probari non poteſt † poſt concluſionẽ
4 in cauſa, vt auctor eſt Caſtr. vbi ſup.nu.2. vel poſt ter-
minum datum ad probandum. Bar.ibid. & hoc quia
eſt præiudicialis, vt ibi ait glo in d.l.generaliter.
Amplia quoq; concluſionem noſtrã locũ habere
5 in exceptionibus non præiudicialibus, † nã hæ ẽt pro
bandæ ſunt ab eo, qui eas in iudicium profert, teſte
Caſt.vbi ſupra nu.1.per l.eum, qui.ff.de probat.
Nunc velim concluſionẽ eandẽ limites, vt nõ ha-
beat locũ in fideicõmiſſario relicto, veluti ſi Titius
deceſſerit ſine liberis: quia excipienti filios nõ ſuper-
6 uixiſſe ſi ſimul cũ patre mortui ſint, † fideicommiſſa-
rius non tenetur probare illos filios nõ fuiſſe ſuperſti
tes, ꝙ ea ratione cõfirmamus, nã lex præſumit ipſos
nõ fuiſſe ſuperſtites, ſed ſimul cũ patre vitam cũ mor
te commutaſſe: ad id affabre factus eſt contex. in l.ex
facto.§.ſi quis aũt.ff ad Treb.& hoc vt locus ſit fidei
commiſſario, qui dilectus eſt à teſtatore, nec præſumi
tur contrarium, cùm per talẽ præſumptionem fidei-
cõmiſſarius excluderetur, nec pp hoc filij ipſi, quos
teſtator ſaltem tacitè prætulerat fideicommiſſario,
haberent aliquid iuxta voluntatem teſtatoris, cùm il
lico deceſſiſſent. Vnde iſta præſumptio fuit capiẽda,
vtpote cõſentanea magis & cõgrua voluntati teſta-
toris: meritò ergo nõ requirit, vt fideicõmiſſarius p-
bet liberos illos nõ ſuperfuiſſe, cũ lex præſumat non
fuiſſe, ita nominatim traditũ eſt ab Alci. de pſumpt.
reg.1.præſump.49.nu.6.vbi atteſtatur ibid. propè finẽ
* hanc eſſe * communem & veriorem ſententiam.
Contrariam † ꝙ imo fideicommiſſarius teneatur
7 hoc caſu probare intentionẽ ſuã, viſus eſt cõprobaſ-
ſe ſñiam Io.Nico. Arelat.in addit.ibid.ad Alci. nu.7.
ſub litera A.de mente Iac.de Arct. Alber.Raph.Cu-
man.& Imol.in d.l.ex facto.§. ſi quis autem.& Ripa
ibid.nu.4.& in gl.in ver. filius.
8 Permouetur maximè ea ratione, † ꝙ fundans ſe in
negatiua, habet eam probare, l.in illa.ff.de verb. obl.
vt ait Panor.in c.bonæ.de poſtul. prælat. Præterea p-
ſumptio eſt, quẽlibet ad centum annos vitã agere, p
l.fi.C.de ſacroſan. eccl. & fuit animaduerſum in l.2.
§.ſi dubitet.ff.quemadmodum teſta. aper. Præterea,
9 cùm † vt plurimũ filij longiorem parentibus vitam
degant.l.nam etſi parentib.ff.de inoffic.teſta. videtur
onus probandi, filios nõ ſuperuixiſſe incũbere fidei-
commiſſario, cum prædictæ iuris præſumptiones ſint
pro hæredibus grauatis contra eum, argum.l.ab ea.ff.
de probat. ex quibus videtur concludendum ambi-
guam, & ancipitem fieri ſententiam Alci. ex eo, ꝙ ip
ſe in vniuerſum loquatur, quod ſcilicet ſemper præ-
ſumptio ſit pro fideicõmiſſario, & hoc per rationes
iam dictas. Verum quidem etiam dicendũ videtur
opinionem Alci.locum tantum habere, & procede-
re in caſu d.l.ex facto.§.ſi quis autem. ff. ad Trebell.
ſcilicet, quando pater in caſu naufragij, ruinæ, vel ag
greſſionis, vbi & filij ſimul aderant, perierit: tunc
enim propter omnimodam incertitudinẽ præſumit
filios ante patrem perijſſe: ſicque nulli mirũ videri
debet

debet, ſi eo caſu leuetur fideicommiſſarius onere probandi exceptionem ſuam, quia lex pro eo præſumit, ſin autem hoc non conſtaret, id eſt, ſimul vno impetu patrem & filios occubuiſſe, ſed eſſemus in dubio quis præierit, vt quia nonnihil temporis ſpatij elapſum eſſet inter mortem illorum, vel alter non appareret ipſos ſimul deceſſiſſe, tunc quidē certè cōſtituere ſupra relati auctores per rationes nuper allatas, onus probandi liberos non ſuperuixiſſe, incumbere fideicommiſſario, qui ſe fundat in illa negatiua. Quorum ſnīa æquior & propius ad veritatē accedere videtur, eam veriorem exiſtimat Ripa in d. §. ſi quis autem. & Arela. in addit. ad Alciat. vbi ſup.

Certum igitur eſt, exceptionem debere probari: verùm quomodo probanda ſit, nondū aperuimus, exceptio itaque, ſiue cùm in iudiciū producit, vel repellit
10 † probari pōt per teſtes, vt inquit Bal. in l. fin. nu. 14. C. de re iudic. & idē in l. ſcire oportet. §. oportet. nu. 2. ff. de excuſat. tut. hoc idē ſequutus eſt Matth. Afflic. in l. 2. co. ſtit. Neapolit. in conſtit. quæ incipit quæ probat. in cauſa. Rub. 35. nu. 22. vbi ait, ꝙ qñ datur termi-
11 nus ad probandū, † intelligitur datus tam actori, vt inducat ſuos teſtes, q̃ reo, vt itidem producat ſuos ad probandum exceptiones ſuas: ſicq; docuit ipſemet Bal. in l. exceptionem, C. de except. vbi id auctoritate corroborat Innoc. in c. prout nobis. extr. de dol. & contum. quod & confirmauit Specu. in tit. de teſte. §. qualiter autem. verſ. ſed pone. ſub nu. 9.

CONCLVSIO DCLXXXVII.

ARGVMENTVM.

Exceptio nullitatis, quæ non poteſt probari incontinenti, an impediat executionem ſententiæ, quæ tranſiuit in iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio nullitatis, quæ nō pōt probari incontinenti, non impedit executionē ſententiæ, quæ tranſiuit in iudicatū, neque inſtrumenti habentis executionem paratam.*

2 *Vbi lata eſt ſnīa contra reum, & poſtea reus vult dicere, ꝙ iſte, qui obtinuit ſententiam, ſit ſeruus, & conſequenter illam nullam eſſe, debet primum executioni mandari, demum cognoſcetur de cauſa ſtatus.*

3 *Quando actor haberet tres ſententias conformes, licet oēs dicantur nullæ, tamen excipiens de nullitate, etiamſi eā incontinenti probare vellet, vel appellet, aut petat ſententiam declarari nullam, non admittitur quoad impediendam executionem.*

4 *Exceptio nullitatis iuriſdictionis, ſi incontinēti probatur, non intelligitur, quin admitti non poſſit.*

5 *Exceptio nullitatis indiſtinctè impedit ſententiæ executionem, ſi agatur de vita & membro hominis.*

6 *Res ſubiecta reſtitutioni non poteſt alienari alienatione irretractabili.*

7 *Exceptio nullitatis indiſtinctè non impedit executionem ſnīæ, vbi condemnatus promiſerit ſoluere aliquid intra tempus, & ſi non ſoluerit, promiſit parere ſententiæ.*

8 *Nullitas ſemper tacitè ineſt in appellatione.*

9 *Exceptio nullitatis, & ſi incontinenti non probetur, tamen impedit executionem ſententiæ, quando per viam principalis petitionis dicitur de nullitate.*

10 *Maioris eſt efficaciæ allegatio nullitatis per viā actionis, quam per viam exceptionis.*

11 *Executio non impeditur per viā actionis ſuper nullitate*

12 *Nullitas vbi deducitur per viā principalis petitionis, non impedit exceptionem rei iudicatæ.*

13 *Stante ſtatuto, quod inſtrumenta habeant executionē paratam, ſi creditor coram laico petat executionem inſtrī, nihil impeditur executiō, licet debitor per viam principalis petitionis petat coram Epiſcopo, inſtrumētum declarari vſurarium.*

14 *Executio non impeditur per commiſſionem nullitatis alteri iudici commiſſam.*

15 *Quando vna tantum, vel duæ ſunt latæ ſententiæ ad hoc, vt opponens de nullitate poſſit executionem impedire, ſatis eſt, quòd offerat ſe incōtinenti probaturum de nullitate, licet de ea non conſtet.*

16 *Quando ſunt latæ tres conformes ſententiæ, & quis per viam actionis vult cōtra eas de nullitate opponere, oportet, vt appareat ex actis de illarum nullitate.*

17 *Executio ſententiæ impeditur, vbi de nullitate principaliter coram eodem iudice agitur.*

18 *Executio non poteſt fieri lite pendente ſuper reductione ad arbitrium boni viri.*

19 *Reductio ad arbitriū boni viri, habet vim appellationis.*

20 *Executio non impeditur, ſi appareat, quod gratia differēdæ ſolutionis opponatur nullitas.*

21 *Nullitas ſententiæ vbi allegatur, eo quia ſentētia dicatur lata per falſas allegationes, & falſo contra abſentem factas, impedit executionem ſententiæ.*

22 *Quotieſcunque delegatus principis mandat ordinario, vt ſententiam ipſius exequatur, licet opponatur exceptio nullitatis coram ordinario, non debebit de nullitate cognoſcere, ſed exequi.*

Exceptio nullitatis, quæ non pōt probari incontinenti, non impedit exe-
1 cutionē ſententiæ, quæ tranſiuit in iudicatū, † neque inſtrī habentis executionē paratam, ita deciſum reliquere Do. Rot. in deciſ. 3. aliàs 280. licet per viam de except. in nou. vt ēt traditum eſt à Mil. in reperto. in verb. executio vnius ſnīæ, idq; placuit Fran. in c. dilecto. col. 12. ver. circa ſecundum. de appel. vbi de * cōi atteſtatur, & ibi Præpoſitus col. 28. verſ. ſed punctus ſtat. hocq; ſenſit Bar. poſt Inno. in c. cum in iure, col. 16. de offic. de leg. & confirmauit Vital. de Camba. in tract. clauſul. clauſu. 38. ſub clauſul. nihil nouari nullitate pendente, col. 2. Ideo ſis cautus, quando opponis exceptionem, vt dicas, quòd incontinenti poteſt probari aliàs non admitteretur, ſecundum Bart. in l. fi. C. ſi ex falſ. inſtrum.

Concluſionem noſtrā comprobauit & Aug. Bero. q. 131. nu. 1. & 2. vbi allegat remiſſiuè Bar. & Alex. in l. 4. §. condemnatum, nu. 5. ver. primo caſu. ff. de re iudic. & Bar. allegat l. fi. ad fi. C. de ordin. cognit. prout
2 refert Alex. vbi ſup. † vbi ſi lata fuerit ſententia contra reum, poſtea reus velit dicere, ꝙ iſte, qui obtinuit ſententiam, ſit ſeruus, & conſequenter, ꝙ illa ſententia ſit nulla, iuxta l. ſeruus. C. de iudic. & l. vlt. ff. de iudic. debebit primò executioni mandari, dēmum cognoſcetur de cauſa ſtatus, arg. l. 2. C. ad l. Cor. de falſ. vbi non debet retardari ſolutio pecuniæ, quāuis reus opponat exceptionem falſi, cauſa calumniæ, reſeruato tñ iure inquirendi, & accuſandi de falſo. Neceſſe eſt enim, vt incontinenti huiuſmodi exceptio probetur: vt ait Old. conſ. 106. in prin. quod incipit, ꝙ literæ executoria: & facit, quod notat Bart. in l. ſi is, à quo. ff. vt in poſſ. lega. & reſpondit Hiero. Gab. in conſ. 43. eiuſdem ſum ſententiæ. nu. 38.

Primò limita Concluſionem nō procedere, quando actor haberet tres ſententias conformes: nā hoc
3 caſu licet omnes dicantur nullæ † tamen excipiens de tali nullitate, etiam ſi eam incontinenti probare vellet, vel appellet, aut petat ſententiā declarari nullam, non admittitur quo ad impediendam executionē, vt cautum eſt in tex. in clem. 1. ꝗ refert Caſtrenſ. in d. §. condemnatum, & Auguſt. Bero. d. quæſtio. 131. num. 1. & Oldr. d. conſ. 106. nū. 2. per clem. vt calumnijs, de re iudic. & Alex. d. §. condemnatum. num. 6. atque Bart. in l. 1. in princi. C. ne liceat 3. prouoc. ibi

etiam in l.de pupillo.§.qui opus.ff.de oper.nou.nūc.
l.ſi expreſſim.ff.de appellat.

Iſtud primò ſublimita,niſi eſſet exceptio nullitatis
iuriſdictionis,quæ ſi incontinenti probetur,non intel
4 ligitur,† quin admitti non poſſit,per gl.in clem. 1. de
ſequeſt.poſſeſ.& fruct.quod & aſſeruere Ang. Alc. &
Iaſ.in l.fi.C.ſi ex falſ.inſtrum. Vant.de nullit.tit. quot
& quib.mod.nulli.propo.poſſ.ſub nu.33.Caſtr.in d.§.
condemnatum.ſub nu.2.verſ.adde iſtud verum.

Secundò ſublimitabis, niſi ex inſpectione actorū,
ſiue ſententiæ, liquidò conſtaret de nullitate ſenten-
tiæ, de qua opponitur:tunc enim non haberet locum
ſupradicta limitatio.nec d.clem.vt calumnijs.ita pro
didit Rom.in reper.l.ſi verò.§.de viro.in 31.fallē.nu.
363.ff.ſol.matr.cui accedit,& Alex.in d.§. condēna-
tum.nu.7.& ita decidit Bal.& Sal.in l.1.in prin.C. ne
liceat tertio prouoc.ita voluit Imol. in l. de pupill. §.
qui opus,& ibi latè Alex.d.nu.7 ff. de oper.nou.nūc.
& probatur in d.clem.1.atq; reſpondit Old.in d.conſ.
106. incip. quod literæ executoriæ. cui optimè deſer-
uit quod tradidit Bald.in l.ſi vnus. §. pactus ne pete-
ret.col.5. ff. de pact.

Secundo primario loco concluſionem velim limi
tes locum habere in exceptione irretractabili, veluti
5 ſi agatur de vita,vel membro hominis,†nam hoc ca-
ſu indiſtinctè exceptio nullitatis impedit ſententiæ
executionem.ſecundum notata à Bal. poſt Cyn. in l.
ab executione. C. quor. appellat.& idem obſeruauit
Paul.de Leazar in d.clem.1.de re iud.ſicq; Bald. in l.
qui cum duas ff.de adul.& in l.1.C.de reſtp in integr.
reſt.idemq; Bal.in l.morte. & ibi Imol.in pen. col. ff.
de oper.nou.nunc.& in l.qui à latronib. ff. de teſtam.
& in l.3.§.ſi ſeruus. ff. de acq.poſſeſ.huc præterea ſpe
ctat,quod animaduerſum eſt à Bart. in l.t. in vlt. col.
C.de accuſ.dum allegat.l.a.ff.de ſer.& in l. ſenatus.ff.
de offic.præſid.& notatur per Cyn.in l.fi.in 19. quæſt.
C.de compenſ.id etiam vidit Alex.in d.l.4.§. cōdem
natum.nu.10. ff. de re iud. ad id etiam per ſimilitudi-
nem quandam pertinet, quod habetur in l. generali-
6 ter.§.1.ff. qui, & à quib.† vbi res ſubiecta reſtitutioni
non poteſt alienari alienatione irretractabili: ſed be-
ne alienatione retractabili, ex l. ſeruo legato. §. 1.ff.
de leg.1.

Tertiò limitabis,vbi condemnatus promiſerit ſol-
uere aliquid intra certum tempus, & ſi non ſoluerit,
7 promiſit parere ſententiæ,†nam ſi non ſoluit in termi
no,& poſteà petatur executio, tunc exceptio nullita-
tis indiſtinctè non impedit executionem ſententiæ;
vt placuit Alex.in d.§.condēnatum.nu. 11. per l. tale
* pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.ſecundum** ma
gis communē intellectum. ſicut enim ibi per tale pa-
ctum videtur renunciatum appellationi, ita & nulli-
8 tati, † qd ſemper tacitè ineſt in appellatione, vt pro-
batur in l.quædā mulier.ff. famil.ercif.& in l.Cornel.
pia.ff.de iur. patro.quod latius declara, vt per Bal.in
repet.d.§.qui prouocauit.l.tale pactum.poſt num. 11.
col. 6. verſ. ſecundo quæro.

Quartò limita, vt concluſio non procedat, qn̄ per
9 viam principalis petitionis dr̄ de nullitate, † quia &
ſi incontinenti non probetur exceptio hmōi nullita-
tis,tamen impeditur executio, ſecus ſi per viam exce
ptionis obijceretur de nullitate,quia tunc nunq̄ impe
ditur executio ſententiæ.teſte Spec.tit. de libel. con-
cept.§.nunc dicendum.nu. 39.col.fi. in fi. cui accedit
Paul.de Caſtr.in d.l.4.§.cōdemnatū. nu.3. & ibi Ale.
nu.12.verſ.4.limita.ff. de re iud. & ibid. Ang. ſub nu.
10 3.verſ. & prædicta intellige.& ratio eſt,† quia eſt ma-
ioris efficaciæ allegatio nullitatis per viam actionis,
quàm per viam exceptionis, quod perpetuò eſt men-
ti tenendum: vt admonet Caſtr. loco ſupra citato, &
hanc partem tenuit ante Inno.in c.olim in gl.in ver.
canonicè,circa prin.de dolo,et contum.

In contrariam deciſum eſt ſententiam à Dominis
Rot.in d.dec.3.alias 280.licet per viam. de except. in
11 nou.† vbi non impeditur executio per viam actionis
ſuper nullitate.hoc idem D.Rot. cōfirmauere in de-
ciſ.366.ſi appelletur,in nouis,quod & ſequitur Mil.in
repert.in verbo executio vnius ſententiæ, et in verbo
iudex meræ nullitatis,cum quo tranſit Franc.in c.di-
lecto col.13.ver.circ.tertium,de appel. vbi concludit
poſt Ang.et Imol.in d.l.4.§.condemnatum. ff. de re
iud. quod vbi nullitas deducitur per viam principalis
12 petitionis,† non impedit executionem rei iudicatæ:
quaſi tunc videatur requirere altiorem indaginē, per
l.fi.C.de ord. cognit. vbi enim deducitur nullitas per
viam actionis,dēr dari libellus,lis cōteſtari: ſecus qn̄
inducitur per viam exceptionis ſecundū Spec. tit. de
libel.concept.§. nunc dicendum in poſtremis verbis.
cui ſe ſubſcripſit Io. And. in addit. ad Spec. tit. de lit.
conteſt.§.qn̄ autem.ver.quid de cauſa nullitatis. hūc
ſequitur Card.poſt Lap.in cle.1.16.q. de re iud. ſic &
cōprobauit Soc.in c.1.col.24.83.limit.de libel. oblat.
nec diſſenſit Præpoſ.in d.c.dilecto.col.32.verſ.ſūn eſt
membrum principale,vbi refert memorabile dictum
Imol.in d.§. condemnatum, q̄ ſtante ſtatuto, quod
13 inſtrā habeant executionem paratam,†q̄ ſi creditor
coram laico petat executionem inſtrī, nihil impedi-
tur executio, licet debitor per viam principalis peti-
tionis petat coram Ep̄o inſtrumentum declarari vſu-
rarium; nec hoc caſu debet Ep̄s inhibere iudici ſecu-
lari, niſi exceptio illa nullitatis per viam exceptionis
nullitatis opponeretur coram laico, & peteretur re-
miſſio ad Ep̄m: nam hoc caſu iudex laicus debet ſu-
perſedere,per c.tuam. de ord.cogn. quod tenet etiam
Ang.in d.§.condemnatum,& refert ibid. Ale.nu.17.
de cuius tamen veritate vide allegata ibi per Ale.quę
videntur reprobare d.Imol.& Ang.in hoc, quòd ex-
ceptio vſuraria per viam actionis non impediat exe-
cutionem inſtrumenti guarentigiati.

Ab iſta poſteriori opinione ſtat etiam Anton. de
Canar. in tract. de execut. inſtrum. quæſtione 52.nu.
14 91.concludens,† executionem non impediri per cō-
miſſionem nullitatis alteri iudici commiſſam, id etiā
placuit Philip. Franc.in cap.non ſolum.§. fin. de ap-
pellat.in 6. num. 11. dicens, valere executionem fa-
ctam à iudice, non obſtante inhibitione factam per
iudicem, cui eſt commiſſa cauſa nullitatis principa-
liter.

Equidem in huiuſmodi Gordio nodo magis per-
plexa materia,amplecti auſim diſtinctionem Alexā.
in l.de pupillo. §. ſi quis opus. ſub num.7.cir.fin.ff.de
nou.oper.nunc.qui huiuſmodi diſtinctione has con-
trarias opiniones nititur conciliare.

Primò,quando vna tantum, vel duæ ſunt latę ſen-
15 tentiæ, † tamen ad hoc, vt opponens de nullitate
poſſit executionem impedire, ſatis eſt, quòd offerat
ſe incontinenti probaturum de nullitate, licet de ea
non conſtet in actis, & hoc ſiue agatur via principa-
lis actionis,ſiue exceptionis,teſtè Alex. dict. loco ſu-
pra allegato,et num.8.et ita ait velle Bar.in d.§.con-
demnatum.

Secundò,quando ſunt latæ tres conformes ſenten-
16 tiæ, † et quis per viam actionis vellet contra eas de
nullitate opponere,oportet vt appareat ex actis de il-
larum nullitate: ſic loquutus eſt Ale. vbi ſup. huic ſi-
milem facit diſtinctionem per glo.in l.ſiue autem.in
verſ.imperfectam.ff. de tabul. exhiben.

Quintò vbi limitanda eſt cōcluſio, vt procedat,qn̄
petitur executio coram vno iudice,et cauſa nullitatis
per viā actionis, vel principalis petitionis, deducitur
corā alio iudice, nam tunc non impeditur executio,
17 † ſecus verò vbi de nullitate principaliter corā eodē
iudice ageretur,tunc.n.impediretur executio,vt ſi cre-
ditor petat inſtrumentū exequi, et debitor corā eodē
iudice petat inſtrumentū nullum pronunciari: nam
tunc impedit̄ executio,qn̄ illa allegatio non requirit

altio-

Digitized by Google

altiorem indaginem, & incontinenti pōt probari, vt nuncupatiuũ traditũ eſt ab Ant. de Canar. in d. tract. de execut. inſtrō. q. 51. & 52. nu. 90. & ſeq. veluti, quando debitum habet executionem paratam, tunc iſtæ mutuæ petitiones debēt ſimul terminari, c. 1. de mut. petit. & dictum eſt ſupra in concluſione.

Sextò poteris limitare, vt concluſio noſtra locum
18 ſibi non vendicet, † qñ eſſet petita reductio ad arbitrium boni viri: nam lite pendente ſuper reductione ad arbitrium boni viri non pōt fieri executio, iuxta ſnīam Bal. in l. tale pactum §. qui prouocauit, in fi. ff. de pact. dicens ita Bononiæ fuiſſe diſputatum, per l.
19 diximus. in prin. ff. de execu. † quia hæc reductio habet vim appellationis. l. non diſtinguemus, §. cũ quidam, ff. de arbit. quod & probanit Abb. in cap. quintauallis, col. pen. de iureiu. idq; ſequunt̃ Philip. Fran. in c. dilecto, col. 16. in 4. limit. & ibi idem Præpoſit. col. 4. in 4. limit. de appel.

Septimò limita, ſi appareat, ꝙ gratia differendę ſo
20 lutionis opponatur nullitas: † nam tunc, ēt ſi offerat incontinenti ſe paratum probare, non impeditur executio. ex l. ſatis apertè, C. ad l. Corn. de fal. vt aſſeruit Alex. in d. §. condemnatum. nu. 26. & Ang. nu. 14.

Octauò limitabis, cōcluſionem noſtrã non habere locum, vbi allegaretur ſententiæ nullitas eo, quia
21 † ſententia diceretur lata per falſas allegationes, & falsò contra abſentem factas, qui ex cauſa neceſſaria & probabili aberat, etenim tunc etiam ſi altiorē indaginē requireret, nihilominus impediret executionem ſnīæ. per l. ſi prætor, §. Marcellus, ver. Paulus, ff. de iudic. vbi eſt tex. affabre ad hoc compoſitus. & ibi Bar. Alex. & Ang. in d. §. condemnatum, nu. 21.

Nonò limitare poteris, quoueſcunq; ſuperior mãdaret inferiori: ſicuti ſi delegatus Principis mandaret ordinario, vt ſententiam ipſius delegati exequat̃:
22 † nam tunc licet opponatur exceptio nullitatis corã ordinario, non debebit de nullitate cognoſcere, ſed exequi, qñ non poteſt reſiſtere mandato iudicis, c. ſanè, 2. & c. ſignificaſti, de offi. deleg. vt teſtant̃ Alex. d. loco ſup. citato, nu. 25. & Ang. ibidem nu. 2. ad quã doctrinam velim conſulas And. Sicul. in c. ſignificãte, de offi. deleg. vbi latè.

Poterit tñ executor, ſi ſuſpicetur nullã eſſe ſnīam ex iuſtis cauſis conſulere delegatum Principis, & ſecundum mandatum ipſius expectare, ita grauiter, & doctè dixere Inn. in d. c. cum in iure, & Alex. in d. §. condemnatum, ſub nu. 25. & Ang. ibid. nu. 2. verſ. ſed ſi teſte etiam Spec. in tit. de ſent. execu. §. nunc videndum, ver. vt aut aliquid.

CONCLVSIO DCLXXXVII.

ARGVMENTVM.

Exceptio dominij incontinenti probanda quando opponi poſſit agenti poſſeſſorio.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dominij obijci poteſt agenti poſſeſſorio, ſi illam incontinenti probaturus eſt.*

2 *Probatio, quæ offertur parata incontinenti præ cæteris potiori gaudet prærogatiua.*

3 *Clauſula appellatione remota non tollit appellationem, ſi appellans offert ſe incontinenti iuſtificaturum.*

4 *Exceptio omnis legitima, quam quis offert ſe incontinenti probaturum, admittenda eſt, etiam ſi ſtatuto caueatur, ne poſſit vlla opponi exceptio aduerſus inſtrumentum.*

5 *Exceptio nullitatis etſi non impediat ſententiæ, & rei iudicatæ executionem, tamen impedit, cum illa incontinenti probanda offertur.*

6 *Terminis probatorijs elapſis adhuc recipitur probatio, quæ incontinenti probanda offertur.*

7 *Exceptio dominij obſtat in iudicio poſſeſſorio adipiſcendę, ſi probetur incontinenti.*

8 *Exceptio dominij non poteſt obijci in poſſeſſorio adipiſcendæ, vbi poſſeſſorium adipiſcendæ conceditur in pœnam negantis ſe poſſidere.*

9 *Exceptionem dominij conductor opponere non poteſt locatori, licet aſſerat ſe incontinenti probaturum.*

10 *Exceptio dominij non obſtat agenti pignoratitia, vbi res aliena alicui pignori data eſt.*

11 *Exceptio dominij non poteſt opponi agenti interdicto retinendæ poſſeſſionis, etiam incontinenti probanda per teſtes, vel inſtrumenta.*

Contrarium, nu. 12.

13 *Exceptio dominij poteſt in interdicto retinendæ poſſeſſionis in illis caſibus obijci, in quibus agenti recuperandæ opponitur.*

14 *Exceptio dominij obijcitur in retinenda, vbi contra opponentem exceptionem dominij non replicatur aliquid, ſed actor patitur, vt cognoſcatur ſuper exceptione dñij.*

15 *Exceptio dominij non admittitur in interdicto recuperandæ poſſeſſionis, etiam ſi incontinenti poſſit probari.*

Contrarium, nu. 16.

17 *Exceptio dominij ab eo non poteſt obijci, contra quem præſumptio eſt, quod calumnioſe excipiat, licet offerat ſe incontinenti probaturum.*

18 *Exceptio dominij non poteſt obijci in interdicto vti poſſidetis, etiam ſi illico queat probari.*

19 *Exceptio dominij non poteſt opponi in remedio Canonis reintegranda. 3. q. 2.*

20 *Spoliator ſi offerat incontinenti probationem ſui dominij, nec ſcilicet ſpoliatus ante omnia reſtituatur, an ſatis ſit iſtud remiſſiue.*

21 *Incontinenti, quo pacto poſſit intelligi, variæ opiniones ſcribentium.*

22 *Incontinenti, debere intelligi iudicis arbitrio.*

1 Exceptio dominij opponi † poteſt agenti poſſeſſorio, ſi illam probare poſſit incontinenti. ita mihi probat contex. in c. cum venïſſent in fi. de inſtit. & cōtex. in l. 3. §. cauſæ, ff. de carbon. edict. ad id ēt eſt gl. in l. ſi de vi, ff. de iudic. ꝓ quo eſt quoq; contex. vnà cũ Accur. doctrina in l. dolo. ff. de do. excep. vt not. ſcrib. in l. 2. C. de edict. diu. Hadr. toll. obſeruamq; Ang. in l. ille, à quo. §. ſi de teſtō. ff. ad Trebell. idq; traditũ eſt à Co. in d. l. 2. vbi nonnullos idē ſentientes refert. C. eo. de edict. diu. Hadr. toll. qbus accedit Io. Ant. Rub. Alex. in repet. §. nihil cōmune. l. naturaliter. nu. 182. ff. de acq. poſſ.

Huius concluſionis ea ratio eſt. etenim ꝓbatio, q̃
2 offert̃ † parata incontinenti præ cæteris potiori gaudet prærogatiua, vt videre eſt ex c. interpoſita. in prin. de appell. ꝙ ēt placuit Fel. in c. exceptionem. nu. 36. verſ. cogitabam. de excep. idemq; cōprobauit Crau. in conſ. 207. nu. 8. vt illos refert, & ſequitur Reuerendiſs. Cæſar Contardus in comment. in l. vnic. in limi. 22. Propter rationē appelland. in promptu. nu. 2. ver. probatio enim. C. ſi de moment. poſſ. fue. appellat.

3 Hinc fit, vt clauſula appellatione † remota, nō tollat appellationē, q̃ appellans offert ſe incōtinenti iuſtificaturũ, iuxta ſnīam gl. in c. ſuſcitata. in verb. ſententiæ. de in integ. reſtit. q̃ refert, & ſequitur Ripa in c. 1. ſub nu. 7. circ. med. de reſcrip. lib. 2.

Illud itidē ex hac rōne conſequit̃, vt ſi lege muni-
4 nicipali ſit cautũ, † ne poſſit vlla opponi exceptio aduerſus inſtrm: tñ omnis exceptio legitima, q̃ quis offert ſe incontinenti probaturũ, eſt admittenda, vt aſſeruit Rom. in repe. l. ſi verò. §. de viro. nu. 164. in 30. fall. ver. ſecunda ratio eſt. ff. ſol. matr. vbi multis id cōfirmat. ſicq; traditũ eſt ab Abb. in c. ſuper eo. in fi. de offi. deleg. & in d. c. ſuſcitata. nu. 7. verſ. in gl. in verb. effectũ. de reſti. in integr. & in cōl. 43. in ꝑſenti q̃ōne.

nu.3.prope fi. lib.1. Cuius tñ ſententiam reprehendit
Alex.in conſ.94. clariſſimè domine Vicarie. num. 3.
vol.4. Abbatis verò pronunciatum probat Dec. in l.
vlt.nu.43.C.de edi.di.Hadr.toll.& in c.an ſit.nu.6.de
appella. quod inſigne memoratu arbitratus eſt Cor-
ſet.in ſingul.in verb. exceptio.il 2. in prin. ſicque ob-
ſeruatum vidi à Iaſ.in l.iuriſgētium.§. quod ferè.nu.
15. de pac. & alijs relatis à clariſſimo Iac.Meno.de re
cuperan.poſſ.remed.prim.in q.21. nu.240. & ab eodē
Contar. vbi ſupra nu.4.
5 Hinc ēt videmus, ꝙ etſi nullitatis exceptio † non
impediat ſnīæ, & rei iudicatæ executionē, impediat
tñ, cum illa incontinenti probāda offertur, vt docuit
Bar.in l.4.§.condemnatū,nu.2.vbi Rip.nu.15.in fin.
ff. de re iudic. latius declarat idem in reſtitutione in
integrum.Bar.ſequutus eſt Abb.in conſ.55. in cauſa,
quæ ad præſens. nu.2.lib.2. quod & reſpondit Oldra.
in conſ.106.quod litera executoria. nu.4. qui de hoc
dicit eſſe caſum in l.1. C.qñ prouo. non eſt neceſſ.&
in c.literas.in penul. reſpon. ibi, & probationes offe-
runtur incōtinenti paratæ. de reſtit. ſpol.idem voluit
Rom.in conſ.323.in caſu propoſitæ.nu.7. & Ancha.
in conſ.212.& in conſ.260.
* Quinimò licet exceptio dilatoria nō poſſit poſt li-
tem conteſtatā opponi, poſſit tñ obijci incontinenti,
vt ait Hier.Butigella in repet. l.lecta, nu.28. ff.ſi cert.
pet. nā quæ incontinenti fiunt videntur ineſſe, vt idē
ibidem inquit.nu.29. vbi nonnulla alia ad hoc habe
bis: ſic idem eſſe eo in caſu inſpicimus, cū lapſa ſunt
6 tempora probatoria, † ꝙ etſi is ad probandū non ad-
mittatur, tñ cū offertur probatio.incontinenti admit
tat̄,ſic rñdit Oldr. in conſ.139.ad habendā, in fi. quē
ſequutus eſt Crau.in d.conſ. 207.nu.8. & in conſ.104.
nu.10.vt refert idem Menoc. vbi ſup.nu.242.
Amplius id quoq; exijt,vt licet aliàs in iudicio poſ
7 ſeſſorio adipiſcendæ † non obſtet exceptio dñij, tñ
aliud cenſendū eſt,ſi probet̄ incontinenti:ſic docue-
re Bar.Paul.Caſt.& cæteri in d.l.ſi de vi. ff.de iudi.ita
ēt aſſeuerauit Dec.in d.l. vlt.nu.43. C.de edi.di.Had.
tollen.& in cōſ.424. proponitur quod Magnifica D.
Franciſca.nu.19.& in conſ.467.benè,& conſulte.nu.
13.ita voluit Rip. in l.1.nu.12. ff.quor. bonor.vbi ait
* id * communiter eſſe receptum. ad quod nonnullos
alios refert idē Contar.in eiſdem commēt. in l. vnic.
d.limit. 12.nu.5. verſ.confirmatur item. C. ſi de mo-
ment.poſſ. fuer. appella.:id præterea cenſuit Alex. in
* d.§.nihil commune.nu.11. ibiq; * communiter ſcri-
* bentes omnes præcipuè rub.nu.184.in quo loco * cō-
munem dicit,& rationē affert,cur ita ſit in adipiſcen
da non retinenda poſſeſſione, hoc idem obſeruauit
conſulendo in conſ. 102. ſuper præſenti cōtrouerſia.
nu.6.ver. demum regulariter.
Iſtud tñ poſtremū locū non habet,vbi poſſeſſoriū
8 † adipiſcendę conceditur in pœnam negantis ſe poſ-
ſidere,nam tunc in poſſeſſorio adipiſcendæ,ēt ſi quis
offerat ſe ſtatim probaturū, non pōt obijci exceptio
dñij,vt in caſu l.vltimæ.ff.de rei vēdi.& in caſu auth.
itē,ſi poſſeſſor.C.qui potio.in pig.habe.ita declarauit
Fulg.in d.l.2.nu.2.verſ.& fallit.C.de edi.di. Had.tol-
len.quē ſequuntur ibid. Benedic.de Plumb. & Corn.
col.2.atque Aret. in d. §.nihil cōe. ibiq; rub. nu.185.
verſ.retenta tamen communi ſententia.
Concluſionē itaq; noſtrā rationibus,& auctorita-
tibus ita munitam primo loco limitabis,vt locū non
habeat in caſu l.ſi quis conductionis titulo.C.locati.
9 vbi conductor † licet offerat ſe probaturū incontinē-
ti,talē exceptionē locatori opponere non pōt. idē eſt
10 in caſu l.ſi rē.§.is quoq;.ff.de pig.act.vbi ſi rem † alie
nam tibi pignori dedi,ſi ſolui debitū,mihi agenti pi-
gnoratitia nō obſtat exceptio dñij. ita tradidit idem
Ant.Rube.in repet.d.§.nihil cōe. num.183.verſ.pro
vera igitur reſolutione.ff.de acq.poſſ.
Secundo loco tibi limitanda eſt concluſio,vt non
11 ꝓcedat in eo,qui agit interdicto † retinēdę poſſeſſio
nis, cui nō pōt opponi exceptio dominij ēt inconti-
nenti probanda per teſtes,vel inſtra:vt docuit Bar.in
d.§.nihil commune.nu.1. & in l.ſi de eo. §.vlt. nu.2.
ff.de acq.poſſ. & in l.1.num.11.C.ſi per vim, vel alio
modo.& in d.l.ſi de vi.nu.3. ff.de iudi. & in conſ.81.
Martinus Formiconis.nu.4. li.1, idē rñdit Alex.in d.
cōſ.94.clariſſime dñe Vicarie. poſt n.4.verſ.nec obſt.
* not.per gl.vol.4. & de * cōi ſnīa ex Aret. mente dicit
idē rub.in d.repet.d.§.nihil cōe.nu.171. vbi nōnullis
alijs auctoritatibus id confirmat, ꝙ ēt facit Horma-
noct. Det.ibid.nu.88.verſ.reuera amantiſſime lector.
** vbi de ** magis communi atteſtatur opinione.
12 Iuit in alia † oīa Dyn. in c. qui ad agendū. nu.2.de
reg.iur.vbi aſſeuerat exceptionem dñij poſſe opponi
generaliter in quibuslibet iudicijs generalibus, vt in
interdicto vti poſſidetis, retinendæ, ſeu de turbata
poſſeſſione.
Huius tamen opinionē Bar. in locis nuper à nobis
allatis damnat, vt d. §. nihil commune.nu.1.& in l.ſi
de eo.§.vlt.nu.2.& in l. 1.nu.11.& in d.l.ſi de vi.nu.3.
& in d.conſ.81.nu.4. & in q.incip. Lapus fuit captus.
nu.1.cum alijs auctoribus adductis à Nic. Boer.in ad
dit.ad eundem Dyn. in d.c. qui ad agendum. ſub nu.
2.in litera B.incip. Adde quod Bar.
Verumtñ vt iſtud dilucidius intelligat̄, diſtinguē-
dum eſt,prout diſtinguit Butr. in c.in literis. col.5.ad
fi.de reſti. ſpol.cuius diſtinctionem refert Alex. in d.
§.nihil commune.vt ēt facit Rub.ibid.nu.172.quam
hic non referam,ne longior ſim. præſertim cum eam
damnent Soc.Cor.Iaſ.& cæteri ſcrib.in d.§. nihil cō-
mune, quorum inſuper ſnīam replicat idē Rub. vbi
ſup.nu.188. ad ꝙ nouas afferunt diſtinctiones, quos
tu ipſe conſulito.
Hæc eadem ſecunda limitatio tibi declaranda, &
13 ſublimitanda eſt, vt non procedat † in illis caſibus,
in quibus agenti recuperandæ exceptio dominij ob-
ijcitur,vt ait idem Rub. vbi ſup.nu.175.
Poſteriori loco ſublimitabis, vt locū non habeat,
14 vbi cōtra opponentē † exceptionē dñij non replicat̄
aliquid,ſed actor patit̄,vt cognoſcat̄ ſup exceptione
dñij,ꝙ eſſe de mente Bar.in l.ſi duo.§. Iulianus. ff.de
iureiur.teſtatur idem Rub. vbi ſup.d.nu.175.
Tertiò primario loco concluſionē limitabis, ut lo
15 cū ſibi non vendicet † in interdicto recuperādæ poſ
ſeſſionis,in quo non admittitur exceptio dominij, ēt
ſi incontinēti poſſit probare, ex l. ſi quis ad ſe fundū.
C.ad l.Iul.de vi.& l.ſi coloni.C.de agric. & cenſit.lib.
11.ſic docuit Bar.in d.l.ſi de ui.nu.3. ff.de iudi. quem
refert, & ſequitur Sebaſt.Sap.in repet.l.ultimæ,num.
20.C.de edi.di.Hadr.toll. idque uoluit Rub. in d. re-
pet.§.nihil commune.nu.183.
16 Attamen lōgè † ſecus ſenſere Io. And. & * oēs iu-
* ris Pontificij Doc.in c.paſtoralis.de cauſ. poſſ.& pro
prie.quorum ſnīa ſtetit ēt Cyn. in l. incerti. C. de in-
* terdi. hancq; non parum confirmat * cōis oīum ſcri
bentiū cōſenſus in c.cū dilectus.eo. tit. de cauſ. poſſ.
& proprie.q̄ adiuuāt auctoritates Raph. Cuma.Pau.
Caſtr.Io. de Imol.in d.§. nihil cōe, præſertim Alex.
* ubi dicit hanc eſſe * cōem contra Bar. cuius opinio-
nē multis, tū auctoritatib. tū ēt rationib. impugnat.
* ibiq; Franciſcus Aret.qui & ipſe de * cōi teſtat̄,ut re-
fert Lud.Bologn.in repet.ſepiſſimè citati §.nihil cō-
mune. nu.20. qui tamen ueram Bar. ſnīam eſſe cēſet,
quàm pluribus corroborat exquiſitis rationibus, &
auctoritatibus,& contraria refutat.
Quartò inſuper loco limitabis, ut exceptio dñij,
17 † nō poſſit obijci ab eo,contra quē præſumptio eſſet,
ꝙ calumnioſè exciperet, licet offerat ſe incontinēti
probaturū,ita docuit gl.in d.c. ſuſcitata.in uerb.ſnīę.
de in integr.reſtit.& uīt id ſenſiſſe Abb. in c.ſuper eo.
nu.6.de offi. deleg. quam limitationē maxima dignā
obſeruatione,& eſſe mēti tenendā aſſeruit Antonius

Corſe-

Corſetus in d.ſing.in verb exceptio.il 2.incip.ſi ſtatutum tollat.

Quintò prætereà tibi limitāda eſt, vt vera nō ſit cō
18 cluſio in interdicto, † vti poſſidetis, in quo nō poteſt obijci exceptio dominij, ēt ſi offerat ſe illicò probaturum: ſic ſentit gl. in d.l.ſi de eo, in ver. teneri. verſ. item oppo. ſi me.ff.de acq.poſſ.quam ibidem ſequuntur Bar.nu.2. Imo. Alex. Aret. & Hormanoct. Detus in repet.l.hoc edicto. nu. 68 verſ. iuxta hæc dicta. & ibidem Carol.Ruin.nu.121.verſ.ſed aduerte ad vnū. ff.de oper.nou.nunc. Bal,in l.ordinarij.nu.3. C.de rei vendi.& latè Alex.in d.§.nihil commune.

19 Sextò velim limites: nam dñij exceptio † non pōt opponi in remedio canonis reintegranda.3.q.2.co ꝙ in huiuſmodi remedio non debent admitti probationes concernentes dñium: ita reſponſum eſt ab Alex. in conſ.6.circa proceſſum cauſę vertentis.nu.17.ver. non obſtat ēt ſi diceretur.vol.3.& in conſ.118.in cauſa & lite vertente inter Antonium agentem, nu.8.in fi.vol.2. ex ſentent. Ant. de Butr.in c. ſæpe.de reſtitu. ſpoliat.vbi ēt dicit eſſe de mente Inn.& Io.And.in c. poſt electionē.de conceſſ.præb. idem vr̄ ſenſiſſe Bar. in l.ſi coloni. nu.4.C. de agric. & cenſi.lib.11. quibus accedit Franc.Balb.in tract.de pręſcrip.in 4.par.quartæ par.prin.q.24.nu.3.& ſeq.ſic etiam reſpondit Nat. in conſ.396.Magnifica dom.Carlota.nu.3.

20 An verò ſufficiat ſi ſpoliator † offerat incontinēti probationē ſui dominij, ne ſcilicet ſpoliatus ante oīa reſtituat, adeundus erit ad id Alex.in d. §. nihil cōe, vbi q̄ plurimas affert limitationes, ibiq; Rub.nu.142. cum plurib. ſeq. vberrimè hanc materiam proſequit̄ ampliando & limitando. atq; ibidem * cōiter ſcribētes. oīum verò copioſiſſimè, & elegantiſſimè proſecutus eſt egregius Iac.Menoc. de recupe.poſſ.q.21. cū pluribus alijs præceden. & ſeq. & nos ēt infra ſuo loco in concluſione Spolium, explicabimus latius.

Et præter hęc quamplurima alia de exceptione dominij tradidere ſcribētes in d.§.nihil commune, quæ hic exſcribere non duximus, ad ea lector te reijcio.

Sed quærat à nobis quiſpiā, cum paſſim in hac cōcluſione ſit facta mentio de incontinenti, quo pacto intelligendū ſit iſtud? Scribentes in hac qōne alij alia
21 ſenſere: † Nonnulli namq; in ea fuere ſnīa, vt illud incontinenti diceretur, quod fieret intra tps, intra ꝙ proceſſus cauſæ debet expediri, iuxta formam l. à diuo Pio.§.in venditione.& §.ſi ſuper reb. ff.de re iudi. ita cēſuit Bar.in l.ſi is, à quo.ff.vt in poſſ. leg. & in l.4. §.condemnatū.ff. de rè iudi. & in extrauag. ad repri. in verb.ſummariè.nu.4.in fin.cui accedit Saly.in d.l. 2.C. de edict. diu. Hadria. tollen. nec ab illo diſceſſit Alex. in d.§. condemnatum.nu. 30.& comprobauit Rip.ibid.nu.32.hoc idem ſequuti ſunt Card.& Inno. in c.cum contingat.de offic.deleg. Anto.in c.veniēs. il 2.de teſtib.vt latè proſequitur Georg.Natt.in repe. clem.ſæpe.§.& quia.col.12.de verbo.ſign. Præpoſ.in c.dilecto.col.29.de appell.& ibi Philip. Fran.col.13. Barba.poſt Imol.in c.cum iure.col.16.de offic.deleg. & Marian.Socy. in cap.1.col.22.in 33. except. de lit. conteſt.

Alij vero ſunt arbitrati incontinēti dici intra tres dies, ex l.vlt.C.de erro.aduoc.vt Bal. ī l.vlt. C.de iud. Pau.Caſt.in ſing.25.illud dr̄.Fely.in d.c.veniens.il 2. col.5.nu.15.in fi. de teſtib. atq; Neuiz. in conſ.58.nu. 8.quę quidē opiniones refelluntur à Beroo in c.1.nu. 38.verſ.ſed mihi.& in verſ.ex prædictis.de reſtit.ſpol. vt refert, & pluribus proſequitur Menoch. vbi ſup. de recup poſſ.remed. 1.ſub q.21.poſt nu.252.verſ.dubitari tamen contingit.cum multis ſeq.

At ipſi Beroo vbi ſupra placuit, incontinenti intelligi intra diem vnā, & anteq̄ ad extraneos diuertatur actus, iuxta l.continuus.in prin.ff.de verb.oblig.ante Beroum ita ēt ſenſit gl.in c.præterea.in vlt. gl.de teſti. cogen.cuius mentē vr̄ corroboraſſe cōtex. in d.l.ſi is, à quo.ibi hodiè conſtat, hodie agat̄. ff. vt in poſſ.leg. ſicq; opinatus eſt, teſte eodē Beroo, Arch. in c.in ſūma.3.q.1.idem voluit Petrus de Vnzola in pract. art. not.rub.de mod. qb.natur.iur. & gent. dom.rer.nob. acq.nu. 7.verſ. item moderamen. Cuius Beroi ſnīam damnat idem Menoc.vbi ſup.nu.258.

Cæteris poſtremò fuit potior Accur. ſnīa in d. l.ſi is, à quo.in verb.hodie.ff. vt in poſſ. leg. & in auth.& conſequenter. in gl.vlt.in fi.C.de ſent. & interlo.om.
22 iudi.vbi arbitratus eſt id totū † in iudicis arbitrio poſitū eſſe, cū à iure in ſingulis caſib.hoc determinatū nō inueniat̄, iuxta l.1.C.de iur.delib. Accurſio ſe ſubſcripſit Bar.in l.1. §. cū igit̄.ff.de vi, & vi arma. vt eū refert & ſequit̄ Io Hannibal.in repet.l.poſt cōtractū. nu.177.verſ.& pro intelligentia conſidera.ff.de don. & in repet.l.naturaliter.nu. 182. verſ. ſed aduerte, qa pōt dici. ff. de vſucap. nec ab hoc fuit alienus Bal. in l.1.nu.1.in fi.C.de edi.di.Had.tollen. quod idē antea obſeruauit Innoc.in d.c.veniens. il 2.in prin. in verb. incontinenti.de teſti.vbi ēt Abb.nu. 11.verſ., vlterius quæritur, & ibi Fel.nu.15.verſ.6. concluſio, ita cēſuit idē Bal.in l.vlt.nu.5.verſ.deinde not. C de ordi.cog. vbi Aret. aſſerit propter auctoritatem Inno.hanc ſententiam ſolere obſeruari in vſu forenſi, tanq̄ magis ** cōem idem tenet Bald.in l.3.§.ibid. verſ.ſed gl. ff.ad exhiben.vt refert Tiraq.in l.ſi vnquam. in verb. omnia.ſub nu.31.verſ. ſimiliter qñ dicatur nullitas. C.de reuoc.donat.& nouiſſimè Contar.in eiſdem cōmen. in d.l.vnic.in 7.limit. ratione nullitatis. nu.32. verſi. quomodo aūt dicat̄.& nu.56.in fi.C.ſi momen. poſſ. ita ēt decidit Guid.Pap. in q.132. ſed probato illo errore.nu.3.verſ.ſed nunc inſurgit. ſicq; rūdit Pau. Caſtren.in conſ.166.viſis actis, & actitatis, nu.11.vol.2. nec id latuit Dec. in c. an ſit.nu.9. de appell. hocque conſulendo ſenſere vterq; Soc. ſen.& iun. ille in cōſ. 59.in cauſa nobilium comitum, col 2.nu.2.vol.3.vbi de magis ** cōi teſtat̄. hic in cōſ. 67. pro reſolutione. nu.9.vol.1.id propterea notauit Calca.in conſ.16.viſis elegantiſſ.allegat.nu.45.verſ.vnde executio, ſic ēt obſeruauit Troilus Maluitius in tract. de canonizatio.in 3. dub.nu. 34. & animaduerſum eſt à Hierony. Butig.in repe.l.lecta.nu.83. in fin.ff.ſi cert.pet.nec id præterijt Nat.in conſ.502.nu.7. ver. qñ autem dicat̄, cui ſententiæ nos quoque adhærere ſtatuimus vnà cum doctiſſimo Menoc.in eodem nuper à nobis relato loco, nu.209.verſ.quarta propterea fuit.& de arbitrar.iudic.cau.,lib.2. cent.1.caſ.9. num.5. vbi eaſdem opiniones recenſet, & in hac poſtrema de * communi dicit.

CONCLVSIO DCLXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Excipientibus contra teſtes, quòd corrupti falſum dixerint, an neceſſe ſit, quod vtrūque probent, ſcilicet, & falſitatem, & corruptelam.

SVMMARIVM.

1 *Excipientes contra teſtes, quod corrupti falſum dixerint non neceſſe eſt, quod vtrunque probent, ſcilicet, & falſitatem, & corruptelam.*

2 *Excipienti cōtra teſtes, ꝙ corrupti falſum dixerint, ſufficit probare ſolam falſitatem teſtium abſq; corruptela partis, ad hoc vt competat reſtitutio aduerſus ſententiam.*

3 *Si pars aſtrinxit ſe ad ſimul probandum falſitatem, & corruptelam teſtium, vtrunque probare debet.*

4 *Quando quis ad duo coniunctim probanda ſe aſtrinxit, deficiens in probatione vnius deficit in toto.*

5 *Non ſufficit falſitatem, & corruptelam teſtium probare, vt ſententia retractetur.*

6 *Solam corruptelam. probare ſufficit ad id, vt infringatur dictum teſtis ante ſententiam.*

7 *Sententia poteſt retractari probando teſtem corruptum. non ſolum precibus, ſed & pecunia.*

8 *Sententia ad hoc, vt retractetur in cauſa matrimoniali ſufficit ſolum probare falſitatem, vel corruptelam teſtium.*

9 *Ille non dicitur ſubornatus, nec corruptus, qui ad verum teſtificandum à parte eſt inſtructus.*

10 *Excipiens cõtra teſtes, ꝙ corrupti falſum dixerint neceſſe habet vtrunque probare, ſcilicet falſitatem, & corruptelam, quando dixit, quòd etiam omnes alias exceptiones ſibi competentes apponit.*

11 *Falſitas, & corruptela teſtium probari debet, quando agitũ criminaliter, ſeu quocunq; modo ad publicam vtilitatẽ.*

12 *Qui in libello narrauit plura per modum, per quem quis videtur ſe arctare ad probandũ omnia, tunc debet omnia probare.*

Excipientes contra teſtes, quod corru pti falſum dixerint, non
1 neceſſe eſt † ꝙ vtrunq; probẽt, ſcilicet & falſitatem,
& corruptelã: ita mihi teſtis eſt Acc. in l. Diuus Had.
in verb. corruptis. ibi, etiam ſi ſine aliqua corruptela.
* ff. de re iud. & hanc Iaſ. ibi nu. 18. ait* cõiter teneri: ꝙ
idem ibidem ante eum dixit Alex. num. 8. in fi. & de
** ** magis communi teſtatur idem num. 14. verſ. item
in quantum, huc etiam pertinet dec. DD. Rot. 7. aliàs
68. licet plura capitula. de reſc. in nou.
Sed quòd ſufficiat probare ſolam falſitatem teſtiũ
2 abſque corruptela partis, † ad hoc, vt competat reſti-
tutio aduerſus ſententiam, teſtatur idem Accur. in l.
ſi ex falſis, in 3. q. in verb. præcipimus, & ibi Bar. Bal.
& alij, & Paul. Caſt. ibi. C. de trãſa. item Bal. & Imo.
in l. ſi is ad quem. ff. de acquir. hær. Alex. in d. l. Diuus
Hadrian. col. 3. nu. 12.
3 Limitabis & intelliges Concluſionem, † niſi pars
aſtrinxiſſet ſe ad vtrumq; ſimul probandum, ſcilicet
falſitatem, & corruptelã: ad hoc tex. eſt in c. licet cau
ſam. ver. ijdem quoque, vbi gl. in verb. ſe aſtrinxit. de
proba. & ait Iaſ. in d. l. Diuus. nu. 18. & ita ꝓcedit opi-
nio Placent. in d. gl. verbi corruptis, in fi. Accedat, ꝙ
qñ quis ad duo coniunctim probanda ſe aſtrinxerit
4 † deficiens in probatione vnius, deficit in toto. l. Titia
diuortium, & ibi Bal. & Ang. ff. ſolut. matr per gl. inſi
gnem in l. 3. § hoc autem interdicto. ff. de itiner. act.
priuat. & tradidit Iaſ. vbi ſup. nu. 19.
Contrarium, ꝙ imò non ſufficiat alterutrum pro-
5 bare, † vt ſnĩa retractetur, voluit Fely. in d. c. licet cau-
ſam. nu. 29. ext. de probat. cum ibi allegatis per eum,
quod etiam voluere Inn. c. Io. And. But. Card. Imo.
ibidem, & hæc opinio meo ſaltem iudicio vr̃ magis
congrua. d. l. Diuus Adrianus. in his verbis, vt ſi tibi ꝓ
bauerit conſpiratione aduerſariorum, & teſtibus pe-
cunia corruptis, & c. vbi vtrunq; copulatiuè lex vide
tur requirere: vt ſentẽtia conuellatur. Et tenendo iſtã
opinionem limita non procedere in tribus caſibus,
quos ponit Fel. in d. c. licet cauſam. nu. 30.
6 Primò ſufficit ſolam corruptelam probare † ad id,
vt infringatur dictum teſtis ante ſententiam, qa per
hoc apparet teſtem eſſe periurum, & deinceps repel-
lendum. c. teſtimonium. c. ſicut ext. de teſtib.
Secundò, qñ probatur corruptus nõ ſolũ precibus,
7 ſed & pecunia, † quia probando talem corruptionẽ,
poteſt ſententia retractari, ſecundũ Bar. Imo. & Pau.
de Caſt in d. l. Diuus. nam talis dicitur falſus, etiamſi
verum dixiſſet: vt eſt tex. cum glo. in l. 1. §. 1. in verbo
aduocationem. ff. de falſ. vt & inquit Cyn. in l. ſi quis
teſtib. q. 11. C. de teſtib.
8 Tertius caſus eſt, in cauſa matrimoniali † in qua
ſufficit ſolum alterutrum probare ad hoc, vt ſenten-
tia retractetur: ita ꝓbat tex. in c. ſicut, de teſti. D. Ant.
& in d. c. licet, & ibid. Fel. nu. 31.
Et circa hunc vltimũ caſum nota ſingulariter do-
ctrinam, quæ nunquam obliuioni eſt tradenda. ſecun
9 dum Bal. in d. c. licet cauſam. ſcilicet † ꝙ ille non di-
catur ſubornatus, nec corruptus, qui ad verum teſtifi
cãdum à parte eſt inſtructus, quod pro inſigni, & exi-
mio pronunciato refert Fel. vbi ſup.
Secundo loco concluſionem noſtram limitabis,
10 vt vera non ſit, quando excipiens dixiſſet, † quod ẽt
omnes alias exceptiones ſibi competentes opponit,
iuxta ſententiam Imo. & Pau. Caſtr. nu. 3. in l. Titiæ
textores. ff. de leg. 1. per not. ibi per Bal. & Ang. ſic pla
cuit & Alex in d. l. Diuus. nu. 14. ff. de re iud. vbi alle-
gat in arg. §. qui autem. Inſtit. de excu. tut. & l. ꝓpter
litem. §. 1. ff. eo. tit. de excuſ. tutor.
11 Tertiò poteris limitare, † quãdo agitur criminali-
ter, ſeu quocunque modo ad publicam vtilitatẽ per-
tineat, nam tunc vtrumque debet probari, ex gl. 2. in-
ſigni in d. c. licet cauſam, de prob. quam ad hoc idem
deducit Alex. in d. l. Diuus, d. nu. 14.
Quartò limitanda eſt Concluſio, vt locum ſibi nõ
vendicet, quando quis in libello narrauit plura per
12 modum, † per quem quis videatur ſe arctare ad pro-
bandum omnia, nam tunc debet omnia probare, per
ea, quæ obſeruauit Bal. in l. in cau. in prin. ver. in gl. fi.
ibi C. de accu. quem refert, & ſequitur idem Alex. in
d. l. Diuus Adr. d. nu. 14. in fi. ff. de re iud. vbi plura alia
ad concl. noſtrã ſpectantia ſcribentes congerunt, ſed
in primis velim videas Fel. in c. 2. nu. 35. cũ plurimis
ſeq. de reſcr. vbi hanc materiam vberrimè proſequi-
tur. ad fontem igitur lector te reieciſſe ſufficiat.

CONCLVSIO DCLXXXIX.

ARGVMENTVM.

Exceptionem opponenti coram iudice ſeculari, quæ agitanda ſit coram iudice eccleſiaſtico, an poſſit iudex laicus ſtatuere tẽpus intra quod illam exceptionẽ debeat probare coram iudice eccleſiaſtico.

SVMMARIVM.

1 *Exceptionem opponenti coram iudice ſeculari, quæ tamen agitanda eſt coram iudice eccleſiaſtico, non poteſt iudex laicus ſtatuere tempus, intra quod illam debeat probare coram iudice eccleſiaſtico.*

2 *Quando remiſſus ad eccleſiaſticum iudicem eſt moroſus in probanda exceptione, eo negligente poteſt iudex laicus primæ cauſæ procedere ad vlteriora.*

3 *Moroſus, & contumax nunquam poteſt allegare litis pendentiam.*

4 *Iudex ſecularis coram quo opponitur exceptio remittenda ad iudicem eccleſiaſticum, poteſt opponenti ſtatuere terminum ad producendum coram eo ea quæ vult producere in curia eccleſiaſtica.*

5 *Vbi conſtet, ꝙ calumnioſè opponatur exceptio coram iudice ſeculari, quæ aliàs eſſet agitanda corã eccleſiaſtico, põt iudex ſecularis, ea non obſtante procedere ad vlteriora.*

6 *Quando iudex veriſimiliter, & probabiliter ſuſpicatur exceptionem calumnioſè opponi, poteſt eam reijcere, & vlterius procedere.*

7 *Clericus coniugatus captus à iudice ſeculari pro aliquo crimine, & allegans ſe eſſe clericum, debet exceptionem huiuſce clericatus probare coram iudice eccleſiaſtico, & nõ ſeculari, & de ea iudex laicus non poteſt cognoſcere.*

Contrarium, vt nu. 8.

9 Iudex

9 *Iudex eccleſiaſticus debet cognoſcere de habitu, tanquam quod ſit quid acceſſorium ad ſpirituale.*
10 *Iudex laicus poteſt denegare remiſſionem clerici ad iudicẽ eccleſiaſticum, ſi reuocetur in dubium id, quod ſtatim poteſt probari, vt de tonſura.*

Exceptionem opponens coram Iudice ſeculari, quæ tñ
1 exceptio agitanda eſt coram Iudice eccleſiaſtico; †vt
exceptio vſuraria, vel alia exceptio ſpiritualis, vt in
c.tuam de ord.cogn.c.lator. qui filij ſint legitimi. cũ
ſimilibus nõ poteſt Iudex laicus ſtatuere tempus in-
tra quod illam exceptionem debeat probare coram
Iudice eccleſiaſtico: quia hoc nõ ſpectat ad ſuam iu-
riſdictionem, & quia non poteſt imponere legem ſu-
periori.c.ex inſinuatione.de appell. vt teſtatur Iaſ. in
l.2.nu.12.ff.de re iud. & ibid. num. 15. dicit hanc eſſe
communem opinionem, quod & docuit Bar.in l.qui
pro tribunali.ff.d.tit.& ibi Doctores,& fuſius per Bar.
in l.præſes.C.de appell.
2 Concluſionem limita non procedere, †qñ talis re-
miſſus ad eccleſiaſticũ fuiſſet moroſus in probanda
tali exceptione corã Iudice eccleſiaſtico: nã hoc ca-
ſu, eo ſcilicet negligente,& moroſo, poteſt Iudex lai-
cus primę cauſę ꝓcedere ad vlteriora: ita limitat Bal.
in l.de die.§.iubetur.in lectura antiq. ff. q ſatiſd. cog.
& ibi ſequitur Alex.& idem Iaſ. in d.l.2. nu. 15.de re
iudic.& ibi Alex. & idem in l. Titia.in ult. col. ff.ſol.
matrim. quibus in locis confirmat iſtam limitatio-
3 nem, † quia moroſus, & contumax nunquam poteſt
allegare litis pendẽtiam: vt ait Bat. in l. vbi cœptum.
ff.de iud.in l.quamuis.ff.de damn.infect.& in l.ſepul-
chri.ff.de ſepul. violat.
Et vt melius Concl.noſtrã corrobores, illud adiun-
gas, ꝙ Iudex ſecularis, corã quo opponitur exceptio
remittenda ad Iudicẽ eccleſiaſticum, poteſt opponẽ-
4 ti ſtatuere terminum † ad producendũ coram eo ea,
quæ vult ꝓducere in Curia eccleſiaſtica, vt ſi videat,
an releuent,& ſi non releuant procedat ad vlteriora:
quod quidem Iaſ.in d.l.2.nu.16.ait ſemper eſſe menti
tenendum, ex ſñia Alex.in d.l.Titia, in 3.col.num.9.
vbi adducit Sal.in conſ.quodã incip.in quæſt.veren.
in Caſtro.vbi ipſe Sal.refert vidiſſe ita conſultum per
Io.Calde.& Io.de Ligna.Iaſonem refert, & ſequitur
Thomas Parpalias in repet.l.placet.nu.12a. verſ. ſed
attendatis.C.de ſacroſ. Eccleſ. Præterea ad compro-
5 bationem huius doctrinæ illud quoq; pertinet: †nam,
vbi conſtaret, quòd calumnioſè opponeretur illa ex-
ceptio coram Iudice ſeculari, quæ aliàs eſſet agitãda
coram eccleſiaſtico, Iudex ſecularis ea non obſtante
poteſt procedere ad vlteriora, poſtquã videt calum-
nioſè opponi: ita inſigniter tenet Bal.in l.1.ad fin. C.
de ſent.quæ ſine certa quant.hoc idem adiuuat cont.
in c.poſt electionem, de conceſſ.præbend. & contex.
in l.2.C.ad leg. Corn. de falſ. in quibus iuribus cautũ
eſt, quòd quando Iudex veriſimiliter, & probabiliter
6 ſuſpicatur exceptionem calumnioſè opponi † poteſt
eam reijcere,& vlterius procedere.
Verùm de prædicta doctrina Alex.& Sal.(alioqui
menti ſemper tenenda) valdè dubitat Iaſ.in d.l.2.nu.
17.ff.de re iudi. quia iſto modo ẽt Iudex ſe impediret
de iuriſdictione ad eum non ꝑtinente, ſed ad eccleſia
ſticũ: in qua cum ſuus Iudex nõ ſit, vr̃ illa præſcriptio
termini per eum facta nihil valere, cum eccleſiaſticis
ſeculares ſe immiſcere non debeant. Nihilominus
magna eſt auctoritas Alex.& Sal.vt ait Iaſ.vbi ſupra.
Dubitationẽ hanc augere videt̃ in primis id, quod
deciſum deprehendi à Dominis Rot.in deciſ.3. aliàs
202.ſi clericus coniugatus.tit.de ſent.excom.in nou.
circa fi.vbi DD.ex cõtextu.in c.ſi Iudex laicus de ſẽt.
excom.vno conſenſu in eam deſcendere ſententiam,
7 clericum coniugatum,† captum à iudice ſeculari pro
aliquo crimine, & allegãtem ſe eſſe clericum debere
exceptionem huiuſce clericatus probare corã iudice
eccleſiaſtico,& nõ ſeculari, & de ea iudicem laicum
non poſſe cognoſcere, horũ deciſionem ſequuti ſunt,
& decidendo DD.in Capel.Tholo.q.117.incip.item
Anno Domini.
8 Et licèt †ab hac ſententia fuerit aliena mẽte Guid.
Pap.in q.138.incip.in camera conſilij, volẽs.d.c.ſi iu-
dex.locũ ſibi non vẽdicare in habitu quia cognoſce-
re de habitu ſpectet ad iudicem ſecularem, non autẽ
eccleſiaſticũ, ſed ſolum procedat, qñ dubitatio eſt, ſe-
cundum eum, Clericus ſit necne: tamẽ verior eſt opi-
9 nio Rotæ.quia de habitu †tanquam quod ſit quid ac-
ceſſorium ad ſpirituale cognoſcet Iudex eccleſiaſti-
cus, non autem ſecularis, vt tenet Dom.in c.1.de cler.
coniug.in 6.& Card. in clem. 2.de vit.& honeſt.cler.
quorum ſententia vti verior ſeruatur etiã Tholoſæ,
vt refert,& ſequitur Steph. Aufrer. in tract. de poteſt.
ſecul.ſuper eccleſ.& perſon. eccleſ. in 20. fal. vbi per
prædicta reprehendit Guid.Pap.in d q.138.
10 Eſt verum, †quod ſi reuocetur in dubium id, quod
ſtatim poteſt probari, vt de tonſura, quæ poteſt ſtatim
videri ad oculum depoſito bireto, quod ſi aliquis, al-
legaret ſe clericum,& portare veſtem,& tonſuram, ſi
Iudex ſecularis ſtatim denudato capite contrarium
cognouerit poterit tunc denegare remiſſionem ad iu
dicem eccleſiaſticum tanquam calumnioſam, iuxta
notata in l.1.ff de offi.aſſeſſ.per gl.ibi, & tenet Dom.
& ſequitur Philipp.Franc.in c.1.§.1.colum.2.de cler.
coniug.in 6.& probauit Steph. Aufrer.in loco proxi-
mè allegato.

CONCLVSIO DCXC.

ARGVMENTVM.

Exceptio dilatoria ſolutionis vt pacti de nõ petendo vſq; ad certum tempus an poſſit opponi ab initio.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dilatoria ſolutionis poteſt opponi ab initio, ſed debet opponi, et probari poſt intentionẽ actoris fundatã.*
2 *Exceptio dilatoria ſolutionis, quæ reſpicit tantum iudiciũ, debet opponi, & probari ante litem conteſtatam.*
3 *Exceptio peremptoria ſolutionis debet opponi, & probari poſt litis conteſtationem vſq; ad ſententiam.*
4 *Exceptiones dilatorias opponere poteſt tertius comparens etiam poſt litis conteſtationem.*

Exceptio dilatoria ſolutionis, vt pacti de non petendo vſq; ad certũ tem
1 pus † poteſt opponi ab initio, ſed debet probari poſt
intentionem actoris fundatam, vt eſt tex.& ibi Bar.&
Doctores in l.exceptionem.C.de prob.Bart.tamẽ ibi-
dem ait, quòd etiam probari poteſt ab initio.
Primò limitabis Concluſ. in exceptione dilatoria
2 ſolutionis, quæ reſpicit tantum iudicium, †vt quia op-
ponitur cõtra perſonam actoris, vel iudicis: nam iſta
debet opponi,& probari ante litem conteſtatã, ex l.
fi.C.de excep.& docuit Bart.in d.l. exceptionem.nu.
7.in initio, ideſt, antequam alia proponatur; nam ſi q̃
aliam opponeret dilatoriam, vel peremptoriam, vi-
deretur in iudicem conſentire, vt habemus ex l.ſed &
ſi ſuſceperit.in princ.ff. de iud. & ex c.inter monaſte-
rium, extr.de re iud.& ibi not. Innoc.
Secundò velim limites in exceptione peremptoria
3 ſolutionis. †nam dẽt opponi, & probari poſt litis cõ-
teſtationem, vſq; ad ſententiam: ita mihi probat con-
tex.in l.peremptoriam.C.ſent. reuo. non poſſ. ſic do-
cuit Bar.in d.l.exceptionem. nu. 9. vbi ad ſatietatem
de hac materia plurima cõgerit Bart.cui addas etiam
deciſ.Afflict.deciſ.52.per totum.

Tertio

Digitized by Google

Tertio loco Concluſio locum non habet in tertio
4 comparente, † qui poteſt ẽt poſt litis conteſtationem dilatorias exceptiones opponere: vt obſeruauit Ang. in l. ſi quis libertatem. col. vlt. in fi. verſ. & ſecundum hoc eſt caſus in terminis. ff. de petit. hær. & in l. quidã conſulebant. in fi. de re iud. de quo etiam Canoniſtæ in c. exceptionem, de except. vt refert Dec. in c. cum ſuper. nu. 3. de offic. deleg. quem ſequutus eſt Andr. Gail. lib. 1. pract. obſeru. obſeru. 71. nu. 8.

CONCLVSIO DCXCI.

ARGVMENTVM.

Exceptio excommunicationis, an probari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excommunicationis debet apertiſſimè probari.*
2 *Vbicunq; lex deſiderat probationem apertiſſimam non defertur iuramentum. Contr. nu. 3.*
4 *Exceptio excommunicationis intra octo dierum ſpacium ſemper probari debet.*
5 *Exceptio excommunicationis, quia malitioſè frequenter opponebatur, et eſt odioſa, ideo reſtringenda fuit, potius, quam laxanda.*

1 Exceptio excommunicationis † dẽt apertiſſimè probari: vt teſtatur Iaſ. in l. decem. num. 51. ff. de verb. obl. cum ibi alegatis, ad quam probandam teſtis vnus deponens de facto, & alter de fama non coniunguntur auctore Spec. in tit. de noto. crim. §. fama verſic. quid ſi agenti: vt inquit Rom. ſing. 200. incipien. quæro an obiecta. nu. 3. per c. pia. verſ. apertiſſimis documentis. de excep. lib. 6. ꝙ & placuit Arch. in c. ſæpè. 4. q. 3. ita cẽſuit, & Dom. in c. pia. §. ſi quis, circa princ. de excep. lib. 6. vt etiam arbitratus eſt Fel. in c. veniens il 1. col. 4. ext. de teſt. cui accedit Dec. c. 1. col. 4. de appell.

Hinc meritò fit, vt in defectũ probationis deferri non poſſit iuramentum, teſte Rom. in d. ſing. 200. in prin. nu. 1. & in ſing. 211. tu ſcis, quòd datur annus, ꝙ etiam docuit gl. magn. in l. fi. in prin. ff. quòd met. cau.
2 † Nam vbicunque lex deſiderat probationẽ apertiſſimam non defertur iuramentum, vt hoc noſtro caſu, ex d. c. pia. verſ. apertiſſimis documentis, & ſequitur latè Iaſ. in repet. l. admonendi. nu. 282. & 284. ff. de iureiur. atq; Soc. in reg. 204. fall. 19. latè proſequitur Fel. in rubr. de prob. in 3. concl. quod etiam traditum eſt à Rip. in l. fi. q. 57. C. de reuoc. donat. & iſtis conferũt ea quæ plenè ſcribit Marſ. in l. de minore. §. plurimũ quoque. nu. 54. ff. de quæſt.
3 Contrariam probauere ſententiam † Imol. in c. 1. de appell. col. fi. & ibidẽ Aret. col. 7. & ſeq. Fely. in c. prudentiam. §. 6. col. fi. ext. de offic. deleg. nu. 18.

Sed intra quot dies debet hæc excommunicationis exceptio probari? ſancitum eſt à Pont. Max. in d.
4 c. pia de except. in 6. † vt debeat ſemper probari intra octo dierum ſpacium, die, in quo proponitur minimè computato, etenim licèt probationum copia nõ debeat anguſtari. 14. q. 2. c. quanquam. tamen, quia iſta exceptio malitioſè frequẽter opponebaẽ, & eſt odio-
5 ſa, † ideo reſtringenda fuit potius, quàm laxanda. cap. tua, in fi. de decim. c. odia, de reg. iur cũ alijs adductis à gloſ. in d. cap. pia, in verb. octo dierum, licèt Iaſ. in l. 1. §. ſublata. in 2. lect. ſub nu. 17. ff. ad Trebel. aſſeruerit eam debere probari intra decem dierum ſpacium, quod mihi non placet.

CONCLVSIO DCXCII.

ARGVMENTVM.

Exceptionem inimicitiæ contra teſtem opponens, an debeat inimicitiam probare ſpeciatim, cum ſuis qualitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptionem inimicitiæ contra teſtem opponens an debeat inimicitiam probare ſpeciatim, cum ſuis qualitatibus.*
2 *Statutum puniẽs eum, qui alicui infamiæ notam inuſſerit, debet intelligi, quando deueniat ad ipſam ſpecificationẽ delicti.*
3 *Exceptio inimicitiæ generalis non releuat, quãdo alia pars non opponit contra illam exceptionem.*

Exceptionem inimicitiæ contra teſtem opponens, debet
1 † huiuſmodi inimicitiam probare ſpeciatim cũ ſuis qualitatibus, nec ſufficit eã probare generatim, vt voluit Bal. in l. ſi quis teſtib. C. de teſt. ꝙ ſequitur Iaſ. in l. Titiæ textores. nu. 13. ff. de leg. 1. iſtud idem adiuuat, ꝙ vult Bal. in l. turpia. ff. eo. tit. legẽ municipalẽ vindi-
2 cantem eum, qui alicui infamiæ notã inuſſerit † debere intelligi, quando deueniat ad ipſam ſpecificationẽ delicti: non autẽ quando in genere, & ſic obſcurè.

Limita prædictã Concl. non procedere, ꝙ ſcilicet
3 exceptio inimicitiæ generalis releuet, † qñ alia pars non opponeret contra illam exceptionem, vt ait Iaſ. vbi ſupra. nu. 14. ſicut in ſimili procedit libellus generalis, vel incertus, qñ contra eum pars nihil opponeret, ex l. fi. & ibi Bar. in glo. mag. & alij. C. de annal. excep. vt etiã meminit gl. in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iud. & tradidere Ang. & Alex. in l. Titiæ textores. ff. ad leg. 1. atq; Ang. in l. 1. ff. de excep.

CONCLVSIO DCXCIII.

ARGVMENTVM.

Exceptionem falſi procuratoris opponenti poſt litem cõteſtatam an incumbat onus probandi.

SVMMARIVM.

1 *Opponenti exceptionem falſi procuratoris poſt litem conteſtatam incumbit onus probandi.*
2 *Admittẽs procuratorem videtur poſuiſſe eum in quaſi poſſeſſione officij procuratoris, & iſta quaſi poſſeſſio trãſfert onus probandi in admittente eum.*
3 *Si coram iudice tanquam coram delegato comparuerim, et poſt litem conteſtatam opponam ipſum non eſſe delegatũ propter litem cõteſtatam tranſlatum eſt in me onus probandi.*
4 *Proceſſus cum falſo procuratore eſt nullus, & iudex poteſt cogere procuratorem ad exhibitionem mandati, vel ad cauendum de rato, ſi dubitetur de mandato.*
5 *Propoſitio, tu non habet mandatum, non debet probari per negantem, ſed per procuratorem affirmantem ſe habere.*

Exceptionem falſi procuratoris opponenti poſt litẽ con-
1 teſtatam † incumbit ei onus probandi, vt aſſeruit glo. in l. licet except. in verbo inueniatur. ibi ꝓbare. & ibi Alex. nu. 4. ſub fi. & nu. 5. C. de procur. & gl. in l. Pomponius. §. rati. ff. eo. tit. vbi ſequitur hoc dictum Ang. gl. & recentiores in c. 1. in ver. abſentia, de elect. in 6. & eſt de mẽte Bal. Sal. Fulg. & Caſt. in d. l. licet. & hãc dicit veriorem Alex. vbi ſupra.

Ratio eſt, quia videtur admittens procuratorẽ po-
2 ſuiſſe eũ in quaſi poſſeſſione officij ꝓcuratoris, † & iſta

iſta quaſi poſſeſſio debet transferre onus probandi in
admittentē eum, p l.circa. ff. de prob. & iſtud videtur
ēt tenere Io. And. in c.qm̄ contra. extr. de proba. Ant.
de Butr. in c.cū M. de conſtit. col. 1. Inn. in c. innotuit,
de eo qui fur. ordi. ſuſcep. vbi illud notatu dignū ſub-
iungit, quòd ſi comparuerim corā iudice tanquā co-
ram delegato, & poſt litem conteſtatam opponā ip-
3 ſum non eſſe delegatum† propter litem conteſtatam.
tranſlatum eſſe in me onus probandi, allegat in arg.
l. Pomponius. §. rati. ff. de procur. & l. fi. C. de except.
ſic innuit, & Bal. in l. geſta. in vlt. col. C. de re iudic.

Hic tñ velim obſerues illam gl. doctrinam in d. c.
1. in verbo abſentia. de elect. in 6. qua traditum eſt, ꝙ
quando iſta exceptio (nō habes mandatū) opponitur
poſt litem conteſtatam, & onus incumbit eī probandi,
qui opponit, vt dictū eſt, ſic eſſe accipiendam, iudi
cē poſſe ex officio ſuo, ſi velit, ne fruſtra labor ſuſci-
4 piatur† præſertim cū proceſſus cum falſo procuratore
ſit nullus, cogere procuratorem ad exhibitionē mā-
dati; vel ad cauendū de rato, ſi dubitet de mandato:
vbi Dom. in d. c. 1. cēſet illā gl. ſingularem, & Ant. de
Butr. in d. c. cū M. exiſtimat illam auream, & Sal. in d.
l. licet, dicit illam verā. Bal. idē in d. l. licet, & in l. exe-
cutionē, in 3. col. C. de prob. vbi dicit d. gl. eſſe ſingu-
larē. Ang. in l. inter quos. §. alieno. ff. de dam. infec. &
huc quoq; per ſimilitudinem pertinet, quod ſcribit
Rom. conſ. 67. nu. 5. cum multis ibi per eum allegatis.

Contrariū videt̄ tenere Cyn. in d. l. licet. nu. 2. ver.
iſtorum diſtinct. Guid. de Suza. et Bar. ibidem uolen-
5 tes† hanc negantem propoſitionē: Tu nō habes mā-
datum, non debere probari p negantem, ſed per pro-
curatorem affirmantē ſe habere. arg. l. actor. ff. de pb.
& l. aſſeueratio. C. de non nu. pec. idem tenuit Imol. in
c. quoniam contra, & ibi Abb. de prob.

Verior tamen prior videt̄ opinio propter rationes,
& auctoritates ibidem allegatas, cum prædictæ leges
nullam vim faciant.

CONCLVSIO DCXCIV.

ARGVMENTVM.

Exceptio vbi opponitur contra teſtem, veluti, quòd ſit infamis, an probari, & examinari debeat illa exceptio, antequam recipiatur dictum teſtis, an in diſputationibus reſeruanda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Exceptionis oppoſitæ contra teſtem probatio regulariter reſeruatur poſt publicatas atteſtationes.*
Quæque de hac Concluſione ſcribentium opiniones referuntur. nu. 2.
3 *Exceptio excommunicationis oppoſita contra teſtem, poſt publicationem non eſt reſeruanda, ſed debet incontinēti probari.*
4 *Exceptio, quæ offertur incontinenti probanda, non debet reſeruari poſt publicatas atteſtationes.*
5 *Exceptionem non tollit ſtatutum, quæ offertur incontinēti probanda.*
6 *Exceptio inimicitiæ, & ſeruitutis non debet poſt publicationem reſeruari.*
7 *Exceptio vitij publici non eſt poſt publicationē reſeruāda.*

1 Exceptio contra teſtem oppoſita, vt infamiæ, eiuſq; probatio† reſeruatur
poſt publicatas atteſtationes regulariter, & interim
teſtis admittitur: ita ſancitū eſt à Iuſtiniano in auth. ſi
teſtis. C. de teſt. vbi Bar. nu. 8. ver. 5. not. ſic etiam à gl.
declaratū id fuiſſe perſpexi in c. ex parte, in verb. infames, & notabiles. vbi Abb. & Feli. latiſſimè, ille nu. 8.
ver. venio ad gl. hic. nu. 12. verſ. gl. in verbo. notabiles
ext. eo. de teſt. quod, & tradidit Lanf. de Oria. in trac.
de teſt. nu. 67. verſ. pro declaratione præmiſſarum.
2 Veruntamē in hac re ſcriptorū ſniæ† diſpares inter
ſe fuere. Etenim Io. & Vin. in decre. cum cam de teſt.
arbitrati ſūt. d. c. ex parte, de teſt. permoti, exceptionis
probationem ſemper à principio admittendam, niſi
in caſibus, vbi ius exprimit illam reſeruandam, quod
ēt probant per l. ad probationem. C. de prob. de quorum
opinione quid ſenſerit Abb. apud eūdem videas
in d. c. ex parte, poſt nu. 8. ver. extr. gl. reperiunt. Aliud
ſenſiſſe videtur Inn. in d. c. ex parte, ſub nu. 1. ex huius
enim verbis colligitur quod ſi id, quod opponitur ſit
publicum, & probationes offerantur, recipi debeant:
alioqui, ſi requirat temporis tractum, ſiue fieri debeat
reprobatio per teſtes, ſiue per inſtr̄m recipiatur teſtis,
& reſeruabitur probatio reprobationis poſt publicationē,
per d. auth. ſi teſtis. C. eo. de teſt. At Hoſt. in d. c.
ex parte, exiſtimauit ſtatim recipiendam eſſe probationem,
& quod dicitur de reſeruatione fiēda tp̄e diſputationis
poſt publicationem, vr̄ intelligere de publicatione
ipſius reprobationis reprobatoriæ, prius
enim debet publicari, quod diſputetur. c. in cauſis, de
teſt. Guliel. vero in c. 1. verſ. ſed quid ſi dicitur. eo. tit.
de teſtib. arbitratus eſt exceptionis probationem diſferendam
eſſe, niſi mora periculum afferat: vt quia
teſtes, per quos vult reprobare, ægri, vel receſſuri ſint,
vel bellum, vel mare intraturi. tunc enim reciperetur
dictum illorum.

Cæteris melius videtur ſenſiſſe Io. And. in d. cap. ex
parte, quo in loco tradidit recipere probationem exceptionis
ſtatim, vel differre in tempus publicationis
iudicis arbitrio relinqui. cuius ſententiam veriorem
cenſuit Bar. de Bel. in addi. ad Abb. in d. c. ex parte, de
qua meminit etiam Bar. in d. auth. ſi teſtis, in add. nu.
9. verſ. quæro quid. de alijs exceptionib. C. eo. de teſt.
hanc eādem probauit Fel. in d. c. ex parte, poſt nu. 12.
verſ. eſt autem in arbitrio.

Cōcluſionem noſtram primo limitabis, vt locum
3 nō habeat† in exceptione excommunicationis cōtra
teſtem oppoſita, propter periculum communionis,
nam huius exceptionis probatio poſt publicatas atteſtationes
non eſt reſeruanda, ex c. pia. de except. in 6.
ſed debet incontinenti probari iuxta ſententiam Io.
And. in d. c. ex parte, quem refert, & ſequitur Lanf. de
Oria. in d. tract. de teſtib. d. nu. 67.

Secundo loco limitanda eſt, vt non pcedat, ſi opponens
exceptionē contra teſtem offerat ſe inconti-
4 nenti probaturum, †nam tunc admittitur probatio in
primis, & ante omnia, auctore Inn. in d. c. ex parte. nu.
1. in verb. probaturum, de teſt. cui ſe ſubſcripſit idem
Lanfr. de Oria. in d. tract. de teſt. d. nu. 67. & probatur
id per contex. in d. auth. ſi teſtis, in §. ſi vero. C. de teſt.
vbi ſi obijcitur teſti inimicitia capitalis, volēs ſtatim
probare eſt audiendus: qui context. licet loquatur in
vno caſu, tamen hēt rationem generalem ad omnes
caſus ſimiles. vt ait Feli. in d. c. ex parte. nu. 15. idē docuit
Bar. in d. auth. ſi teſtis, in addit. nu. 9. in fi.

Limitationē hanc egregiè confirmat illud, ꝙ ſcriptū
reliquit Abb. in c. ſuper eo. in fi. de offi. deleg. quo
5 in loco tradidit, ꝙ ſi ſtatutum tollat exceptionē† debeat
intelligi, niſi pars velit incontinenti probare. idē
voluit Abb. in cōſ. 64. venio ad primū. poſt nu. 5. verſ.
in contrariū facit. lib. 1. & in c. ſoſcitata. nu. 7. verſi. in
gl. in verb. effectū. per gl. ibi. de reſt. in integ. quem refert,
& ſequitur Dec. in c. ex part. II 2. nu. 48. verſ. ſeptimo
fallit. de offi. deleg. & in conſ. 424. proponitur. nu.
6. cum alijs à nobis adductis ſupra in Cōcluſione exceptio
dominij incontinenti probanda. num. 4. verſ.
illud itidem ex hac ratione conſequitur.

Tertiò limitatur Concluſio vt locū ſibi non vēdicet,
quādo opponit̄, quòd teſtis ſit inimicus capitalis,

vel

Digitized by Google

6 vel quod ſit ſeruus,& teſtis dicat ſe eſſe liberum, † nã hæc exceptio non debet poſt publicationẽ reſeruari. non enim debet audiri:antequam de crimine iudicetur,vt inquit imperator in d.authẽ. ſi teſtis, in §.ſi vero.C.de teſt.& comprobauit Bar.ibidem.nu.10.& licet ibi context. loquatur de inimico capitali ratione litis criminalis motæ, tamen idem eſt.ex qualicunq; cauſa ſit inimicus capitalis,ita tenet Alb.in d.auth ſi teſtis,vt teſtatur idem Lanfrã.de Orian.in d. tract. de teſtib.d.nu.67.

Quartò limitare poteris, niſi excipiẽs dicat vitium
7 teſtis publicum eſſe,†quia non debet fieri reſeruatio, ſecundum Inn.Io.And.in d.c.ex parte,nec requiritur quod offerat ſe incontinenti probaturũ,vt dicit Fely. in d.c.ex parte.nu.14. nam ſatis eſt allegare crimẽ publicum.quia huic qualitati hæc præſumptio ineſt ex natura ipſius,vt facile, & breui tractatu poſſit probari:per ea,quæ notantur in leg.vlt.C.de compen.quod idem probat contex.in d.c.ex parte, quia dixit ſe crimen probaturum,ſed non incontinenti, & ita Bal. d. auth.ſi teſtis.C.de teſtib.quem refert, & ſequitur Fel. vbi ſupra.Sed ad hanc concluſio. videas etiam, quæ tradidere ſcribentes in c.præſentium.præſertim Abb. & Feli.extra eod. de teſtib.

CONCLVSIO DCXCV.

ARGVMENTVM.

Exceptio non numeratę pecunię à quo probanda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ probanda non eſt ab eo, qui excipit, ſed ab eo, qui petit numerationem.*
2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ cur à legibus inducta ſit.*
3 *Excipiens non ſemper compellitur probare.*
4 *Exceptio doli non numeratæ pecuniæ datur debitori. qui ex cautione conuenitur contra eum, qui dicit pecuniam mutuo dediſſe.*
5 *Dolum qui dicit, quando probare non teneatur.*
6 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ cũ ſcribentes opponi poſſe dixere, qua ratione id ab ipſis traditum ſit.*
7 *Exceptio non numeratæ dotis ab vxore probanda eſt, non à marito excipiente.*
Id ampliatur, etiam ſi confeſſio facta ſit in ſcriptura publica, dum tamen confeſſio ibi contineatur, non autem vt accepit. vt nu. 8.
9 *Exceptio non numeratæ dotis marito denegatur, ſi bis cõfeſſus ſit dotem ſibi fuiſſe numeratam.*
10 *Exceptio non numeratæ dotis à muliere probãda eſt, quãdo cõfeſſio viri de dote recepta fuit facta ante matrimonium contractum, ſecus ſi inſtrumentum confeſſionis dotis factum ſit poſt prima dotalia inſtrumenta.*
Ratio eſt, vt num. 11.
12 *Exceptio non numeratæ dotis, cur inducta ſit à legibus.*
13 *Exceptio non numeratæ dotis vbi marito non competit, quando poſſit in ſeipſum transferre onus probandi.*
14 *Exceptioni non numeratæ pecuniæ, etiam ſi renunciatum ſit, tamen excipiens non tenetur probare.*
Declara, ſi renunciatio fiat eodem tempore, & in ipſo contractu, ſecus ſi ex interuallo, & ex poſt facto, vt nu. 15.
Quod etiam declara quantum ad hoc, vt grauet debitorem onere probandi pecuniam non fuiſſe numeratã, ad quod alias non tenebatur. vt nu. 16. Contr. nu. 17.
18 *Renunciatio conuertit onus probandi in renunciantem.*
19 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi non poteſt, ſi poſt renunciationem iureiurando renuncians promiſerit in eodem inſtrumento non contrauenire.*
20 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poteſt etiam ſi recipiens multum iuraſſet ſe recepiſſe.*
21 *In exceptione non numeratę pecunię creditor non tenetur probare numerationẽ, ſi confeſſionem per debitorẽ factã de mutuo recepto præceſſit promiſſio facta per creditorẽ.*
22 *In exceptione non numeratæ pecuniæ actor non tenetur numerationẽ probare, vbi confeſſio mutui facta eſt animo donandi.*
23 *Excipiens probabit, ſi tempora ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ elapſa fuerint.*
24 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi poſt biennium à clericis nomine Eccleſiæ contrahentibus.*
Contrarium. nu. 25.
Conciliatio. nu. 26.
27 *Excipientis ſunt partes probãdi in confeſſione mutui emanante in vltima voluntate.*
28 *Dolo non videtur fateri, qui animam agit.*
29 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi in alijs contractibus quam in contractu mutui.*
Rationem ibidem videas.
30 *Pecuniam non fuiſſe numeratam quo pacto poſſit probari, remiſſiuè.*

Exceptionem non numeratæ pecuniæ, nõn eſſe proban-
1 dam ab excipiẽte, † quinimò numerationẽ deberi probari ab eo, qui pecuniã petit, reſcripſere Imperatores Diocl.& Maxim.in l.aſſeueratio.& Iuſt. in l.in contractib.C.de non.nu.pec.quod, & traditum eſt à Fel. in c.ſi cautio.nu.45.ver.1.regula.de fid.inſt.cui accedit Emanuel Coſta in repe.l.ſi ex cautione, per illum tex.in verb.ſeu doloſe.C.de eod. de non num. pec.ex ſententia Bart. in l. minorem,& in d.l.ſi ex cautione, in princ.C.eo.de non num.pecun.
2 Concluſionis noſtræ ea poteſt afferri ratio: † nã vt plurimũ homines egẽtes pecunia confitentur creditori mutuãti ſe habuiſſe pecuniã mutuo, quam re vera nondũ habuerunt:ſperantes tñ ſe eam conſequituros. immò confitentur aliquando ſe plus mutuo habuiſſe, q̃ re ipſa habuerint: Vnde prudẽtiſſimi legumlatores ſine vllo negotio potuerũt impelli, vt debitoribus contra creditores mutuãtẽs ſuccurrerẽt ſtatuendo, vt opponere poſſent exceptionem non numeratę pecuniæ intra bienniũ transferendo onus contrariũ probandi in creditorem, vt traditum eſt ab Abb. in c. vlt.nu.18.ver.primum eſt.de ſolu.quam video etiam approbatam eſſe à Fel.in d.c.ſi cautio.d.nu.45.in fin. de fid.inſt.& hoc idem comprobauit Bal.de Bar.in l. 2.nu.21.verſ.& eadẽ ratione.ff.ſol. matr. quod nulli
3 mirum videri debet. Etenim †licet ferè ſemper reus excipiendo efficiatur actor, adeo vt ſuam exceptionẽ probare teneatur.per l.in exceptionib.ff.de probat.tñ præcipua quadam prerogatiua fallit in excipiente de pecunia non numerata:quia eo caſu, qui excipit, nihil ponit, ſed poſitum negat. vnde probare non cogitur, per l.ei incumbit.ff.de prob.vt etiam animaduerſum eſt ab Andr.Gail.lib.2.pract.obſeru.obſerua.81. nu.8.ex gl.in l.ſi ex cautione, in verb.probare.in fi.C. eo.de non num. pecun.

Ex hac cõcluſione noſtra illud elicitur, vt debitorẽ
4 †qui ex cautione conuenitur, detur exceptio doli nõ numeratæ pecuniæ contra eum, qui dicit pecuniam mutuò dediſſe, ex contex.in l.1.C.de non num. pec. ſecundũ gl.in d.l.ſi ex cautione. C.eo. Quocirca licèt regulariter, q dolum dicit, eum probare teneatur, & l.
5 quoties.§.qui dolum.ff.de proba.in hoc tñ caſu, †qui dolum opponit, eum neutiquã probare cogitur: ſed oppoſita doli exceptione, onus ipſi creditori incũbit probandi numerationem, & quod dolo nõ petat; ſed verum, & rectè creditum, quod quidem cõtingit ex prærogatiua exceptionis non numeratæ pecuniæ. cũ qua concurrit, quod in ſimili tradit Accurſ. in l. qui exceptionem.ff.de condic.indeb.vt etiam traditum eſt ab Emanuele Coſta in d.l. ſi ex cautione. C. de non nu. pec.ad quod etiam conſulas ad id multa tradentem Rim.in conſ.16.nu.14. per totum.

Verùm

Verùm priuſquã hic vlterius progrediamur,ad to-
tius Cõcluſionis materiam explicatius percipiendã,
præſciendum eſt,cum ſcribentes paſſim in hac re tra-
6 didere, † exceptionẽ non numeratæ pecuniæ opponi
poſſe,id ſpeciatim fieri,ratione trãsferendi onus pro-
bandi in aduerſarium numerationem.

Vndè fit, ꝙ ſi ipſi reo fas ſit exceptionem non nu-
meratæ pecuniæ opponere,onus ꝓbandi numeratio-
nem ipſam incũbet actori aduerſario: ꝙ ſi rurſus de-
negandum veniet,grauabitur actor,& poterit reus in
ſe hoc onus probãdi transferre; nam ſicut ſupra dice-
bamus,cũ is,qui in hac materia excipiat,nihil ponat,
ſed poſitũ neget,neceſſario cõſequit̃,vt ſi reus oppo-
nat exceptionem non numeratę pecuniæ, non ſecus
ſit,ac ſi abſolutè neget debitum, proindè non debeat
illud probare.nã ei,qui dicit, non qui negat, probãdi
onus incumbit,ex d.l.2.vbi etiam gl.ff.de probat.& l.
actor.C.eo.atq; §.quod aũt diximus.Inſt. de leg.l.qui
accuſare.C.de eden.l.res.C.de rei vend.& gl. in c.bo-
næ il 1. in verbo per rerum naturam.de elect.

7 Hæc ita à nobis explicata velim amplies, † vt ꝓce-
dat etiam in exceptione non numeratæ dotis,quæ, &
ipſa probanda eſt ab vxore,vel eius hærede petẽte re-
ſtitutionem ipſius dotis, non aũt à marito excipiẽte:
ita comprobauit Petr.de Vnzol.in pract.art.notar.de
excep.non nu.pec.nu.7.verſ. ſecundo eſt videndum:
cui accedit idem Andr.Gail.lib. 2. pract. obſeru. ob-
ſeruat.81.nu.7. verſ. obſeruandum ergo.

8 Quàm ampliationem ampliabis,vt vera ſit†etiam
ſi confeſſio facta ſit in ſcriptura publica,dum tñ con-
feſſio ibi contineatur,non autem,vt acceptio, vt pro-
batur.in l.1.& l.vlt.C.de dot.cau.non numer.

Hæc eadem ampliatio intelligi debet, qñ maritus
9 ſtetit in finibus vnius confeſſionis tantum,†nã ſi poſt
primam confeſſionem dotali inſtrumento inſertam
iterum confiteatur ſibi dotẽ numeratam eſſe,& ſolu-
tam,omninò denegatur ei exceptio,vt ex d.l. in con-
tractib.§.ſed quando ſic.C.de non nu.pec. ita ſcriptũ
reliquit idem Petr.de Vnzola in d.pract.art.notar.de
excep.non nu.pec.nu.7.

Nunc eadẽ ampliatio tibi limitãda eſt, vt tũ locũ
habeat, qñ confeſſio viri de dote recepta fuit facta
10 ante matrimonium contractum:†quoniam eo in ca-
ſu verum eſt mulierem debere probare numerationẽ
per l.aſſiduis.C.qui potio.in pign.habean.& l. ſi quis.
C.de bon.præſcrip.nam numeratio non ſcriptura fa-
cit dotem,vt reſcripſere Imp.Seuer. & Ant. in l. 1. C.
de dot.cau.non num.ſecus ſi inſtrumentũ cõfeſſionis
dotis factum ſit poſt prima dotalia inſtrumenta,poſt
promiſſionem dotis,quia tunc ceſſat, & nullo modo
opponi poteſt exceptio non numeratæ dotis ẽt intra
tempora opponendi per d.l.in contractib.§.1.verſ.in
illis.C.de non nu.pec. ad effectum transferendi onus
probandi numerationem in aduerſarium,hoc,& nu-
per à nobis tradita probat Io.Andr.in addit. ad Spec.
tit.de don.inter vir.& vxo.in magna add.ver.eſt ſciẽ-
dum quem referendo ſequutus eſt Affli.in deciſ.402.
agitur cauſa.n.3.10.12.& ſeq.tradidit Io.Petr.Ferrar.
in ſua pract.Papien.in forma libelli ad dotem,et vſu-
fructum gl.dedit,& tradidit.nu. 3.

Quòd,& pręter has grauiſſimorum ſcriptorum au-
ctoritates ſimili quadam ratione confirmat̃ de pecu-
11 nia non numerata:†nam poſt quam maritus hẽt ob-
ligatam vxorẽ ad ipſam dotem,iam habet quod affe-
ctauerat,ſcilicet,vxorem cum dote, quam vxorẽ po-
teſt,prout ſibi libuerit,conuenire ꝓ conſecutione ſuę
dotis,vndè ſi vir poſteà confiteatur ſe recepiſſe dotẽ,
videtur tunc magis præſumendum, ꝙ confeſſus fue-
rit bona fide,& ſic animo recognoſcendi bonã fidem
de receptis circa numerationem antea factam ex cã
præcedentis debiti dotis,quam animo ſimulandi,vel
aliquem fraudandi,quæ ratio ceſſat,quando confitẽ
ante matrimonium, quia vt plurimũ viri inducuntur
ad confitendum dotem habuiſſe ad hoc, vt ipſã vxo-
rem habeant ſperãtes poſteà forè , vt ſibi dos ſoluẽ-
12 retur.& hac ratione iura præcipuè indulſerunt mari-
to dictam exceptionem nõ numeratæ dotis, vt poſſit
venire contra eius confeſſionem etiam transferendo
onus probandi in ipſam mulierẽ, contra regulam iu-
ris in l.generaliter.C.de non nu. pecu. ita egregiè de-
claratum eſt ab eodem Bal.de Bartoli.in repet.d l. 1.
nu.210.verſ.ſeptimo limita.& nu.212.verſic.aduerte
tamen.ff.ſol. matr. Sed vbi marito non competit ex-
13 ceptio non numeratæ pecuniæ,†vt eſt , quando con-
feſſio de recepto facta eſt conſtante matrimonio, vel
poſt promiſſionem dotis,poterit nihilominus tũc ip-
ſe maritus in ſeipſum transferre. & aſſumere onus ꝓ-
bandi confeſſionem ſuam veram nõ fuiſſe & dotem
non fuiſſe numeratam, etiam poſt tempora opponẽ-
di,ſecundum Sal.in l.aſſeueratio.& l.ſi inter.C. de nõ
nu.pec.& alios congeſtos ab Affl.in d.deciſ.402.poſt
nu.12.verſ.ſed bene.quod veriſſimum eſt etiam arbi-
* tratus Nat.qui*communem dicit in cõſ.305.optimũ
ius.nu.5.lib.2.

Secundo loco ampliare poteris, vt concluſio ꝓce-
dat,etiam ſi renunciatũ eſſet tali exceptioni non nu-
14 meratæ pecuniæ,† quia qua facilitate inducitur quis
ad confitendũ,eadẽ inducitur ad renunciandũ.l.doli
ver.diuerſũ.ff.de nouatio. tãta eſt enim fragilitas de-
bitoris quærẽtis pecuniam , vt faciat creditori inſtr̃m
eo quo velit pacto.Et propterea non obſtante renun-
ciatione prædicta opponi poterit exceptio ipſa ante
biennium,transferendo onus probandi cõtrarium in
aduerſarium ſecundum Cyn.Bar.Bal. & Sal.in d. l. ſi
ex cautione.C.de nõ nu.pec.& obſeruauit Fel. in c.ſi
cautio.nu.48.de fid.inſtr.quo in loco cenſuit hãc opi-
* nionem de rigore iuris eſſe*veriorem.

Iſtud verò declarandum eſt,vt verũ ſit , ſi renũcia-
15 tio fiat eodem tempore, †& in ipſo cõtractu, ſecus,ſi
ex interuallo,& ex poſt facto.quia tunc vr̃ approbare
contractum , & valet renunciatio exceptionis: adeò
vt illam opponere amplius nequeat:vt docuit Bar. in
d.l.ſi ex cautione.in 1.lect.nu.8. vbi id confirmat per
ſimilitudinẽ pacti legis commiſſoriæ in pign.quòd ſi
ab initio appoſitũ ſit,non valet,ſed ſecus eſt,ſi ex poſt
facto apponatur,quia valet l.Titius.ff.de pign. actio.
cui adhæret Fel.in d.c.ſi cautio.nu.49.

Quòd vltimo loco traditũ ita velim ſubintelligas,
vt locum ſibi vẽdicet,quantũ ad hoc, vt grauet debi-
torem onere probandi pecuniam nõ fuiſſe numeratã
16 †ad quod aliàs non tenebatur: non tñ tollit renũcia-
tio,quin debitor intra bienniũ poſſit opponere excep-
tionem non numeratæ pecuniæ ipſa renunciatione
non obſtante,qa talis renũciatio non plus debet ope-
rari, quã biennium; quod operatur ſolum amiſſionem
oneris probandi:vt declarando ſcriptum reliquit idẽ
Fely.in d.c.ſi cautio.nu. 49. quo in loco ex ſententia
Saly.in d.l.ſi ex cautione vnum addit,quòd ſi renun-
ciatio fieret poſt bienniũ , in totum noceret ; nedũ in
onere probandi,ſed etiam in opponendo exceptionẽ
ipſam ad hoc , vt pactum aliquid operaretur, de qua
conſideratione Sali. exultat,ſeq; extollit.quod idem
confirmauit in l.cum fidem.C.de non nu. pec.

17 Contrariam tamẽ huic ſnĩam† ſequutus eſt Pet.de
Vnzola in d. tract.art.notat.de except.non num.pec.
nu. 5.verſ.duo enim ſunt : quo in loco nulla facta di-
ſtinctione an biẽnio , vel poſt biennium cẽſuit,quod
ſi renũciet numeratæ pecuniæ nõ impediat talis re-
nunciatio debitorem,quin poſſit exceptionẽ doli op-
ponere , ſed per renunciationẽ ſuam habebit neceſſe
probare iſte debitor pecuniã ſibi nõ eſſe numeratam,
quod ad eum probare non pertineret , ſi nõ renũciaſ-
ſet,quia ſufficeret ei , quòd tãtum negaret pecuniam
ſibi eſſe numeratã,& creditori volenti obtinere incũ-
beret onus probãdi numerationem eſſe ſubſecutam:
verum ex quo debito renunciauit creditor, nõ habet
neceſſe

neceſſe probare numerationem,ſed ipſe debitor pro-
bare tenetur ſibi non eſſe numeratā pecuniam: & ita:
18 ex iſta poſteriori opinione colligi poteſt † quòd renū
ciatio conuertit onus probādi in renūciantem, quod
eſt valdè vtile creditori,& multū ad eius fauorē ope-
ratur,vt ipſe Vnzola vbi ſup.atteſtatur, in quā ſnīam
deſcendiſſe dicit Rol.in ſua pract.art.notar.

Eandem ſecūdam ampliationem ſecūdo declara-
bis, vt tunc vera ſit, ſi in inſtr̄o renunciationis exce-
ptioni non numeratæ pecuniæ appoſitum non fuetit
19 iuramentum, † ſecùs ſi poſt renunciationem iureiu-
rando promiſit in eodem inſtr̄o non contrauenire;
quia tunc exceptionem hanc nō numeratæ pecuniæ
opponere non poſſet,ne contra proprium iuramentū
veniret:ſic traditum eſt à Bart. in l.vlt.nu.1.C. de nō
num.pecu.quod etiam placuit Fel.in d.c. ſi caut. nu.
50.quem ſi libuerit cōſulas.nam alio etiam pacto de-
clarat: & alia ad id ſpectantia in medium profert.

Tertiò Concluſionem ampliabis eo vſq; eſſe verā,
20 vt etiamſi recipiens mutuum iuraſſet recepiſſe † poſ-
ſet etiam nō obtenta abſolutione à iuramēto ipſo op
ponere exceptionem ipſam non numeratæ pecuniæ,
per contex.inſignem in d.l.vlt.C.de non num.pecun.
ea ratione, quia iuramentum habet in ſe conditionē
tacitam,ſi mihi fidem ſeruaueris, ſecundū Bal. ibi, &
habetur in l.quæro,§.inter locatorem.ff.locati. vnde
ſi creditor in numeratione deficiat, fide carere dicit
erga debitorem,per l.ſi voluntate.C.de dot. promiſs.
& ita obſeruauit Fel.in d.c.ſi cautio.nu.46. vbi etiam
ab eodem nonnullas ampliationes alias habere pote
ris,quas referre prætermitto,ne(vt aiunt)actum agā.

Nunc primùm Concluſionē limitabis,vt non pro-
cedat, ſi confeſſionem per debitorem factam de mu-
tuo recepto præceſſit promiſſio facta per creditorē,
21 † qui ſolemniter debitori promiſerat mutuare pecu-
niā prædictam per eundem debitorem reddendā in-
de ad certum tp̄s, nam tunc creditor non grauabitur
onere probandi numerationem,ſed ipſe debitor pro-
babit,cui iſto caſu denegatur facultas opponendi ex-
ceptionē non num.pecun.ex quo promiſſio, & obli-
gatio p̄ceſſerat de mutuando,& ita habebat illū obli
gatum,per id ꝙ habetur in l.ſi pęnam.ff.de verb.obl.
Vndè non poterat tunc ſubeſſe ratio,per quam vide-
rēt,debitorem illam confeſſionem feciſſe tanquā af-
fectum, vt illum faciliorem redderet ad pecuniā nu-
merādam:ſic animaduerſū eſt ab eod.Bal. de Bart.in
d.l.1.poſt nu.211.verſ.ex qua ratione.ff.ſol. matr.

Prætereà eandem concluſionē velim limites,vt lo
22 cū nō habeat † vbi confeſſio mutui eſt facta animo
donādi.Etenim hoc caſu onus probādi cōtrariū non
transfertur in actorem, cum tūc reus nō poſſit oppo-
nere exceptionem non num.pecu. ſed ipſe probabit,
ſi velit,vt colligere eſt ex traditis à Thom.Parp.in re-
petit.§.creditum.l.2.nu.15.in fi.ff.ſi cer.pet. quod ta-
men ipſe intelligit procedere,ſi expreſsè conſtabit de
volūtate donādi,volens ſecus eſſe, ſi id expreſſum nō
fuerit,vt idem conciliando inter ſe Bart.ſcripſit ibid.

Tertio loco limitanda erit Concluſio, vt non pro-
cedat, ſi tempora ad opponendum exceptionem nō
23 num.pecu.elapſa fuerint:† nam eo caſu excipiēs pro-
babit confeſſionem ſuam non eſſe veram,ex ipſo ſibi
præiudicauit confitendo, & in non opponendo intra
tempus legitimum biennij à iure ſtatuti; ſecundum
* Bart.& * communem concluſionem ſcribentium,in
* l.aſſiduis.C.qui potior.in pigno.habean.de qua * com
muni atteſtatus eſt Pariſ.in conſ.52.in hac concluſ.
num.39.verſ.nec dicatur.vol.2.vbi alios idem ſentiē
tes citat,ex l.in contractibus. C. de non numer.pecu,
& habuimus à Fely.in c.ſi cautio.nu.57. verſ. ſecūda
regula.de fid. inſtrum.

Quàm limitationem ampliabis,vt etiam locū ſibi
vendicet in clericis nomine Eccleſiæ contrahentib.
24 † nam poſt biennium non poſſunt opponere exce-
ptionem non num.pecu. ita vnanimes ſcriptum reli-
quere Ant.Card Abb.& Imol.in c.vlt.de ſolut.quod
idem ſenſiſſe videtur ipſemet Abb.in d.c.ſi caut. nu.
9.verſ.ſecundo limitat.de fid.inſtrum.quorum ſentē-
tiam ſequutus eſt idē Fel.in d. c.ſi caut.n.57. ea rōne,
quia lex in contractib.nō inducit præſumptionē biē-
nalem in odium debitoris: immò inducit priuilegiū
in fauorem ipſius. cum enim alias nō audiatur cōtra
propriam cōfeſſionem, vt in d.c. ſi cautio.& in c.per
tuas,de probatio.d.l.in contractib.induxit,vt debitor
poſſit intra biennium inducere exceptionem prædi-
ctam,ita quod onus probādi pecuniā numeratam in-
cūbat creditori. Si ergo Eccleſia velit vti bn̄ficio il-
lius legis oportet, ꝙ vtatur cum præfinitione t̄pis ibi
præfixi.ſic etiam comprobauit Hier.Cag.in l.2.§.ap-
pellata.nu.27.verſ.cōtrariā opinionē.ff.ſi cer. petat.
25 Eccleſiæ tamen,eiuſq; clericis miniſtris † iure opti-
mo magis fauere vidētur Bal. in auth. hoc ius porre-
ctum.nu.7.ver.vlter.habetis.C.de ſacroſ.Eccl.quem
refert,& ſequitur Rom.in auth.ſimiliter, in ſeptimo
priuilegio iudiciali.nu.44.verſ.ſeptima, C.ad leg.Fal
cid.idem Bal.in l.2.§.vlt.col.1.verſ.pręterea,ſi confi-
teretur.ff.ſi cert. petat. hoc idem confirmauere Hoſt.
in d.c.vlt.de ſolut.idem Hoſtiē. Ant.& Imol.in d.c.ſi
cautio,quod etiam conſultus reſpondit Ang. in cōſi.
242.quia omne datum optimū, quibus in locis ij gra-
uiſſimi ſcriptores ſenſere,exceptionem nō numeratæ
pecuniæ ab Eccleſia opponi poſſe etiam poſt biēniū,
ideſt,intra quinquennium.rationes, quibus hi aucto-
res permouentur,tibi ſuggeret idem Fel.in d.c.ſi cau-
tio,verſ.eſt verum, quod Hoſtienſis.

Ad conciliandas horum inter ſe diſſidentium ſen-
26 tētias † Abbatis diſtinctionem in d.c.ſi caut.nu.9.af-
ferre operæpretium duxi. Nam aut ſumus in caſu, in
quo neceſſe eſt probare verſū eſſe in vtilitatem ipſius
Eccleſiæ,tūc locum habebit opinio Bal.Hoſt.& aſſe-
clarum,hoc eſt,Eccleſiā nō priuari exceptione nō nu
mer. pecu. opponēda intra quinquēniū,nō verò biē-
nium,quod nō ea ratione factitatum eſt, quòd illa.l.
in cōtractibus.C.de nō num.pecu. nō habeat locum
in Eccleſia,ſed quia Eccleſia in hoc ea gaudet prero-
gatiua,vt nō teneatur,niſi probet verſū in eius vtilita
tem.verū ſimus in eo caſu, in quo nō ſit neceſſe ꝓba-
ri verſū, tūc profecto Eccleſia nō auditur vltra bien-
nium ea ratione,de qua ſupra meminimus,ad id etiā
cōſulas eūdē Abbatē in d.c.vlt.n.19.verſ.ſed qd in ec
cleſ.vbi latiùs de hoc.atq; Fel.ī d.c.ſi cau.n.58.& ſeq.

Quartò limites Cōcluſionem in cōfeſſione mutui
27 emanata in vlt.volunt. † nam cum cōtra ipſum non
poſſit opponi exceptio nō numer. pecu. excipientis
erunt partes probandi,vt ſcriptum reliquit inſigniter
Accurſ.in l.1.in verb.errore, quem ſequitur ibid. Bal.
nu.4.in fi.C.de fal.cau.adiec.leg.cuius doctrinam vt
inſignem probauit idem Bal.in tit.de Pace Conſt.in
§.vaſſalli noſtri,in fi.in vſib.feud.& Alc.in l.ſi diuor-
tio.nu.7.verſ.item quia ff.de verb. obl. cum nōnullis
alijs ad id relatis ab eod.Fel.in d.c.ſi cautio. nu.54.de
fid. inſtrum. nec iniuria profecto id tradidere ſcribē-
28 tes:† nam tunc is,inquiunt,qui animam agit, non vi-
detur confiteri ſpè futuræ numerationis; cū propter
incertum vitæ exitum ſperet nō indigere mutuo.

Quintò limitabis, vt locū nō habeat in alijs cōtra-
29 ctibus,quàm in contractu mutui:† in ijs enim nō nu-
mer.pecu.exceptio non poteſt opponi. vnde cōfeſſio
ſtatim præiudicat,quod cōfeſſus fuit, ex l.Publ.§.vlt.
ff.depoſ.& l.generaliter.C.de nō num.pecu.vt obſer-
uauit Accurſ. in d. l. ſi ex caut. in verb.probare.per l.
generaliter,& d.l.in cōtractibus,in prin.C.eo.& tradi
dit Bal.in l.pecuniæ,nu.3.C.de ſolut. & in legib. mo-
do à nobis adductis. Quod ea ratione ſolùm factū eſt
in mutuo, quia homines faciles ſunt ad confitēdum
propter neceſſitates,vt idem dixit Bal. in dictis locis.
Quòd quo pacto procedat, te docebit Fel. in ſæpè

allega-

allegato.c.ſi cautio.nu.54.ver.fallit tertio. quo in loco habes ab ipſo Fel. enucleatè diſcuſſam materiam hanc exceptionis non numeratę pecunię, p regulas, ampliationes,limitationes, & diſtinctiones. hũc igitũ lector adire,ſi tibi opus erit,moleſtum non fuerit.

10 Quo vero pacto queat probari † pecuniam nõ fuiſſe numeratam te docebit Petr. de Vnzola in d. pract. art.notar.in d.§.de exceptio. non nu.pecu.poſt nu.5. verſ. ſed quõ probabit debitor cum ſeq.de quo nos & latius infrà ſuo loco in concluſione numeratio.

CONCLVSIO DCXCVI.

ARGVMENTVM.

Exceſſus iudicis arbitrarij quò pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio iudicis arbitrarij pluribus modis probari poteſt, & quibus.*
2 *Pœna grauior vltra legem impoſita exiſtimationem cõſeruat,nec infamem eum reddit,cui impoſita eſt.*
3 *Conſuetudo pro lege obſeruatur.*
4 *Conſuetudo Principis pedibus ſubiacet,& eſt in ipſius poteſtate.*
5 *Non præſumitur, Principem quid velle iudici concedere, præter communem iuris communis diſpoſitionem.*
6 *Etiamſi Princeps proprio exactori mãdet,vt compellat debitores omni coertione,qua ſibi videbitur expedire,nihilominus exactor tenetur ſeruare legem municipalem,et conſuetudinem.*
7 *Exceſſus probatur, quãdo habito recurſu ad viri boni arbitrium probatur in tanto,& quanto.*
8 *Exceſſus probatur,& læſio,ſi exceſſum ſit in ſexta parte totius quantitatis.*
9 *Exceſſus probatur,ſi condemnatus clarè oſtendit ſe in nihilo teneri.*
10 *Coniecturas,quibus probatur exceſſus,vide remiſſiuè.*
11 *Exceſſus ab eo probandus eſt, qui eum allegat.*

1 Exceſſus veluti iudicis arbitrarij,pluribus modis probari poteſt † & primo ſatis probari poteſt.ſi demonſtratur ex cõſuetudine, & more aliter conſueuiſſe iudicari: vt teſtatur Bal. in l.2.col.14.verſ.ſed qualiter probari põt, quod iudex. ff.de iureiur.quemadmodũ ſi ſit in more poſitum, vt minor pœna ea,quæ fuerit impoſita imponatur,iuxt.
2 l.quid ergo. §.pęna.ff.de ijs,qui not.infam.vbi † pęna grauior vltra legem impoſita exiſtimationem cõſeruat.nec infamem eum reddit, cui impoſita eſt, quia imponi nõ debuit: ſic elegãter traditum eſt à Didac. lib.2.variar.reſol.c.9.nu.8.& hoc ex eo confirmatur, quia excedendo quis formam cõſuetudinis,legem ip
3 ſam excedere dicitur † cũ conſuetudo pro lege obſeruatur.l.de quib. ff. de legib. quare conſuetudo à pari procedit:vt dixere Gramm.deciſ.92.nu.4.Crau.conſ. 96.nu.6.& conſ.137.nu.7. & 8. Calc.conſ.2.num. 29. Dec.conſ.690.nu. q̃.

Amplia vſq; eo hunc primum probandi modum exceſſus procedere, etiam ſi à Principe facultatẽ ha-
4 buiſſet iudicãdi contra conſuetudinẽ † nam quamuis maximè cõſuetudo Principis pedib. ſubiaceat.vt ſcripſit Crauet.tract.de antiq.temp.1.par.1.partis principalis.num.40. & 41. vbi poſt multos ait illam eſſe in Principis poteſtate; & refert nunquam ſatis laudatus Iac.Menoch.de arbitr.iud. q. 71.num.10.vbi de conſuetudine multa lib. 1. non poſſet tamen contra eam
5 iudicari † quia non præſumitur,Principem quid velle iudici concedere preter communem iuris communis diſpoſitionem:vt prodidit Iaſ.in l. præſcriptione. nu. 5. C. ſi contra ius, vel vtilit. public.& cauit Dec. in conſil. 580. numer. 2. atque conſultum eſt à Gozad. conſ.101.nu.10. quod etiam confirmat, quod ſcribit Bal.in l.1.col.2.verſ.ſed pone.C.ſi propter publ.penſ.
6 † ſi Princeps proprio exactori mandet, vt compellat debitores omni coertione,qua ſibi videbitur expedire,nihilominus exactorem illum teneri ſeruare legẽ municipalem,& conſuetudinem: quem retulit in caſu noſtræ Concluſionis Calcan.conſ.120.nu. 8.

Secundo loco ex Bal.ſententia in d.l. 2. d. col. 14.
7 probatur exceſſus,† quando habito recurſu ad viri boni arbitrium probatur in tanto,& quanto:ex l. ſi cum exceptione.§.hęc autem actio ff.quod met. cau. quæ verba ,ſcilicet,& tanto,& quanto Baldi, ſic intelligẽda cenſet Menoch.vbi ſup.nu.15.quaſi diceret, recurrendum eſſe ad arbitrium boni viri, vt is iudicet, an per primum,qui iam iudicauit exceſſus ſit modus,vel non:per tex.in l.vnde ſi Neruæ.ff.pro ſoc.idem tradit Bart.in l.ſi ſocietatem,§.arbitrorum.nu.25.ff.eod.tit.
8 † qui ibidem ait,exceſſum probari,& læſionem,ſi exceſſum ſit in ſexta parte totius quantitatis. ſequitur Zabarel.conſ.141.col.2.verſ.principaliter.& Bart. ſequuti ſunt Ruin.conſ.18.nu.3.lib.1.Soc.iun.conſ.48. nu.22. & conſ.144.nu.14.& conſ.84.num.43.lib.2.

Tertiò probatur exceſſus,ſi condẽnatus clarè oſtẽ-
9 dit † ſe in nihilo teneri.ita Bald.in d.l.2.d.col. 14. per d.l.ſi cum exceptione.§.hęc autem actio,ff. quod metus cauſa, & tradit Bolog. in addit. ad conſil. Anan. conſ.34.nu.14.& ſenſit Abb.conſ.2.in lib.1.

Et hic modus nullã habet dubitationem, eo quod hoc caſu ex exceſſu huiuſmodi enormiſſima læſio,& per conſequens dolus præſumatur,teſte Alex. conſil. 86.nu.3.vol.7.& l.omnes.§.Lucius. ff. de his, quæ in fraud.creditor.quem tex.ad hoc citat Bart.in d.§.arbitrorum.nu.74.in fi.Curt.iun.conſ.141.nu. 10.& vide Paris.conſ.12.num.82.conſ.20.nu.105.lib. 1. Soc. iun.conſ.77.nu.132.vol.1.Crauet.conſ.143.nu.21. &
10 conſ.192.nu.3.† Et alias quaſdam coniecturas, quibus probatur exceſſus,ponit Bart.in d. §. arbitrorum, nu.28.quas ibi vide, atque Reuerendiſs. Cæſar Contardus in commẽt.l.vnic.limitatio 19. ratione exceſſus.C.ſi de comment. poſſeſs. fuerit appel.

Exceſſus autem(quod mihi penè exciderat) ab eo
11 probandus eſt,† qui eũ allegat:vt locupletiſſimus eſt mihi teſtis Hieron.Gig.in tract.de penſio.q.9.nu.9.& ſeq.vbi id optimè examinat,vt tu ipſe videre poteris.

CONCLVSIO DCXCVII.

ARGVMENTVM.

Communia excommunicationis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationem non ſufficit probare, niſi probetur etiam cauſa propter quam excommunicatus eſt.*
2 *Excommunicationem contra ſe latam, qui vult probare nullam,non ſufficit probare,quòd ſit iniuſta, niſi quoque probetur eſſe nullam.*
3 *Si allegem te hodie eſſe excommunicatum, & probem excõmunicationem, & tu non probes abſolutionem, præſumeris,& hodie excommunicatus, ſicut vt ibi.*
4 *Excommunicatio,ſi oppoſita ſit, & probetur ſimpliciter, non probat intentionem opponentis,cum poſſit intelligi de minori excommunicatione.*
5 *Licet appellatione excõicationis,de maiori intelligatur,hoc tamen non procedit in probatione excommunicationis.*

Excõmunicationem nõ ſufficit p-
1 bare † niſi probetur etiam cauſa, propter quam excommunicatus eſt:vt auctor eſt Innoc. in c. teſtimonium,in verbo per exceptionem,de teſtibus, & comprobauit Ang.in l.ictus.ff.de his, qui notant. infam. & facit lex prætor.§.hæc autẽ actio.in fi.ff. vi bonor. raptor.

mptor.& l.vnus.§.in ea.ff.de quæſtio.& l. denunciaſſe.§.quid tantum.ff.ad leg.Iul.de adulter. quæ omnia pro hoc allegat Luc.de Pen.in l.mor iente. col.5.poſt medium.C.de delator.lib.10. Vnde ipſe ibidem quo-
2 que ait, † quod ſi quis excommunicationem contra ſe latam velit probare nullam, non ſufficit probare, ꝙ ſit iniuſta;niſi quoq; probetur eſſe nullam:teſtatur Inno.in c.cũ contingat.in gl.magna, de offic. deleg.

Illud quoq; præſciendum eſt, ꝙ ſi allegem te hodie eſſe excommunicatum, & probem excõmunica-
3 tionem,tu verò nõ probes abſolutionem, † præſumaris,& hodie excommunicatus:ſed ſecus eſt,ſi tantum allegem te fuiſſe excommunicatum, nec dicã te hodie eſſe:quia tũc licet probem excõicationem, & tu nõ probes abſolutionẽ, nõ propterea præſumeris hodie eſſe excommunicatus;ita ſcriptum reliquit Paul. de Caſt.in l.ſiue poſſideris.nu.8.C.de probat.nu.8.
4 Illud præterea non eſt ignorandum,† vt ſi excõmunicatio oppoſita ſit.& probetur ſimpliciter,non probet intentionem opponentis:cum poſſit intelligi de minori excommunicatione,vt reſponſum eſt à Dec. in cõſ.321.nu.6.vbi etiam nu.7.ait,quòd licet appel-
5 latione excommunicationis de maiori intelligatur, c.pen.de ſent.excommu. hoc tamen non procedit in probatione excõmunicationis.& ad hoc refert Abb. in c.in præſentia,in pen.notab. de probat.

CONCLVSIO DCXCII.

ARGVMENTVM.

Excommunicatio,an probetur per denunciationem.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio probatur per denunciationem ſolemniter publicè factam.*
2 *In probanda excommunicatione requiritur vera, & certa, & firma probatio.*
3 *Vbi agitur de repellendo excommunicatum à iudicio, ſufficit probare excommunicationem per denunciationem.*
4 *Sola denunciatio excommunicationis abſq; alia probatione habet effectum repellendi ab agendo.*
Sola fama probat excommunicationem.
5 *In dubio pro iudice, & eius actu præſumitur.*
6 *Probationes leuiores ſufficiunt ad excommunicationẽ probandam quo ad effectum iudicij differendi.*
7 *Excommunicatio lata ab ordinario probatur per ſolam denunciationem.*
8 *Excommunicatio probatur per denunciationem ſolemniter publicè factam, dummodo illa denunciatio non teneat ſpeciem excommunicationis, & nomen excommunicatoris.*
9 *Probatio excommunicationis per denunciationem procedit tantum in vim dilatoriæ, & non peremptoriæ.*
10 *Excommunicatio probatur per denunciationem in vim dilatoriæ.*
11 *Probato acceſſorio probatur principale,& ex ſolutione vſurarum præſumitur debitum principale.*
12 *Excommunicatio non præſumitur iniuſta, cum habeat debitam formam.*
13 *Vbi opponitur excommunicatio in vim dilatoriæ,datur abſolutio ad cautelam.*
14 *Denunciatio probat excommunicationem, vt ab agendo amoueatur,& ſic in vim dilatoriæ.*
15 *Excõmunicatio, vbi opponitur in vim dilatoriæ,creditur verbo auditoris Cameræ aſſerentis,quem excõicatum.*
16 *Excommunicatio non probatur per denunciationem aliquo pacto,neque in vim peremptoriæ,neque in vim dilatoriæ.*
17 *Denunciatio non eſt manifeſta iuris probatio,quia poteſt eſſe quis excommunicatus, & nulliter.* *Licet per denunciationem quis præſumatur excommunicatus,non tamen probatur.ibid.*
18 *Per denunciationem excõmunicationis, quis amplius non ligatur,quam fuerit excommunicatus, quia ipſa excõmunicatio poteſt eſſe iniuſta.*
19 *Denunciatio probat excommunicationem, quando opponitur in vim dilatoriæ,& quando continet ſpeciem excommunicationis, & nomen excommunicatoris.*
20 *In curia rariſſimè exceptio excommunicationis admittitur etiam in vim dilatoriæ,quia nunquam debitè proponitur,nec ſpecificatur.*
21 *Exceptio excommunicationis licet opponatur in vim dilatoriæ,eſt tamen obiectiua.*
22 *Excommunicatio debet probari apertiſſimis documentis.*
23 *Ordinario ſuo denuncianti credendum eſt, niſi probetur contrarium.*
24 *In dubio denunciatio probat excommunicationem.*

1 Excommunicatio probatur † per denũciationem ſolemniter publicè factam:vt ait Dec.in c.dilecti,nu.4.de appell.& voluit Fely.in c. prudentiam,§. 6.nu.19. de offic.deleg. vbi refert quoſdam recentiores tenentes,quod vbi agitur de leui præiudicio,ſufficiat probare per denũciationem:refert etiam aliquos
2 alios recentiores docentes.† quod in probanda excõmunicatione requiratur vera, & certa,& firma probatio,& refert Dominic.in c.pia.de excep.in 6.dicentẽ, quòd ſi denunciatio ſpecificat ſpeciem excommunicationis,& nomen excommunicatoris, tũc iſtam denunciationem probare excommunicationem, ſecus ſi non ſpecificat:quia tunc non probat. Demũ ſupra-
3 dictis non obſtantibus ipſe Fel. concludit † quod vbi agitur de repellendo excommunicatũ à iudicio, ſufficiat probare excõmunicationem per denunciationem,allegat Archid.in c.nemo.11.q.3.& id videtur probare contex.cum gl.in c.licet de ſent.excom.in 6.
4 quia ſola denũciatio abſq; alia probatione † habet effectum repellendi ab agendo, tex.cum gl.in c.licet, de ſent.excom.in 6.& quia ſola fama probat excommunicationem.c.cum deſideres,§.2. de ſent. excom. & ita in terminis decidit Capel.Tholoſ. q. 300. & latiſſimè.ibid.addit.ita etiam cenſuit Dec.in c.paſtoralis.§.verum.nu.5.de appel.& idem in d.c. prudentiã, §.6.poſt nu.10.ait hanc eſſe communem opinionẽ à qua recedendum non eſt,& rationem reddit Pariſ.in
5 conſ.104.nu.3.cum ſeq.vol.4. ſcilicet † quia in dubio pro iudice,& eius actu præſumitur:vt d.c.in præſẽtia, de probat.cum alijs allegat.ibid.per eum d.nu. 3. vbi ait,ꝙ per denũciationẽ præſumptiuè probetur, adeo vt transferat onus probandi in aduerſarium docendi
6 de nullitate excommunicationis † ad quam excõmunicationem probandam quoad effectum iudicij differendi ſufficiant probationes leuiores, teſte Roma. conſ.34.dum quæritur.nu. 4. & amplius addit Archidiac.in d c.nemo condemnatus.11.q.3.excommuni-
7 cationem latam ab ordinario † probari per ſolam denunciationem,ex Anto.de Butr. in d. c. pia, & Imol. in d.c.licet, & traditũ eſt ab auctore addit. ad Capel. Tholo.in d.q.300.deciſum eſt à Bellam.dec.86.verſ. ſed contra.de quo etiam nõnulla per Couar. in comment.in conſtit.incip.alma mater.par.1.§. 3. nu.1.
8 Primò limita,& intellige † dummodo illa denunnunciatio non teneat ſpeciem excommunicationis, & nomen excommunicationis: vt cautum eſt à Do. in d.c.pia,de exceptio.in 6. quem ita intelligendo refert,& ſequitur Fel.in d.c.prudentiam §.6.ſub nu.14. ext.de offi.& poteſt. iud. deleg.

Secundo loco limitabis,& intelliges non procede-
9 re in his caſib. † in quib. per talem probationẽ ex denunciatione quis priuatur iure ſuo perẽptorio, ſed tãtum ꝓcedit in vim dilatoriæ,& nõ perẽptoriæ: ita diſtinxerunt Domini de Rot. in deciſ.8. aliàs 252. licet ſi con-

ſi conteſtatio. de except. in nou. quod & rñſum fuit à
10 Rom. in conſ. 349. dum quæritur, aſſerens † per denun
ciationem ꝓbari excõicationem in vim dilatoriæ, &
idẽ cõprobauit Dec. in c. paſtoralis. §. verũ. de appell.
qui firmat in vim dilatoriæ probari excõicationem
ꝑ denunciationem, eaq; permouet̃ ratione; quia pro
11 bato acceſſorio † probat̃ principale, nã ex ſolutione
vſurarũ præſumit̃ debitũ principale, l. 2. C. de dot. pro
miſſ. & ibi Bal. & ſic ex denunciatione ꝓbatur vincu
lũ. Et licet poſſet eſſe excõicatio iniuſta, tñ non præſu
12 mitur † cũ habeat debitã formã: & iſtud etiam vr̃ cõ-
firmare Franc. allegando d. dec. 252. in d. c. pia. §. 1. in
prin. de excep. in 6. Dicens poſt Io. Andr. & Archid. ꝙ
13 vbi opponitur excõicatio in vim dilatoriæ † det̃ abſo
lutio ad cautelã, iux. c. ſolet. de ſent. excom. ſecus, qñ
opponitur in vim perẽptoriæ. vt dicit Rom. in d. cõſ.
349. voluit hoc idem Abb. in d. c. prudentiã. §. 6. n. 11.
de offic. deleg. ex eo, ꝙ in dilatorijs agitur de paruo ꝑ-
iudicio, vt ibi per eũ, & eſt cõis opinio, auctore Dec.
in d. §. 6. col. 3. idẽ ſenſit Philip. Franc. poſt Io. And. &
Imol. in c. licet. col. pen. de ſent. excom. in 6. dicens, ꝙ
vbi opponitur in vim dilatoriæ, credendum ſit illum
eſſe excõicatum, vt credat̃ ordinario, niſi aliud appa-
reat. c. curæ. 11. q. 3. & hanc opinionẽ æquã eſſe affir-
mat Io. de S. Georg. & Imol. in d. c. pia, & ibid. refert
Dom. in §. 1. col. 10. tenet quoq; Mil. in reper. in verb.
excom. nõ probatur. ſic etiã firmauit Firma. in repert.
in verb. except. excommun. qui mentem ſuam ꝓbat
per deciſ. 400. quæ tñ cõtra ſentit, vt infra dicetur, at-
que ita direxere Do. in deciſ. Capel. Tholoſ. 300. itẽ,
14 ſed nonne ſufficit, vbi tradidere † denunciationem
probare excõicationem, vt ab agendo amoueatur, &
ſic in vim dilatoriæ, idem placuit Bellam. deciſ. 561.
concl. quòd ſi P. & in deciſ. 86. ſi referat auditor. dicẽs
15 quòd vbi excõicatio opponitur in vim dilatoriæ † cre
datur verbo Auditoris Cameræ aſſerentis, quem ex-
communicatum; ſecus verò in vim peremptoriæ.

Contrarium tenent expreſſè D. Rot. in dec. 8. aliàs
400. ſi quis petit. de ſentẽ. excom. in nou. quo in loco
deciſum fuit per denunciationem non ꝓbari excom.
16 aliquo pacto, neq; in vim peremptoriæ, † neq; in vim
dilatoriæ, & ita dixere Curiã ſeruare, in qua rariſſimè
admittitur exceptio excõicationis quia nunq̃ debitè
proponitur nec ſpecificatur, ſequendo opinionẽ Iod.
Andr. in d. c. pia, de except. per illum text. ibi apertiſſi-
mis documentis, licet Hoſt. & Arch. ibid. in d. c. pia,
dixerint contrariũ. Qua in re videntur ſibi ipſis aduer-
ſari D. Rot. in dec. 400. & in d. dec. 252. vt animaduer-
tit Philip. Franc. in d. c. licet, ſub nu. 4. col. 12. verſic. in
gl. in verb. enunciauit. de ſent. excom. in 6. ſed perpe-
ram profectò, quia Rot. in d. dec. 252. ſolùm firmat,
quòd quando denunciatio excommunicationis op-
ponitur in vim peremptoriæ, non probatur excõica-
tio, ſed qñ in vim dilatoriæ Rot. ibi nihil determinat,
ſed dicit eſſe altercationem inter dominos; & ita in-
telligit, & declarat Domini. qui eam recitat in c. 1. §.
1. col. 10. & ibid. Franc. col. 3. de except. dicentes, quod
Rot. d. deciſ. 252. nihil determinat, quando in vim di-
latoriæ opponitur excõmunicatio. Quocirca falſum
videtur, quòd ſibi ipſis repugnent Do. in d. deciſ. 400.
in qua ſtatutum eſt, quòd nec etiam in vim dilatoriæ
probetur per denunciationem excommunicatio.

Cùm hac tñ opinione Io. And. & Rot. deciſ. 400.
tranſit Stephanus Coſta reprobando diſtinctionem
Rot. dec. 252. & ſequendo hanc dec. 400. in d. c. licet.
col. 4. de ſẽt. excõ. in 6. ſequitur hanc opinionẽ Rom.
in l. 1. in prin. ff. de nou. oper. nunc. dicens quæſtionẽ
eſſe pro Io. Andr. quòd per denunciationẽ non ꝓbet̃
excõicatio; per tex. in d. c. pia, verſ. veris probationib.
17 † ſed denunciatio non eſt manifeſta iuris probatio, vt
patet, quia poteſt eſſe quis excõicatus, & nulliter, vt
in caſibus poſitis in c. præſentiam, de ſent. excommu
nicationis, & ideò licet præſumatur per denunciatio-
nem excommunicatus, non tamen probatur, & licet
Rom. vbi ſup. alleget deciſ. 14. arbitror tamen, quòd
voluerit allegare deciſ. 400. quæ hoc tenet expreſſè:
Vnde Rom. ibi affirmat contrariũ eius, quod ipſe con
ſuluit in d. conſ. 349. hanc eandem opinionem tenet
Bonifac. de Vitellin. in clem. ſi ſumus. col. 8. in fi. de
ſent. excõ. vbi inquit ita practicari, ꝙ per denũciatio-
nẽ excõicationis non probatur excõicatio. eandem
opinionem tenet Barb. in d. c. prudentiam. §. 6. de off.
deleg. & eã ibi defendit Dec. col. 4. nu. 49. verſ. ſed tñ
in contrarium, tenet ẽt Philip. Fran. in c. Paſtoralis. §.
verum. de appel. in 3. notab. & ibi Abb. nu. 7. ver. vlte-
18 rius not. per illum tex. dum dicit † quòd per denuncia
tionem amplius non ligatur, quã fuerit excommuni-
catus, quia ipſa excommunicatio põt eſſe iniuſta &
ideo denunciatio non probat excommunicationẽ, et
ſequitur ibid. Præpoſit. idem tenet Fran. in c. dilectus,
in vlt. not. & ibi Præpoſitus de appel. per illũ text. idẽ
voluit Fran. in c. peruenit. eo. tit. de appell. & cum eo
tranſit Firma. in reper. in verb. excommunicatio. col.
2. vbi allegat Rot. in deciſ. 252. quæ loquitur in ꝑẽ-
ptoria, non autem ſimpliciter.

Nos interea ſequemur priorem opinionẽ, quæ eſt
magis cõis, quod ſcilicet denunciatio probet ex-
19 communicationem † qñ opponitur in vim dilatoriæ:
quã velim declares, & intelligas, vt illa procedat, qñ
illa denunciatio cõtinet ſpeciem excommunicatio-
nis, & nomen excõmunicatoris, prout dicit text. in d.
c. pia. §. 1. & declarat Domi. & illum ſequitur Philip.
Fran. in c. 1. §. 1. col. 3. de excep. & trãſit Fel. in d. c. pru-
dentiam. §. 6. col. 2. de off. deleg. & iſtud vr̃ eſſe de mẽ-
te Rotæ, ſi certè eius verba intueantur in præallegata
20 dec. 400. in nouis, dum dicit † quòd in Curia rariſſimè
exceptio excommunicationis admittitur ẽt in vim
dilatoriæ, quia nunquam debitè proponitur, nec ſpe-
cificatur; tenet ergo Rota ibi iſtud quod tenet Dom.
quod ſcilicet in vim dilatoriæ admitteretur talis ex-
ceptio in Curia, qñ debitè proponeretur, & ſpecifica-
retur, vbi non fit ſpecificatio debitè, non admittitur
etiã in vim dilatoriæ, & ita procedit opinio cõtraria.

Ex hanc eandem opinionẽ Dominici illud corro-
21 borat, † quia iſta exceptio licet opponatur in vim di-
latoriæ, eſt tñ obiectiua, vt dicit Rot. d. deci. 252. ergo
requiritur ſpecificatio, per clemẽ. conſtitutionem, de
elect. & tenendo communẽ opinionem nõ obſtat d.
22 c. pia. §. 1. vbi dicitur, quòd excommunicatio † debet
probari apertiſſimis documentis: quia ille tex. proce-
dit ſecundum gl. ibi, quando in vim peremptoriæ op-
ponitur excommunicatio. & ad c. paſtoralis. §. verò,
quia licet excommunicatio poſſit eſſe iniuſta, præſu-
mitur tamen iuſta, ex quo fuit forma iuris ſeruata, vt
23 ibi dicit Dec. † nam credendum eſt ſuo ordinario de-
nuncianti, niſi probetur contrarium, teſte Bellam. in
deciſ. 86. c. vere. 11 q. 3. & ita reſpondit Philip. Fran. in
d. c. licet, col. pen. de ſent. excom. in 6. ſub nu. 4.

Non obſtat c. dilecti, quia ibidem reſpõdit Dec. in
vlt. not. quòd ille text. procedit, quando apparet veri-
tas in contrarium, quod excommunicatio erat iniu-
24 ſta, & iniuſtè facta denunciatio, † ſecus in dubio, quia
denunciatio probat excommunicationem.

CONCLVSIO DCXCIX.

ARGVMENTVM.

Excommunicatio nũquid probetur per denunciationem ad effectum obtinendi abſolutionem ad cautelam.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio probatur per denunciationem ad effectum obtinendi abſolutionem ad cautelam.*

Digitized by Google

2 *Excommunicatio ad effectum obtinendi abſolutionem ad cautelam nedum probatur per inſtrumentum denũciationis, verum etiam per confeſſionem propriam petentis hanc abſolutionem.*

3 *Excommunicatio probatur per denunciationem, ſi petens abſolutionem probet vltra denunciationem etiam appellationem, & ipſam appellationem præceſſiſſe ſententiã excommunicationis.*

Probatio dubia non releuat. ibid.

4 *Excommunicatus petens abſolutionem ad cautelam debet duo probare ſe ex cauſa legitima appellaſſe, & poſt appellationem e communicatum fuiſſe.*

5 *Si quis petat abſolutionem ad cautelam, debet auditor videre, an ſententia excommunicationis lata ſit poſt appellationem, quia de hoc conſtare debet.*

6 *Dicenti ſe excommunicatum poſt appellationem incumbit onus probandi.*

7 *Non eſt præſumptio, quòd iudex protuliſſet ſententiã poſt appellationem.*

8 *In dubio appellatum præſumitur poſt ſententiam excommunicationis latam.*

9 *Dicenti ſe excommunicatum poſt appellationem, ſiue hoc dicat agendo, ſiue excipiendo, ei incũbit onus probandi.*

10 *Quando probatur, quod illatum ſit aliquod grauamen lite pendente, eo caſu poteſt præſumi. quod tempore illati grauaminis fuerit appellatum ante ſententiam.*

11 *In probando, quod appellatio præceſſerit excommunicationem ſufficit ſemiplena probatio.*

12 *Creditur iuramento partis dicentis ſe poſt appellationẽ eſſe excommunicatum ad hoc, vt obtineat abſolutionem ad cautelam.*

13 *Semiplena probatio ſufficit dicenti poſt appellationem ſe excommunicatum. Contr. nu. 14. Concil. nu. 16. & 17.*

15 *Fama, & vnus teſtis non ſufficiunt ad probandum excõmunicationem.*

Principale, & preparatorium à pari procedunt. ibid.

18 *Plena probatio ſi requiritur, quando coram eodemmet iudice, qui excommunicauit petitur abſolutio ad cautelã, ita debet requiri quãdo petitur hæc abſolutio coram alio iudice?*

Quoniam in iã proximè explicata Cõcluſione, diximus, excõmunicationem probari per denunciationem, concurrẽtibus tamẽ reſtrictionibus, & qualitatibus, de quibus in ea, nunc offert ſe nobis alia ferè ſimilis diſcutiẽda concluſio, nunquid ſcilicet excommunicatio probetur per denunciationem ad effectum obtinendi abſolutionem ad cautelam.

In qua quæſtio affirmanter conſtituẽdo Concl. di-
1 cimus vtiq; † excõicationem probari per denũciatio-
nẽ ad effectũ obtinendi abſolutionẽ ad cautelam: ita
deciſum eſt à Dominis de Rota in iã ſæpè allegata
deciſ. 400. aliàs 8. ſi quis petit. tit. de ſent. excom. in nouis, & hoc idem eſt ſequutus Milis in repert. in verbo
excõicatus cum petit abſolutionem, & idem Mil. in
ſuo reper. in verbo excõicatio non probatur, quod ẽt
tenet Philip. Fran. in c. ſolet, in fi. prin. de ſent. excom.
dicens, quod licet aliàs in vim exceptionis oppoſitæ
ſit dubium, an excõicatio probetur p denunciationẽ
excõicationis, tamen quoad obtinendum abſolutionẽ ad cautelam ex denunciatione excõicationis, ſatis dr̃ probata excõmunicatio, & cum hac opinione
tranſit Fel. in c. apoſtolicę. col. 8. nu. 18. verſ. adde etiã
2 ꝙ petens abſolutionẽ, de excep. inquiens ibi † quod ad
effectũ conſequendi abſolutionem ad cautelam nedum probatur excommunicatio p inſtrumẽtum denunciationis, verum ẽt per confeſſionem propriã petentis hanc abſolutionem, & ibi ſequitur Conſentin.
in poſtremis verbis, quod ẽt voluit Milis in d. verbo.
excõicatus cum petit abſolutionem.

Concluſionẽ hanc limitabis, & intelliges procedere ſi petens abſolutionem probet vltra denũciationẽ
3 etiam appellationem, † & ipſam appellatio. c. præceſſiſſe ſnĩam excõicationis, aliàs non impenderetur ei
abſolutio. quia licet ꝓducatur inſtrm̃ denũciationis:
tñ potuit eſſe, ꝙ iſtud fuiſſet ante appellationem, vel
poſt, & cũ probatio ſit dubia non releuat, imo fit interpretatio contra ꝓducentem, c. in p̃ſentia. de prob.
ita dicit Rot. dec. 400. cir. fi. cum quo tranſit Fel. in d.
c. Apoſtol. col. pen. poſt nu. 20. verſ. & oportet, ꝙ primo de exceptio. qđ ẽt confirmat Mil. in reper. in ver-
4 bo excõicatus petens abſolutionem, dicens † excõicatum petentem abſolutionẽ ad cautelã debere duo
probare, ſe ex cã legitima appellaſſe, & poſt appellationẽ excõicatũ fuiſſe, hoc idẽ placuit Firma. in repert. in verb. excomm. abſoluitur in prin. idem etiam
vr̃ velle Rot. dec. 4. aliàs 811. ſciendum eſt, qđ ſi aliquis petat abſolutio. de ſenten. excom. in antiquis in-
5 quiens, ꝙ ſi quis petat abſolutio. ad cautelã † dẽt auditor videre, an ſnĩa excommunicat. lata ſit poſt appellationem, & ſic ſentit, quòd de hoc dẽat conſtare: allegat gl. in c. venerabilib. de ſent. excom. lib. 6. quę eſt
gl. pen. Idem vr̃ velle Rot. dec. 317. aliàs 29. vbi aliqs
dr̃, tit. de appel. in antiq. In quo loco dicit, & vult, qđ
6 dicenti ſe excõicatum poſt appellationẽ, † incumbit
onus probandi, ſequendo gl. in d. c. venerabilib. idem
dicit Fel. in c. per tuas. col. 3. poſt nu. 3. verſ. item vide
eos, de ſent. excom. vbi permouetur per Ioã. Andr. in
reg. cũ sũt iura. de reg. iur. in 6. & per gl. mag. in clem.
* 1. de reſcrip. & eſt * communis opinio, qđ dicenti ſententiã excõicationis latam poſt appellationẽ incum-
7 bat onus ꝓbandi. quia præſumitur pro iudice: † nõ. n.
eſt p̃ſumptio, qđ protuliſſet ſententiam poſt appellationẽ, vt dicit Rot. in præalleg. deciſ. 317. & ſequitur
Dec. in c. ſuper eo, il 2. nu. 5. verſ. pro declaratione, de
appel. cui ſententiæ accedunt Frãc. & Steph. Coſt. &
* *cõiter Doct. in d. c. venerabilib. §. vlt. de ſent. excõm.
in 6. quod nos etiã latè explicauimus in concluſ. com-
8 miſſio. † In dubio enim p̃ſumitur appellatũ poſt ſententiã excõicationis latã, vt cenſuit Bal. in l. amplioꝛem, §. vlt. nu. 2. verſ. audi ſimilem quæſt. C. de appel.

Amplia hanc, eandem limitationem, vt vſq; eo locum habeat, vt dicenti ſe excommunicatum poſt ap-
9 pellationem, ſiue hoc dicat agendo, † ſiue excipiendo; hoc incũbat onus: quia deducit tempus, quod eſt
ſuæ intentionis fundamentum, ita tradidit gl. pen. in
d. c. venerabilibus, de ſent. excommu. in 6. & ſequitur
Fel. poſt Ant. in c. tu. col. 3. de teſti. vbi refert prædictã
deciſ. 400. in nouis, & eam approbat.

Primò ſublimita, vt dicta limitatio non procedat,
quando probaretur, quod illatum eſſet aliquod gra-
10 uamen lite pendẽte, quo caſu poteſt præſumi, † quod
tẽpore illati grauaminis fuerit appellatum ante ſentẽtiam: quo quidem caſu non eſt neceſſe probare ipſam appellationem præijſſe ſententiam excommunicationis, vt excõicatio euitetur: ita limitat Dec. in
c. ſuper eo. il 2. col. 2. nu. 10. verſ. quartus, & vlt. de appel. Tu tñ lector videris, an iſtud ſit verũ: quia ſtãt iſta
ſimul, ꝙ probatum ſit illatũ grauamen, & tñ nõ fuerit appellatum ꝑꝑ negligentiam, vel aliam cauſam.

11 An autem in probando, † ꝙ appellatio præceſſerit
excõicationem requiratur plena, vel ſemiplena probatio, dic, ꝙ ſufficit ſemiplena, vt cenſuit decidendo Bellam. in deci. 306. ſi iudex, inquiens, ꝙ creditur
iuramento partis dicentis ſe poſt appellationem eſſe
12 excommunicatum ad hoc, † vt obtineat abſolutionẽ
ad cautelam, & iſtud ſequitur Fel. in d. c. Apoſtolicæ.
in fi. de excep. & huc pertinet, quod notant Do: Rot.
deciſ. 6. aliàs 327. ſi contra petentem. nu. 3. de except.
in nou. quo in loco determinatum eſt, qđ ſi cõtra petentem abſolutionem ad cautelam obijciatur de manifeſta offenſa, quod non paruit iuriſdictioni iudicis,
ſufficiat ꝓbare ſemiplenè iuriſdictionẽ; ſic ad caute-
13 lã dicẽdo poſt appellationẽ ſe excõicatum † dẽt ſufficere ꝓbatio ſemiplena, vt cõtrariorũ eadẽ ſit diſciplina, & iſta opinio mihi vr̃ humanior. nã licet reſtrin-

gatius

gat ius cōe,quod eſt,vt pro iudice præſumatur,ꝙ non protuliſſet ſententiam excōmunicationis poſt appellationē,vt dicit Rot.in præalleg.deciſ.317.& Dec. in præall.c.ſuper eo.col.2.de appell.tamen ſufficit ſemiplena probatio:vt per famam:vt ait Rot.in deci.235. aliàs 234.ſi Rector. de appell. in nouis.

14 Contrarium†videtur tenuiſſe idē Bellam.in deciſ. 91.ſi excommunicatus contra alios, quo in loco decidit non ſufficere ſemiplenam probationē,ſed plenā requiri,ad quam opinionē corroborandam illud ad-
15 duco,quod fama,& vnus teſtis† nō ſufficiunt ad probandam excommunicationem,ſecundum Feli.q di-
* cit eſſe*communem opinionem,licet ipſe teneat cōtrarium in c.prudentia.§.6.col.2.nu.17.verſ.vtrū autem,de offi.deleg. ergo nec ad probandum iſtud præparatorium;cum principale,& præparatorium à pari procedant,auctore Bal.in l.ordinarij.C.de rei vēd. & Dec.in rub.ext. de iud.nu.8.

Senſit hanc ſententiarum repugnantiā Feli. in d.c. Apoſtolicæ.col.8.nu.19.de excep.Vnde ita cōciliat,
16 †dicitq; quod Bellam. videtur eſſe ſibi cōtrarius, eo quòd in deciſ.386. loquitur, quando ipſe iudex,q excommunicauit,dixit,ſe nō credere,quòd excōicauerit poſt appellationem,quòd ſi verum ſit,ſe excōmunicaſſe ſe deſtiturum: nam tunc ſtatur iuramento dicentis ſe prius appellaſſe:ſed alia deci.91.loquitur,qñ coram alio iudice agitur de nullitate excommunicationis, & quis dicit ſe excōmunicatum poſt appellationem : nam debet hoc plenè probare.

17 Iſta reconciliatio, † ſiue potius diuerſitas terminorum nihil ad hoc pertinet,quia etiā Bella.in d.deciſ. 91.loquitur,qñ coram auditore, qui excommunicauit,cui fuit data facultas abſoluēdi, petitur abſolutio ad cautelam,vt ibidem videre eſt. Præterea ſi requirit plena probatio, quādo coram eodemmet iudice,qui
18 excommunicauit†petitur abſolutio ad cautelā, ſicut dicit Fel.ita etiam debet requiri iſta plena probatio, quando petitur hæc abſolutio coram alio iudice, & in hoc non video rationem diuerſitatis.

CONCLVSIO DCC.

ARGVMENTVM.

Excommunicatio vtrum probetur per abſolutionem ab eā.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non probatur quòd quis fuerit ex eo, quod petat abſolutionem à ſententia excommunicationis,niſi legitimè probetur excommunicatio.*

2 *Vbi aliquis obiectus dat contra partem,quod dicatur excōmunicatus ex quo petit ſe abſolui ab auditore, vel ab alio,ex hoc non dicitur probata excommunicatio.*

Obiectiua materia requirit probationem luce meridiana clariorem.

3 *Excipienti contra aliquem de excommunicatione non ſufficit probare quod petijt abſolutionem ab excommunicatione,quia per hoc non probatur excommunicatio.*

4 *Petens ſententiam ſuper delicto, non propter hoc fatetur delictum commiſiſſe.*

5 *Vbi excommunicatio opponitur alicui per aduerſarium non ſufficit probare illum fuiſſe denūciatum,quia probari debet plenè.*

6 *Abſolutio ab excommunicatione potuit peti ex bona conſcientia,non autem animo fatendi ſe eſſe in culpa,& excommunicatum.*

7 *Excipientis contra aliquem de excommunicatione,& probantis illum petiſſe abſolutionem,non releuat probatio.*

8 *Bonarum mentium eſt timere culpam,vbi nulla culpa eſt.*

9 *Probata petitione abſolutionis, non eſt probata excōmunicatio.*

10 *Abſolutio ab excommunicatione poteſt dupliciter intelligi, vt quod petatur tanquam quis ſit vere excommunicatus,& quod petatur ad cautelam.*

11 *Excommunicatio probatur per petitionem abſolutionis.*

12 *Excommunicatio probatur per petitionem abſolutionis, qñ agitur de magno praiudicio, ſecus ſi de modico. ibi.*

13 *Præſumptio ſiue probatio præſumptiua ſufficit in his,quę ſunt modici praiudicij.*

Excipit has nuperà nobis enodatas Cōcluſiones nō diſſimilis alia Cōcl. Vtrū ſcilicet excōicatio probetur per abſolutionem ab ea. Vnde negantē tradendo Concl.dicimus, quòd ex eo quòd quis petit abſolutionem à ſentētia excōicatio-
1 nis†non probatur ex hoc, quòd fuerit excommunicatus,niſi legitimè probetur excōicatio: ſic nūcupatim deciſum reliquere Domini de Rot.in deciſ. 146.aliàs 11.nota,ꝙ contra tit.de ſenten.excom.in antiq.moti auctoritate Inn.in c.dilectus,de ord.cogn.ijdem probauere D. Rot. in deciſ. 5. aliàs 330. Nota quòd vbi aliquis obiectus dat,de except.in antiquis decidētes, quòd vbi aliquis obiectus dat contra partem,ꝙ dicat excōicatus, ex quo petit ſe abſolui ab auditore ; vel
2 ab alio†ex hoc nō dici probatam excommunicationē:quia iſta eſt obiectiua materia,quæ requirit probationē luce meridiana clariorē.l.ſciant. C. de prob. & hoc,quòd obiectus requirat exactā probationem dicit Bilignet.tit.de prob.deci.2. & iſtud etiā admonuit Arch.in d.c.pia.§.1.de excep.lib.6. & placuit Philip. Fran.in c.pia.§.ſi quis igitur,in vlt.col.de except.in 6.
3 dicens quòd†non ſufficit excipienti contra aliquē de excōicatione,probare,ꝙ petijt abſolutionē ab excōicatione:quia p hoc nō probatur excōicatio,ſecundū Card.in repet.c.perpendimus,in vlt.colu.de ſent. excom.in 6.adducens text.in c. exhibita.de homic. vbi
4 probatr,quod petens ſniam ſuper delicto†non pp hoc fatetur delictū commiſiſſe, & iſtud idem dicit Phil. Fran.in c.licet.col.pen.ver.2.aduerte,de ſent excom. in 6.quia licet probetur,quòd peteret quis abſolutionem à ſnia excōicationis,nō per hoc probatur,quòd ille ſit excōmunicatus,quod & prodidit apertè Spec. in tit.de prob.in §.ſi.ver.ſed nunquid, idē voluit gl.in c.ſacram.in verb.compellatur,in fi.de ſent.excom.& ſcripſere Io.And.Ant.de Butr.& Abb.in c.exhibita. de homic.& iſtud ēt diremit Rot.deciſ.400.aliàs 8. ſi qs petit abſolui,de ſent.excom.in nouis,dicens,ꝙ vbi
5 excōicatio opponitur alicui per aduerſariū† nō ſufficit probare illum fuiſſe denunciatū,quia probari dēt plenè, vt ſupra dictum eſt in ſuperiori Concluſione.

Et cū hac Concl.ſcilicet ꝓbata abſolutione excōicationis non ꝓbari excōicationē,trāſit Fel. in c.apoſtolicæ.col.pen.poſt.n.20.ver.& ſubditur,vbi allegat
* Card.in d.c.ꝑpendimus,in vlt.col.Et iſta eſt* cōis opinio,qa per petitionē abſolutionis nō probatur excō-
6 municatio:†potuit.n.peti ex bona conſciētia, nō aūt aīo fatendi ſe eſſe in culpa,& excōicatum,& ita tenet Philip.Fran.in c.teſtimoniū.col.5.verſ.quarta concl. de teſt.dicens,ꝙ ita tenet ibi Imol.Vinc.& alij,& voluit Rom.in l.1.in prin.col.2.poſt nu.3.ver.circa primum,& ibi Alex.col.2.poſt nu.7.ff.de nou.ope. nūc. & tradit Blan. in trac.de indic.in verbo.fuga, poſt nu.
7 305.ver.petitio veniæ,etenim†ſi quis excipiat contra aliquem de excōicatione,& probet illū petiiſſe abſolutionem,nihil releuat hmōi probatio, cum debeat manifeſtiſſimè probari, arg.c.2.de excep. Et probato maximè,ꝙ petit abſolutionem, non ex hoc probatur excōicatio,nam fieri poteſt,quòd petita fuerit abſolutio ad abundantiorē cautelam : nam bonarum men-
8 tium eſt†timere culpā,vbi nulla culpa eſt.c.conſiliū. extr.de obſeru.ieiun.& ſequitur Iaſ.in d.l.1. col. 31 de oper.nou.nūc.& ibi Bar.in fine notat p illū tēx.petētē abſolutionē à ſnia excōicationis, non p hoc fateri ſe excōicatū eſſe, & id placuit Firma. in repert. verbo
9 excōicatio.col.pen.tenens † ꝓbata petitione abſolu-

 tionis

tionis nō eſſe probatā excōicationem, hoc idem cō-
probauit Dec. in c. in præſentia. in 13. notab. de prob.
vbi inſuper illud addit, eo quòd abſolutio poſſit du-
pliciter intelligi. Primò quòd petatur tanquā quis ſit
10 verè excōicatus, ſecūdo† quòd petatur ad cautelam:
ideo per petitionem abſolutionis non probatur con-
cludēter excōicatio: cū iſta probatio ſit dubia, p text.
in d. c. in præſētia. & hoc etiam animaduertit Dec. in
cōſ. 321. in cauſa, quæ Alexandriæ agitatur. col. 4. nu.
7. & in c. prudentiam. §. 6. nu. 36. 40. & ſeq. de offic. de-
leg. & notat Hipp. de Marſ. in rub. C. de prob. colu. 33.
iſtam opinionem confirmauit, & Iaſ. in l. decem. nu.
51. ver. vlt. pro iſta parte. de verb. obl. poſt Cyn. in l. cū
tale. §. vlt. ff. de cond. & demonſt. ſequendo Inn. in c.
dilectus, de ord. cogn. & Abb. in c. venerabilem. colu.
pen. de elec. quem etiam ſequitur Hormanoct. Decius
in repet. l. hoc edicto. nu. 8. verſ. 1. quod licet, & nu. 11.
verſ. ſed vltra allegata. ff. de nou. oper. nunc.

Ex quibus omnibus clariſſimè patere arbitror hanc
eſſe communem opinionem ex latè deductis a Feli.
in c. teſtimonium. nu. 25. de teſtib.

11 Contrariū ſcilicet, † quòd per petitionem abſolutionis
probet̄ excōicatio, tenent gl. in c. venerabilē. de elec.
Bar. in l. decem. de verb. obl. & hāc opinionē ſequitur
Milis in reper. in verb. excōicatio an probetur, dicens
excōicationem probari p petitionem abſolutionis, ſe-
quendo gl. in d. c. venerabilem, & Bar. in d. l. decē. ſed
Abb. in d. c. venerabilem, reſpōdit gl. & Bar. in d. l. de-
cem. ſequendo cōem opinionē, quam ſequitur Iaſ. in
d. l. decem. col. 14. cōtra Bart. ibi tñdendo multiplici-
ter ad tex. in d. c. venerabilem, qui facit in cōtrarium.

Conciliabis hos inter ſe diſſentientes ſcribentes, vt
12 prior opinio procedat † quādo agitur de magno præ-
iudicio, ſecus ſi de modico, quia tunc per denūciatio-
nem probatur excommunicatio non concludenter,
ſed præſumptiuæ, quæ præſumptio, ſiue probatio præ-
13 ſumptiua ſufficit in his† quæ ſunt modici præiudicij,
vt declarat Dec. poſt Abb. in c. prudētiam. §. 6. nu. 36.
& ſeq. de offi. deleg. allegat Rot. deciſ. 8. de except. in
noui. & Rom. in conſ. 349. dum quæritur. per text. in c.
licet. de ſent. excom. lib. 6.

Si vero cognoſcere volueris quo pacto abſolutio
ab excommunicatione probetur, velim adeas Con-
cluſionem noſtram abſolutio.

CONCLVSIO. DCCI.

ARGVMENTVM.

**Excommunicatio, an poſſit probari per fa-
mam cum vno teſte interueniente.**

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio non poteſt per famam probari etiam cū
vno teſte interueniente.*

2 *Excommunicatio per famā nec ſemiplenè probatur, quan-
do agitur, vt quis repellatur a iudicio. Contr. nu. 3.*

4 *Excommunicatio probatur etiam per famam ſolam, quo
ad hoc, vt quis euitetur tanquam excommunicatus, &
ſe abſtineat ab his, quæ ſunt prohibita excommunicatis,
vt a communione fidelium, & ſacramentorum.*

5 *Excommunicatus vitandus eſt propter ſolam famam, do-
nec ſeipſum compurgauerit.*

6 *Sciens ſe eſſe excommunicatum per famam, non poteſt alle-
gare probabilem ignorantiam.*

7 *Vt excommunicatus euitari quis debet, dūmodo probetur
nedum, quod fama erat, ſed quod, & ipſe eam ſciebat.*

8 *Excommunicatus probatus per famā euitari, & repelli nō
poteſt a iudicio, ſed tantū a conſuetudine, & allocutione.*

9 *Probatio excōicationis per ſolā famā ſufficit quoad agentē
repellendū, donec ſe de excommunicatione purgauerit.*

10 *Probatio per ſolam famam non ſufficit, quantū ad hoc,
vt repellatur ad agendum tanquam excommunicatus.*

Excommunicatio non pōt per famā pbari
1 ēt cum vno teſte interueniēte: ita ait Marſ. in l. de mi-
nore. nu. 130. ff. de quæſt. vbi teſtatur ad hoc Arch. in
c. ſi teſtes. §. item ſcrip. 9. q. 3. vbi Arch. allegat text. in
c. ſciant cūcti. 3. q. 8. ſic etiā tradidit Fel. in c. veniens,
il 1. nu. 12. extr. de teſti. vbi ait, hæc ſemiplenè probari
2 per famam, quando agitur, † vt quis repellatur à iudi-
cio, idē aſſerit Petr. Ducn. in reg. 300. in 4. ampliatio-
ne, quod placuit, & Io. Crot. in tract. de teſt. part. 4. nu.
58. qui teſtem laudat Spec. in tit. de noto. crimin. §. fa-
ma. ver. quod ſi agenti. tradit Rom. in ſing. 291. incip.
item quæro, vbi dicit ipſum inueniſſe locum illum
Spec. cum baculeto, & quod eſt ſingulare, & nō alibi
dictum, atque iuxta hanc opinionem pronunciaſſe
Romæ, cuius ſententia fuit exindè confirmata, vt ip-
ſe aſſerit. hoc idem voluit Aret. in c. veniens, in vlt.
col. de teſt. pro quo facit text. in c. pia. de except. lib. 6.
verſ. apertiſſimis documentis.

3 Contrariū† voluit idē Aret. in d. c. veniens, & Dec.
in c. ad hæc. nu. 50. de poſtulat. prælat.

Primo limitabis no procedere Concl. niſi ad hoc,
vt quis euitetur tanquam excōicatus, & ſe abſtineat
4 ab his, quæ ſunt prohibita excommunicatis, † vt à cō-
munione fideliū, & ſacramentorum: quia tunc non
ſolū per famam, & vnum teſtem, ſed ēt per famā ſo-
lam quoad hoc probatur. c. cum deſideres. §. ſecūdæ,
de ſent. excom. & ibi Abb. nu. 6. quo in loco ſummus
Pontifex ſimpliciter ſtatuit excōicatum vitandū eſſe
5 propter ſolam famam † donec ſeipſum compurgaue-
rit, idē cōſtat in c. illud. de cler. excom. miniſt. etenim
in eo reſponſo conſulitur excommunicato, quòd p-
pter ſolam famā publicam excommunicationis ab-
ſtineat à diuerſis, quòd & obſeruauit ibi Abb. nu. 4. & idē
ſcripſit Fel. in c. prudentiam. §. 6. de offi. deleg. nu. 17.
& ibi Bald. num. 2. & Spec. tit. de notor. crimin. §. fa-
ma eſt. verſic. quæ ſi agenti. nu. 9. ad quod etiā conſu-
las Fel. in c. cum contingat. de reſcript. nu. 2. & in c. 1.
de poſtul. prælator. in gl. in verb. publicè; & idē Abb.
in c. Apoſtolicæ, de cleric. excommu. in fi. vbi vult, quòd
6 ſciens ſe excommunicatum per famam † non poſſit
allegare probabilem ignorantiā: & iſtud latè auctori-
tatib. iurib. atq; rationibus comprobat Didac. Couar.
in Comment. ad conſtit. alma mater. §. 2. nu. 4. verſ. il-
lud vero non eſt prætermittendum, de ſent. excomm.
lib. 6. Idem dicendum in probando interdicto, vt per
gl. in d. c. 1. de poſtulat. prælator. & ratio eſt, quia agit̄
de modico præiudicio. Et iſtud eſt notatu dignū pro
Epiſcopis, qui excommunicantur in Curia, & non ha-
bent notitiam excommunicationis, niſi per famam
tantum, vt per Crot. in d. tract. de teſti. par. 4. nu. 154.

7 Primo ſublimita, & intellige † dummodo probet̄
nedū, quòd fama erat, ſed quòd & ipſe eam ſciebat:
quia tunc euitari debet, vt excōmunicatus, ita cenſuit
Fel. in c. cum contingat. col. 2. in fi. nu. 2. de reſcript.

Secundo ſublimita, vt euitari, & repelli non poſſit
8 à iudicio, † ſed tantùm euitetur à conſuetudine, & al-
locutione, vt tutior via eligatur, ne quis incidat in ir-
regularitatem, & ita loquitur d. c. illud, & d. c. cū deſi-
deres, non aūt dr̄ quòd repellat̄ à iudicio in foro cō-
tētioſo, ſicut refert Dec. in d. c. prudentiā §. 6. n. 11. de
offic. deleg. vbi atteſtat̄ hanc eſſe cōem opinionem.

Contrarium ſenſit Roma. in conſ. 349. dum quæri-
9 tur. nu. 4. vbi ait† pbationē excōicationis p ſolā famā
ſufficere quoad agentem repellendum, donec ſe de
excōicatione obiecta purgauerit, teſtem adducit Io.
And. referentē Abb. in c. prudentiā. n. 3. de off. deleg.

Tertiò ſublimita procedere, quando non agitur de
præiudicio alterius, vel in foro animæ ſed nō quātū
ad hoc, vt quis repellatur ad agendum tanquā excō-
10 municatus, † quia hoc caſu non ſufficit pbatio excō-
municationis per ſolā famam: ita ſenſit Pet. Duen. in
reg. 299. limit. 15. ſic traditum eſt ab Ant. de But. in c.
veniens.

Digitized by Google

veniens.1.nu.10.de teſtibus,allegat Speculat. in titu.
de notor.crim.§.fama.item Anto.de Butr.& Abb.in
c.prudentiam,in §.6.de offic.delegat. & ibi Dec.nu.
36.& Dec.in c.ad hæc.nu.48.de poſtulat.prælat. qui-
bus accedit Iac.Butrig. in l. 3. §. eiuſdem.nu.19.ff.de
teſti.pro qua ſublimiratione eſt tex.in d.c.pia, verbo
apertiſſimis documentis,de except.in 6.

CONCLVSIO DCCII.

ARGVMENTVM.

Excommunicatio,an probari poſſit per vnũ teſtem cum iuramento partis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio probatur per vnum teſtem cum iuramento partis.*
2 *Excommunicatio vno teſte non probatur,quando agitur de crimine criminaliter.*
3 *Abſolutio ab excommunicatione probari poteſt per vnum teſtem cum iuramento partis.*
4 *Excommunicationem non probant teſtes ſingulares.*
5 *Non ſatis eſt dicere,quem eſſe excommunicatum, tempore teſtimonij,ſed addi debet,quod illo tempore pro excommunicato putabatur.*

Excommunicatio probari po-
teſt per vnũ
1 teſtem cum iuramento partis,† vt auctor eſt Imol. in
c.veniens.& ibid.Anton.de teſtib.quos refert, & ſe-
quitur Fel.in c.prudentiam §.6.nu.17.de offi.deleg.

Contrarium voluit Specul.in tit.de noto. crimi.§.
fama eſt, verſ.quòd ſi agenti. cui accedit Domi. poſt
Io.And.in d.c.pia,§.2.de excep.in 6. eidem ſententiæ
adhæret Anton.de Butr.in d.c.veniens,2.de teſtibus,
atque Roma.ſing.199.quæro an obiecta,& ſing.200.
item quæro, an vnus teſtis.

Dicit tamen Imol. veriorem eſſe priorem opinio-
nem,quia Doctores contrarium tenentes loquuntur,
2 quando agitur de crimine criminaliter, quod verum
eſt quia tunc vno teſte non probaretur: prout refert,
& ſequitur Fely.in d.§ 6.nu.17.verſ. contrarium, ſe-
cus autem vbi agitur ciuiliter,vt ibi per eum,& ita aſ-
ſerit tenere Aretin.

3 Amplia idem eſſe † in probanda abſolutione ab
excommunicatione,auctore Calder.in c. 1. tit. de te-
ſtib.& Fel.in c.veniens.col.fi. de accuſa. per Hippol.
in l. 1. §. idem Cornel.nu.8.ff.de quæſt.

4 Quo in loco animaduertendum eſt, † teſtes ſingu-
lares non probare excommunicationem, vt ſi dicat
vnus, ꝙ Titius percuſſerit clericum in manu, alij tres
in capite,vt inqt Bal.in l.teſtiũ.col.5.n.15.C. de teſti.

Præterea non eſt ſatis dicere quem eſſe excommu-
5 nicatum tempore teſtimonij, † ſed addi debet, quòd
illo tempore pro excommunicato putabatur. Cur.in
tract.de nobilit.par.6.num.10.

CONCLVSIO DCCIII.

ARGVMENTVM.

Excommunicatio, an probetur per literas ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio probatur per literas ordinarij, niſi contrarium probetur.*
2 *Excommunicatio probatur ex literis officialium.*
3 *Excommunicatio ab Epiſcopo facta nõ præſumitur ignorari ab illis,qui ibi ſunt, vbi eſt facta,ſecus de illis, qui abſuerunt, & ſunt remoti.*

Excommunicatio etiã proba-
tur per lite-
1 ras ordinarii,† niſi contrarium probetur, vt colligere
eſt ex c.poſt ceſſionem, & ibi per Doctor. de probat.
per c.curiæ.11.q.3.& aſſeuerauit Fely.in d.c. poſt ceſ-
ſionem, nu.12.verſ.fallit quinto.

Quòd amplia ex mente Bal. in l. pacta nouiſſima.
2 C. de pact. † quod idem ſit in literis aliorum officia-
lium,prout eum refert Fely.vbi ſup.d.nu.12.ſed hanc
materiam plenius examinabimus infra in cõcluſio-
ne literæ ordinarij.

In hac verò excommunicationis materia illud pro
coronide addendum eſt, excommunicationẽ ab Epi
3 ſcopo factam,† non præſumi ignorari ab illis, qui ibi
ſunt,vbi eſt facta,ſecus de illis,qui abſuerunt, & ſunt
remoti, & ideò de tali excommunicatione ſignifica-
re debet,teſte Archid.& glo.in c.ſi quis.num.primo,
decima,quæſt.3.

CONCLVSIO DCCIV.

ARGVMENTVM.

Excommunicatus, qui fuit,an præſumatur etiam hodie excommunicatus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus,qui fuit præſumitur etiam hodie excõmunicatus,donec probetur abſolutio.*
2 *Vbi probatur, quod quis ſit excõicatus tpe aſſumptionis, præſumitur excõmunicatus donec probetur abſolutio.*
3 *Probatio dubia licet aliàs non admittatur, tamen fallit, quando adiuuatur præſumptione iuris.*
4 *Vbi probatur aliquem tenuiſſe,& poſſediſſe biennium,præſumitur vſque ad mortem illius continuaſſe poſſeſſionẽ, niſi probetur contrarium.*
5 *Excommunicatio curſu temporis nõ mutatur,& ideo præſumitur de præterito in præſenti.*
Qui olim dominus fuit,& hodie præſumitur,ibi.
6 *Ad probandum excommunicationem de præſenti ſufficit probare excommunicationem de præterito.*
7 *Excommunicatus quis non præſumitur ſi excommunicatio fuerit conditionalis. Intellige,vt nu.8.*
9 *Quando quis exiſtimatur communiter pro abſoluto, tunc quantum ad alios ſecum contrahentes non habetur pro excommunicato.*
10 *Excommunicatus olim,hodie nõ præſumitur talis, quãdo alleget abſolutionem,& dicat ſe perdidiſſe inſtrumentũ, & lapſum eſt longum tempus: & eſt bonæ conditionis.*
11 *Qui excipiẽdo dicit electionem nullam, quia electores ante fuerant excõicati,eius exceptio non releuat,& quare.*

1 Excommunicatus qui fuit,†pſ-
ſumit̃ etiã
hodie excõicatus:ita habemus à Sum. Pontif in c. ſi-
cut nobis,vbi Abb.de ſentent.excommun. & in cap.
propoſuit,& ibi gl.de cler.excommun. & hoc donec
probetur abſolutio,ſecundum Innocẽ.in d c. propo-
ſuit,vt etiam decidit Rot.in deciſ.238.aliàs 11.tit. de
prob in antiq.quod etiam aſſeuerauit Dec. in c.poſt
ceſſionem.col.9.nu.54. per illum tex. ſecundum vnũ
2 intellectum,de prob.dicens† ꝙ vbi probatur, qđ quis
ſit excommunicatus tẽpore aſſumptionis, præſumit̃
excommunicatus donec probetur abſolutio: ideoq;
poteſt opponi exceptio hoc idem animaduertit Alc.
tract.de præſump.reg.2.præſ.6.nu.1.vbi hanc materiã
examinat.idẽ facit Didac.Couar.in commẽt.in c.al-
ma mater,par.1.§.2.num.6. hoc quoq; quod tradidit
Dec.in c.in præſentia,col.9.in 2.limit.nu. 39. de pro-
bar. vbi dicit, ꝙ licet aliàs probatio dubia nõ admit-
tatur,fallit,qñ illa probatio dubia, & non concludẽs
3 † adiuuat̃ præſumptione iuris,prout in caſu cõcluſio-
nis noſtræ. Et licet ex hoc erat excõmunicatus,veluti

ante electionem.id ergo.nũc eſt excõicatus, neceſſariò non conſequatur, tñ quia in iſta probatione concurrit iuris præſumptio,de qua in Concluſ.releuat tã probationem propter iuris præſumptionem: ita inquit Dec.in l.non hoc.col 1.n.3.C.vnde legit. & ad Cõcl. noſtræ comprobationẽ adduco illud, quod in ſimili vult Rot.in deci.4. alias 124.ſi probetur,de probat.in
4 nouis,quo in loco cautum eſt† quòd vbi probatur aliquẽ tenuiſſe,& poſſediſſe biennium, præſumitur vſq; ad mortem illius continuaſſe poſſeſſionem, niſi probetur contrarium: quia non præſumitur mutatio voluntatis. Et huic rei fauent Lucas de Penn.in l.quemadmodum.C.de agr.& cẽſ.lib.11.verſ. 195.& Aneh. conſ.64 incip.Motiua iudicis,vbi addit hanc Cõcluſionis rõnem, quia excõicatio curſu tẽporis non mu-
5 tatur,†& ideo præſumitur de præterito in pręſenti:nã ſimiliter qui olim dominus ſuit,& hodie præſumitur l.ſiue poſſidetis.C.de prob.& idẽ ait Fel.in c.ſcribebã, poſt.n.3.de pręſumpt.vbi multa ſimilia ad hoc accumulauit. Idem videtur deciſum in deciſ.Delph.860.
6 nu.2.vbi dicitur† quòd ad probandum excommunicationem de pręſẽti ſufficit probare excõicationẽ de præterito: quod etiam comprobauit Euerard. in ſuis locis legalibus,loco de tempo.ad tempus,vbi latè,ad quod reſponſum eſt à Rom.conſ.357.nu.2.& 3.

Primò limita id procedere in excõicato ſimplici-
7 ter,ſecus ſi excommunicatio fuerit conditionalis† vt excommunico te,niſi decem Sẽpronio intra menſem dederis:nam ex quo potuit illa decẽ dediſſe,nõ pręſumitur excõicatus,ita aſſeruit Abb.in d.c.ſicut nobis, idẽ voluit Fran.Mat.in dec.Delph.d.deciſ.860.nu.2.

Sublimita, & intellige hãc limitationẽ procedere
8 †quoad tertium agentẽ, ſecus quoad ipſum Semproniũ: quia quoad ipſum agẽtem præſumitur ẽt excõicatus:ita cenſuit Inn.in c.ſuper his.de accuſ.quem ad hoc allegat Alc.in d.trac.de præſump.reg.12.præſ.6.

Secundò limita non habere locum, quando talis
9 exiſtimaretur communiter pro abſoluto: † nam tunc quantum ad alios ſecum cõtrahentes non haberetur pro excommunicato:ita obſeruauit Abb.in d.c.ſicut, & meminit Alc.in d.præſumpt.6.nu 2.

Tertiò limitabis,qñ allegaret abſolutionem, & diceret ſe perdidiſſe inſtrumentum,& lapſum eſſet lon-
10 gum tempus,†& talis eſſet bonę conditionis,qa tunc non præſumeretur talis excõmunicatus: vt auctor eſt Alc.d præſump.6.in 3.limit.arg.d.c.illud,& text.in l. ſicut.C.de ſid inſt.in l.teſtium.C.de teſt.& c.1.quę ſit inueſt.in vſib.feudor.vbi Bald.

Quartò limitatur Concluſio in ea facti ſpecie ſingulari,quam refert Cyn.in l.edita,in 3.col.C.de edẽ.
11 vbi dicit† quod ſi aliquis excipiendo dicat electionẽ nullam quia electores ante fuerant excommunicati, talis exceptio nõ releuet. quoniam non fiet interpretatio,quod eõ tempore,quo elegerunt,eſſent excommunicati,& idẽ refert,& ſequitur Alc.in d.præſump. 6.ſub finem,& præſump.12.nu.3.eadem reg.2. vbi latè de hac materia.

CONCLVSIO DCCV.

ARGVMENTVM.

Excommunicatus, an repellatur à teſtificando.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus a teſtificando repellitur.*
2 *Maior excommunicatio non ſolũ a perceptione ſacramentorum, ſed etiam a communione fidelium ſeparat.*
3 *Excommunicatus repellitur à teſtificando etiamſi dicat ſententiam nullam excommunicationis.*
4 *Excommunicatus etiam contra pariter excommunicatum a teſtificando repellitur.*
5 *Excommunicatus etiam minori excommunicatione teſtis eſſe non poteſt.*
6 *Excommunicatus etiam quia non eſt confeſſus à teſtificãdo repellatur.*
7 *Iura repellunt excommunicatum à teſtificando,quãdo in præſenti eſt excommunicatus.*
8 *Qui ſemel excommunicatus eſt,ſemper præſumitur excõmunicatus.*
9 *Excommunicatus excommunicatione minori poteſt eſſe teſtis, & in iudicio ſtare.*
10 *Excommunicatio minor non repellit, niſi à receptione ſacramentorum.*
Excommunicatus minori excommunicatione dicitur eſſe in peccato mortali,ibi.
11 *Peccatum mortale non ſemper repellit teſtem.*
12 *Excommunicatus poteſt eſſe teſtis inſtrumentarius.*
13 *Excommunicatus poteſt etiam contrahere.*
14 *Excommunicatus etiam maiori excõmunicatione in cauſa hæreſis admittitur teſtis.*
15 *Excommunicatus poteſt eſſe teſtis in caſibus,in quibus admittitur infamis.*
16 *Excommunicati teſtimonium ratũ eſt,ſi excommunicatus is ſit ſub conditione,& illa pendẽte tulerit teſtimonium.*
17 *Excommunicati teſtimonium, vt valeat cautela eſt,vt excommunicatus abſoluatur ad illud tempus donec dixerit teſtimonium, & poſtquam teſtificatus fuerit denuò cadat in excommunicationem.*
18 *Excommunicatus a teſtificando repellitur, dummodo ſit publicè excommunicatus, ſecus ſi occultè.*
19 *Teſtis infamis ita demum repellitur, ſi ſit infamis, & pro tali habeatur.*
20 *Excommunicatus etiam occultus prohibetur teſtificari.*
21 *In his,quæ iure priuato aguntur,non eſt differentia inter occultum,& non occultum.& nu.22.& prohibere teſtimonium non ſit ratione publici officij. nu.21.*
23 *Excommunicatio occulta.ſi eſt iudici probata teſtẽ repellit.*
24 *Abſolutus ad excommunicatione an teſtis eſſe poſſit, vide remiſſiuè.*

1 EXCOMMVNICATVS †repellitur à teſtificãdo:ita ſancitum eſt in c.decernimus.de ſent.excõ. in 6.& in c.veniens.il 2.in fi.de teſt.& in c.licet.de ſent. excom.in 6.vt etiam tradidit Carrer.in trac.de hęret. nu.141.q & placuit D.Io.Mõticel.in ſuo trac. repert. de teſt.in verb.excõicatus:vbi multa cõgerit. hoc idẽ obſeruanere Nell.à S.Geminiano de teſt. nu. 20. atq; Iac.Egid.ibi.nu.9.& Steph. Aufr.ibi.nu.41. Alber. de Malet.nu.13.& 34.Lanfr. ab Orian.ibid.nu.36.Iodo. Domhaud.ibid.nu.16.Io.Cror.ibid.nu.302.quod latè proſequitur Scipio Iannarius in reg. excommunicatus,vbi eã limitat quatuor modis,nec id latuit Iod. Royas in ſuis ſingularib.hæreticalib. ſing. 58.in prin.

Et velim intelligas Cõcluſionem in excommunicato maiori excommunicatione, quod [illegible] cõfir-
2 matur apertiſſima ratione:†quia maior excommunicatio non ſolum à perceptione [illegible], ſed etiam à communione fidelium ſeparat [illegible] t.q. 3.& c.ſi quem,de ſent.excom.in 6. vt inquit ibidem Io.Royas vbi ſupra.d.ſing.58.
3 Primò amplia,ẽt ſi dicat [illegible] nullã excõicationis,vt eſt tex.in c.veniẽs,il.2.[illegible] de teſt.ſic placuit Scip. Ian.in reg.excõicatus, in 1.ampl. ita ẽt traditum eſt à Fel.in c.intellleximus.col.1.de iud.& idem in d.c. veniẽs.col.1.n.4.ver.in tex.ibi volumus,& ibi ẽt Are. ab ſoluitur tñ talis ad cautelã: vt ex d.c.veniẽs. de teſtib.

Secundò velim ampliẽs Concl.locũ habere etiam
4 contra pariter excommunicatũ,†nam & ibi repellit, vt teſtatur gl.in l.3.§.lege Iulia.in verb.palã. ff. de teſtib.hoc idẽ obſeruauit Spec.tit.de teſt.§.1.nu.32.ver. ſed nũquid excommunicatus. quod etiã animaduerſum eſt Abb.Lap.Io.And.& Domin.in d.c. decernimus.col.2.de sẽt.excõ.Card.in c. perpendimus.in rep.

col.

Digitized by Google

col.antepen.in fi.de ſent.excom.Imol.in d. c. ex literis.col.3.& ibi Card.in 3.oppoſit.de trãſact. idē tradidit Campeg.in tract. de teſtib.reg. 26.in 3.fallen.

5 Tertiò amplia Concluſionem† etiam in excõmunicato minori excommunicatione: nam teſtis eſſe non poteſt,ſecundum Inn.in c.illa quotidiana: quem ibi refert,& ſequitur Bald.nu.3.de elect.quam tamen doctrinam Bal.non credo veram.vnde videas ea,quę à nobis traduntur infrà tertia limitatione.

6 Quartò amplia† etiamſi ſit excõicatus, quia nõ eſt confeſſus. iuxta diſpoſitionem c. omnis vtriuſque de pœnit.vt declarat Fel.in c.teſtimoniũ. col. 1. de teſt. per Pariſ.in conſ.58.nu.83.verſ.repellitur etiã. vol.4.

Quintò ampliabis ſecundum Inn.in c.teſtimoniũ. de teſti.nu 5.& 7.argumento eorum,quæ dicuntur in c.1.& 2.4.quæſ.1.ſed ibi in d.c.teſtimonium. num. 12. contrarium ſenſit Bald.& expreſsè contrarium tenet
7 Fel.ibid.nu.25.ibi† iura repellunt excommunicatum à teſtificando,quando in pręſenti eſt excommunicatus.d.c.decernimus. de ſent. excommunic.

Sextò amplianda eſt Concl.vt ſufficiat, quē ſemel fuiſſe excõmunicatũ,nec conſtare de eius abſolutione,ꝑ concluſionem præcedētem, quia qui ſemel ex-
8 communicatus eſt,† ſemper præſumitur excõicatus ꝑ auctoritates ibi à nobis allegatas: vt etiam comprobauit Dec.in c.poſt ceſſionem.nu. 18. & c.in præſētia col.3.de prob.& in l.non hoc.nu.8. C. vnde legitimi.

Primò limitanda eſt Concluſio locũ ſibi non vendicare in excommunicato excommunicatione mi-
9 nori† ille etenim vtiq; poterit eſſe teſtis, & in iudicio ſtare: cum ille non ſit à communione fideliũ ſeparatus teſte gl. in c. ſi celebrat in verbo iuriſdictionis.de cler.excom.ſic ſenſit Io.Royas in d.ſing. 58. cum ibi allegatis,ita etiam ſenſit Scip.Ianuar.in d.reg.excõi-
10 catus.in 4.fall.nam illa nõ repellit† niſi à receptione ſacramētorum.ex d.c.ſi celebrat.de cle.excom. etiāſi excommunicatus minori excommunicatione dicatur eſſe in peccato mortali: vt probat tex.in c.ſacris.extr.
11 quod met. cau.† nam peccatum mortale ſemper repellit teſtem iuxta ſententiam Abb.in c. inquiſitionis. §.3.de accuſ.ad quod etiam conſulas mag.gl.in c.decernimus de ſentent.excommunic. in 6.

Secundò limitabis in teſtę inſtrumentario, etenim
12 excommunicatus† põt eſſe teſtis inſtrumentarius, et in teſtamento,auctore Innoc.in c.pia. nu. 4. de exceptio. prout refert Io.Royas in d.ſuo ſing.58. cir. med. ver.verum eſt,& idem Innoc.in c.nihil.in fi. de elect. cui accedit Card.in c.perpendimus.de ſentē. excom. & probauit Bal.in l.1.nu. 17.C de hær.inſtit. ſic quoque confirmauit Io.And.in c.decernimus.num.2.de
13 ſent.excommu.lib. 6. Vbi ampliat,† vt etiam poſſit contrahere,teſte Abb.in c.ad probandum.nu.8.de re iud.& Fel.in d.c.veniens.nu.29.atque Dec.in d.c. in-
* telleximus.nu.5.& hæc videtur* communis opinio, prout aſſerit Io.Royas. vbi ſup. vt ait hanc limitationem procedere non obſtante, quòd hic militet ratio dictæ concluſionis & hoc ea fortaſſe ratione, ne tot inſtrumenta,vel contractus fiant irriti,vt ibi per eũ.

14 Tertio loco limita in cauſa hæreſis† nam in ea excommunicatus etiam minori excõmunicatione admittitur teſtis.ex c.in fidei fauorem.c.præſidentes. de hęret.in 6.vt voluit Guidet.de Villa tract.de hæretic. q.13.nu.20.quod idem à multis comprobatum deprehendi: vt à Fr.Squill.de fid.Cathol.c.34.in prin.Iaco. Sept.in inſtit.Catho.c.62.nu.5.Abb.in c.per tuas.nu. 4.de ſimon.Fely.in c.teſtimonium.nu.22.de teſtibus. Io.de Royas in ſuis ſing.de hæres. ſing.58. ſub fi.Ioã. Andr.& Domini in d.c.decernimus. de ſent. excom. in 6.& ibi Anch.col.1. & Philip.Franc.col.2.cui,& illa ratio fauet, quia iſto caſu etiam hæreticis creditur, vt eſt contex.in d. c. in fidei, & etiam Iudæis,vt not. Fel.in d.c.Iudæi.col.2.de teſtib.

15 Quartò limitabis† in caſibus,in quibus admittitur infamis: nam in eis poterit tunc eſſe teſtis.argum.tex. cum ibi notatis in c.tanta.de ſimon.

Quintò poteris limitare,iuxt.ſentent.Bal.in c.prætereà requiſiuiſti. nu. 6. verſ.quæro pendente excommunicat. de appell. vt etiam excõicati teſtimonium
16 ratum ſit,ſi ille ſit excõicatus ſub conditione,† & illa pendente tulerit teſtimonium . nam ſi poſteà cõditio exiſtat,huiuſmodi cõditio non retrotrahitur, ſed eius valebit teſtimonium, vt idem dixit Bald. vbi ſup. per ea,quæ notantur in l. furti.§.1. ff. de infamib.ſic eum retulit, & ſequutus eſt Campe. in d.tract. de teſtibus, regul.36.in 2.fallen.

Sextò limitanda eſt concluſio, & hæc erit cautela, vt excõicati teſtimoniũ valeat, vt excommunicatus abſoluatur ad illud tp̃s, donec dixerit teſtimonium,
17 † poſtquã autē teſtificatus fuerit, denuò cadat in excõicationem,nam tunc eius teſtimonium valebit,q̃d ea ratione fit,quia vt plurimum teſtes ad probãdum, nobis deeſſe ſolent, vt animaduerſum eſt ab Abb. in c.veniens il 2.nu.18.verſ.nota 1.vbi plenè de hoc,extra de teſti.cui accedit idem Camp.vbi ſup.in fi.

Septimo loco limitatur, dũmodo ſit publicè excõi-
18 catus,† ſecùs ſi occultè: ita docuit Barto. in l.1.col.2. poſt nu.3.C.de teſta. verſ.quæro qd de infami. & ſequtur ibi Iaſ.nu.6.& Fel.in d.c.veniens.col.fi.in 2. limitatio.de teſti.cui limitationi, & illud fauere vr̃, nam
19 teſtis infamis ita demũ repellitur † ſi ſit infamis, & ꝓ tali habeatur,vt inquit glo.in l.cũ l.ff.de teſta.cui accedit Bart.in d.l.1.C.de teſtam.& in l.ad teſtium, §. 1.in prin.ff.de teſtam.& multi alij,vt Bal.in l.Caſſius. col.1.de ſenat.& in l.1.col.5.C.de Sum.Trin. Aret. in c.cum non ab homine.col.16.& ſeq de iud.Fel. in d. c.ad probandum.col.2.de re iud.& iſtam opinionem
* dicit* communem Alex.in apoſtil.ad Bart.in d. l. cũ
* leg.ff.de teſtam.dum dicit illam gl.*communiter approbari: vt refert Gabr.in ſuis communib.conclu.lib. 1.concluſ.19.ſub nu.10.vbi multa congerit.

20 Contrarium† quòd etiam excommunicatus occultus prohibeatur teſtificari,tenent Philip. Frãc. in d.c. pia.de except.in 6.Anto. de Butr.in c.ex literis.col.3. de tranſact.verſ.aduerte quia,& Fely.in c.poſt ceſſionem.col.pen.in fi.poſt nu.24 de prob.& in c. Rodulphus.nu.40. & ſeq. de reſcript.

Ad quã opinionē cõfirmãdã illud ꝑtinet,nã in his,
21 quæ iure priuato agunt̃,† nõ eſt differētia inter occultũ,& nõ occultũ,& prohibere teſtimoniũ nõ fit rõne publici officij . vt not.Inno. in c.nihil.in fin.de elect. Ant.de Butr.in c.teſtimoniũ.col.1. de teſtib. & Abb. in d.c.nihil.col.fi.& in rubr.de teſtib.cog. & ibi Bald. & Fel.col.1.tradit quoq; Card.in repet.c.perpēdimus col.antepen.de ſenten.excommunic.

Quòd autem in his, quæ iure priuato aguntur non
22 ſit differētia inter occultum† & non occultum , dicit Innoc.in d.c.nihil.in fi.de elect.quē plurimi alij ſunt ſequuti,vt Ant.de Butr.in c.teſtimonium.col.1.de teſtib.cogend.& ibi Fel.col.1.Io.And.& Domi. in c.1. de reſcript.in 6.Anto.Abb.Fely. in c.poſt ceſſionem, de probat.Soc.in reg.227.in 2.limitat.Ioã.Faber in §. ſed cum aliquis.col.fi.inſtitut.de teſtament.Bart.in l. Barbarius.ff.de offic.Prætor.in repetit.col.3. Fel. in c. Rodulphus.col.fi.de reſcript.Corn. in conſ.157. col. fin.vol.4. Calcan. conſ.124.col.7.Abb.in c.veritatis. col. fi.de dol.& contum.& in c.Cumana.in fi. de electio.Card.in Clem.1.verſ.ad prioratus, ad finem . de reg.& per hanc rationem magis videtur hæc vltima opinio verior: quòd ſcilicet excõmunicatus , & ſi occultus non admittatur ad teſtimonij dictionem.

Qui voluerit ſequi priorem opinionem, illã pote-
23 rit limitare,† niſi excõicatio occulta eſſet iudici probata,quia tunc, & ſi aliàs occulta,tamē teſtem repelleret: ita loquutus eſt Imol.in l.cum leg.in fi. de teſta. atq; Fel.c.ad probandum.col.2. de re iudic.

24 An aũt abſolutus ab excõmunicatione† teſtis eſſe

 poſſit,

poſſit, hoc docẽtem velim conſulas Inn. in d. c. teſti-
monium. nu. 5. cum ſeq. ſuper verb. per exceptionem.
vbi Bal. num. 12. & cæteri de teſtib. Alber. in tract. de
teſt. in §. quando teſtes repell. ratio. crimin. vel infam.
nu. 16. verſ. vltra prædicta. & Campeg. eod. tractat. de
teſtibus. regul. 37.

CONCLVSIO DCCVI.

ARGVMENTVM.

Excuſatio, an probari debeat per eum, qui eam proponit.

SVMMARIVM.

1 *Excuſatio debet probari per eum, qui eam proponit maximè quãdo ſumus in his, quæ ſunt de genere prohibitorũ.*
2 *Excuſationem is liquido probare tenetur, qui dicit ſe homicidium feciſſe ad ſui defenſionem.*
3 *Excuſatio quę fit circa actum illicitum, debet liquidiſſimè probari.*
4 *Excuſationes tutorum per eos allegatas, non eſt neceſſe omnes probare, sed ſatis eſt vnam de propoſitis, dummodo ſpeciatim nominetur.*

1 Excuſatio probari dẽt per eum, qui eam
proponit, maximè qñ ſumus
in his, quæ ſunt de genere prohibitorum, ex l. 1. C. de
ſicar. & l. ſi non conuicij. C. de iniur. c. 1. de præſump.
not. DD in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. & afferas exẽplũ
2 in eo, † qui dicit ſe homicidium feciſſe ad ſui defen-
ſioñẽ: nam tenet̃ is liquido probare excuſationem, vt
rñdit Aym. conſ. 35. nu. 8. & ideo dicit Bal. in cõſ. 79.
in fi. lib. 2. quòd excuſatio, quę fit circa actũ illicitum
3 † debet liquidiſſimè probari, quod idem voluit Caſt.
conſ. 418. præmitto ad euidentiam. col. 3. nu. 8. lib. 1.
Neq; illud interea præteribo, excuſationes tutorũ
per eos allegata, non eſſe neceſſe ẽas omnes probare,
4 † ſed ſatis eſſe vnam de propoſitis probare, dummo-
do ſpeciatim nominetur: nam nõ ſufficit dicere pro-
pono meas excuſationes, quin etiam ſpecifice probẽ-
tur: ita traditum eſt à Ioã. de Pla. inſt. de excuſ. tut. nu.
35. & 36. cum ibi adductis.

CONCLVSIO DCCVII.

ARGVMENTVM.

Excuſſionis bonorũ ſententia lata inter creditorem, & debitorem, an probet etiam in præiudicium fideiuſſorum.

SVMMARIVM.

1 *Sentẽtia excuſſionis bonorum lata inter creditorem, & debitorem, probat etiam in præiudicium fideiuſſorum.*
2 *Excuſſionem factam fuiſſe probatur tantum per ſententiã latam inter creditorem, & debitorem, ſed nullum robur habet contra fideiuſſorem, qui non fuerit citatus.*

Excuſſionis bonorum ſententia inter
creditorem, et debitorem
1 lata † probat etiam in præiudicium fideiuſſorũ, ſecun-
dum Bal. in l. is, apud quem. C. de eden.
Sed reprehenditur à Iaſ. ibid. nu. 23. vbi inquit tan-
tum per illam ſñiam probari excuſſionem factã fuiſ-
2 ſe, † ſed nullum robur habere cõtra fideiuſſorem, qui
non fuerit citatus, teſtatur ad id Bar. in l. decem. ff. de
verb. obl. Caſtr. & Alex. in d. l. is apud quem.

CONCLVSIO DCCVIII.

ARGVMENTVM.

Executio quando fit in bonis alicuius, an omnia, quæ penes executum reperiuntur, ſua eſſe præſumantur.

SVMMARIVM.

1 *Executio quando fit in bonis alicuius, omnia, quæ penes executum reperiuntur, ſua eſſe præſumuntur, & in ijs præſumitur executio facta.*
2 *Præſumptio eſt pro officiali, quod rectè fecerit executionẽ.*
3 *Executorium principaliter nõ conceditur, vt cognoſcatur quæ ſint illius, qui exequutionem patitur, quæ non licet per accidens hoc cognoſci poſſit.*
4 *Contradictor, qui non poſſidet, quãdo ſe opponit, venit vt actor, & ſic ei incumbit onus probandi.*

1 Executio qñ fit in bonis alicuius † omnia,
quæ penes executum reperiun-
tur, ſua eſſe præſumũtur, & in ijs præſumitur executio
facta: auctore Bald. in l. 1. nu. 2. C. de priuil. fiſ. & ratio
eſt ſecundum Butr. in d. l. 1. quia præſumptio eſt pro
2 officiali. † quod rectè fecerit executionẽ. arg. l. Heren-
nius. §. Caia. ff. de euict. & huc ſpectant, quæ dicta ſũt
ſupra in Concl. Bona penes aliquem reperta.
Verùm Salyceto non placet d. ratio, quia executo-
3 rium principaliter non conceditur, † vt cognoſcatur,
quæ ſint illius, qui exequutionẽ patitur, quæ nõ licet
per accidẽs hoc cognoſci poſſit, de quo videas Imol.
in l. à diuo Pio. §. poſt. in prin. ff. de re iud. & ideò ma-
gis placent rationes Bal. in d. l. 1. vna videlicet, vel qa,
quando talis contradictor, qui non poſſidet, ſe oppo-
4 nit † venit vt actor, & ſic ei incumbit onus probandi,
vulgatis iuribus, vel quia reus præſumitur dominus,
ex quo poſſidet: vt notatur l. edicto. in gloſ. mag. C. de
edict. Diu. Adr. toll. & d. l. à Diuo Pio. §. inſuper. & fa-
cit l. ſi ego. ff. de iur. dot.

CONCLVSIO DCCIX.

ARGVMENTVM.

Executores teſtamenti diſtributionem omnium bonorum ad pias cauſas integrè feciſſe, an probetur per eorum iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *Executores teſtamenti integrè feciſſe diſtributionem omnium bonorum ad pias cauſas, probatur per eorum iuramentum.*
2 *Legatum ſi fiat alicui Eccleſiæ, debet ſtari iuramẽto curati, vel guardiani fratrum minorum, ſi eis fuerit factum.*
3 *Executorum teſtamenti iuramento ſtatur de expenſis per eos factis.*
4 *Iuramento executorum teſtamenti fides habetur etiam in expenſis, quæ ſecretò per teſtamentum debebant fieri.*
5 *Epiſcopus ſecundum qualitatem perſonæ ſtatuere debet iuramentum executori teſtamenti in magnis etiam quantitatibus.*
6 *Iuramento, nec rationibus executoris ſtatur, ſi conuictus eſt de perfidia, & mendacio.*
7 *Executoris iuramento ſtatur, dummodo ipſe non prætendat intereſſe, & ſit perſona honeſta.*
8 *Executoris iuramento creditur de expenſis, dummodo ſint paruæ, & exigua ratione rerum per ſe exequendarum.*

9 Executor

9 *Executor non debet de omni parua impenſa curare, vt conficiatur inſtrumentum.*
Propter modicum præiudicium fides habitur iuramento partis. ibid.
10 *Executori creditur, ſi iurauerit à principio fideliter exequi, quia non debet iurari ſæpius.*
11 *Executori creditur etiam ſine iuramento, ſi expenſa ſit modica, & perſona ſit proba, & fide digna.*
12 *Executorum teſtamenti iuramento non ſtabitur circa expenſas, ſi expenſæ ſint magnæ.*
Iuramentum non eſt legitima probatio. ibid.
13 *Executoris iuramento de expenſis ſtatur, quando tales expenſæ ſunt rationabiles, quas verisimiliter præmortuus iniunxerit, vt diſtribuerentur.*
14 *Quãdo maritus dicit ſe impendiſſe in vſus communes, hoc eſt intelligendum, vſq; ad veriſimilem quãtitatem ſumptus, qui veriſimiliter in perſona mariti, & vxoris fieri debuiſſent.*
15 *De libro executoris, quid ſentiendum ſit, vide remiſſiuè.*
16 *Codici rationum cum iuramento ſtabitur in expenſis minutis, quæ coaceruatæ ſunt magnæ.*
17 *Executori creditur, ſi dicat teſtatorem commiſiſſe ſibi aliquid in ſecreto.*
Contr. nu. 19.
18 *Perſonæ fide dignæ creditur de legatione commiſſa, licet non oſtendat formam commiſſionis.*
20 *Executor, ſi dicat, ſe citaſſe aliquem, ei non creditur.*

Executores teſtamẽti diſtributionem omnium bonorum ad pias
1 cauſas † integrè feciſſe, probatur per eorum iuramentum, vt quærendo decidit Guid. Pap. q. 614. nu. 1. teſtes citat Bar. & Cyn. in l. ſi quis pro redẽptione in §. pen. C. de dona. ad quod per ſimilitudinem illud adducit, vt ſi fiat legatum alicui Eccleſiæ promiſſis celebran-
2 dis, quod debeat ſtari iuramẽto curati, † vel guardiani fratrum minorum, ſi eis fuerit factum legatum, & ita dicit ſe vidiſſe ſæpius obſeruari, ad idẽ affero Spec. de inſtr. editio. §. nunc vero aliqua verſ. quid ſi executor iam habuit, vbi multa.
Hoc amplia primo, vt etiam ſtetur eorũ iuramẽto
3 † de expenſis per eos factis, vt aſſeruit Iaſ. in l. ſcimus. §. in computatione. nu. 5. C. de iur. delib. & ibi glo. in verb. approbauerit, quam ibi Raph. dicit eſſe ſingularem, & pulcherrimam: et pro ea facit. l. 3. C. de iur. do. in princ. verſ. ſi autem tempore ſtatuto.
Secundo loco ampliabis, vt etiam eorum iuramẽ-
4 to fides habeatur in expenſis, † quæ ſecretò per teſtamentum debebant fieri ex l. Theopompus. ff. de dot. prælego. vt etiam placuit Sal. in l. nulli. C. de epiſco. & cler. vt eum refert, & ſequitur Iac. à Canib. in tract. de execu. vlt. vol. in §. nouiſſimum verò ſit documentũ poſt nu. 4. verſ. fallit in expenſis.
Tertiò amplianda eſt in magnis etiam quantitati-
5 bus, vbi Epiſcopus ſecundum qualitatẽ perſonæ † ſtatueret iuramentũ deferendum: quia cum ſit pater pauperum, videtur habere ad hoc mandatum generale cum libera, ſic intelligit Bal. in d. l. ſi quis pro redemptione. C. de dona.
Quòd eſt verum, niſi executor cõuictus eſſet de p-
6 fidia, & mendacio, † quia tunc nec ſtaretur iuramẽto, nec rationib. arg. l. ſi quis adulteri. ff. de adul. l. de die. §. vlt. ff. qui ſatiſd. cog. l. iubemus. ff. de prob. cum alijs ad hoc adductis ab eo. Iac. à Canib. in d. tract. de execut. vlt. volunt. §. nouiſſimum verò. num. 5. verſ. fallit quarto.
Primò concluſionem limitabis, et intelliges, vt ſci-
7 licet, ſtetur iuramento executoris † dũmodo ipſe non prætendat intereſſe, & ſit perſona honeſta: ita placuit Bal. in l. captatorias. in 2. colum. verſ. modo circa hoc quæritur. nu. 8. C. de mil. teſt.
Secũdò velim limites procedere, dũmodo impen-
8 ſæ ſint paruę, & exiguæ † ratione rerũ per ſe exequendarum; nam tunc creditur iuramento executoris. l. ſi quis pro redemptione. C. de donat. teſte Iaſ. in d. l. ſcimus. §. in computatione. nu. 5.
Ratio eſt, ſecundum Iaſ. ibid. quia non debet exe-
9 ctor † de omni parua impenſa curare, vt conficiatur inſtrumentum: & Bal. in d. §. in computatio. nu. 2. ait, propter modicũ præiudicium fidem haberi iuramento partis: quod etiam tradidit idem Guid. d. q. 614. argu. l. theſaurus. ff. ad exhib. quod idem eſt, ſi iurauerit
10 † à principio fideliter exequi: quia non debet iurari ſæpius. l. qui bona. §. ſi quis. ff. de dam. infect. vt ait idẽ Iac. à Canib. in d. tract. de execut. vlt. vol. d. §. nouiſſi-
11 mum verò. n. 4. in fi. Immo ſi expenſa ſit modica, † & perſona ſit proba, & fide digna, creditur etiam ei ſine iuramento, vt ſcriptum reliquit ipſemet Bald. in d. §. in computatione.
12 Verùm, ſi expenſæ eſſent magnæ, † tunc non ſtabitur eorum iuramẽto, per ea, quæ deduxit ad hoc Bal. in l. nulli. poſt nu. 11. verſ. ſed verius eſt. C. de epiſc. & cler. quia iuramentum non eſt legitima probatio. vt l. vlt. §. in computatio. C. de iur. delib. & adeò vt nec etiam ſufficiat Codex rationum. l. inſtrumenta domeſtica. C. de probatio ſed exigentur teſtes, vel inſtrumẽta, vt l. qui accuſare C. de edend. l. in exercendis, C. de fid. inſtrum. vel euidentia operis, veluti Capella conſtructa, vel ſepulchrum cum architectorum æſtimatione, ex l. vlt. C. de aliment. à pupil. præſta. id. facit. §. quod autem, in auth. de nõ alien. col. 3. vt aſſeruit idẽ Iac. à Canib. vbi ſup. ſub nu. 4. verſ. in expenſis.
Tertiò limitare poteris, quando tales expenſę ſunt
13 rationabiles, † quas veriſimile ſit præmortuum iniunxiſſe, vt diſtribuerentur: nam ſi rationabiles nõ forent, nedum per iuramentum probarentur, immo neque per teſtes, vel inſtrumenta: vt Bart. docuit in l. qs ſub conditione. per illum tex. ff. de cond. & demonſt. cui accedunt Cornel. & Iaſ. in d. §. in computatione, & pro hoc facit, quod notat Sal. in l. vlt. C. de pact. cõuen. vbi ait, quod licet maritus dicat ſe impendiſſe in vſus communes, quod ſtetur ſuæ aſſertioni, aliter non
14 probato, tamen hoc eſſe intelligendum, † vſq; ad veriſimilem quantitatem ſumptus, qui veriſimiliter in perſona mariti, & vxoris fieri debuiſſent, non quod hoc intelligatur de expenſis non veriſimilibus, vt fuſius dicetur infra in Concluſione expenſæ, & quod prædicta procedant, docet Bald. in l. Diuus. ff. ſi cui pluſquam per leg. Falcid. & in l. id quod. col. fi. & in l. nulli, & l. ſi quis ad declinandum, §. in omnib. C. de
15 epiſc. & cler. † & quid de libro executoris ſentiendũ ſit, velim conſulas Bald. in rubr. C. de fid. inſtr. & infra ſuo loco in concluſione liber, explicabimus.
Quartò limitanda eſt concluſio in expenſis minu-
16 tis, quæ tamen coaceruatæ ſunt magnæ, † quia ſtabitur codici rationum cum iuramẽto, verbi gratia, quia dedit vni quinque ſolidos, alteri quatuor, arg. l. vlt. §. vlt. C. de iur. domi. impetran. l. 2. C. de alim. pup. præſtan. l. Neſennius. ff. de nego. geſt. quod placet eidem Iacob. à Canib. vbi ſupra num. 5. dummodo accedat veriſimilitudo.
Neque, quod in hoc argumẽti genere apprimè ob-
17 ſeruandum eſt, ſilentio prætereibo, † executori credi, ſi dicat teſtatorem commiſiſſe ſibi aliquid in ſecreto; per ea, quæ notat Fely. in c. cum in iure, ſub nu. 12. de
18 quo tamen dubito, qui ibi loquitur † quòd perſonæ fide dignæ credatur de legatione ſibi commiſſa, licet non oſtendat formam commiſſionis. c. apoſtolicis. in verb. proponi. de re iudic. in 6.
19 Contrarium † quòd aſſertioni ipſius non credatur, niſi aliter conſtiterit, voluit Pariſ. conſ. 31. nu. 28. li. 4.
20 vbi ſi dicat ſe citaſſe aliquem, dicatur ibi † quòd ei nõ creditur: allegat. c. cum in iure. extra de offic. deleg. c. quoniam contra. de probat. c. cum à nobis, de teſtib. l. prohibita, C. de iur. fiſc. lib. 10. l. ne in arbitris. C. de arbitris, quæ ſententia, vt arbitror, verior eſt.

CON-

CONCLVSIO DCCX.

ARGVMENTVM.

Executor teſtamentarius, an poſſit eſſe idoneus teſtis in teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *Executor teſtamentarius poteſt eſſe idoneus teſtis in teſtõ.*
2 *Executores præſumuntur fraudulenti.*
3 *Executorem quem eſſe optimè probari poteſt per famam, vel coniecturas. Intellige, vt nu. 4.*

1 Executor teſtamentarius † põt eſſe idoneus teſtis in teſtamento, vt reſponſum eſt à Bal. conſ. 221. nu. 3. & in conſ. 447. nu. 28. vol. 5. ꝗ & placuit Iac. Nouel. in reg. 216. num. 12. idem cẽſuit D. Io. Monticell. in ſuo tract. reper. de teſtib in ver. executor teſtamentarius. hoc ẽt comprobauit Nellus à Sanct. Gem. in tract. de teſtib. nu. 31. & Nep. à Monte Alban. ibid. nu. 342. & 343. ipſe tamen loquitur in executore negotij.

2 Nec illud in pręſentia erit alienũ à re addere † Executores p̄ſumi fraudulentos: vt colligimus ab Impe. in auth. de litigioſ. §. ad excludẽdas, & in auth. de executorib. in prin. ꝗ etiam obſeruauit Luc. de Pen. in l. quemadmodum C. de agric. & cenſ. lib. 11. verſ. 110.

3 Si quis verò cognoſcere voluerit, quo pacto qs ꝓbet̃ executor, dicendũ eſt, † optimè poſſe ꝓbari per famã, vel cõiecturas, vt auctor eſt Bal. in l. j. C. de reb. alien. non alien. ꝗ tñ non ita intellige, quaſi ipſe executor approbetur per famã, cũ reuera † non ſit, ſed ꝓbatur quoad alios, videlicet, ſi quis emerit tanquam ab executore, & illi obijciatur mala fides, quaſi à nõ habente poteſtatem vendendi rem, emerit, excuſabitur ille emens, & pro bonæ fidei poſſeſſore habebit̃, ſi ex aliquibus coniecturis veriſimilibus hoc crediderit, vt ſi à viris fide dignis audiuerit talẽ fuiſſe executorem teſtamenti: ita tradidit Bal. vbi ſup. in nu. 2.
4

CONCLVSIO DCCXI.

ARGVMENTVM.

Exemplũ an probet non exhibito originali.

SVMMARIVM.

1 *Exemplum, quod aliàs dicitur index, vel trãſumptum, & copia, non probat non exhibito originali.*
2 *Exemplum falſa ſcriptura præſumitur.*
3 *Notario non creditur, niſi de eo, quod rogatur à partib.*
4 *Notarius non eſſe rogatus à partibus nec ei creditur, niſi de geſtis tempore confecti inſtrumenti.*
5 *Quando vnum inſtrumentum habet relationem ad aliud, oportet, quod conſtet de cætero, ad quod ſit relatio, quia ſi deficit exemplar, deficit & exemplum.*
6 *Sicut teſtis deponens de auditu auditus non probat, ita nec Notarius exemplificans inſtrumentum ab alio receptũ. Argumentum de teſte ad Notarium valet. ibid.*
7 *Ex ſola exhibitione exempli alicuius teſtamenti non eſt qs conſecuturus poſſeſſionem rerum hæreditariarũ, ex remedio l. vlt. C. de edict. diu. Hadr. toll.*
8 *Producenti exemplum teſtamenti manu eiuſdem Notarij, qui teſtamentum ipſum ſcripſit, non poteſt dari, nec bonorum poſſeſſio, nec poſſeſſio ex edicto Diui Hadria.*
9 *Exemplum ex protocollo Notarij mortui habetur pro inſtrumento publico & authentico.*
10 *Exemplum non probat, ſiue ſit publica manu confectũ & de inſtrumento publico, ſiue non.*
11 *Exemplum non probat, non ſolum ſi vnus Notarius exemplaret, ſed etiam plures, imo centum aſſerentes ſe vidiſſe inſtrumentum ſine macula, & percepiſſe exemplũ conuenire cum originali.*
12 *Exemplum nec ſemiplenam facit probationem.*
13 *Exemplum non probat etiam ſi iuuans ſe tali inſtrumento exemplari ſit perſona valdè priuilegiata.*
14 *Exemplum vt probet, & ipſi credatur, nec etiam Pontifex Maximus efficere poteſt.*
15 *Conſuetudo illa eſt valida, vel ſtatutum, quod tribuit auctoritatem priuatæ ſcripturæ.*
Sum. Pont. vel Principis auctoritas abſoluta efficere, poteſt, vt exemplo fides adhibeatur. ibi.
16 *Pontificis Maximi, & Principis pedibus conſuetudo ſubiacet.*
17 *Exemplum probat, ſi factum eſt de verbo ad verbum auctoritate iudicis & legitimè.*
18 *Præſentia, & auctoritas iudcis facit ceſſare omnẽ præſumptionem fraudis.*
19 *In exemplificatione facienda auctoritate iudicis neceſſaria eſt citatio partis.*
20 *Partis citatio neceſſaria non eſt, vbi periculum verſatur in mora.*
21 *In exemplificatione tunc non eſt pars citanda, vbi conſuetudo non requirit citationem.*
22 *Sola auctoritas iudicis ſufficit, nec requiritur partis citatio, vbi exemplum traditur per manum eiuſdem Notarij, qui publicum confecit.*
23 *Vbi reperitur exemplatio facta multum de antiquo, licet non appareat de citatione, tamen præſumitur pręceſſiſſe ex antiquitate temporis.*
24 *An & quando citandi ſint illi, quorum intereſt, & qui poſſunt lædi ex exemplificatione, vide remiſſiuè.*
25 *In exemplificatione duo concurrere debent, videlicet, quod pars ſit citata, & quòd iudex interponat auctoritatem ſuam, etiam ſi à pluribus notarijs eſſet hoc exemplificatum.*
26 *Exemplatũ licet fuerit extractũ ſine auctoritate iudicis, tamen facit ſemiplenam probationem, maximè ſi amiſſa ſit abbreuiatura.*
27 *Exemplum probat contra eũ, qui ipſum dedit, quia dans exempla videtur fateri eſſe vera.*
28 *Cautela, vt exemplum probet ſicut originale.*
29 *Exemplum probat contra eũ, qui ipſum dedit, etiamſi non interueniat auctoritas iudicis.*
30 *Exemplum probat contra dantem illud, etiamſi eſſet ſcriptura priuata.*
31 *Exemplum probat non ſolum contra eum, qui produxit, ſed etiam contra illum, qui illud conficiendum curauit.*
32 *Ex inuentario probatur contra tutorem, licet non appareant inſtrumenta debiti originalia.*
33 *Exemplum probat etiam contra omnes tacitè approbãtes illud.*
34 *Exemplum probat, quando per confeſſionem exemplantis, vel aliter conſtaret de veritate originalis, aliàs ſecus.*
35 *Exemplum probat indiſtinctè ſicut ipſum originale, qñ ſumptum eſt ab illomet Notario, qui originale ſcripſit, & eſt exemplatum manu eiuſdem.*
36 *Idem tabellio de eodem actu poteſt conficere plura inſtrumenta.*
37 *Exemplum ſumptum ab illomet Notario, qui originale ſcripſit, probat etiam ſi originale non reperiatur.*
38 *Exemplum probat nedum ſi is, qui originale recepit, illud ſcripſit, ſed etiam ſi alias excepiſſet ex originali, & Notarius ſe ſubſcriberet.*
39 *Subſcribens ſe ſcripturæ per aliũ factæ, ita ſibi præiudicat, ac ſi totum ſcripſiſſet.*
40 *Dubium eſſe, an Notarius poſſit committere alij exemplationem inſtrumenta à ſe recepti, vide remiſſiuè.*
41 *Notarius, ſi eſt impeditus curare poteſt, vt alius excipiat, & ſe ſubſcribere.*
42 *Notarius in ſubſcriptione ſua debet ſemper facere mẽtionem de impedimento.*

Nota-

43 *Notarius in ſubſcriptione non ſolum debet facere mentionem de impedimento, ſed quòd etiam inuenit exemplum cum originali conuenire.*

44 *Exemplum probat etiam ſi Notarius non ſcripſiſſet, nec ſubſcripſiſſet illud, ſed rogauerit alium Notarium, vt conficeret inſtrumentum, ſicut ipſe rogans tale inſtrumẽtum recepit, cuius talis eſt tenor.*

45 *Ex iud. arbitrio dependet quãta fides adhibenda ſit teſtib.*

46 *Exemplum non probat, quando Notarius, qui originale recepit, & exemplum dedit, vſus eſt verbis denotãtibus, id quod dabat, eſſe exemplum tantum, & ſe non habere illud pro authentico.*

47 *Exemplum quouis modo factum probat quoad ipſum Notarium.*

48 *Quando contractus exigit neceſſariò ſcripturã, in prima ſcriptura ſtat ſubſtantia, & exemplum etiã manu eiuſdem notarij non probat.*

49 *In prima ſcriptura conſiſtit virtus & ſubſtantia.*

50 *Exemplum ſolum probat, ſi probetur amiſſio inſtrumẽti.*

51 *Exemplum reſcripti Principis non probat.*

52 *Exemplum probat, quando conſenſu partiũ approbatum eſt originale exemplum, & ſumitur ẽt extra iudicium.*

53 *Exemplum probat ẽt quando vna pars tantum conſentit, dummodo ſua ſolum interſit circa exemplũ huiuſmodi.*

54 *Exemplar, licet fiat conſenſu partium, non probat, ſi partes expreſſe non approbauerint originale.*

55 *Exemplum probat tantummodo inter ipſos, qui mandauerint illud fieri, non autem contra tertium.*

56 *Exemplum probat quantum ad aliqualem probationem ſeu præſumptionem.*

57 *Sicut teſtis deponens de auditu alterius nihil probat, ita nec exemplum.*

58 *Exemplum ſaltem facit plenã probationem, quando amiſſum eſt originale.*

59 *Qualibet cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo.*

60 *Exemplum inſtrumenti quod non eſt factum auctoritate iudicis, licet nõ faciat plenam fidem, præſumptionem tamen facit.*

61 *Exemplum legitimè probat, quando reperitur in archiuio publico alicuius loci, ſiue ciuitatis.*

62 *Exemplum repertũ in archiuio publico ciuitatis facit notorium.*

63 *Exemplum quãdo reperitur in archiuio publico alicuius loci, ſiue ciuitatis, tantum probat intra illum locũ ſeu illam ciuitatem, & quantum ad ſindicos illius territorij, non autem quoad alios.*

64 *Exemplum repertũ in archiuio ciuitatis probat, dummodo ſit archiuium publicũ & legitima auctoritate conſtitutum, in quo non reponuntur, niſi ſcripturæ authẽticæ & non agatur de cõmodo eorum quorum eſt archiuiũ.*

65 *Exemplum in archiuio ciuitatis repertum probat, qñ eſt ſumptum auctoritate iudicis, vel manu cõmentarienſis, id eſt, officialis poteſtatis deputati ad cuſtodiam archiuij publici.*

66 *Exemplum facit plenam probationem, quando inſtrumẽtum fuit regiſtratum in actis per Notarium actorũ & exemplum reliquiſſet in actis, & extractum eſſet de verbo ad verbum per modum regiſtri.*

67 *Exemplo ſumpto auctoritate Papæ creditur.*

68 *Exemplum quod reperitur in actis probat, etiam ſi maculatum, vel abraſum ſit in aliqua parte.*

69 *Perdito originali cogitur pars copiam exhibere, quæ regiſtrata probat.*

70 *Scriptura etiam priuata regiſtrata in actis probat.*

71 *Regiſtrum facit fidem, ſi totus effectus inſtrumenti fuerit regiſtratus, ſecus vt ibi.*

72 *Exemplum regiſtratum probat, quando apud acta regiſtratum fuit inſtrumentum productũ, aduerſario præſente, vel citato.*

73 *Exemplum probat, dummodo iudex exemplationem auctorizauerit.*

74 *Exemplum licet probet, non habet tamen vim inſtrumenti confecti manu propria Notarij.*

75 *Exempli probatio non ſufficit; niſi actus eſſet celebratus in ſcriptis.*

76 *Exemplum fidem facit, ſi protocolla Notarij rogati defuncti tradita ſint alteri Notario exemplanda ex auctoritate iudicis, vel ſtatuti.*

77 *Exemplum plenè probat, quando aduerſarius contra quẽ producitur habet originale, quod nolit exhibere.*

78 *Exemplum non probat, quando habens originale opponit exemplum falſum eſſe.*

79 *Exemplum tunc probat, quando pars non opponit.*

80 *Exemplum contra exemplantem plenam facit fidem.*

81 *Exemplatio probat quando eſt antiqua, quamuis non appareat de commiſſione iudicis.*

82 *Exemplatio quando eſt multum antiqua præſumitur facta commiſſione Iudicis, & parte citata.*

83 *Præſumptio antiquitatis vt exemplum probet, tollitur, qñ exemplum non fuit factum auctoritate Iudicis, & citata parte. Contrarium nu. 84.*

85 *Exemplũ licet pbet, nihilominus ſemper opponi põt de nullitate & falſitate, & peti quod exhibeatur originale.*

86 *Exemplum licet productum intra terminum non probet, tamen ſi poſt terminum originale producatur, imperfecta illa probatio exempli confirmatur.*

87 *Exemplum ſumptum à Notario bonæ famæ, & vocis, ſemiplenè probat, quando originale non poteſt haberi.*

88 *Exemplum probat, ſi per partes fuit ſæpius in iudicium productum, & approbatum licet tacitè.*

89 *Exemplum ſecundum quando identidem fuit iudicatum probat.*

90 *Exemplum qñ ſumptum eſt iuſſu ſummi Pont. probat.*

91 *Exemplum deductum ab originali auctoritate ſolius iudicis, & Notarij fidem integram habet, vbi ex eo nullũ præiudicium alicui fiat nominatim.*

1 Exemplum † (ꝙ aliàs dicitur, index, vel trãſumptum, & copia, vt ait gl. ordin. in l. 2. ff. de fid. inſtru. & Alb. quẽ refert Purpu. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. vbi addit idem dici memoria, quod idem prius dixit Iac. de S. Georg. in ea. auth. idem Rip. in l. admonẽdi, nu. 147. ff. de iureiur.) non exhib. to originali non probat. ex c. 1. & ibi gl. in fi. & Do &. extr. de fid. inſtru. & habemus à contex. in l. 2. ff. de probat. hoc idem aſſeuerauit latiſſimè hanc materiam tractans Didac. Couar. pract. q. c. 21. nu. 2. toto illo capite glo. Bart. & cæteri Doct. id obſeruauere in d. auth. ſi quis in aliquo. verſ. vlt. ex prædictis. idem Bar. in l. 1. §. ſi quis in duob. in prin. ff. de bon. poſſ. ſecun. tab. quem refert, & ſequitur Soc. iun. in conſ. 2. ſuperioribus menſibus, nu. 1. lib. 2. idq; confirmauit Soc. in ſuis fallent. regul. 179. exemplum. id præterea tradidere Pet. à Duen. in reg. exemplum. atq; Lanfran. de Oria. in ſua praxi, c. 9. de inſtr.
2 product. ſub nu. 19. & 20. vbi ait, † ꝙ amplius eſt, vt ẽt falſa huiuſmodi ſcriptura præſumatur: per l. quicunque. de fid. inſtur. comprobauit etiam conclusionem noſtrã conſulendo Curt. iun. in cõſ. 166. circa cõtrouerſiã, nu. 1. vbi dicit de cõmun. concl. noſtre multiplices reddi poſſunt rationes: quarũ prima eſt falſitatis vitandæ ratio, vt ſentit d. gl. in d. auth. ſi quis in aliquo, in fi. pro quo facit l. iubemus. C. de teſtam.

Secunda eſt Bar. in d. auth. ſi quis in aliquo num. 8.
3 † quia non credĩt, inquit, Notario, niſi de eo, ꝙ rogatur à partibus: vt auth. de tabellio. §. ne autem, ſed Notarius non eſt rogatus de principali facto, ſed tantũ de exemplificatione, quod ſequitur Fel. in d. c. 1. de fid. inſtr. atque idem Curt. in d. conſi. 166. nu. 2.

4 Tertia ratio eſt ſecundũ Bar. ibi. d. nu. 8. † quia Notarius non põt eſſe rogatus à partibus, nec ei creditur, niſi de geſtis tempore confecti inſtrumenti, ſed tunc cum exemplificato non fuit factum originale.

Quartam rationẽ adducit Bal. eo loci: quia quãdo
5 vnum inſtrũm habet relationem ad aliud, † oportet quod conſtet de cætero ad quod ſit relatio, quia ſi

deficit

deficit exemplat,deficit & exemplatũ, quod probat
per l.ex teſtamento.1.ff.de cond. & demonſt.
Quinta ratio eſt,quia ſicut teſtis deponens de audi
tu auditus non probat.l. teſtium, cũ gl. C.de teſti.ita
6 nec Notarius † exemplificãs inſtrm ab alio receptũ:
nam valet argm de teſte ad Notariũ: iuxta l. Domi-
tius,ff.de teſt.ita Bal. cenſuit in l.bonæfidei.col.1.C.
de reb. credit. Quas oẽs rationes colligit Purpu. in d.
auth.ſi qs in aliquo,nu.9.vſq; ad 13. & ꝙ non probet
conſuluit Marian.Soc.in d.conſ.2.nu.1.volu.2. Dec.
conſ.135.nu.13.Rom.conſ.336.nu.2.& 5. Bertr. cõſ.
135.nu.13.vol.7.idẽ conſ.429.nu.1.vol.4. & cõſ.193.
vol.6.in prin.Pariſ.conſ.135.nu.9.vol.4.& conſ.193.
vol.4.& conſ.152.nu.19.eo.vol.atque recentiores Pa
riſ.in conſuet.Pariſ.§.5.nu.1.cum ſeq.
7 Ex concl.noſtra illud colligi põt,† vt ex ſola exhi-
bitione exempli alicuius teſti quis non ſit conſecutu
rus poſſeſſionẽ rerum hæreditariarum ex remedio, l.
vlt.C.de edi.di.Hadr.toll.vt auctor eſt Bar.in d.l.1.§.
ſi quis in duob.nu.1.ff.de bon.poſſ.ſecun.tabu. quem
refert & ſequit Iaſ.in d.l.vlt.in 3.notab.num.4. C.de
edi.di Hadr.toll.hoc idẽ voluit Paul. Caſtr.ibid. poſt
nu.5.verſ.2.requirit. Dec.ibi.nu.13.verſ. & ꝙ dr, Go-
zad.in cõſ.21.vẽ dicendum.nu.15.verſ.15.Duran.de
art.teſt.de acq vel repud.hære cautela vlt.nu.5. quos
refert & ſequit doctiſſimus Menoc.de adipiſ. poſſeſ.
remed.4 q.74.nu.651. ꝙ & ꝓbauit Soc. iun.in d. cõſ.
2.nu.2.lib.2 hoc idem ſenſit Grat.in conſ.140.nu.17.
verſ.nec ſufficit exemplum,cum nitlus ſeq.
Illud tñ Bar.ꝓnunciatũ ſic dẽr ĩtelligi,qñ tale exẽ
plum eſſet ſumptũ manu alterius notarij q illius,qui
fuit rogatus: alias ſi eſſet idẽ Notarius, q fuit rogatus,
q trãſcripſiſſet eũ ſufficeret, qa cenſet ꝗq; originale:
ita Bar.in l.ſi qs ex argentarijs.§ ſi prætor. ff.de eden.
ita declarat Iaſ. in d.l.vlt.in 3.not.nu.4.verſ.ſed intel
lige.C.de edi.di.Hadr.toll. quẽ refert, & ſequit Lud.
Goza.in conſ.6. prima facie. nu.90. ꝙ & placuit Zu-
car.in repe.d l.vlt.nu.93.vbi ẽt Mantua.in 1.lect.nu.
59.atq, ibi. Menoc.nu.653.C. de edic. diu Hadr.toll.
Quæ quidem declaratio locum ẽt habet, cũ authẽ
ticũ inſtrumentum ſumptum eſt ab originali manu
alterius Notarij,quàm illius,qui de eo rogatus fuit,&
qui iã deceſſit, vel impeditus eſt,ita arbitratus eſt Zuc
card.vbi ſup. d.nu.93. quem refert idem Menoc. vbi
ſup.nu 654. vbi nonnulla alia de hoc.
8 Illud itidem ex eadẽ concl. poteſt inferri,† vt nec
etiam bonorũ poſſeſſio, neq; poſſeſſio ex edicto diui
Hadriani dari poſſit producenti exemplũ teſtamenti
manu eiuſdem Notarij, qui teſtamentum ipſum ſcri
pſerit. teſte eodem Bart. in d.l.1.d. §. ſi quis in duob.
nu.2 ff.de bon.poſſ.ſecun.tabul.
Quæ tñ vera cenſet eſſe, niſi exempletur ex proto-
9 collo Notarij mortui, † quia tunc habetur pro inſtrõ
publico,& authentico,vt in c.cum P. Tabellio.extr.
de fid.inſtr.ſic idẽ Bar.vbi ſup.in fi & in l.ſi quis ex ar
gentarijs.§.1. ff.de eden. cui addas Cyn. in l, contra-
ctus.in vlt.q.C.de fid.inſtr. & Spec.in tit. de inſtr.edi.
§.oſtenſo.nu.15.verſ.illud quoque,cum ſeq.
10 Primò concl.ampliabis locũ ſibi vendicare, † ſiue
exemplũ ſit publica manu cõfectum,& de inſtrõ pu-
blico,ſiue nõ: vt teſtatur gl.in d.auth.ſi is,& in c. Ab-
bate,ver.facit de ver. ſig.q̃ ad hoc allegat Purp.in d.
auth.qui concIu. noſtram ita ampliat.
Secundò tibi amplianda eſt non ſolũ, ſi vnus No-
tarius exemplaret:ſed ẽt plures, imo centũ aſſerentes
ſe vidiſſe inſtrm, ſine macula, & percepiſſe exemplũ
11 conuenire cum originali: † nam adhuc exemplũ nõ
probat:ita mihi teſtis eſt Spe. in tit. de inſtr.edi.§.oſtẽ
ſo.verſ.ſed nunquid credit, quẽ ſequitur Bart. & latè
Iaſ.nu.2.in d.auth. ſi qs in aliquo. vbi ait hoc eſſe al-
bo lapillo ſignandũ,ꝙ & probauit Bal.in l. ſi quis ex
argentarijs.§.1.verſ.qd enim ff.de edend.& corrobo
rauit auctoritate ſua Ant. de But.in c.1.col.8. de fid.
inſtr.& voluit Purpu.in d.l.ſi quis.nu.14. vbi atteſtat
* hanc eſſe * cõem opin. * cõem quoq; ſniam eſſe aſſe
rit Curt.iun.in d.conſ.166.nu.3.circa medium,ex ſen
tentia Pau.Caſtr.in d.auth.ſi quis in aliquo.
12 Quod ſubamplia, † ut nec ſemiplenam faciat. ut
notat Rip.in l.admonendi.nu.151.ff.de iureiu.
Tertiò velim amplies procedere, etiamſi iuuãs ſe
13 tali inſtrumento exemplari † ſit perſona valde priui
legiata,vt de fiſco dicit.l.2.ff.de fid.inſtru. & idem in
Eccleſia.ita ampliat Purp.ibid.nu.15.
Quartò ampliabis,vt ẽt Pontifex Maximus effice-
14 re nequeat,vt tale exemplar ꝓbet † & ipſi credat:ſin
gulariter voluit Rom.ſing. 716.incip. an Papa. q ait
eſſe caſum ſingularẽ in c.1.de fid.inſtr.cui adde nota
ta ab eod. Ro.in ſing.671. tu ſcis ꝙ nedũ, & nũcupa-
tim id aſſerit Fely.in c cũ olim.nu.12.verſ. & ad hoc
bonus. de re iudi. & per eũ ibi allegata, ꝙ latè tradit
Didac Couar.pract.q.c.21.nu.2 vbi inducit d.c.1.
Limitabis,& intelliges hanc ampliationẽ ꝓcede-
re de poteſtate ſummi Pont. ordinaria ſecundũ Feli.
& Docto.vbi ſup.ſecus in abſoluta, vel ẽt ordinaria,
ſed ex cã:vt id apertè declarauit Nicol. Pign.in addi.
15 ad d.ſing.Ro.716.& ꝓbat hoc argõ † cum conſuetu
do illa ſit valida, vel ſtatutum ꝙ tribuit auctoritatẽ
priuatæ ſcripturæ.c.cũ dilectus.ext.de re iudic. & do-
cuit Alex.in l.1 § fi.& ibi cæteri ſcribẽtes. ff.de verb.
obli.& retulere Doct.in c.2.de probat.
Poterit ergo auctoritas ſummi Pontifi. vel Princi-
pis abſoluta efficere, vt ei exemplo fides adhibeatur.
16 † Cum Pontificis Maximi, & Principis pedibus con
ſuetudo ſubiaceat:vt elegãter tradit Aymo Crau. de
antiq temp.par.1.in §.1.nu.40.& 41.vt refert ille Me
noc.de arbit.iud.q.171. nu. 10. lib.1. cuius ẽt nos ſup.
meminimus in concl.exceſſus,in 1.ampliat.
Primò limita concl.nõ ꝓcedere, ſi exemplũ eſſet
factũ de verbo ad verbũ auctoritate iudicis & legiti-
17 mè,† qa tunc probaret, vt inquit gl.in fi.in d. auth. ſi
qs in aliquo, & in l. chirographis, in ver. tutores. vbi
ẽt Bar.ff.de admin.& peric.tut. & in §.illud. in verb.
monumenta. vbi ẽt Bart. & Ang. auth. ut fratrũ filii,
quibus adhæret Didac.Couar.in d.c.21.n.3.ut & pla-
cet Soc d.reg 179.in 1.fallent.cũ ibi alleg.& tradide-
re Canoniſtæ in c. Albe.ext. de teſtib. & per eoſdẽ in
c.fi.de fid.inſtr.idẽ docuit Bar.in l.1.§. ſed ſi duob. in
fi.ff.de bon.poſſ quibus ſe ſubſcripſit Purp.in d.auth.
* nu.15.ubi ait dictã glo. ult. * communiter approbarĩ
18 eſſe: † nam auctoritas,& præſentia iudicis facit ceſſa
re omnem præſumptionem fraudis.ut Doc. proditũ
reliquere in l.interpoſitas. C. de tranſact. & ibi Curt.
* iun.& ita * oẽs tenere dixit Franc.Cur.in repet.d.au-
then.ſi quis in aliquo.nu.14.in fi.C.de eden.
Hanc limitationẽ ſic uelim lector accipias, ut in
19 iſta exẽplificatione faciẽda auctoritate iudicis † ne-
ceſſaria ſit citatio partis:ita apertè ſenſit Bart.& Cy.
* in d.auth.ſi quis in aliquo num.4.ubi * oẽs ita ſentire
dixit:hoc idẽ probauit ibid. Bal.num.5.& in l.2.ff.de
fid.inſtr.& in cõſ.395. in cã Dominæ Primæ. num. 3.
uerſ.itẽ per exemplũ lib.4.ſic ẽt tenuit Bar. in d.l.chi-
rographis.nu.1. ff.de admini.tut. & in d. §. & hoc in-
* ſuper.nu.3.auth. ut ſponſalit.largit. & ita * cõiter te-
neri dixit Franc.Cur.in repe.d.auth.ſi quis in aliquo.
nu.15.arg.l.nã ita diuus. ff. de adop. nam ſemp debet
is citari,qui põt lædi.vt tradidere Bar. & Bal. in d.au-
then.ſi qs in aliquo.ille nu.4.hic 1. & idẽ Bar. in d.§.
& hoc inſuper,nu.2.auth.ut ſponſalit.largit.uel quia
ibi requirat cauſæ cognitio.c. ult. de fide inſtr. igitur
pars eſt citãda.l.in cauſæ.§ cauſa cognita.ff. de min.
ut aſſeuerauit Illuſtr.Cardin.Alba in ſuis lucubra.ad
Bar.in d.auth.ſi quis in aliquo nu.3. C.de eden.
20 Hoc poſtremũ uelim limites † ut partis citatio ne-
ceſſaria nõ ſit,ubi periculum uerſaret in mora: iuxta
ſniam Inn.in c.ult.de fid.inſtr.ubi pulchrè illud exẽ-
plo declarat,& eſt ſingularis doctrina ſecundũ Ang.
ind.

Digitized by Google

in dict. authent. ſi quis in aliquo.
21 Secundo loco limitabis, † vbi conſuetudo non re-
qreret citationẽ in exẽplificatione: nã tunc pars non
eſt citanda, teſte Bal. in d. auth. ſi quis in aliquo. n. 14.
verſ. tu dic, vt ſup. dixi. ibiq; Curt. n. 15. vbi alios citat.
Tertiò velim limites, vbi exẽplũ traderet̃ per manũ
21 eiuſdẽ Notarij, qui publicũ confeciſſet, † q̃a tunc nõ
reqritur partis citatio. imo ſufficit ſola auctoritas iu-
dicis, ſecundum Dom. de Rot. quos ſequitur Ant. in
c. vlt. de fid. inſtr. quod non placuit eidem Curt. vbi ſu
pra d. nu. 15. quia ſi ipſemet Notarius exemplat, non
videtur requiri auctoritas iudicis, ſicut nec citatio.
Quartò limitare poteris, vt non procedat, vbi repe
23 riretur exemplatio facta multũ de antiquo, † q̃a licet
non appareret de citatione, tamen præſumeret̃ præ-
ceſſiſſe ex antiquitate temporis, ſecundum Innoc. &
* * communiter doctores in c. Alberic. de teſtibus, ad
quod etiam videas eundem Curt. in d. auth. ſi quis in
* aliquo. nu. 15. in fi. vbi de * communi atteſtatur.
24 Sed an, & q̃n citandi ſint illi quorũ intereſt, † & qui
poſſunt lædi ex tali exẽplificatione, conſulendi tibi
erunt. qui hoc te docebunt Doct. in d. auth. ſi q̃s in ali
